
2-E
6
32
N
1

Cat. inscrip. C. R.



POLYANTHEA OPVS SVAVISSI-MIS FLORIBVS EXORNATVM COMPOSITVM PER DOMINICVM NANVM MIRABELLIVM: CIVEM ALBENSEM: ARTIVMQ DOCTOREM AD COMMVNEM VTILITATEM.



AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. PRINCIPEM GVLIELMVM MARCHIONEM MONTISFERRATI SACRIQ; ROMANI IMPERII VICARIVM PERPETVVM: DOMINICI NANI MIRABELLII: IN POLYANTHEAM PRAEFATIO.





Iu multumq; mecũ cogitaui Illustrissime princeps quod nam præcipue scriptorum genus hominum uitæ maxime cõduceret. Videbam.n. poetas (ut hinc initiũ sumam) dum uitia ĩsectantur: dum uirtutem laudibus in cælum tollunt: miscentq; utile dulci: optime de hominum uita meritos: Interdũ tamẽ de turpi uoluptate tam effuse: tamq; petulanter loqui: ita de stupis ignominiose fabulari: ut teneris lectoꝝ mẽtibus nõ tantũ prosint quæ bene: q̃tũ quæ male dicta sunt obsint: dum pleraq; cantant: & spurca: & a nostra sanctissima religiõe maxime abhorrẽtia. Nõ ignorabam historiæ potissimum ope reꝝ memoriam diutissime cõseruari: illiusq; beneficio maioꝝ recte aut perpam facta quũ legeremus: eorũq; cõsilia: uarietates: euentus perpenderemus: qd maxĩe nobis expediat admoneri. Illius tñ lectio lõgior plerisq; uidet̃: q̃ ut occupatis mentibus cõueniat. Nõ me latebat dicendi copiam boni ne an mali hoĩbus plus attulerit dubitari posse. Vnde nõ immerito qdã gladio eloquentiam æquipararunt: quo & ad oppugnãdum: & ad propugnandũ tam male: q̃ bene uti possumus. Videbã nõ nullos scripturam sacram irridentes: & qcqd Maroniano Ciceronianoq; caret lepore ita dedignãtes: sola aurium delectatiõe allectos: ut etiã contra catholicã ueritatem interdum sentirent. Videbã multos Aristotelica scripta deuitantes ipsius lectionis obscuritate: ac difficultate perterritos. Ego uero cõmuni cõsulens utilitati (Cupio.n. q̃plurimis prodesse) rem perutilem factuꝝ me existimaui: si hos omnes mihi proponerem: & quæ ad cõem usum faciunt undique eligerem: ut est apud Lucretium.



Floriferis ut apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem decerpsimus aurea dicta.

Primo igitur: ut adolescentibus eloquentiæ cãdidatis opitularer: uocabula plurima declaraui: græcas dictiões illis annectens: diffinitiones seu descriptiões in principiis cuiusq; materiæ addens: Nõ q; omnia me diffiniturum pollicear: sed diffinitiones recitaturum. Diffinire enim proprium est sapientis. Ego uero nec sapiens: nec sapienti proximus: sed (ut Ciceronis uerbo utar) magnus sum opinator. Et ut prouectiori ætati in commune suffragarer: ipsa deinde præclara dicta: & primo qdem Orthodoxoꝝ a ueteri incipiens testamẽto: ad quattuor ecclesiæ doctoꝝ scripta: multorũq; scõꝝ pueniens: quales fuerunt: Io. Chrysostomus: Bernardus: Isydorus: Boetius: aliiq; multi: præclaras sententias accũmulans: dicta philosophoꝝ: historicoꝝ: postremoq; poetaꝝ tã græcoꝝ q̃ latinoꝝ adiunxi: ita ut qd de ea re unusq̃sq; sentiat: siue uirtus sit: siue uitiũ facile dignosci possit. Quæ aũt græca apposui: ita latinis uerbis exponenda curaui: ut uerbum uerbo respondeat. Nec tamen oĩa quæ annotatione digna uisa sunt hic inserenda institui: nullus.n. operi ipsi finis

inuentus fuisset: Sed de maximo electorum aceruo quæ potiora uisa sunt elegi. Disposue ram præterea omnem materiam in arboris modũ: Verum quũ opis immensam magnitu/ dinem animaduerterem: ea tantũmodo redigenda censui: quæ essent in manibus: & in quottidiano sermone: quales sunt uirtutes tam cardinales: q̃ theologicæ. Item de anima: & Corpore: nec non septem uitia: quæ peccata mortalia dicuntur. Quæ omnia philoso/ phiæ studiosis non parum profutura putaui. Opus hoc Polyantheam nomĩaui: quod no men florum multitudinem significat. Et. n. πολυ multũ ἄνθος flos a græcis dicitur. Has autem meas lucubratiões olim Diuo Bonifacio patri tuo dicare institueram: Nisi ille mor te præuentus ad fœliciorem uitam migrasset: Verum totus is hinc non abiit: quando te: fratremq; Io. Georgium principes humanissimos: & a parente minime degenerantes: ex Maria puella imperiali: matronaq; ac uiragine prudentissima susceptos nobis reliquit. Tuam. n. fratrisq; imaginem intuens: qs non arbitretur Diuum Bonifaciũ intueri: quan/ do quidem non tantum corpore: sed & animi dotibus illum apertissime agitis: Nam ut il le clæmentissimus humanissimusq; erat: omnesq; illius populi ut deum colebant: ne dum ut regem uenerabantur: Ita & tu tuorum quidem populorum abditis pectorum penetra libus reconditus es: ut omnes tibi incolumitatem annosq; Nestoreos optent. Quod facil lime conspicitur: quum ad aliquam urbem tuam: uel oppidum accedis. Nam puerorum iuuenumq; agmina certatim tibi occurrunt: & ab illis applaudentibus ita exciperis: ut re sonet magnis applausibus æther. Quod tanto est sincerioris affectus indicium: quanto puerorum ingenia sunt simpliciora. Nec hoc immerito. Quando. n. Montisferrati regio: immo ipsa tota Italia (pace aliorum dixerim) principem habuit: in quo puero tanta indo/ les uirtutisq; argumentum tam aperte ostenderetur. Solent pleriq; principes: quum pri/ mum infantiam egrediuntur oẽm armorũ strepitum: equorũq; hinnitus pertimescere. Tu uero princeps eminentissime: qui nondum decimũ annũ attigeras: galeatus: armisq; mi/ litaribus a uertice usq; ad plantam contectus: equum ascendisti: & nõ modo uelocissime currentem calcaribus stimulasti: sed hastatus in hastiacis duris & laboriosis certaminibus: & quæ ueterani milites non sine maximo labore sustinent in teneris unguiculis te exercui/ sti: Assistente Carolo Gallorũ rege: quo tẽpore ad Parthenopeam expeditionẽ properans cũ totius galliæ proceribus Casale sancti Euasii se recepit: Qui oẽs te unum tanq̃ alterum Neoptolemũ admirabantur: modo equũ spumosum calcaribus stimulantẽ: modo hasta oppositorũ armatorũ caput: pectusq; pulsantem. Quot eo tpe Galliæ pceres obstupescen/ tes: q ante annos aĩum gereres: curamq; uirilem: dixere: Fœlices q te talem genuere pa/ rentes. Addamus & his quæ anno proxime pterito in Gallia egisti. Nam quum Ludoui/ cus Gallorum rex: & idem Mediolani dux: ac rex Parthenopeus: Blesii se cõtineret: quo oẽs non modo totius Galliæ pceres: Sed & Archidux Burgundiæ cũ pluribus Germaniæ primatibus: q ipsum Archiducem ad Regiam maiestatem pficiscentem comitati fuerant: hastiacũ certamen instituĩ mandasset: tibi ẽt princeps magnanime ab ipso rege iniunctum fuisset: ut in numero alioꝝ hastatoꝝ artis militaris pitissimoꝝ armatus & hastatus esses: Tu inq̃ qui nondum annũ decimum sextum attigeras intrepidus in certamen descẽdisti: multas hastas modo ĩ caput: modo ĩ pectus oppositi hostis ĩfregisti: ĩmo & ualidissimum scutũ aduersarii cum torace lãcea pforasti: & nisi hasta ipsa cõfracta fuisset: ipsum tuum

antagonistam cum armis utrinq; lancea ptransisses: & demum in tanta pugilum fortiūq; uirorum caterua: adolescētulus certaminis uictoriam reportasti. Nec hoc ĩ obscuro loco: nec paucis cernētibus: sed ĩ media Gallia: sed spectãte rege Gallorum Christianissimo: Serenissima q; regina: sed intuente uirtutēq; tuam obstupescēte Archiduce Burgūdiæ: eiusq; excellentissima uxore: sed uidentibus & tuã uirtutē admirantibus ĩnumeris pceribus: nō modo Gallicis: & Germanis: sed et Italis. Nō possum Hercle cōtineri quin aliquos testes citem tam præclari facinoris: licet sat uideri possit: Regem Galliæ: Archiducemq; Burgūdiæ noĩasse: Verum huiusmodi fortia facta: sunt scriptis mandanda: ne ulla uetustate obliterentur: ut aliquando minores tui: hæc fortia: præclaraq; gesta nō conticeant. Aderant inq̄ uictoriæ tuæ spectatores & testes: Dux Burbonii cū uxore: Dn̄s Angulemi delphin: Dux Lanssoni cum cōiuge: Princeps Orengiæ: Comes Fuxi: Dn̄s Mōpenserii: Filius comitis palatini: Filius Marchionis Badæ: qui ambo principes germani cū Archiduce eo uenerant. Aderant & Cardinalis Amboysæ: Cardinalis sancti Georgii: Cardinalis Lucēburgi: Affuerūtq; huic spectaculo legati q̄ plurimi: q undiq; illuc cōfluxerant: p̄sertim: Sūmi Pōtificis: Regis Hyspaniæ: Venetorum: Florentinorum. Aderant & proceres Itali: Comes Ludouicus Cōzaga: Carolus Vrsinus: Comes Musochi: Iuliãus Medices: Nouariēsis epus: Innumeriq; quos longū esset numerare: Tu inq̄ ĩ tantorum procerum cōspectu tale uirtutis tuæ p̄stitisti expimentum: ut unusquisq; dicere posset: Alius Latio iam partus Achilles. Virtute tua motus Serenissimus rex: quam nō a fallaci rumore nūciatam: nō mendaci: ut fit sæpenumero: fama allatam: sed quam regiis oculis ipse aspexerat: Virginē regio sanguine natam tibi m̄rimōio copulauit. Addit̄ fortitudini tuæ quædam innata humanitas atq; clæmentia: qua Diuū Bonifaciū parentem tuum aptissime rep̄sentas: Et licet idem domi militiæq; priceps fuerit maximi noĩs: multasq; clarissimas adeptus fuerit uictorias: quum Veneti exercitus impator existeret: quū multa alia maximi pōderis bella: fœliciter & maxima cū laude gesserit: Tu p̄fecto parentē gloria superaturus es: quo pacto Tideū Diomedes: Pelleaq; Achilles uirtute antecessit: Et nō modo patrē: sed & quotquot Mōtisferrati Marchiones hactenus fuerūt. Nam q̄q̄ Diuus ille Gulielmus prudentissimus patruus tuus: multa amplissima: & altissima egerit facinora: q̄bus memoriã apud nos reliq̄t ĩmortalem: (Is .n. Casale quod oppidum uile magalibusq; cōsertum fuerat in urbē reformauit: & quam urbem: quæ aliis Italiæ urbibus: & palatiorum: & ædium sacrarum magnificētia: murorūq;: ac propugnaculorum munimentis: ciuium numerositate: diuitiis: & præclaris moribus nō facile cedat): Licet & ĩ ipsa urbe Diui Dn̄ici templū eminentissimū: & extra urbis muros: templum sãctæ Mariæ ad Angelos cum suis sumptuosissimis cœnobiis cōdiderit: suæ in supos pietatis maxima argumenta: Licet arces multas Mōtisferrati tutissimas erexerit: licet multas erectas etiã ĩstaurauerit: & ut artis militaris erat callentissimus: ita munierit: ut nullos tormentorum ictus ptimescant: licet ad illum ex totius orbis partibus: tanq̄ ad Apollineum oraculum confugeretur: ut pote qui omnem & pacis & belli gloriam consecutus fuisset: Nunq̄ tamen ĩ puericia: Nunquam in adolescentia sua tale probitatis specimen de se patefecit: quale tu ipse in tua tenera ætate præstitisti. Quare quum optime institutus sis: acriq; ac prope diuino emineas ingenio: facile ostenditur q̄ optimam frugem hæc spondeat seges. Quæ autem prudentiæ tuæ argumenta ostendas qs

non uidet? Quis tuā licet adolescentulus sis: in īcessu grauitatē: in colloquo uenustatem: in audiendo affabilitatē: in respondendo facilitatem non admiratur? Quid q in hac tua adolescentia: cōsulta senatus tui: nō solum audis: sed & diuino tuo ingenio multa agēda sapientissime perpendis. Foelices Montisferrati populi tāto principe se arbitrantur. Vidēt enim te præcipuum iusticiæ tutorē fore: Reipu. fortissimum propugnatorem: Scelerum terrorem: Nequiciæ frenum: & deniq; bonoꝝ suauem ac tutissimum portum: Sceleratorum q; scopulum. Et quoniam ī iuuenibus quædā sunt uitia fere omnibus cōmunia: quæ ab Horatio enumerantur: inter quæ dicit adolescētiam monitoribus asperam. In te nihil tale conspicitur. Es. n. familiaribus tuis bene monētibus indulgentissimus: in omnesq; facillimus: Optimoꝝ testis est morum tuoꝝ Alexander de sancto Georgio Comes Blandratæ: apostolicus prothonotarius uir magnificentissimus: ac tuæ gloriæ studiosissimus: qui cum equitas: pegrīaris: diu noctuq; uersaris: qui alter tibi Thiphys: alterq; Achates est: Testis est Camillus eiusdem Alexādri frater: cum iurisponticii Cæsariiq; laurea decoratus: tum omni uirtutum genere illustratus: tui sacri senatus meritissime præses: reliquiq; fratres uiri magnanimi: & a Guidone parente maximi nominis uiro: & qui ab Illustrissimis maioribus tuis plurimi semper factus est: non degenerantes. Testis est Beneuenutus eques hierosolymitāus: Ciuilis canoniciq; iuris peritissimus: ipsius familiæ de sancto Georgio: & Comitum Blandratæ immēsus splendor: quæ quidem familia: a Serenissima Poloniæ regum propagine (ut antiqua narrat historia) originem trahit: quo equite: splendidissimi equitis Ioānis filio: & oratore uehæmentissimo Illustrissimi parentes tui in maximis legationibus: modo apud serenissimum Romanorum imperatorē: aliosq; reges Christicolas: modo apud summum pontificem maxima cū gloria usi sunt. Quibus nauis tuæ clauum regentibus: non est illi pertimescendum. Testes sunt reliqui senatores tui uiri iustissimi & prudentissimi: quorum consilio adolescentia tua (licet plurima per se sapiat diuini ingenii perspicacitate) Verū quia seris uenit usus ab annis: gloriose utitur. Et ne epistolæ modum excedam: Tu indyte princeps accipe precor benigno animo has meas lucubrationes: accipe Polyantheam: meæ erga Diuum Bonifacium patrem tuum obseruantiæ pignus immortale: cuius tu ipse es: ossa: caro: effigies: & simillima imago. Nec tamē ignoro hos meos labores: morsibus detractorum subiiciendos fore. Noui enim non nullorum uaniloquentias sibi multum ascribere arbitrantium: si uel optime factis allatrent. Verum hoc floccifacio. Nam si indoctis nō placeo: nihil est quod querar: habeo. n. quod optaui: bonam de ingenio meo spem. Sin doctis quoq; nō probabor: est (fateor) quod doleam: non quod mirer. Nam quis ego? Atlas nō sum: Nanus sum. Qui me mordebunt: clauam de manu Herculis non subtraxerint. Quid est præterea q in tāta iudiciorum uarietate mihi blandiar: aut arrogem? quum uideam detractorum linguas: ne ipsis quidē latinæ linguæ fontibus Ciceroni & Virgilio pepercisse. Tu uale princeps Illustrissime & Dominici Nani tui serui memor diutissime: & foelicissime uiue. Saonæ Idibus Februariis. Mccccciii.

TABVLA

AVTHORES HOC OPERE CITATI.

Actius
Agathius græcus
Agretius
Albertus magnus
Alexander de Ales
Algazel
Allanus
Alpheus Mityleneus græ.
Ambroſius
Andronicus
Anſelmus
Apolinarius græcus
Archidiaconus
Ariſtoteles
Aueroys
Auguſtinus
Auicena
Aulus Gel.
Auſonius

Baptiſta Mantuanus
Baſilius
Baſſus græcus
Beda
Bernardus
Bias græcus
Biblia
Boetius
Bonauentura

Cæſar
Cæſarius
Caius iur.con.
C. Manilius
Caſſiodorus
Catullus
Cicero
Cyprianus
Chilon græ.
Claudianus
Cleobulus græ.
Crates græ.
Cryſippus græ.

Dantes
Dauid
Diomedes
Dyoniſius græ.
Donatus

Empedocles
Ennius
Epigrammata græ.
Euclides
Euripides græ.
Ezechiel.

Feſtus Pomp.
Franciſcus Petrarcha.
Fulgentius.

Gilbertus Porrectanus
Gofredus
Gregorius

Heſiodus græ.
Hermolaus Barbarus
Hermogenianus iur.con.
Hieremias
Hieronymus
Hilarius
Homerus græ.
Horatius
Hoſtienſis
Hugo

Iacobus apoſtolus
Ioannes apoſtolus
Ioannes Andreas
Ioannes Caſſianus
Ioannes Chryſ.
Ioannes Damaſcenus
Ioannes Scotus
Iob
Ionas
Innocentius
Iſaias
Iſydorus
Iſocrates græ.
Iudith
Iulianus græ.
Iulius Celſus
Iulius Polienus græ.
Iuſtinianus iur.con.
Iuuenalis
Labeo
Laberius
Lactantius
Laer. Diog.
Leo papa
Leonides græ.
Lucanus
Lucas
Lucianus græ.
Lucillius
Lucius Apule.
Lucretius

Macrobius
Marcus
Martialis
Matthæus
Maximus epiſcopus
Menander græ.
Menecrates græ.
Modeſtinus iur.con.

Nemus
Niceratus græ.
Nonius Marcellus

Origenes
Orpheus græ.
Ouidius

Pacuuius
Pallades græ.
Panormita
Paulus apoſtolus
Paulus iur.con.
Paulus Oroſius
Paulus Silentiarius græ.
Periander græ.
Perſius
Petrus apoſtolus
Petrus Rauennas
Philo græ.
Pittacus græ.
Pitthagoras græ.
Plato
Plautus
Plynius
Plutarchus
Phocyllides græ.
Poggius
Pomponius iur.con.
Porphirius
Priſcianus
Proculus
Propertius
Proſper

Quintilianus
Quin. Curtius

Rabanus
Raynucius
Remugius
Ricardus

Salomon
Saluſtius
Seneca
Seruius Gram.
Seruius Sulpicius
Sidonius
Sillius Italicus
Solinus
Sophocles græ.
Sophonias
Stacius
Suetonius

Thales græ.
Themiſtius
Theocritus græ.
Theodorides græ.
Theognis græ.
Terentius
Tibullus
Tobias
Thomas Aquinas

Valerius Maxi.
Varro
Vegetius
Victorinus
Virgilius
Vitruuius
Vlpianus iur.con.

Dominicus Nanus ad Lectorem elegia.

Tempora quiſquis amas florenti ornare corona:
Atq; cupis uario cingere flore comas:
Ingredere hos hortos: & odora roſaria: Nanus
Compoſitas alacri dat tibi fronte roſas.
Hic eſt quod deceat: pueros: iuueneſq;: ſeneſq;.
His ornare poteſt ſexus uterq; caput.
Nulla Venus nobis: nulli hic cantantur amores.
Nec Iouis hic mœchi: furtaq; Martis erunt.
Turpe quod eſt factu: quis dicere credat honeſtum?
Talia nam in fibras ſemina mortis agunt.
Si qua poetarum recitantur carmina nobis:
Non ea ſunt oculo deſpicienda graui.
Eruimus ſpurcis fuluum de ſordibus aurum:
Lilia de mediis ſentibus: & uiolas.
Auſonia hic lætus: uel hymetia rura peragrans
Collige: non tribulos: non aconita leges.
Hos matrona poteſt legere: & uirguncula flores.
Nil ibi: quo frontis ruga trahatur: erit.
Hos non pœniteat tetricos legiſſe Catones:
Hos probet Hippolyti Penelopeſq; pudor.
Iſta monent frenis flagrantem arcere iuuentam.
Ne ruat in mores luxuriare malos.
Sydereo hic diſces animas quid donet olympo:
Tartareis miſeras quid quoq; mergat aquis.
Hos Bernardinus flores Eccleſia fudit:
Impenſa cuius preſſus hic ære liber.
Vtere ſi qua placent. Noſtros lacerare labores
(Aut ede utilius) deſine liuor edax.

DOMINICI NANI MIRABELLII : CIVIS ALBENSIS : ARTIVM DOCTORIS : POLYANTHEA FOELICITER INCIPIT.



Et Ab : & Abs apud latinos idem ſignificãt : quod apud græcos ἀπὸ. In ſignificatione uero eãdem uim habent. Nonnunq̃ tamen pro poſt accipiun/tur. Plyni⁹. Et uirus equi a coitu ſtatim collectum : hoc eſt ſtatim poſt coitum collectum. In compoſitione aliquando priuatio/nem ſignificant : ut Amens : quaſi ſine mente : Abſimilis : diſſimilis : Abſtemius : ſine temeto : Ab re : præter rem : præter propoſitum. Non/nunq̃ ablationem ſignificant : ut abduco. Diffe/runt autem ſic inter ſe : q̃ A nunq̃ iungitur cum dictionibus incipientibus a uocali. Ab uero cum omnibus his iungitur : & ſæpiſſime cum dua/bus liquidis : & i conſonante : ut ab lege : ab re : ab Ioue. Virg. Ab Ioue principium muſæ. Abs cum te : ut abs te. Interdum cum q. Terentius. Abs quiuis homine beneficium accipe gaudeas.

ABactor qui & Abigeus græce ἀπελα/στής. τοῦ. ὁ. apelaſtis dicit̃ : & ἀπε/λαύνω apelauno abigo. Eſt autem ab/actor pecuarium animalium fur : Ouidius : Arte ſua ſiluis occultat abactas. Vlpianus. Abigei ſunt

qui pecora ex pascuis: uel ex armentis subtrahunt: Et quodammodo depraedantur. Differt autem Abigeus a fure. Quoniam Fur generale nomen est: Abigeus uero speciale. Nam si quis ouem unam: aut scropham in solitudine relictam abduxerit: fur dicetur: non abigeus. Qui uero greges ipsos aut armenta surripuerit: uel clam: uel palam: abigeus dicetur. Hinc crimen ipsum Abigeatus.

Abacus graeca dictio est: Nam ab illis ἄβαξ, ακος, ὁ. abax abacos dicitur. Significatque mensam super qua comedere consueuimus: Vel (ut aliis placet) super qua potoria uasa locantur. Iuuenalis. Lectus erat Codro Procula minor: Vrceoli sex · Ornamentum Abaci. Ausonius. Fama est fictilibus coenasse Agathoclea regem: Atque abacum samio saepe onerasse luto. Abacus etiam: ut testatur Hermolaus barbarus in castiga. Plynianis: significat planiciem ad sedendum habilem: factam e ligno: marmore: uel alia structura. Vnde & columnarum abacos: & podiorum apud Vitruuium legimus. Est praeterea abacus oblita gypso tabella in qua arithmetici numeri describuntur. Persius. Nec qui abaci numeros: & secto in puluere metas scit risisse uafer. Dicimus insuper per diminutionem abaculos calculos supputationum: Indeque ipsa ars arithmetica a nonnullis abacus nuncupatur.

Abdicatio graece ἀποκήρυξις, ιος, ἡ. apocirysis. & ἀποκηρύττω apocirytto abdico dicitur. Est autem abdicatio ex familia abiectio. Differtque ab exhaeredatione: quod abdicare est expellere a bonis filium: dum uiuit pater. Exhaeredare uero: post mortem. Abdicare quoque grauius est: quum exhaeredationem quoque in se contineat. Abdicare generaliter pro amouere: ut abdicauit se consulatu. Quare abdicatio pro priuatione ponitur.

Abdicatio rerum temporalium: secundum animi praeparationem: ut scilicet homo sit paratus: si opus fuerit: omnia dimittere: uel distribuere: pertinet directe ad perfectionem. Non autem abdicatio rerum actualis. Quia sic in ea non consistit essentialiter perfectio: sed est quoddam perfectionis instrumentum. Secundum .b. Thomam secunda secundae q.clxxxviii.art.vii.

Abyssus graeca dictio est ἄβυσσος, ου, ὁ. abyssos. Et est aquarum immensa profunditas. Dicitur quod ab a quod est sine: & basis fundamentum: quasi sine fundamento. ut placet .b. Tho.ii.sen.di.xii.& super ps. xxxii.col.vi. Vel dicamus quod βυσσός, οῦ, ὁ. byssos idem est quod profunditas: quae & βυθός, οῦ, ὁ. bythos dicitur. Additur igitur a: quod fit in multis dictionibus: ut στάχυς, υος, ὁ. stachys: & ἀστάχυς astachis. i. spica. & βληχρός, οῦ, ὁ. blichros: & ἀβληχρός ablichros debilis: ut legitur quinto Iliados. Eadem igitur ratione & abyssus dicimus.

Abiuratio graece ἀπάρνησις, ιος, ἡ. aparnisis: et ἀπαρνητής, τοῦ, ὁ. aparnitis abiurator dicitur. Est autem abiuratio rei creditae cum periurio denegatio. Plautus in Curcul. Qui abiurant quod creditum est Virgil. Abiurataeque rapinae Caelo ostenduntur.

Abominatio graece βδέλυγμα, ατος, τό. bdeligma: & βδελυκτός, οῦ, ὁ. bdelictos abominabilis dicitur. Est autem abominatio actus appetitus refugientis cognitionem alicuius rei: uel est intensum odium. secundum .b. Tho. super ps.xiii.col.ii.& .iii.sen.di.xxvi.q.i.ar.iii.

Abominor graece βδελύττομαι dicitur. Et significat idem quod execror: & fastidio: & quasi pro malo omine habeo: & sine aspiratione profertur.

Abortiuus graece ἔκτρωμα, ατος, τό. ectroma: & ἐκτιτρώσκω aborior dicitur. Est autem abortiuus foetus nascens ante tempus debitum: uel foetus ui eductus: uel non perductus ad debitam quantitatem. secundum Isydorum: & .b. Tho. super prima epistola Pauli ad Cor.xv.

Abrogatio graece ἀποκύρωσις, ιος, ἡ. apocyrosis: & ἀποκυρόω apocyroo abrogo dicitur. Est autem abrogare legem: eam irritare: atque infringere. Derogare autem legi est aliquid ex ea detrahere. Modestinus. Derogatur legi: quum pars detrahitur. Abrogatur lex: quum prorsus tollitur. Hinc derogatio: & Abrogatio deducuntur.

Absonus graece ἀπηχής, ἐος, ὁ, ἡ. apichis dicitur. Et est absonum parui: & fere nullius soni. Cicero. Sunt quidam aut lingua ita haesitantes: aut ita uoce absoni.

Abstemius is dicitur qui a uino abhorret: ab abs: quod est sine: & temetum quod est uinum grauius: sic dictum: quod tentet: hoc est labefactet mentem: ut placet Donato. Inde temulentus quod graece μέθυσος, ου, ὁ. methisos dicitur. ebrium significat. Terentius. Pol temulenta est haec mulier: & Temulentia quae graece μέθη, ης, ἡ. methi dicitur ebrietas est. Hinc etiam Temere: quod graeci ἀβούλως dicunt: aliqui deductum uolunt: quod significat stulte: inconsyderate: qualis est ebriorum conditio: qui nec timent quicquam: nec quid faciant uident. Inde etiam temerarius ἄβουλος, ου, ὁ, ἡ. abulos: hoc est audax: et temeritas ἀβουλία, ας, ἡ. abulia: hoc est audacia.

ABSTINET: AEGER: EGENS: CVPIDVS: GVLA: SIMIA: VIRTVS.

ABSTInētia est ciborum subtractio que cōtigit . pl.

- pp solā sanitatē cōseruādā uel acgrēdi. Aeger.
- pp penuriam solum. Egens.
- pp Auariciam. Cupidus.
- pp delectabiliorē se quētē comestionē. Gula.
- pp inanē gloriam uel hypocrisim. Simia.
- pp deum & est duplex. Vir⁹.
  - Discreta: q̄ ē rōne regulata moderatio ciboꝝ: Quod fit quum qs abstinet a cibis: ut oportet: p cōgruētia psonaꝝ cum qb⁹ uiuit: & psonæ suæ: & pro ualitudinis suæ necessitate: nec ptinet ad regnū dei: nisi quā fit rōnabiliter: & ex dilectiōe dei: quæ secūdum Archiepiscopum Florentinum.
    - Causæ uel cōseruatur iiii. quæ sūt
      - Assuefactio ad aliquod licitum.
      - Debita ordinatio quam faciunt qnq̄ cōditiones .f.
        - Expectatio cōueniētis horæ manducationi.
        - Moderatio deliciaꝝ in cibis pro psonarum statu & conditione.
        - Moderata ciboꝝ sūptio in quātitate secundum complexionem
        - Non ardens: nec rapax edacitas.
        - Simplex & non accurata nec studiosa ciboꝝ præparatio.
      - Elongatio ab allicientib⁹ gulam quales sunt pingues mensæ.
      - Cōsyderatō inducētū ad Abstinētiā q̄ sunt.
        - Natura: quæ secundum philosophum li⁹. aialium os paruum & guttur arctum hōi dedit.
        - Scriptura: Quia initiū uitæ hominis panis & aq̄. Ecclesiastici. xxviii
        - Fortuna inducens ad uitæ pcitatem quum oēs hoies habeāt eandem naturæ paritatem.
        - Mors futura. De q̄ Gregorius. Nihil sic ualet ad carnis desyderia domanda: sicut cogitare q̄lis sit futura mortua.
    - Efficit i hoīe
      - Quo ad aīam uel mentem.
        - Eleuationem mentis.
        - Memoriæ tenacitatem.
        - Intellectus acuitatem.
      - Quo ad corp⁹
        - Corporalem uitam delectabilem & sanā facit.
        - Templum dei efficit.
        - Mādiciā corpis causat.
  - Indiscreta Triplex secundum beatum Tho. iiii. sen. d. xv. q. iii. art. i.
    - Quum licet natura paucis contenta sit: subtrahuntur necessaria uitæ: de quo Hieronymus i decretis de Con. di. v. Nō mediocriter De rapina holocaustum offert q temporalium bonorum uel ciborum nimia egestate: uel manducandi: uel somni penuria immoderate corpus affligit.
    - Quū subtrahunt necessaria ualitudini debita circunstātia locoꝝ: officioꝝ: & psonaꝝ.
    - Quū p eā omittunt utiliora. unde Hierony. de Con. di. v. Non mediocriter Rōnabilī hō dignitatē amittit: q ieiunium charitati: uel uigilias sensus integritati præfert.



BSTINENTIA quæ græce ἐγκράτεια. ατ. ή. egcrateia. nam & ἐγ κρατής. τος. ὁ. ἡ. abſtinens dicitur. eſt ſubtractio ciborum ratione regulata ut placet. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. cxlvi. ar. i.

Abſtinentia eſt a cibo & potu: non quia aliqua dei creatura mala ſit: ſed pro ſola corporis caſtigatione ceſſatio. ſecundum. Auguſtinum de Fide ad Petrum.

Abſtinentia eſt cohibitio gulæ: luxuriæ: cupiditatis: Auariciæ: ambitioniſq; & ſuperbiæ. ſecundum Commentatorem ſuper primo Aethicorū.

Abſtinentia ut quidam uolunt ſic differt a cõtinentia: q: cõtinentia eſt quum nos a uoluptatibus cõtinemus: Abſtinentia autem pro iuſticia accipit: quum ſ. abſtinemus ab alienis nulli uim inferentes: nihil cuiq̃ eripientes. Continentiæ poteris dare nomen abſtinentiæ potiuſq̃ econtra. Continentia. n. quid ſpecialius eſt: Abſtinentia uero generalius. Sicuti temperantia putatur ſub iuſticia eſſe: uel ab ea non poſſe ſeparari. Illa uero ſine hac frequenter eſt. Quare rite continentia uocatur abſtinentia.

Eclesiaſtici capitulo. xxxi.

Ecclesiaſtici. · Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur.

Eccleſiaſtici. cap. xxxi.

· Quam ſufficiens eſt homini erudito uinum exiguum: & in dormiendo non laborabis ab illo: & non ſenties dolorem.

Eccleſiaſtici. cap. xxxvii.

· Noli auidus eſſe in omni epulatiõe: & non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis. n. eſcis erit infirmitas: & auiditas appropinquabit uſq; ad choleram. Propter crapulam multi perierunt: Qui

Paulus. auté abſtinés ẽ adiiciet uitã. Paulus ad Ro. c. xiiii.

Noli propter eſcam deſtruere opus dei. Omnia quidem ſunt mũda: ſed malum eſt homini qui per offendiculum mãducat. Bonum eſt non manducaṛ carné & nõ bibere uinum: neq; in quo frater tuꝰ

Auguſtinꝰ offenditur: aut ſcãdalizatur aut ĩfirmatur. Aug. ſuper Ioãné: & habetur de Con. Di. v. c°. Ieiuniũ.

Ieiunium autem magnum & generale eſt abſtinere ab iniquitatibꝰ: & ab illicitis uoluptatibus ſeculi: quod ẽ perfectum ieiunium in hoc ſeculo. Quaſi quadrageſimam abſtinẽtiæ celebramus: quum bene uiuimus: quum ab iniquitatibꝰ & ab illicitis uoluptatibꝰ abſtinemus. Aug. ſuper epiſtolam Ioannis & habetur Di. xli. Deliciæ.

Deliciæ quælibet ſi abſq; deſyderio percipiuntur non officiunt. Et uiles cibi appetenter accepti impediunt profectum abſtinentiæ. Dauid. n. aquã male concupitam effudit: & Helias carné comedit. Aug. li°. de doctrina chriſtiana & habeṭ Di. xli. Quiſquis.

Quiſquis rebus prætereuntibus reſtrictius utitur q̃ ſeſe habent mores eorum cum quibus uiuit aut intemperans: aut ſupſticioſus eſt. Quiſq; uero ſic eis utitur: ut metas cõſuetudinis bonorum inter quos uerſatur excedat: aut aliquid ſignificat: aut flagicioſus eſt. In omnibus enim talibus non uſus rerum: ſed libido in culpa eſt. Quid igitur locis & temporibus & perſonis conueniat diligenter atté dendum eſt. Nec temere flagicia repræhendamꝰ: Fieri enim põt ut ſine aliquo uitio cupidinis uel uoracitatis precioſiſſimo cibo ſapiens utatur: Inſipiens auté fœdiſſima gulæ Flamma ĩ uiliſſimum olus ardeſcat: & ſaneꝰ quiſq; maluerit more domini piſce ueſci: q̃ léticula more Eſau nepotis Abrahæ: aut ordeo more iumẽtorum. Non enim propterea cõtinentiõres nobis ſunt pleræq; beſtiæ: quia uilioribus aluntur eſcis. Nam ĩ omnibꝰ huiuſcemodi rebus non ex earum rerum natura quibus utimur: ſed ex cauſa utẽdi: & modo appetẽdi: uel probandum: uel improbãdum eſt quod facimus. Aug. li°. queſtionum euãgelii & habetur Di. xli. Quod dicit.

Quod dicit dominus in euangelio iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis: oſtendit filios ſapiétiæ intelligere nec in abſtinendo: nec in manducãdo eſſe iuſticiam: ſed ĩ æquanimitate tolerãdi inopiam: & temperantia per abundãtiam nõ ſe corrumpendi atq; oportune ſumendi uel nõ ſumendi ea quorum non uſus ſed cõcupiſcẽtia repræhédẽda eſt. Non enim intereſt omnino quid alimẽtorum ſumas: ut ſuccurras neceſſitati corporis: dummodo congruat in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum eſt. Neq; quãtum ſumas intereſt multum: quum uideamus aliorum ſtomachum citius ſaturari cibis: & eos quum illi ipſi paruo quo ſatientur ardenter: intolerabiliter: & oĩno turpiter inhiare. Aug. li°. queſtionum noui & ueteris teſtamenti & habetur. xxxiii. q. iiii. Chriſtiano.

Chriſtiano cum uxore ſua aliquando conuenire licet: aliquando non licet. Propter proceſſionis enĩ dies & ieiuniorum aliquando non licet conuenire. Quia a licitis etiam abſtinendum eſt ad tempus: ut facilius impetrari poſſit quod poſtulatur. Vnde apoſtolus ex conſenſu ait abſtinendum eſt ad tempus: ut expeditius uacetis orationi. Aug. de uerbis domini & habetur Di. xli. Nõ cogitur.

Nõ cogantur diuites pauperum cibis ueſci. Vtan/

tur consuetudine infirmitatis suæ. Sed doleat aliter se non posse sustentare. Si consuetudinem mutant: ægrotant. Vtatur superfluis: Dent inopibus necessaria. Vtantur preciosis: Dent pauperibus uilia. Aug. de diffinitione rectæ fidei.

Bonum est in cibo cum gratiarum actione percipere quicquid deus edendum præcepit. Abstinere autem ab aliquibus: nō quasi malis: sed quasi nō necessariis: non est malum. Aug. in sermone i dominica. iiii. In aduentu.

Qui sic se a carnibus temperant ut alias escas difficilioris præparatiōis & precii maioris inquirant: multum errant. Non enim est hoc suscipere abstinentiam: sed imitari luxuriam. Aug. super illud ad Romanos. xiiii. Noli propter escam destruere opus dei.

Non ꝑpter porcum: sed propter pomum mortem prim⁹ homo inuenit. Et Esau primatum suum nō propter galinam: sed propter lēticulam perdidit. Scio enim Noe omne genus carnis quod cibo eēt usui manducare cōcessum. Heliam cibo carnis refectum. Ioannem mirabili abstinentia præditum animalibus locustis in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lēticulæ concupiscentia deceptum: & Dauid propter aquæ desyderium a se ipso reprahensum. & regem nostrum non de carne sed de pane tentatum.

Augustinus ad sacras uirgines.

Sobrietas est mētis & sensus: membrorum omniū: corporisq; tutella: castitatis pudiciciæq; munimētum: pudori proxima: amiciciæ pacisq; serua: honestati q; semper coniuncta: criminum atq; uiciorum omnium profuga. Aug. Ibidem.

Sobrietas temeritatem fugat: pericula cuncta declinat: mutuis officiis obtemperat: superbiam detestatur: domum familiamq; cum moderatiōe gubernat: fidem sibi committentibus seruat. Aug. li°. de adulterinis coniugiis: & habetur. xxvii. q. ii. Si tu.

Si tu abstines sine uxoris uoluntate: tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ: Hieronymus cōtra Iouinianū epistola. viii. c°. primo.

Quanto maior est difficultas expertæ quōdam uoluptatis illecebris abstinere: tanto maius est præ-

Hieroym⁹ mium. Hieronym⁹ & hētur de Cō. di. v. Ne tales.

Ne tales accipiamus cibos: quos aut difficulter digerere aut comestos magno paratos & perditos labore doleamus. Olerum & pomorum ac legiminum facilior apparatus est: & arte impendiisq; coquorum non indiget: & sine cura sustentat humanum genus moderate sumptus: Quia nec auide deuoratur quod irritamenta gulæ non habet: & leuiore digestione detoquitur. Ibidem.

Morbi saturitate nimia concitantur. Multiq; impatientia gulæ uomitu remediantur: & quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. Hieronymus & habetur Di. xxxv. Ecclesiæ.

Ecclesiæ principes qui deliciis affluunt & inter epulas atq; lasciuias pudicitiam seruare se credunt. ꝑpheticus sermo describit: q; eiiciendi sunt de spaciosis domibus Lautisq; conuiuiis & multo labore epulis congestis. Et si uis scire quo eiiciendi sunt propter malas cogitationes & opera sua: euangelium lege. In tenebras exteriores ubi erit fletus & stridor dentium. An non confusio & ignominia est Iesum crucifixum pauperem & eluriētē farsis prædicare corporibus: & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaq; ora proferre: Si in apostolorum loco sumus: non solum sermonem eorum imitemur sed etiam conuersationem & abstinentiam. Hieronymus & habetur de Con. Di. v. Non dico.

Non dico hebdomadas: nō dico ieiunia duplicata: sed saltem singulos dies absq; ciborum luxuria transigamus. Hieronymus Ibidem.

Sint tibi ieiunia pura: continua: moderataq;. i. continue esurire & quottidie prādere apostolus inqt. Noli adhuc aquam bibere: sed modico utere uino propter infirmitates tuas: curat enim uulnera delinquentis: curatosq; sanctificat ieiunium. Hieronymus Ibidem.

Sint tibi quottidiana ieiunia: & refectio satietatem fugiens. Nihil enim prodest tibi biduo uel triduo transmisso uacuum portare uentrem si post pariter obstruatur. Hieronymus & habetur de Con. Di. v. Non mediocriter.

Non mediocriter errāt qui bono magno præferunt mediocre bonum. Non ne rationabiliter homo dignitatem amittit: qui uel ieiunium charitati: aut uigilias præfert sensus integritati. Hieronym⁹ ad Iouinianum & habetur de Con. Di. v. Legimus.

Legimus quosdam morbo articulari podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos cōualuisse. Caruerant enim sollicitudine dispensandæ domus: & puellarum largitate: quæ & corpus Frangunt & animam. Irridet Horatius appetitū ciborum qui cōsumpti relinquunt pænitentiam. Hieronymus i epistola ad Demetriaden: & habetur de Con. Di. v. Abstinētia.

Abstinentia tua atq; ieiunium tuum eo magis deo grata sunt: quo cum moribus sanctis offeruntur. Vt quæ in aliis sunt umbracula uitiorum ī te sint ornamenta uirtutum. Hieronymus epistola ad Furiam.

Non nulli uitam pudicam appetentium in medio itinere corruerunt: dum solam abstinentiam carnium putant: & leguminibus onerant stomachū: quæ moderate parceq; innoxia sunt. & ut quod sentio loquar: Nihil sic inflammat corpora & titillat membra genitalia sicut indigestus cibus ructusq; conuulsus. Hieronymus ad Rusticum.

Modicus ac temperatus cibus & carni & animæ utilis est. Hieronymus ad Lætam.

Ante annos robustæ ætatis periculosa est teneris abstinentia grauis. Hieronymus ad Celitiam.

Quid prodest tenuari corpus abstinentia: si anim⁹ intumescit superbia. Quid uirtutis habet uinum non bibere: & ira & odio inebriari. Hieronymus ad Paulinum.

Sit uilis & uespertinus cibus: olera & legumina interdumq; pisciculos pro summis ducas deliciis: Qui Christum desyderat: & illo pane uescitur. non quærit magnopere q̄ de preciosis cibis stercus conficiat. Hieronymus ad Eustochium.

Sponsa Christi uinum fugiat pro ueneno. hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt uinum. Non sic auaricia quatit: inflat superbia: Delectat ambitio: Facile aliis caremus uitiis. Hic hostis intus est inclusus: quocunq; pergimus nobiscum inimicum portamus. Vinum & adolescentia duplex incendium uoluptatis. Quid oleum flammæ adiicimus: Quid ardenti corpusculo fomenta ignea ministramus. Ibidem.

Sollicite prouidendum est: ut quos saturitas a paradiso expulit esuries reducat.

Ibidem de se ipso ait.

De cibo uero & potu taceo: quum etiam languētes monachi aqua frigida utantur: & coctum aliquid accepisse luxuria sit. Hieronym⁹ ad Filiā Mauri.

Ambros⁹

Carnis & uini species quasi caloris fomenta & libidinis incrementa fuge. Et tunc forte uino exiguo utere quum stomachi dolor: & nimia corporis cōpellit infirmitas. Ambrosius. in sermone de ieiunio & habetur Di. xxxv. Sexto die.

Gula a paradiso regnantem expulit: Abstinentia ad paradisum reuocauit errantem. Idem in sermone quadragesimæ.

Fames amica uirginitati est: inimica lasciuiæ. Saturitas uero prodigit castitatem: nutrit illecebram. Ambrosius li°. de Ieiunio.

Initium uitæ hominis panis & aqua. At nunc quicquid piscium natat: quicquid auium uolitat: quicquid ferarum discurrit nostris uentribus sepellitur. Ibidem.

Quum ebrii fuerint de continentia disputant. Ibi unusquisq; pugnas suas enarrat: ibi fortia facta prædicat. Vino madidus & somno solutus nescit mente quid lingua proferat. Ambrosius li°. de uirginitate.

Iuuenem ueteres fabulæ ferunt: quum propter admirandam oris pulchritudinem in amorem incenderet fœminas: uultum exarasse stigmatibus ne qua eum amare posset. Ambrosius li°. de Viduis.

Propemodum non inferioris uirtutis est eo abstinere coniugio: quod aliquando delectauerit: q̄ coniugii oblectamenta nescire. Gregorius Natali Epō & habetur Di. xliii. Conuiuia. Gregorius

Conuiuia communia quæ ex intentione impenduntur charitatis fiunt: recte uestra fraternitas in suis epistolis laudat. Sed tamē sciendum est quia tunc ex charitate ueraciter prodeunt: quum in eis nullius absentium uita mordetur. Nullus ex irrisione reprehenditur: nec in eis inanis secularium negociorum fabulæ: sed uerba sacræ lectionis audiuntur: quum non plus q̄ necesse est seruitur corpori: sed sola eius infirmitas reficitur: ut ad usus exercēdæ uirtutis habeatur. Hæc itaq; si uos in uestris conuiuiis agitis: abstinētium fateor magistri estis. Greg. Tenticiæ patricio & habet. xxvi. q. ii. Sunt qui. §. Duobus enim modis.

Duobus enim modis sancti uiri etiam a licitis abstinere solent: aliquando ut merita apud deum omnipotentem sibi augeant: aliquando ut actæ uitæ culpas detegant. Gregorius homelia. vii. super illud. Ezechiellis. Scio abundare & penuriam pati.

Qui enim acceptis rebus non extollitur: qui eas ad usum uanægloriæ non intorquet: qui non solus possidet quod accepit: Sed hoc indigentibus misericorditer diuidit: Scit abundare: Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem uentris utitur: sed ad raparationem uirtutis: nec plus carni tribuit q̄ necessitas petit: Scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine murmuratione tolerat: nec pro necessitate uictus agit aliquid unde anima laqueum peccati incurrat: Scit esurire. Quem ergo nec in abundantia superbia eleuat: nec in necessitate cupiditas irritat: nouit abundare: nouit pænuriā pati. Greg. homelia. xxxv super Euangel.

Cogitandum summopere est: ut qui se illicita meminit commisisse a quibusdam etiam licitis studeat abstinere. Quatenus per hoc conditori suo satisfaciat: et qui commisit prohibita: sibi met ipsi abscindere debet & concessa: & se reprehendat in minimis qui meminit in maximis deliquisse. Idem li°. v. mor.

Solus in illicitis non cadit qui se aliquando & a licitis caute restringit. Greg. li. viiii. moralium.

Discretionis moderamine cura carnis seruanda ē. Et minime principetur: ne quasi domina animum uincat: Sed subacta mentis dominio quasi ancilla

sa muletur. Idem li.xx.mor.
Absti*n*entiæ uirtus nulla est: si tantum quisq; corp⁹ nõ edomat quantum ualet. Aut ualde inordinata est: si atterit plusq̃ ualet. Gregorius li°. xxx. moralium.
· Ad conflictum spiritualis agonis non assurgitur: si non infra nos met ipsos prius hostis positus: gulæ uidelicet appetitus edomatur. Quia si non ea quæ sunt nobis uiciniora prosternimus: inaniter ad ea quæ longius sunt impugnanda transimus. In cassum náq; contra extraneos inimicos in campo bellum geritur: si intra urbis mœnia ciuis insidians habetur. Ibidem.
· Non cibus sed appetitus in uitio est. Vnde & lautiores cibos plerumq; sine culpa sumim⁹: & abiectiores non sine reatu conscientiæ degustamus. Gregorius li°. xxx. moralium.
Magnus discretionis labor est exactori & aliquid impendere: & aliquid denegare: & non dando gulam restringere: & dando naturam nutrire. Gregorius. Ibidem.
· Per abstinentiam carnis uitia ex tinguẽda sunt: nõ caro. Sic necesse est ut artem continentiæ quisq; teneat: quatenus nõ carnem: sed uitia occidat. Sæpe enim dum in illa hostem consequimur: etiam seuere quem diligimus trucidamus. Et sæpe dum quasi concjui parcimus ad prælium hostem nutrimus. Gregorius li°. xxx. moralium.
Eisdem alimentis uitia superbiunt: quibus nutritæ uirtutes uiuunt. Et quum uirtus alitur plerumq; uires uitiis augumentantur. Quum uero immensa abstinentia uitiorum uires extenuat: etiam uirtus deficiẽs anhellat. Gregorius li°. xxx. mor.
· Dominante gulæ uitio omne quod homines fortiter egerunt perdunt: Et dum uenter non restringitur: simul omnes uirtutes obruuntur. Gregorius in pastorali.
In cassum per abstinentiam corpus atteritur: si inordinatis morib⁹ dimissa mẽs uitiis dissipat. Ibidẽ.
· Sanctificate ieiunium. Ieiunium sanctificare est adiunctis bonis aliis dignam deo carnis abstinentiã ostendere. Gregorius in pastorali.
· Admonendi sunt abstinẽtes ut nouerint quia tunc placẽtẽ deo abstinentiam offerunt: quum ea quæ sibi de alimentis subtrahunt indigẽtibus largiuntur. Gregorius in Registro.
· Sãctius est modico uino uti propter infirmitatem: q̃ multa aqua ingurgitari propter auiditatẽ. Gregorius. homelia. x. Quum natus esset Iesus in Bethlem.
Nato regi aurum offerimus: si in conspectu illius claritate supernæ sapientiæ resplendemus. Thus offerimus si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis intẽdimus: ut suaui odore per cælestẽ desyderium redoleẽ ualeamus. Myrram offerimus: si carnis desyderia per abstinentiã mortificamus. Gregorius in homelia. Si quis uult uenire post me.
Duobus modis crux tollitur quum aut per abstinẽtiam affligitur corpus: aut per compassionem proximi affligitur animus. Ioannes chrysostomus & habetur de Con. Di. v. Nihil enim sic. Io. chry.
· Nihil en im sic iucundum est sicut cibus bene digestus aut decoct⁹. Nihil salutem: nihil sic sensuum acumen operatur. Nihil sic ægritudinem fugat: sicut moderata refectio. Sufficiẽtia quippe cum nutrimento & sospitatem simul procreat & uoluptatem. Abundãtia uero morbum facit: & molestias ingerit: & ægritudines generat. Quod enim fames facit: hoc etiã ple nitudo ciborum: magis autem & multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem: & liberat eum de hac uita pœnali. Excessus uero ciborum consumit & cum putrescere facit corpus humanũ: & macerat ægritudine diuturna: & tunc eum morte crudeli cõsumit. Isydorus super Hamos propheta. Isydorus
· Qui cibis abstinent & mala agunt: dæmones imitant ur: quibus culpa adest: & cibus deest. Leo papa & habetur Di. lxxvi. Igitur. Leo.
Si quid forte inter ipsa festiuitatis gaudia negligẽs libertas & licentia immoderata præsumpsit: hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget. Leo in sermone de Ieiunio decimi mensis.
· Semper uirtuti cibus ieiunium fuit. De abstinentia quoq; castæ prodeunt cogitationes: rationabiles uirtutes: salubria consilia. Et per uoluntarias afflictiones caro concupiscentiis moritur & uirtutib⁹ spiritus innouatur. Ioannes Cassianus de Institutis monachorum. Io. Cassianus
· Melior est rationabilis quottidiana cum moderatione refectio: q̃ per interualla arduum longumq; ieiunium. Nouit immoderata inedia non solum mentis labefactare constantiam: sed etiam orationum efficaciam reddere lassitudine corporis eneruatam. Ibidem.
· Quibuslibet escis refectus uenter seminaria luxuriæ parit: nec præualet mens discretionum gubernacula moderari ciborum pondere præfocata.
· Non enim sola crapula uini mẽtem inæbriare cõsueuit: uerum etiam cunctarum escarum nimietas uacillantem ac mutabundam eam reddit omniq; integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat. Boetius li°. p°. de philosophica consolatione. Boetius
Si quod naturæ satis est replere indigentiam uelis nihil est q̃ fortunæ affluentiam petas. Paucis enim

minimisq; natura contenta est: cuius satietatem si superfluis uelis urgere: aut iniucundum quod infuderis fiet aut noxium. Seneca ad Lucillium epistola.vii.

Seneca.

Multos morbos Fercula multa Ferũt. Innumerabiles morbos innumerabiles coquos numera. Ibidẽ.

Vna silua pluribus elephantibus sufficit. homo uero pascitur uix terra & mari. Seneca epistola. viii.

Hanc sanam ac salubrem formam uitæ tenete: ut corpori tantum indulgeatis: quantum bonæ ualitudini satis ẽ. Cibus famem sedet: potio sitim extinguat. Vestis frigus arceat. Domus munimentum sit aduersus infesta corporis. Hanc utrum cespes erexerit: an uarius lapis gentis alienæ: nihil interest. Scitote tam bene hominem culmo q̃ auro tegi. Cogitate præter animum nihil esse mirabile: cui magno nihil magnum est. Seneca ad lucillium epistola.xxi.

Venter præcepta non audit. Poscit & appellat. nõ est tamen molestus creditor: paruo contentus est: Si das illi quod debes non quod potes. Ibidem.

Sine fastidio implẽdus est uenter. Quid enim ad rẽ pertinet quid accipiat perditurus quicquid acceperit. Seneca epistola. lxi.

Ventri obedientes animalium computamur numero non hominum. Seneca ad Lucil. epistola.lxxv.

Multus tormẽtum est uino carere: & prima luce excitari. Non est summa fælicitatis nostræ in carne ponenda. Seneca ad Lucillium epistola.lxxxv.

Ad uos deinde transeo quorum profunda & insatiabilis gula hinc maria scrutat': hinc terras: Alia hamis: alia laqueis: alia retium uariis generibus cum magno labore persequitur. Nullis animalibus nisi fastidio pax est. Seneca Ibidem.

Infælices estis qui intelligitis uos famem maiorem habere q̃ uẽtrem. Seneca ad Lu. epistola.lxxxxii.

Fastidientis stomachi est multa degustare: quæ ubi uaria sunt & diuersa: inquinãt: non alunt. Ibidẽ.

Subtilitas animi ciborum copia impeditur.

Aristoteles

Aristoteles li°. de sensu & sensato.

Esurientibus sapores & odores sunt delectabiles: sed plenis & nihil egentibus nec odores nec sapores sunt delectabiles. Aristoteles li°. de Somno & uigilia.

Vinum bibere non conuenit pueris. Idem li°. ii. polyticorum.

Bonum est ab aliena muliere abstinere propter Tẽperantiam. Aristoteles. li°. vii. polyticorum.

Bonum est pueros esse sine uino. Aristoteles. li°. iii. secretorum sumptum ex Homero.

Sume cibum modice: modico natura Fouetur.
Sic mentem refice: ne mens ieiunia seruet.

La. Dioge.

Laerti' diogenes de uita & morib' philosophoꝝ.

Licurgus philosophus & princeps lacædemoni' iuuenibus non amplius una ueste toto anno uti permisit: nec aliquem culti' altero progredi: nec opulentius epulari. Ibidem.

Quum Socrates quosdã hospites suos satis tenui cæna suscipi pararet ait. Si boni sunt æquanimiter ferent: Si mali non est curandum.

Macrobius li°. ii. saturnalium.

Macrobi'.

Congrediendum est nobis tanq̃ in acie quadã cum uoluptariis rebus: cumq; ista uini licentia comm' decernendum: ut aduersus eas non fuga nec absentia sim' tuti: Sed uigore animi & constanti præsentia moderatoq; usu temperãtia continentiaq; tueamur. Macrobius li°. iii. Saturnalium.

Iuliæ nimirum causæ fuerunt propter quas tot numero leges de cænis & sumptibus ad populum ferebantur. Et imperari cœpit ut patentibus ianuis pransitaretur: & cænaretur. Sic oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus ut fieret. Prima autẽ omnium de cænis lex ad populum Orchia peruenit. Summa autem eius præscribit numerum conuiuarum At nisi pessimis effusissimisq; moribus uiueretur: profecto opus ferendis legibus nõ fuisset. Macrobius saturnalium li°. vii.

Ita etiam uitanda est ciborum uarietas: ut uaria solent uina uitari. Nam pulmentorum uarietas recipit uaria condimenta quibus gula ultra q̃ naturæ necesse est lacessitur. Et fit inde cõgeries: dum pruritu desyderii ampli': uel certe de singulis paruа libantur. Sic Socrates suadere solitus erat illos cibos potus ue uitandos: qui ultra sitim famẽq; uitandam producunt appetẽtiam.

Aulus gelius li°. xvi. c°. xviii. noctium atticaꝝ Epictetum dicere solitum ait.

Aul. gel'.

Ἀνέχου καὶ ἀπέχου. i. patere & abstine.

Cicero li°. ultimo tusculanarum q̃stionum.

Cicero.

Paruo cultu natura contenta est. Et. n. quis hoc nõ uidet desyderiis ista condiri omnia. Darius in fuga quum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibisset: negauit unq̃ se bibisse iucundius. Nunq̃ uidelicet sitiens biberat. Ibidem.

Persaꝝ a Xenophonte uict' exponit' quos negat ad panẽ adhibere qcq̃ præter nasturcium. Ibidem.

Est præclara epistola Platonis ad Dionis ppinquos in qua scriptum est his fere uerbis. Nullo modo placuit bis in die saturum fieri.

Cicero li°. primo de diuinatione.

Nam quæ uigilantibus accidunt uatibus: eadẽ nobis dormientibus. Viget. n. animus in somnis: liberq; sensibus ab omni impeditione curarum iacẽte & pæne mortuo corpore: q qa uixit ab omni æternitate uersatusq; est cum innumerabilib' animis: omnia quæ i natura reꝝ sunt: uidet: Si modo

temperatis escis: modicisq; potatiōibus ita est affectus: ut sopito corpore ipse uigilet. hæc somniātis est diuinatio. Cicero li°. de Senectute.

Tantum cibi & potiōis adhibēdum est: ut reficiant uires: nō ut opprimāt. Cice. li. iiii. Rhætō. nouo.

· Esse oportet ut uiuas: non uiuere ut edas.

Idem li°. de fi. bo. & ma.

· Socrates dixit esse condimentum escæ famem: potionis sitim.

Vale. max. Valerius maximus li°. ii. c°. de Institutis antiqs.

Bonæ ualitudinis quasi quædam mater est frugalitas inimica luxuriosis epulis: aliena a nimia uini abundantia & ab omni immoderato ueneris usu auersa. Ibidem.

Fuit illa simplicitas antiquo. in cibo capiendo humanitatis simul & continentiæ certissima index. Nā maximis uiris prandere & cænare in ꝑpatulo uerecūdiæ nō erat. Nec sane ullas epulas hēbant: qs populi oculis subiicere erubescerēt. Erant adeo cōtinētiæ attēti: ut frequēter apud eos pultis usus q̄ pāis eēt. Val. max. li. iiii. c. de abstinētia & cōti.

Ii demum penates: ea ciuitas: id regnum: æterno i gradu facile steterit: ubi minimum uirium ueneris pecuniæq; cupido sibi uēdicauerit. Nā quo istę gēis humāi certissimæ pestes penetrauerūt: ibi iniuria dñatur: infamia flagrat. Valer. max. Ibidē.

Quartum & uic[illegible] annū agens Scipio quum in Hispania Ca[illegible] oppressa maioris Carthaginis capiendæ sumpsisset auspicia: multosq; obsides: quos in ea urbe pœni clausos habuerāt: in suā potestatem redegisset: Eximiæ iter eos formæ uirginē ætatis adultæ: & iuuenis & celebs & uictor: postq̄ compit illustri loco inter Celtiberos natā: no bilissimoq; gētis eius Indibili despōsatā: accersitis parentib° & sponso inuiolatā tradidit. Aug. quoq; quod ꝑ redemptione puellæ allatum erat: summæ dotis adiecit. Valer. max. Ibidē. De M. Catone.

Ex eodem naturæ utero & continentia nata est & Cato. Valeri. max. Ibidem.

Age si qs hoc sæculo uir illustris pellibus hædinis ꝑ stragulis utatur: tribusq; seruis comitat° Hispaniā regat: & qngentoꝝ assium sumptu trāsmarinam ꝓuiciam petat: eodē cibo eodēq; uino quo nautæ uti cōtentus sit: nō ne mirabilis existimetur? Atq; ista patiētissime supior Cato tolerauit. Quia illum grata frugalitatis consuetudo in hoc genere uitæ cum summa dulcedie cōtinebat. Val. max. Ibidē.

Prætoris non solum manus a pecuniæ lucro: sed ēt oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere dixit Socrates. Pogius li° iii. de uita Cyri ex Xenophonte traducta. Pogius.

Is ergo cibus mihi sumendus uidetur. qui neq; somno nos oppressos reddat: neq; insanos.

Menander. Menāder.

Γαστρὸς δ' ἐ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν

Ventris autē conare oēm habenam cōtinere. Idē.

ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ κ' ὀλίγα.

Venter & multa capit & pauca.

Vergilius in paruo tractatu de uino & uenere. Vergilius.

Nec ueneris nec tu uini capiaris amore.

Vno nāq; modo uina uenusq; nocent. Ibidē

Compedibus Venerem uinclis astringe lyeum:

Ne te muneribus lædat uterq; suis.

Vina sitim sedent: Natis uenus alma creandis.

Sed Fines hoꝝ transiliisse nocet.

Ouidius Metamorphoseos li°. xv. fabula. ii.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis Ouidius.

Corpora. Ouidius. Ibidem.

Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum est?

Ouidius epistola Helenæ ad Paridem.

Est uirtus placidis abstinuisse bonis.

Horatius sermonum li°. ii. satyra. vii.

Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ:

Illusiq; pedes uitiosum ferre recusant.

Corpus. Iuuenalis satyra undecima. Iuuenalis.

Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus

Cæna fuit. Curius paruo quæ legerat horto

Ipse focis breuibus ponebat olusculа: quæ nūc

Squallidus in magna fastidit compede fossor.

Iuuenalis satyra. xi.

Sicci terga suis rara pendentia crate

Moris erat quondam festis seruare diebus:

Et natalicium cognatis ponere lardum:

Accedente noua: si quā dabat hostia: carne. Ibidē.

Voluptates commendat rarior usus.

Dantes purgatorii cant. xxii. Dantes

Ele Romane antiquæ per lor bere

Contente furon daqua: & Daniello

Dispregio cibo: & acquisto sapere.

Lo secol primo quanto oro fu bello.

Fe saporose cum fame legiande

Et Nectare cum sete ogni ruscello.

Melle & locuste furon le uiuande:

Che nutriro il Baptista nel deserto.

Per che elli e glorioso & tanto grande

Quanto per leuangelio ne aperto.

Franciscus Petrarcha soneto. vii. Franciscus Petrarcha

La gola: il somno: & lociose piume

Hano del mundo ogne uertu sbandita

Et e dal cursо suo quasi smarrita

Nostra natura & uicta dal costume.

Absurdum dicitur quod proprie significat ineptum: ac rationi repugnans: quasi non audiens rationem. unde absurdior & absurdissimus ueniunt. Surdus autem g̃. κωφὸς: & surditas κωφότης dicitur.

ABVSIO
- Iuramenti iurando. b. Tho. secda secdae q. lxxxviiii. ar. ii.
  - Sine necessitate quia uidetur deo paruam exhibere reuerētiam: Qui ex leui causa deum testē inducit: quod non praesumeret de aliquo uiro honesto.
  - Sine debita cautella deficien/te aliqua comitum quae sunt
    - Iusticia.
    - Iudicium.
    - Veritas.
  - Imminete periurii piculo un/de Ecclāstici.xxiii.Iuramēto nō assuescat os tuum.
- Rei bonae est peccatum.b.Tho.iii.sen.d.xxxviii.ar.i.
- Potestatis ad regendum alios est pessima. Sicut bonus usus est optim⁹. Vnde & priuilegium meret amittere q sibi cōcessa abutit potestate. de re.iu.li⁹.vi.

ABVSIO. Siue abusus dicuntur: quum aliqua re per licentiam male uti mur. Nam abuti est per/perā uti: siue nimis licen ter uti: Vn Cicero. Noli abuti nimis paciētia nra. Abusio graece. κατα χρησις. catachrisis: & καταχρωμαι. catachraome abutor dicitur.

Deuterōii — Deuteronomii cap. xxii.

· Non inductur mulier ueste uirili: nec uir utetur ue/ste faeminea. Abominabilis. n. apud deum est q fa cit hoc. Prouerbiorꝝ. cap⁹. xviiii.

Non decent stultum deliciae: nec seruum dñari prin cipibus. Prouer. c⁹. xxx.

Prouer. · Per tria mouetur terra: & quartum quod non pōt sustinere: Per seruum quum regnauerit: Per stul/tum quum saturat⁹ fuerit cibo: Et p odiosam mu/lierē: quum in mřimonio fuerit assumpta. Et p an cillā quum fuerit haeres dñae suae. Ecclāstici. c. xxv.

Ecclāstici · Tres species odiuit aia mea: & aggrauor ualde aiae illorꝝ. Paupem supbum: Diuitē mendacē: & senē fatuum & insensatum. Bernardus in Apologia.

Bernard⁹. · Magna abusio: Parcitas putatur auaricia. Sobrie/tas austeritas credit: silentium tristicia reputatur. Econtra: Remissio discretio creditur. Tristitia si/lentium reputat. Loquacitas affabilitas: Cachin natio iucunditas: Mollicies uestimentorꝝ & equo rum fastus honestas. Lectorum superfluus cultus mondicia. Bernardus ibidem.

· Magna abusio: ut corpus induatur: & cōtra tegu/lam suis uestibus anima nuda deseratur.

Bernardus in Epistolis.

Mira abusio: Domus ardet: Ignis instat a tergo: & fugienti prohibetur egredi: & hoc ab his q in in/cēdio positi sunt. Hugo de Claustro aiae li⁹. ii.

Hugo — Iuste puniuntur qui licitis abutuntur. Iustius uero puniuntur qui aliena rapere conantur. Sic Satha nas coelum: Sic prothoplastus pdidit paradisum.

Hugo. Ibidem.

Duodecim sunt abusiones claustri: qbus tota reli/gionis summa corrumpit. s. Praelatus negligens: Discipulus inobediens: Iuuenis ociosus: Senex obstinatus: Monach⁹ curialis: Religiosus causi/dicus: Habitus preciosus: Cibus exquisitus: Ru/mor in claustro: Lis in capitulo: Dissolutio in cho ro: Irreuerentia iuxta altare. Hugo Ibidem.

Inter abusiones hui⁹ saeculi sola maior est senis ob/stinatio: q morti proximus mortis non horret ad/uentum: qui quasi ad ostium huius mundi positus foris spectat: nec tamen uitae praesentis attendit egressum: nec futura considerat.

Cyprianus de. xii. abusionibus. — Cyprian⁹

Duodecim sunt abusiones saeculi. s. sapiēs sine ope/ribus: senex sine religione: Adolescens sine obe/dientia: Diues sine elemosina: Faemina sine pudici cia: Dominus sine uirtute: Christianus contentio sus: pauper superbus: Rex iniquus: Episcopus ne gligens: Ples sine disciplina: populus sine lege. Lu cius Apuleius de Magia li⁹. ii.

L. Apule⁹ — Neq facundiae ostentatio rudi & indocto: neq glo riae cupido rustico & barbaro: neq icaptio patro ciniorum seru congruit. Cicero li⁹. Topicorum.

Cicero — Non debet ea mulier cui uir bonorum suorꝝ usum/fructum legauit cellis uinariis & oleariis plenis re lictis putare id ad se pertinere: Vsus enim nō abu sus legatus est. Ea sunt inter se contraria.

Accentus graece. προσῳδία. pro sodia uenit a b accēto frequentatiuo de ac cino qd est ad aliquid cano: quē qdā dicūt esse aiam uerborꝝ: alii uocem syllabae esse diffinie runt. Accentus ueteres nunc moderamēta nunc accentiunculas: nunc uoculationes appellabant.

Acceptilatio quam Iustinianus per interro gationem & respōsionē fieri dicit uenit ab acceptum fero hoc est habeo pro recepto & fateor me accepisse quod nō accepi: quum nul/la solutio interuenerit. acceptoq. ἀποχή ἐχόμαι dicitur.

Acceptio personarum in viii.maxi.prohibetur.In
- Pœnitentiæ impositione.xxvi.q.vii. Sacerdos.
- Sententiæ diffinitione.iii.q.viiii. Necesse.
- Fidei prædicatione. Di.lxxxxvi. Vbi.
- Hospitum receptione. Di.xlii. Quiescamus.
- Elemosinarum largitione.xvi.q.i. Si cupis.
- Dignitatum promotione. Di.xl. Multi.
- Iudiciorum declaratione.de re.Iu.li°.vi.
- Honoris exhibitione.i.q.i. Vilissimus.



Cceptio personaꝶ græce προσωποληψία.ας.ἡ. & προσωπολήπτης.ου.ὁ.acceptor personaꝶ dicitur. est iniusticia qua persona personæ præfertur in conferendo ei aliquid quod ex debito iusticiæ alteri est conferendum ratione alicuius conditionis transitoriæ: nõ congruentis ad ipsam rem: existentis circa personam: puta diuitiarum: potestatis terrenæ: uel cognationis carnalis: & non ob meritum ei⁹ ad ipsam rem. secundum Alexan. de Alex. scđa scđæ. tractatu de acceptione. psonaꝶ.
Acceptio personarum est. attendere ad conditionẽ personæ nihil faciẽtem ad illud negocium. uel sic Acceptio personarum est inæqualitas iusticiæ distributiuæ iquãtũ aliqd attribuit᷑ alicui præter ꝓportõnẽ. scđm. b. Tho. scđa scđæ. q. lxxxiii. ar. iiii.

Leuitici. Leuitici cap°. xviiii.
· Non cõsyderes personã pauperis: nec honores uultũ potẽtis. Iuste iudica ꝓxio tuo. Deuterõii. c. xvi.
Deuteronomii.
· Non accipies psonã nec munera: Quia munera excæcãt oculos sapientum: & mutãt uerba iustoꝶ.
Prouerbi. Prouerbiorum c°. xviii.
· Accipere personã impii in iudicio nõ est bonum: ut declines a ueritate iudicii. Prouer. c°. xxiiii.
· Cognoscere personam in iudicio non est bonum. Qui dicunt impio iustus es: maledicẽt eis populi: & detestabuntur eos tribus. Prouer. c°. xxviii.
· Qui agnoscit in iudicio faciem: non bene facit iste: & ꝓ bucella panis deserit ueritatẽ. Sapiẽtiæ c°. vi.
Sapientiæ
· Non subtrahet personam cuiusq̃ deus: nec uerebitur magnitudinem cuiusq̃: quoniam pusillum & magnum ipse fecit: Et æqualiter est illi cura de omnibus. Ecclesiastici. c°. v.
Eccl̃iastici
· Iustifica pusillum et magnũ simil᷑. Eccl̃iastici. c°. vii.
· Noli quærere Fieri iudex: nisi ualeas uirtute irrũpere iniquitates: Ne forte extimescas faciẽ potẽtis: & ponas scãdalum i agilitate tua. Isaias c°. p°.
· Omnes diligunt munera: sequuntur retributiões: pupillo non iudicant: & causa uiduæ non ingreditur ad illos. Isaias c°. x.
· Veh q cõdunt leges iniquas: & scribẽtes in iusticiã scripserunt: ut opprimerent in iudicio paupes: & uim facerẽt causæ humilium populi mei: ut essent uiduæ pda eoꝶ & pupillos diripent. Hieremi. c. v.
Hieremias
· Causam uiduæ non iudicauerunt: causam pupilli non direxerunt: & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his non uisitabo dicit dominus? aut super gentem huiusmodi non ulciscetur anima mea? Lucas. c°. xi.
Lucas.
Et uobis legis peritis ueh: quia oneratis hoies oneribus quæ portare non possunt: & ipsi uno digito uestro nõ tangitis sarcinas.
Iacob⁹ apostolus. Iacobus Canonicæ epistolæ. c°. ii.
Nolite in acceptione psonarum fidem habere. Augustinus in Epistola ad parentium comitem Arrianum: & habetur. xxxii. q. vi. Iniquum.
Augustin⁹
Iniquum est ut quisq̧ de alio iudicare uelit & iudicari de se nolit. Augusti. & est in glosa Iacobi sup illud fratres mei nolite peccare.
Si hanc distantiam sedendi & standi ad honores ecclesiasticos referam⁹: nõ ẽ putãdum leue esse pctm in psonaꝶ acceptõe habere fidẽ dñi gloriæ. Quis .n. ferat eligi diuitẽ ad sedẽ honoris ecclesiæ cõtẽpto paupe istructiore & sanctiore. Aug. i sermõe.
Absit dñe: ut i tabernaculo tuo præ paupib⁹ accipiant᷑ psonæ diuitum: aut præ ignobilibus nobiles: qñ potius infirma mundi elegisti ut confunderes fortia. Hieronym⁹ in originali sup Hamos.
Hierony⁹.
Quicunq̧ cõsanguinitate aut amicicia: uel ecõuerso hostili odio: uel inimicicis i iudicãdo ducit᷑: peruertit iudiciũ xp̄i q est iusticia. Hieron. ad Fabiolã
Multa nos facere cogit affect⁹: dum propinqtatem respicimus corpoꝶ: & corporis & animæ offendimus creatorem. Hieronymus ad Pammachium:
Nec bõis aduersarioꝶ si hõestum qd habuerint detrahẽdum. Nec amicorum laudãda sunt uicia: & unumquodq̧ nõ psonaꝶ sed reꝶ põdere iudicandum est. Hierony⁹ episto. ad Damasum papam.
Alienum te a psonis oium redde iudicio: ac pp iusticiã in iudicio paupem ne defendas: Nec pp gratiã diuiti indecẽter assistas: aut si nõ potes facere: cognitõem respue causaꝶ. Ambrosi⁹ sup Malachiã.
Ambrosi⁹
Inter oia peccata sacerdotum est maximum: q non cãs: sed psonas cõsyderãt: & despecto iusto paupe: iniustos diuites honorãt. Ambrosi⁹ officioꝶ. li°. ii.

In iudicio gratia absit: causae merita discernantur.

Greg.

Gregorius & habetur. xi. q. iii. Summopere.

Remota personarum acceptione diffinitiua proferatur sententia.

Isydorus

Isydorus li°. iii. de summo bono.

Iudices iniqui errant a ueritate sententiae: dum intendunt qualitatem psonae: & exulcerant saepe iustos: dum improbe defendunt iniquos. Isydorus Ibidē.

Diues cito muneribus corrumpit iudicium: pauper autē dum non habet quod offerat: non solum audiri contēnitur: sed etiam cōtra ueritatē opprimitur.

Innocen tius.

Innocenti⁹ li°. ii. de uilitate cōditionis humanae.

Vos non attenditis merita causarum: sed personarum: Non iura sed munera: Non quod ratio dictet: sed quod uoluntas affectet: Non qđ sentiat: sed quod mens cupiat: Non quod liceat: sed quod libeat. Nunq̄ in uobis est ita simplex oculus: ut totum corpus lucidum sit: sed aliquid semper dimittitis fermēti: quo totam massam corrumpitis. Ibidē.

Pauperum causam cum mora negligitis: diuitum causam cum instantia promouetis. In illis rigorē ostenditis: in istis ex mansuetudine dispensatis. Illos cum difficultate respicitis: istos cum Facinore tractatis. Illos negligenter auditis: istos subtiliter ascultatis. Ibidem.

Si forte pauperum causam suscipitis: illos remisse fouetis. Si autem diuitum causam suscipitis: illos pertinaciter adiuuatis. Pauperes despicitis: diuites honoratis. Illis reuerenter assurgitis: illis despicabiliter communicatis. Ibidem.

Clamat pauper & nullus exaudit: loquitur diues & quilibet applaudit. Diues locutus est & omnes tacuerunt: & uerbum illius usq; ad nubem pducunt. Pauper locutus est & dicunt qs est hic: & si offenderit subuertent eum. Clamat uir patiens: & nullus exaudit. Vociferatur & nō est qui iudicet: Diuiti dicunt: Tu sede hic bene: pauperi uero tu sta illic: uel sede sub scabello pedum meorum.

Cassiodo/rus.

Cassiodorus li°. ii. epistola. xiii.

Nescit psonas respicere q meram cogitat aequitatē.

Seneca

Seneca ad lucillium epistola. lxxxviii.

Prorsus persuasim⁹ q multi furto nō erubescunt. quod multi adulterio gloriantur. Nam sacrilegia minuta puniuntur: magna i triumphis feruntur.

Aristoteles

Aristoteles li°. primo Rhoetoricorum.

Amor & odium & proprium commodum saepe faciunt iudicem non cognoscere uerum.

Laerti⁹ Diogenes

Laerti⁹ Diogenes de uita & morib⁹ philosophorum.

Interrogatus Solon quid esset lex: respondit: Araneae tella. Quia si in eam inciderit quid debile: retinetur: Graue autē ptransit tella rescissa. Ibidē.

Xenocrates uidens quendam latronem ad patibulum: subrisit: dicens: q magni fures minores morte damnabant. Cicero li°. ii. de oratore.

Cicero

Plura multo homines iudicāt odio: aut amore: aut cupiditate: aut iracundia: aut dolore: aut laeticia: aut spe: aut timore: aut errore: aut aliqua promotione mentis: q̄ ueritatis: aut praescripto: aut iuris norma aliqua: aut iudicii formula: aut legibus.

Val. maxi.

Val. maxi. li°. vii. titulo Sapiēter dicta aut facta.

Quā subtiliter porro Anacharsis leges aranearum tellis cōparabat. Nam ut illas infirmiora animalia retinere: ualentiora transmittere: Ita his humiles & pauperes constringi: diuites & praepotentes non alligari aiebat.

Homerus. I. Iliados.

'Αντίμυ πολλῶν λαῶν ἔστιν ἀνήρ: ὅν Ζεῦς κῆρι φιλήσῃ. hoc est.

Pro multis populis est uir: quē Iupiter corde amat.

Iuuenalis satyra scđa.

Dat ueniam coruis: uexat censura columbas.

Ouidius

Ouidius Amorum li° iii.

Curia pauperibus clausa est. Dat census honores.

ACcidens graece συμβεβηκός. Symbebicos. Nam συμβαίνω accido dicit̄. est quod adest & abest praeter subiecti corruptionem. secundum. Aristo. li°. predicamentorum.

Accidens est quod neq; est genus: neq; species: neq; differentia: neq; proprium: sed semper est in subiecto subsistens scđm eundem. Ibidem.

Accidentis esse: non est esse in subiecto: sed est esse rem cui debetur esse in subiecto.

ACcusatio ğ. κατηγορία. ας. ἡ. catigoria. Nam & κατήγορος catigoros accusator dicitur. est in causam tractio: hoc est apud iudices uel alium quēlibet aliquem peccasse ostensio. Plaerūq; pro repraehensione accipitur: hinc accusator & accusatrix deducuntur. & accusatio & accusatiuncula eius diminutiuum.

ACerbus ğ. ὠμός. οῦ. ὁ. omos. unde ὠμόσιτος: omositos cruda comedens. proprie est incoct⁹ & nundum maturus: ut poma acerba. Aliquando pro horrendo ponitur Virg. Et funere mersit acerbo. hinc acerbitas amaritudo saporis cruditas saeuicia q; est.

ACerra. ğ. θυμιατήριον. ου. τό. thymiatirion dicitur est: thuris arcula quae & a latinis thuribulum dicitur. Est etiā urbs hoc nomine iuxta Neapolim quam Clanius amnis praeterfluit. Virgi. Et uacuis clani⁹ nō aequus acerris

ACIDIA ſcđa ſcđe. q.xxxv.b. Tho.

- Pͦ mõ eſt Triſticia de bono ſpũali: & ſic ẽ gñale peccm̃: & ñ unũ de ſeptẽ. Q nia oẽ peccm̃ refugit bonũ ſpũale uirtutis ei oppoſitæ: ut ſupbia refugit bonũ ſpũale q ẽ actus humilitatis: & luxuria bonum caſtitatis: & ſic de aliis. b. Tho. ſcđa ſcđe. q. xxxv. ar. ii.
- Scđo mõ eſt horror ſpũalis boni inq̃tũ ẽ laborioſum uel moleſtum corpori aut ipedimẽtũ đlectatõis ei⁹ & ſic a uiciis carnalib⁹ nõ ſepaŕ qbus qs qeté & delectationẽ corpis q̃rit & ſic non eſt unum de ſeptem.
- Tertio mõ ẽ triſtitia de bono ſpũali inq̃tũ diuinum. Et ſic eſt ſpeciale peccatũ & unũ de. vii. qa opponiť ſpũli uirtuti q̃ ẽ Charitas cui⁹ eſt gaudere de bono diuino & ſic eſt peccatum. ar. ii.
  - Capitale: qa ex ea pmptũ ẽ ut alia uicia orianť ſcđm rõnẽ cauſæ finalis: & hæc diuerſimode aſſignantur. ar. iiii.
    - Secundũ. b. Greg. xxxi. mo. ex acidia oriũť. vii. .ſ. Deſ. puſ. tor. ran. ma. euagatio. qa ex triſticia ſpũaliũ & diuinorũ faſtidio eueniunt tria. ſ.
      - Receſſus uel fuga ſpũalium cõtriſtãtiũ q̃ ſũt finis uel ea q̃ ſũt ad finẽ: & ſic oriũť ex Acidia filiæ tres. ſ.
        - Deſpatio qua recediť ab ultimo fine.
        - Puſillanimitas: qua recediť ab his q̃ ſunt ad finem. ſ. ab arduis q̃ ſubſunt conſiliis.
        - Torpor: quo receditur a ſpiritualib⁹ ptinẽtib⁹ ad iuſticiã cõem q̃ ſubſunt præcepto.
      - Impugnatͦ ſpũaliũ contriſtantiũ et ſic oriũť ſcđm. b. Gre. ex Acidia. ii. ſ.
        - Rancor q ẽ indignatio ĩ pſonas inducẽtes ad bona ſpũalia: ut hic ſumiť
        - Malicia: q̃ eſt qñ qs ĩ uñ triſtať ſup ſpũalib⁹ & diuinis ut et ea deteſteť.
      - Acceſſus ad delectabilia nõ ſpirituaha & ſic oriť ſecũdũ. b. Greg.
        - Euagatio mẽtis circa illicita: quæ ẽ qñ pp triſticiã ſpũalium qs ſe trãſfert ad delectabilia exteriora faſtidio ſpũalium: qa ſcđm philoſophũ. viii. æth. hõ nequit diu eſſe ſine delectatione.
    - Scđm. Iſy. li. de ſũmo bono ponunť. xi. q diſtinguit triſtitiã ab acidia. Nã ſcđm eũ pprie diciť.
      - Triſtitia: inquãtũ receditur a graui & laborioſo opere & ab Iſy. aſſignãtur oriri. iiii.
        - Deſperatio.
        - Puſillãimitas
        - Rancor
          - De quibus ſupra.
        - Amaritudo q̃ nõ eſt ſpeciale uitium: ſed qdam effectus rancoris.
      - Acidia inq̃tum qs accedit ad indebitam qetem laboris tedio: & ſic oriuntur ſeptem. ſ.
        - Ocioſitas quum nõ pternuttũť pcepta
        - Sõnolẽtia quũ negligẽter ipleť pcepta
          - Hæc. ii. ſub Torpore cõpræhẽduntur.
        - Importunitas mẽtis quũ euagatio mentis circa illicita reſidet in ipſa arce mẽtis uolẽtis ſe diffundere ad diuerſa.
        - Curioſitas quũ idebite uel imoderate ſe diffũdit ad diuerſa cognoſcenda.
        - Verboſitas: quũ idebite & imoderate uagatur in uerbis.
        - Inqetudo corporis: quũ p imoderatos membrorũ motus uagationẽ mentis indicat.
        - Inſtabilitas. quũ diuerſorũ fit locorũ mutatio uel ppoſiti.
          - Quæcunq ad mentis euagationẽ ptinent quã ponit. b. Greg. ſupra.
  - Mortale. qñcũq talis triſtitia ptingit uſq ad cõſenſum rationis quæ cõſentit in fugam & horrorem & deteſtatiõem boni diuini carne cõtra ſpiritum omnino pualente. ar. iii.
  - Veniale. qñcunq non contingit uſq ad conſenſum rationis. ſed eſt in ſola ſenſualitate ppter repugnantiam carnis ad ſpiritum. ar. iii.



CIDIA quæ & græce ακηδια.ασ.ϊ. dicit:
eſt Triſtitia de bono diui/
no inquantum diuinum
de quo charitas gaudet.
Acidia eſt tedium bñ ope/
randi: & triſtitia de re ſpi
rituali: uel receſſus men
tis a bono ſpirituali diui/
no cui oportet mentem inhærere ex neceſſitate.
hæc ex b. Tho. ſcda ſcdæ.q.xxxv.

Acidia eſt ex confuſione mentis nata triſticia: ſiue
odium: & amaritudo animi immoderata: ut ait
Hugo li°.ii.de ſacramentis.

Acidia eſt torpor mentis bona incohare negligen/
tis.ſcdm Ri.

Acidia eſt de uirtutum laudabili exercitio utriuſq;
hominis läguida deiectio.ſcdm Greg. i Homelia.

Acidia eſt triſticia aggrauans mentem: ut nihil
boni ei agere libeat.ſcdm Io.Dama.li°.ii.

Acidia eſt pigricia & inertia: & fatigatio animi: q̄
quis bonum incohatum faſtidit.ſcdm Cicerone
li°.tuſ.queſt.

Acidia ab inuidia differt. Quia inuidia eſt de bono
alieno: Acidia uero de proprio. Nec placet opinio
eorum qui ſcribunt per c geminatum: quum bre/
uiet primam ſyllabam.

Prouerbiorum capitulo.vi.

Prouer/ biorum. · Vade ad Formicam o piger: & conſydera uias eius:
& diſce ſapientiam. Quæ quum non habeat du/
cem: nec pceptorem: nec principem parat in æſta/
te cibum ſibi: & congregat in meſſe quod come/
dat. Ibidem.

· Vſq; quo piger dormies? Quando conſurges e ſo/
mno tuo. Ibidem.

· Si impiger fueris: ueniet ut fons meſſis tua: & ege/
ſtas longe fugiet a te. Prouer. c°.x.

· Qui.n.colligit in meſſe: filius ſapiens eſt: & q ſter/
tit æſtate filius confuſionis. Ibidem.

· Sicut acetum dentib⁹ & fumus oculis: ſic piger his
qui miſerunt eum in uia. Prouer.c°.xii.

· Qui operatur terram: ſatiabitur panibus: q autem
ſectatur ocium ſtultiſſimus eſt. Prouer.c°.xiii.

· Vult & non uult piger: anima autem operantium
impinguabitur. Prouer.c°.xviii.

Pigrum deiicit timor. Animæ autem effæminato/
rum eſurient. Prouer.c°.xx.

· Propter frigus piger arare noluit. Mendicabit er/
go æſtate: & non dabitur illi. Prouer.c°.xx.

· Noli diligere ſomnum: ne te egeſtas opprimat. Ape
ri oculos tuos & ſaturare panib⁹. Prouer.c°.xxi.

· Cogitatiões robuſti ſemper in abundantia: omnis
autem piger in egeſtate eſt. Prouer.c°.xxi.

· Deſyderia occidunt pigrum: Noluerunt.n.quicq̄
manus eius operari. Prouerbioꝝ c°.xxiiii.

· Per agrum hominis pigri tranſiui: & per uineam
uiri ſtulti. Et ecce totum repleuerát urticæ: & ope
ruerant ſuperficiem eius ſpinæ: & maceria lapi/
dum deſtructa erat. Prouer.c°.xxviii.

· Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus: qui
aũt ſectat ociũ replebit egeſtate. Eccleſiaſtici.c.iiii. Eccleſiaſti.

· Stultus dicit melius eſt pugillus cum requie: q̄ ple/
na utraq; manus cum labore. Eccleſiaſtici c°.vii.

Non oderis laborioſa opera: & ruſticationem crea
tam ab altiſſimo. Eccleſiaſtici.c°.xxxiii.

· Multam.n.maliciam docuit ocioſitas.

Eccleſiaſtes capitulo.ix. Eccleſiaſte.

· Quodcunq; facere poteſt manus tua inſtanter ope
rare: qa nec op⁹ nec ratio nec ſapientia nec ſciẽtia
erũt apud iferos quo tu pperas. Eccleſiaſtes c.xi.

Qui obſeruat uentum non ſeminat: & q conſyde/
rat nubes nunq̃ metet. Ezechiel capitulo.xvi. Ezechiel.

· Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: Sup/
bia: ſaturitas panis: & abundantia: & ocium ipſi/
us & filiarum ei⁹ & manum egeno & pauperi non
porrigebant: & eleuatæ ſunt: & fecerunt abomi/
nationes coram me. Matthæus c°.xx. Matthæ⁹.

· Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Matthæus c°.xxi.

· Videns Ieſus ficulneam habẽtem folia ſine fructu
maledixit: & ſtatim aruit ficulnea. Lucas c°.xii. Lucas.

· Seruus ſciens uoluntatem dñi ſui: & non faciens
plagis uapulabit multis. Paulus ad Roma.c°.xii. Paulus.

· Sollicitudine non pigri. Paulus ad Teſſaloni/
cenſes ſcdæ.c°.iii.

· Si quis uult non operari: nec manducet. Ibidem.

· Nolite deficere benefacientes. Iacobus.c°.iiii. Iacobus.

· Scienti bonum facere: & non facienti: peccatum
eſt ei. Auguſtinus li°.p°.de ciuitate dei. Auguſtin⁹

Deleta quippe Carthagine magno uidelicet terro/
re Romanæ reipu.extincto: tanta de proſperis re
bus mala ſecuta ſunt: ut corrupta concordia pri/
us ſæuis cruentiſq; ſeditionibus: deinde mox ma/
larum connexionum curarum bellis ciuilibus tan
tus ſanguis effuſus eſt: ut crudeliora paterentur a
ciuibus q̃ ab hoſtib⁹. Auguſti.cõfeſſionum li°.x.

· Nemo ſecurus eſſe debet in hac uita: quæ tota ten/
tatio nominatur: ut qui potuit fieri ex deteriore
melior: non fiat ex meliore deterior. Auguſti/
nus epiſtola ad Vercellenſes.

Nullus fructus ocii: immo magis diſpẽdium. Ocio
· ſus Eſau amiſit primat⁹ benedictionem: quia mal
luit cibum accipere q̃ quærere.

Hieronymus epiſtola ad Demetriaden. Hierony/

· Nihil in ſancto propoſito deteri⁹ eſt ocio: quod non mus.
ſolummodo non acquirit noua: ſed etiam peracta
conſumit. Sanctæ uitæ ratio proceſſu gaudet &

crescit: cessatióe torpescit & deficit. Quottidianis ac recentibus uirtutum incrementis instauranda mens est: & uiuendi hoc iter non de transacto: sed de reliquo metiendū. Hieronymus ad Rusticū monachum & habetur de Con. di. v. Nunq̄.

· Facito aliquid operis ut semper Diabolus inueniat te occupatum.

Io. Chryſ. Ioannes Chrysostomus lib. de lapsu.

· Radix desperationis est ignauia: & non solū radix: sed nutrix eius & mater. Nam sicut uestimentum & tineam generat & nutrit: ita ignauia non solū gignit ex se desperationem: sed alit & fouet.

Isydorus Isydorus soliloquiorum lib. ii.

Per torporem uires & ingenium defluunt.

Bernard⁹. Bernardus de consyderatione lib. ii.

· Fugienda est ociositas mater nugarum: nouerca uirtutum. Inter saeculares: nugae nugae sunt: In ore sacerdotis blasphemiae.

Leo. Leo in sermone de Apparitione.

Non dormientibus prouenit regnum caelorum: nec ocio & desidia torpentibus beatitudo aeternitatis

Io. Cassia. repromittitur. Ioannes Cassianus de institutionibus monachorum lib. x.

Experimento probatum est acidiae impugnatióem non declinando fugiendam: sed resistendo superādam. Ibidem.

· Acidia est solitariis magis experta: & in eremo commorantibus infestior hostis ac frequens.

Boetius Boetius lib. de scholastica disciplina.

Sicut in unoquoq; opere mater inuenitur constantia: ita uniuersae doctrinae & disciplinae nouerca ē

Beda negligentia. Beda super prouer. lib. ii.

· Vult & non uult piger. Pigri uocabulo denotatur qui uult regnare cum deo: & non laborare p deo. Delectant praemia: quum pollicentur: deterrēt certamina: quum iubentur.

Seneca Seneca ad Lucillium epistola. viii.

· Nullus mihi per ocium dies exit. Partem noctium studiis uendico. Non uaco somno: sed succumbo. Et oculos uigilia fatigatos cadentesq; in opere detineo. Seneca ad Lucillium epistola. xviiii.

· Gloriari ocio iners ambitio ē. Vitam in odium ociū adducere solet.

Seneca ad Lucillium epistola. xxx.

· Generosos animos labor nutrit.

Seneca ad Lucillium epistola. xxxiii.

· Dormio minimum: & breuissimo somno utor. Satis est mihi uigilare desiisse. Aliquando non dormiisse scio: aliquando suspicor.

Seneca ad Lucillium epistola. lxviii.

Demetrius uitam ociosam: & sine ullis fortunae occursionibus mare mortuum reputat. In ocio incōcusso iacere non est tranquillitas: Malicia est. Malo ut me fortuna ī castris suis: q̄ in deliciis habeat.

Idem epistola. lxxii.

· Luxurioso Frugalitas poena est: pigro supplicii loco labor est. Desidioso studere torqueri est.

Idem epistola. lxxii.

Non putant desidiosi posse fieri quicq̄ quod facere non possunt. Ex infirmitate sua de uirtute ferunt sententiam. Nam haec ad quae imbecilles sum⁹ dura atq; toleranda credimus: tormenta reputantes uino carere: aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt. Sed nos fluidi & enerues sumus.

· Idem in prouerbiis.

Diu delibera: cito facito. Nil curare: hoc est insanā esse. Nil posse: hoc est mortuum uiuere.

Seneca Ibidem.

Quies tibi: non desidia sit. Et quum ab aliis luditur tu sancti aliquid honestiq; tractabis.

Idem lib. de beneficiis.

· Pigritia est nutrix egestatis.

Seneca lib. de beneficiis.

Nullum beneficium dandum est negligenti.

Plato lib. de repu. Plato

Pestis est mortalibus ignauia.

Aristoteles lib. x. de animalibus. Aristoteles

Nullum ens naturale natum est ociosum.

Aristoteles lib. x. ethicorum.

Corrumpunt operantem propriae tristiciae.

Idem lib. Iconomicorum.

Impossibile est negligentibus dominis seruos eē sollicitos.

Salustius in Iughurta. Salustius

Et enim ignauia nemo immortalis factus est: neq; quisq̄ parens liberis: ut aeterni fierēt: ignauiam optauit: magis ut boni & honesti uitam suā agerēt.

Salustius in Catilinario.

Summam laeticiam atq; lasciuiam diuturna quies comparat.

Salustius Ibidem.

Non uotis neq; supplicationibus muneribusq; auxilia parantur deorum: sed uigilando: agendo: bene consulendo omnia prospere cedunt. Vbi secordiae atq; ignauiae te tradideris: nequaq̄ deos ipsos iratos: enim infensosq; sunt.

Valerius maximus lib. ii. titulo. de Institutis antiquis. Vale. max.

Massilia ciuitas omnibus qui per antiquam religionis simulationem alimenta inertiae quaerunt clausas portas habet: mendacem et fucosam superstitionem summouendam esse existimans.

Q. Curtius de gestis Alexandri lib. vi. Q. Curti⁹

Parua saepe scintilla contempta magnum excitauit incendium.

Virgilius Eneidos lib. xi. Virgilius

Quæ tanta animis ignauia uenit.
Lucanus — Lucanus lib. primo.
Tolle moras. Semper nocuit differre paratis.
Ouidius — Ouidius Metamorphoseos lib. viii. fab. vi.
Ignauis precibus fortuna repugnat.
Idem artis lib. ii.
Amor odit inertes.
Ouidius artis lib. iii.
Venturæ memores iam nunc estote senectæ.
Sic nullum uobis tempus abibit iners.
Ouidius lib. i. de ponto elegia. vi.
Cernis ut ignauum corrumpunt ocia corpus?
Et uitium capiant: ni moueantur: aquæ:
Ouidius. Ibidem.
Non sum qui segnia ducam
Ocia. Mors nobis tempus habetur iners. Ibidem.
Quum dedimus somno quas tẽpus postulat horas.
Quo ponam uigilans tempora longa modo?
Tibullus — Tibullus lib. i. elegia. iiii.
At si tardus eris: errabis: transiet ætas:
Quam cito non segnis stat remeatq; dies? Ibidem.
Vidi iam iuuenem: premeret quum serior ætas:
Mœrentem tardos præteriisse dies.
Horatius — Horatius epistolarum lib. i. epistola. xviiii.
Nam tua res agitur paries quum proximus ardet.
Et neglecta solent incendia sumere uires.
Dantes — Dantes florentinus Inferni cap. xxiiii.
Segendo in piuma.
In fama non se uien: ne sotto coltre.
Senza laqual che sua uita consuma
Cottal uestigia in terra di se lassia
Qual fumo in aere: & in aqua la schiuma.
Dantes purgatorii cap. iii.
El perder tempo a chi piu sa: piu spiace.
Ibidem cap. xviii.
El studio di ben far gratia riuerda.
Ibidem cap. xxiii.
El tempo che ni e imposto
Piu utilmente compartir se uole.
Dantes paradisi cap. xx.
Ora cognosci quanto charo costa
Non sequire Christo per lexperienza
Di questa dolce uita & de loppossa. Ibidem.
Ora cognosci chel iudicio æterno
Non si transmuta quando digno preco
Fa crastino lagiu del hodierno.

ACies ab ἀκονάω aconao quod est acuo descendit: Ita & ἀκόνη aconi eos cotis dicitur. Est autem acies cuiuscūq; rei acumen & quasi summum. unde aciem ferri dicimus: aciem oculorum: aciem exercitus. Et ab acuo acutus uenit notæ significationis: quod etiam ad incorporea transfertur. ut acutũ ingeniũ: acutus uisus.


ACcliuis græce καταντής. τοῦ. ὁ. ἡ. catantis dicitur: Et ẽ arrect⁹ & in cliuum acuminatus. unde accliuitas. Decliuis uero inclinatus & incuruus.

AConitum græce ἀκόνιτον. οὐ. τό. aconiton dicitur: hærba est maxime uenenosa ex spuma Cerberi canis tricipitis primum in cotibus nata: unde & nomen accepit. Nã ἀκόνη aconi græce cotem significat latine.
Ouidius lib. vii. Metamorpho.
Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute
Agrestes aconita uocant.

ACrimonia græce. δεινότης ητος. ἡ. dinotis: & δεινός dinos acer dicitur. Et est uiuacitas animi: acumen ingenii: & mentis seueritas ab acer uenit quod ab acuo descendit.

ACtor græce. πράκτης practis dicitᷣ. Is est qui aliquid agit: & actio omnis act⁹: unde actionem Iurisconsulti uocãt ius quod cuiq; debetur in iudicio prosequẽdi. propter quod Vlpianus scribit duo esse actionum genera: In rẽ quæ dicitur uendicatio: & in personam quæ appellatur Conditio. In rem actio est per quam rem nostram quæ ab alio possidetur petimus. In personã actio est: qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid uel dandum.
Differunt autem actor & author sic: q̃ actor est qui recitat: Author uero qui facit op⁹. Quare scriptores poematum & aliorum operum authores dicuntur: & ita authores pacis: authores belli: Quomodo autem author scribatur uide infra in dictione. Author.

AD aliquid græce πρός τι prosti dicitᷣ. Talia dicuntur quæcunq; hoc ipsum qđ sunt aliorum dicuntur: uel quõlibet ad aliud. secundum Aristotelen. lib. prædicamentorum.
Ad aliqđ sunt quibus hoc ipsum quod esse est aliud quodammodo se habere. secundum eundẽ Ibidẽ.



Diuratio græce ἐξορκισμὸσ. οῦ. ὁ. exorcismos: nam ἐξορκίζω exorcizo adiuro dicitur. Est q̄ adiurare per inuocationem diuini nominis uel alterius rei sacræ ob/secrando uel imperando inclinare eas secundum se: uel in comparatione ad eas ad aliquid agēdum uel patiendum. secundum Ricar.in.iii.di.xxxvii. ar.iii.q.ii.

Adiurare est ordinare aliquid ad aliquid per diui/na: secundum . b . Tho.scda scdæ.q.lxxxx.ar.i. Vtentes huiusmodi artibus a Iurisconsultis di/cuntur exorcizatores.

Dmiratio ab admiror quod græce θαυμάζω dicitur: & est timor ex magna imagi/natione secundum Ioan . Damascenum libro .ii.cap°.xv.



DOLESCENTIA græce νεότης neotis: & νεανίας. ου. ὁ. neanias adolescens dicitur: est secun/dum ciceronem in Topi/cis flos ætatis: uel ut alii uolunt extrema puericia. dicta ab adoleo quod modo significat accresco: qa crescentes pueri quum primum puberes fiunt ole re hircum incipiunt: propter quod hirquitali sunt appellati . hinc adolesco . unde adolescens cuius diminutiuum est adolescentulus: & adolescentia: cuius prima ætas ephæbia dicitur. Vnde ephæbus qui in prima est adolescentia . Teren . in Andria . Terentius
Nam is postq̄ excessit ex ephæbis Sosia. Ephæbus dicitur quod iam sit in pube quæ græce ἐφηβᾶν dicitur. hoc est iam ad pubertatis annos peruenit.

Prouerbiorum ca°.iii. Prouerbiorum.

Tria sunt difficilia mihi & quartum penitus igno/ro. uiam aquilæ in cælo: Viam colubri super pe/

tram: uiam nauis in medio mari: Et uiam uiri in adolescentia. Ecclesiastes c°.xi.

· Adolescentia.n.& uoluptas uana sunt. Ibidem.

· Laetare ergo iuuenis in adolescentia tua: & in bonis sit cor tuum in diebus iuuentutis tuae: & ambula in uiis cordis tui: & in intuitu oculorum tuorum: & scito q pro omnibus his adducet te deus in iudicium.

Ecclesiastici capitulo.xxxii.

· Adolescens loquere in tua causa uix quum necesse fuerit. Ibidem.

· In medio magnatorum loqui nō praesumas: & ubi sunt senes non multum loquaris.

Petrus apostolus primae c°.v.

· Adolescentes subditi estote senioribus.

Hierony°. Hieronymus ad Nepotiannm.

Sicut ignis in lignis uiridibus suffucatur: ita sapientia in adolescentia tentationibus & libidine impedita non explicat suum fulgorem: nisi labore & studio & oratione incentiua iuuentutis intra repellantur. Ambrosius de uiduis libro primo.

· Vicina est lapsibus adolescentia. Quia uariarum aestus cupiditatum feruore calentis: inflammatur

Ambrosi°. aetatis. Ambrosius li°. de officiis.

· Honor adolescentium est timorē dei habere: parentibus deferre: honorem habere senioribus: castitatem tueri: humilitatem non aspernari: diligere clementiam: & uerecundiam: quae ornamenta sunt iuuenili aetati. In senibus grauitas: in iuuenibus alacritas: in adolescentibus uerecundia commendatur. Ambrosius li° primo officiorum.

· Verecundia quum sit omnibus aetatibus: personis: temporibus: & locis apta: Tamen adolescentes iuuenilesq annos maxime decet: ut artifex in materia commodiore melius operari solet: sic uerundia in ipso quoq corporis decore plus eminet: Ita tamen ut etiam ipse non sit affectatus decor corporis: sed naturalis: simplex: neglectus: magis q ornatus: uel cultus uel expeditus.

Gregorius in Pastorali.

Gregorius. Iuuenes plerunq seueritas admonitionis ad profectum dirigit: Senes uero ad meliora opera deprecatio blanda componit.

Gregorius Columbo Episcopo & habetur.i.q.i.Pueri.

Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur: ne tanto periculosius cadant: quanto citius conscendere ad altiora festinant.

Bernard°. Bernardus super cant.sermone.lxxxvii.

· Quid amabilius uerecundo adolescente? Quā pulchra & q splendida gemma morum est uerecundia in uita & uultu adolescentis: q uera & minime dubia bonae spei nunciatrix bonae indolis: uirga disci plinae: expugnatrix malorum: propugnatrix pudicitatis innatae: Specialis gloria conscientiae: Famae custos uitae decus: uirtutis sedes: uirtutum primitiae: naturae laus: & insigne totius honesti.

Bernardus ad Eugenium.

· Adolescentulum uerbosum & eloquentiae studentem: quum sit sapientiae inanis nō aliud q hostem iusticiae reputa.

Bernardus ad Theobaldum millitem.

Multos uidemus iuniorum super senes intendere morib° dies: antiquorum tempora praeuenire meritis: & quod deest aetati uirtutibus compensare. Quia iuxta apostolum neq cōtemnat adolescentiam bonae indolis: senectus uenerabilis nō est numero annorum: sed magis merito moꝝ cōputata.

Ioannes chrysostomus in prologo super matthaeum. Io.chryso.

Adolescentibus in ludo litterarum positis non tam placent solida q picta: quaeq potius pulchra q utilia sectantur. Nec tam agenna diligunt q sonantia: magis gaudēt foliorum amaenitate conspergi: q fructuum hubertate nutriri.

Cassiodorus in epistolis. Cassiodor°

Indigne transacta adolescentia odiosam efficit senectutem. Et honeste acta superior aetas fructus capit authoritatis Quid enim senectus surripere ualet in quo iuuentus reprachensibilis non fuit.

Hugo in libro de Claustro animae. Hugo.

In illa aetate quando crines flauescunt: caro nitescit eburnea: oculorum gemmis facies rosea decoratur: ualitudo corpori subministrat: & aetas iuuenilis longioris uitae spacium repromittit. Quando uiget ratio: uigent etiā corporis sensus: uisus acutior: auditus promptior: incessus rectior: uultus iucundior. Qui in hac aetate se domant: & deo se sociant: praemium Ioannis baptistae expectant. Tales enim offerunt hostiam uiuentem: deo placentem: & immaculatam: non aure: non oculo: non pede: non lingua carentem. Audiat hoc senum sera conuersio: quibus ex defectu senectutis aures obturantur: oculi turbantur: ut breuiter cuncta perstringam: ipsi in se per se deficiunt. Hii non offerunt agnum immaculatum: Sed (ut ita dicam) porcum cruentatum. Sicut enim porcus i imondiciis: sic senex iacuit in uitiis. Et sicut porcus siliquis pascitur: Sic senes fabulis & rumoribus delectantur.

Cyprianus de.xii.abusionibus. Cyprianus

Sicut in senibus sobrietas & morum perfectio requiritur: ita in adolescentibus obsequium & subiectio: & obedientia rite debetur.

Cyprianus Ibidem.

Sicut fructus non inuenitur in arbore in qua flos

prius non apparuit: Sic in senectute honorem legitimum cõsequi non potuit: q in adolescẽtia disciplinæ alicui⁹ exercitatõe non laborauit. Disciplina igitur absq; obedientia qualiter fieri poterit? Adolescens ergo sine obedientia: Adolescens sine disciplina est.

Lactantius Lactanti⁹ Firmianus diuinaꝝ institut. li°. vii.

Plato de anima differens ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales atq; diuinas: q in pueris mobilia sunt ingenia: & ad percipiendum facilia: q ea quæ discant ita celeriter capiant: ut nõ tunc primum discere uideantur illa: sed recognoscere: atq; reminisci. In quo uir sapiens poetis ineptissime credidit.

Plato Plato in Thimeo.

· Certe illud expertus sum tenaciorem fore eorum memoriam quæ prima ætate discuntur.

Aristoteles Aristoteles li°. primo Aethicorum.

· Nihil differt ætate puer: & moribus puerilis.

Aristoteles. li°. vi. Aethicorum.

· Iuuenes non possunt esse prudentes: quia prudentia requirit experientiam quæ indiget tempore: & multitudo temporis facit experientiam.

Aristoteles Rhætoricorum li°. ii.

Iuuenes non sunt maligni moris: sed facilis moris: propterea q nundum uiderunt nequicias.

Aristoteles li. vii. polyticorum.

Iuuenes maxime ab ebrietate custodire oportet.

Laer. diog. Laertius diogenes de uita & moribus philosophorum.

· Pueros puberes non in forum: sed in agrum duci Lycurgus iussit: ut primos annos non in luxuria sed in omni opere & labore agerẽt. Nihil eos causa somni substertere: & uitam sine pulmento agere: Neq; prius in urbem redire: q̃ uiri facti essent statuit.

Aul⁹ geli⁹. Aulus gelius li°. iiii. noctium atticarum.

Pueros impuberes compertum est: si nimio cibo: nimioq; uino utantur: hebetiores fieri: atq; hic eli/ci sturditatem: improceraq; fieri corpora eorum minusq; adolescere.

Seneca. Seneca ad Lucillium epistola. xvi.

Magnum expecta gaudium quum puerilem animum deposueris: & te in uirum philosophiæ descripseris. Adhuc enim nõ puericia: sed quod grauius est: puerillitas remanet. Et hoc quidem peius · est: q authoritatem habemus senum: uitia uero puerorum: nec puerorum tantum sed infantium.

Seneca ad lucillium epistola. cx.

Facile enim tenera concilianturingenia ad honesti rectiq; amorem.

Seneca Tragedia. ii.

· Peiora iuuenes facile præcepta audiunt.

Idem tragedia. viiii.

Teneris in annis haud satis clara est fides.

Cicero li°. i. officiorum.

Est. n. adolescentis maiores natu uereri: ex his eligere optimos & probatissimos: quorum consilio Cicero. & authoritate nitatur. Cicero Ibidem.

Maxime hæc ætas a libidinibus est tollenda: In labore & patientia animi & corporis exercenda: ut in bellicis & ciuilibus officiis eorum uigeat industria. Caueant intemperantiam: Meminerunt uerecundiæ: quod erit facilius si in huiusmodi rebus maiores natu uelint interesse.

Cicero libro de senectute.

· Temeritas est uidelicet florẽtis ætatis: prudẽtia senectutis. Cicero libro de senectute.

Libidinosa intemperansq; adolescentia effoetum corpus tradidit senectuti.

Cicero Rhætoricorum nouoꝝ li°.

Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere: falluntur. propterea q ætas illa non est impedimẽto bonis studiis. At hi sapienter faciunt qui adolescentes maxime castigant: ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri possint eas in ætate maturissima uelint cõparare. Idem libro de senectute.

Sic uitam adolescentibus uis: auferet senibus maturitas. Cicero in Rhætoricis.

Adoloscentis officium sit maiores natu uereri: atq; ex his probatissimos eligere: quoꝝ consilio utat̃.

Homerus in γ Iliados.

αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται

Semper autem iunioꝝ uirorum mentes pendent.

Idem in . ψ . Iliados.

οἶσθ' οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσιν

κραιπνότερος μὲν γάρ τε λεπτὴ δέ τε μῆτις

hoc est.

Scis quales iuuenis uiri operationes sunt?

Velox quidem: sed tenue consilium.

Idem in . η . odyssez.

αἰεὶ γάρ τοι νεώτεροι ἀφραδέουσιν. hoc ẽ.

Semper enim Iuniores insipiunt. Menander.

νέῳ δὲ σιγᾶν κάλλιον ἢ καλεῖν πρέπει.

Iuuenem autem tacere magis q̃ loqui decet.

Plautus in bachidibus. Plautus.

· Iuuenili ætati non conducit mulier: nec latebrosus locus. Ibidem.

Isthoc illecebrosius fieri nihil potest: nox: mulier: Vinum homini adoloscentulo.

Horatius in arte poetica. Horatius.

Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet eqs canibusq; et aprici gramine campi:
Cæreus in uitium flecti: monitoribus asper:
Vtilium tardus prouisor: prodigus æris:
Sublimis: cupidusq; & amata relinquere pernix.

Horatius in Epodo ode penultima.

Fugit iuuentas: & uerecundus color.
Reliquit ossa pellem amicta lurida.

Ouidius. Ouidius epistola Phedræ ad Hyppolitum.

Sint procul a uobis iuuenes ut fæmina compti.
Fine coli modico forma uirilis amat.

Iuuenalis. Iuuenalis satyra.xiii.

Credebant q grande nephas & morte piandum:
Si iuuenis uetulo non assurrexerat: & si
Barbato cuicunq puer. Iuuenalis satyra.xiiii.
Nam quisquis magni census præcepit amorem
Et læuo monitu pueros producit auaros:
Et qui per fraudem patrimonia conduplicari:
Dat libertatem & totas effundit habenas
Curriculo: quem si reuoces consistere nescit:
Et te contempto rapitur metisq relictis. Ibidem.
Quum dicis iuueni: stultum qui donet amico
Qui paupertatem leuet: attollat q propinqui:
Et spoliare doces: & circunscribere: & omni
Crimine diuitias acqrere: quarum amor in te est.

Iuuenalis satyra.xiiii.

Plurima sunt fuscine & fama digna sinistra:
Et nitidis maculam ac rugam sigentia rebus:
Quæ monstrant ipsis pueris traduntq parentes:
Si damnosa senem iuuat alea: ludit & hæres
bullatus: paruoq eadem mouet arma fritillo.

ADoptio græce θέσις.ιος.ἡ.thesis: & θετος.ου.ὁ.adoptiuus dicitur. est legitimus actus per quem qui filius non est pro filio habetur: pene naturam immitans.

Instit.de adop.in glo.

Adoptio: est extraneæ personæ in filium uel nepotem & deinceps legitima assumptio. secundum b.Tho.iiii.sentē.d.xlii.q.ii.ar.i. Hanc fere omnes diffinitionem canonistæ affirmant.

Adoptare est admittere ex gratia ad participādum hæreditatem.b.Tho.in.iii.parte.q.xxiii.ar.i.

ADoratio græce προσκύνησις.ιος.ἡ.proscynisis a προσκυνέω.pscyneo.adoro. Duplex est.s.interior deuotio mentis: & exterior humiliatio corporis. Prima est principalior: ad quam & propter quam secunda fit.

ADuentus christi. Vide infra in Christi aduentus.

ADuersitas idem quod calamitas quæ græce συμφορά.ᾶς.ἡ.symphora dicitur: δυστύχημα.ατος.το.dystychima: uel δυσχέρεια.ας.ἡ.dyscheria: Infortunium & molestia.

Tobias Tobias.cº.xii.

Quia accept' eras deo: necesse fuit ut tentatio probaret te.

Iob. Iob capitulo.v.

Beatus qui corripitur a domino.

Ecclesiasti. Ecclesiastici.capitulo.xxvii.

Vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio tribulationis.

Paulus. Paulus ad Romanos capitulo.v.

Tribulatio patientiam operatur: Patientia autem probationem: Probatio uero spem: Spes autem non confunditur.

Paulus ad hæbreos cº.xii.

Quem diligit deus: castigat.

Paulus secundæ ad Timotheum.cº.iii.

Et omnes qui pie uolunt uiuere in christo Iesu persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores perficient in peius errantes & in errorem mittentes.

Paulus ad hæbreos capitulo.xii.

Fili mi noli negligere disciplinam domini: neq fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus: castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanq̄ filiis uobis offert se deus. Quis enim filius: quem non corripit pater?

Actuum Actuum apostolorum.xiiii.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Augustin' Augustinus de uerbis domini liº.ii.

Nemo frangitur aduersorum molestiis qui prosperorum delectatione non capitur.

Augustinus sup Matthæum sermone.xxviiii.

Ideo deus fælicitatibus terrenis amaritudines miscet: ut alia quæratur fælicitas: cuius dulcedo nō est fallax.

Augustinus in sermone ad lippium.

Noli admirari frater: si postq̄ christianus effectus es mille te undiq tribulationes uexant. Quoniam Christus nostræ religiōis caput est: nosq eius membra sumus. Debemus ergo non solum eum: sed eius uitam cumulatissime sequi. Vita enim Christi respersa fuit angustiis plurimis: summa paupertate circundata: a scribis & phariseis derisus. Tandem propter nos peccatores morti turpissimæ traditus est. Vnde coniectura est: quum te deus immensis persecutionibus corripit te in electorum suorum numero despirasse. Nam sine huiusmodi tribulatōib' nequaq̄ ad deum puenire possumus. Oēs.n.qui ad paradisum redire desyderant oportet transire pignem & aquā: Siue fuerit Petrus apostolus cui datæ sunt claues regni cælo/

rum: siue Paulus uas electionis: siue Ioannes cui reuellata sunt secreta cælestia: Necesse est ut omnes dicant per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnum dei.

Augustinus super ps.xxi.

Intelligat homo medicum esse deum: & tribulationem medicamentum esse ad salutem: nõ pœnam ad damnationem. Sub medicamento positus ureris: secaris: clamas. Non audit medicus ad uoluntatem: Sed audit ad sanitatem.

Augustinus super ps.lx.

In fornace ardet palea: & purgatur aurum. Illa in cinerem uertitur: & illud sordibus exuitur. Fornax mundus: Aurum iusti: Ignis tribulatio: Artifex deus. Quod uult ergo artifex facio. Vbi ponit me artifex tolero. Iubeor ergo tolerare. Nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me: & quasi consumendum me. Illa quasi in cinerem uertitur: ego sordibus careo.

Augustinus de ci.dei li°. primo.

Sicut sub uno igne aurum rutilat: palea fumat: sub eadem tribula stipula comminuitur & frumenta purgantur. Augustinus contra Faustum.

Nullus hominum sic iusticia præditus est: cui non sit necessaria tentatio tribulationis: uel ad perficiendam uirtutem: uel confirmandam seu approbandam.

Hieronymus epistola ad Heliodorum.

Hierony°. Quis non tribulari uelit? Quis se non maledici desyderet? ut mereatur Christi uoce laudari?: & cælesti copiosaq; mercede munerari.

Ambrosius in li°. de morte satyri.

Ambrosi°. Quid in hac uita nõ experimur aduersi? Quas nõ procellas? Tempestatesq; perpetimur? Quibus non exagitamur incommodis? cuius parcitur meritis? Idem li°. Officiorum.

Paupertas: fames: dolor: quæ putantur mala non solum impedimenta non sunt ad uitam beatam: sed etiam ad meritum adiuuant. Vnde dicitur beati pauperes spiritu: beati qui esuriunt.

Gregorius li°. iii. moralium:

Gregori°. Quum quis positus in prosperitate diligitur: incertum est utrum prosperitas: an persona diligatur. Amissio enim fælicitatis interrogat uim dilectionis: Nec prosperitas quippe amicum indicat: nec aduersitas inimicum cælat.

Grægorius libro.xiii.moralium.

Iustis amplius placet ex aduersitate mala perpeti: q̃ ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari. Gregori° in registro.

Facilis erit consolatio: si inter flagella quæ patimur: quæ fecimus ad memoriam delicta reuocamus: atq; hæc iam non flagella: sed dona esse conspicimus: si quæ carnis delectatione peccamus: carnis dolore purgamus.

Gregorius li°. v. moralis.

Si meus forti intentione in deum dirigitur: quicqd in hac uita sibi amarum sit: dulce æstimat: omne quod affligit requiem putat. Idẽ li.x.moralium.

Dolor flagelli temperatur: quum culpa cognoscitur: Quia quanto quisq; ferramentum medici patientius tolerat: tanto magis putridum conspicit esse quod ferat. Grego.li°.x.mora.

Mala uitæ præsentis tanto durius animus sentit: quanto pensare bonum quod sequitur negligit. Nequaq̃ nos gratia in aduersitate deserit. Quia quo nos durius ex dispensatione percutit: eo amplius ex pietate custodit.

Gregorius libro.xi.morali.

Nunq̃ est patientiæ uirtus in prosperis. Ille uero patiens est: qui & aduersis conteritur: & tamen a specie suæ rectitudinis non curuat. Idẽ.xxvi.mora.

Aurem cordis tribulatio aperit: quam sæpe prosperitas huius mundi claudit. Ibidem.

Sanctorum mentes æternitatis præmia præstolantes uires ex aduersitatibus sumunt: Quia crescente pugna gloriosiorem sibi non ambigunt manere uictoriam. Electorum desyderia dum premuntur aduersitate pficiunt. Sicut ignis flatu premitur ut crescat: & unde quasi extingui cernitur inde roboratur. Gregorius sup Ezechielem.

Donis suis deus flagella permiscet: ut nobis omne quod nos in sæculo delectabit amarescat: & illud incendium surgat i animo quod nos semper ad cæleste desyderium iquietet: & excitet: atq; (ut ita dicam) delectabiliter mordax suauiter cruciet: hylariter contristet.

Gregorius in pastorali c°.li.

De spe æternæ hæreditatis gaudium sumant: quos aduersitas uitæ temporalis humiliat: Quia non saluandos in perpetuum cerneret: si erudiẽdo sub disciplinæ regimine diuina dispensatio non frenaret. Idem in registro.

In omnipotente deo tunc certa est fiducia: quando pro bono opere aduersitas additur: in hoc mundo recipitur: ut pulchrior merces in retributione æterna seruetur. Idem in registro.

Multi in hac uita dolores sunt: qui ad amorem cælestium quottidie impellunt: qui in hoc uæhementer solum mihi placent: quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt.

Grego. sup illud Iob.iii. Frater fui draconum.

Nullus perfectus est: qui inter mala proximiorum patiens non est.

Gregorius morali.xxvi. super illud Iob.xxxv. Qui dat carmina in nocte.

Nihil iniuste pati mur. Carmen in nocte est: lætícia in tribulatione.

Io.chryso. Io.chrysostomus sermone.xviii.

Faciamus de necessitate uirtutem: Seu uoluntaté. Exempli gratia. Proprium qs amisit filium: Substantiam alius omnem: & fortunæ bona. Si noueris quod semel peractum est: nec deleri amplius: nec solum posse: licebit ex ea insanabili calamitate utilitatis aliquid comparare. Si magno ac uirili animo aduersos tuleris fortunæ casus pro qꝫ maledictis domino laudem referas: Hoc pacto quæ spem præter obuenerint mala: In uoluntatis officium commutabis.

Boetius. Boetius philosophicæ cósolationis li°.ii.psa.iiii.

Nam in omni aduersitate fortunæ infœlicissimum: genus infortunii est fuisse fœlicem Ibidem

Quis enim est tam composítæ fœlicitatis: ut nó aliqua ex parte cum statu sui qualitate rixetur: Anxia enim res est humanorum conditio bonorum: & quæ uel nunq̃ tota proueniat: uel nunq̃ perpetua subsistat: Huic census exuberat: sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit: sed angustia rei familiaris iclusus mallet esse ignotus. Ille utroqꝫ circunfluus uitam cælibem deflet. Ille nuptiis fœlix: orbus liberis alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus filii filiæ ue delictis mæstus illachrymat. Iccirco nemo facile cum fortunæ suæ conditione concordat. Inest enim singulis quod inexpertus ignoret: Expertus exhorreat. Boetius ibidem.

Adde quod fœlicissimi cuiusqꝫ delicatissimus sensus est: & nisi ad nutum cuncta suppetant: omnis aduersitatis insolens minimis quibusqꝫ prosternitur: Adeo pexigua sunt quæ fortunatissimis summam beatitudinis detrahunt.

Isydorus. Isydorus de summo bono li°.iii.

In aduersitatibus tuis non contristeris. In languoribus tuis deo gratias age. Valere te magis anima opta q̃ corpore: Valere te magis mente opta q̃ carne. Aduersa corporis remedia sunt animæ. Aegritudo carnem uulnerat: mentem curat. Languor enim uitia excoquit: Languor uires libidinis frangit. Isydorus soliloquiorum.li°.i.

Semper deus hic hos uulnerat: quos ad salutem perpetuam præparat.

Isydorus soliloquiorum libro primo.

Omnia aduersa æquo animo tolera. Dum tibi aliena pericula memoras: mitius portas tua.

Isydorus de summo bono li°.iii.

Discat non murmurare qui mala patitur: etiam si ignorat cur mala patitur. Per hoc quisqꝫ se iuste pati arbitretur: quia ab illo iudicatur cuius nunq̃ iniusta iudicia sunt.

Bernardus super cant. Sermone.lxxxvi.

Ad uirtutes spectat tribulationes fortiter sustinere: ad sapientiam in tribulationibus gaudere. Cófortare cor tuum: & sustine dominum. uirtutis est. gustare & uidere quoniam suauis est dominus sapientiæ. Cassiodor⁹ Cassiodorus super illud uoluntarie sacrificabo tibi.

Voluntarie deo sacrificant qui inter angustias passionum iugiter gratias agunt.

Lactantius li°.v.c°.xxiii.diuinaꝝ institutóm. Lactanti⁹

Vnde nemini mirum debet uideri: si pro nostris delictis castigamur a deo. Immo uero quum uexamur ac premimur tum maxime gratias agimus indulgentissimo patri: qui corruptelam nostram non patitur longius procedere: si plagis ac uerberibus emédat: Ex quo intelligimus esse deo curæ: quibus cui quando peccamus irascitur.

Lactantius li°.iii. Diuinarum institutionum.

Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed qui torquetur pro fide: pro iusticia: pro deo. Illa patientia doloris beatissimum faciet. Idem li°.vi.di.Insti.

Nemo dubitat quin timidi & imbecillis sit animi aut dolorem metuer: aut egestatem: aut exilium: aut carcerem: aut mortem: Quæ omnia quisqs non exhorruit fortissimus iudicatur. Qui autem Deum metuit illa uniuersa non metuit. Ad quod probandum argumentis opus non est.

Seneca epistola. lxxxxiii.

Cogitáda ergo sunt omnia & animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandus: exilia: tormétá: morbos: bella: naufragia meditare.

Seneca in hercule furente Tragedia prima.

Quæ fuit durum pati meminisse dulce est.

Seneca Tragedia.vi.

Flætus erumnas leuat. Seneca ibidem

Aequior casum tulit in procelis
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui uidit: tabulaqꝫ littus
Naufraga spargi.

Seneca libro de prouidentia.

Quis uir est qui non est erectus ad honesta? qui non est laboris iusti appetens? qui non ad officia cum periculo paratus. Sequitur

Nihil infœlicius: ait Democritus: eo cui nil aduenit unq̃ aduersi. Non licuit illi se expiare. Male de il lo dii iudicauerunt: Indignus uisus est a quo uinceretur aliquádo fortuna: Quæ ignobilissimum quenqꝫ refugit: Contumacissimum .i. fortiter obuiantem quenqꝫ & rectum aggreditur aduersus quem uim suam intédat: Ignem experitur in Mutio: Paupertatem in Fabricio: Exilium in Rutilio: Tormentum in Regulo: Venenum in Socrate: Mortem in Catone. Ibidem.

Miserum te esse iudico: qui nunq̄ fueris miser: Transisti sine aduersario uitam. Nemo scit quid potueris: neq; tu quidem ipse. Opus.n.est ad sui noticiam experimento. Quid quisq; possit non nisi tentando didicit.

Macro. Macrobius li°. primo saturnalium ait.

Non omnino diis exosos esse qui in hac uita cum erumnarum uarietate luctantur: Sed esse arcanas causas ad q̄s paucorum poterit uenire curiositas.

Vale.max. Valerius maxi. li°. viii.

Neq; secundarum rerum puentu insolenter abuti: neq; aduersis propere debilitari oportet.

Terentius Terentius comœdia.iii.

Quamobrem omnes quum secundæ res sunt: tum maxime meditari secum oportet quo pacto aduersam erumnam ferant.

Euripides. Euripides in Medea.

κοῦφον φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφορὰς. hoc est.

Leuiter ferre oportet mortalem existentem calamitates.

Virgilius. Virgilius primo æneidos.

Durate & uos met rebus seruate secundis.

Ouidius. Ouidius li°. ultio Metamorpho. fabula. xliiii.

Nec.n. fortuna querenda

Sola tua est. Similes aliorum respice casus.

Mitius ista feres.

Ouidius tristium li°. ultimo elegia ultima.

Contudit ingenium patientia longa malorum:

Et pars antiqui nulla uigoris adest.

Iuuenalis. Iuuenalis satyra. xiii.

Dicimus autem

Hos quoq; fœlices: qui ferre incommoda uitæ:

Nec iactare iugum uita didicere magistra.

ADVLATIO oppositum amiciciæ uel affabilitatis peccatū. b. Tho. scda scdæ. q. cxv.

- Mortale Tripliciter.
  - Quum aliquem laudamus de aliquo peccato mortali. Isaye.v. ueh qui dicitis malum bonum.
  - Quum quis adulatur alicui: ut ei fraudulenter noceat corporaliter uel spiritualiter. prouerbiorum. xxvii. Meliora sunt uulnera diligentis q̄ fraudulenta oscula blandientis.
  - Quum quis adulatione sua alteri occasionem dat mortaliter peccandi.
- Veniale Tripliciter.
  - Quum exceditur laudando sola auiditate placendi uel delectandi.
  - Quum exceditur ut euitetur aliquod malum sine alterius detrimento.
  - Quum exceditur: ut consequamur in necessitate aliquod bonum sine alterius detrimēto.



ADVLATIO græce κολακεία. ας. ἡ. colacia: & κόλαξ colax adulator dicitur. Et est fallaci laude seductio. secundum Augustinum sup ps. Adulatio est excessus delectandi alios uerbis uel factis secundum. b. Tho. scda scdæ. q. cxv. ar. i. Adulatio est peccatum ex sermōe uanæ laudis alicui exhibitæ intentione complacendi. Laudare enim aliquem de quo non est laudand⁹: uel plusq̄ est laudandus: uel non eo fine quo fieri debet peccatum est. Secundum Alexan. scda scdæ. tractatu de adulatione.

Adulatio est peruersa laudatio: & uidetur nomen sumptum a sono. Canes enim quorum mira est adulatio fere exprimunt hunc sonum. Vel dicatur ab adulor uerbum quod est uoce uel gestu fauorem capio dicitur quasi adaulor: quod hoc i aulis maxime fieri soleat. Sunt tamen qui hoc a græco deriuatum arbitrentur hoc est ἀπὸ τοῦ δουλεύειν quod est inseruire: & δοῦλος. ου. ὁ. seruus. Veteres etiam aulas dixere quas nunc dicimus ollas: Vnde aulicocia uocantur exta: quæ in ollis coquuntur: hoc est elixa. Plautus fabulam suam abaula hoc est olla inuenta aulularium nominauit. Adulor & adulo usurpa/

tum legimus. Valeri.max. Si Dyonisium adula/res ista non esses: Si ista esse uelles Dyonisium nõ adulares: & teste prisciano Datiuo & Accusatiuo iungitur: productiq́ du syllabam Iuuenalis.

Quid quod adulandi gens prudentissima laudat. Sermonem indocti: faciem Deformis amici.

Lucretius li°.v.

Longe alio pacto gannitu uocis adulant.

Dauid. Dauid psalmo.xxvii.

Qui loquuntur pacem cum proximo: mala autem in cordibus eorum. Prouerbiorum c°.p°.

Salomon Fili si te lactauerint peccatores non acquiescas eis.

Prouerbiorum cap°.ii.

Simulator ore decipit amicum suum.

Prouerbiorum c°.xi.

Qui simulat iniuriam callidissimus est.

Prouerbiorum: c°.xxvii.

Meliora sunt uulnera diligentis q̃ fraudulenta os/cula blandientis. Ecclesiastici.xviii.

Est qui nequiter humiliat se: & interiora eius plena sunt dolo. Isayas c°.iii.

Isaias. Popule meus qui te beati dicunt: ipsi te decipiunt.

Lucas c°.xxii.

Iuda osculo filium hominis. Augustinus ad Casu lanum: & habetur.xi.q.iii.quisquis.

Augustin' Quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatem oc/cultat: iram Dei super se prouocat. Quia magis ti met hominem q̃ Deum. Sequitur.

Vterq́ reus est: & q ueritatem occultat: & qui men dacium dicit: Quia & ille prodesse nõ uult: & iste nocere Desyderat. Aug. ibidem.

Nemo peritorum aut prudentium putet: q minus sit periculum in uerbis lingua mentiendo q̃ mani bus sanguinem fundendo. Melius est autem pro ueritate pati supplicium q̃ pro adulatione benefi cium. Augustinus super ps.viiii.

Adulantium linguæ ligant homines in peccatis. Delectat enim ea facere in quibus non solum nõ metuitur reprehensor: Sed etiam laudatur opera tor. Aug.super ps.lxviii.

Duo sunt genera persecutorum. s. uituperantium & adulantium. Sed plus persequitur lingua adu/latoris q̃ manus persequentis. Aug.ibidem.

Falsa laus adulatoris & simulata dilectio mentes a rigore ueritatis emollit

Aug.li°. De doctrina christiana.

Sicut sumenda sunt amara salubria: ita semper ui/tanda est perniciosa dulcedo.

Aug.li°.viii.confessionum.

Sicut adulantes amici peruertunt: sic inimici litigã tes plerunq́ corrigunt.

Aug.li°.ii.c°.i.de trinitate

Magis opto a quolibet reprehendi: q̃ ab errante uel adulante laudari. & paulo Infra.

Amicus si docet audiendus est: laudator uero errãs confirmat errorem. Adulans abicit mærorem.

Augustinus in epistola ad marcellam.

Nimis peruerse se ipsum amat: qui & alios uult er/rare: ut error suus lateat. Quanto enim melius & utilius ubi ipse errauit alii nõ errant: quorum am monitu errore careant. Vos qui me multum diligi tis: si talẽ me asseritis: ut nunq̃ me in scriptis meis errasse dicatis: frustra laboratis: non bonam cau/sam suscepistis: facile in ea me ipso iudice supera/mini. Quoniam non mihi placet quum a charissi mis meis talis esse existimor qualis non sum. Pro/fecto non me: sed pro me alium sub meo nomine diligunt: si non quod sum: sed quod non sum dili/gunt. Aug.de baptismo contra donatistas.

Leuius non debet putari quod gladio minante: q̃ quod lingua insidiante committitur.

Aug.in Enchiridion li°.ii.

Mihi uidetur omne mẽdacium esse peccatum: Sed multum interest quo animo: & de quibus rebus quisq́ mentiatur. Non enim sic peccat qui consu lendi: quomodo qui nocendi uoluntate mentitur.

Aug.li°.de mendacio & habetur.xxii.q. ii. Primum.§.Non est.

Non est mentiendum quinto genere: quia nec ipsa ueritas placendi causa hominibus enuncianda ẽ. Quanto magis mendacium: qđ per se ipsum quia mendacium est utiq́ turpe est.

Aug.li°. De mendacio & habet'.xxii.q.ii primũ.

Quisquis autem esse aliquod genus mẽdacii quod peccatum non sit putauerit: decipiet semet ipsum turpiter: cum honestum se deceptorem arbitretur aliorum. Hieronymus super illud. Isaye.iii. si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis.

Adulatores sunt hostes: & scintillæ diaboli. Hierony'.

Hieronymus.super illud.Ecclesiastici.uerba sa pientium quasi stimuli.

Notãdum est quod dicuntur uerba sapiẽtium pun gere: nõ palpare: nec molli manu attraher lachry mam: sed errantibus tardis pænitentiæ dolores & uulnus infigere. Si cuius igitur sermo nõ pungit: Sed oblectationem facit audiẽtibus: iste sermo nõ est sapiens.

Hieronymus super illud ad Galatas.iiii. Ego inimicus uobis sum factus uerum dicens.

Hæc est conditio ueritatis: ut eam semper inimici/ciæ persequantur: sicut per adulationem pernicio sæ amiciciæ comparantur. Libẽter enim quod de lectat audimus: & offendit omne quod uolumus.

Hieronymus super Matthæum li.i.

Hoc intelligendum est quod tantæ paupertatis fue rit christus: & ita nulli adulatus sit: ut in urbe ma

xima: nullum hospitem: nullā īueniret mansionē.

Hieronymus ad Damasum ꝑꝑ de filio prodigo & habetur Di.xxxvii. Non ne uobis.

Non ne uobis uidetur in uanitate sensus. & obscuritate mentis ingredi: q diebus ac noctibus in dyalectica arte torquetur: qui physicus perscrutatur: oculos trans cælum leuat: & ultra profundum terrarum: & abyssi quoddam inane demetitur: qui iambum feruet: qui tantam metrorum siluam in suo studiosius corde distinguit & congerit: Et ut ad alteram partem transeam: qui diuitias per fas & per nefas quærit: Qui adulatur regibus: hæreditates captat alienas: & opes congregat: quas in momento cui sit relicturus ignorat.

Hieronymus epistola ad Demetriaden.

Beata mens quæ nec adulatur aliquando: nec adulanti credit: quæ nec decipit alterum: nec ipsa decipitur. denique nec malum facit aliquando: nec patitur. Hieronymus ad Celantiam.

Isto maxime tempore regnat uitium adulationis: quod est grauissimum: quia humilitatis ac beniuolentiæ loco ducitur: & ita fit: ut qui adulari nescit: aut inuidus aut superbus reputetur.

Hieronymus ibidem.

Rumusculos & gulosos & palpantes adulatores: quasi hostes fuge.

Hieronymus epistola ad Sabinianum.

Naturali ducimur malo & adulatoribus nostris libenter fauemus: & quāq̄ respondeamus nos indignos: & calidus rubor ora perfundat: tamē ad laudem suam anima intrinsecus lætatur.

Hieronymus super ꝑs.

Nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominum: sicut adulatio. Plus enim nocet lingua adulatoris q̄ gladius persecutoris. Idē sup. Isaia. li°. vii.

Non sic adulandum est principibus: ut sanctarum scripturarum ueritas negligatur: nec generalis increpatio unius personæ iniuria est.

Idem ad Rustichum monachum.

Ne credas laudatoribus tuis (immo irrisoribus) aurē ne libenter accommodes: qui quum te adulationibus fouerint. & quum te impotētis mentis effecerint: si subito respexeris: depræhēdes post te colla incuruari: aut manu auriculas agitari asini: aut æstuantem canis portendi linguam.

Hieronymus in epistola.

Nos ad patriam festinantes mortiferos Syrenum cantus surda aure transire debemus.

Ambrosi°. Ambrosius li°. officiorum. p°.

Emolliri adulationibus non solum fortitudinis nō esse: Sed etiam ignauiæ uidetur.

Ambrosius li°. iii. de officiis.

Non est uera amicicia: ubi est fallax adulatio.

Ambrosius super illud primæ ad Corint. viii.

Nos nobiles: uos autem ignobiles.

Libere enim & sine adulatione ueritatem predicantes: & gesta prauæ uitæ arguentes gratiam non habent apud homines.

Greg. li°. xviii. parte. iiii. c°. iii. moralium & habetur Di. xlvi. Sunt. Gregorius

Sunt nonnulli qui dum malefacta hominum laudibus efferunt: augent quæ increpare debuerant. Hinc enim per Prophetam dicitur. ueh his qui cōsuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciūt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis: Ad hoc qppe sub cubito puluill° uel ceruical sub capite iacētis ponitur: ut molliter quiescat. Quisqs ergo male agentibus adulaṫ puluillum sub cubito: uel ceruical sub capite iacentis ponit: Vt q corrigi ex culpa debuerat: in ea fultus laudib° molliter quiescat.

Gregorius & habetur. xi. q. iii. Inter uerba.

Inter uerba laudantium siue uituperantium ad mētem semper recurrendum est: & si in ea non inuenitur bonum quod de nobis dicitur: magnam tristiciam generare debet. Et rursum si in ea non iuenitur malum quod de nobis homines loquuntur: in magnam debemus læticiam prosilire: Quid enim si non omnes homines laudant: & conscientia liberos nos demonstret: habemus Paulum dicentem. Gloria nostra hæc est testimonium cōsciētiæ nostræ. Iob quoque dicit: Ecce ī cælo testis me°.

Greg. & habetur. vi. q. i. Sunt plurimi.

Sunt plurimi qui uitam bonorum fortasse ampli° q̄ debent laudant: Et ne qua elatio de laude subrepat permittit omnipotens deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere: ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur: ab ore uituperantium suffocetur: Hinc est q doctor gentium se in prædicatione currere testatur inter infamiam & bonam famam: qui etiam dicit: ut seductores & ueraces.

Greg. homelia. xii. super euangeliis.

Impinguat caput oleum peccatoris: quum demulcet mentem fauor adulantis.

Greg. super Ezechielem li°. i. c°. viiii.

Adulator scorpio est: qui palpando incedit: sed cauda ferit. Greg. mo. li°. iiii. super illud. Iob. Cur lactatus huberibus.

Adulatores lactant eos quos laudant quasi premio laudis. Io. chrisostom° in Policraticio de uestigiis philosophorum li°. iii. Io. chriso.

Adulator omnis uirtutis inimic° est: & quasi clauū figit in oculo illius cum quo sermonem cōferit: eo q magis cauendus est: quo sub amantis specie nocere non desinit: donec ratiōis obtundat acumē: & modicum illud luminis quod adesse uidebatur

Isydorus. extinguat. Isydorus soliloquiorum li°.ii.c°.xxxiiii.
Simulatio quidem & assentatio duæ uirulentissimæ pestes sunt: quæ semper ab amicicia relegent.
Bernard°. Bernardus super cantica.
· Qui de amore non uenit honor: non honor: sed adulatio est. Hugo de sancto uictore.
Hugo · Adulator amicus in obsequio: hostis in animo: cõptus in uerbo: turpis in facto: lætus ad prospera: fragilis ad aduersa: inflatus ad obsequia: anxius ad opprobria: immoderatus ad gaudia: facilis ad humana: difficilis ad honesta. Cassiodorus sup illud.ps. Oleum peccatoris non impinguat.
Cassiodor° · Oleum peccatoris est dilectio simulata uerborum: quæ adulationibus & blãdimentis nostras mentes uelut olei pinguedo libenter ingrediens rigorem ueritatis emollit: & ad noxias cogitationes amoris ficti potius ostentatione perducit.
Allanus. Allanus de Complanctu naturæ.
Huius pestis pestilentia percutiunt principum laterales: palatini canes: adulatiõis artifices: fabri laudis: figuli falsitatis. Hi sunt qui magniloqua commendationis tuba in diuitum auribus citharizãt: qui medicæ adulationis fauos foras eructant: qui ut emungant munera: caput diuitis oleo adulationis inungunt: prælatorum aurib° puluinaria laudum subiiciunt: q ab eorum palliis aut fictiicium puluerẽ excutiunt: aut uestem fictiicie deplumant implumem. Ibidem.
Isti penes munera laudes: penes dona fauores: penes precium præconia famæ blandimentis constituunt. Ibidem.
Quid ergo adulatiõis unctio: nisi domorum emunctio. Quid commendationis allusio: nisi prælatorum delusio. Quid laudis arrisio: nisi eorundem derisio. Ibidem.
Adulatores a uoluntate uultum: ab animo uerbum: a mente linguam: ab intellectu loquellam amplo dissensiõis interuallo diffibulant. Plerunq enim exterius plausibiliter applaudẽdo collaudant: quos interius contradictoria derisione defraudant. Foris uultu applaudunt uirgineo: intus scorpionis pungunt aculeo: Foris adulationis mellitos compluunt imbres: intus detractionis euomunt tẽpestates. Beda super lucam.li.ii.
Beda. · Ipsa peccati nutrix adulatio: quæ sicut oleum flammis in culpa ardentibus solet administrare fomentum. Seneca ad Lucillium.epistola.xliii.
Seneca. Adulatio apertis & propitiis auribus recipitur: in præcordia ima descendit: uenit ad me pro amico blandus inimicus.
Seneca ad lucillium epistola.liiii.
Aures claudendæ sunt adulatoribus.
Idem epistola.lx.

Cito nobis placemus: si inuenimus qui nos bonos uiros dicant: qui prudentes: qui sanctos: Non sumus modica laudatione contenti. Quicquid in nos adulatio sine pudore congessit: tanq̃ debitum prændimus. Optimos nos esse & sanctissimos affirmantibus assentimus: quum sciamus sæpe illos mentiri. Adeo quoq indulgem° nobis: ut laudari uelimus in id cui contraria tamen maxime facimus. Seneca ibidem.
Alexander quum in obsidione cuiusdam urbis circuisset muros ictu sagittæ percussus quum repressso sanguine sicci uulneris dolor cresceret: & crus obstupuisset: coactus absistere: Omnes inquit iurant me esse filium Iouis: sed uulnus hoc hominẽ me esse clamat. Idem nos faciamus: dicamus. Vos quidem dicitis me esse prudentem: ego autem uideo q multa inutilia concupiscam: nocitura optem. Seneca ad lucillium epistola.lxxvii.
· Intus te ipsum consydera.nõ qualis sis aliis credas.
Seneca ad lucillium epistola.lxxxi.
Cassæ fidei sunt qui iugirer blandiuntur.
Idem li°.de beneficiis.
· Venena non dantur nisi melle circumlita. Ibidem
· Monstrabo tibi: cuius rei inopia laborent magna fastigia: & quid possidentibus omnia desit scilicet qui dicat uerum. Vnde una contentio est quis blãdissime fallat. Seneca.li°.de moribus.
· Bonum est laudari: sed præstantius est esse laudabilem. Seneca Tragedia.iiii.
Qui blandiendo dulce nutrit malum: sero recusat ferre quod subiit iugum.
Aristoteles li°.i.Rhætoricorum. Aristoteles
· Adulationem recipere: & adulari detestabile est: apparens enim admirator est.
Idem Rhætoricorum li°.ii.
· Laudare præsentem adulatoris est.
Idem.iiii.li°.Ethicorum.
Omnes blanditores obsequiosi: seruiles & humiles sunt. Idem li°.viii.Ethicorum.
Amatores adulatiõis iniusti sunt. Laertius diogenes de uita & moribus philosophorum. Laertius.
Odi blandientes tanq̃ decipientes. Nam uterq eq̃ nimiter iniuriatur. dicebat Isocrates. Cicero.
Cicero officiorum li°.primo.
Idem temporibus cauẽdum: ne assentatoribus patefaciamus aures: & ne adulari nos sinamus: in quo falli facile est: tales enim nos esse putamus: ut iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata. Ibidem.
Nec simulatum quicq̃ põt esse diuturnum. Ibidẽ.
Simulatio autem benignitatis uanitati est coniunctior. q̃ aut liberalitati aut honestati.
Idem Rhætoricorum no.li°.iiii.

Habet assentatio principia iucunda: eadem exitus amarissimos affert. Cicero ibidem.

Nolo esse laudator: ne uidear adulator Cicero libro de amicitia.

Cuius aures clausæ ueritati sunt: ut ab amico uerum audire nequeat: huius salus desperanda est. Valerius maxi. li°. iiii.

Diogeni Syracusis quum olera lauanti Aristippus dixisset: Si dionisium adulare uelles: ista nõ esses. Immo inquit si tu ista esse uelles Dionisium non adulares.

Home. Homerus in Iliados.

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ
εἴπῃ. idest.

Exosus enim mihi ille ueluti inferni portæ:
Qui aliud quidem occultum habet in mentibus: aliud uero ore profert.

Euri. Euripides in Hippolyto.

Τοῦτ' ἔσθ' ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας
δόμους τ' ἀπόλλυσ' οἱ καλοὶ λίαν λόγοι. i.

Hoc est quod mortalium ciuitates bene habitatas
Domusq; destruit: grati ualde sermones.

Phocy. Phocylides.

μὴ ἕτερον κεύθειν κραδίῃ νόον ἄλλ'
ἀγορεύων.

Noli aliam occultare in corde sententiam: & aliam proferre.

Plautus. Plautus in Asinaria.

Pro monstro est: quando qui sudat tremit.

Martialis. Martialis epigrammatum li°. ii. ad Nasiccam.

Inuitas tunc me quum scis Nasicca uocatum.
Excusatum habeas me rogo. Cœno domi.

Mar. epi. li°. iiii. ad Gargilianum.

Munera q senibus uiduisq; ingentia mittis:
Vis te munificum Gargiliane uocem.
Sordidius nihil est: nihil est te spurcius uno:
Qui potes insidias dona uocare tuas.
Sic auibus fallax indulget piscibus hamus:
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri: quid sit donare docebo.
Si nescis: dona Gargiliane mihi.

Martialis epig. li°. xii. ad Pontilianum.

Mentiris? credo. Recitas mala carmina? laudo.
Cantas? canto. bibis? Pontiliane bibo.
Pedis? dissimulo. gemmma uis ludere? uincor.
Res una est sine me quam facis: & taceo.
Nil tamen omnino præstas mihi. mortuus inquis
Accipiam ben ete. Nil uolo: sed morere.

Horatius epistolaæ li°. p°. epistola. xvii. Horatius

Tu recte uiuis: si curas esse quod audis.
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum.
Sed uereor ne cui de te plus q̃ tibi credas:
Neue putes alium sapiente bonoq; beatum:
Neu si te populus sanum recteq; ualentem
Dictitet: occultam febrem sub tempus edendi
Dissimules: donec manib' tremor icidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Iuuenalis satyra. iii. Iuuenalis.

Quid q adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti: faciem deformis amici:
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis Antæum procul a tellure tenentis.
Miratur uocem angustam qua deterius nec
Ille sonat quo mordetur gallina marito. Ibidẽ.
Rides? maiore cachinno
Concutitur. flet si lachrymas conspexit amici:
Nec dolet. Igniculum brumæ si tempore poscas
Accipit Endromiden: Si dixerit æstuo: sudat.

Iuuenalis satyra. iiii.

Nihil est quod credere de se.
Non possit: quum laudatur diis æqua potestas. Persius

Persius satyra prima.

Non si quid turbida Roma
Elleuet accedas: examenq; improbum in illa
Castiges trutina: nec te quæsiueris extra. Ibidẽ.
Sed recti finem extremum q esse recuso
Euge tuum & belle: nã belle hoc excute totum.
Quid non intus habet? Ibidem.
Et uerũ inqs? amo uerum mihi dicito de me. Ibidẽ.
O Iane a tergo quem nulla ciconia pinsit:
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas:
Nec linguæ quãtum sitiat canis appula tãtum:
Vos o patricius sanguis: quos: uiuere fas est
Occipiti cæco: posticæ occurrite sannæ.

ADVLTERIVM
- Spirituale
  - Metaphoricum quod est quod libet peccatum christiani: quoniam quælibet anima christiani est xp̃o desponsata.
  - Abusus alicuius sanctimonialis qui est sacrilegium per modum adulterii. b. Tho. secda secdæ. q. cliiii. ar. x.
- Carnale.
  - Simplex. quum alter tantum est coniugatus.
  - Duplex. quum uterq; est coniugatus.



DVLTERIVM graece μοιχεία. ας. ἡ. moechia: unde & μοιχός. οῦ. ὁ. adulter: est alieni thori uiolatio: & dicitur adulterium quasi ad alienum thorum accessio. xxxvi. q. i. lex illa § Quũ ergo: & xxxii. q. v. Non maechaberis:

Adulterium est illicitus concubitus coniugati uel coniugatae. b. Tho. secũda secũdae. q. cliiii. ar. uii.

Adulterinae claues: & adulterinae litterae quae uulgo falsae dicuntur: & alieno ãnulo signatae. & claues ad aliarum similitudinem factae dicuntur.

Exodi. Exodi cap°. xx.

Non maechaberis. Ibidem.

Non desyderabis uxorem ꝓximi tui. leuitici c°. xx.

Si maechatus quis fuerit cum uxore alterius & adulterium perpetrauerit cum cõiuge proximi sui: morte moriatur & maechus & adultera. Ibidem.

Qui dormierit cũ nouerca sua: & reuelauerit ignominiam patris sui: morte moriantur ambo. Sanguis eorum sit super eos. Ibidem.

Si quis dormierit cum nuru sua: uterq; moriatur: quia scelus operati sunt. Sanguis eorum sit super

Deuterõii. eos. Deuteronomii ca°. v.

Neq; maechaberis. Deuteronomii c°. xxii.

Si dormierit uir cum uxore alterius: uterq; moriatur. s. adulter & adultera. Ibidem

Si puellam uirginem desponderit uir: & inuenerit eam aliquis in ciuitate & cõcubuerit cum ea: educes utrunq; ad portam ciuitatis illius: & lapidib' obruentur: puella quia non clamauit quum esset in ciuitate: uir quia humiliauit uxorem proximi sui. Deuteronomii cap°. xxvii.

Maledictus qui dormit cum uxore proximi sui: & dicet omnis populus. Amen.

Esdre. Esdre secundi c°. viiii.

Discedite a gentibus terrae: & ab uxoribus alienigenis.

Sapientia. Sapientia ca°. iii.

Filii autem adulterorum in consumatione erunt: & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longae uitae erunt in nihilum computabuntur: & sine honore erit nouissima senect' illorum. Ibi cap°. iiii.

Multigena autem impiorum multitudo nõ erit utilis. & spuria uitulamina non dabunt radices altas nec stabile firmamentum collocabunt. & infra.

Ex iniquis enim qui nascuntur testes sunt nequitiae aduersus parentes in interrogatione sua.

Ecclesiasti. Ecclesiastici capitulo xxiii.

Omnis homo qui transgreditur lectum suum contemnens in animam suam: & dicens. Quis me uidet? tenebrae circundant me: & parietes cooperiunt me: & nemo circunspicit me: quem uereor? Delictorum meorum non memorabitur altissim': Et non intellexit: quoniam omnia uidet oculus illius: quoniam & pellit a se timorem dei hominis huiusmodi timor: & oculi hominum timentes illum: Et non cognouit: quoniã oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem: circumspicientes omnes uias hominum: & profundum abyssi: & hominum corda intuentes in absconditas partes: Domino enim deo anteq̃ crearentur. omnia sunt agnita: Sic & post perfectum respicit omnia.

Ecclesiastici Ibidem.

Sic & mulier omnis relinquens uirum suum: & statuens haereditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege altissimi incredibilis fuit: Et secundo uirum suum dereliquit: Tertio in adulterio fornicata est: & ex alio uiro filios statuit sibi. Haec in ecclesiam adducetur: & in filios eius respiciet: Non tradent filii eius radices: & rami eius nõ dabunt fructum: Derelinquẽt in maledictum memoriam eius: & dedecus illius non delebitur. Et agnoscẽt qui derelicti sunt: Quoniam nihil melius est q̃ timor dei: & nihil dulcius q̃ respicere in mãdatis domini. Ecclesiastici. cap°. xxv.

Ne respicias mulierem alieni uiri: & ne scruteris ancillã eius: neq; steteris ad lectum ei'. Iob. c. xxiiii. Iob.

Oculus adulteri obseruat caliginem.

Matthaeus cap. v. Matthae'.

Audistis quia dictum est antiquis: non maechaberis. Ego autem dico uobis. Quia omnis qui uiderit mulierem ad cõcupiscendum eam: iam maechatus est in corde suo.

Paulus ad Tessalonicenses primae c°. iiii. Paulus.

Haec est enim uoluntas dei sanctificatio uestra: ut abstineatis uos a fornicatione: ut sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passione desyderii: sicut & gentes quae ignorant deum.

Paulus ad Corynthios primae c°. vi.

Fugite fornicationem. Quoniam fornicatores & adulteros iudicabit deus. Augustinus li°. Augustin' de sermone domini in monte & habetur. xxxii. q. vi. Nihil.

Nihil iniquius est q̃ causa fornicationis dimittere uxorem: si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud. In quo alterum iudicas: te ipsum condemnas: eadem enim agis quae tu iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa uult abiicere uxorem suam prior debet esse a fornicatione purgatus & immunis: quod similiter etiam de faeminis. Ibidem.

Fieri potest ut uir dimittat uxorem causa fornicationis: quam exceptam dominus esse uoluit. Iam uero si nec illi nubere conceditur uiuo uiro suo a quo recessit: neq; huic alteram ducere uiua uxore sua quam dimisit: multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere.

Augustinus ibidem. c°. Dominus.

Dominus ad illud confirmandum ut non facile dimittatur uxor: solam fornicationis causam excepit. Cæteras uero uniuersas & inumerabiles molestias: si quæ extiterint: iubet pro fide coniugali: & pro castitate fortiter sustinere. Et mæchum dixit etiam uirum qui eam duxerit quæ soluta est uiro. Augustinus de uerbis domini tractatu. xlviii. & habetur. xxxii. q. vi. Si ducturi.

Si ducturi estis uxores: seruate uos uxoribus uestris: Quales uultis eas inuenire: tales & ipsæ inueniant uos. Quis iuuenis est qui non castam uelit ducere uxorem: & si accepturus est uirginem: quis nõ intactam desyderet: Intactam quæris: intactus esto: puram quæris: purus esto. Non enim illa potest: & tu non potes. Aug. li°. de adulterinis coniugiis & habetur. xxxii. q. vi. Indignantur.

Indignantur mariti si audiant adulteros uiros pendere similes adulteris fœminis pœnas. Quum tanto grauius eos puniri oportuerit: quãto magis ad eos pertinet & uirtute uincere & exemplo regere fœminas. Aug. li°. de adulterinis cõiugiis li°. p°. & habetur. xxxii. q. vii. Quemadmodum.

Quemadmodum non recte dici potest: si nescit homo non peccat. Sunt enim peccata ignorantium: quãuis minora q̃ scientium: Ita etiam non recte dici potest: si causa fornicatiõis dimiserit uxorem uir: & aliam duxerit: nõ mæchatur. Est enim mæchatio & eorum qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus: Sed utiq; minor: q̃ eorum qui non propter fornicationem dimittunt. Sunt enim in fornicatione gradus: ut sicut grauius peccat adulter q̃ fornicator: sic grauius delinquit qui nec sua dimissa aliam ducit eo qui suam dimittẽs aliam cognoscit. Grauius quoq; qui uxorem suã habens ad coniugem proximi sui accedit: q̃ qui non habens uxorem thorum alterius uiolat: uel uxoratus ad solutam accedens. Sed hoc omnes incestuosi transcendunt: quos uincunt contra naturam delinquentes. Ibidem & habetur Ibidẽ.

Adulterii malum uincit fornicationem: uincitur autẽ ab incestu. Peius est enim cum matre q̃ cum aliena uxore concumbere. Sed omnium horum ẽ pessimum quod contra naturam fit: ut si uir membro mulieris non ad hoc concesso uoluerit uti. Vsus enim naturalis si ultra modum ꝓlabitur in uxore quidem ueniale peccatum est: in meretrice damnabile. Sed istud quod cõtra naturam est execrabiliter fit in meretrice: sed execrabilius in uxore. Tantum enim ualet ordinatio creatoris: & ordo creaturæ: ut in rebus ad utendum concessis: ẽtiam quum modus exceditur: longe tolerabilius sit q̃ in eis quæ concessa non sunt uel unus uel rarus excessus. Ibidẽ li°. ii. & habet'. xxxiii. q. ii. Si qd.

Si quod uerius dicitur non licet homini christiano adulteram coniugem occidere: sed tantum dimittere. Quis enim est tam demens qui dicat ei fac qd non licet: ut liceat tibi quod non licet. Quum enĩ utrunq; secundum legem Christi illicitum sit siue adulteram occidere: siue alteram ducere ea uiuente: ab utroq; est abstinendum: non illicitum ꝓ illicito faciendum. Si enim facturus est quod non licet iam faciat adulterium: & non faciat homicidium: ut uiuente uxore sua alteram ducat: & nõ humanum sanguinem fundat. Quod si est utrunq; nepharium non debet alterum per alterum ꝑpetrare: sed utrunq; uitare. Aug. de adulterinis coniugiis li°. ii. & habetur. xxxii. q. v. Puto.

Puto Christianum neminem reluctare illum adulterum esse: qui uel diu languente: uel diu absente uel continenter uiuere cupiente uxore sua alteri commixtus est fœminæ. Aug. li°. de adulterinis coniugiis: & habetur. xxvii. q. ii. Si tu.

Si tu abstines sine uxoris uoluntate: tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ. Ibidem li°. ii. & habetur. xxxii. q. vii. Licite.

Licite dimittitur uxor ob causam fornicationis: sed manet uinculum prioris. Propter quod fit reus adulterii: quicunq; duxerit dimissam ob causam fornicationis. Aug. de bono coniugali. & habetur. xxxii. q. vi. Interueniente.

Interueniente diuortio non aboletur confœderatio nuptialis: ita ut sibi coniuges sint etiam separati. Cum illis etiam committitur adulterium quibus etiam fuerint post suum repudium copulati

Augustinus Ibidem & habetur. xxxi. q. i. ca°. Deniq; §. Posse sane.

Posse sane fieri licitas nuptias ex personis illicite coniunctis honesto placito subsequente manifestum est. Aug. ad ualerium de nuptiis & concupiscentia. & habetur ibidem.

Deniq; mortuo eo cum quo fuit uerum cõnubium fieri potest coniugium cum qua præcessit adulterium. Augustinus li°. de fide & operibus & habetur. xxxiiii. q. ii. Si uirgo.

Si uirgo nupserit nesciens uiro alieno: hoc si semper nesciat: nunq̃ ex hoc adultera erit: si aũt sciat: iam ex hoc adultera esse incipit: ex quo sciẽs cum alieno cubauerit: sicut in iure prædiorum tam diu

quiſq; bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicit͛: q̄di u
ſe poſſidere ignorat alienum: quum uero ſcierit:
nec ab aliena poſſeſſione receſſerit: tunc malæ fi/
dei perhibetur: tunc iuſte iniuſtus uocabitur.

Auguſtinus ſuper epiſtolam Pauli ad Co
rynthios & habetur. xxxii. q. vii.

Apoſtolus dicit: His qui ſunt in coniugio præcipio:
non ego: ſed dominus: uxorem a uiro ſuo non di/
ſcedere: quod ſi diſceſſerit manere innuptam aut
reconciliari uiro ſuo: poteſt enim fieri: ut diſcedat
ea cauſa qua dominus permiſit. At ſi fœminæ li/
cet uirum ſuum dimittere propter fornicationis
cauſam: quid reſpõdebimus de hoc quod dicit po
ſterius: & uir uxorem ſuam non dimittat: Quare
non addit excepta cauſa fornicationis: quod do/
minus permittit: niſi ꝙ ſimilem formam uult itel/
ligi: ut ſi dimiſerit quod cauſa fornicationis per/
mittitur: maneat ſine uxore: aut recõcilietur uxo
ri: & poſt pauca. Dominus permiſit cauſa fornica
tionis uxorem dimittere: ſed quia permiſit non iuſ
ſit. Auguſtinus de. x. cordis & habetur
xxxii. q. vi. Non mæchaberis.

Non mæchaberis ideſt non ibis ad aliquam aliam
præter uxorem tuam: tu autem exigis hoc ab uxo
re: & non uis hoc reddere uxori: & quum debeas
in uirtute præcedere uxorem tuam: quoniam ca/
ſtitas uirtus eſt: & tu ſub uno impetu libidinis ca/
dis: & uis uxorem tuam uictricem eſſe: & tu uictꝰ
iaces: & quum tu caput uxoris ſis: præcedit te ad
deum cuius caput es: uis tuam domum capite de/
orſum pẽdere: caput enim mulieris uir eſt: ubi au
tem melius uiuit mulier q̄ uir: capite deorſum pen
det domus: ſi caput eſt uir: melius debet͛ uiuere q̄
mulier: & præcedere in omnibus bonis factis uxo
rem ſuam. Auguſtinus de bono coniu/
gali: & habetur. xxxii. q. iiii. Sicut.

Sicut ſatius eſt fame mori q̄ idolaticis ueſci: Ita ſa/
tius eſt defungi ſine liberis: q̄ ex illicito concubitu
ſtirpem quærere.

Hieronymus ad Damaſcum præſbyterum & Hieronyꝰ.
habet͛. xxxii. q. vii. Omnes cauſationes.

Omnes cauſationes apoſtolus amputans apertiſſi
me diffiniuit uiuente uiro eſſe adulteram mulierẽ
ſi alteri nupſerit. Nolo mihi proferas raptoris uio
lentiam: matris patratiõem: patris authoritatem:
propinquorum cateruam ſeruorum: inſidias pa/
rẽtum: damna rei familiaris. Quam diu uiuit uir
licet adulter ſit: licet ſodomita: licet flagiciis omni
bus coopertus: & ab uxoꝛ propter hæc ſcelera de
relictus: maritus tamen eſt reputandus eius. ſ. cui
alterum uirum accipere non licet. Non hæc apo/
ſtolus propria authoritate decernit: ſed Chriſto i
ſe loquente Chriſti uerba ſecutus eſt: qui ait ĩ euã
gelio. Qui dimittit uxorem ſuam excepta cauſa
fornicationis facit eam mæchari. Et qui dimiſſam
acceperit adulter eſt. Hieronymus cõtra
Iouinianum & habetur. xxxii. q. iiii. Origo q̄dem

Origo quidem amoris honeſta erat: ſed magnitudo
deformis. Nihil autem intereſt ex qua honeſta
cauſa quis inſaniat. Vnde & Sextus Pythagoricꝰ
ait in ſententiis. Adulter eſt inquit in ſuam uxorẽ
ardentior amator: In aliena quippe uxore omnis
amator turpis eſt: in ſua nimius. Sapiens iudicio
debet amare coniugem: non affectu. Non regnet
in eo uoluptatis impetus: Nec præceps feratur ad
coitum. Nihil eſt fœdius q̄ uxorem amare quaſi
adulteram. Certe qui dicunt ſe cauſa reipu. & ge/
neris humani uxoribus coniungi & filios procrea
re: imitentur ſaltem pecudes: & poſtq̄ uenter uxo
ris intumuerit: non perdant filios: nec amatores
ſe uxoribus præbeant: ſed maritos.

Ambroſius liᵒ. de patriarchis & habetur. Ambroſꝰ.
xxxii. q. iiii. cᵒ. Nemo ſibi.

Nemo ſibi blandiatur de legibus hominum. Om/
ne ſtuprum adulterium ẽ. Nec uiro licet quod mu
lieri non licet. Eadem a uiro quæ ab uxore debe/
tur caſtimonia: Quicquid in ea quæ non ſit legiti
ma uxor commiſſum fuerit adulterii crimine dã/
natur. Ambroſius ibidem: & habet͛ ibi/
dem cᵒ. Nemo. §. Nulli licet.

Nulli licet ſcire mulierem præter uxorem. Ideoq;
coniugii datum eſt tibi ius: ne in laqueum icidas:
& cum muliere aliena delinquas. Tolerabilior ẽ
ſi lateat culpa: q̄ ſi culpæ uſurpetur authoritas.

Ibidem habetur cᵒ. dixit Sarra.

Dixit ſarra ad Abraham. Ecce concluſit me domi/
nus: ut non pariam. Intra ergo ad ancillam meã:
ut filium facias ex ea. Et ita factum eſt. Sed conſi/
dera primum ꝙ Abraham ante legẽ Moiſi & an/
te euangelium fuit. Nundum ergo interdictum
adulterium uidebatur. Pœna criminis ex tempo/
re legis eſt: quæ crimen inhibuit: Nec ante legem
ulla eſt rei damnatio: ſed ex lege: Non ergo in le/
gem commiſit Abraham: Sed legem præuenit.
Deus autem in paradiſo coniugium laudauerat:
non adulterium damnauerat. Habes primã Abra
hæ defenſionem. Secunda illa eſt ꝙ nõ ardore ali
quo uagæ ſuccenſus libidinis: non petulantis for/
mæ captus decore ancillæ contubernio coniuga/
lem poſthabuit thorum: ſed ſtudio quærendæ po
ſteritatis & propagandæ ſobolis. Ambroſiꝰ.
& habetur. xxxii. q. iiii. cᵒ. obiiciuntur.

Obiiciuntur Iacob quattuor uxores. quod quan/
do mos erat: crimen non erat: ſicut patriarchæ cõ
iugibus excipientibus ſemen ſuum miſcebantur:
non concupiſcentia perficiendæ uoluptatis: ſed

prouidentia propagandæ ſucceſſionis. Sic apoſto
li auditoribus admirantibus doctrinam ſuam con
delectabantur: non auiditate conſequendæ lau/
dis: ſed charitate ſeminandæ ueritatis. Gre/
Gregorius gorius & habetur. xxxii. q. i. c°. Apud. §. Quod ſi
Quod ſi in adulterio perſeuerare elegerit: patron⁹
turpitudinis & lenocinii reus maritus habebitˀ:
niſi eam adulterii ream facere uoluerit.
Io. chriſo. Io. chryſoſtomus & habetˀ. xxxii. q. i. ca°. Si qs
Si quis uxorem ſuam inuenerit adulteram: & po/
ſtea deinceps placuerit habere eam in matrimo
nio: duobus annis pœniteat. Ideo quia cum adul
tera mixtus ſit: quæ adhuc crimine ſuo nõ eſt pu/
gata. Aut abſtrahat ſe a matrimonio eius: donec
expleatˀ ſatiſfactio criminis pænitentiæ ſuæ. Ideo
quia poſt ſatiſfactionem pænitentiæ non meretur
uocari adultera. Similiter ſi uirum ſuum uxor in/
uenerit adulterum non ad imparia iudicantur.
Iſydorus. Iſydor⁹ ſup illud Matth. xix. Quos deuˀ cõiũxit
Quos deus coniunxit homo non ſeparet. ſubaudi
uiolenter: ſine lege: abſq; ratione. Non enim ho/
mo ſeparat quos pæna damnat: quos reatus accu
ſat: quos maleficium coarctat.

Iſydorus. in epiſtola clementorum.

Quid in omnibus peccatis eſt adulterio grauius?
Secundum namq; in pænis obtinet locum: quem
quidem primum illi habent qui aberrant a deo &
Innocẽtius ſi ſobrie uixerint. Innocentius pp. & ha
betur. xxxii. q. v. Chriſtiana
Chriſtiana religio adulterium in utroq; ſexu pari
ratione condemnat. Sed uiros ſuos mulieres non
facile de adulterio accuſant: & non habent laten
tia peccata uindictam. Viri autem liberius uxores
adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt.
Et ideo mulieribus prodito crimine earum cõmu
nio denegatur. Virorum autem latente commiſ/
ſo: non facile quiſq ex ſuſpicionibus abſtinet. qui
utiq; ſummouebitur: ſi eius flagicium detegatur.
Quum enim par cauſa ſit: interdum probatione
ceſſante: uindictæ ratio conquieſcit.

Seneca Seneca in Agamemnone.

Vltimum malum eſt. Palam mariti poſſidens pel/
lex domum.

Ariſtoteles Ariſtoteles li°. Iconomicorum.

Non debet homo ſanæ mentis ubiq; & ad quicun
q; mulierem mittere ſemen ſuum. Ibidem
Vir non debet iniuriari fæminæ: ne fæmina iniurie
tur ſibi. Ibidem
Iniuriari fæminæ eſt coire cum extranea muliere
& econtierſo. Ibidem
Maximus honor eſt ſobriæ mulieri: ſi uidet ſibi ui/
rum caſtitatem ſeruare: & de nulla alia muliere
curare: ſed præ omnibus propriam fidelem æſti/
mare. Ibidem
Si mulier cognouerit ſibi iuſtum & fidelem uirum
& ipſa etiam iuſta & fidelis erit.

Ariſtoteles li°. ii. polyticorum.

Bonum opus eſt ab aliena muliere abſtinere pro/
pter temperantiam.

Plutarchus in Apoptegmatibus. Plutarch⁹.

In multam uero noctem quum ad Alexandrum
puella quo una quieſceret adducta foret interro/
gauit: Quid tam ſero? Illa autem reſpondẽte: Ex/
pectaui enim quo uir cubaret: grauiter in ſeruos
animaduertit. Quoniam quantum in illis fuerat
adulterium perpetraſſet. Valerius maxim⁹ li°. ii. Val. maxi.
Nulli enim tunc ſubſeſſorum alienorum matrimo
niorum oculi metuebantur. Sed pariter & uidere
ſancte: & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.

Plautus in Ciſtellaria. Plautus.

Matronæ magis conducibile eſt iſtud: unum ama/
re: & cum eo ætatem exigere cui nupta ſemel eſt:
Verum enim meretrix fortunati eſt oppidi ſimilli/
ma. Non poteſt ſuam rem obtinere ſine multis ui
ris. Plautus in Stycho.
Bonas mulieres æquum eſt facere: ut abſentes ui/
ros perinde habeant quaſi præſentes ſint.

Ouidius in epiſtola Phedræ ad Hyppolitum.

Peius adulterio turpis adulter obeſt.

Ouidius li°. iii. Artis: Ouidius.

Nupta uirum timeat. rata ſit cuſtodia nuptæ:
Hoc decet: hoc leges ius q; pudor q; iubent.

Ouidius li°. ii. Triſtium.

Sed neq; me nuptæ didicerunt furta magiſtro.

Martialis epigrammaton li°. ii. ad Gallum.

Subdola famoſæ moneo fuge retia mechæ Martialis.
Leuior o cunchis Galle Cytheriacis.

Idem li°. vi. de Telaſina

Quæ nubit totiens: non nubit: Adultera lege eſt.

Horatius carminum li°. iii. ode. vi.

Fæcunda culpæ ſæcula: nuptias Horatius.
Primum inquinauere: & genus: & domos.
Hoc fonte deriuata clades
In patriam populum q; fluxit.

Horatius ſermonum li°. i. ſatyra ſcda.

Audire eſt operæ precium: procedere recte
Qui mæchis non uultis: ut omni parte laborent.
Vtq; illis multo corrupta dolore uoluptas:
Atq; hæc rara cadat dura inter ſæpe pericla.
Hic ſe præcipitem tecto dedit. Ille flagellis
Ad mortem ceſſus. Fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbã. Dedit hic ꝓ corpoꝛ nũmos.
Hunc perminxerunt calones. Quin etiam illud
Accidit: ut quidam teſtes caudamq; ſalacem
Demeteret ferro. Idẽ ſermonum li°. i. ſatyra ſcda.
Deſine matronas ſectarier: unde laboris

Plus haurire mali est: q̃ ex te decerpe fruct⁹. Ibidē
Discincta tunica fugiendum est: ac pede nudo:
Ne nummi pereant: aut pyga: aut deniq̧ fama:
Iuuenalis. Depræhendi miserum est. Iuuenalis satyra pria.
Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ:
Quem sponsæ turpes: & prætextatus adulter.
Iuuenalis satyra.vi.
Antiquum & uetus est alienum Posthume lectum
Concutere: atq̧ sacri genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea sæcula mæchos.
Iuuenalis satyra.xi.
Alea turpis
Turpe & adulterium mediocribus. hæc eadē illi
Omnia quum faciant hilares nitidi q̧ uocantur.
Tibullus. Tibullus li°.iii. epistola tertia.
Ah pereat didicit fallere si qua uirum.
Homerus. Homerus li°.xxii. Iliados.
Coniunx erepta marito
Tanti causa mali: & belli reddatur origo
Tyndaris: & quicquid cum pellice uexit adulter.



DVOCATVS: græce παράκλητος. ου. ὁ. paraclitos. Nam παρακαλέω aduoco: ille est q in iudicio: ei q iurisdictiōi præest: desyderium suum uel amici exponit: uel alterius desyderio contradicit. Aduocatus a Patrono sic differt q̧ aduocat⁹ generalius nomē est. Siquidem quicunq̧ adest alteri officii gratia aduocatus appellatur: etiam si nihil dicat agatq̧ modo sit paratus defendere. Patronus autem proprie qui agit causam: sed accusati: non accusantis. Deuteronomii c°.xxvii.

Deuterōii. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ pupilli & uiduæ. Et dicet omnis populus Amen.

Isaias Isaias cap°.v.
Veh qui iustificatis impium pro muneribus: & iusticiam iusti aufertis ab eo.

Augustin⁹ Augustinus ad Macædonium & habetur.xiiii.q.v.c°. Non sane.§. Non ideo.
Non ideo debet iudex uendere iustum iudicium: aut testis uerum testimonium: quia uendit aduocat⁹ iustum patrocinium: aut iurisperitus uerum consilium. Illi enim inter utrâque partem ad examen adhibentur: isti ex una consistunt.

Augustinus epistola.xxxvi.
Si iusticia sincerius consulatur: iustum dicitur aduocato: redde quod accepisti: quando contra ueritatem fecisti: iniquitati astitisti: iudicium fefellisti. causam iustam oppressisti: de falsitate uicisti.

Augustinus epistola.xxxvi.
Quis tandem aduocatus facile reperitur qui dicat suscepto suo: Recipe quod mihi: quum male adesses: dedisti? & redde aduersario tuo quod me iniq̧ agēte abstulisti: Nisi forte restituendum est alienum: qđ furtum clāculo effert: Et restituēdum nō est: quod in ipso foro ubi peccata puniuntur: decepto iudice: & circumuentis legibus obtinetur.

Gregorius super Ezechielem. Gregorius
Iustus aduocat⁹ a nullo iniustas causas accipit: nec uerba dare pro iusticia consistit.

Isydorus li°.iii. de summo bono. Isydorus.
Antiqui forensem eloquentiā caninam facundiam nuncupabant: eo q̧ causidici in certaminibus causarū omissis quæ agunt ueluti canes alterutrum lacerant. Bernar. ad Eugenium li°.i. c°. viii. Bernardus
Miror nanq̧ quomodo religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum & pugnas uerborum: quæ magis ad subuersionē q̃ ad inuentionem proficiunt ueritatis. Nihil enī ita absque labore manifestam facit ueritatem: Sicut breuis & pura narratio: præscinde ergo linguas uaniloquas: & labia dolosa claude. Hi sunt qui docuerunt linguas suas loqui mendacium: diserti aduersus iusticiam: eruditi pro falsitate: Sapientes sunt ut faciant malum: eloquentes ut impugnēt ueʀ. Cassiodorus super psalmo.lxxiii. Cassiodor⁹
Hi sunt qui negant ciuitatibus inducias: mercatoribus nundinas: emptoribus mensuras: reuerentiam clericis: originem nobilibus: locum prioribus: cunctis iura: distinctis priuilegia: quibus nullum genus hominum: ordinum: temporum cordi est. Ibidem.
Hi sunt in conuiuiis scurræ: in exactionibus harpyæ: in collocutionibus bestiæ: in quæstionib⁹ statuæ: ad intelligendum saxei: ad iudicandum lignei: ad ignoscendum ferrei: ad amicicias pardi: ad facetias ursi: ad fallendum uulpes: ad superbiēdum tauri: & ad consumēdum minotauri. Ibidē.
Hi sunt quorum si nares afflauerit cuiusq̃ rubiginosi aura marsupii confestim uidebis illic oculos Argi: & manus Briarei: & Spinguarum ungues cum eo: & periuria laomedontis: & Vlixis argutias: & Sinonis fallacias: & fidem Polymnestoris & pietatem Pygmalionis adhiberi. Ibidem.
Quomodo inter armatos: argutos: tumultuosos: uirtute: numero: contubernio: poterit ex æquo & bono solui inermis? abiectus: peregrinus: pauper: audiri? ubi est gurges de sutoribus fabularum: de concinatoribus carminum: de publicatoribus sinistrarum opinionum: Qui quum non habeant opera ꝑ pomis: spargunt uerba ꝑ foliis: & quum non adsit medulla sensuum: abundat spuma uerborum. Ibidem.

Apud causidicos: et ipsum silentium uenale est: ac lingua eorum damnifica nisi funibus argenteis ligatur. Allanus de conquestione naturæ.

Allanus

Si qs armatur pecunia: tanquam loricis argenteis: torrentis impetum Tuliani: Fulgur incursus hectorei. Robur uirtutis herculeæ: uersipelles ulixis uilipendit astutias. In tantum enim habendi fames incanduit: ut Dyalecticæ muta sit subtilitas Rhætoricæ languescat ciuilitas: ubi nummorum perorat pluralitas. Ibidem.

Si in aurem iudicis uel aduocati susurret pecunia: Orphei lyra: Carmen Amphionis: musa Vrgilii: uoce pecuniæ suffocantur. Quid plura? Vbi nummus loquitur: Tuliani eloquii tuba raucescit: Vbi nummus militat Hectoreæ militiæ fulgura compescunt: ubi pugnat pecunia: uirtus expugnatur Herculea. Numm⁹ uincit: nummus regnat: nummus imperat uniuersis. Origenes sup illud Exodi. viii. Percutiam omnes terminos tuos ranis.

Orige.

Ranæ significant clamosas aduocatorum allegationes: quæ inani & inflata modulatione uelut ranarum sonis & cantibus imundæ deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud utiles nisi φ sonum uocis improbis & importunis clamoribus reddunt. Innocenti⁹ de uilitate condi. hũanæ

Innocēti⁹.

Sæpe causas tñ differunt: φ litigantibus plus φ̃ totum auferunt: qa maior est expensarum sumptus: φ̃ sententiæ fruct⁹. Nec terminant negocia pauperum cœpta: quousqꝫ eorum marsupia sint euacuata. Quū tñ scriptum sit: Gratis accepistis: gratis date: Ipsi uero nec gratiã gratis dant: nec iusticiã iuste reddũt. Lucrũ in arca: Dãnum in cõscia: Sed qd prodest hõi: Si totũ mũdũ lucref: animæ uero suæ detrimẽtum patiaf. Sidoni⁹ in epistola de iudicib⁹

Sidonius

Hii sunt qui causas protendunt adhibiti: ipediunt prætermissi: fastidiunt admoniti: obliuiscuntur locupletati: Hii sunt qui emunt lites: uendunt intercessiones: deputant arbitros: iudicanda dictant: Dictata conuellunt: attrahunt litigaturos: protrahunt audiendos: retrahunt transigentes.

Cicero

Cicero in prologo Rhætoricorum.

Postq̃ cõmoditas quædã praua uirtutis imitatrix sine rõnabili offĩcio dicẽdi copiã cõsecuta est: tunc igenio freta malicia peruertẽ urbes ac uitas hoium labefactare consueuit. Cicero li⁰. de oratore.

Sæpissime uidi i causis aliquid mali facere homies minime malos. Ouidius li⁰. i. amorum Ouidius.

Turpe reos empta miseros defendere lingua
Quod faciat magnos turpe tribunal opes.
Ouidius epistola Acontii ad Cydippen.
Et mea quum sit
Optima: non ullo causa tuenteperit.



Edificatio. g̃. διχοδομή. ής. η. icodomi: & διχοδόμηκος. ου. ὁ. icodomicos architectus: & διχοδόμημα ατος. τό. ædificium quod ex ædes & facio componitur. Dicitur aũt ædificium omnis cõstructio ut puta quadrigæ: currus: portus: pontis: nauium: & aliorum huiusmodi. Aedificii quoqꝫ appellatione non solum superficiem significari: sed solum quoqꝫ ipm: cui ædificium suppositum est Vlpianus putat. Vlpianus.



Egritudo. g̃. ἀρρωστία. ας. ἡ. arrostia hinc ἀρρωστος ου. ὁ. arrostos ægrot⁹ dicitur. est opinio magni mali præsentis: Cui subiiciuntur: Inuidentia: obtrectatio: Aemulatio: Misericordia: Angor: luct⁹: Mœror: Erunna: Dolor: lamentatio: Sollicitudo: Molestia: Afflictatio: Desperatio: & cætera: scdm Ciceronem. Li⁰. tus. quæst.



Emulatio. g̃. ζῆλος. ου. ὁ. zilos: & ζηλόω ziloo æmulor: est dolor quidam quoniam bona et honorabilia: quæ ipse quoqꝫ assequi posset non similibus adesse uideantur: non quoniam aliis sunt: sed quoniam nõ ipsi quoqꝫ: secundum Aristotelem li⁰. ii. Rhætoricorum.

Aemulatio dicitur dupliciter secundum Ciceronẽ in Rhætoricis est enim hoc nomen & in laude: & in uitio. Nam imitatio uirtutis æmulatio dicitur & tunc laudis est. Item æmulatio ægritudo si eo quod quis concupierit alius potiatur. Hesiodus. Hesiodus.

ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων. hoc est.
Aemulatur autem uicinus uicinum.

Aequalitas Duplex. s.
- Quantitatis quæ requiritur in iustitia commutatiua ut quisqꝫ tantum accipiat quantum debet & econuerso.
- Proportionis quæ requiritur in iustitia distributiua & in merito respectu præmii. ex. b. Tho. iiii. sen. d. xlvi. q. i. ar. i.



Equalis. g̃. ἴσος. ου. ὁ. & ἐπίσος. ου. ὁ. isos & epi isos dr. Et est medium inter defectum et excessum. scdm Arist. li. ii. æthicorum



Equalitas. g̃. ἰσότης. ητος. ἡ. isotis dr. Et est proportio habẽtium unam q̃titatẽ. scdm. b. Tho. i. sen. d. xviiii. q. i. Phocylides.

Phocylides μοίραν πᾶσι νέμειν ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη hoc est.

Partem omnibus tribue. Aeq̃litas sane i oib⁹ optia.





Equanimitas. g̃. ἰσοθυμία. ας. ἡ. isothimia dr: & est animi æqtas atqꝫ sedatio: unde æquanimis uir æqui & sedati animi.

Aequanimitas i tolerandis tribulatõib⁹ est patiẽtia pprie dicta. ex. b. Tho. sup epist. Ro. lec. v. co. iii.

Aequitas sc͂dm Cyprianum q̃ graece. ἐπιεικεια dicit̃: seruat̃ in
- Legum cõgrua ad opus aplicatiõe: ut. s. potius legis latoris intẽtio seruet̃ q̃ eius uerba. uri Greg. & hẽt. xxii. q. v. Humanae uerba deseruire intẽtiõi debẽt nõ itẽtio uerbis.
- Rerum iusta & debita cõmutatiõe. Leuitici. xviiii. Statera iusta & aequa sint põdera.
- Bonorũ proportionata participatione: ut in omni collegio aeq̃tas seruet̃ in laborib' & emolumentis pro officiorũ proportionata conditione. ex Archiep̃o Floren. iiii.

AEquitas: graece: ἐυθύτης. ητος. ἡ. & ἴσος aequus dicitur: & est iusticia dulcore misericordiae temperata.

Aequitas est pars iustitiae & continetur sub ἐπιεικεια epiicia secundum. b. Tho. sc͂da sc͂dae. q. lxxx.

AEquiuocum: graece: ὁμώνυμον. ου. τὸ. homonymon: est cuius nomẽ tantum commune est: sed substantiae ratio diuersa: ut canis: nepos: secundum Aristo. li°. praedicamentorum in principio.

AEqu'. g̃. ἐπιεικές. έος. ὁ. ἡ. epices dr̃: & est aequum quod praeter legem scriptã iustum est: secundum Aristo. li°. i. Rhaet.

Aequus uir: est qui exacte amplectitur ius in peiorem partem: sed de suis cõmodis detrahi patitur: & si lege se tueri possit. & hic habitus & haec bonitas & aequitas. g̃. ἐπιεικεια: epicia dr̃: nec aliud est q̃ iusticia quaedã. sc͂dm Arist. li°. v. Aethicorũ.

Aequus ab aqua deducitur: quia summa est aquae aequalitas dum quiescit: ita ut imaginem tãquam speculum reddat. Significat q̃ aequ' planum proprie: & per metaphoram ponitur pro iusto quia nullam i partem inclinat. Vñ aeq̃tas dicta et aeq̃lis.

AEr: graece: ἀήρ. έρος. ὁ. Estq̃ unum quattuor elementorum tenuissimum: humidum: & calidum: igne quidem grauius: terra autem & aquis leuius: respirationis & uocis causa: incoloratum. i. ex natura colorem non habens: lucidum: transparibile: luminis enim est susceptiuum: & tribus sensibus nostris ministrans. Per id enim uidemus: audimus & olfacim'. Susceptiuum fomitis & frigiditatis: siccitatis & humiditatis: Cuius omnes qui secundum locum sunt motus scilicet sursum: Deorsum: intra: extra: dextrorsum: sinistrorsum: & circularis mot': ex se nõ hñs lumen: sed a sole & luna & stellis & igne illuiatus.

AEstimatio graece λογισμὸς. ου. ὁ. & λογίζομαι aestimo & cogito dicitur: ab aestimo uenit quod significat apprecio q̃si aere taxo. & quoniam aestimatio sine speciali consyderatione fieri non potest: aestimare quandoq̃ pro consyderare ponitur. Ouidius. haec quicunq̃ leget: Si quis leget: aestimet ante. Aestimare autem putare & iudicare est. Prius enim rem aestimamus hoc est consyderamus: Deinde existimamus hoc est iudicamus. Ab aestimo fit aestimatiua uis quae est potentia apprachensiua conuenientis & nociui. Ideo comparatur ad appetitum sensitiuum: Sicut intellectus practicus ad uoluntatem b. Tho. prima parte. q. lxxviii. ar. iiii.

Aestimatiua uis secundum Auicenam est uirtus apprehendens intentiones sensibilium: sicut est in oue diiudicante q̃ est a lupo fugiendum.

Aestimatiuae sedes sec͂ũdum. b. Tho. & Auerroym. est in brutis posterior pars capitis: in hominibus media cellula cerebri: uel in summo eius quae dicitur syllogistica. Secundum uero Auicenam. est summum concauitatis mediae cerebri. De qua uide in arbore animae. Ab aestimo uenit existimo diphthongo in i longam conuersa: quasi ex aestimatione statuo atq̃ decerno. Inde existimatio: quod fere semper passiue sumitur: ut uir magnae existimatiõis. i. de quo homines bene sentiunt: & quem magnum futurum omnes arbitrantur.

AEtas: graece: ἡλικία. ας. ἡ. ilicia dicitur: quasi aeuitas. Aetates ab antiquis uarie distinguebãtur. Seruius Tul. rex Romanorum eos pueros appellauit: qui essent infra decimum septimum annum. Indeq̃ ad quadragesimum sextum Iuniores dixit: quos bello idoneos elegit: supra uero sextum & quadragesimum annum seniores nominauit. Varro autem diuisit aetatem in Infantiam: Adolescentiam: Iuuentam: & senectã: Quarum singulae trifariam diuiduntur: ut prima pars uiridis: secunda adulta: ultima praeceps dicatur. Virgi. Iam senior: sed cruda deo uiridisq̃ senectus.

AEternitas. g̃. αἰωνία. ας. ἡ. Eonia: & αἰώνιος. ου. ὁ. eonios aeternus: est interminabilis uitae simul tota & perfecta possessio: sec͂ũdum Boetium li°. v. de con. Dicit̃ q̃ q̃si aeuiternitas. Et sempiternus quasi semper aeternus. Differunt autem aeternum & perpetuum: q̃d aeternum est quod sine principio est & sine fine ut deus. Perpetuum autem quod habuit pricipium: sed finem non est habiturum ut anima.

AEuum. g̃. αἰών. ῶνος. ὁ. eon dr̃ & ẽ mensura habentium principium & finem. secundum Alber. ma. sup libris phisicorũ.

AFfabilitas: graece: ἐυπροσηγορία. ας. ἡ. ἐυπροσήγορος. ου. ὁ. affabilis dicitur: est uirtus qua homo se habet ad conuersationem i dictis & factis delectabiliter ad omnes non aequaliter: Cuius est principaliter conui/

uentes delectare: sed quando oportet non uere/tur eos contristare: propter bonum promouendum: uel propter malum uitandum. Et est media inter Adulationem & litigium. Ecclesiastici.iiii.

Congregationi pauperum affabilem te facito.

AFfectio: græce: διάθεσις.εος.ἡ.diathesis & διατίθημι diatithimi afficio dicitur: & est rapt⁹ & abstractio animæ circa mores: secundum Arist.li°.viii.polyticorum.

Affectio est animi & corporis: ex tempore: aliqua de causa: mutatio: ut sunt gaudium: lætitia: misericordia: cupiditas: metus: molestia & alia quæ a nostris modo affectus: modo affectiones dicuntur græci πάθος hoc est morbum uocant. hinc affectare qđ est nimio affectu & anxie quærere. Virgi. Viamq; affectat olympo.

Ouidius libro primo Metamorphoseos.

Affectasse ferunt regnum cæleste gigantes.

AFfinitas: græce: συγγένεια.ας.ἡ.syngenia: & συγγενής.έος.ὁ.ἡ.syngenis affinis dr: & est uiculum causatum ex carnis copula cõsanguineorum. hæc ex.b.Tho.iiii.sen.di.xli.ar.i.

Affines sunt uiri & uxoris cognati dicti ab eo q̄ duæ cognationes: quæ diuersæ inter se sunt per nuptias copulantur: & altera ad alterius cognationis finem accedit. Consanguinitas fit per carnis propagationem. Affinitas uero per coniunctionem ordinatam a deo. hæc ex.b.Tho.ubi supra.

Affinitas causatur ex omni coitu naturali & illicito. Ibidem.

AFfirmatio: græce: κατάφασις.εος.ἡ.cataphasis dicitur: & est enunciatio alicuius de aliquo secundum Aristotelem libro primo peryhermenias.

AFflictio: græce: θλίψις.εος.ἡ.thlipsis & θλίβω. affligo dicitur: & est ægritudo cum uexatione cordis: secundum Ciceronem libro Tus.quæst.

AGonia: græcum uocabulum ἀγωνία.ας.ἡ. est timor mali extrinseci cui resisti non potest propter improuisionem. b. Tho. 2æ.q.xli.ar.iiii.

AGnati & cognati differunt: ut placet Paulo Iuriscõsulto ut genus & species. Nam omnis agnatus cognatus est: non autem omnis cognat⁹ agnatus est. Alterum enim ciuile: alterum naturale nomen est. Cognationis origo: etiam per fœminas solas contingit. Agnationis autem ab uno patre per solos masculos contingit.

Phocylides.

Phocylides. συγγενέσι φιλότητα νέμοις ὁσίην θ' ὁμόνοιαν.

Affinibus amiciciam tribue: sanctã q; concordiam.



AGricultura græce: γεωργία.ας.ἡ.et γεωργός.οῦ.ὁ. agricola dicitur: & est agrorum cultura. Inde agrestis.g. ἀγρεῖος.ου.ὁ.& ἀγροικότης.τητος.ἡ. rusticitas. Est autem agrestis qui uitam agit siluestrem. Exodi c°.xxii.

Exodi. Si læserit quispiam agrum uel uineam: & dimiserit iumẽtum suum ut depascatur aliena: quicquid optimum habeat in agro suo uel in uinea ꝓ damni æstimatione restituet. Ibidem.

Si egressus ignis inuenerit spicas & comprehenderit aceruos frugum: siue stantes segetes in agris: reddet dãnum q igne succenderit. Exodi c°.xxiii.

Sex annis seminabis terram tuam & congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam: & requiescere facies: ut comedant pauperes populi tui: et qcqd reliquum fuerit edant bestiæ agri: Ita facies i uinea & olìueto tuo. Hieronym⁹ ad Rusticum monachum & habet̃ de con.di.v.Nunq̃. Hierony⁹.

Cur in usus tuos successura non præparas? uel fiscellam texe iunco: uel canistrum lentis plecte uiminibus: Seratur humus: areolæ æquo limite diuidantur: In quibus cum olerum iactata fuerint semina: uel plantæ: per ordinem positæ: aquæ ducantur irriguæ. hic pulcherrimorum uersuum spectator assistas.

Ecce supercilio cliuosi tramitis undam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: scatebrisq; arentia temperat arua.

Inserantur fructuosæ arbores: ut paruo post tẽpore laboris tui dulcia poma decerpas.

Aristoteles li°.primo polyticorum.

Bos pauperibus est pro seruo. Idẽ li°.vi.polyticoꝝ.

Agricolæ magis appetũt lucrum q̃ honoré. Et ideo delectabilius est ipsis laborare q̃ principari. Ibidẽ.

Agricolæ qui non habent necessaria circa opera morantur: & aliena non concupiscunt.

Cicero officiorum li°.primo.

Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur nihil est agricultura melius. nihil uberius: nihil dulcius: nihil libero homine dignius.

Idem li°.de Senectute.

Venio nunc ad uoluptates agricolarum: quib⁹ ego incredibiliter delector: quæ nec ulla impediuntur senectute: & mihi ad sapientis uitam proxime uidentur accedere. Habent.n. rationem cum terra: quæ nunq̃ recusat imperium: nec unq̃ sine usura reddit quod accepit: sed alias minore: plærunq; maiore cum fænore. Ibidem.

Ergo i hac uita Marc⁹ Curius quum de samnitibus

triumphaſſet : & de Pyrrho : conſumpſit extre
mum tempus ætatis.

Cicero libro de Senectute.

Auilla in ſenatum accerſebantur Curius & cæte/
ri ſenes : ex quo qui eos accerſebant uiatores no/
minati ſunt. Num igitur ſenectus miſerabilis fu/
it qui ſe agricultione oblectabantur? Mea qui/
dem ſententia haud ſcio: an ulla beatior eſſe poſſit.
neq; ſolum officio quod hominum generi uniuer
ſo cultura agrorum eſt ſalutaris: ſed oblectatione
quam dixi : & ſaturitate copiaq; omnium rerum
quæ ad uictum hominum : & cultum etiam deo/
rum pertinent.

Cicero li°.de ſenectute.

Semper enim boni aſſidui q; domini referta cella
uinaria : olearia : & penaria eſt : uillaq; tota locu/
ples eſt: abundat porco: hædo: agno: gallia: lacte:
caſeo: melle: Iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam
alteram appellant . Tum conditiora facit hæc &
ſuperuacanei operis labor: aucupium : atq; uena/
tio. Cicero ibidem.

Agro bene culto nil poteſt eſſe : nec uſu huberius :
nec ſpecie ornatius : ad quem fruendum non mo/
do non retardat : uerum etiam inuitat atq; alle/
ctat ſenectus . Vbi enim poteſt illa ætas æq; cale/
ſcere? uel apricatione melius uel igni? uel uiciſim
umbris aquis ue ſalubribus refrigerari?

Val.maxi. Valerius maximus libro.iiii.titulo
de Paupertate.

Illi etiam prædiuites qui ab aratro accerſebantur
ut conſules fierent : uoluptatis cauſa ſterile atq;
æſtuoſiſſimum pupiniæ ſolum uerſabant: delicia/
rumq; ignari uaſtiſſimas glebas plurimo cum ſu/
dore diſſipabant? Immo uero quos pericula reipu.
impatores aſſerebat anguſtia rei familiaris. Quid
ceſſo proprium nomen ueritati reddere bubulcos
fieri cogebant. Ibidem.

Attilium autem qui ad eum accerſendum a ſenatu
miſſi erant: ad imperium populi Romani ſuſcipi/
endum ſemen aſpergentem uiderunt? Sed illæ ru/
ſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſta/
bilierunt: ingẽtes hoſtium copias peſſundederunt
Quæ q; modo aratium boum iugum rexerant: tri
umphalis currus habenas retinuerunt? Nec fuit
iis rubor eburneo ſcipione depoſito agreſtem ſti/
uam aratri repetere? Poteſt pauperes conſolari
Attilius: ſed multo magis docere locupletes: q̃ nõ
ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini anxia diuitia
rum comparatio.

Victurinus de Architectura.li°.ii.

Et enim natus infans ſine nutricis lacte non poteſt
ali: neq; ad uitæ creſcentis gradus perduci: Sic ci/
uitas ſine agris & eorum fructibus i manibus af/
fluentibus non poteſt creſcere: nec ſine abundan/
tia cibi frequentiam habere : populumq; ſine co/
pia tueri. Virgi.li°.i.georgicorum.

Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur:
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hiems curaſq; reſoluit.

Idem li°.ii.georgicorum.

Nec uero terræ ferre omnes omnia poſſunt .
Fluminibus ſalices: craſſiſq; paludibus alni:
Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni.
Littora mirtetis lætiſſima. Deniq; apertos
Bacchus amat colles : aquilonem & frigora taxi.

Ibidem.

Primus humum fodito: primus deuecta cremato
Sarmenta. & uallos primus ſub tecta referto.
Poſtremus metito. Idem li°.ii.Georgicorum.

O fortunatos nimium: ſua ſi bona norint :
Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fudit humo facilẽ uictum iuſtiſſima tellus. Ibidẽ.

Fortunatus & ille deos qui nouit agreſtes :
Panaq; ſiluanumq; ſenem : nymphaſq; ſorores.

Ibidem.

Interea pendent dulces circum ubera nati:
Caſta pudiciciam ſeruat domus. Vbera uaccæ
Lactea demittunt : pinguesq; in gramine læto
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hædi.

Ouidius libro primo de remedio amoris . Ouidius.

Rura quoq; oblectant animos ſtudiumq; colendi.
Quælibet huic curæ cedere cura poteſt.
Colla iube domitos oneri ſupponere tauros :
Sauciet ut duram uomer aduncus humum.
Obrue uerſata cerealia ſemina terra:
Quæ tibi cum multo fænore reddat ager .
Aſpice curuatos pomorum pondere ramos :
Vt ſua quod peperit uix ferat arbor onus.
Aſpice labentes iucundo murmure riuos:
Aſpice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes: prærupta q; ſaxa capellæ :
Vt referant hædis ubera plena ſuis.
Paſtor inæquali modulatur harundine carmen :
Nec deſunt comites ſedula turba canes .

Horatius Epodo ode.ſcda. Horatius.

Beatus ille qui procul negociis:
Vt priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis :
Solutus omni fænore:
Neq; excitatur claſſico miles truci:
Neq; horret iratum mare.
Forumq; uitat: & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.

Horatius Sermonum li.ii.ſatyra.vi.

O rus quando ego te aſpiciam: quando q; licebit
Nunc ueteq; libris: nunc ſomno & inertib⁹ horis

Duc ere sollicitae iucunda obliuia uitae?
O quando faba Pythagorae cognata: simulq;
Vncta satis pingui ponentur oluscula lardo:
O noctes caenaeq; deum: quibus ipse meiq;
Ante larem proprium uescor.

Horatius epistolarum libro primo epistola .x.

Nouisti ne locum potiorem rure beato?
Est ubi plus tepeant hyemes? ubi gratior aura
Leniat? Et rabiem canis: & momenta leonis?
Quum semel accepit solem furibundus acutum.
Est ubi diuellat somnos minus inuida cura?

ALacritas: graece: φαιδρότης. ητος. ἡ. phedrotis: & φαιδρὸς. ου. ὁ. phedros alacer dicitur: & est mutatio quaedam uultus in aliquam spem gestientis: uenitq; ab alacer quod quandoq; festinum significat: quasi alis acer. Terentius. Quid tu es tristis? quid ue es alacris? Nonnunq̃ laetum & uelut in aliquam spem gestientem significat.

ALecto: graece: ἀληκτὼ. οοσ. ἡ. una est trium furiarum infernarum quas Orpheus in Argonautica unico uersu comprahendit.

Τισιφόνη τέ καὶ ἀληκτὼ καὶ δῖα μέγαιρα
facitq; genitiuo Alectus: & accusatiuo Alecto. Virg. vii. En. Luctificam Alecto.

ALienatio: graece: ἀλλοτρίωσις. ιοσ. ἡ. allotriosis: & ἀλλοτριόω. alieno dicitur: & ἀλλότριος. ου. ὁ. alienus. Est autem alienum quod est extraneum & dissimile secundum. b. Tho. prima parte. q. xxxi. ar. ii.

ALimentum: graece: τροφή. ης. ἡ. trophis: & τρέφω. trepho alo dicitur: est quod praeparat operationem nutritiuae: secundum Aristo. li. ii. de anima.

ALtare: graece: θυσιαστήριον. ου. τὸ. locus est i quo diis sacrificia fiebãt: Quod ita ab Ara interesse quidam putãt: q̧ arae superis & inferis diis constituebantur: Altaria uero diis superis tantum. Altare ab altitudine dictum est: quoniam ueteres diis superis in aedificiis a terra erectis sacrificabant. Dus terrestribus in terra. Diis inferis in effossa terra. Arae uero dictae sunt quasi ansae. Vasa enim erant quae tripodes dicebantur. Propter quod Varro in libris diuinarum rerum scribit aras primo ansas dictas. q̧ esset necessarium a sacrificantib⁹ eas teneri. Quoniam ergo qui immolabant non tantum deos uoce precabantur: sed etiam manib⁹ aras apprahendebant: primo ansae dictae sunt: deinde arae litterarum mutatione. Virgilius.

Talibus orantem dictis: arasq; tenentem. Idem.
Tango aras mediosq; ignẽs. ac numina Testor.

Sunt qui uelint aram esse uocabulum graecum: nã ἀρά. τῆς. ἀρᾶς. ἡ. ẽ oratio: imprecatio: uotum: prex.

ALteratio graece: ἑτερόωσις. ιος. ἡ. heterosis. dicitur: Et est mutatio in contraria secundum Ar. li. viii. phisicorum.

Alteratio est mutatio alicuius subiecti: secundum qualitates cõtrarias: uel medias: ipso subiecto manente eodem secundum Aristo. li°. de ge. & cor.

ALtercatio graece. ἔρις. ιδος. ἡ. eris dicitur: & est idem quod obiurgatio. Ab altercor uenit: quod iurgor: quasi aduersam partem tueor.

AMaritudo: graece: πικρία. ας. ἡ. piclyria: & πικρὸς. οῦ. ὁ. amarus dicitur. Et est effectus rancoris & filia acidiae secundum. b. Tho. scda scdae. q. xxxv. ar. iiii.

AMbages quae & ambago dici põt in uno significato: graece: περίοδος. ου. ἡ. periodos: & περιάγω circumago: est circuitus: uel dubia: seu ꝓfusa locutio. Lucan⁹ li°. i.
Multaq; tegens ambage canebat.

AMbitio: graece: φιλοτιμία. ας. ἡ. philotimia: & φιλότιμος. ου. ὁ. ambitiosus dicitur: & est appetitus potentiae secundum Alex. scda scdae tractatu de Ambitiõe. q. ii. Ambitio est dignitatis appetitus immoderatus ratiõe honoris secũdum. b. Tho. scda scdae. q. cxxxi. arti. ii.

Ambitio uenit ab ambio: quod ꝓpriae significat circundo. Virg. vi. En. Quae rapidus Flammis ambit torrentibus amnis. Et per metaphoram aliquando ambire est blãdiri & circumuenire Virgi. Quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. Et quoniam romani dum honores & magistratus affectarent singulos circuire: dextras prensare: rogareq; ut se suffragiis adiuuarent: factum est ut ambire capiatur pro eo: quod est honores & magistratus quaerere. Dicimus autem ambitus & ambitio: sed hoc interesse uidetur q̧ Ambitio proprie est honorum & laudis immoderata cupiditas. Ambitus uero dicitur quum ad publicos honores & magistratus turpibus: ac inhonestis artibus: ut puta blandiciis: precibus: largitione contendimus. qualis est quae nunc uulgo a Simone mago Simonia dicitur. Quaecunq; autem ambitus facit: ambitio facere compellit.

Paulus — Paulus ad Galatas c°.vi

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes: inuicem inuidentes.

Auguſtin' — Auguſtinus ad Eudoxium: & habetur.xvi.q.i.Vos autem.

Si qua opera ueſtra mater eccleſia deſyderauerit: nec elatione auida ſuſcipiatis: nec blandiente deſydia reſpuatis.

Auguſtinus in ſermone de die conſecrationis.

Laudari a male uiuentibus nolo: & deteſtor: laudari autem a bene uiuentibus: ſi dicam nolo: mẽtior. ſi dicam uolo timeo ne ſim humanitatis pluſq̃ ſoliditatis. Quid ergo dicam? nec plene nolo. nec uolo. Non plene uolo ne in laude humana pericliter: nec plene nolo ne ingrati ſint quibus prædico.

Auguſtinus ſuper.ps.

Non fere quiſq̃ eſt: qui careat amore dominãdi: & humanam non appetat gloriam.

Auguſtinus ſuper.ps.

Quotiens hominibus præeſſe deſydero: totiẽs deo meo præire contendo.

Auguſtinus de ci.dei.li.xiiii.c°.xi.

Diabolus ruit: quia elegit potius præeſſe q̃ ſubeſſe.

Hierony' — Hieronymus & habetur.viii.q.i.c°.Illud

Illud inferendum eſt aduerſus eos qui de epiſcopatu intumeſcunt: & putant ſe non diſpenſationem Chriſti ſed imperium conſecutos. Quia non ſtatim omnibus his meliores ſunt: quicunq; epiſcopi non fuerint ordinati: & ex eo quod epiſcopi electi ſunt: Se magis æſtiment comprobatos. Si autem peccata filiorum ab epiſcopatu iuſtum prohibent: quanto magis ſe unuſquiſq; conſyderans: & ſciens quia potens potenter tormẽta patietur: retrahit ſe ab hoc nõ tam honore q̃ onere: & aliorum locum qui magis digni ſunt non ambit occupare.

Idem epiſtola ad Euſtochium.

Nec ſatis religioſa uelis uideri: nec plus humilis q̃ neceſſe eſt. Negligentiam fugiendo quæras: plures enim in hoc ipſo cupiunt placere: quod placere contemnunt. Et mirum in modum laus dum uitatur appetitur.

Ambroſi'. — Ambroſius ſuper Lucam.li.iii.

Erugo mentis eſt appetentia dignitatum: ſi in his ſuprema ſpes uitæ præſentis locetur. Reſipiſcat unuſquiſq; a furore ſecularium dignitatum: & cupiditatum: quæ mentem animumq; perturbant: ut compos ſui eſſe poſſit.

Ambroſius ſuper Lucam li°.iii.

Hoc ipſo pernicioſior ambitio: q; blanda eſt conſolatricula dignitatum: Et ſæpe quos uita nulla delectat: quos nulla potuit mouere luxuria: nulla auaritia ſubruere facit ambitio crimnoſos. Ibidẽ.

Prope omnium criminum fontes hæc tria mõſtrantur eſſe genera uiciorum ſcilicet gula: iactantia: & ambitio. Cauſæ autem cupiditatis ſunt carnis delectatio: ſpecies gulæ: & auiditas potentiæ.

Gregorius in moralibus & habetur.viii.q.i.c°.Sciendum.§.Neq;. — Gregorius

Neq; enim ſe ſub obedientia dirigit: qui ad percipienda huius uitæ proſpera libidini propriæ ambitionis ſeruit.

Gregorius in paſtorali & in moralibus.

Locus regiminis quum regendus offertur: in ſe prius neceſſe eſt ut quiſq; diſcutiat: ſi loco uita congruat: Si ab onere actio non diſſentiat: Ne iuſtus omnium rector eo poſt in tribulatione preces non audiat: quo ipſa quoq; eius de quo tribulatio oritur exordia honoris ignorat.

Gregorius in paſtorali.

Penſandum ualde eſt. ad culmen regiminis quiſq; qualiter ueniat. Atq; ad hoc rite perueniens qualiter uiuat: & bene uiuens qualiter doceat: & recte docens infirmitatem ſuam quottidie cognoſcat: ne aut humilitas acceſſum fugiat: aut peruentioni uita contradicat: aut uitam doctrina deſtituat: aut doctrinam præſumptio extollat: uirtutibus pollens coactus ad regimen ueniat. Virtutibus uacuus nec coactus accedat.

Gregorius in paſtorali.

Locus regiminis deſyderantibus negandus eſt: fugientibus offerendus.

Gregorius in regiſtro.

Sicut is qui inuitatus renuit: quæſitus refugit ſacris eſt altaribus admouendus: Sic qui ultro ambit: uel importune ſe ingerit: eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere: quid agit? niſi ut creſcendo decreſcat: & aſcendendo exterius interius in profunda deſcendat.

Ibidem.

Ordinate ad ordines accedendum eſt. Nam caſum appetit qui ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta aſcenſum quærit.

Ibidem.

Quiſquis ſacerdotium non ad elationis culpã: ſed ad utilitatem adipiſci deſyderat: prius uires ſuas cum eo quidem ſubiturus onere metiatur: ut & impar abſtineat: & ad id cum metu cui ſe ſufficere exiſtimat accedat.

Gregorius ſuper Ezechielem.

Quanto quiſq; hic altius erigitur: tanto curis grauioribus oneratur.

Gregorius mora.li°.xxxiii.

Manu humillimæ conſyderationis deprimendus eſt timor elationis.

Gregorius moral.libro.ii.

ante finem ſup illud Iob.xxx. Eleuaſti me ualde:
ſcio q̧ morti trades me.
Ad hoc ſolum fugitiuæ fælicitatis aura ſubleuat:
ut repente deterius in infimis ſternat.

Grego.mor.ultimo ſuper illud Iob.xxxviii.
Ecce gigantes gemunt ſub aqs.

Quiſquis altius erigitur ipſis populis mente & co/
gitatione ſupponitur quibus ſuperponitur di/
gnitate.

Io.chriſo. Io.chriſoſto.ſuper Matthæum home.xxv.

Quicunq̧ deſyderauerit primatum in terra: inue/
niet confuſionem in cælo. Nec inter ſeruos chri/
ſti cõputabitur q de primatu tractauerit. Ibidẽ.
Opus quidem deſyderare bonum: bonum eſt. Pri/
matum autem honoris concupiſcere uanitas eſt.
Primatus enim fugientem ſe deſyderat: deſyde/
rantem ſe onerat.

Bernard'. Bernardus in epiſtola ad hen.Senonẽ.

Multi non tanta fiducia & alacritate currerent ad
honores: ſi & ſe ſentirent: onere grauari metue/
rent. Nec cum tanto labore & periculo quarum/
libet affectarent infulas dignitatutm.

Bernardus ad Eugenium li°.iii.

An non limina apoſtolorum amplius ambitio q̃ de/
uotio terentur? Bernardus ibidem.

O ambitio ambientium crux: quomodo omnes tor
ques? omnibus places? Nil acrius cruciat: nil mo/
leſtius inquietat: nil tamen apud miſeros morta/
les celebrius negociis eius.

Bernardus in ſermone quadrageſſimæ.

Ambitio ſubtile malum: ſecretum uirus: peſtis oc/
culta: doli artifex: mater hypocriſis: liuoris parẽs:
uitiorum origio: tinea ſanctitatis: excæcatrix cor/
dium: ex remediis morbos creans: ex medicina
languorem generans.

Origenes. Origenes ſuper epiſtola ad Romanos.

Omnis adeundi honoris eccleſiaſtici abſcinderetur
ambitio: ſi ſe iudicandos potius q̃ iudicaturos hii
qui præeſſe uolunt populis cogitarent.

Innocẽtius Innocentius de uilitate conditiõis humanæ.

Ambitioſus ſemp eſt pauidus: ſemper attentus: ne
dicat quod deſyderat: ad humilitatem ſimulat: ho
neſtatem mentitur: affabilitatem exhibet: beni/
gnitatem oſtendit: ſubſequitur: & obſequitur:
cunctos honorat: uniuerſis inclinatur: frequen/
tat curias: uiſitat optimates: aſſurgit & amplexa/
tur: applaudit & adulatur. Vnde nouit illud poe/
ticum. Et ſi nullus erit puluer tamen excute nul/
lum. Ibidem.

Ambitioſus promptus & feruidus ubi placere co/
gnouerit. Remiſſus & tepidus: ubi putauerit diſ/
plicere. Improbat mala: deteſtatur iniqua: ſed alia
cum aliis probat & improbat: ut iudicetur idone/
us: ut reputetur acceptus: ut laudetur ab omni/
bus: ut a ſingulis approbetur: Sed ecce grauem in
tra ſe ſuſtinet pugnam difficileq̧ conflictum: dum
iniquitas pulſat animam: Ambitio continet ma/
num: & quod illa ſuggerit: hæc fieri non permit/
tit. Colludunt ad inuicem mater: & filia: Iniqui/
tas & ambitio: hæc uendicat ſibi publicum: Illa ſe
cretum. Innocentius ibidem.

Ambitioſus ſtatim ut eſt ad honorem promotus: in
ſuperbiam extollitur: Iactantiam effrenatur: Nõ
curat prodeſſe: ſed gloriatur præeſſe: præſumit ſe
meliorem: quia cernit ſe ſuperiorem: priores dedi/
gnatur amicos: notos ignorat heſternos: comites
contemnit antiquos: uultum auertit: ceruicem eri
git: faſtum oſtẽdit. grandia loquitur: ſublimia me
ditatur: ſubeſſe non patitur: præeſſe mollitur: ſub
ditis oneroſus: omnibus infeſtus: præceps: mole/
ſtus: arrogans: grauis: & importunus.

Seneca ad lucillium epiſtola.xxiii. Seneca

Sic eſt de ambitione quomodo de amica conque/
runtur homines. Si uerum affectum inſpicias: nõ
oderunt: ſed litigant. Videbis uoluntariam eſſe il/
lis in eo moram: quod ægre ferre ipſos & miſere lo
quuntur: Peccatores enim conqueruntur de mo/
leſtiis amicæ: nec tamen dimittunt: & ambitio/
nis: nec tamen eam dimittunt.

Seneca ad lucillium epiſtola.xlviii.

Cupiditas omnis ingrata: & nemo eorum qui in re/
publica uerſantur: quos uincat: ſed a quibus uin/
catur aſpicit. Idem epiſtola.lx.

Illud præcipue nos impedit: q̧ nobis placemus: Si
inueniemus qui nos bonos uiros dicat: qui pru/
dentes: qui ſanctos. Non ſumus laudatione con/
tenti: quicquid in nos adulatio ſine pudore con/
geſſit: tanq̃ debitum prehendimus: optimos nos
eſſe: Sapientiſſimoſq̧ affirmantibus aſſentimus:
quum ſciamus illos ſæpe multa mentiri: Adeo
quoq̧ indulgemus nobis ut laudari uelimus in id
cui contraria maxime facimus.

Seneca ad Lucillium epiſtola.lxii.

Quantulum enim eſt quod naturæ datur: parua il
la pars dimittitur. Non fames nobis uentris noſtri
magno conſtat: Sed ambitio. Nos itaq̧: ut ait Sa/
luſtius: uentri obedientes animalium loco nume/
remur: non hominum: Quoſdam uero non ani/
malium: Sed mortuorum: Viuit is qui ſe utitur.

Idem epiſtola.lxxiiii.

Nullum habet maius malum cupiditas: q̃ quod gra
ta eſt: Nemo quos uincit: Sed a quibus uincatur
aſpicit: Et illis non tam iucondum eſt multos uide
re poſt ſe: q̃ graue aliquem ante ſe. Ibidem.

Cupiditas fælicitatem suam non intelligit: quia nō unde uenerit respicit: Sed quo tendat.
Seneca ad lucillium epistola.lxxxvi.

Relinque ambitum: timenda res est: uana: uentosa: nullum habens terminum. Ibidem.

Quæcunq; uidentur eminere: in rebus humanis q̄uis pusilla sint: Incomparatiōe humillimorum: per difficiles tamen & arduos tramites adeuntur.

· Confragosa in fastigia dignitatum uia.
Seneca ad lucillium epistola.cxv.

· Qui uirtutem suam publicari uult: non uirtuti laborat. sed gloriæ. Seneca li°.ii .de beneficiis.

· Nunq̄ improbæ spei quod datur satis est: & maiora cupimus: quo maiora uenerunt. Multoq; concitatior est auaricia in magnorum opum congestu collocata: Vt flammæ acrior uis est: quo maiore incendio emicuit. Aeq; ambitio non patitur quicq̄ in ea mensura bonorum quiescere: quæ quondam eius fuit impudens uotum. Nemo agit de tribunatu gratias: sed queritur quod non est ad præturā usq; perductus: Neque .hæc grata est: si desit consulatus. Nec hoc quidem facit: si minus est quod ultra se cupiditas porrigit: & facultatem suam nō intelligit: Quia non unde uenit respicit: Sed quo tendit. Seneca Tragedia quarta.

Quisquis sæcundis rebus exultat nimis:
Fluitq; fluxu semper insolita appetens:
Tunc illa magnæ dira fortunæ comes
Subit libido. Seneca ibidem.

· Quod non potest uult posse: qui nimium potest.
Seneca Tragedia.x.

Pauci reges non regna colunt.
Plures fulgor conuocat aulæ.
Cupit hic tegit proximus ipsi:
Clarusq; latas ire per urbes.
Vrit miserum gloria pectus:
Cupit hic gazis implere famam.
Seneca ibidem.

Colit hic reges calcet ut omnes:
Perdatq; aliquos: nullumq; leuet:
Tantum ut noceat cupit esse potens.
Seneca.li°.de formula uitæ

Non ascribas tibi quod non es: nec maior q̄ es uideri uelis. Aristoteles li°. Iconomicorum

Aristoteles Multo grauius fert aliquis si honore suo priuetur. q̄ si bona sua auferantur
Aristoteles.li°.yi. Topicorum.

Omnes honorem appetunt.
Cicero li°.i.officiorum. Cicero

· Difficile est potestatem cupienti seruare æquitatem. Ibidem.

Facillime impellitur ad res iniustas qui gloriæ cupidus est. Cicero li°.officiorum primo.

Miserrima est omnino ambitio: honorumq; contētio. Cicero in Rhætoricis.

· Prælatio simulationem aperit: illis enim difficile est in potestatibus temperare: qui per ambitionem se esse probos simulauere. Sunt enim nō ex animo: Sed ex fortuna: modo humiles: modo elati. Omnium enim rerum nihil ad prælationes tenendas meliusq̄ diligi: nec alienius q̄ timeri.
Cicero li.p°. Rhetoricorum ueterum.

Stulticia est immensæ gloriæ cupiditas.
Salustius in Iugurtha.

Homini potentiam quærenti egentissimus quisq; est oportunissimus. Idem in Catili.

Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.
Euripides in Hippolyto. Euripides.

ἔνεστι γάρ δ' ἢ κἀν θεῶν γένει τόδε
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο. idest
Inest enim sane deorum generi hoc.
Honore affici gaudent ab hominibus.
Ouidius Tristium li°.i. elegia prima. Ouidius.


Donec eram sospes tituli tangebar amore.
Quærendiq; mihi nominis ardor erat.
Horatius Sermonum li°.i. satyra.iiii. Horatius.

· Quemuis media elige turba:
Aut ob auariciam: aut misera ambitione laborat.
Horatius Sermonum li°.i. satyra.yi.

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis.
Persius satyra prima.

· Vsq; adeo ne
Scire tuum nihil est: nisi te scire hoc sciat alter?
At pulchrum est digito monstrari & dicier hic est
An erit qui uelle recuset (Ibidem
Os populi meruisse?

Amentia: græce ἄνοια.ας.ἡ. ania: & ἄνους.ου.ὁ.ἡ.anus: amens dicitur: & est stulticia. Dicitur autem amens quasi sine mente. Differunt autem amens & demens. q; demens minus est q̄ amens. Nam demens est q non cogitat quid agat: aut loquatur. Amens uero qui prorsus insanit.



Conseruatione: quae a Macrobio super So.Sci. dicitur Affabilitas: Quia non habet perfectam rationem amiciciae: sed similitudinem eius: Et est media inter Adulationem & litigium. & a. b. Tho. Ibidem sic diffinitur. Est uirtus qua homo se habet ad conuersationem in dictis & factis delectabiliter ad omnes non aequaliter. Cuius est principaliter conuiuentes delectare: Sed quando oportet non ueretur eos contristare propter bonum promouendum: uel pp malum uitandum. Cui opponit̄ per

- Excessum. — Adulatio
- Defectum. — Litigium.



Miciċia græce φιλια·ας .η.philia: & φιλικὸσ. οῦ.δ.philicos amicus di/ citur: et eſt amor mutuæ beniuolentiæ fundat⁹ ſu per aliqua communicatio ne: quæ quadruplex eſt ſe cundumquadruplicē cō/ municationem mutuam. ſ. Naturalem: Domeſticam: Ciuilem: & Diuinā. hoc ex beato Tho.ſcda ſcdæ.q.xxiii.ar.i.

· Amicicia ē humanarum diuinarumq; rerum cum beniuolentia & charitate conſenſio. ſecundum Auguſtinū epiſtola.xlv.& Ciceronē li°.de aicicia. Amicicia eſt uoluntas erga aliquem bonarum re/ rum illius ipſius cauſa quem diligit: cum eius pari uoluntate: ſecundum. Ciceronē in Rhætoricoꝝ. Amicicia eſt beniuolentia pacis non latens ſecun/ dum. Ariſto.li.viii. Aethicorum. uel ſic. Amicicia eſt ſtudiorum omnium uoluntatumq; cō ſenſus: cuius contrarium inimiciciæ in plurali li/ cet etiam in ſingulari inueniatur Ennius. Amici/ ciam atq; inimiciciam in fronte promptam gero.

· Amicus eſt qui amat & redamatur. ſecundum Ari ſtotelem li°.ii. Rhætoricorum.

· Amicus & amator ut placet donato ſuper Teren/ tio differunt q; amicus animi ē: Amator uero cor

Leuitici poris. Leuitici c°. xviiii.

Prouerbi. · Diliges amicum tuum ſicut te ipſum. Prouer.c°.iii.

· Ne moliaris amico tuo malum: quum ille in te ha/ beat fiduciam. Prouer.c°.xi.

· Qui deſpicit amicum ſuum indigens corde eſt. Idem ca°.xii.

· Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt. Idem cap°. xvii.

· Omni tempore diligit qui amicus eſt: & Frater ī an guſtiis comprobatur. Prouerbioꝝ c°.xviii.

Occaſiones quærit qui uult recedere ab amico: om ni tempore erit exprobabilis. Prouerbiorum cap°.xviii.

· Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit q̄ frater. Prouerbiorum c°.xviiii.

· Diuitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem & hii quos habuit ſeparabuntur. Ibidem

· Multi colunt perſonam potentis: & amici ſunt do na tribuentis. Prouerbiorum cap°.xviiii.

Fratres hominis pauperis oderunt eum: inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. Prouerbiorum cap°.xxvii.

· Amicum tuum: & amicum patris tui nē dimiſeris.

Eccleſiaſti. Eccleſiaſtici.cap°.vi.

· Amico fideli nulla eſt coperatio. Eccleſtiaſti.c°.vi.

· Amicus fidelis protectio fortis. Qui inuenit illum: inuenit thæſaurum. Eccleſiaſt ici cap°.vi.

· Vere enim eſt amicus menſæ: & non permanet in die neceſſitatis. Ibidem

· Noli fieri pro amico inimicus proximo. Eccleſiaſti.cap°.viiii.

· Ne derelinquas amicum antiquum. Nouus enim nō erit ſimilis illi. Vinum nouum: amicus nouus. Vetereſcat & cum ſuauitate bibes illud. Eccleſiaſtici.cap°.xii.

· Non agnoſcetur in bonis amicus: & non abſconde tur in malis inimicus. Eccleſiaſtici.xii.

· Non credas inimico tuo in æternum. Eccleſiaſtici cap.xxii.

· Mittens lapidem in uolatilia deiiciet illa: Sic & qui conuiciatur amico diſſoluit amiciciam. Eccleſiaſti.cap. xxii.

· Fidem poſſide cum amico in paupertate illius: ut & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permane: ut & in hæreditate illius cohæres ſis. Eccleſiaſtici cap.xxv.

· Beatus qui inuenit amicum uerum. Eccleſiaſtici cap.xxvii.

· Qui denudat arcana amici: fidem perdit: & nō in/ ueniet amicum ad animum ſuum. Iob. ca°:vii. Iob.

Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam: timorē dei derelinquit. Auguſtinus ad Vincentium Auguſtin⁹ donatiſtam: & Rogatiſtam: & habetur.v.q.v.

Non omnis qui parcit amicus eſt: nec omnis qui uer/ berat inimicus ē: Meliora enim ſunt uulnera ami ci: q̄ uoluntaria oſcula inimici: Melius eſt enim cum ſeueritate diligere: q̄ cum lænitate decipere. Auguſtinus ſuper epiſtolam Ioannis: & habetur.xxiii.q.v. Non putes.

Non putes te tunc amare ſeruū tuum quādo eum non cædis: aut tunc amare filium tuum quando ei non das diſciplinam: aut tunc amare uicinum tuum: quando eum non corrigis. Non eſt iſta cha ritas: ſed languor: Ferueat charitas ad emendan/ dum: & ad corrigendum. Auguſtinus Fauſto. & habetur.xxiii.q.iiii. Quid faciet.

Quid faciet eccleſiæ medicina ſalutē omnium ma/ terna charitate conquirens: tanq̄ inter freneticos & lætargicos æſtuans: Nunquid cōtemnere? nun quid deſiſtere uel debet uel poteſt? utriſq; ſi neceſ/ ſe eſt ut ſit moleſta quæ neutris eſt inimica. Nam & Frenetici nolunt ligari: & letargici nolunt exci tari. Sed perſeuerat diligentia charitatis: freneti/ cum ligare: lætargicum ſtimulare: ambos amare: Ambo offenduntur: ſed ambo diliguntur: Ambo moleſtari q̄diu ægri ſunt indignantur: Sed ambo ſanati gratulantur. Auguſtinus epiſtola ad Hieronymum.

Neſcio utrum Chriſtianæ amiciciæ putandæ ſint

in quibus magis ualet uulgare prouerbium. Obsequium amicos: Veritas odium parit: q̃ ecclesiasticum. Meliora sunt uulnera diligentis: q̃ fraudulenta oscula odientis. Idem de uera religione.

Haec est perfecta amicicia: qua poti' potiora: & minus minora diligimus. Sapientem animam & perfectam diligat talem: qualem uidet ille stultam nõ talem. Sed quia esse perfecta & sapiens potest. Quia non se ipsum debet stultum diligere. Nam qui se diligit stultum: non proficiet ad sapientiã: Nec fiet qsq; qualis cupit esse: Nisi se oderit qualis est. Augustinus li°. lxxxiii. quaestionum.

Nullius repudianda est amicicia sese ingerentis ad amiciciam copulandam: non ut statim recipiatur sed ut recipiendus optetur: atq; ita tractetur & recipi possit. Illum enim in amiciciam recipere debemus: cui omnia nostra consilia refundere audeamus. Augustinus li°. lxxxiii. Quaestionum.

Nihil sic probat amicum: quemadmodum oneris amici supportatio. Nemo nisi per amiciciam cognoscitur: & ideo amicorum mala firmiter sustinemus. Augustinus li°. iii. confessionum.

Qui amat non laborat: omnis enim labor nõ amãtibus grauis. Solus amor est qui nomen difficultatis erubescit. Idem. iii. confes.

Amicicia est dulcis propter unitatem in multis animis. Idem. iiii. confes.

Bene quidam dixit de amico suo dimidium animae meae. Nam ego sensi animam meam: & animam amici mei unam fuisse animam in duobus corporibus propter uim scilicet amoris. Et ideo illo mortuo horrori mihi erat uita: quia nolebam uiuere diutius. Sed ideo forte mori metuebam ne totus ille moreretur. Augustinus li°. iiii. cõfessionum alloquens Christum.

Non est uera amicicia: nisi eam conglutines inter haerentes tibi uera charitate.

Augustinus li°. viiii. confessionum.

Sicut amici adulantes conuertuntur: sic inimici litigantes plerunq; corriguntur.

Augustinus li°. confessionum.

Amor non sentit amaritudinem: sed dulcedinem. Quia soror amoris est dulcedo: sicut soror odii est amaritudo. Augustinus li°. i. soliloquiorum.

Amiciciae legem iustissimam esse arbitror: qua praescribitur: ut non minus nec plus quisq; amicum q̃ se ipsum diligat. Augustinus de uerbis domini in monte.

Hierony'. Omnia saeua & immania Facilia: & prope nulla efficit amor. Hieronymus ad Paulinum & habetur in prologo Bibliae.

Vera illa enim necessitudo est: & Christi glutino copulata: quam non utilitas rei familiaris: non praesentia tantum corporum: non subdola & palpans adulatio: sed dei timor & diuinarum scripturarũ studia conciliant. Hieronymus sup Micheam prophetam.

Amicicia parem aut facit: aut accipit. ubi in aequalitas & alterius eminentia: alterius subiectio: ibi nõ tam amicicia q̃ adulatio est. Vnde & alibi legim'. Sit amicus eadem anima: & lyricus pro amico precans: Serues inquit animae dimidium meae.

Hieronymus Ibidem

Delicata ẽ amicicia quae amicorum faelicitatem & diuitias sequitur. Hieronymus ad Ruffinũ.

Obsecro te ne amicum: qui diu quaeritur: uix inuenitur: difficile seruatur: pariter cum oculis mente amittas. Idem ad Demetriaden.

In amicis non res quaeritur: sed uoluntas. Quia & alterum ab amicis saepe praebetur. Alterum sola Charitas tribuit. Eadem uelle & eadem nolle firma amicicia est: Idem epistola. lxxxviii.

Concursus sensuum & unitas uoluntatum quasi riuuli amiciciae scaturizant.

Ambrosius li°. i. officiorum. Ambros'.

Beniuolentia cõmunis quaedam pars est omnium: quae amiciciam connectit & copulat: In consiliis fidelis: In prosperis laeta: In tristibus maesta: Vnusquisq; beniuolentis se magis q̃ sapientis credit consilio. Ambrosius li°. i. officiorum.

Beniuolentia circa morum similitudinem facit: Inter dispares mores & studia compugnantia beniuolentia esse non potest. Idem officioꝝ li'. iii.

Solacium hui' uitae est ut habeas cui pectus tuum aperias: cui arcana communices: cui secreta tui pectoris committas: ut colloces tibi fidelẽ uirum qui in prosperis gratuletur tibi: in tristibus compatiatur: in persecutionibus adhortetur: Facilis uox & communis. Tuus sum tot': Sed pauci oris est effectus. Ambrosius li°. iii. officiorum.

Virtus est amicicia: non quaestus: quia non pecunia paratur sed gratia: & concertatione beniuolentiae. Meliores sunt amiciciae inopum plerumq; q̃ diuitum. Et frequenter diuites sine amicis sunt: quibus abundant pauperes. Non est uera amicicia ubi est fallax adulatio.

Ambrosius li°. iii. de officiis.

Obiurget amicus amicum non iactantiae studio: Sed affectu charitatis. Neq; ãmonitio aspera sit: neq; obiurgatio contumeliosa.

Ambrosius li°. iii. de officiis.

Si quid uitii in amico cognoueris: corripe occulte. Si non audierit: corripe palam errantem: amicum incorrigentem animo deseras.

Ambrosius li°. iii. officiorum.

Defer amico ut aequali: nec te pudeat si praeuenias

amicum in officio. Amicicia enim superbiam ne/
scit. Nam sicut amoris ē deferre: ita qui odit quae
stiones mouet: & qui amat defert reuerentiam.

Ambrosius li°. iii. de officiis in fine.

Pietatis custos amicicia ē: & aequalitatis magistra:
ut superior inferiori aequalem se exhibeat: & infe
rior superiori. Gregorius in pastorali. Gregori°.

Quum incaute malorum amiciciis iungimur: eo/
rum culpis ligamur. Ab illo qui summe rectus est:
eo ipso iam discrepat: quo malorum amiciciis uita
nostra concordat. Gregorius moralium li. vii.

Quum quis in prosperitate diligitur: incertum ual
de est: utrum prosperitas uel persona diligatur.
Amissio uero faelicitatis interrogat uim dilectio/
nis. Nec ꝓsperitas quippe amicum iudicat. nec ad
uersitas inimicum caelat: quia & ille saepe prospe/
ritatis nostrae reuerentia tegitur: & iste ex confidē
tia aduersitatis aperitur. Ioannes chry/
sostomus in Polycraticio li°. iii. Io. chriso.

Philosophus sic inter hostes uiuendum censuit: tā/
q̄ inter amicos; ac si in mediis hostibus uiueretur.

Io. Chrysostomus super Matthaeum.

Vbi amicicia permanet: nil facile creditur: nil faci/
le recipitur quod dissidium possit operari. Si uero
semel inimiciciae occupauerit animos: omnia quae
sunt: quae dicuntur: quae audiuntur: ita recipiun/
tur: ut ad maiores proficiant inimicicias.

Isydorus. Isydorus li°. iii. de summo bono.

Non sunt fideles in amicicia: quos munus: non gra
tia: copulat. Nam cito amiciciā deserunt: nisi sem
per accipiant. Dilectio enim quae munere glutina
tur: eodem suspenso dissoluitur. Illa uera est amici
cia: quae nihil quaerit ex rebus amici: nisi solā be/
niuolentiā: scilicet ut gratis amet amantem:

Isydorus ibidem

Nonnunq̄ accidit ut inter amicos aliqua redargu/
tionis nutrita discordia: maiorem postea charita/
tem parturiat: ut pote quum corriguntur ea quae
displicere in amico uidentur.

Isydorus li°. iii. de summo bo.

Amicicia & prosperas res dulciores facit: & aduer
sas communione tēperat: & leuiores reddit: Quia
dum in tribulatione amici consolatio adiungitur:
nec animus frangitur: & minus eadē patit᷑. Ibidē

In ꝓsperitate incerta est amicicia: nec scitur utrum
persona: an faelicitas diligatur. Saepe etiam per
honores quorundam mutatur & mores. Et quos
ante conglutinatos charitate habuerit: postq̄ ad
culmen honoris uenerint: amicos habere despi/
ciunt. Bernardus sermone. ii°. Bernard°.

Sit fortis & constans amor tuus: nec cedens terrori
bus: nec succumbens laborib°. Amemus affectuo
se: circunscripte & ualide. Bernardus ibidē.

Noli abduci blandiciis: nec seduci flagiciis: nec frā
gi iniuriis. Tota anima: toto corde. tota uirtute est
diligere. Hugo li°. i. de claustro animae. Hugo.

Viro bono necesse est habere quattuor. Primum ut
omnes sibi amicos faciat. Secundum: ut si non po
test amicos facere: non faciat sibi inimicos. Ter/
tium: ut si non illud: discedat. Quartum: ut si qs
discedentem persequitur non uindicet.

Petrus rauēnas in sermone de spiritu scō. Petr° rauē.

Nil durum: Nil amarum: Nil graue computat ue/
rus amor. Quod ferrum? Quae uulnera? Quae poe
na? Quae mortes? amorem perualent separare per
fectum? Amor impenetrabilis est lorica: Respuit
iacula: gladium excutit: periculis insultat: mortē
irridet: Si igitur amor est uincit omnia.

Boetius de con. li°. ii. metro. viii. Boetius.

O foelix hominum genus
Si uestros animos amor
Quo caelum regitur regat. Boetius de con. li°. ii.

Amicorum tibi fidelium mentes aspera horribilis
q; fortuna detexit. Haec tibi certos sodalium uul/
tus ambiguosq; secreuit.

Boetius de con. li°. iii. prosa. v.

An praesidio sunt amici: quos non uirtus: sed fortu
na conciliat? Sed quem faelicitas amicum facit: in
fortunium faciet inimicum. Quae uero pestis ef/
ficacior ad nocendum: q̄ familiaris inimicus?

Boetius li°. iii.

Amicorum quidem sanctissimum genus est: quod
non in fortuna: sed in uirtute inueniatur.

Boetius in musica li°. i. c°. i.

Amica est similitudo: odiosa dissimilitudo atq; con
traria: amorem dilectionemq; similitudo cōciliat.

Cyprianus de Compunctione Cordis Cyprian°.

Is amantium mos est: ut amorem suum silentio te/
gere nequeant. Sed necessariis suis: & charis suis
efferunt & produnt: & Flammas infra pectus co/
hibere non possunt.

Seneca ad Lucillium epistola. iii. Seneca

Haec amicicia est ꝓciosissimū genus diuitiaꝝ. Ibidē.

Post amiciciam credendum est: ante iudicandum.
Illi uero praepostere officia permiscent: qui quum
amauerint iudicant: & non amant quum iudica/
uerint. Diu cogita an tibi in amiciciam aliquis re/
cipiendus sit. Quum placuerit fieri: toto illum pe
ctore admitte. Tam audacter cum illo loquere: q̄
tecum: Cum amico omnes cogitationes tuas mi/
sce: Fidelem si putaueris facies. Ibidem.

Si aliquem amicum existimas: cui non tantum cre
dis: quantum tibi: uehementer erras: & non satis
nosti uim uerae amiciciae.

Seneca ad lucillium epistola. vi.

Monstrabo tibi amatorium: sine medicamēto: sine

herba: sine ullius ueneficæ carmine. Si uis amari: ama. Iucundius est amicum facere q̄ habere: quomodo artifici iucundius est pinger̄ q̄ pinxisse:
Seneca ibidem.
Nullius rei sine amico iucunda est possessio.
Seneca ad lucillium epistola. viii.
Qui se spectat: & propter hoc ad amiciciam uenit: male cogitat. Quemadmodum cœpit: sic desinet. Ne cesse est ut initia inter se & exitus congruant. Qui enim utilitatis causa assumptus est: tam diu placebit: q̄diu utilis fuerit. Hac reflorentes amicorum turba circum sedit. Circa euersos solitudo ē. non ueri amici fugiunt: ubi probantur.
Seneca ad lucillium epistola. xi.
Aliquis urbanus nobis eligendus est: ac semper ante oculos habendus: ut illo spectante uiuamus: & omnia tanq̄ illo uidente faciamus.
Seneca ad lucillium epistola. xxviiii.
Qui amicus est amat. Qui amat non utiq; amicus est. Amicitia semper prodest. Amor aliquando nocet. Non est q̄ amicum tantum uel in foro: uel in curia quæras. Si diligenter attenderis domi inuenies. Errat enim qui amicum in atrio quærit: & in conuiuio probat: in pectore enim amicus: non in atrio inuenitur. Idem epistola. lxxvi.
Nihil æq; ægrum reficit sicut amicorum affectus.
Non uideo me mori: quum illos superstites relinquo. Puto inquam me uicturum non cum illis: sed p illos. Seneca ad lucilliū epistola. lxxxxii.
Solus sapiens scit amare. solus sapiens amicus est.
Idem epistola. lxxxxvi.
Scias amicicias sanctas colendas esse.
Seneca epistola. cxi.
Præterea illud dulcissimum est honestissimumq;. Idem uelle: & idem nolle.
Seneca in prouerbiis.
Amici uitia si feres: facies tua. Ita amicum habeas: ut inimicum putes. Ita crede amico: ne sit inimico locus. Ibidem
Nulla pusilla dom⁹ q̄ multos recipit amicos. Ibidē
Talem diligentiam exhibe in amicis comparandis: ne incipias amare: quæ deinde possis odisse.
Idem in prouerbiis.
Quanti tales amicos habere uoluerunt. Et ipsi tales esse nō possunt. Tu primum exhibe te bōum: & quære alterum similem tibi.
Seneca li°. de beneficiis.
Amicus tarde acquiritur: Sed cito amittitur.
Seneca li°. de moribus.
Amicos secreto mone. Palam autem lauda.
Seneca ibidem.
Vires tuas amici magis sentiant beneficiis q̄ iniuriis. Ibidem.

Quid tibi dulcius q̄ habere amicum cum quo omnia sicut tecum loqui audeas.
Seneca li°. de Tranquillitate animi.
Nihil tam æq; oblectat: q̄ amicicia fidelis & dulcis.
Seneca in hercule furente Tragedia prima.
Odit uerus amor nec patitur moras.
Idem in Tantalo Tragedia scd̄a.
Reparatq; uires iustus amissus amor.
Seneca ibidem.
Quos amor uerus tenuit: tenebit
Ira cum magnis agitata causis. Idē Tragedia. vii.
Amor timere neminem uerus potest.
Seneca Tragedia. viii.
Nec regna socium ferre: nec tedæ sciunt.
Aristoteles li°. i. æthicorum.
Aristoteles
Duobus amicis existentibus sanctum est honorare ueritatem. Aristoteles li°. viii. æthicorum.
Nullus eligeret uiuere sine amicis habens omnia alia bona. Aristoteles. ibidem
Duo simul uiuentes & intelligere & agere sunt potentiores q̄ unus. Aristoteles ibidem.
In infortuniis refugium est ad amicos.
Aristoteles li°. viii. æthicorum.
Generantis ad genitum naturaliter ē aicicia. Ibidē
Homines eiusdem gētis naturaliter sunt amici: magis q̄ reliqui. Aristoteles li°. viii. æthicorum.
Amicicia est beniuolentia mutua in qua est passio non latens. Aristoteles li°. viii. æthicorum.
Triplex est amicicia propter bonum utile delectabile: & honestum. Amicicia propter bonum utile maxime uidetur fieri in senibus: Quia non curāt delectabile: sed tantum utile. Amicicia uero quæ est propter bonum delectabile iuuenum est. Amicicia bonorum honestorum permanens est & stabilis. Aristoteles li°. viii. æthicorum.
Sola amicicia bonorum honestorum intransmutabilis est. Ibidem
Non est facile alicui credere de amico suo qui multo tempore probatus est ab ipso: nec unq̄ sibi iniustum fecit. Aristoteles li°. viii. æthicorum.
Distantia loci non separat amiciciam: sed operationem. Ibidem.
Mutua concordia & colloquia factiua sunt amicitiæ. Ibidem.
Perfecta amicicia nō est nisi ad unum. Quia quod est perfectum non potest fieri ad plures: sed ad unum. Ibidem.
Amicorum omnia sunt communia.
Aristoteles æthicorum li°. viii.
In quibus nihil est commune: in his nec est amicicia: nec iusticia. Aristoteles li°. viii. æthicorū.
Domini ad seruum non est amicicia: secundum q̄ seruus: sed secundum q̄ homo. Quia secundum

q; seruus est dissimilis: secundum q; homo est sibi similis. Aristoteles ibidem.

Multis esse amicum secundum perfectam amiciciam non contigit. Ibidem.

In communicatione omnis amicicia est.
Aristoteles æthicorum li°.viiii.

Amicus est alius ipse.
Aristoteles li°.viiii.æthicorum.

Difficile fit & congaudere & condolore multis familiariter. Non contingere uidebitur multis esse amicum ualde: propter quod nec amare plures.
Aristoteles li°.viiii.æthicorum.

Amicis eligibilissimum est conuiuere: communicatio enim amicitia est. Aristoteles Ibidem

Amici existentes propter bonum utile & delectabile: his cessantibus cessat amicicia.
Aristoteles Ibidem

Qui fingit se amicum & non est: peior est eo qui facit falsam monetam. Aristo. li°.viiii.æthicorum.

Simile simili est amicum. Et ideo bonus malum amare non potest. Aristoteles ibidem

Amicus se debet habere ad amicum: sicut ad se ipsum: Quia amicus est alter ipse.
Aristoteles li°.viiii.æthicorum.

Beniuolentia non est amicicia: est tamen principiũ amiciciæ: unde ex beniuolentia diuturna fit amicicia. Aristoteles ibidem

Concordia ad amiciciam pertinet.
Aristoteles.viiii. æthicorum.

Amicus se debet habere ad amicum sicut genu ad tibiam. Aristoteles li°.viiii.æthicorum.

Amicicia est maxima bonorum exteriorum. ibidẽ.

Foelix amicis honestis indiget.
Aristoteles li°.viiii.æthicorum.

Amicicia bonorum augetur bonis colloquiis & operibus quibus utuntur. unde a bonis bona fiunt.
Aristoteles li°.ii.polyticorum.

Amicorum communia sunt omnia. Ibidem

Amicis auxiliari uel delectari delectabilissimum ẽ.
Aristoteles li°.v.polyticorum

Regnum seruatur per amicos.
Aristoteles primo. Rhætoricorum

Pulchrius est esse amatorẽ sociorum: q̃ amatorem pecuniarum. Aristoteles li°.iii. topicorum

Amicicia melior est diuitiis.

Laer.diog. Laertius diogenes de uita & moribus phylosophorum

Citius ad calamitates amicorum docebat Chilo: q̃ ad prosperitates ire. Laertius diogenes. Ibidẽ.

Amico benefac ut amantior fiat: dicebat Cleobulus: inimicum uero amicum facere stude. Ibidẽ

Magis amicorum inuidiam: q̃ inimicorum insidias cauere debemus. Illud enim apertum: hoc cælatum est malum: nocendiq; fraus quæ non speratur potentior est. Laertius diogenes de uita & mo.philosophorum.

Amicis fælicibus & infælicibus idẽ sis dicebat Periander. Laertius diogenes de uita & mo.philosophorum.

Neminem amicum concilies prius q̃ perconcteris quo pacto se gesserit erga priscos amicos: credas & erga te huiusmodi futurum: cuiusmodi erga illos fuit. Laertius diogenes. Ibidem

Aurum in igne probamus: amicos autem in aduersitatibus decernimus.
Laertius diogenes de uita & mo.philosophorum

Interrogatus Aristoteles: quid est amicus. Ait una anima in duobus corporibus cohabitans. Ibidẽ

Semper bonus amicus grauius irascitur. Ibidẽ

Amicum lædere nec ioco quidem oportet. Ibidẽ

Pro amico occidi plus expedit: q̃ cũ inimico uiuere.

Vis experiri amicum? calamitosus fias.
Laertius diogenes. Ibidem

Quid est amicicia? æqualitas animorum. dicebat secundus philosophus. Cicero li°.de amicicia. Cicero.

Ego uero hortari possum: ut amiciciam omnibus rebus humanis anteponatis. Nihil est enim tam naturæ aptum: tam conueniens ad res secundas uel aduersas. Cicero li°.de amicicia.

Amicicia nihil aliud ẽ nisi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beniuolentia & charitate coniunctio. Cicero li°.de amicicia.

Qui autem summum bonum in uirtute ponunt: præclarẽ illi quidem: hæc ipsa uirtus amiciciam gignit & continet: sine uirtute amicicia esse non potest. Ibidem

Quis potest esse uita uitalis: ut ait Ennius: qui nõ in amici mutua beniuolẽtia cõquiescat. Ibidẽ

Quid enim dulcius q̃ habere amicum cum quo omnia audeas sic loqui ut tecum.
Cicero li°.de amicicia

Aduersas res uero ferre difficile esset sine eo qui illas grauius & q̃ tu ferret.
Cicero li°.de amicicia.

Amicicia plures res continet: quæ quo te uerteris præsto est: & nullo loco ascribitur nunq̃ intempestiua: nunq̃ molesta est.
Cicero li°.de amicicia.

Secundas res splendidiores facit amicicia: & aduersas partiens: communicansq; leuiores. Ibidẽ.

Quod si exemeris ex natura rerum beniuolentiæ cognitionem: nec deinde uilla: nec urbs stare poterit: nec ager quidem cultus permanebit. Ibidẽ.

Quæ enim domus tam stabilis: Quæ tam firma ciuitas est: quæ non odiis & dissidiis funditus possit euerti. Ibidem.

Agrigẽtinum græcum uirum ferunt uaticinatum

quæ in rerum natura totoq; mundo constarent quæq; mouerentur: ea contrahere amiciciam: dissipare discordiam. Ibidem.
In amicicia uera nihil fictum: nihil simulatum: & quicquid in ea ē: uerum & uoluntariū est. Ibidē.
Nulla ē igitur excusatio peccati: si amici causa peccaueris.
Ab amicis hōesta petito: & amicorum causa honesta facito. Cicero li°. de amicicia.
Solem e mundo tollere uidentur: qui amiciciam e uita tollunt. Cicero li°. de amicicia.
Nihil enim appetentius similium sui: atq; rapacius natura. Cicero lib. de amicicia.
Nihil enim remuneratione amiciciæ: nihil uicissitudine studiorum & officiorum iucundius.
Cicero ibidem.
Vbi enim istum inuenias qui honorem amici anteponat suo? Cicero lib. de amicicia.
Ait Ennius: in re certa certus amicus cernit̄. Ibidē
Firmamentum autem stabilitatis est eius in amicicia quam quærimus fides: Nihil enim stabile qđ infidum est. Cicero lib. de amicicia.
Aperte enim odisse uel amare est magis ingenui q̄ fronte occultare sententiam. Cicero Ibidē
Nihil enim turpius q̄ cum eo bellū gerere qui cum familiariter uixeris.
Cicero ibidem.
Verus amicus est alter idem. Idem ibidem.
Qui ex amicicia tollit uerecondiam: maximum ei⁹ tollit ornamentum. Cicero lib. de amicicia
Sine uirtute nec amiciciam: nec ullam rem expetēdam consequi possumus. Cicero lib. de amicicia
Natura solitarium nihil desyderat. Ibidem.
Molesta est ueritas: si quidem ex ea nascitur odium quod est uenenum amiciciæ.
Cicero li°. de amicicia.
Aliter cum Tyrāno: aliter cum amico uiuit̄. Ibidē
Simulatio in omni re ē uitiosa: tollit enim iudicium ueri: idq; adulterat. Tum amiciciæ repugnat.
Cicero ibidem.
Valet uerum si modo id patefactum & illustratum est. Quid in amicicia fieri oportet? quæ tota ueritate perpenditur. Cicero lib. de amicicia.
Nulla ē igitur hæc amicicia: quum alter audire uerum non uult: alter ad mentiendum paratus est.
Cicero li°. i. officiorum.
Nam ut præclare scriptum est a platone: Non nobis solum nati sum⁹: ortusq; nostri partim patria uendicat: partim amici. Cicero li. i. officiorum.
Videndum est ut ea liberalitate utamur. quæ prosit amicis: nemini noceat. Cicero ibidem.
Primum illud est in officio ut ei plurimum tribuamus: a quo plurimum diligamur.

Cicero lib. i. officiorum
Magnum est enim habere eadem monumenta maiorum: eisdem uti sacris. Sed omnium societatum nulla præstantior: nulla firmior q̄ quum uiri boni similes familiaritate coniuncti sunt.
Cicero ibidem.
Nihil enim amabilius: nihil copulatius q̄ morum similitudo bonorum. Cicero officiorum li°. i.
Est ea iucundissima amicicia quam similitudo morum coniugauit. Cicero li°. officiorum p°.
Atq; etiam in secundis rebus maxime est utendum consilio amicorum: hisq; maior q̄ antea tribuēda est authoritas. Cicero officiorum lib. ii.
At mea quidem sententia omnis ratio & institutio uitæ adiumēta hominum desyderat. Imprimis ut habeat quibus cum possit familiares conferre sermones. quod est difficile: nisi speciem præ te uiri boni feras. Cicero li°. officiorum. iii.
Nam si omnia facienda sunt quæ amici uelint: non amiciciæ tales: sed coniurationes putandæ sunt.
Cicero lib. i. Rhætoricorum ueterum
Maxime bonum est amicicia: plurimæ. n. delectationes sunt in amicicia.
Cicero li°. iiii. Rhætoricorum nouorum.
Qui fortunis alicuius inducti: amiciciam eius secuti sunt: hii simul ac fortuna delapsa est: euolāt omnes. Cicero ibidem
Quum enim recessit ea res quæ fuit consuetudinis causa: nihil superest: quare possint in amicicia retineri. Cicero ibidem.
Quem in amicicia perfidiosum cognoueris: est quare putes inimicicias cum fide habere posse? ibidē
Ita ut hirundines æstiuo tempore sunt: frigore pulsæ recedunt: ita ficti amici sereno uitæ tempore præsto sunt. Simulac hyemem fortunæ uiderint: euolant omnes. Cicero li°. i. de natura deorū.
Charum ipsum uerbum est amoris ex quo amiciciæ nomen est ductum: quam si ad fructum nostrum referemus: non ad illius commoda quem diligimus: non erit ista amicicia: sed mercatura quædam utilitatum suarum. Prata: & arua: & pecudum greges diliguntur isto modo: q; fruct⁹ ex eis capiuntur. hominum charitas & amicicia gratuita est. Cicero li°. i. de finibus bonoꝝ & maloꝝ.
Omnium autem rerum quas ad beate uiuendum sapientia comparauit: nihil esse maius amicicia: nihil uberius nihil iucundius: Neq; uero hoc oratione solum: sed multo magis uita & moribus cōprobatur. Quod q̄ magnum sit: fictæ ueterum fabulæ declarant: In quibus tam multis tā q; uariis ab ultima antiquitate repetitis: Tria uix amicorum paria reperiuntur ut ad Orestem peruenias profectus a Theseo.

Cicero li°.i.de finibus bo.& malorum.
Nam quum solitudo & uita sine amicis insidiarum & metus plena sit: Ratio ipsa monet amicicias cõparare. Quibus partis confirmatur animus: & a spe pariendarum uoluptatum seiungi non potest.
Lætamur amicorũ lætitia æq; ac nostra: & pariter dolemus angoribus. Cicero ibidem.
Quum autem usus progrediens familiaritatem effecerit: tum amorem efflorescere tantum: ut etiã si nulla sit utilitas ex amicicia: tamen ipsi amici ꝓpter se ipsos amentur.
Cicero li°.i.de finibus bonorum & malorum
Sunt autem qui dicunt fœdus quoddam esse sapiẽtiæ: ut ne minus amicos quidem q̃ se ipsos diligãt
Cicero li°.ii.de fi.bo.malo.
Amiciciæ uero locus ubi esse potest? Aut quis amicus esse cuiq̃? Quem non ipsum amet propter se ipsum? Quid autem est amare ex quo nomẽ amicitiæ ductum est: nisi uelle bonis aliquem affici q̃uã maximis: etiam si ad se ex his nihil redeat.
Cicero li°.ii.de finibus bonorum & malorum.
Vadem te ad mortem Tyranno dabis pro amico: ut Pythagoreus ille fecit siculo Tyranno. aut Pylades quum sis dices te esse Orestem: ut moriare ꝓ amico. Cicero ibidem.
Me ipsum igitur ames oportet nõ mea: si ueri amici futuri sumus. Salustius in Iugurtha
Salustius. Quis est amicicior q̃ frater fratri? Aut quem alienum fidum inuenies si tuis hostis fueris.
Salustius ibidem.
Non exercitus neq; Thæsauri præsidia regni sunt: uerum amici: quos neq; armis cogerẽ: nec auro parare queas. Officio & fide parantur.
Salustius in Iughurta
Sed iter bonos amicicia: Inter malos factio ẽ. Ibidẽ
Copia amicorum nulli unq̃ satis fuit.
Salustius in Catilinario.
Idem uelle: atq; idem nolle: ea demum firma amicicia est. Valeri⁹ maxi. li°.iiii.titulo de aicicia.
Val.maxi⁹. Proh magnum & inexuperabile tuum numen.
Euripides. Amicicia. Euripides in Alcesti
φιλον πρὸσ ἄνδρα χρὴ λέγειν ἐλευθέρως.i.
Amicum uiro oportet alloq libere. Idẽ i Andromache.
ἐν τοῖσ κακοῖσ
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον οἰκείου φίλου.i.
In aduersis
Periander Nihil est præstantius noto amico. Periander.
φίλοισ χρῶ. hoc est. Amicis utere. Ibidem.
Pittacus. εὐφραινε φίλουσ. hoc est. Delectare aicis. Pittac⁹
φίλων κριτὴσ μὴ γίνου. hoc ẽ. Amicorũ iudex
Menãder. ne sis. Menander.
δεῖ τοὺσ φιλοῦντασ πίστιν οὐ λόγουσ ἔχειν. hoc est.
Oportet eos qui amant fidẽ: nõ sermones hẽre. Idẽ.
ἐν τοῖσ δὲ δεινοῖσ χρημάτων κρείττων φίλοσ.i.
In aduersis autem pecuniis præstãtior amic⁹. Idẽ.
μισοῦντα φίλει: καὶ φιλοῦντ' ὑπερφίλει.i.
Qui te odio habet ama: & q te amat deama. Idẽ.
νόμιζ' ἀδελφοὺσ τοὺσ ἀληθινοὺσ φίλουσ.i.
Puta fratres: ueros amicos. Idem
φίλουσ ἔχων νόμιζε θησαυροὺσ ἔχειν. hoc ẽ
Amicos habens: puta thesauros habere.
θέογνισ Theognis. Theognis.
μή ποτε τὸν παρεόντα μεθεὶσ φίλον ἄλλον ἐρεύνα δειλῶν ἀνθρώπων ῥήμασι πειθόμενοσ. hoc est.
Nunq̃ priori posthabito amico alium quæras
Sontium hominum uerbis persuasus.
Plautus in Amphitrione. Plautus.
Iræ Interueniunt hominibus. Redeunt rursum in gratiam. uerum iræ si quæ forte eueniũt huiusmodi inter quos rursum si reuentum in gratia est: bis tanto amici sunt inter se q̃ prius.
Plautus in Epidicho.
Is est amicus qui in re dubia iuuat ubi re opus est.
Plautus in Sticho.
Hoc tu facito cogites: ut cuiq; homini res parata ẽ firmi amici sunt. Si res lassæ labant: itidem amici collabascunt. Plautus in Trinumio.
Deserere amicum & non iuuare in rebus aduersis pudet. Terentius in andria. Terentius
Nã hoc tẽpore obsequium amicos: Veritas odium parit. Terentius in Eunucho.
Errat longe mea quidem sententia qui impium credit grauius esse aut stabilius quod ui fit: q̃ illud qđ amicicia adiungitur. Terentius comedia.v.
Nam uerbum uetus hoc est: communia esse amicorum inter se omnia. Ouidius
Ouidius de arte amandi li°. primo.
Tuta frequensq; uia est per amici fallere nomen.
Tuta frequensq; licet sit uia: Crimen habet.
Idem li°.ii.artis.
Sit procul omne nephas. Vt ameris amabilis esto.
Quod tibi non facies sola ue forma dabit.
Ouidius Tristium li°.i.Elegia.iiii.
Si tamen hæc nauis uento ferretur amico:
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pyrithous non tam sensisset amicum:
Si non infernas uiuus adisset aquas.
Vt foret exemplum ueri Phoceus amoris
Fecerunt furiæ tristis Oreste tuæ
Si non Eurialus Rutulos cecidisset in hostes
Hirtacidæ Nisi gloria nulla foret. Ibidem
Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum:
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat: & uultu ridet fortuna sereno

Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
At ſimul intonuit: fugiunt: Nec noſcitur ulli.
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Ouidius Triſtium li°.i.elegia.vi.
Illud amiciciæ ſanctum & uenerabile nomen
Nunc tibi pro uili ſub pedibusq; iacet.
Idem li°.i.Triſtium elegia.vii.
Donec eris fælix multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.
Aſpicis ut ueniant ad candida tecta columbæ?
Accipiet nullas ſordida turris aues.
Horrea formicæ ueniunt ad inania nunq̃.
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.
Ouidius Triſtium li°.iii.elegia.iii.
Viue ſine inuidia: molesq; inglorius annos
Exige. Amicicias & tibi iunge pares.
Ouidius li°.ii.de ponto.Elegia.
Turpe quidem dictu: ſed ſi modo uera fatemur:
Vulgus amicicias utilitate probat.
Cura quid expediat prior eſt q̃ quid ſit hōeſtum:
Et cum fortuna ſtatq; cadit q; fides.
Nec facile inuenies multis e millibus unum:
Virtutem precium qui putet eſſe ſui. Ibidem
Illud amiciciæ quondam uenerabile nomen
Proſtat & in quæſtu pro meretrice ſedet. Ibidē
Diligitur nemo: niſi cui fortuna ſecunda eſt:
Quæ ſimul intonuit: proxima quæq; fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis:
Dum flauit uelis aura ſecunda meis:
Vt fera nymboſo tumuerunt æquora uento:
In mediis lacera naue relinquor aquis.
Martialis. Martialis Epigrammaton li°.v.
Extra fortunam eſt: quicquid donatur amicis
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes
Martialis epigramaton.li°.vi.ad Marcum.
Vt præſtem Pyladen: aliquis mihi præſtet oreſtem.
Hoc non fit uerbis. Marce ut ameris ama.
Horatius. Horatius Carminum li°.i.ode.xiii.
Fælices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulſus querimoniis
Suprema citius ſoluet amor die.
Horatius ſermonum li°.i.ſatyra.iii.
Stultus & improbus hic amor eſt dignusq; notari:
Quum tua pideas oculis mala lipp⁹ inunctis:
Cur in amicorum uitiis tam cernis acutum?
Quam aut aquila: aut ſerpens Epidaurius.
Horatius ſermonum li°.i.tertia.ſatyra.
Vellem in amicicia ſic erraremus: & iſti
Errori nomen uirtus poſuiſſet honeſtum.
Ac pater ut gnati: ſic nos debemus amici
Si quod ſit uitium non faſtidire. Ibidem
Nam uitiis nemo ſine naſcitur. optimus ille eſt
Qui minimis urget. Amicis dulcis ut æquū eſt
Quum mea compēſet uitiis bona: pluribꝰ hiſce
Si modo plura mihi bona ſunt: inclinet amari
Si uolet. hac lege in trutina ponetur eadem.
Horatius ſermonum li°.p°.ſatyra.iii.
Quanto hoc furioſius: atq;
Maius peccatum eſt? Paulum deliquit amicus
Quod niſi concedas: habeare inſuauis: acerbus.
Horatius ſermonum li°.p°.ſatyra.iii.
Mihi dulces
Ignoſcent: ſi quid peccauero ſtultus: amici.
Horatius ſermonum li°.p°.ſatyra.iiii.
Abſentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum: famāq; dicacis:
Fingere qui non uiſa poteſt: commiſſa tacere
Qui neqt. hic niger ē: hunc tu Romane caueto.
Horatius ſermonum li°.ii.ſatyra.v.
Tibi me uirtus tua fecit amicum.
Horatius ſermonum li°.p°.ſatyra.v.
Nil ego contulerim iucundo ſanus amico.
Horatius epiſtolarum li°.p°.epiſtola.xii.
Vilis amicorum eſt annona: bonis ubi quid deeſt.
C.Manilius Aſtronomiæ ſuæ li°.ii°. C.Mãilꝰ.
Icc irco nihil ex ſe met natura creauit
Pectore amiciciæ maius: nec rarius unq̃.
Vnus erit Pylades: unus qui mallet Oreſtes
Ipſe mori: leuis una fuit per ſæcula mortis.
Alter q; raperet fatum: non cæderet alter:
Et duo qui potuere ſequi uix noxia poenis.
Optauit q; reum ſponſo non poſſe reuerti:
Sponſorem q; reum timuit ne ſolueret ipſum.
Per tot q; ætates hoium: tot tempora & annos:
Tot bella: & uarios etiam ſub pace labores
Quum fortuna fidem quærat: uix inuenis uſq̃.



MOR Cupidineus græce. ἔρως dicit. Quid ſit uide infra ubi deſcribitur. a Seneca: ubi dicit uolucrem eſſe amorē: & reliqua.

Auguſtinus de utilitate credendi. Auguſtinꝰ

Sordes animi ſunt amor quarumlibet rerum: præter animum & deum. A quibus ſordibus quanto quiſq; eſt purgatior: tanto uerum facilius intuetur.

Auguſti. de moribꝰ eccleſiæ cōtra Manichæos.

Nihil tam durum atq; ferreum: quod non amoris igne uincatur. Aug.li°.xv.de ci.dei.

Omnis creatura quum bona ſit: & bene amari poteſt & male: Bene. ſ. ordine conſtituto: Male ordine perturbato.

Augustinus super psalmus .lxiiii.

Duas ciuitates duo faciunt amores. Hierusalem facit amor dei. Babyloniam facit amor saeculi. In terroget igitur se unusquisq; quid amet: Et inue/niet unde sit ciuis.

Augustinus libro de uiduitate.

Nullo modo onerosi sunt labores amantium: Sed ipsi delectant: sicut uenantium: aucupantium: pi scantium.

Hierony⁹. Hieronymus in epistola ad Nepotianum.

Crebra munuscula: & sudariola: & fasciolas: & ue stes ori applicatas: & oblata: ac degustatos cibos: blandas dulcesq; litteras sanctus amor nō habet.

Ambrosi⁹. Ambrosius in sermone de Assumptione.

Hoc habet impatiēs amor: ut quem desyderat sem/per inuenire se credat. ignorat siquidem iudicium & ratione multociens caret. Nescit modum: nec aliud cogitare q̄ quod amat potest: q̄ quod diligit. Amor nō accipit de impossibilitate solacium: nec ex difficultate remedium: Nec consilio tempera/tur: nec pudore frenatur: nec ratione subiicitur.

Io. chryso. Io. chrysostomus super illud. Sic deus dile xit mundum.

Nemo amatorum carnalium etiam si sit supra mo dum insaniens: ita exardescere potest in amorem dilectae suae: quemadmodum deus effunditur in amore animarum nostrarum.

Bernard⁹. Bernardus de praecepto & dispēsatione.

Nō enim praesentior est spiritus noster ubi animat: q̄ ubi amat: Nisi forte magis potetur esse ubi uin/ctus ex necessitate tenetur: q̄ quo alacri fertur uo luntate.

Seneca Seneca in prouerbiis.

Amans quid cupiat scit: qd sapiat non uidet. Amās quod suspicatur uigilans somniat. Amor extor/queri non potest: sed elabi potest. Ab amante la/chrymis redimas iracundiam. Amare iuueni fru/ctus est: crimen seni. Amor est ociosae causa sollici tudinis.

Seneca. Tragedia .iiii.

Quisquis in primo obstitit pepulitq; amorem. Tutus ac uictor fuit.

Seneca ibidem.

Quod ratio poscit uincit: Ac regnat furor:
Potensq; tota mente dominatur deus:
Hic uolucer omni regnat in terra potens:
Volitatq; caelo pariter: & terris grauis.

Seneca. Ibidem.

Precibus haud uinci potest. Amore, didicimus uin ci feros.

Seneca Tragedia nona.

Volucrem esse amorem fingit immitem deum
Mortalis error: armatq; tellis manus.
Artusq; sacros instruit saeua face.
Genitumq; credit Venere: Vulcano satum.
Vis magna mentis: blandus atq; animi calor
Amor est: iuuentae gignitur luxu:
Ocio nutritur inter laeta fortunae bona.
Quem si fouere atq; alere desistas: cadit.
Breuiq; uires perdit extinctus suas.

Seneca Tragedia .x.

Haerere amante spost uagos ignes solent:

Seneca ibidem.

Vicit & superos amor.

Seneca in hyppolito.

Compesce amoris impii flammas precor.

Cicero Rhaetoricorum nouorum li⁹. iiii. Cicero.

Perditissima oratio est amorem petere: pudorē fu/gere: diligere formam: negligere famam.

Lucius Apuleius de asino aureo li⁹. iii.

Flamma saeui amoris paruo quidem primo uapore delectat: sed fomento consuetudinis exaestuās im modicis ardoribus totus adurit homines.

Euripides in Medea. Euripides

βροτοῖσ ἔρωτεσ ὡσ κακὸν μέγα. hoc est.
Mortalibus amores q̄ magnum malum.
ἔρωτεσ ὑπὲρ μὲν ἄγαν. Idem ibidem.
ἐλθόντεσ οὐκ εὐδοξίαν
οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν
ἀνδράσι: εἰ δ' ἅλισ ἔλθοι κύπρισ
οὐκ ἄλλα θεὸσ εὔχαρισ οὕτω. hoc est.
Amores nimii
Quum accesserint non bonam famam
Neq; uirtutem attulerunt
Hominibus: Si temperata accesserit Venus:
non alia dea adeo gratiosa.

Incertus author. Incert⁹. au

τίς θεὸν εἶπεν ἔρωτα; θεοὶ κακὸν οὐδενὶ ῥέζουσιν
ἔργον. ὁ δ' ἀνδρῶν φθόνον αἵματι μειδιάει.
Quis deū dixit amorē? Dei malū nulli uidem⁹
Opus. ast hic hoium sanguine ridendo gaudet.

Phocylides. Phocylid.

σεμνὸσ ἔρωσ ἀρετῆσ: ὁ δὲ κύπριδοσ
αἶσχοσ ὀφέλλει.
Venerādus amor uirtutis: sed Veneris isaniā auget.

Plautus in Asinaria. Plautus.

Vt miser est homo qui amat: immo uero qui pen/det multo est miserior.

Plautus in Curculione.

Aedepol qui amat: si eget misera afficitur erumna.
Ipsus se excruciat.

Plautus in Cistellaria.

Qui omnes homines supero atq; ante eo
Cruciabilitatibus animi iactor: crucior: agitor:
Stimulor: uersor in amoris rota. Miser exanimor:
Feror: differor: distrahor: diripior.
Ita nullam mentem animi habeo.
Vbi sum: ibi non sum. Vbi nō sum ibi est animus.

Plautus in mustellaria.

Vbi amor aduenit in cor hominis: & is usq; in pectus permanauit: & cor permadescit. Simul res: fides: fama: uirtus: decusq; deserunt. homo fit mo do nequior. Plautus in persa.
Miser est qui amat. Plautus in persa.
Nihil amas: quum ingratum amas.
Plautus in Trinumio.
Quid secius est: aut quid interest dare te in manus argentum amanti homini adolescenti: an gladium quo se occident.
Plautus in Trinumio.
Amor amara dat tibi satis. Nam quẽ amor praecipitauit peius perit: q̃ si saxo saliat. Plautus Ibidẽ.
Insanum est: & malum in hospitium diuerti ad Cupidinem. Plautus in Truculento.
Ab amatore poscere atq; auferre mos ẽ mulierum: Nã omnes id faciunt: quum se amari intelligunt.
Plautus in Bacchide.
Celerem oportet esse amatoris manum.
Terentius Terentius in Eunucho.
In amore haec omnia insunt uicia. Iniuriae: suspicioes: inimiciciae: Induciae: Bellum: Pax rursum: Incerta haec si postules ratione certa facere: nihilo plus agas q̃ si des operam ut cum ratione insanias. Ibidem.
Quae res in se nec consilium neq; modum habet ullum: consilio regere non potes.
Virgilius. Virgilius in Buccolicis.
Quis enim modus adsit amori? Virg. I Buccolicis.
An qui amant ipsi sibi somnia fingunt.
Virgilius in Buccolicis.
Nec lachrymis crudelis amor: nec gramina riuis: Nec cytiso saturantur apes: nec fronde capellae.
Virgilius in Buccolicis.
Omnia uincit amor. & nos cedamus amori.
Virgilius li°. iiii. Eneidos.
Improbe amor quid non mortalia pectora cogis?
Ouidius. Ouidius de arte amandi li°. primo.
Palleat omnis amans color est hic aptus amanti.
Attenuat iuuenum uigilatae corpora noctes: Ibidẽ
Curaq; & in magno qui fit amore dolor.
Ouidius li°. ii. de arte amandi.
Militiae species amor est: discedite segnes:
Non sunt haec timidis signa tuenda uiris.
Ouidius de arte amandi li°. ii.
Quod iuuat exiguum est: plus ẽ quod laedit amãtes.
Proponant animo multa ferenda suo.
Quot lepores i Atho: quot apes pascuntur i hybla: Cerula quot baccas Palladis arbor habet:
Littore quot conchae: Tot sunt in amore dolores.
Quae patimur multo spicula felle madent.
Ouidius li°. ii. de Remedio Amoris.
Intrat amor mentes usu: dediscitur usu:
Qui poterit sanum fingere sanus erit. Ibidem.
Quisquis amas: loca sola nocent: loca sola caueto.
Quo fugis: in populo tutior esse potes. Ibidẽ.
Neue puellarum lachrymis moueare caueto.
Vt flerent oculos erudiere suos. Ibidem.
Vt pene extinctum cinerem si sulphure tangas:
Viuet: & ex minimo maximus ignis erit:
Sic nisi uitaris quicquid reuocauit amorem:
Flamma redardescet: quae modo nulla fuit.
Ouidius Tristium li°. iiii. elegia prima.
Sentit amans sua damna ferens. Tñ haeret in illis
Materiam culpae prosequitur q; suae.
Ouidius epistola Penelopes ad Vlixem:
Res est solliciti plena timoris amor.
Ouidius epistola Phedrae ad Hyppolitum.
Quid deceat non uidet ullus amans.
Ouidius epistola hipsiphiles ad Iasonem.
Credula res amor est.
Idem epistola Medeae ad Iasonem.
Quis enim bene celat amorem?
Idem epistola Paridis ad Helenam.
Quis enim celauerit ignem?
Lumine qui semper proditur ipse suo. Ibidem.
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Ouidius epistola Herus ad Leandrum.
Quis enim securus amauit?
Ouidius Metamorphoseos li°. ii. fabula. xiii.
Non bene conueniunt: nec in una sede morantur
Maiestas & amor. Ibidem libro. iii. Fabula. vi.
Minimum est quod amantibus obstat.
Idem libro. iiii. Fabula. iii.
Quoq; magis tegit' tectus magis aestuat ignis. Idẽ.
Audacem faciebat amor.
Idem libro. vi. Fabula. vi.
Et nihil est quod non insano captus amore
Ausit. Idem li°. vi. fabula. vi.
Facundum faciebat amor.
Idem libro. vii. Fabula prima.
Video meliora proboq;. Deteriora sequor.
Ouidius li°. vii. Metamorpho. Fabula. xxvii.
Sed cuncta timemus amantes. Ibidem.
Credula res amor est.
Idem li°. viiii. Metamorpho. Fabula. x.
Spes est quae capiat: spes est quae pascat amorem.
Ouidius metamorphos. li°. xiii. Fabula. vi.
Proh quanta potentia regni
Est Venus alma tui? Propertius li°. p°. elegia. iii. Properti°.
Hac amor: hac liber. Durus uterq; deus.
Idem Elegia. v.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.
Nescit amor priscis caedere imaginibus.
Idem Elegia. xiiii.
Nescit amor magnis caedere diuitiis.

Propertius libro.ii.elegia prima.
Omnes humanos sanat medicina dolores.
Solus amor morbi non amat artificem.
Propertius li°.ii.Elegia.iii.
Ac ueluti primo thaurus detractat aratra:
Post uenit assueto mollis ad arua iugo:
Sic primo iuuenes trepidant in amore feroces:
Dehinc domiti post hæc æqua & iniqua ferunt.
Propertius li°.ii.elegia.v.
Omne in amore malum: si patiare leue est.
Propertius li°.ii.elegia.viii.
Omnia uertuntur: Certe uertuntur amores.
Vinceris aut uincis. Hæc in amore rota est.
Propertius li°.ii.elegia.xii.
Quicunq; ille fuit primus qui pinxit amorem:
Nonne putas miras hunc habuisse manus:
Hic primum uidit sine sensu uiuere amantes:
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non frustra uentosas addidit alas:
Fecit & humano corde uolare deum.
Scilicet alterna quoniam iactamur in unda:
Nostraq; non ullis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus est armata sagittis:
Et pharetra ex humero gnosia utroq; iacet.
Ante ferit quoniam: tuti q̃ cernimus hostem.
Nec quisq̃ ex illo uulnere sanus abit.
Propertius li°.ii.Elegia.xiiii.
Scilicet insano nemo in amore uidet.
Idem Elegia.xv.
Si nescis oculi sunt in amore duces.
Idem Elegia.xvii.
Turpis amor surdis auribus esse solet.
Idem elegia.xxiii.
Libertas quoniam nulli iam restat amanti:
Nullus liber erit: si quis amare uolet.
Propertius li°.ii.elegia.xxvii.
Multum in amore fides: multum constantia pdest.
Qui dare multa potest: multa & amare potest.
Propertius li°.ii.elegia.xxx.
Quo fugis ah demens: nulla est fuga: Tu licet usq;
Ad Tanaim fugias: usq; sequetur amor.
Propertius li°.ii.elegia ultima
Expertus dico: nemo est in amore fidelis Ibidem
Tu mihi uel ferro pectus uel perde ueneno.
A domina tantum te modo tolle mea.
Te socium uitæ: te corporis esse licebit:
Te dominum admitto rebus amice meis.
Lecto te solum: lecto te deprecor uno:
Riualem possum non ego ferre iouem.
Propertius li°.iii.Elegia.v.
Pacis amor deus est: pacem ueneramur amantes.
Idem elegia.xx.
Ipsa alimenta sibi maxima praebet amor. Ibidē.
Quantum oculis: animo tam procul ibit amor.
Tibullus li°.primo Elegia.ii. Tibullus.
Audendum est. Fortes adiuuat ipsa uenus. Ibidē.
En ego quum tenebris tota uagor anxius urbe:
Securum in tenebris me facit esse uenus. Ibidē.
Celari uult sua furta Venus.
Idem libro primo elegia.v.
Nam donis uincitur omnis amor.
Idem Elegia.vi.
Iussit amor. contra quis ferat arma deos?
Tibullus li°.iii.Elegia.viii.
Nulla fides Veneri. periuria ridet amantum
Iuppiter: & uentos irrita ferre iubet.
Franciscus Petrarcha. Soneto.lvi. Franciscus Petrarcha
Ben sapea io: che natural consiglio
Amor contra di te giamai non ualse:
Tanti lacciuol: tante promesse false
Tanto prouato haueа tuo fier artiglio.
Idem soneto.clxvii.
Lacci ha amor mille: & nessun tende in uano.
Fran. Petrarcha cantilena.xxxiiii.stātia.vi.
Quel chio so uedo: & non mingana il uero
Mal conosciuto. Anci me sforza amore
Che la strada dhonore
Mai non lassa sequire: chi tropo il crede.
Fran. Petrarcha triumpho amoris ca°.i.
Questo e colui chel mundo chiama amore
Amaro come uedi: & uedrai meglo
Quando sia tuo: come e nostro signore.
Mansueto fanciullo: & fiero ueglo:
Ben sa chil proua: & fiati cosa piana:
Anci millanni: infino adhor ti sueglo.
Ei naque docio: & di lasciuia humana:
Nutrito di penser dolci & suaui.
Facto segnor & dio de gente uana.
Tal e morto da lui. Qual cum piu graui
Legi mena sua uita aspra & acerba
Sotto mille cathene: & mille chiaui.
Franciscus Petrarcha triumpho Amoris c°.ii.
So come amor saetta: & come uola:
Et so come hor menaccia: & hor percotte:
Come roba per forza: & come inuola.
Et so come sono instabile sue rote:
Le speranze dubiose: & dolor certo:
Soe promesse di fe come son uote.
Come e nel ossa il suo foco coperto:
Et ne le uene uiue occulta piaga:
Vnde e morte palese: e incendio aperto:
In summa so come inconstante: & uaga.
Timida & ardita: uita de glamanti.
Chun pocho dolce multo amaro appaga.
Et so icostumi: & lor sospir & canti:
El parlar rotto el subito silentio:

El breuissimo riso: e i longhi pianti:
Et qual el mel temprato cũ lassentio.

Franc. Petrarcha Triumphi amoris cᵒ.iii.

Or quhi triumpho il signore gentile
Di noi & daltri tuti che ad un laccio
Preisi hauea dal mar dindia a quel di Thyle.
Pensieri in grembo: & uanitate in braccio
Dilecti fugitiui: & ferma noia:
Rose dinuerno: a meza state il giaccio.
Dubia speme damanti: & breue gioia:
Penitentia & dolor doppo le spalle:
Qual nel regno di Roma o in quel di Troia.

Fran. Petrarcha Amoris. cᵒ.iii.

Triumphar uolse quel chel uolgo adora:
Et uidi a qual seruiggio: & a qual morte:
Et a che straccio ua che sinamora.
Errori: sogni: & imagine smorte:
Eran dintorno al carro triumphale:
Et false opinion sopra le porte:
Et lubrico sperar supra le scale:
Stancho riposo: & riposato affanno.
Et gradi oue piu scende: chi piu sale.
El damnoso guadagno: & util danno:
Chiaro dishonor: & gloria obscura & nigra:
Perfida lealtate: & fido inganno.
Sollicito furor: & ragion pigra:
Carcere oue si uien per strade aperte:
Onde per freta: a gran pena si migra:
Ratte scese al intrar: al uscir erte:
Dentro confusion turbida & mischia
Di certe doglie: & dalegreze incerte.
Non bolli mai Vulcan: lippari: & Ischia:
Stromboli & Moncibello come quel loco
Oue qualunche uien molto sarrischia.



MOR Dei graece ἔρως θεοῦ dicitur: qui charitas & pietas erga deum esse uidetur. De qua uide infra in Charitas.

Deuterõii. Deuteronomii.cᵒ.vi.

Audi Israel. Dominus deus uester deus unᵘˢ est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota fortitudine tua.

Paralipomenon. Paralipomenon primi.cᵒ.xvi.

Querite dominum: & uirtutem eius: querite faciem eius semper.

Paulus Paulus ad Romanos.viii.

Diligentibus deum omnia cooperatur in bonum.

Matthaei. Matthaei capitulo.xxii.

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua: & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetae.

Lucas capitulo.x. Lucas.

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex omnibus uiribus tuis & ex omni mente tua & proximum tuum sicut te ipsum.

Augustinus super ps.lxiiii.

Duas ciuitates duo faciunt amores: Ierusalem facit amor dei: Babiloniam facit amor saeculi. Interroget igitur se unusquisq; quid amet: & inueniet unde sit ciuis. Augustinᵘˢ.

Hieronymus in epistola ad Demetriaden. Hieronyᵘˢ.

Foelix conscientia illa in cuius corde praeter amorem Christi quae est sapientia: castitas: patientia: atq; iusticia: nullus alius uersatur amor nec ad recordationem hominis aliquando suspirat: nec uidere desyderat: qd quum uiderit nolit dimittere.

Aug. de Cathetizandis rudibus.

Ama amorem illius qui amore tui amoris descendit in uterum uirginis: & ibi amorem suum amori tuo copulauit: Humiliando se: Sublimando te: coniungẽdo lumen suae aeternitatis limo tuae mortalitatis. Ibidem.

Constans & perfectus debet esse amor noster: ut si necesse fuerit amore illius moriamur: qui amore nostri placide ac benigne mori dignatus est.

Augustinus libro Confessionum.

Minus dñe te amat: qui aliquid tecum amat: quod propter te non amat.

Augustinus epistola ad Macedonianum.

Ad deum qui ubique praesens est: ubiq; totus est: non pedibus licet ire sed moribus: mores autem nostri non ex eo quod quisq; nouit: sed ex eo quod diligit diiudicari solent: nec faciunt bonos uel malos mores: nisi boni uel mali sint amores.

Augustinus contra Manicheos liᵒ primo.

Si uoluntatem dei quisq; nosse desyderat: fiat amicus deo: quia si uoluntatem hominis nosse quisq; uellet cuius amicus non esset: omnes eius impudentiam deriderent: non autem quisque efficitur amicus dei nisi purgatissimis moribus.

Augu. liᵒ de moribus ecclesiae.

Modus diligendi deum est: ut diligatur quantum potest diligi: & quanto plus diligitur: tanto est dilectio melior.

Augustinus libro.viii. de ciuitate dei.

Non dubitat etiam Plato hoc esse philosophari: scilicet deum amare.

Augustinus super illud. Hoc mandatum do uobis.

Qui diligit deum non potest non contemnere præcipientem ut non diligat proximum: & qui sancte ac spiritualiter diligit proximum: quid in eo diligit nisi deum?

Hierony°. Hieronymus super Iosue homelia prima.

Qui amicicias petit Iesu multorum sibi sciat esse inimicitias tolerandas. Nam quum anima uerbo dei se sociauerit dubitare non debet statim se inimicos habituram: & eos quos ante habuit amicos in aduersarios esse uertendos.

Ambrosi°. Ambrosius de fuga sæculi.

Cui portio deus est nihil debet curare nisi deum: ne alterius impediatur necessitatis munere: quod.n. ad alia officia confertur: hoc religionis cultui atq; huic nostro officio decerpitur: Hæc enim uera est sacerdotis fuga: abdicatio domesticorum: & quædam alienatio charissimorum: ut suis se abneget qui seruire deo elegerit.

Gregorius Gregorius libro.ii.morali.

Solent nonnulli in prosperis deum diligere: in aduersis autem flagellantem minus amare.

Gregorius libro.v.moralium.

Tunc plenius in dei dilectione proficimus: quum in eiusdem dilectionis gremio prius proximi charitate lactamur. Gregorius libro.xvi.moralium.

Amanti deum dilatio imponitur: ut ex dilato amoris desyderio meritum retributionis augeatur.

Gregorius in homelia. Maria stabat ad monumentum.

Certe iam monumētum uacuum uiderat: iam sublatum dominum nunciauerat: quid est q se iterum inclinat: iterq; uidere desyderat. Sed amanti semel inspicere non sufficit: quia uis amoris intentionem multiplicat inquisitionis.

Gregorius Ibidem.

Mulier quid ploras? quem quæris: Interrogatur causa doloris: ut augeatur desyderium quærentis: quatenus quum nominaret quem quæreret i amore eius ardentius æstuaret.

Gregorius super Ezechielem.

In quantum quisque amat: i tantum ad ingressum regni appropinquat. Inquantum uero amare negligit: in tantum ingredi recusat.

Bernardus Bernardus super cant. sermone.xx.

Dilexit nos deus dulciter: sapienter: fortiter. Dulciter nempe dixerim: q carnem induit. Sapiēter: quia culpam cauit. Fortiter qa mortem sustinuit. Disce ergo Christiane a Christo: quemadmodum diligas Christum. Disce amare dulciter ne illecti: prudenter ne decepti. Fortiter ne compressi desiciamus: Bernardus Ibidem.

Toto corde: tota anima: tota uirtute diligere est. omne quod blanditur de carne propria uel aliena sacrosanctæ carnis christi amore postponere.

Bernardus ibidem.

Magna res amor si ad suum recurrat principium: si suæ origini reddatur: si refusus suo fonti semp ex eo sumat unde iugiter fluat.

Bernardus super cant. sermone.xxx.

Sapientia est deus & uult amari non solum dulciter: sed & sapienter. Alioquin facillime zelo tuo spiritus illudit. Erroris enim scientiam negliges. Non enim habet callidus hostis medicamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem: q si efficere possit: ut in ea incaute & non cum ratione ambuletur.

Bernardus in tractatu de diligendo deum.

O iugum sancti amoris: q dulciter capis: gloriose Laqueas: suauiter premis: delectanter oneras: fortiter stringis: prudenter erudis. O Fœlix amor ex quo oritur strenuitas morum: puritas affectionum: subtilitas intellectuum: desyderiorum sanctitas: operq; claritas: uirtutum fæcunditas: meritorum dignitas: præmiorum sublimitas.

Bernardus Ibidem.

Prior deus dilexit nos tantus: tantum & gratis: tantillos & tales. Bernardus Ibidem.

Vultis a me audire: quare & quomodo diligendus est deus. Et ego dico q causa diligendi deum: deus est: modus sine modo diligere. Ob duplicem causam dico deum propter se diligendum: uel quia nihil iustius: uel quia nil fructuosius diligi potest.

Petrus Rauennas super illud Diliges dominum deum tuum: &cē. Petrus rauennas.

Ama ergo o homo deum. Ama totus ut possis omnia sine labore uincere & delere peccata: Teneræ militiæ delicati conflictus est: amore solo de cunctis criminibus reportare uictoriam.

Beda super cantica. Beda

Multum quidem uexat hominem quum relinquit amor mundi. Multo amplius tamen cruciat: quum calcatur amor sui. Verumtamen super omnia transfigit & penetrat cor hominis: & excoqt desyderium æstibus amor dei. unde est illa uox. Fulcite me floribus: stipate me malis: Quia amore langueo.

Basilius in Exameron. Basilius.

Qui uult ueram dilectionem prægustare. Christum discat suauiter amare: Quia Christus amor est. Ibidem.

Thesaurus indeficiens est amor diuinus: Quem qui habet diues est: Quo quicunq; caret pauper est. Ibidem.

Vnguentum suaue & optimum est amor summi boni quo pestes mentis sanantur: & cordis oculi illuminantur.

Cassiodorꝰ Cassiodorus super ps.xli.

Qui deum ex toto corde: et ex tota anima: & ex tota uirtute diligit: locum uitiis non relinquit. Non enim intrat diabolus: quum deo totus occupatus est animus: Diabolus enim uacantem desyderat: nudatam perquirit: Sed ubi deum reperit sub magna confusione recedit. Visibilia quum aliquo liquore plena sunt: superuenientium augmenta nõ capiunt. Ita nos diuina charitas si totos repleat: non erit quo crimen introeat.

Hugo de ara libro primo.

Inter Mundi & dei amorem haec est differentia: Quia amor mundi a principio dulcis esse uidetur: sed finem amarum habet. Amor uero dei ab amaritudine incipit: sed ultima eius dulcedine plena

Cyprianus sunt. Cyprianus de.xii.abusionibus.

Mundi amor & dei pariter in uno corde habitare non possunt: Quemadmodum oculi pariter caelum & terram nequaq̃ conspiciunt.

Pittacus. Pittacus.

πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον. hoc est.

Ante omnia cole numen.

Dantes. Dantes paradisi.c°.xxiiii.

Segli ama ben: & bene spera & crede.

Dantes paradisi c°.xxvi.

Chel ben inquanto ben come sintende
Cusi accende amare & tanto magio
Quanto piu di bonta in se comprehende.
Dunq; allessenza oue tanto uantagio
De ciaschun ben che for di lei si troua
Altro non e che un lume di suo ragio.



MOR Patriae. graece ἔρως πατρίδος. est pietas quae debetur patriae.

Augustinꝰ Augustinus.li°.v.de ciuitate dei. Catonem loquentem inducit.

Nolite existimare maiores nostros armis rempublicam: magnam ex parua fecisse. Si ita esset: multo pulcherrimam nos haberemus. Quippe sociorum atq; ciuium praeterea armorum & aequorum maior copia nobis q̃ illis. Sed alia sunt quae illos magnos fecerunt quae nobis nulla sunt. Domi industria: foris iustum imperium: animꝰ in consulendo liber: neq; delicto neq; libidini obnoxiꝰ. Pro his nos habemus luxuriam & auariciam: publice egestatem: priuatim opulentiam. Laudamus diuitias sequimur inertiam: inter bonos & malos nullum discrimen: omnia uirtutum praemia ambitio possidet.

Augustinus libro.ii: de ciuitate dei
Recitans uersum Ennii poetae.

Moribus antiquis res stat: Romana uirisq;.

Versum hunc uel breuitate: uel ueritate tanq̃ ex oraculo quodam affatum esse mihi uidetur. Nam neq; uiri nisi morata ciuitas fuisset: neq; mores: nisi hii uiri praefuissent: aut fundare: aut tãdiu tenere potuissent: tantam & tam longe lateq; imperantem rempublicam.

Augustinus li° primo de ciuitate dei
loquens de Scipione qui dicebat.

Non censeo faelicẽ rempublicam stantibus maenibus & ruentibus moribus.

Augustinus epistola.v.

Auersa: & peruersa corda mortalium: faelices res humanas putant: quum tectorum splendor aspicitur: & labes non attenditur animarum: quum theatrorum molles extruitur: & effodiuntur fundamenta uirtutum.

Augustinus super ps.lxxxxiii.

Odit ualde patriam: qui sibi bene putat: quum peregrinatur. Augustinus li°.ii.de ciui.dei. Recitans uerba Ciceronis li°.v.de Repu.

Nostra aetas quum rempu. sicut picturã accepisset egregiam: euanescente uetustate: non modo eam coloribꝰ iisdem quibus fuerat renouare neglexit: Sed nec id quidem curauit. Quid enim manet ex antiquis moribus? quibus ille dixit rempu. stare romanam: quos ita oblinione obsoletos uidemus: ut non modo non colantur: sed etiam ignorẽtur.

Ambrosius homelia.v. Ambrosiꝰ.

Hic reipubli usus est: leges omnibus esse communes: atq; obseruari eas deuotione communi: uno omnes teneri uinculo: non alii ius esse: quod alius sibi intelligat non licere. Sed quod uni liceat licere omnibus: & communem reuerentiam: Patrum quoq; cõsilio res publica gubernetur. Commune omnibus urbis domicilium: communis conuersationis officium: unum praescriptum omnibus esse: unum consilium.

Cassiodorus super illud. Super
flumina Babilonis. Cassiodorꝰ

Nimis dulcis est recordatio patriae: quae in hostili terra probatur existere. Nam quanto haec amara sentitur: Tanto fit illa suauior. De loco enim peregrinationis: proprii domicilii crescit affectus.

Cassiodorus li° primo epistola.xx.

Vnicuiq; patria sua charior est: dum supra omnia saluum fore quaeritur ubi ab ipsis cunabulis commoratur. Feris datum est agros siluasq; quaerere: hominibus autem fores patrias super cuncta diligere: Aues ipsae per aera uagantes proprios nidos amant. Erratiles ferae cubilia dumosa festinant. Voluptuosi pisces cauernas suas pquirunt: cunctaq; animalia ibi se norunt refugere: ubi longissima cupiunt aetate constare.

Cassiodorus epistola. xxxviiii.
Interdum expedit patriam negligere: ut sapiētiam quis possit acquirere.
Cassiodorus li°. iii. epistola. x.
Nobilissimi ciuis est patriæ suæ augumenta cogitare: sed eorum maxime quos respu. summis honorib° obligauit. Cassiodor° li°. v. epistola. xxxi.
Vtilitatem publicam diuturna non conuenit ludificatione differri. Cassiodor° li°. vi. epistola. xi.
Constat fælicem esse rempu: quæ multis resplendet ornata conciuibus.
Cassiodorus li°. viii. epistola. xxx.
Ciuis non habetur: qui urbis suæ gratiam nō tuet̄.
Seneca de Tranqllitate animi post principium.
Non is solus reipu. præest: qui tuetur res: & de pace belloq; censet. Sed qui iuuentutem exhortat̄: qui in bonorum præceptorum inopia uirtutem instituit: qui ad pecuniam luxuriamq; ruentes retrahit: Et si moratur i priuato: publicum tamē negocium agit. Seneca Tragœdia. vi.
Seneca. Præferre patriam liberis regem decet.
Aristoteles li°. i. Aethicorum.
Bonum ciuitatis quāto communius: Tanto diuinius. Aristoteles li°. ii. polyticorum.
Aristoteles Quod plurimorum est commune minime curā sortitur: quia de propriis maxime curāt homines: de communibus autem minus uel minime.
Aristoteles li°. iii. polyticorum.
Ciuitas non est una propter eosdem muros: sed propter eandem polytiam. Aristoteles ibidem.
Polytia est ordo quidam inhabitantium ciuitatem in principando & in subiiciendo.
Aristoteles li°. iii. polyticorum.
Non idem est bonus uir: & bonus ciuis.
Idem. iii. polyticorum.
Quicunq; politiæ intendunt utilitatem cōmunem recte sunt iusti: quicunq; autem intendunt utilitatem propriam uitiosi sunt: & rectarū polytiarum transgressores. Aristoteles li°. iiii. polyticoꝝ.
Ciuitas non constat ex una parte: Sed ex multis: quarum una pars sunt agricolæ: Secunda artifices manuales: Tertia hii qui negociantur circa forum: Quarta mercenarii: Quinta propugnatores & armigeri quos in ciuitate necessarium est existere: si non debeant inimicis seruire.
Aristoteles Ibidem.
In omni ciuitate sunt tres species hominum: scilicet diuites: pauperes & mendicantes: Inter quas optimi sunt mediocres: quia medium semper est optimum. Aristoteles li°. iiii. polyticorum.
Maximum eufortunium est ciues mediocrem substantiam habere tanq̄ sufficientem eis quia per tales bene regitur ciuitas.

Aristoteles li°. vi. polyticorum.
Non facile est permanere ciuitatem sine legibus & consuetudinibus compositam.
Aristoteles magnorum moralium li°. p°.
Oportet si qs in politiis practicus esse debet: secundum mores esse studiosum.
Laer. diog. de uita & moribus philosophoꝝ. Laer. diog.
Filii eorum q̄ p̄ repu. obiere publice nutriantur & doceantur dicebat Solon.
Laertius diogenes de uita & mo. philoso.
Interrogatus qualiter ciuitas bene regi posset: ait: Si princeps & maiores secundum legem uixerint.
Ibidem.
Interroganti: amico dum senex esset: an ante mortem in patriam uellet afferri ut in patria moreret̄: Nihil necesse est: Vndiq; enim ad inferos tātundem uiæ est respondit Pythagoras.
Laertius diogenes. Ibidem.
Ciuitati cōsulēdum esse potiora: dicebat Cleobul°.
Ibidem.
Interrogatus Socrates: de qua patria esset oriundus: respondit: Mundan° sum. Totius enim mundi ciuem & incolam se arbitrabatur: nullam sibi approprians p̄riam. Laertius diog. Ibidem.
Interrogatus Plato qualium locorum uel urbium habitatio sit uitanda: ait: Non habites in qua sumptus lucra exuperant: & in qua mali præualēt bonis: & ubi plurimum dn̄i mentiuntur.
Plutarchus in Apophthegmatibus. Plutarch°
Pedarectus non electus in numero trecentorum q̄ quidem in urbe cæteris dignitate præstabat hylaris subridensq; abibat. Gaudere se inquiens: si quidem trecentos urbs haberet sese meliores.
Cicero li°. primo officiorum. Cicero.
Nam ut præclare scriptum est a platone. Non nobis solum nati sumus: ortusq; nostri partem p̄ria uendicat: partem amici. Idem libro primo
Magna etiam illa communitas est: quæ conficitur ex beneficiis ultro citroq; datis. Et īfra. Omnium societatum nulla est grauior: nulla charior q̄ ea q̄ cum republica est. Ibidem.
Vt enim tutella sic procuratio reipu. ad eorum utilitatem qui commissi sunt: non ad eorum quibus commissa est gerenda est. Idem officioꝝ. li. ii.
Habere enim quæstui rempu. non modo turpe est: Sed & sceleratum est & nepharium. Ibidem.
Hæc genera officiorum qui prosequētur cum summa utilitate rei publicæ: magnam ipsi adipiscentur & gratiam & gloriam. Cicero officioꝝ. li. iii.
Neq; enim nobis solum diuites esse cupimus: Sed liberis: propinquis: amicis: maximeq; reipu. Singulorum enim facultates & copiæ: diuitiæ sunt ciuitatis. Cicero officiorum li°. iii.

Sed si quis qui apud te pecuniã deposuerit: bellum inferat patriæ: Reddas ne depositum? non credo. Facies enim contra rempu. quæ debet esse charis/sima. Sic multa quæ honesta natura uidẽtur esse: temporibus fiunt non honesta.

Cicero philippicorum li°.vii.

Vri secari q̃ patimur: ut membrorum potius aliqd q̃ totum corpus intereat. Sic in rei publicæ cor/pore: ut totum saluum sit: quicquid est pestiferum amputetur. Idem li.xii.

Omnibus bonis expedit saluam esse rempu. Sed in his qui fortunati sunt magis apparet.

Cicero in inuectiua contra Catilinam.

Fuit quondam in repu. uirtus ut uiri fortes acriori bus supplicus ciuem perniciosum q̃ acerbissimum hostem quaterent. Cicero Tusculanaꝝ quæstionum li°.i. circa finem.

Claræ uero mortes pro patria oppetitæ non solum gloriosæ rhætoribus: sed etiam beatæ uideri solẽt. Repetunt ab Erechtheo: cuius etiam filiæ cupide mortem expetiuerunt pro uita ciuium. Codrum qui se in medios immisit hostes famulari ueste ne posset agnosci si esset ornatu regio: q̃ oraculum erat datum. Si rex iterfectus esset: uictrices Athenas fore. Menecheus uero non prætermittitur: q̃ oraculo edito largitus est patriæ suæ sanguinem. Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet: ut hostium sanguis eliciatur suo. Veniunt inde ad ꝓpria: Harmodius in ore: & Aristagiton lacædemonius: Leonidas Tebanus: Epaminundas: uigent. Nostros non norunt quos enumerare magnum est: Ita sunt multi quibus uidemus optabiles fuis se mortes cum gloria.

Cicero Rhætoricorum ueterum li°. primo.

Omnes leges iudices ad commodum reipublicæ referre oportet: & eas ex utilitate communi non ex scriptione quæ in litteris est interpretari. Ea enim uirtute & sapientia maiores nostri fuerunt: ut in legibus scribendis nihil aliud sibi nisi salutẽ & utilitatem reipublicæ præponerent. Ibidem.

Neque enim ipsi quod obesset scribere solebant: & si scripsissent quum esset intellectum repudiatum iri legem intelligebant. Nemo enim leges legum causa esse saluas uult: Sed reipu. quia & legibus omnem rempu. optime putant administrari.

Cicero Ibidem.

Quamobrem leges igitur seruari oportet: & ad eã causam scripta omnia interpraetari conuenit: hoc est quoniam reipu. seruiamus: & reipu. commodo atq̃ utilitate interpretemur.

Cicero Rhætoricorum nouo. li°. iiii.

Nullum tantum est periculum quod sapiens pro salute patriæ uitandum arbitretur. Ibidem.

Quum agetur incolumitas perpetua ciuitatis: qui bonis erit rationibus præditus: profecto nullum uitæ discrimen sibi pro fortunis reipu. fugiẽdum putabit: & erit in ea sententia semper ut pro patria studiose agat: quis in magnam descendat ui/tæ dimicationem. Idem Rhætoricoꝝ no. li°. iiii.

Nam sapiens qui omnia reipu. causa suscipiẽda putabit: Sæpe ipse secum loquitur. Non mihi soli: sed etiam atq̃ adeo multo potius natus sum pa/triæ. Cicero ibidem.

Vita quæ fato debetur saluti patriæ potissimum ꝓ/soluatur. Aluit hæc me: Tute atq̃ honeste perduxit usq̃ ad hanc ætatem. Muniuit meas rationes bonis legibus: optimis moribus: honestissimis di/sciplinis. Quid est quod a me ei persolui possit sa/tis: unde hæc accepta sunt? Cicero Ibidem.

Quis est tam tenui cogitatiõe præditus? Cuius animus tantis inuidiæ angustiis continetur? qui non hunc hominem studiosissime laudet & sapientissimum iudicet: qui pro salute patriæ: pro incolumitate ciuitatis: ꝓ reipu. fortunis: q̃uis magnum at/q̃ atrox periculum studiosissime suscipiat & libẽ/ter subeat? Cicero Ibidem.

Sapiens itaq̃ nullum periculum pro repu. uitabit. Ideo (quod sæpe fit) qui pro repu. perire noluerit: necessario cum repu. pereat. Ibidem.

Ergo qui fugiunt id periculum quod pro repu. sub eundum est: stulte faciunt. Cicero ibidem.

At qui patriæ pericula suo periculo expetunt: hi sapientes putandi sunt: quum & eum quem debent honorem reipu. reddunt: & pro multis perire malunt q̃ cum multis. Val. maxi. li°. primo. Val. max.

Equæ enim uirtutis est & bona patriæ auxisse: & mala in se transferri uoluisse. Valerius maxi. li°. ii. titulo de Institutis antiquis.

Adeo magna charitate patriæ Romani teneban/tur: ut arcana cõsilia patrum conscriptorum mul tis sæculis nemo senator enunciauerit. Ibidem.

Apud antiquos qui curiæ limen intrabant: abiecta priuata charitate publicam induebant.

Homerus in o Iliados.

οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν. hoc est. Homerus.

Non illi indecens pugnanti pro patria mori.

αὐτὰρ ὁ δ' ὀδυσσεύς. Idem in α odysseæ.

ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι ἧς γαίης θανέειν ἱμείρεται. hoc est.

Sed Vlisses

Cupidus saltem fumum quum egredietem uiderit A sua terra mori cupide pacisciẽ. Idẽ in I odisseæ.

ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων γίγνεται. hoc est.

Neq; utiq; ego
Mea terra poſſum dulcius aliud uidere.
Periander — Periander.
θνήσκε ὑπέρ πατρίδος.
Morere pro patria.
Ouidius. — Ouidius de ponto li.i.elegia.iiii.
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit: & immemores non ſinit eſſe ſui.
Horatius. — Horatius Carminum li°.iii.ode.ii.
Dulce & decorum eſt pro patria mori.

Amor ꝓximi: graece ἔρωσ γείτονος. idem uidetur eſſe cum charitate qua ꝓximum diligeᷓ iubemur.
Exodi — Exodi ca°.xxii.
Aduenam non contriſtabis: neq; affliges eũ. Ibidẽ
Viduae & pupillo non nocebitis. Si laeſeritis eos: uociferabunt ad me: & ego audiam clamorem eoꝝ: & indignabitur furor meus. percutiam uos gla/dio: Et erunt uxores ueſtrae uiduae & filii ueſtri pupilli. Exodi cap.xxiii.
· Si occurreris boui inimici tui aut aſino erranti: re/duc ad eum. Exodi ca°. xxiii.
· Si uideris aſinum odientis te iacere ſub onere: non pertranſibis: Sed ſubleuabis cum eo. Ibidẽ.
Leuitici · Peregrino moleſtus non eris. Leuitici ca°. xviiii.
· Non decipiet unuſquiſq; proximum ſuũ. Ibidem
· Non facies calumniam proximo tuo: nec ui oppri/mes eum. Leuitici ca°.xviiii.
Non morabitur opus mercenarii tui apud te uſq; mane. Leuitici ca°:xviiii.
Non maledices ſurdo: nec coram caeco pones offendiculum. Sed timebis dñm deum tuum. Ibidẽ
Non eris criminator nec ſuſurro in populis.
Leuitici. xviiii.
Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Ibidẽ.
Nolite facere iniquum aliquid in iudicio: in regu/la: in pondere: in menſura. Statera iuſta: & aequa ſint pondera: iuſtus modius aequuſq; ſextarius
Deuterõii. — Deuteronomii capitulo.v.
Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Deuteronomii capitulo.v.
Nõ concupiſces uxorem proximi tui: nõ domum: non agrum: non ſeruum: non ancillam: non bo/uem: non aſinum: & uniuerſa quae illius ſunt.
Deuteronomii capitulo.xxii.
· Non uidebis bouem fratris tui: aut ouem errãtem: & praeteribis: Sed reduces fratri tuo.
Deuteronomii ca°.xxiiii.
· Non negabis mercedem indigẽtis: & pauperis fratris tui: ſiue aduenae qui tecum ꝓmoratur in terra: & intra portas tuas eſt. Sed eadem die reddes ei ꝓcium laboris ſui: ante ſolis occaſum quia pauper eſt: & ex eo ſuſtentat animam ſuam: Ne clamet contra te ad dominum & reputetur tibi in peccatum. Deuteronomii.xxvii.
· Maledict⁹ qui clam percuſſerit proximum ſuum: Et dicet omnis populus Amen. Tobias ca°.iiii. — Tobias
· Quod ab alio oderis fieri tibi: uide ne tu aliquando alteri facias. Prouer.ca°.xxii. — Prouerbi.
· Non facias uiolentiam pauperi: quia pauper eſt: neq; conteras egenum in porta: quia iudicabit dominus cauſam eius: & configet eos qui confixerunt animam eius. Eccleſiaſtici ca°.vii. — Ecclãſtici.
· Non deſis plorantibus in conſolatione: & cum lu/gentibus ambula. Ibidem.
· Non te pigeat uiſitare infirmum: ex his enim in di/lectione firmaberis. Eccleſiaſtici.ca°.xii.
Si benefeceris: ſcito cui feceris: & erit gratia in bo/nis tuis multa. Matthaeus ca°.v. — Matthae⁹.
· Audiſtis quia dictum eſt. Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos ueſtros: Benefacite his qui oderunt uos. & orate pro perſequẽtibus & calumniantibus uos. ut ſitis filii patris ueſtri qui in caelis eſt: qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.
Matthaeus cap.xxii.
· Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua: & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis uniuerſa lex pẽdet & prophetae. Marcus cap.iiii. — Marcus.
· In qua menſura menſi fueritis remetietur uobis: & adiicietur uobis. Lucas.cap.iii. — Lucas.
· Qui habet duas tunicas: det non habenti: Et q habet eſcas ſimiliter faciat. Lucas cap.vi.
· Diligite inimicos ueſtros: Benefacite his q uos oderunt. Lucas.vi.
· Benefacite & mutuum date nihil inde ſperantes: & erit merces ueſtra multa. & ciuitatis filii altiſſimi: Quia ipſe benignus eſt. Ibidem.
· Dimittite & dimittetur uobis. Date & dabitur uo/bis. Ioannes cap.xiii.in euangelio — Ioannes.
· Mandatum nouum do uobis: ut diligatis inuicem: ſicut dilexi uos. Ioannes cap.xv.in Euãgelio.
· Hoc eſt praeceptum meum ut diligatis inuicem: ſi/cut dilexi uos. Ibidem.
· Hoc mando uobis: ut diligatis inuicem.
Paulus ad Ro.cap.xii. — Paulus.
· Nulli malum pro malo reddentes. & infra: Scriptũ eſt enim: Mihi uindictam & ego retribuam. dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimic⁹ tuus: ciba illum.

Si sitit: potum da illi.
Idem ad Ro. cap. xiii.
Qui enim diligit proximum: legem impleuit. Nam non adulterabis: Non occides: non furaberis: nō falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mandatum: in hoc uerbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.
Paulus primæ ad Corynthios cap. viii.
Charitas uero ædificat.
Paulus ad Galatas cap. v.
Omnis enim lex in uno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
Paulus ad Gal. cap. vi.
Alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem Christi. Paulus ad Colossenses cap. iii.
Super omnia autem hæc: charitatē habete: Quod est uinculum perfectionis.
Paulus ad Hæbreos ca. xiii.
Charitas fraternitatis maneat in uobis: & hospitalitatem nolite obliuisci.
Petrus. Petrus apostolus primæ cap. iiii.
Ante omnia autem mutuam in uobis met ipsis charitatem continuam habentes. Quia charitas operit multitudinem peccatorum.
Ioannes. Ioannes apostolus primæ cap. ii.
Qui dicit se in luce esse: & fratrem suum odit in tenebris est usque ad hæc. Qui diligit fratrem suum in lumine manet: & scandalum in eo nō est. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est: & in tenebris ambulat: & nescit quo eat. Quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.
Ioannes apostolus primæ cap. iii.
Qui non diligit manet in morte. Ibidem
Omnis qui odit Fratrem suum homicida est: & scitis quoniam omnis homicida non habet uitā æternam in se manentem. Ibidem.
Filioli mei non diligamus uerbo: neque lingua: Sed opere & ueritate.
Ioannes apostolus primæ cap. iiii.
Diligamus nos inuicem: quia Charitas ex deo est.
Ioannes apostolus primæ cap. iiii.
Si quis dixerit quoniā diligo deum: & fratrē suum oderit: mendax est. Ibidem.
Hoc mādatum habemus a deo: ut qui diligit deum diligat & fratrem suum.
Augustin⁹ Augustinus lib. de baptismo.
Redire dimissa peccata ubi charitas non est superna: dominus docet in euangelio apertissime: de illo seruo: qui quum deprecanti omnia dimisit: & ille conseruo suo misereri noluit: Iussit eum dominus reddere omnia quæ dimiserat.

Augustinus & habetur. xxiiii. q. i. Vbi.
Vbi charitas non est: non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur.
Augustinus & habetur. xxiiii. q. iii. Corripiant.
Sic affici debemus charitatis affectu ut omnes uelimus saluos fieri. Augustinus & habetur de peni. Di. ii. ca°. Charitas.
Charitas est aqua de qua dominus in euāgelio ait. Qui biberit aquam quam ego dabo ei non sitiet i æternum. Ibidem: & habetur ibidem.
Sine charitate quomodo quis ueram cordis contritionem habere poterit? Quomodo ergo delictorum remissionem? Augustinus super epistolā Ioannis & habetur. xxiii. q. v. Non putes.
Non putes te tunc amare seruum tuum: quando eum non cædis: aut tunc amare filium tuum: quando ei non das disciplinam: aut tunc amare uicinū tuum: quando eum non corrigis: Non est ista charitas: sed languor. Ferueat charitas ad emendandum & corrigēdum. Si sunt boni mores delectēt: Si autem mali emendentur.
Ibidem & habetur de peni. di. ii.
Radicata est charitas: Securus esto: nil mali accidere potest. Augustinus super epistolā Io. & habetur de peni. di. ii. Si quis.
Si quis tantam habuerit charitatem: ut paratus ēt sit pro fratribus mori: perfecta est in illo charitas.
Augustinus Ibidem. & habetur Ibidē. Sicut.
Sicut seta introducit filū: Ita timor introducit charitatem. Crescit charitas? Minuitur timor: & ecōuerso. Augustinus super epistolā Ioānis ca°. vii.
Si non uultis in ista eremo siti mori: bibite charitatem: Fons est quem uoluit deus ponere: ne deficiamus: & abundantius eum bibamus: quum ad patriam uenerimus. Augustinus super Ioannem sermone. lxviii.
Domine ecce quem amas infirmatur. Nō dixerunt ueni: Amanti enim tantum nunciādum fuit. Sufficit ut nouerit. Non enim amat & deserit.
Augustinus ad Iulianum comitem: & habetur de peni. di. ii. Charitas.
Charitas q̄ deseri pōt: nunq̄ uera fuit. Aug. ad Hieronymū. & habet' de peni. di. ii. Charitas
Charitas i quibusdā pfecta: in quibusdā ipfecta. Perfectissima aūt in hac uita haberi non potest.
Augustinus ad Martianum.
Dilectio est pacis unda. Ros gratiæ: Charitatis imber: Semen concordiæ: affectus gentium: Amoris Fructus: & ad summam dilectio deus est.
Idem ad Macedonium.
Dilige proximum sicut te ipsum. Proximus in hoc loco non sanguinis propinquitate: Sed rationis societate pensandus est: In qua socii sunt omnes ho/

mines. Nam si pecuniae ratio socios facit: quanto magis ratio naturae: non negociandi: sed nascendi lege communis. Augustinus homelia viii. & habetur de peni. di. ii. Quia.

Quia radix omnium malorum est cupiditas: & radix omnium bonorum est Charitas: & simul ambae esse non possunt: Nisi una penitus euulsa fuerit: alia plantari nō potest. Sine causa conatur aliquis incideř ramos: si radicem non contendit euellere. Augustinus in Enchiridion.

Finis praecepti est Charitas. Omne enim praeceptū ad charitatem refertur. Quod enim fit timore poenae uel aliqua intentione carnali: ut non referatur ad charitatem: nundum fit quemadmodum fieri oportet: q̄uis fieri uideatur. Augustinus li°. de meritis & remissione peccatorum & habetur de Con. di. iiii. Ecclesiae.

Ecclesiae charitas quae per spiritum sanctum diffunditur in cordib⁹ eorum qui participes sui sunt peccata dimittit: eorum qui non sunt tenet. Augustinus li°. de doctrina Christiana.

Sola charitas est quae uincit omnia: & sine qua nihil ualent omnia: & quae ubicūq; fuerit trahit ad se omnia. Scientia si sola sit inflat. Quia uero charitas aedificat: scientia non permittit inflari.

Augustinus li°. de Cathetizandis rudibus.

Charitas alios parturit: quum aliquis infirmatur: alios curat aedificare: alios cōtremiscit offendere: ad alios se inclinat: cum aliis erigit: aliis blanda: aliis seuera: nulli inimica: omnibus mater.

Idem li°: de diffinitionibus.

Misericordia est animi condolentis affectus: cū ad ditamēto beneficii: ut compatiamur proximo: & largiamur de pprio. Aug. li°. viiii. de Ciuitate dei.

Longe melius & humanius & piorum sensibus accommodatius in Caesaris laude locutus ē ubi ait. Nulla de uirtutib⁹ tuis nec admirabilior nec gratior misericordia est. Aug. de ope Monachoꝝ.

Multo misericordius operatur quis circa animas infirmorum: qui bonae famae seruorum dei consulit: q̄ erga corpora aegrotantium: qui panem esurientib⁹ tribuit. Augustinus sup psalmo. ciii.

Valde longe dirigit is qui bene audit: & male operatur. Si potes dare da: Si non potes affabilem te fac. Coronat deus intus bonitatem: ubi non inuenit facultatem. Nemo dicat non habeo. Charitas non de sacculo erogatur.

Augustinus de uerbis domini sermone. xi.

Diues & pauper duo sunt sibi contraria: & sunt sibi duo necessaria. Nullus indigeret: si se inuicem supportaret: & nemo laboraret si se ambo. iuuarent. Diues propter pauperem factus est: & pauper propter diuitem. Pauperis est orare: & diuitis erogare: & dei est ꝑ paruis magna praestare.

Hieronymus super epistolam ad Galatas. Hierony⁹.

Vide quātum bonum est charitas: Si ita martirium fecerimus: ut nostras uelimus ab omnibus reliquias honorari: & si opinionem uulgi sectantes ī trepidi sanguinem fuderimus: & substantiam nostram usq; ad mēdicitatem propriam dederimus: huic operi non tam praemium: q̄ poena debetur: & perfidiae magis tormenta sunt: q̄ corona uictoriae.

Hieronymus in epistola ad Nepotianum.

Non memini me legisse mala morte mortuū: qui libenter opera charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores: & Impossibile ē multorum preces non exaudiri. Hieronymus & habetur Di. lxxxvi. Qui claemētiam.

Qui claementiam non habet: nec indutus est uiscera misericordiae & lachrymarum: q̄uis spiritualis sit: non adimplet legem Christi. Ambrosius super epistolam scdam ad Corynthios & habetur de peni. di. i. Ficta.

Ficta Charitas quae deserit in aduersitate.

Ambrosius super beati Immaculati. Ambros⁹.

Ille intelligit super pauperem: qui largitur pauperi. Nam quid prodest misereri inopis: nisi alimoniam eidem largiaris. Ambrosius Ibidem.

Hoc est occidere hominem: uitae suae ei subsidia denegare. Caue ne inter loculos tuos includas salutem inopum: & tanq̄ in tumulis sepelias uitam pauperum. Gregorius moralium li°. vii.

Quia duo sunt praecepta charitatis: dei uidelicet: & amor proximi: Per amorem dei gignitur amor proximi. & per amorem proximi dei amor nutritur. Nam qui amare deum negligit: perfectae diligere proximum nescit: Et tunc plenius in dei dilectione proficimus: si in dilectionis gremio proximi charitatem colligamus. Gregorius Ibidē.

Perfectionis uinculum charitas dicitur. Quia omne bonum quod agitur per illam ne pereat ligatur. Atentatione nanq; citius quodlibet euellitē opus: quum Solutum a uinculo charitatis inuenitur. Gregorius moralium li°. xviiii. ptc. iiii. ca°. xxiii. & habetur di. xlv. Sunt nanq;.

Sunt nanq; nonnulli ita districti: ut etiam omnem mansuetudinem benignitatis amittāt: & sunt nō nulli ita mansueti: ut perdant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda: ut nec in disciplinae uigore benignitatem mansuetudinis: nec rursus in mansuetudine districtionem deserant disciplinae: quaten⁹ nec a compassione pietatis obdurescant: quum contumacem corrigunt: nec disciplinae uigorē molliāt: quum infirmorum animos consolantur. Regat ergo uigor disciplinae mansuetudinem: & mansue

tudo ornet sermone uigorem. Et sic alterum com mendet ex altero: ut nec uigor sit rigidus: nec ma suetudo dissoluta.

Gregorius Ibidem: & habetur Ibidem.

Vera iusticia compassionem habet: falsa uero dedignationem: quis & iusti soleant recte peccatorib⁹ indignari. Sed aliud e quod agitur typo superbiae: aliud quod zelo disciplinae: indignantur & enim: sed non dedignates sunt: At contra hii qui de falsa iusticia superbire solent: caeteros quosque despiciunt: nulla infirmantibus misericordia condescendunt: & quo se peccatores esse non credunt: eo deterius peccatores fiunt.

Gregorius in Registro & habetur. viii.q.i. In scripturis.§. Duo.

Duo quippe sunt praecepta charitatis: amor dei: & proximi. Per actiuam igitur uitam prodesse proximis cupiens Esaias officium praedicationis appetiit. Per contemplatiuam uero Hieremias amore conditoris sedule inhaerere desyderas ne mitti ad praedicandum debeat contradicit.

Idem in Pastorali.

Tunc ad alta charitas mirabiliter surgit: quum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: Et q benigne descendit ad infima: ualenter recurrit ad summa.

Gregorius in Pastorali.

Nihil perfectius deo uirtute dilectionis. Nihil desyderabilius Dyabolo extinctioe charitatis. Q uisquis igitur seminando iurgia: dilectionem proximorum perimit: Dyabolo familiarius seruit.

Idem super Ezechielem. homelia. vi.

Adoptio filiorum sola charitate acquiritur. Ioanes primo. Dedit potestatem filios dei fieri. Q uid hac potestate altius: Q uid hac altitudine sublimi⁹ dici potest: In qua potestate quisq creatus efficitur filius creatoris.

Io. chryso. Ioannes Chrysostomus super illud Io. xv. oes in unum corpus baptizati sumus.

Propterea in unum corpus ne nō dissoluamur: sed eam quae ad inuicem est conuenientia & amicicia corporis unius conuenientiam obseruemus. Qūo circa ita procuremus proximos: ut unusquisq nostrum suam carnem non despiciat. Nullus enim unq carnem suam odio habuit: sed eam nutrit & fouet.

Ioannes chrysostomus super. Matthaeum.

Si indifferenter omnibus dederimus: semper miserebimur. Si autem discutere caeperimus: nunq misericordiam praestabimus.

Lactanti⁹. Lactantius firmianus li⁹. vi. diuinarum Institutoūm. cap⁹. vi.

Si hac de causa homines congregati: ut mutuis auxiliis imbecillitatem suam tuerentur: succurrendum est igitur homini qui egeat auxilio.

Idem li⁹. vi. di. Insti.

Deus enim qui caeteris animalibus sapientiā non dedit: naturalibus ea munimentis ab incursibus & periculis tutiora generauit. hominem uero qa nudum fragilemq formauit: ut eum sapiētia potius instrueret: Dedit ei praeter caetera hunc pietatis affectum: ut homo hominem tueatur: diligat: foueat: contraq omnia pericula & accipiat: & p̄stet auxilium. Summum inter se hominum uinculum est humanitas: quod qui disrumpet nephari⁹ & parricida existimandus est. Nam si ab uno homine quem deus finxit omnes sumus oriundi: certe consanguinei sumus. Et ideo maximum scelus putandum est odisse hominem: uel nocentem.

Lactantius Fir. li⁹. vi. diuinarum Institutoūm.

Item si ab uno deo inspirati omnes & animati sumus: quid aliud q̄ fratres sumus: & quid coniunctiores animis: q̄ qui corporibus. Itaq non errat lucretius quum dicit. Deniq caelesti sumus omnes semine oriundi. Omnibus atq idem pater ē. Ergo pro belluis immanibus sunt habendi: qui homini nocent: qui contra ius humanitatis & fas omnes spoliant: cruciant: occidunt: exterminant.

Ibidem.

Deus enim quoniam pius: animal nos utile uoluit esse: sociale. Itaq in aliis hominibus nos ipsos cogitare debemus. Non meremur in periculo liberari: si non succurrimus: Non meremur auxilium: si negamus. Nam qui se a praestando auxilio remouet: etiam ab accipiendo remoueat necesse est. Q uia nulla opera idigere se putat qui alteri suam denegat. Retinendum est igitur uinculum societatis humanae quia homo sine homine nullo modo potest uiuere.

Lactantius libro. vi. diui. Institutionum.

Conseruanda est igitur humanitas: si homines recte dici uelimus. Id autem ipsum conseruare quid aliud est q̄ diligere hominem: quia homo sit: & idē quod nos sumus. Ibidem

Verum illud est Ciceronis quod ait. Hominem naturae obedientem homini nocere non posse. Ergo si nocere homini contra naturam est: prodesse igitur hōi secundum naturam sit necesse est. Q uod qui non facit: hominis se appellatione despoliat.

Q uia humanitatis officium est necessitati hominis ac periculo subuenire. Ibidem

Huius enim operis & officii merces a deo est expetenda solo: Nam si ab homine expetes: Iam non humanitas erit illa: sed beneficii faeneratio. Nec

potest uideri bene meruisse: qui quod facit non alteri: sed sibi praestat.

Basilius. Basilius homelia prima.

Panis est famelici quem tu tenes: nudi tunica: quã in conclaui conseruas. Discalciati calceus: qui penes te marcescit: Indigentis argentum: quod possides. Quo circa tot iniurias agis: quot subuenire ualebis.

Seneca Seneca ad Lucillium epistola. xlvii.

Haec tantum praecepti mei summa est. Sic cum inferiore uiuas: quemadmodum tecum superiorem uiuere uelis. Quotiens in mentem uenerit tibi quantum in seruum liceat: Veniat in mentem tãtundem in te domino tuo licere.

Seneca in prouerbiis.

Habet in aduersis auxilia: qui in prosperis commodat.

Seneca Ibidem

Qui succurrere perituro potest: quum non succurrit: occidit.

Seneca li°. de beneficiis.

Tacite danda sunt beneficia: ut nota sint solis quibus prosunt. Interdum etiam ipse qui iuuat fallendus est: ut habeat: nec a quo acceperit sciat.

Seneca Ibidem.

Multum interest inter misericordiam beneficii & beneficium. Itaq; nec aurum nec argentum nec quicq̃ eorum quae a proximis recipiuntur beneficium est: Sed ipsa tribuentis uoluntas.

Seneca li°. de beneficiis.

Pleriq; sunt qui beneficia asperitate uerborum & supercilio in odium adducunt: eo sermone usi: ea superbia: ut impetrasse paeniteat. Ibidem.

Tempore beneficia magna sunt: Beneficium est unus in fame panis. Beneficium est arentibus siti monstrare fontem. Eo animo quicquid debeã quo datur: Nec quantum sit: sed a quali uoluntate p penditur. Maius enim aut minus sit q̃uis idem sit tempore: loco causa:

Seneca Ibidem.

Ingratum est beneficium: quod diu inter manus dãtis haesit quod quis aegre dimittere uisus est. & sic dare tanq̃ sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia parata: facilia: occurrẽtia: ubi nulla mora fuit: nisi in accipientis uerecundia.

Seneca li°. de beneficiis.

Optimum est occupare antequam rogemur. Quia quum homini probo ad rogandum os concurrat: & diffundat rubor: qui hoc tormentum remittit multiplicat munus suum.

Seneca li°. de beneficiis.

Non tulit gratis: qui quum rogasset accepit. Nulla res charius constat: q̃ quae precibus empta ẽ. Molestum enim uerbum & onerosum est demisso uultu dicere rogo.

Seneca li°. de beneficiis.

Nihil charius aestimamus q̃ beneficium quod q̃diu petimus. Nihil uilius q̃ quum accepimus: unum bene positum beneficium multorum amissorum damna restaurat.

Seneca li°. de beneficiis.

Quamuis omni petenti dare debeas: Tamen in beneficio spectandi sunt mores eius cui datur: & animus erga nos: & cohabitatio uitaeq; societas: & ad nostras utilitates officia ante collata. Ibidẽ.

Pulchrum sane praedicandum beneficium nulla dilatione suspẽsum: nullis precibus redemptum: nullis mentis comparatum. Gratius est enim donum quod uenit ante preces.

Seneca li°. de beneficiis.

Quis uestrum contentus fuit aut leuiter rogari: aut semel: Quis uestrum quum aliquid suspicatus est a se peti frontem abduxit: uultum auertit: occupationes simulauit: longis sermonibus & de industria non inuenientibus exitum occasionem petendi abstulit: & uariis artibus necessitates properantes elusit. In angusto uero compressus aut distulit idem: aut timide negauit: aut promisit: sed difficulter: sed ductis superciliis: sed malignis & uix exeuntibus uerbis.

Seneca li°. de beneficiis.

Deos sequamur duces: quantum humana imbecillitas patitur: Demus beneficia: non faeneremur. Ibidem.

Ordo beneficii per manus transeuntis nihilomin° ad dantem reuertitur.

Seneca li°. de beneficiis.

Nullum beneficium dandum est negligenti. Ibidẽ.

Primo necessaria sunt danda: deinde utilia: deinde iucunda.

Seneca li°. de beneficiis.

Videamus ne mittamus munera superuacua: ut faeminae arma: libros rustico. Ibidem.

Videndum est & considerandum Quid: cur: qualiter: Quando: ubi: & quare sit dandum. Ibidẽ.

Turpissimum genus beneficii est inconsulta donatio. Ibidem.

In dando beneficia eligendus est uir: simplex: non ingratus: alieni abstinens: non sui auarus: & maxime beniuolus.

Seneca li°. de beneficiis.

Si propter utilitatem darẽtur beneficia: Dii tot munera quae sine intermissione diebus ac noctibus fundunt non darent.

Seneca li°. de beneficiis.
Quum beneficia in uulgus largiri institueris: multa perdenda sunt: ut unum bene des. Ibidem
• Dare debemus quomodo uellemus accipere: ante omnia libenter & cito. Ibidem.
• Caueamus ne aliquid morae interueniat in dando: ut deliberasse uideamur. Ibidem.
Illud beneficium e iucundum quod alicui obuium uenit. Seneca li°. de beneficiis.
• Tarde uelle nollentis est.
Seneca li°. de beneficiis.
Beneficium ab homine duro aspere datum panis lapidosus uocatur: quem esurienti accipere: necessarium sit esse acerbum.
Seneca li°. de beneficiis.
Dabo egenti: Sed non ut ipse egeam. Ibidem.
Succurram perituro: sed non ut ipse peam. Ibidē
Multo grauius est male dedisse beneficia: q̄ non dedisse. Seneca lib. de moribus.
Succurrere paupertati amicorum stude: immo potius occurrere.
Seneca libro de Formula uitae.
Clementiae esto cultor: Seuiciae detestator. Ibidē.
• Cunctis esto benignus: nemini blandus: paucis familiaris: omnibus aequus: ad iram tardus: ad misericordiam pronus: in aduersis firmus: in prosperis cautus: & humilis.
Seneca libro de Formula uitae.
• Deum amabis: si illum in hoc imitaberis: ut uelis omnibus prodesse: nulli nocere.
Macrobi°. Macrobius libro .ii. saturnalium.
• Beneficium dando accepit: qui digno dedit.
Cicero. Cicero libro de amicicia.
• Fructus ingenii & uirtutis omnisq; praestantiae tum maxime capitur: quum in proximum quenq; cōfertur. Cicero libro .iiii. Tusculanarum q̄stionum.
Cur misereare potius q̄ feras opem: si id facere possis. Cicero li .ii. Rhaetoricorum ueterum.
Nam beneficii magnitudo ex utilitate: atq; honestate: aut necessitudine demonstratur.
Plautus. Plautus in Rudente.
Bonis quod benefit haud perit.
Virgilius Virgilius primo Aeneidos.
Non ignara mali miseris succurrere disco.
Ouidius Ouidius libro .ii. de ponto. Elegia .iii.
Mitius est lapso digitum supponere mento:
Mergere q̄ liquidis ora natantis aquis.
Ouidius de ponto libro .ii. elegia .viiii.
Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.
Conuenit & tanto: quantus es ipse: uiro.
De hac materia habes infra ubi Beneficium Clamentia & Misericordia.

AMOR sui. graece. ἔρως ἑαυτοῦ.
Aristoteles Arist. li .ii. Rhaetoricorum. Nullus se ipsum paruipēdit.
Periander Periander. σαυτὸν μὴ ἀμέλει .i. Te ipsum ne negligas.
Pittacus. Pittacus: & Chilon. γνῶθι σαυτόν. idest Cognosce te ipsum.
Bias. Bias.
εἰς κάτοπτρον ἐμβλέψας θεῶρει καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνῃ ἄξια τούτου πράττε. εἰ δὲ αἰσχρός. τὸ τῆς ὄψεως ἐλλιπὲς διόρθου καλοκαγαθίᾳ. hoc est.
In speculum quum inspicias contemplare
Et si quidem pulcher appares: digna te
Fac. Si uero deformis: faciei defectum
Illustra probitatibus.
Menāder. Menander.
ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακὸν ὄντα.
Se ipsum nullus fatetur esse malum.

AMplitudo. graece. ἀξιότης. Τιμή. i. dicitur: est potentiae: aut maiestatis: aut aliquarum copiarum magna abundantia secundum Ciceronem in Rhaetoricis.

ANathema graecum uocabulum est ἀνάθημα. τος. τό. Et est omne separatum a communi usu. secundum. b. Tho. super Epistola ad Ro. ca°. viiii. co. ii. fi.

ANdragathima: graeca dictio est. ἀνδραγάθημα. τος. τό. Et strenuitas latine dici potest. Est enim uirtus uiri communicabilium operum ad inuentiua: & pars fortitudinis potentialis: pertinens ad liberalitatem: uel potius ad Magnificentiam: licet magis conueniat cum Iusticia ratione materiae uel sic.
Andragathima est uirtus magnorum operum executiua cum quadam uirili prudentia ac sollicitudine. ut colligitur ex dictis. b. Thomae. scda scdae q. cxxviii. ar. i.
Angragathima uenit ab. ἀνδραγαθέω. quod est uiriliter ago.

ANgelus graeca dictio est. ἄγγελος. ου. ὁ. nuncius dicitur. ἀγγέλλω. enim nuncio est.
Angelus est substantia intellectualis: specie mobilis: arbitrio libera: incorporea: deo ministrans secundum gratiam: etiā natura sui immortalitatem suscipiens: cuius substantiae speciem & terminum solus qui creator est

nouit secundum Io. Damascenum li°.ii. ca°.iii.

Exodi

Exodi.xxiii.capitulo.

Ecce ego mittam angelum meum qui praecedat te & custodiat in uia: & introducat in locum quem praeparaui. Obserua eum & audi uocem eius: nec contemnendum putes: quia non dimittet quum peccaueris: & est nomē meum in illo. Quod si audieris uocem ei⁹: & feceris omnia quae loquor: inimicus ero inimicis tuis: & affligam affligentes te.

Augustin⁹

Augustinus li°. de agenda cura pro mortuis. & habetur. xiii. q. ultima Fatendum.

Fatēdum est nescire quidem mortuos quid hic agatur: dum hic agitur: postea uero audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia: sed quae sinuntur etiam isti meminisse: & quae illos quibus haec indicantur oportet audire: Possunt & ab angelis qui rebus quae hic aguntur praesto sunt: audire aliquid mortui: quod unumquenque illorum audire debeť iudicat: cui cuncta subiecta sunt.

Augustinus super illud. Draco iste quē fecisti.

Praepositi sunt angeli caelorum super potestates aereas: Vnde procedit uerbum quod fit hic. Intuentur enim legem fixam: legem aeternam iubentem sine scriptura: sine syllabis: sine strepitu fixā semper & stantem: intuentur angeli corde mundo: & ex illa faciunt quicquid hic fit.

Augustinus in Enchiridion.

Vtique noscunt angeli sancti docti de deo cuius ueritatis aeterna contemplatione beati sunt: quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectat.

Hierony⁹.

Hieronymus super Matthaeum li°.iii.

Magna dignitas animarum ut una quaeq; habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui angelum deputatum.

Gregorius

Gregorius & habetur Di.xl. Quelibet. §. Quid enim.

Quid enim paradiso iucundius? Quid caelo Securius? & tamen homo ex paradiso: & angelus de caelo peccando cecidit.

Gregorius super euang. homelia. vi.

Vnusquisque in quantum sufficit si a prauitate proximum reuocat: si exhortari ad bene operandum curat: si aeternum regnum uel supplicium erranti denunciat: quum uerba sanctae annunciationis impendit: profecto angelus existit.

Gregorius in homelia.

Qui parua capiunt: sed tamē haec eadem parua pie annunciare fratribus non desistunt: isti in angelorum numerum currunt. Qui secretorum caelestium summa capere praeualent & nunciare: etiā isti in archangelorum numerum deputātur. Qui amando ardent & loquendo alios accendunt isti seraphici dicuntur.

Gregorius in homelia.

Angeli quum ad nos ueniunt: sic exteri⁹ implēt ministerium: ut tamen nunq̄ desint interius per contemplatiōem. Mittuntur igitur & assistunt quia & si circumscriptus est angelicus spiritus: summus tamen spiritus ipse qui deus est circumscriptus nō est. Angeli itaq; et missi ante ipsum qui a quolibet missi ueniant intra ipsum currunt.

Gregorius super euang. homelia. xxxiiii.

Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat: ad quam tantum credimus humanum genus ascendere quantos illic contigit electos angelos remansisse: sicut scriptum est: Statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum dei.

Greg. in homelia. Erant appropinquātes &c̄.

Angelorum uocabulum nomen est officii non naturae: nā sancti illi caelestis p̄riae spirit⁹: semp sunt spiritus: sed semp uocari angeli nequaq̄ possunt. Tunc solum sunt angeli quum p eos aliqua nunciantᷣ. Vn̄ psalmus. Qui facit angelos suos spirit⁹. Hi ergo q minima nunciāt angeli: qui uero summa nunciant archangeli uocantur. Graeca enim lingua angeli nuncii: archangeli uero summi nūcii uocantur. Qui iccirco priuatis nominibus censentur: ut Michael: Gabriel. Raphael: ut signetur & per uocabula quid in operatione ualeant.

Ibidem.

Timet angelus adorari ab humana natura: quam uidet in deo sublimatam.

Gregorius & habetur de peni. Di.ii. Principium. §. Nouē dixit.

Nouem dixit genera lapidum: quia nimirum ordines angelorum sunt nouem: nam quum per sacra eloquia angeli: archangeli: Troni: & dominationes: uirtutes: principatus: & potestates: cherubin: & seraphin. aperta narratione memorātur: supernorum ciuium quantae sint distinctiones ostendiť.

Gregorius li°.ii. moralium.

In hoc est natura angelica a naturae nostrae conditione distincta: q̄ nos & loco circumscribimur: & caecitatis ignorantia coarctamur. Angelorum uero spiritus loco quidem circumscribuntur: Sed tamen eorum scientiae longe super nos incomparabiliter dilatantur. Interius & exterius sciendo distincti sunt: quoniam ipsum fontem scientiae contemplantur. Quid enim de his quae scienda sunt nesciunt: qui scientem omnia sciunt.

Isydorus li°. de summo bono. Isydorus.

Boni angeli ad ministerium humanae salutis deputati sunt: ut cunctis administrent mundi: & regāt omnia iussu dei.

Isydorus Ibidem.

Singulæ gentes præpositos angelos habere creduntur: omnes homines angelos habere probantur.

Isydorus Ibidem.

Natura angelorum mutabilis ē: quia inest illis mutabilitas in natura: Sed facit eos incorruptos charitas sempiterna. Isydorus Ibidem.

Angeli sunt natura mutabiles conditi: Sed facti cō templatione immutabiles: animo impassibiles: mē te rationales: Stirpe æterni: & beatitudine perpetui. Bernardus in sermone de angelis.

Bernardus

Simus deuoti: simus grati tantis custodibus: redamamus eos: quantum possumus: quantum debemus effectuosē: ideo angelos eius tanq̃ futuros aliquando cohæredes. Vos uero interim actores & tutores a patre positos: & ꝓpositos nobis: adhuc enim paruuli sub tutorib⁹ & actorib⁹ sumus. Ibidē.

Quotiens ergo grauissima cernitur urgere tentatio & tribulatio uehemens imminere: inuoca custodem tuum: directorem tuum: adiutorem tuum in oportunitatibus tuis. In tribulatione uero neq; dormitat neq; dormit: & si quando ad tempus dissimulat. Bernardus in sermone de angelis.

Veh nobis: si quando prouocati sancti angeli peccatis & negligentiis indignos nos iudicauerint ꝓsentia & uisitatione sua: & quorum præsentia protegere nos & propulsar̄ poterat inimicum. Quod si necessariam habemus familiaritatem dignationis angelicæ: cauenda est nobis eorum offensa: & in his minime exercendum quibus eos non nouimus oblectari. Hæc autem placent eis: quæ in nobis inuenire delectat: ut est sobrietas: castitas: paupertas uoluntaria: creber in cælum gemitus: & super hæc omnia ueritatem & pacē a nobis exigūt.

Bernardus Ibidem.

Benignus es domine qui non es contentus nostra fragilitate murorum: Sed ipsis hominum custodibus angelicam custodiam supponis.

Bernardus in sermone. Quadragesimæ super illud. Accesserunt angeli & ministrabāt ei.

Tu ergo si uis habere ministerium angelorum fuge consolationes sæculi: & tentationibus resiste Diaboli. Ibidem.

Angelis suis mandauit de te &c. O quantum debet tibi hoc uerbum inferre reuerentiam: afferre deuotionem: conferre fiduciam: pro præsentia reuerentiam: pro beniuolentia deuotionem: pro custodia fiduciam: Caute ergo ambula ubi sunt angeli: ut custodiant te in omnibus uiis tuis.

Bernardus Ibidem.

Credimus angelos sanctos astare orantibus: offerre deo uota: & preces hominum: Si sine deceptione leuari puras manus prospexerint.

Bernardus Ibidem.

In quouis diuersorio: In quouis angulo: reuerentiā exhibe tuo angelo: nec audeas illo præsente quod me uidente non auderes. Adsunt igitur tibi non modo præsentes tecum: sed etiam ꝓ te adsunt ut protegant: adsunt ut prosint.

Origenes

Origenes sup librum numeroꝝ homelia. lxix.

Agunt angeli diem festum lætātes super his qui refugientes consortia dæmonum: per exercitia uirtutum angelicis festinant sociari consortiis.

Origen. sup librum numeroꝝ homelia. lxxi.


Adest unicuique nostrum etiam minimis qui sunt i ecclesia dei: angelus bonus: angelus domini: qui regat: qui moneat: qui gubernet: qui pro actibus nostris corrigendis: & miserationibus exposcēdis quottidie uideat: faciem patris qui in cælis est.

ANgor: græce. ἀγχόνη.ης.ἡ. anchoni. & ἄγχω. ango. est ægritudo premens. secūdum. Ciceronem li⁰. tuscul. quæst.

Angor est animi & corporis cruciatus. unde anxi⁹ sollicitus & anxietas sollicitudo dicitur: quæ & anxitudo dici potest. Actius. Persuasit mœror: anxitudo: error: dolor.

Ngustia græce. στενοχωρία.ας.ἡ. stenochoria: & στενός.ού.ὁ. angustus dicitur: Est uiarum strictura: aut cuiuscunq; alterius rei. unde per translationem pro difficultatibus capim⁹. Cicero. Neminemq; qui ei in tot rerum angustiis subueniret habebat. Venit autem ab angusto uerbo quod est coarcto: q; anguli semper coarctentur.

ANIMA




Partes nutritiuæ diffinitæ. Qualitates instrumétales. Sedes earum.

ANIMA Vegetatiua.

- Nutritiua cui⁹ obm ē alimētum scdm qd potentia aiatū cui⁹ uires sunt
  - Attractiua q̄ attrahit alimentū aiati nutritiuū. — Per calidū et sic cū cui⁹ sedes sē.
    - Stomachus in quo est appetitus nutritiui.
    - Epar i quod attrahit subtile separatum a grosso alimēto i stomacho.
    - Membra nutrienda q̄ incarnātur a nutrimento quod inducitur uiis. — Venaꝝ p q̄s ducitur humor. — Artariaꝝ p q̄s ducunt spūs uitales.
  - Retētiua q̄ attractum retinetur: donec digeratur. — Per frigidū et sic cū cui⁹ sedes sē.
    - Stomach⁹ i q⁹ retinet attractum ut digerat.
    - Epar in quo reseruatur attractum a stomacho nutrimentum mittendum ad cor: & puꝝ ibi reseruatum, est materia ex qua fit nutritio totius animalis: cuius particula mittitur ad uasa seminaria.
    - Extremitates uenarum.
  - Digestiua q̄ attractum & retentum digeritur. — Per calidum & humidum cuius sedes sunt.
    - Os in quo fit masticatio nutrimenti: & solum præparat & disponit ad digestionem.
    - Stomach⁹ i q⁹ fit prima digestio: & ibi sepat grossū alimti a subtili.
    - Epar in quo fit resolutio nutrimēti in iiii. humores: & ide mittit alimentum puꝝ ad cor: & in uia illius motus fit tertia digestio: & purum ibi reseruatum ē materia ex qua fit nutritio totius animalis: sed eius particula mittitur ad uasa seminaria.
    - Extremitates uenarum in quibus fit acceptio nutrimenti.
  - Expulsiua q̄ superflui alimēti egeritur. — Per frigidum & humidum cuius sedes sunt.
    - Venter cū suis itestinis: i quē uenit a stōacho superfluū alimti digesti.
    - Vessica in qua recipitur humidum urinale: quod stillat ab epate.
- Augmentatiua: cuius obiectum est alimētum scdm quod potētia quantum.
  - Vasa seminaria in qbus sumitur superfluum quartæ uel propriæ tertiæ digestionis: qd dr semen: p quod fit generatio: & dr superfluum in quantitate: nō autē in q̄litate: q a p hoc generat aial sibi simile.
- Gn̄atiua cui⁹ finis ē gn̄are sibi simile i specie Cuius obiectum ē alimentum scdm qd gn̄atiuum sibi similis in specie: et ē a deo & natura indita propter speciei conseruationem. Cuius uires sunt
  - Seminatiua: quæ in masculis & fæminis semen generat.
  - Immutatiua quæ uirtutes quæ insunt seminibus permiscet cōtemperando: scdm q̄ cōplexiōi cuiuslibet mēbri corpis formādi cōuenit.
  - Formatiua: q̄ sic pmixtis seminibus: membra format & cōfigurat.

POTENTIAE. SENSITIVAE. ORGANA. OBIECTA. ACTVS.



POTENTIAE: SENSITIVAE — ORGANA — OBIECTA — ACTVS

ANIMA Sensitiua

- **Apphēsi/ Dei/(ua. t⁹scdm.b. Tho. & Auerroi. cu⁹ ptes sc̄.**
  - Sēsus cōis: uirtus cui reddūt oia sēsata: & ē uelut cētrū alioꝝ.v.sēsuū: a q° deriuantur sicut rami.
    - Organa: Pria cōcauitas cerebri maxime humida.
    - Obiecta: Sensibile sēsatū ut cognoscibile cuius act⁹ sunt.
    - Actus: Disiinguere iter ꝑpria sēsata: ut inter colorem: & sonum. ꝑcipe cōia sēsata: sic motū: qe tē: magitudinē: figurā: nūeꝝ. ꝑcipe sēsatōes ext ioēs: sic quā sētio me sētire: et uido me uidere.
  - Phātasia siue Imaginatiua q̄ scdm Arist. ē mot⁹ fact⁹: a sensu scdm actum.
    - Organa: Secūda cōcauitas cerebri: uel ps imediate se/quēs minus humida.
    - Obiecta: Sēsibile sensatū ut reseruabile.
    - Actus: Retinere spēm uel similitudinē sēsibilis quā accepit a sēsu cōi i absentia ipsius sensibilis.
  - Aestiatiua q̄ i hoib⁹ dī cogitatiua uirt⁹ apphēdēs d sensato: qd nō ē sēsatū: sicut sūt intētōes: ut infra.
    - Organa: In brutis posteriō ps capitis. In hoib⁹ media cellula cerebri: uel i sūmo ei⁹ quæ dī sillogistica.
    - Obiecta: Intētio bonitatis et maliuolentiæ ɔuēiētiæ & discōuēiētiæ: utilitatis uel nocumēti: ut elicibilis a forma imagiata.
    - Actus: Apphēdere itētiōes sēsibiliū: sic̄ i oue cogōscēte inimicicias lupi: uel galina uulpis nāliter.
  - Memoratiua uirt⁹ cōser/uatiua itētionū: q̄s apphēdit æstiatiua. Et i hoibus proprie ē reminiscentia.
    - Organa: Postrema concauitas cerebri.
    - Obiecta: Intentio elicita ab æstiatiua inq̄tū reseruabilis.
    - Actus: Retinere de intētiōibus sensibilium qd apprehendit æstimatiua.
- **Motiua duplex.**
  - Per modū dirigētis.s. ostēdē⁹ qd ꝑseq̄ndū uel fugiēdū & hoc facit.
    - Phātasia & sēsus cōis: ostēdēdo formas sensibiliū ꝑsequēdoꝝ: uel fugiendoꝝ: ut colorē: saporē: odorē: figurā: numerum: & huiusmodi.
    - Aestimatiua: ꝑtēdando intentiones sensibilium sequēdoꝝ: uel fugiendorum: sicut utilitatē: nocumētū: cōueniētiam: discōueniētiā: delectabilitatē: uel tristiciam eorum.
  - Per mōm ipantis & est uirt⁹ a phis dicta appetitiua a Theolo/gis sensualitas du/(plex.s.
    - Cōcupiscibilis: q̄ ē uis impans motū ad ea quæ æstimāt necessaria et utilia appetitu dlectādi: cuius obm ē bonū simplr et absolute cui⁹ act⁹ sunt.
      - ꝑseq re spectu boni
        - Concupiscere.
        - Desyderare.
        - Gaudere.
        - Letari.
        - Amare.
        - Diligere.
        - Hæc ptē pficiunt et modrāt̄ .vi. uirtutes morales.s.
          - Temperantia
          - Liberalitas
          - Affabilitas.
          - Veritas.
          - Eutrapelia.
          - Philotimia.
      - Fugere respe/ctu ma (li.
        - Aboiari ɔtra dsiderare.
        - Dolē ɔtra gaudēr.
        - Tristari cōtra lætari.
        - Odisse contra amare.
        - Cōtēnere ɔtra diligēr.
    - Irascibilis: q̄ ē uis i/pās moueri ad pellēdū a se qd æstiat̄ nociuū aut cōrūpēs appetitu uicēdi: Cui⁹ obm ē bonū arduū & expediens: & est scdm.b. Tho. uelut armiger & desēsatrix cōcupiscibilis scdm duplicē dispositōem.s.
      - Corroboratōem q̄ cōseq̄t̄ cordis & uirtutis ipetuosā cōfortatōm ex cu⁹ ipio fiunt act⁹.
        - In bonū si quodcūq̄: sed excellēs et honōabile cu⁹ act⁹ sc̄.
          - Ambitio
          - Spes
          - Superbia
          - Contēptus.
        - In malū si qdcūq̄ sed excellēs cuius act⁹ sūt
          - Dūatio.
          - Audacia.
          - Ira
          - Insurrectio.
      - Debilitatōem q̄ ē dispōitio i/petuose ɔseq̄ns discōfortatio nē cōdis: scdm quā p modum fugæ fiunt actus.
        - a bo⁹ arduo difficili nō excellenti.
          - Desperatio
          - Humiliatio
          - Reuerentia
        - a malo ar/duo diffici li uel excellenti.
          - Pœnitentia
          - Impatiētia.
          - Timor.
  - Per modū exeq̄ntis: et ē uirt⁹ cōseq̄ns ad affectiuas diffusa i lacertis: musculis et neruis ɔtrahēs & flaxās ligamēta cōiūcta mēbris et ē duplex scilicet.
    - Gn̄alis: ē uirt⁹ motiua cōseq̄ns ut supra cui⁹ sedes ē i postrema pte cerebri & capitis unī oriūt̄ nerui motiui: sic ab iteriori nerui sēsitiui ramificati p totum corpus.
      - Cōtractiua: ex qua si ꝑuenit mot⁹ foti⁹ aialis d loco ad locū: sed ē q̄ aial.
        - Cōtrahit̄ — ut Cōchilia
        - Extēditur. — & Ostrea.
      - Progressiua: ē uis uel pricipiū trans eundi. de loco ad locū cui⁹ spēs sc̄.
        - Gressiua pedib⁹
        - Volatiua alis
        - Reptatiua costis & (uētre.
        - Natatiua penulis. So lo orgāo differētia.
      - Opatiua: ē pricipium opādi: cui⁹ organa cōiūcta sc̄ man⁹ i hoib⁹: uel os: uel cornua: uel pedes: ut i apib⁹ (& araneis.
      - Vocatiua: ē pricipium emittēdi uocem secundum apprahensionem: indicatiua affectionum cuius organum est pulmo: & uitalis artaria: Quare est in solis a/nimalibus habentibus pulmonem.
    - Particularis: ē i singulis mēbris uis motiua p collatā uirtutē a gn̄ali: Cuius partes sunt.

- **ANIMA Intellectiua**
  - Apphensiua & ē itellect⁹ sepabilis: qa nō utitur organo corporeo: et icorruptibilis: q distiguit̄ scd̄m Differētiā.
    - Naturæ i.
      - Intellectū agētē q⁹ ē oia facē: cui⁹ actiō. ii. s.
        - Illuminare formas uel species sensibiles existentes in imaginatione uel æstimatione: & illuminando abstrahere.
        - Copulare abstractas.
      - Hui⁹ obm ē qditas rei mālis: ut factibilis: se hēns ad māifestādas spēs itelligibiles: ut lumē: uel lux ad māifestādū colorē.
      - Intellm̄ possibilē q dr̄. Et ē ut tabla nuda picturaꝝ oium susceptibilis nullā spēm hñs actu: sed possibilis ad (oēs.
        - Materialis qñ ē solū i potentia nullā hñs formā: uel speciē intelligibilē.
        - Dispositus⁹ uel i hitu: qñ hē i se pricipia & ,ppōitōes q̄ nō alūde: sed p se sunt notæ: Vt oē totū ē mai⁹ sua pte: De q⁹libet ē uera affirmatō uel negatio. & si ab æq̄lib⁹ æq̄lia demas q̄ rēanēt æq̄lia sē.
        - Adept⁹ uel pfect⁹: qñ hēt con⁹es q̄ sequūt̄ ad principia: sed nō ē cōuersus ad illa p actualē consyderationem.
        - Accōmodat⁹ uel in actu: qñ hæc actu cōsyderat.
        - Et in hac pte sē. vii. hitus itellectuales quorum
          - Quiqꝫ nō cōtigit assē tīr falso: iō recte dicūt̄ uirtutes & hit⁹ intellectus & sūt
            - Intellect⁹
            - Sapiētia
            - Scientia
            - Prudētia
            - Ars
          - Duoqb⁹ cōtigit assētīr falso: iō dicūt̄ hit⁹: sed nō uirtutes intellectuales. scilicet
            - Opinio
            - Suspicio.
    - Ordis: & sic distinguit. B. Aug. itellectum in Ratiōem
      - Superiorem.
      - Inferiorem.
    - Exercitū: & ē quasi itellectus exercetur uel exercet cuius spēs sunt
      - Inuētiua uel Inuestigatiua: q̄ est inq̄sitio ueri p se: uel expiētia p mōm cōpositōis uel resolutiōis: uel p modū cognitiōis cāæ ad effectū: uel ecōtra ad quā requirūt̄. qnqꝫ. s.
        - Ingenium: quod est extēsio intellectus ad intellectoꝝ cognitōem.
        - Experientia: est reꝝ certitudo facta p sensum.
        - Appræhēsio: ē simplex acceptio rei itelligibilis uel hoīs uel bouis.
        - Cōceptō: ē cōplexa itellectualis acceptio.
          - Cōpositiua. ut hō ē animal.
          - Diuisiua: ut hō nō est asinus.
        - Rōcinatio: ē discursus itellect⁹ ab uno i aliud: a prin⁹ ad conclusiones ut i syllogismis & consequentiis.
      - Indicatiua & ē actio intellectus qua ueꝝ discitur ab alio: quæ.
        - Secundum se consyderata cuius actus sunt. v. superiora. scilicet
          - Ingenium
          - Expientia
          - Apphēsio
          - Cōceptio
          - Rōciatio.
          - Quæ ptinēt ad iudicatiui: ut sē ab alio: ad inuētiuam uero ut sē (a se.
        - Inq̄tū iungit̄ sensibili cui⁹ act⁹ sūt
          - Discretio.
          - Dubitatio.
          - Opinio
          - Fides.
          - Scientia.
      - Memoratiua ē Thæsaurus specieꝝ intellectaꝝ cui⁹ act⁹ sunt
        - Retinere species intellectas uel conceptas.
        - Repræsentare retentas.
        - Reparare ex alio deperditas ut ex loco uel huiusmodi.
      - Interptatiua: q̄ est datiua cognitionis ad alios: cuius act⁹ sunt
        - Excogitatio: quæ est configuratio uel conformatio cogitatōnis ad exprimendum exterius: conceptum interius.
        - Significatio: q̄ ē ex cogitatōis formatæ p signa uel p uerba demōstratio: & fit potissime p locutionē: quæ est uocalis ,platio cum itentione significandi uel ,pferēdi. Quare nō est irrationalium.
  - Appetitiua et ē uoluntas Cui⁹ obiectū ē bonū: uel apphēsum sub rōne boni: cui⁹ act⁹ sē. Et hāc pficit proprie iusticia pticularis: q̄ ē I ea tāq̄ i ,pprio subiecto. Impropriē āt iusticia legalis.
    - Eliciti
      - Respectu finis.
        - Velle.
        - Intendere.
        - Frui.
      - Respectu coꝝ q̄ sunt ad finem
        - Eligere.
        - Consentire
        - Vti.
    - Imperati: & sūt Actus.
      - Voluntatis
      - Rationis
      - Appetit⁹ sēsitiui uel sēsualitatis.
        - Cōcupiscibilis
          - Amare.
          - Odisse.
          - Concupiscere.
          - Fugere uel abominari.
          - Delectari.
          - Tristari uel dolere.
        - Irascibilis
          - Sperare.
          - Desperare.
          - Timere
          - Audere.
          - Irasci.
      - Membroꝝ deseruientium aīali: inq̄tum ē sēsitiuum uel animal.



NIMA: graece ψυχή. ψυχῆς. psychi & ψυχικός. οῦ. ὁ. psychicos animalis dicitur: Et est substantia creata: inuisibilis: immortali deo simillima: imaginem nullam habẽs nisi creatoris sui: secundum Augustinum libro diffinitionum.

Anima est principium quo uiuimus: sentimus & intelligimus: nutrimur: & secundum locum mouemur primum. Secundum Aristotelem li. ii. de aĩa.

Anima est actus primus substantialis corporis phisici organici in potentia uitam habentis. secundum Aristotelem. li°. ii. de anima.

Anima uegetatiua est principium quo uegetamus primum:

Anĩa sensitiua est principium quo sentim⁹ primum.

Anima intellectiua est principium quo intelligimus primum. secundum Eundẽ Aristotelem.

Anima ut ait Lactantius li° de opificio dei c°. xvii. quid sit inuidum inter philosophos conuenit: nec unq̃ fortasse conueniet. Ezechiel. cap. xviii.

Ezechiel Anima quae peccauerit ipsa morietur.

Matthae⁹. Matthaeus capitulo. x.

Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem occidere non possunt. Marcus cap. viii.

Marcus Quid enim prodest homini: si lucretur mundũ totum: & detrimentum animae suae faciat? Aut quid homo commutationis dabit pro anima sua?

Augustin⁹ Augustinus lib. de Doctrina Christiana.

O anima christiana euigila: & si qua in te sit uirtus charitatis quae omnia sustinet: domini tui imitare uestigia. Consydera quot millia martirum tritam tibi fecerunt uiam. Transierunt uirgines. Transierunt martires: Transierunt pueri & puellae: & adhuc times. Quia docet te ille qui est uia: ueritas & uita: Via non errans: Veritas non fallens: uita non deficiens. Via in exemplo. Veritas in promisso: & uita in praemio.

Idem confesso. lib. vi.

Veh animae audaci: quae sperauit: si a te recessisset: se aliquid melius habituram. Versa & reuersa: in tergum & in latera: & in uentrẽ: & dura sunt omnia: & tu solus requies: & ecce habes.

Augustinus super genesim ad litteram.

Sicut deus omnem creaturam: Sic anima omnem creaturam naturae dignitate praecellit. Omnis autem anima aut Christi sponsa: aut Dyaboli adultera est. Aug. li°. de spiritu & anima.

Faelix anima quam dei pietas respicit: Humilitas subiicit: Potentia reducit: obedientia conducit: perseuerantia perducit: deuotio introducit charitas unit. August. de ecclesiasticis dogmatibus.

Non duas animas dicimus esse in homine uno: sicut Iacobus & alii scribunt: unam animalem: qua animetur corpus: & mixta sit sanguine: alteram spiritualem: quae rationi administret. Sed dicimus unam eandem q; animam esse in homine: quae & corp⁹ sua societate uegetet: & semet ipsam sua ratione disponat.

Augustinus li°. xiiii. de ciuitate dei.

Dolores qui dicuntur carnis animae sunt in carne: & ex carne. Quid enim caro pre se ipsam sine anima dolet? uel concupiscit? Sed quod concupiscere uel dolere dicitur: aut ipse homo est: aut aliquid animae: quod carnis afficit passio: aut aspera quod facit dolorem: aut laenis quod uoluptatem.

Augustinus super Ioannem.

Spiritus deficit: ubi caro requiescit: Vt enim caro mollibus: sic anima duris nutritur. Illam blanda refouent. Hanc aspera exercent.

Hieronym⁹ epistola. vii. ad Damasum papam.

Noli despicere animam: ꝓ qua Christ⁹ mortuus est.

Hieronymus contra Iouinianum epistola. viiii. c°. xxviii. Hierony⁹.

Sensus corporum quasi equi sunt sine ratione currentes: Anima uero in aurigae modum retinet frena currẽtium: & quomodo equi absq; rectore praecipiter ruunt: ita corp⁹ sine ratione & imperio aĩae in suum fertur interitum. Alia quoq; comparatio animae & corporis a philosophis ponit᷑. Corp⁹ puerum: aĩam pedagogum esse dicẽtibus. Vnde & hystoricus. Animae imperio corporis seruitio magis utimur. Alterum nobis cum diis: alterum cum belluis commune est. Igitur nisi uitia adolescentis & pueri prudentia paedagogi rexerit: omnes conatus eius & impetus ad lasciuiam properant.

Hierony. in Epistola. xxxviii. ad Anastasium.

Alii asserunt q; formatis in utero corporibus deus quottidie faciat animas & infundat. Alii factas iam olim. idest tunc quum omnia deus creauit ex nihilo: nunc eas iudicio suo dispenset in corpore. Et hoc sensit origenes & non nulli alii graecorum. Ego uero quum haec singula legerim (teste deo dico) quia usq; ad praesens certi uel definiti aliquid de hac quaestione non teneo. Sed deo relinquo scire: quid sit in uero: & si cui ipse reuellare dignabitur. Ego tamen haec singula & legisse me non nego: & adhuc ignorare confiteor: praeter hoc quod manifeste tradit ecclesia: Deum esse & animarum & corpoꝝ conditorem. Ambrosius i examerou. Ambrosi⁹.

Qui animas ratiõales immortales esse dubitat: alienus proculdubio a se ipso est. Ambrosius sup illud psalmi. Eloquium tuum uiuificauit me.

Hæc eſt animæ noſtræ uitalis ſubſtantia: qua alitur & paſcitur: & gubernatur. Nec quicq̃ eſt aliud q̃d uiuere faciat rationalem animam q̃ eloquium dei.

Gregorius — Gregorius Bonifacio archiepiſcopo: & habetur. xiii. q. ii. Animæ defunctorum.

Animæ defunctorum quattuor modis ſoluuntur: aut oblationibus ſacerdotum: aut precibus ſanctorum: aut charorum elemoſinis: aut ieiunio cognatorum. Curatio uero funeris: Conditio ſepulturæ: Pompa exequiarum: magis ſunt uiuorum ſolacia: q̃ ſubſidia mortuorum.

Gregorius li°. i. moralium.

Sic conditi mirabiliter ſumus: ut ratio animam: & anima poſſideat corpus. Ius uero animæ a corporis poſſeſſione repellit': Si nõ prius aia a rõne poſſidetur. Gregorius li°. xxvi. moralium.

Quo quo ſe uerterit anima: ſi uigilanter intendit: in eiſdem ipſis deum inuenit: per quæ reliquit: eiuſq; potentiam ex eorum cõſyderatione cognoſcit: quorum amore deſeruit: & per quæ peruerſe cecidit: per hæc conuerſa reuocatur.

Gregorius lib. iiii. Dyalogorum.

Tres uitales ſpirit⁹ creauit omnipotens deus: unum qui carne non tegitur: Alium qui carne tegit': Sed non cum carne moritur. Tercium qui carne tegitur: & cum carne moritur. Primus angelorum. Secundus hominum: Terti⁹ brutorum animalium.

Io. chryſo. — Io. chryſoſtomus de reparatione lapſi.

Si animam negligamus: nec corpus ſaluare poterimus. Non enim anima pro corpore: ſed corpus ꝑ anima factum eſt. Qui ergo quod primum eſt negligit: & quod inferius eſt tollit: utrunq; corrumpit. Qui uero ordinem ſeruat: & quod primum ẽ colit: ẽt ſi negligat quod ſecundum eſt: p primi ſalutẽ ſeruabit' & ſcdm. Idẽ ſup. Matthæum.

Facies animæ eſt conſcientia: Sicut enim in conſpectu hominum gratioſa ẽ facies pulchra: Sic i oculis dei ſpecioſa eſt conſcientia munda.

Iſydorus. & habetur di. lxxxi. Valet.

Iſydorus — Valet interdum conuerſis pro ſalute ſuæ aiæ mutatio loci. Plerumq; n. dum mutat' locus: mutat' mẽtis affectus. Congruum eſt ergo & inde etiam corporaliter euelli: ubi q̃ſq; illecebris deſeruiuit. Nã locus ubi quiſq; praue uixerit: in aſpectu mentis apponit: quod ſæpe ibi quiſq; cogitauit uel geſſit.

Iſydorus li°. xi. Ethymologiarum.

Anima dum uiuificat corpus anima eſt. dum uult animus eſt: dum ſcit mens eſt: dum recolit memoria eſt: dum Rectum iudicat ratio eſt': Dum ſpirat ſpiritus eſt. Dum aliquid ſentit ſenſus eſt. Bernardus in ſermone dedicationis.

Bernardus — Ad imaginẽ quippe dei facta anima rõnalis cæteris omnibus occupari poteſt. Repleri oĩno nõ poteſt. Capacem enim dei quicquid deo minus eſt non implebit.

Bernardus ſuper cant. ſermone. xiiii.

Quid indecentius q̃ curuum recto corpore gerere animum. Bernardus ſermone. cvi.

Hæc eſt animæ ſuauiſſima & ſaluberrima requies: conſciẽtia munda: quies ſecura ſit beatæ animæ: Culc. tra conſcientiæ puritas: Capitale tranquillitas: Opertorium ſæcuritas: Vt i hoc iterim ſtrato dormiat delectabiliter: & fæliciter requieſcat.

Bernardus ſermone. cvii.

Aduertiſtis tres eſſe ſanctarum ſtatus animarum. Primum uidelicet i corpore corruptibili: ſecundũ ſine corpore: Tercium in corpore iam glorificato: Primum in militia: ſecundum in Requie: Tertium in beatitudine conſumata.

Bernardus ſuper cant.

Animæ deſyderanti dominus feſtinus occurrit: cæleſti rore circumfuſus: unguentis optimis delibutus: aiam recreat fatigatã: eſuriẽtẽ reficit: aridam impinguat terrenorum oblitam: ſui ipſius immemorem. Bernardus ſuper cant.

Pauptate: manſuetudine: fletu renouatur in aia ſimilitudo quædam & imago æternitatis omnia tẽpora complectens: Dum paupertate Futura meretur: manſuetudine ſibi præſentia uendicat: luctu pænitentiæ præterita quoq; recuperat.

Bernardus ſuper cant.

Cadit aſinus: & inuenit qui ſe ſubleuet. Cadit aia: & nõ eſt q manũ apponat. Hugo. li°. i. c°. xv. — Hugo.

In ſtatu innocentiæ ſicut deus præſidebat ſpiritui: Sic ſpiritus præſidebat carni. Et ipſa caro iumentum ſpiritus erat. Propterea ad ſeſſorem ſuum ptinebat: ut iumento ſuo pabulum prouideret: ne deficeret. Et hoc ſolum fortaſſis tunc ſufficere potuiſſet. Nunc autẽ ꝑter pabulum ẽt freno & calcarib⁹ idiget: Freno: ut furẽtẽ & ꝑcipitẽ a malo cohibeat: Calcarib⁹ autem: ut ad bñfaciẽdum excitet pigram. Lactantius fir. li°. vii. di. Inſtitutõum. — Lactantius

Quod ſi deus eſt & incorpalis & inuiſibilis & æternus: ergo non icirco interire animam credibile ẽ: quia non uidetur poſtq̃ receſſit.

Lactantius Ibidem.

Maius Teſtimonium requiramus. Polytes quidam conſuluit Apollinem Myleſium: utrum ne maneat anima poſt mortem: an reſoluatur: & Reſpõdit his uerſibus.

ψυχὴ μέχρις ὂν δ᾽ ἐσμοῖς πρὸς σῶμα κρατῆται

φθαρτὰ νοοῦσα πάθη θνητοῖς ἀλγηδόσιν εἴκει

ἡνίκα δ᾽ ἂμ᾽ ἄλυσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαρανθὲν

ὥκισ την ἔθεσαι ἐν διοέχει π ἅστα φοέει ται
αι ψα τε ἕλορ ὄντα μέρυδτιν πάμπαν ἀτρέῦν
πεοσ τόγομορ γὰρ τοῦτό θεοῦ διέταξ προνοια.

Idest: anima quidem quo ad uinculis corporis tenetur corruptibiles passiones sentiens: mortalibus cædit doloribus. Quum uero humanam solutionem uelocissimam post corruptum corpus inuenerit: omnis in æthera fertur: nunq̃ senescens & manet in æternum sine pœna. Primogenita etenim hoc diuina disposuit prouidentia. Ibidem.

Falsa est igitur. Democriti & Epicuri sententia & Dicearchi de animi dissolutione: qui profecto non auderent de interitu animarum mago aliquo præsente disserere: qui sciret certis carminibus ciere ab inferis animas & adesse: & præbere se humanis oculis uidendas: & loqui: & futura prædicere. Et si auderent re ipsa & documentis præsentibus uincerentur. Sed quia non peruidebãt animæ rationem: quæ tam subtilis est: ut oculos humanæ mentis effugiat: interire dixerunt.

Lactantius Ibidem.

Plato de anima disserens: ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales atq; diuinas: q; in pueris mobilia sunt ingenia: & ad percipiendum facilia: q; ea quæ discant. ita celeriter capiant: uti non tunc primum discere illa uideantur: sed recognoscere: atq; reminisci. In quo uir sapiens poetis in

Origenes. eptissime credidit. Origenes super cant.

Vbi afforet iusticia dei: ubi bonorum merces: malorumq; iusta supplicia: si anima mortalis esset.

Seneca ad lucillum epistola. xxxi.

Tutum iter & iucundum est ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa: quæ si non deserueris: par deo consurges. Parem autem deo te pecunia non facit. Deus nihil habet. Prætexta non faciet: Deus nudus est. Fama non faciet nec ostentatio tui. Nemo nouit deum. licet multi male de illo existiment & impune. Nõ turba seruorum lecticam tui portantium. Deus ille maximus potentissimusq; ipse uehit omnia. Nec forma quidem & uires beatum te facere possunt: Nihil horum: non patitur uetustatem. Quid ergo? Animus. Sed hic rectus: bonus: magnus. Quid aliud uoces hunc: q̃ deum in corpore humano hospitantem? Hic animus tã in equitem Romanum: q̃ libertinum: q̃ i seruum po

Seneca. test cadere. Seneca ad lucillum epistola. lxxx.

Sursum animum uocant initia sua. Erit autem illic etiam ante q̃ hac custodia exoluatur: Si uitia sua deseruit: purusq; ac leuis in cogitationes diuinas emicuit. Seneca in prouerbiis.

Nil magnum est in rebus humanis: nisi animus magna despiciens. Plato in Thimeo. Plato

Ad hoc anima coniuncta est corpori: ut fruatur scientiis & uirtutibus: Si autem cum feruore magno se inuenerit: benigne recipietur a suo creatore: Sin autẽ relegabit ad iferna. Arist. li. vii. metaphisice. Aristoteles

Ex sanitate in anima: fit sanitas in corpore. Aristoteles li°. vii. phisicorum.

In quiescendo & sedendo anima fit sciens & prudens. Aristoteles. li°. iiii. de Cælo & Mundo.

Formæ est continere: materiæ uero contineri. Idem primo de anima.

Anima est tãq̃ principium animalium. Ibidem

Passiones animæ uariãtur secundum uariationem seu dispositionem corporis. Quidam duris & magnis passionibus non mouentur. Quidam uero mouenẽ paruis & debilibus. Aristo. li°. p°. de aia.

Intellectus uel est phantasia: uel non est sine phantasia. Ibidem.

Dicere animã gaudere uel tristari: simile est ac si dicat aliqs eã texere uel ædificare. Arist. li. p°. de aia.

Intellectus est quid diuinum impassibile & incorruptibile. Ibidem.

Non quælibet anima potest intrare quodlibet corpus: sed quælibet anima habet proprium corpus. Quod est contra Pythagoram. Ibidem.

Egrediente anima ex corpore: corp⁹ expirat & marcescit. Aristoteles. li°. ii. de anima.

Anima est substantia. i. forma substantialis corporis. Ibidem.

Anima mouet corpus secundum omnem differentiam positionis. s. sursum: deorsum: ante: retro: dextrorsum: sinistrorsum. Aristo. li°. ii. de anima.

Quattuor sunt potentiæ animæ pricipales. s. uegetatiua: sensitiua: itellectiua: & motiua secundum locum. hæ sic se habent ad inuicẽ: q; uegetatiua põt esse sine sensitiua: ut patet in plantis: & non econuerso: & sensitiua sine motiua secundum locum: ut patet in quibusdam aialib⁹ conchilib⁹: & nõ econuerso. Et tã sensitiua q̃ motiua secundum locum possunt esse sine intellectiua: ut patet i aialib⁹ brutis: & nõ ecõuerso. Arist. li°. ii. de anima.

In plantis est una aia in actu: multæ uero i potẽtia: & ideo ptes eaz abscisæ uiuunt. Arist. li. ii. de aia.

Intellectus separatur ab aliis potẽtiis animæ: sicut perpetuum a corruptibili. Arist. li. ii. de aia.

Anima dat uiuere uiuentibus. Ibidem.

Omnia corpora phisica uiuentia sunt animæ instrumenta. Ibidem.

Aia est causa efficiens corpoz aiatoz: & principium motus secundum locum: & alteratõis. Ibidẽ.

Aia est cã corporis in triplici genere causaz. s. efficiens: formalis & finalis. Arist. li°. ii. de anima.

Nihil proprie & naturaliter nutritur niſi quod ha/
bet animam. Ibidem.

Tres ſunt potētiæ animæ uegetatiuæ.ſ.nutritiua:
augumentatiua: & generatiua.
Ariſtoteles li°.ii.de Anima.

Scientia eſt uniuerſalium quæ ſunt in anima: ſin/
gularia uero ſunt extra animam.
Ariſtoteles li°.ii°.de anima.

Phantaſia eſt motꝰ factꝰ a ſenſu: ſecundum actum
ſecundum quem aliqua multum agunt & patiun
tur. Ariſtoteles li°.ii.de anima.

Phantaſia non eſt opinio. Ariſtoteles Ibidem.

Phantaſia ad itellectum nullo modo ptinet. Ibidē.

Phantaſia eſt ſæpe falſorum.
Ariſtoteles li°.iii.de anima.

Intellectus eſt pars animæ. Ariſto.Ibidem.

Intelligere eſt quoddam pati.
Ariſtoteles libro.iii.de anima.

Sicuti ſe habet ſenſus ad ſenſibilia: ſic itellectus ad
intelligibilia. Ariſto.li°.iii.de anima.

Intellectus omnia intelligit.
Ariſtoteles libro.iii.de anima.

Intellectus poſſibilis nihil eſt actu de numero enti/
um anteq̄ intelligat ea. Ariſto.Ibidem.

Intellectus non habet aliquod organum in corpo/
re. Sed eſt ſeparatus ab omni organo corporali.
Ariſtoteles ibidem.

Anima intellectiua eſt locus ſpecierum intelligibi/
lium. Ibidem.

Anima non habet actu ſpecies.ſed ſolum potentia.
Ibidem.

Intellectus quum intelligit ualde intelligibile: non
impeditur intelligere infimum: ſed magis intelli/
git. Ibidem.

Intellectus quum intelligit alia: poteſt ſe ipſum in/
telligere. Ibidem.

Intellectus eſt ſimplex: & impaſſibilis & immixtus.
Ibidem.

Intellectus poſſibilis in principio eſt tanq̄ tabula ra
ſa: in qua nihil eſt ſcriptum uel depictum: Eſt ta/
men poſſibile ſcribi uel depingi.
Ariſtoteles libro.iii.de anima.

Intellectus intelligit ſe ſicut alia.ſ.per ſpecies alio/
rum. Ibidem.

In ſeparatis a materia idem eſt intellectus & intel/
lectum. Ibidem.

Intellectus eſt potentia ſine materia. Ibidem.

Duplex eſt potentia animæ intellectiuæ: agens &
poſſibilis. Ibidem.

Intellectus noſter eſt ens in potentia.
Ariſtoteles libro.iii.de anima.

Sicut ſe habent ſenſibilia ad ſenſum: ita phantaſ/
mata ad intellectum.
Ariſtoteles li°.iii.de anima.

Intellectus iudicat de Futuris & de ipſis deliberat.
Ariſtoteles li°.iii.de anima.

Duplex eſt intellectus poſſibilis.ſ.practicus: & ſpe/
culatiuus. Speculatiuus qui conſyderat ueꝝ ſim/
pliciter: Practicus qui conſyderat per comparatio
nem ad opus. Ariſt.libro.iii.de anima.

Sicut res habet eſſe: ſic habet intelligi.
Ariſtoteles libro.iii.de anima.

Anima quodammodo eſt omnia.
Ariſtoteles libro.iii.de anima.

Intellectus eſt ſpecies ſpecierum.i.forma forma/
rum. Ibidem.

Actus intellectus qui dicitur intelligentia ſimplici/
um: licet nō ſit phantaſma: tamē non eſt ſine phan
taſmate. Ariſtoteles li°.iii.de anima.

· Neceſſe eſt omne quod uiuit habere animam uege
tatiuam a principio uſq; ad finem.
Ariſtoteles li°.iii.de anima.

Neceſſe eſt omne animal habere ſenſum.
Ariſtoteles li°.iii.de anima.

Impoſſibile eſt corpus animalis eſſe ſimplex elemē
tum. Ibidem.

Senſus: guſtus: & Tactus: neceſſarii ſunt animali.
Illi autem tres ſunt ad bene eſſe. uiſus. odoratꝰ: &
auditus. Ariſtoteles li°.ii.de animalibus.

Creatio corporis & membrorum eſt propter aīam.
Ariſtoteles li°.xvi.de animalibus.

Anima nobilior eſt corpore: & animatum inanima
to: & uiuum mortuo: & ens non ente.
Ariſtoteles.ibidem.

· Solus intellectus intrat in nos ab extrinſeco: & ipſe
ſolus diuinus eſt. Ariſtoteles. Ibidem.

Anima eſt ſubſtantia.i.forma ſubſtantialis.
Ariſtoteles primo Aethicorum.

Bona animæ ſunt maxime bona.
Ariſtoteles li°.ii.Aethicorum.

· Tria ſunt in anima: paſſiones: potentiæ: & habitꝰ.
Ariſtoteles li°.vi.Aethicorum.

Bonum uerum eſt intellectus *bonum*.
Ariſtoteles li°.vi.Aethicorum.

Quinq; ſunt in anima habitus quibus uerum dici/
tur. uidelicet. Ars. ſcientia: intellectus: ſapientia:
& prudentia. Ariſtoteles lib.viiii.Aethicoꝝ.

Optimum quod eſt in homine eſt intellectus: quia
licet intellectus quantitate ſit minimum: eſt tamē
potentia magnum: & precioſitate maximum.
Ariſtoteles lib.i. polyticorum.

· Anima naturaliter dominatur corpori: ſicut domi
nus ſeruo. Ibidem.

Vtile eſt corpus regi ab anima.
Ariſtoteles lib.vii. polyticorum.

Anima precioſior eſt corpore: & omni poſſeſſione:

& omnibus aliis bonis. Ibidem
Bonum animæ preciosius est omnibus bonis.
Aristoteles.viii.polyticorum
Anima naturaliter delectatur in musicis melodiis.
Themist⁹. Themistius super.i.de anima.
Si ueritatem de anima cognouerimus: ualde ma/gnum nobis erit introductorium ad omnem ueri/tatem: & ad omnes partes philosophiæ insignes dat occasiones. Ibidem
Intellectu nihil est diuinius.
Themistius lib.iii.de anima.
Ille intellectus qui plura intelligit non est nobilior: Sed qui digniora.
Themistius super lib.iii.de anima.
Consyderatio de anima: est consyderatio naturalis.
Themistius super.iii.lib.de anima.
Intellectus non manet sine uoluntate.
Laer.diog. Laerti⁹ diogenes de uita & morib⁹ philosophoꝝ.
Thales Mylesius primus inter philosophos dicit de astrologia tractasse: & primus animas immor/tales posuisse: & de natura disputasse.
Macrobi⁹. Macrobius lib.i.super.Somno Scipiōis.
Animarum originem manare de cælo inter philo/sophantes indubitate constat esse sententiæ. Et hæc est perfecta sapientia: ut unde orta sit: de quo fonte uenerit recognoscat.
Macrobius li.i.super.Somno Scipionis.
Animas uero ex hac uita cum delictorum sordibus recedentes æquandas his qui in abruptu ex alto præcipitiꝗ dilapsi sunt: unde nunq̄ sit facultas re cedendi. Ideo ergo utendum est concessis uitæ spa ciis: ut sit perfectæ purgationis maior facultas.
Macrobius lib.vii.saturnalium.
Tria sunt enim quæ ex animæ prouidentia accipit corpus animalis: ut uiuat: ut decore uiuat: & ut i/mortalitas illi successione quæratur.
Cicero. Cicero lib.ii.de legibus.
Quod autem ex hominum genere consecratos si/cut herculem & cæteros coli lex iubet: indicat om nium quidem animos imortales esse: Sed fortium bonorumꝗ diuinos.
Cicero lib.i.Tusculanaꝝ Quæstionum.
Aristoteles longe omnibus (Platonem semper exci pio) præstans: & ingenio & diligentia: quum quat tuor nota illa genera principiorum esset comple/xus: e quibus omnia orirentur: quintam quandā naturam censet esse: e qua sit mens.
Cicero lib.i.Tusculanarum Quæstionū.
Maximum uero argumentum est naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare: Quod omnibus curæ sunt & maxime quidē quæ post mortem futura sunt. Serit arbores quæ alte/ri sæculo prosint ut ait Ennius in Synephæbis. Quid spectans nisi: etiam postera sæcula ad se per tinere. Ergo arbores serit diligens agricola quaꝝ aspiciet baccam ipse nunq̄. Vir magnus leges & instituta reipu.conseret. Quid procreatio libero/rum? Quid propagatio nominis? Quid adoptio/nes filiorum? Quid testamentorum diligentia? Quid ipsa sepulchrorum monumenta? Quid eu/logia signant? nisi nos futura etiam cogitare.
Cicero lib.i.Tus.Quæst.
Sin autem est quinta quædam natura ab Aristote/le inducta primum hæc & deorum est: & animoꝝ.
Cicero Ibidem.
Animorum nulla in terris origo inueniri potest. Ni/hil enim est in animis mixtum atq̄ cōcretum aut quid ex terra natum atq̄ fictum esse uideat. Ni/hil ne? aut humidum qdē: aut flabile aut igneum? His enim in naturis nihil inest quod uim memo/riæ: mentis: cogitationis: habeat: quod & præteri ta teneat: & futura præuideat. & complecti pos/sit præsentia quæ sola diuina sunt. Nec inuenitur unq̄ unde ad hominem uenire possit nisi a deo.
Cicero li⁹.primo Tusculanarum Quæstionum.
Nihil est animis admixtum: nihil concretum: nihil coagmentatum: nihil duplex: Quod quum ita sit: certe nec secerni: nec diuidi: nec distrahi potest. Nec interire igitur. Est enim interitus quasi discef sus & secretio: ac direptus earum partium quæ an te interitum iunctione aliqua tenebantur.
Cicero libro ultimo Tus.quæstionum.
Humanus autem animus decerptus est ex mente di uina: cum alio nullo: nisi cum ipso deo (si hoc fas est dictu) comparari potest.
Cicero in Paradoxis.
Nihil est animo præstantius: nihil q̄ diuinius.
Cicero in Catone maiore uel de senectute.
Est enim animus cælestis ex altissimo domicilio de/pressus: & quasi demersus in terram locum diui/næ naturæ æternitatiꝗ contrarium. Sed credo de os immortales sparsisse animos in corpora huma/na: ut essent qui terras tuerentur: Qui q̄ cælesti/um ordinem contemplantes imitarentur eum ui/tæ modo atq̄ constantia. Nec me solum ratio ac disputatio impulit ut ita crederem: sed nobilitas etiam summorum philosophorum & authoritas.
Cicero in Catone maiore uel de senectute.
Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior hæc dicit. Nolite arbitrari mihi Charissimi filii me quum a uobis discessero nusq̄ aut nullū fore. Nec enim dum eram uobiscum animum meum uidebatis. Sed quum essem in hoc corpore: ex his rebus quas gerebam intelligebatis. Eundem igi/tur esse creditote: etiam si nullum uidebitis.
Cicero Ibidem.

Mihi nunq̄ quidem persuaderi potuit animos dum in corporib⁹ essent mortalibus uiuere: quum exis/sent ex his emori.

Salustius. Salustius in Catilinario.

At ingenii praeclara facinora: uti anima immorta lia sunt. Ibidem.

Alterum nobis cum diis commune est.s.anima: Al terum cum belluis.s.corpus.

Phocylides Phocylides.

ψυχὴ δ᾽ ἀθάνατος: καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός. idest.

Anima autem immortalis: & insenescibilis ui/uit per omne tempus.

Menāder. Menander.

βέλτιον ἐστι σῶμα ἢ ψυχὴν νοσεῖν.

Melius est corpus q̄ animam aegrotare. Idem.

ψυχῆς ἐπιμελοῦ τῆς σεαυτοῦ καθ᾽ ὅσον. idest.

Animam cura tui ipsius inquantum potes. Idē.

ψυχὴν ἔθιζε πρὸς τὰ χρηστὰ πράγματα.

Animā assuesce ad utilia opera. (idest.

Ouidius. Ouidius.libro.xv.metamorphoseos.

Morte carent animae. Ouidius Tristium li°.

Singula quid referam. Nil non mortale tenemus:
Pectoris exceptis ingeniiq; bonis.

Iuuenalis. Iuuenalis satyra.xv.

Sensum a caelesti demissum traximus arce.

Lucretius. Lucretius.

Cedit enim retro de terra quod fuit ante
In terra: sed quod missum est ex aetheris oris
Id rursum caeli fulgentia templa receptant.

Manilius Manillius lib.iiii.

An dubium est habitare deum sub pectore nostro?
In caelumq; redire animas: caeloq; uenire.

Petrarcha Franciscus Petrarcha cantilena.ii.

Lalma che sol da dio facta gentille:
Che gia daltrui non po uenir tal gratia
Simile al suo factor stato retiene.

ANnus.g̃.ἐνιαυτός.οῦ.δ.ennos &.ἔτος.etos dicit. Et teste Festo graecum est. Sunt tamē qui uelint latinum esse: ut Atteius capito teste Macrobio li°.primo saturnaliū: Qui annum ipsum a circuitu temporis dictum putat: ab an quod est circum: & nonas: & Inde annonā deduci manifestum est. Alii ab annulo quia instar annuli in se redeat Virg. Atq; in se sua per uesti/gia uoluitur annus.

Annus lunaris mēsis est: quia luna paulominus q̄ mensem in zodiaci circuitione consumit.

Annus solis dies.ccclxv. & quadrantem continet quibus sol zodiacum lustrat: Ita ut quarto quoq; anno dies intercalletur. hic etiam magnus dictus est lunaris comparatiōe. Virg. Interea magnum sol circumuoluitur annum.

Annus magnus cōtinet duodecim millia quingen/tos: & quinquagintaquattuor annos solares. ut te statur Cicero.



Ntichristus graecum uo/cabulum est. ἀντίχριστος.ου.δ. ἀντι. enim Contra est: & Christus: Contra Christum.

Augustinus Augustin⁹ li°.ii. de Ciuitate dei.

Alligatio Diaboli nō permittit exercere totam temtationem quam potest uel fraudulenter. Quod si permitteretur in tam longo tempore & tanta ifir mitate multorum: plures tales quales deus id per/peti non uult: & fideles duceret: & ne crederent i pediret. Quod ne faceret alligatus est. Tunc autē soluetur quando & breue tempus erit. Nam tri/bus annis & sex mensibus legitur Sathanas totis suis uiribus saeuiturus.

Augustinus lib.xx.de Ciuitate dei.c.xviiii.

Non ueniet ad uiuos & mortuos iudicandos Christus: nisi pri⁹ uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersari⁹ eius. Antichristus. Sed in quo dei templo sessurus sit incertum est.

Augustinus lib.xx.de Ciuitate dei.c°. xxviiii.

Helias quippe ante aduētum iudicis saluatoris non immerito speratur esse uenturus: qui etiam nunc uiuere nō immerito creditur. Curru namq; igneo raptus est de rebus humanis: quod euidentissime scriptura sancta testatur. Quum ergo uenerit ex ponēdo legem spiritualiter: quam nunc Iudei car naliter sapiunt: conuertet cor patris ad filium.i. corda patrum ad filios: quum intelligentiam pa/trum perducet ad filiorum intelligentiam.

Augustinus de Ciuitate dei li°.xx.c°.ultio.

In iudicio uel circa iudicium has res dicimus eē uē turas: Heliam Thesbyten fidem iudeorum Anti/christum persecuturum: Christum uenturum & iudicaturum mortuorum resurrectionem: bono/rum malorumq; direptionem: mundi conflagra/tionem: eiusdemq; renouationem: quae omnia qui dem uentura esse credendum est. Sed quibus mo/dis & quo ordine ueniet: magis tunc docebit rerum experientia: q̄ nunc ad perfectum hominum intel ligentia ualet consequi. Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt ordine esse uentura.

Augustinus ad Heliseum epistola.ii.

Qui tenet teneat donec de medio fiat. Et tunc reue labitur ille iniquus: quem dominus Iesus interfi/ciet spiritu oris sui. Docet nos Antichristum ma/nifestum futurum: Si quidem ipsum uidetur ali/quando euidentiore significatione tetigisse inter/

fictēdum spiritu oris dei Iesu christi. Sed post quan tum temporis illud tempus erit: nec saltem obscu/ re: locutus est.

Hierony⁹. Hieronymus super illud Daniellis. Beatus qui expectat & peruenit usq; ad dies. Mccccxxxv. Beatus interfecto Antichristo dies super numerum præfinitum. xlv. præstolatur: quibus dominus & saluator in sua maiestate uenturus est. Q uare au/ tem post interfectionem Antichristi. xlv. dierum silentium sit: diuinæ scientiæ est: nisi forte dicam⁹: q; dilatio regni: sanctorum patientiæ comproba/ tio est.

Ambros⁹. Ambrosi⁹ super illud. secundæ ad Tessalo nicen. secundo. Nisi uenerit dissensio primum.

Non prius ueniet Christus q̄ regni Romani defe/ ctio fiat: & appareat Antichristus qui interficiet sanctos reddita Romanis libertate sub suo tamen nomine. Isydorus de summo bono. c⁰. xxv. Anteq̄ antichrist⁹ appareat: uirtutes ab ecclesia ma gnæ cessabunt: Q uaten⁹ eam quasi abiectiorem persequatur audacius. ob hanc enim utilitates ces sabunt: sub antichristo ab ecclesia miracula & uir tutes: ut per hoc sanctorum clareat patientia: & reproborum qui scandalizabuntur leuitas ostenda tur: & persequentium audacia ferocior efficiatur.

Isydorus. Isydorus de summo bono. c⁰. xxvi.

Tam mira facturus est prodigia & signa dum uene rit antichristus: ut etiam electis quoddam cordis gignatur scrupulum: quod cito exuperetur in illis ratio: per quam scient in deceptione reproborum: & lectorum probatione eadem fieri prodigia.

Isydorus Ibidem.

Grauius tunc contra ecclesiam descendet synago/ ga: quam in ipso saluatoris aduentu Christianos est persecuta: dum in martires diabolus iam exer/ cuerit magnam crudelitatem etiā alligatus. Cru/ delior tamen erit sub antichristi temporib⁹: quan/ do etiam erit soluendus. Nam si ligatus tanta fa/ cere potuit: quanta solutus faciet.

Isydorus Ibidem.

Q uanto breue tempus uiderit sibi restare Diabo/ lus ut damnetur: Tanto in magna persecutionis ira mouebitur: Diuina iusticia pmittente: ut glo/ rificentur iusti: sordidentur iniqui: & ut Diabolo crescat durior damnationis sententia.

Isydorus ethymologiarum. viii.

Antichristus Templum Hierosolimis reparare: & omnes ueteris legis cerimonias restaurare tētabit.

ANxietas g. ἀγωνία: ασ. ἡ. & ἄγχος ου. δ. anxi⁹ dicitur: Et est Tristicia aggra uans animum: ut non appareat aliquod refugium. Et quæ a Io. Damascēo dicitur Achos. Eademq; angustia esse uidetur.

APpellatio g. προσηγορία. ασ. ἡ. dicitur. Et est a minore ad maiorem iudicem pro/ uocatio. secundum Cano. ii. q. vi. omnis oppressus. & se. c. Placuit.

APpetitus graece. ὄρεξισ. ιοσ. ἡ. orexis dicitur. Estq; inclinatio appetentis in ali/ quod sibi simile & conueniens. secundum b. Tho. prima parte. q. lxxx. ar. p⁰.

APOSTASIA est retrocessio ab hiis quibus homo coniungitur deo & est Triplex. scilicet
- A supererogatione: ut a Clericatu & a religionis professione.
- Generalis: Q uum uoluntas retrocedit uniuersa/ liter a mandatis dei. Ecclesiastici. x. Initium su/ perbiæ hominis apostatare a deo: & Initium om nis peccati superbia.
- A Fide: Q uando retroceditur omnino a fide suscepta secundæ Petri. cap⁰. ii. Melius erat ei ueritatem non cognoscere: q̄ post cognitam retroire.

APostasia græcū uocabulum: ἀποστα σία. ιασ. ἡ. defectio & rebellio est. Et est temerarius a statu fidei: obedientiæ eccle siasticæ: uel religionis recessus: secundum Alex. secda secdæ tractatu de Apostasia.

Apostasia a fide non est species infidelitatis: sed est circumstantia eius: aggrauans eam. secundum. b. Tho. secda secdæ. q. xii. ar. i.

APOSTOLVS. g. ἀπό στολοσ. ου. ὁ. dicitur: nomen ab actu mittendi generaliter. Theologus tamen hoc nomen apo/ stolus determinat ad mis sos nūcios speciales Chri sti: & adhuc singulariter

sacerdotibus: monachis: apostolorum figuram te nentibus liceat praedicare: baptizare: communio/ nem dare: pro peccatoribus orare: paenitentiã im/ ponere: atq; peccata soluere.

Gregorius de disciplina san.

Omnipotens deus iccirco principem apostolorum permisit cadere: ut in culpa sua disceret: qualiter aliis misereri deberet. Io. chrysosto/ mus homelia prima de laudibus Pauli.

Io. chryso.

Paulus Terram simul atq; mare: graeciam: simul at q; barbariem: omnemq; prorsus quanta est sub so le regionem quasi uolutans circuiuit: non simpli/ ci labore uelut in uacuum itinera percurrens: Sed peccatorum spinas pariter euellens: uerbum pie/ tatis ubiq; seminans: errores fugans: ueritatē re/ ducēs: ex hominibus angelos faciens: quinimmo ipsos homines quasi ex daemonibus angelos pro/ uehens. Io. chrysostomus. Ibidem.

O mirabiles fluuios nobis genuit Paulus: nō secun dum paradisi fontem nouem tantum: sed etiam multo plures: ac quottidie fluentes: non Terram irrigantes: sed animas hominum: ad producenda germina uirtutum suscitantes: Quis igitur ad ex/ plicanda Pauli merita sermo sufficiet? Quae lin/ gua laudibus eius inuenitur aequalis? Quum om/ nia quae sunt in hominibus bona anima una possi deat: & ea cuncta plene atq; cumulate: nec solum hominum: sed & quod potius est angelorum.

Io. chrysostomus Ibidem.

Paulus caeli ciuis: ecclesiarum columna: angelus terrestris: caelestis homo: Sicut eni missum i igne ferrum totum profecto ignis efficitur: Sic Paulus charitate succensus: Totus effectus est charitas.

Io. chrysostomus super Matthaeum.

Misit Christus apostolos: quasi sol radios suos: qua si rosa suauitates odoris sui. Quasi ignis scintillas suas dispersit: Vt sicut sol i radiis apparet: sicut ro sa in odoribus suis sentitur: sicut ignis in scintillis suis aspicitur: sic in illorum uirtutibus Christi po tentia agnoscatur. Quis enim uidens discipulos bene instructos: non sciētiam magistri collaudat? Faciebat enim mirabilia Christus: Faciebāt & di/ scipuli eius: & inter mirabilium operationes ma/ ior fama uirtutum crescebat.

Isydorus.

Isydorus in sermone Petri & Pauli.

Merito Apostolis sanctis attribuitur: quod in sapiē tiae libris legitur: Hii sunt uiri misericordiae. Sunt enim plane uiri misericordiae: siue quia misericor/ diam consecuti: siue quia misericordia pleni: siue q; a misericorditer a deo donati sunt nobis. Ibidē.

Scimus q; uiri isti nec sibi uixere: nec sibi sunt mor tui: Sed ei qui pro ipsis mortuus est: magis autem nobis omnibus propter illum. Pro nobis facit eo/ rum uita: eorum doctrina: & etiam mors ipsa: & i conuersione eminentiam: in praedicatione sapien tiam: in passione sua patientiam nobis beati apo/ stoli contulerunt: qui etiam usq; hodie cōferre nō cessant misericordia pleni: & sanctarum oratio/ num fructib᷒. Leo pp & habet di. xviiii. Ita dñs.

Leo

Ita dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit: ut ueritas quae antea legis & pro phetarum praeconio continebatur: per apostolicā tubam in salutem uniuersitatis exiret: Sicut scri/ ptum est. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis Terrae uerba eorum.

Leo pp in sermone Petri & Pauli.

Igne spiritus sancti: quasi uiuae lucis fonte Christ᷒ apostolos suos pfudit: ut ipsi postmodum uniuer sum mundum tanq̃. xii. solis radii: ac totidem lam pades ueritatis illuminarent: & inebriati nouo ui no repleant atq; irrigent scientia corda omnium populorum. Maximus episcopus in sermone eorundem apostolorum.

Maximus

Paulus ultra humana raptus est ad tertium cae/ lum. Caelestia secreta cognouit: ut ecclesiarum fu turus doctor: inter angelos disceret: quod inter ho mines praedicaret. Basilius super il lud. Matthaei. v. Vos estis lux mundi.

Basilius

Veniente luce diei aegritudines alleuiantur: homi/ nes a somno excitantur: aues garriunt: bestiae ad latibula sua fugiunt: Sic luce apostolorum uenie te mundus fuit aedificatus in credendis: faecunda/ tus in operibus bonis: alleuiatus peccatis: excita/ tus negligentiis: animatus ad contemplationem caelestium: ereptus a potestate demonum.

Franciscus Petrarcha. Soneto. iiii.

Franciscus Petrarcha

Quel chen sinita prouidentia & arte
Monstro nel suo mirabil magistero:
Che creo questo & quellaltro hemispero
& mansueto piu Ioue che marte:
Venendo in terra a luminare le charte
Chauean multãni gia celato il uero
Tolse Giouanne da le reti & Piero
& nel regno del ciel fece lor parte.
Di se nascendo a Roma non fe gratia.
A Giudea si. Tanto sopra ogne stato
Humiltade exaltare sempre gli piacque.

Apricatio ab apricus uenit qui graece ἐυλιλογ... eulios dicitur: est statio ad so lem: inde apricari ad solem stare. Dicitur autem apricus ab a quod est sine: & φρικι... phrici quod est horror: unde & aphrica q; ea pars calida sit.

Aptitudo ... dici/ tur & ab aptus graece ... epitidis dicitur: Et est conuenientia:

pulchritudo elegantiaq.

A Qua: graece. ὕδωρ. ατος. τὸ. & ὕδωρ. τὸ. est unum quattuor elemētorum humidum & frigidum: graue & deorsum ductile: facile effusibile: secundum Ioannem Damascenum li°. ii. c°. viii.

A Rbiter graece. κρίνων. οντος. ὁ. dici potest. & est ille qui eligitur ut Iudex scilicet ut procedat seruato in substantialibus ordine iudicii. secundum Inno. in c. Quintauallis de Iur Iur.

A Rchetypus dictio graeca nā. ἀρχη. principatus. & τύπος. ου. ὁ. forma: dici potest principalis forma.

A Rchytectura est scientia aedificandi. Unde archytectores & archytecti dicunt qui aedificandi scientiam habent. ab ἀρχη. quod est principium: & τέκτων. ονος. ὁ. tecton Faber lignarius.

A Rgutiae ab argutus dicuntur: acute & maliciose dicta uel facta: Est enim argut⁹ qui est falsus: acutus: & cum lepore quodam q̄ cupit dicens faciensq; quasi acute arguens.

A Rithmetica scientia est de numeris tractans dicta ab ἀριθμος. ου. ὁ. quod est numerus inuenta a Phoenicibus ob mercaturas: ἀριθμέω. etiam numero est.

A Rma graece. ὅπλα. τα. opla dicuntur & ὁ πλίτης. ου. ὁ. armatus. Sūt autem arma cuiusq; rei instrumenta. Omnia bellica Instrumenta quibus hostes arceri possunt arma dicuntur ab arcēdo hoste: ut Varrō placet. Quare fustes saxa: aliaq; huiusmodi arma eē Caius iurisconsultus affirmat: quotiens his ad hostes arcēdos utimur. Erūt itaq; arma bellica ocreae caligae: lanceae: loricae: toraces: scorpiones: balistae aliaq; huiusmodi quibus in bello utimur. Fraudes insidiantis arma dicuntur. Virg. Et quaerere conscius arma. Ita studiosorum arma sunt stilus: pugillares: libriq;. Et arma haec omnia dici reor: q ar mis. i. humeris oneri sunt dum geruntur. testibus Pompeio & Seruio.

A Rrogantia: graece: ἀλαζονεία. ας. ἡ. & ἀλαζων. όνος. arrogans dicitur. Est autem arrogantia quaedam filia superbiae: qua quis multum se existimans caeteros quos ifra se uidet despicit. & quibus non consulendo loqui: sed uix dominando dignatur: ut habetur in decretis D. xlvii. c°. i. uel sic

Arrogantia quae modestiae cōtraria est: Est per quā temeritas atq; impudentia uanam sibi comparat authoritatem.

Arrogans est qui sibi attribuit quod non habet secundum. b. Tho. secda secdae. q. cxii. ar. i. uel sic.

Arrogans est qui sibi temere atq; insolenter tribuit quae in eo non sunt.

A Rrogatio: g̃: ἐκποίησις. εως. ἡ. dī. Et est adoptio perfecta: per quam qui filius non ē pro filio habetur: poene naturam imitās Differtq; a simplici adoptione. Quia adoptio simplex est qua adoptatur filius non emancipatus: q nec transit in potestatem adoptantis: nec succedit in haereditate: nisi uelit adoptans. Et fieri potest si ue authoritate principis uel magistratus. Quorum opposita sunt in Arrogatōe. ex. b. Tho. iiii. sen. di. xli. q. ii. ar. i.

A Rs: graece: Τέχνη. ης. ἡ. techni: & τεχνικὸς. ου. ὁ. technicos artificiosus dicitur. Et est principium agendi in alio: secū dum. Aristotelem li. xii. Metaphisicae. Ars est habitus quidam faciendi cum uera ratione. secundum Aristotelem li°. vi. Aethicorum.

Ars est recta ratio factibilium: & habit⁹ operatiu⁹: secundum. b. Tho. pria secdae. q. lvii. ar. iii.

Ars est operis ratio omni adiuncta materia. Differt autem ars ab experientia secundum. Aristotelem li°. i. Metaphysicae. q. Ars est uniuersalium: Experientia uero singularium.

Ars est rei cuiuscunq; scientia usu: uel traditōe: uel ratione percepta tendens ad usum aliquem uitae necessarium: secundum Diom.

Ars est potestas uiam. i. ordinem efficiēs: ut Cleantes uoluit. secundum Fabium. li°. ii.

Ars est habitus quidam faciendi uera cum ratione. secundum. Aristotelem. Aethicorum li°. vi.

Ars dicitur q artis praeceptis & regulis cuncta cō cludat. uel ἀπὸ. της. ἀρετης. i. a uirtute. Quare ueteres artem pro uirtute appellarunt. secundum Diomedem.

Ouidius li°. i. artis. Ouidius.

Disce bonas artes: moneo: Romana iuuentus.

Menander. Menāder.

λιμὴν ἀτυχίας ἐστιν ἀνθρώποις τέχνη. i.

Portus infaelicitatis est hominibus ars. Idem.

τύχη τέχνην εὗρεν. κου τέχνη τύχην

Fortuna artē inuenisti. non ars fortunam. (hoc ē.

ARTICVLVS.

- Fidei: & ſūt ſi de credibilia in Symbolo cõtēta ꝑ ꝑtes hñtes aliq̄ coaptationē ad iuicē diſtīctā ꝑtinētes ad
  - Maieſtatis Diuinæ.
    - Vnitatem eſſentialē. — Credo in deum.
    - Trinitatē ꝑſonarum.
      - Patrem omnipotentem.
      - Et in Ieſum Chriſtum filiū eius unicum.d.n.
      - Et in ſpiritum ſanctum.
    - Opatõem propriam.
      - Creatorem cæli & terræ.
      - Sanctam eccleſiam catholicam: Sanctorum cõmunionem: Remiſſionem peccatorum.
      - Carnis reſurrectionem: Vitam eternam.
  - Humanitatē Chriſti
    - Ingrediētiſ mundum.
      - Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto.
      - Natus ex Maria uirgine.
    - Egrediētis.
      - Paſſus ſub põtio pillato: crucifixus: mortuus & ſepultus.
      - Deſcendit ad inferos.
    - Exaltati.
      - Tercia die reſurrexit a mortuis.
      - Aſcendit ad cælos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis.
      - Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos.
- Rhœtorices ſecundum Ciceronem. Quum ſingula uerba interuallis diſtinguuntur cæſa oratione: hoc modo. Acrimonia: uoce: uultu: aduerſarios perterruiſti.
- Grammatices.
  - Græce
    - Præpoſitiuus: & ſunt. ὁ. ἡ. τὸ.
    - Suppoſitiuus: Et ſunt ὅς. ἥ. ὅ.
  - Latine — Hic: Hæc: Hoc.

ARticulus: græce: ἄρθρον.ου.τὸ.arthron dicitur: & ἔναρθρος.ου.ὁ.ἡ.articulatus. Et eſt coaptatio partium diſtinctarum ſecundum.b.Tho.ſcda ſcdæ.q.i.ar.vii.

AS græce. ἀσσάριον.ου.τὸ.libra ē ſeu pondus duodecim unciarum ut placet Varroni: cuius partes ſunt: ut infra.

Sextans tis duas uncias ſignificat: eo quia ſit ſexta pars aſſis.

Quadrans: tis tres uncias ſignificat: quia eſt quarta pars aſſis.

Triens tis: quattuor uncias: quia eſt tertia ꝑs aſſis:

Quincunx: cis: quinq; uncias: & dicitur a quinq; & uncia.

Semis.m.g.ꝗ facit genitiuo ſemiſſis ſex uncias ſignificat: quaſi ſemi as.i.dimidium aſſis.

Septunx: cis: ſeptem uncias denotat: a ſeptem & uncia.

Bes uel des octo uncias ſignificat: dictum ꝗ demptus ſit inde triens. uel ꝗ bis ſit triens: licet dura ſit compoſitio.

Dodrans nouē uncias ſignificat: dictum quaſi dempto quadrante.

Dextans: tis: decem uncias: capit quaſi dempto ſextante.

Deunx cis undecim uncias ſignificat: quaſi dempta uncia ab aſſe qui librā ſignificat ut dictum eſt.

ASſiſinus. græce. φονεὺς.έως.ὁ.phoneus dicitur: proprie eſt qui non ſubeſt dominio alicuius: ſed pro pecunia homines occidit ad alicuius inſtantiam: & dicitur a ſcindo is: quia ſcindit animam a corpore ſecundum. Archi.in.c.pro humani.de homici.li°.vi.

ASpitas græce. σκληρότης.ητος.ἡ.ſclirotis: & σκληρός.οῦ.ὁ.ſcliros aſper dicitur. eſt autem aſperum id in quo hæc pars quidem ſuperat: illa uero eſt inferior. ſecundum Ariſtotelem li°.prædicamentorum.

Aſperum eſt cuius una pars ſupereminet alteri. ſecundum.b. Tho. ſuper. ſecundo de anima Lec. xvii.principio.

ASſentatio græce. κολακεία.ας.ἡ.colacia.& . κολακεύω.colaceuo aſſentor dicitur. Sunt autem aſſentatores qui in uita atq; omni uſu uerborum & actuum placēdi ſtudio omnia laudāt: nec aduerſantur putantes oportere minime moleſtos ſe cuiq̄ eſſe. ſecundum Ariſtotelē.li°.iiii. Aethicorum. Diciturq; aſſentator ab aſſentor quod eſt adulor: & quaſi in omnibus conſenſum præſto: ut eſt illud Terentianum. ait quis: aio. negat quis: nego. Differunt autem hæc tria aſſentor: adulor: blandior: ꝗ aſſentari ꝓprie eſt uoce: uel laudando: uel aſſentiendo captare. Adulari quoquo modo: uel uoce: uel geſtu fauorē

quærere. Blandiri proprie tactu: uerum ad alios quoq; sensus transfertur.

Assentire ab assentio quod & assentior dicitur in actiua significatione græce: ὁμολογεῖν: homologeo dicitur: est actus intellectus: Consentire autẽ est actus uoluntatis secundum. b. Tho. pria scdæ q. xv. ar. i. & iii. sen. di. xxiii.

Astrologia est scientia de astris. & dicit̃ ab ab ἀστέρον. ου. τό. quod est sydus. & λόγος. ου. ὁ. sermo. Dicitur q; astronomia ab astron quod est sydus: & νόμος. ου. ὁ. lex & norma. Hæc primum inuẽta dicitur ab Atlante rege Mauritaniæ teste Plinio li°. vii. na. hyst.

Astutia g̃. πανουργία. ας. ἡ. panurgia: & πανοῦργος. ου. ὁ. panurgos astutus dicitur. Est q; processus ad aliquid cõmunicandum simulatis aut apparentibus uiis seu modus. secundum. b. Tho. scda scdæ. q. lv. ar. iii.

Astutia est excogitatio non ueræ uiæ: sed falsæ & simulatæ ad assequendum aliquem finem bonum: uel malum: scdm eundem. Dicitur autem astutia ab ἄστυ. ιος. τό. quod est urbs. Quoniam qui in urbibus assidue uersantur fiunt calidiores.

Attritio g̃. ἔκθλιψις. ιος. ἡ. ecthlipsis: & contritio quæ. g̃. σύντριμμα. ατος. τό. syntrimma dicitur: sic differunt q; attritio est displicentia imperfecta de peccatis commissis. Contritio autem perfecta. Illud ab attero: hoc a contero dicitur.

- AVARICIA. Dupl. dr. b. Tho. zª. q. cxviii.
  - Inordinat⁹ amor hñdi diuitias: & sic diffinitũ ẽ unũ de. vii. & opponit̃ libalitati. q̃ reddit̃ moderat⁹ appetitus hñdi diuitias: & oppõit̃ Iusticiæ qua reddit̃ unicui q; qđ suũ est: & est peccatum.
    - Mortale ar. iii.
      - Quum qs accipit et retinet iniuste res alienas: & sic opponitur iusticiæ & pertinet ad.
        - Furtum.
        - Rapinam.
        - Vsuram.
        - Fraudem i emptionibus & uẽditionibus.
      - Quum ẽ adeo inordinat⁹ amor diuitiaꝝ: q; præfert̃ amori & dilectioni dei & proximi.
    - Veniale. ar. iiii.
      - Q̃ñ licet sit supflu⁹ & inordiat⁹ amor diuitiarũ: nõ tñ pp eas qcq̃ ageret cõtra charitatẽ dei & proximi.
    - Capitale: Quia ẽ caput alioꝝ multoꝝ peccatoꝝ. Et .n. ois superfluus amor hñdi diuitias: aut excedit in ar. vii.
      - Retinẽdo ussi orit̃
        - Obduratio cõtra misericordiã quæ ẽt dr̃ inhumanitas ab Aug°. et Isydoro: Qua cor hois nõ emollit̃ ut suis diuitiis subueniat paupi.
      - Accipiẽdo & sic ex ea oriuntur sex. s.
        - Ingetudo mentis: q̃ ingerit̃ homini sollicitudo diuitiaꝝ & cura supflua.
        - Violẽtia: qua qs in acgrendis alienis iniuste utitur ui.
        - Fallacia: qua qs utitur dolo simplici uerbo.
        - Periuriũ: q° qs utit̃ dolo: iuramenti cõfirmatione.
        - Fraus qua qs in rebus ope fraudem cõmittit.
        - Proditio: qua quis i psonis opere fraudẽ cõmittit ut patet de Iuda.
    - Gñale qa multæ sunt spẽs auaroꝝ secundũ phm. iiii. æthi. Quia ois auarus aut ar. viii.
      - Deficit i dãdo et sũt spẽs tres. s.
        - Parcus: qui parum dat.
        - Tenax: qui nihil dat.
        - Ciminibilis q dat cum difficultatate: et de puis magnã uim facit q̃si cimini uenditor.
      - Excedit i acgrendo Dupliciter. s.
        - Turpiter lucrando
          - Illiberaliũ opatõum opator: ut ẽ q pp lucrum uilia et seruilia opa exercet.
          - De meretricio past⁹: q lucrat̃ de uiciosis actib⁹ sic de meretricio. Terẽti⁹. Quid læno dolis ɔfingat auar⁹: uel aliq⁹ huiusmõi
        - Iniuste lucrãdo qđ faciũt. iiii. gña illibetalium. s.
          - Vsurarii: q lucrãtur de gratis cõcedẽdis.
          - Latrões: q aliẽa lucrat̃ uiuis uim iferẽdo.
          - Spoliatores mortuoꝝ: qui lucrantur mortuis uim inferendo.
          - Aleatores: q lucrãtur amicis uim iferẽdo.
  - Inordinatus amor habẽndi de quo dicit. b. Gregorius in homelia. Auaricia est non solum pecuniæ: sed ẽt scientiæ & altitudinis: quum supra modum ambitur sublimitas. Et beatus Aug. li°. de libero arbitrio sic dicit. Auaricia quæ græce philargiria dicit̃: non in solo argento & nummis: sed in omnibus rebus quæ immoderate appetuntur. Et sic est generale peccatum: & non est unum de septem.



Varicia .g̃. φιλαργυρία. ι°. philargiria. & φιλάργυρος. ου. ὁ. auarus dr̃. Et eſt quarum libet reꝝ iſatiabilis & inhoneſta cupido. ſecundū Aug. li°. iii. de libero arbitrio. & Theolog. in. ii. ſen. di. xxii. præſertim. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. cxviii. arti. ii. & Albertum magnum in Cōpendio Theologiæ. li°. iii. c. xviii.

Auaricia generaliter eſt inordinatus amor habēdi: ſcdm. b. Tho. prima parte. q. lxiii. ar. ii.

Auaricia eſt opinio uehemēs de pecunia quaſi ualde expetenda ſic inhærens & penitus inſita. ſecundum Ciceronem li°. Tuſcula. quæſt. iiii.

Auaricia ſuperabundat in amando: acquirendo: & retinendo ſed deficit in dando.

Exodi. Exodi capitulo. xx.

· Non concupiſces domum proximi tui.

Deuteronomii Deuteronomii cap°. xxv.

· Non habebis in ſacculo diuerſa pondera: maius & minus. Nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum & uerum: & modius æqualis & uerus erit tibi: ut multo uiuas tempore ſuper terram: quam dominus deus tuus dederit tibi. Abominabitur enim dominꝰ eum q facit hoc: & aduerſatur omnem iniuſticiā. Ibidē. c°. xxvii.

· Maledictus qui transfert terminos proximi ſui: Et

Prouerbi. dicet omnis populus Amen. Prouerbioꝝ c°. p°.

· Sic ſemitæ omnis auari animas poſſidentium rapiunt. Ibidem. c°. xi.

· Alii diuidunt propria: & ditiores fiunt: Alii rapiunt non ſua: & ſemper in egeſtate ſunt. Ibidē.

· Qui confidit in diuitiis ſuis corruet.

Ibidem capitulo. xiii.

· Subſtantia feſtinata minuetur. Quæ autem paulatim colligitur manu: multiplicabitur.

Prouerbiorum. c°. xv.

· Conturbat domum ſuam qui ſectatur auariciam: q autem odit munera uiuet. Prouerb. c°. xxi.

· Qui congregat Thæſauros lingua mendacii: uanus & excors eſt: & impingetur ad laqueos mortis. Prouerbiorum. c°. xxii.

· Qui calumniatur paupem: ut augeat diuitias ſuas: dabit ipſe ditiori & egebit. Prouer. c°. xxiii.

· Ne erigas oculos tuos ad opes: quas non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ: & uolabunt in cælum. Ibidem.

· Ne attingas paruulorum terminos: et agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt: & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum.

Prouerbiorum. c°. xxvii.

· Infernus & perditio nunq̄ replentur. Similiter & oculi hominum inſatiabiles. Prouer. c°. xxviii.

· Qui odit auariciā lōgi fient dies eius. Ibidem.

· Qui feſtinat ditari non erit innocens. Ibidem.

· Vir q feſtinat ditari: & aliis inuidet: ignorat q egeſtas ſuperueniet ei. Eccleſiaſtes. c°. v. Ecclaſtes.

· Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.

Eccleſiaſtes capitulo. x.

· Pecuniæ obediunt omnia. Eccleſiaſtici. c°. iiii. Ecclíaſtici.

· Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum: & ad dandum collecta. Eccleſiaſtici. cap. x.

· Auaro nihil eſt ſceleſtius. Ibidem.

· Nihil eſt iniquius q̄ amare pecuniam. Hic. n. & animam ſuam uenalem hēt: quoniam in uita ſua proiecit intima ſua. Eccleſiaſtici. c°. xiiii.

· Qui aceruat ex animo ſuo iniuſte: aliis congregat: & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui ſibi neq̄ eſt: cui aliis bonus erit? Et non iucondabitur in bonis ſuis. Eccleſiaſtici c°. xxxi.

· Qui aurum diligit non iuſtificabitur. Ibidem.

· Beatus diues q inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abiit: nec ſperauit in pecunia & thæſauris. Quis eſt hic & laudabimus eum? fecit. n. mirabilia in uita ſua. Iſaias capitulo. xxxiii. Iſaias.

Veh qui prædaris: Non ne & ipſæ prædaberis?

Hieremias. Capitulo. vi. Hieremias

· A minore quippe uſq; ad maiorem: omnes auariciæ ſtudent. & a propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Idem. c°. viii.

· Propterea dabo mulieres eoꝝ exteris: agros eorum hæredibꝰ: Quia a minimo uſq; ad maximum oēs auariciam ſequuntur: a propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium. Abacuch. c°. ii. Abacuch.

· Veh ei qui multiplicat non ſua: Vſq; quo & aggrauat contra ſe denſum lutum. Ibidem.

· Veh qui congregat auariciam malam domui ſuæ: ut ſit in excelſo nidus eiꝰ: & liberari ſe putat de manu mali. Matthæus cap°. vi. Matthæꝰ.

· Nolite Thæſaurizare uobis thæſauros in terra: ubi erugo & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt: & furantur. Thæſaurizate autem uobis thæſauros i cælo: ubi nec erugo: nec tinea demolitur: nec fures effodiunt nec furantur. Marcus. cap. x. Marcus

· Filioli q̄ difficile eſt cōfidentes i pecuniis in regnum dei introire? Facilius eſt camellum per foramen acus tranſire q̄ diuitem intrare in regnum cæloꝝ.

Lucas capitulo. xii. Lucas

· Videte & cauete ab omni auaricia: quia nō in abundantia cuiuſq uita eius eſt ex his quæ poſſidet.

Paulus ad Corinthios ſecundæ: cap°. xii. Paulus

Nec. n. debent filii parentibus thæſaurizare: ſed parētes filiis. Paulus ad Thimothæum priæ. c. vi.

Nihil.n.intulimus in hunc mundum: haud dubiū: quia nec auferre quid possumus. Habētes autem alimenta & quibus tegamur: his contenti simus. Nam q uolunt diuites fieri incidunt in tentatio/nem: & in laqueum Diaboli: & desyderia multa inutilia et nociua: quæ mergunt homines in interitum & pditionem. Radix.n.oium maloꝶ est cupiditas: quam qdam appetentes errauerunt a fide: & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o hō dei hæc fuge. Paulus ad hæbreos cap°.xiii.

Sint mores sine auaricia contenti præsentibus. Ipse enim dixit. Non te deseram neq; derelinquam. Ita ut confidenter dicamus. Dominus mihi adiutor est: nō timebo qd faciat mihi homo.

Augustin° Aug.& habetur.vi.q.i.Q uæro ergo.

Q uæro ergo quis peccet grauius: aut qui nesciens heresim incurrerit: aut qui sciens ab auaricia.i.ab Idolatria nō recesserit. Secundum illam regulam qua peccata scientium peccatis ignorantiæ præ/ponuntur. Auaꝶ consciētia uincit in scelere. Sed si forte hoc faciat in heresi ipsius sceleris magni/tudo: quod facit in auaricia scientis admissio: He/reticus nesciens auaro scienti coæquatur.

Augustinus de libero arbitrio li°.iii.

Auaricia quæ græce Philargiria dicitur: non in so/lo argento: unde nomē duxisse resonat: sed in omnibus rebus q̄ immoderate cupiuntur intelligen/da est: Vbicunq; oio plus uult qsq; q̄ satis. Hæc autem auaricia cupiditas est: cupiditas uero impro/ba uoluntas ē. Ergo propterea uoluntas omnium maloꝶ causa est. Aug.li°.de libero arbitrio.

Q uum auaricia alicui dominatur: subiectus malis omnibus demonstratur. Q uia de auaricia omnia mala oriuntur: & peccatoꝶ omnium spinæ pro/ducuntur. Aug.li.de doctrina.xpiana.

Auarus est cæcus: credendo.n.diues est: non uiden do. Amas pecuniam o cæce quam nunq̄ uidebis. Cæcus possides: cæcus moriturus es. quod possi/des hic relicturus es. Aug.li°.de uerbis dñi.

Q uæ est ista auiditas concupiscētiæ: quum & ipsæ belluæ habeant modum. Tunc.n.rapiunt qñ esu riunt. Parcunt uero predæ quum senserint satieta tē. Insatiabilis est sola auaricia diuitum. Semp ra/pit: & nunq̄ satiatur. Nec deum timet: nec hoiem reueretur: Nec patri parcit: nec matrē cognoscit: Nec fratri obtemperat: nec amico fidē seruat. Vi/duam opprimit: Pupillum inuadit: Liberos i serui tium reuocat. Testimōium falsum pfert. Res mortui occupanť. Q uare & q faciunt non morienť?

Q uæ est illa aiaꝶ insania amitteræ uitam: appete re mortem: acqrere auꝶ: & perdere cælum.

Augustinus ad Bonifacium.

Diuitiæ sæculares si desint: non per mala opa quæ/rantur in mundo. Si autem adsint p bona opa ser uentur in cælo. Animum uirilē christiani non de/bent si accidunt attollere. Nec debent frangere si recedunt. Augustinus ad Comitem.

Auarus uir inferno est similis. Infernus.n. quantos cunq; deuorauerit nunq̄ dicit satis est. Sic & si om nes thæsauri confluxerint in auarum.

Aug. In sermone de.x.plagis.

Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno: uerbi gratia. Q ui furatur acqrit uestem: Sed per/dit fidem. ubi lucrum: ibi damnum. Lucrum i ar/ca: damnum in conscientia.

Aug.de Interpellatione Iob.

Modum non habet auaricia: nec capiendo explet: sed incitatur: hoc egentior: quo plura quæsiuit.

Hiero° ad Paulinum & est in prologo Bibliæ. Hierony°.

Auaro tam deest quod habet: q̄ quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis autem obolo indiget.

Hieronymus epistola ad Rusticum.

Nos ardemus auaricia: & contra pecuniam dispu/tantes auro sinum expandimus. Et illud quod de Megarensibus dr̄ nobis miseris cooaptari potest. Aedificant quasi semper uicturi: Viuunt quasi al/tera die morituri.

Ambrosius de eo quod scriptum est in euāgelio Ambrosi°.
Hois cuiusdā diuitis fruct°: & hēť.di.xlvii. Sicut

Sicut hi qui per insaniam mente translati sunt: nō iam res ipsas: sed phantasias passionis suæ uidēt: Ita etiam mēs auari semel uiculis cupiditatis astri cta semper aurum: semper argentum uidet. semp redditus computat: gratius intuetur aurum q̄ so/lē: ipsa eius oratio & supplicatio ad deum aurum quærit.

Ambrosius super libro de Nabythe.

Inflammatur lucro auaricia: non restinguitur. qua si gradus quosdam cupiditatis habet: & quo plu/res ascenderit: eo altiora festinat: unde sit grauis ruina lapsuro.

Gregorius.& habetur Di.xlvii. Bonoꝶ Gregorius

Bonorum authori inhærere aliter non ualemus: nisi cupiditatem a nobis: quæ omnium malorum ra dix est: abscindamus.

Gregorius in Registro & hētur.i.q.i. Q uū ois

Q uum omnis auaricia idolorum sit seruitus: quis quis hanc & maxime in dandis ecclesiasticis hono ribus uigilanter non præcauet: infidelitatis perdi tioni subiicitur: etiam si tenere fidem uerbis qui negat facto uideatur.

Gregorius li°.x.moralium.

Sæpe ad auariciam cor patris allicit fæcunditas p/lis. Eo enim ambitu congregandæ hæreditatis ac cenditur: quo multis hæredibus fæcundatur.

Grægorius li°.xx.moralium.

Auaricia latenter oritur in mente: sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione. Grego.li°.xx.moralium & super illud Iob. Si expaui ad multitudinem.

Magna est securitas cordis nil habere concupiscentiæ secularis. Nam si ad terrena concupiscenda cor inhiat securum tranquillum q esse nullatenus potest. Quia aut non habita concupiscit: ut habeat: Aut adepta metuit ne amittat. Et dum in aduersis sperat prospera: in prosperis formidat aduersa: huc illuc q quasi quibusdam fluctibus uoluitur: ac per modos uarios rerum alternantium mutabilitate uersatur. Si uero semel in appetitione supernæ patriæ forti stabilitate anim⁹ figitur: minus temporalium rerum perturbatione uexatur. Gregorius.xiiii.moralium.

Omnis auarus ex potu sitim multiplicat: qui quum ea quæ appetit adeptus fuerit ad obtinenda alia amplius anhellat. Qui enim adipiscendo plus appetit: huic sitis ex potu crescit. Vnde figuratur per hydropicum. Grego.li.xiiii.moralium.

Peccatum auariciæ mentem quam infecerit ita grauem reddit: ut ad appetenda sublimia attolli non possit. Greg.li°.xv.moralium.

Auaricia desyderatis rebus non extinguitur. Sed augetur. Nam mos ignis: quum ligna quæ consumit acceperit excrescit: & unde uidetur ad momentum flamma comprimi: inde paulo post cernitur dillatari. Gregorius li°.xv.moralium.

Auarus prius anhellat concupita congregare: Et quum quasi in quodam uentre auariciæ multa cogesserit satiatus arctatur. Quia dum anxiatur: qualiter acquisita custodiat: ipsa eum sua satietas angustat. Mens auari quæ prius ex abundantia requiem consyderat: postea ad custodiam grauius laborat. Grego.li°.xv.moralium.

Dæmonum habitaculum fit quisq in hoc sæculo: qui propter diuitias & honores laborat: quas post q consecutus est tradit se luxuriæ: ut quæ auaricia congregauit: luxuria consumat. Greg. Ibidem.

Prius nãq mens auari dolorem habuit in ipsa suæ concupiscentiæ fatigatione. Qualiter concupita raperet: quomodo aliqua blandimentis: aliqua terroribus auferret. At postq̃ acquisitis rebus peruenit ad desyderium. Alius hunc dolor fatigat: ut cum sollicito timore custodiat: quod cum graui labore meminit acquisitum. Hinc inde insidiatores metuit: atq hoc se perpeti quod ipse facit ab aliis fieri ptimescit. Greg. homelia.xxxii. sup euägelio.

Cursum suum quisq consyderet: & cognoscet sibi sufficere parua quæ habet. Sed fortasse metuit ne in huius uitæ itinere sumptus desit. Longa nostra desyderia increpat uita breuis. Incassum multa portantur: quum iuxta est quo pergitur.

Ioannes chrisostomus super Matthæum. Io.chriso.

Auaricia præcipue in uiris abundat. Fornicatio aüt in mulieribus. Mulier enim in gete sedet inclusa. Fornicatio autem maxime ex ocio nascit. Vir autem: qm in actibus rerum diuersaꝝ est assiduẽ: in auariciæ peccatum facile incurrit. In fornicatiõe autem non facile: nisi multum sit lasciuus. Nam occupatio utilium sollicitudinum uoluptatẽ plurimum excludit. Vnde proprium est adolescẽtium nihil agentium. Idẽ sup Matthæum hom.ix.

Qui pecuniæ seruit: & præsentibus compedib⁹ cõstringit: & futuris parat. Isydor⁹ li°. Ethimologi. Isydorus

Auidus dict⁹ ab auendo. Auere.n. cupere est. hinc & auarus dictus est eo q sit auidus auri: & nunq opibus expleatur. Isydor⁹ de summo bono.li°.iii.

Qui bõa mũdi diligit: uelit nolit: timoris & doloris pœnæ succũbit. Bern. sup cãtica sermõe.xxxvii. Bernard⁹.

Currus auariciæ uehitur rotis quattuor uitioꝝ: q sunt: pusillanimitas: inhumanitas: contempt⁹ dei: mortis obliuio. Porro iumẽta trahentia sunt: Rapacitas & tenacitas. His ambobus unus auriga præsidet. Ardor habendi. Hic auriga ad urgendum trahentia flagellis utitur acerrimis: libidine acquirendi: & metu amittendi. Hæc sola auaricia quia conducere plures non patitur: uno contenta est seruitore. Hugo.li°.ii.de claustro. Hugo

Quattuor sunt i rebus possessis obseruanda. s. ne licita iniuste quæramus: aut iniuste acqsitis illicite pfruamur. Ne multa quis licite possideamus. Ne licita illicite defendam⁹. Male.n. acqrere: aut male uti acqsitis: de licito facit illicitum. Multa sibi possidere propinquum est cupiditati. Et fit quandoq qd nimium dilig̃ male defendit̃. Duo sunt quæ illicite solent acqrere. i. cupiditas & supbia. Et duo q male fruunt̃ acqsitis. i. gula & luxuria. Duo autẽ sunt q male possidere uolunt. i. pdigus & auarus. Vnus ut congreget: alter ut dispgat. Et duo qui possessa defendãt. i. Tempantia: & mundi prudentia. Supbia Diabolo clausit cælum: Gula primo parenti abstulit paradisum. Auaricia diuiti aperuit infernum. Intempantia uero adhuc corrumpit mundum. Hugo.li°.ii.de claustro.

Auaricia est gloriæ seu quarumlibet reꝝ insatiabilis & inhonesta cupido. Boeti⁹ de cõsolatõe li.ii. Boetius

Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus uersat harenas:
Aut quot stelliferis edita noctibus
Cælo sydera fulgent:
Tantas fundat opes: nec retrahat manum
Pleno copia cornu:
Humanum miseras haud ideo genus

Cesset flere querellas.
Boetius de con.li°.ii.prosa.vi.
Atqui nec opes inexpletam restinguere auariciam queunt. Boetius li°.ii.de consolatione.
Seuior ignibus Aethnæ.
Feruens amor ardet habendi. Boetius Ibidem.
Auariciæ nihil satis est. Boetius li°.iii.de con.
Quiuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes:
Oneretq; baccis colla rubri littoris:
Ruraq; centeno scindat opima boue:
Non cura mordax deserit superstitem.
Boetius li.de Scholastica disciplina.
Nouerca est adunca tenacitas.
Seneca. Seneca libro de beneficiis.
Demosthenes Athenis eum qui necessaria funeribus uendit abat damnauit: quum probasset eum magnum lucrum optasse.quod contingere ei sine multorum morte non posset.
Seneca ad Lucillium epistola.lxxiiii.
Vidisti aliquando canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem? Quicquid excipit protinus integrum deuorat: & properat ad spem futuri.Idem euenit nobis. Quicquid fortuna expetentibus proiicit: id sine ulla uoluptate demittimus: & statim ad rapinam alterius erecti & attenti stamus.hoc sapienti non euenit.
Seneca ad Lucillium Epistola.lxxxxvi.
Auarus animus nullo satiatur lucro.
Seneca ad Lucil.epistola.lxxxxvi.
Nulli nos uitio natura conciliat. Illa integros ac liberos genuit.Nihil quod auariciam nostram irritaret posuit in aperto.Pedibus aurum & argentum subiecit:calcandumq; ac premendum dedit. Illa uultus nostros erexit in cælum.
Seneca epistola.cviii.ad Lucillium.
Desunt inopiæ multa:Auariciæ omnia. In nullum auarus bonus est:in se pessimus.
Seneca ad Lucillium epistola.cxxi.
Qui multum habet:plus cupit:quod est argumentum nundum illum satis habere.
Seneca de naturalibus quæstionibus.
Auaricia quicquid omnibus abstulit:Sibi ipsi negat.
Seneca ad Heluam matrem.
Auaricia est uæhementissima humani generis pestis. Cupiditati nihil satis est: Naturæ satis est & parum.Quicquid desyderio quod non ex inopia: sed uitio nascitur congesseris:non finis erit cupiditatis:sed gradus. Seneca in prouerbiis.
Auarus ipse miseriæ causa est suæ.
Seneca in prouerbiis.
Auarus nisi quum moritur nihil recte facit:
Seneca ibidem.
Auaro quid mali optes?nisi ut diu uiuat.
Seneca in prouerbiis.
Auaro negandi causa nunq̄ deficit.
Seneca Ibidem.
Pecuniæ oportet imperare:non seruire: Pecunia si uti scias:ancilla est:si nescias:domina.
Seneca libro de moribus.
Pecunia non sanat auariciam: sed irritat. homo semper indiget pecunia.Mihi crede nō potes esse diues & fœlix. Seneca libro de moribus.
Quæ est maxima egestas? Auaricia. Seneca Ibidē.
Pecuniæ usum habere oportet: Sed ei seruire non oportet. Seneca li.de moribus.
Quietissimam uitam agerent homines: si hæc pronomina tollerentur.s.meum & tuum.
Seneca Tragedia.iiii.
Rupere fœdus impius lucri furor:
Et ira præceps:quæ q; succensas agit
Libido mentes. Seneca Tragedia.vii.
Audax nimium qui freta primus
Rate tamen fragili perfida rupit.
Terrasq; suas post terga uidens:
Animam leuibus credidit auris.
Dubioq; secans æquora cursu
Potuit tenui fidere ligno:
Inter uitæ mortisq; uias
Nimium gracili limite ducto.
Aristoteles.li°.p°.Polyticorum. Aristoteles
Desyderium diuitiarum uadit in infinitum.
Cicero libro Paradoxorum. Cicero.
Neq;.n.unq̄ expletur neq; satiatur cupiditatis sitis: neq; solum ea quæ habent libidine augendi cruciantur: sed amittendi metu. Cicero Ibidē.
Tu dies noctesq; cruciaris: cui non satẽ: quod est: & ipsum quod habes ne diuturnum sit futurum times. Cicero libro officiorum.
Vitanda tamen est suspicio auariciæ. Ibidem.
Habere.n.quæstui rempu. nō modo turpe est: Sed & sceleratum est & nepharium. Ibidem.
Illud natura non patitur:q; aliorum spoliis nostras facultates:copias:opes:augeamus. Ibidem.
Omnes autem qui secundum naturam uolunt uiuere:nunq̄ committent ut alienum appetant.
Cicero li°.p°. Rhetoricorum ueterum.
Genus est omnium libidinum cupiditas: Eius autē generis sine dubio pars est auaricia. Ibidem.
Nemo est qui non pecuniam q̄ sapientiam mallit.
Ibidem.
Malum est maximum auaricia. Multos magnis incommodis afficit pecuniæ cupiditas.
Idem Rhetoricorum nouorum.
Magno malo est hoibus auaricia:iccirco q; homines magnis & multis incommodis affligantur ppter

immensam pecuniæ cupiditatem.

Cicero Rhætoricorum nouorum li.ii.

Auaricia ad quoduis malum hominem perducit.

Idem libro.iiii.

Auaricia est iniuriosa appetitio alienorum. Ibidē.

Duæ res sunt quæ possunt hominem ad turpe cō/pendium commouere: Inopia atq; auaricia.

Idem li°.iiii.Ræthoricorum.

Egens æq; is est qui non satis habet: & is cui nihil satis esse potest. Cicero li°.p°.de legibus

Quid fœdius auaricia?

Cicero li°.p°.de fi.bo.& ma.

Cupiditates.n.sunt insatiabiles: quæ nō modo sin/gulos homines: sed uniuersas familias euertunt: totam etiam labefactant sæpe rempu. Ex cupidi/tatibus odia: dissidia: discordiæ: seditiones: bella nascuntur. Nec hæ se foris solum iactant: nec tantum in alios cæco impetu incurrunt: sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atq; dis/cordant. Ex quo uitam amarissimam necesse est effici: ut amputata circumcisa q; inanitate omni & errore naturæ finibus contentus sine ægritudi ne possit & sine metu uiuere.

Cicero li°.p°.de Finibus bonorum & malorum.

Quod si corpis grauioribus morbis uitæ iucundi/tas impeditur: quanto magis animi morbis impe/diri necesse est? Animi autem morbi sunt Cupidi tates immensæ: & inanes diuitiarum gloriæ: do/minatiōes: libidinosarum etiam uoluptatum. Ac/cedunt ægritudines: molestiæ: mærores q animos excedunt conficiunt q; curis.

Cicero li°.iiii. Tusculanarum quæstionum.

Nam quum est concupita pecunia: nec adhibita continuo ratio: quasi quædam Socratica medici/na quæ sanaret eam cupiditatem: permanat in ue nas: & inhæret in uisceribus illud malum: existit q; morbus: Nomen est auaricia.

Cicero li°.iiii.Tus.quæstionum.

Est autem Auaricia opinatio uehemens de pecu/nia quasi ualde expetenda sit: inhærens & penitus insita. Salustius in Catilinario. Salustius.

Pecuniæ imperii q; libido sunt quasi materies om/nium malorum. Nāq; auaricia: fidem: probitatē: cæterasq; bonas artes euertit.

Salustius in Catilinario.

Auaricia quasi uenenis malis imbuta corpus ani/mum q; effœminat. Semper infinita & insatiabi/lis est: neq; copia: neq; inopia minuitur.

Salustius in Iugurta.

Natura mortalium auida est imperii & præceps ad explendam animi cupiditatem.

Salustius in Iugurta.

Animus æger auaricia facile conuertitur. Ibidē.

Magnitudo pecuniæ a bono & honesto i prauum abstrahit.

Quintus Curtius de gestis Alexandri. Quintus Curtius.

Difficile est nos contentos esse eo quod offert oc/casio. Quippe sordent prima quæq;: quum maio/ra sperantur. Lucius Apuleius de Magia li°.p°. L. Apule.

Diuitiæ non melius in fundis & in fœnore: q̄ in ip/so hominis æstimantur animo. Qui si est auaricia egenus: & ad omne lucrum inexplebilis: nec mon tibus auri satiatur: Sed semper aliquid ante parta ut augeat mendicabit: Quæ quidem uera confes sio est paupertatis.

Lucius Apuleius Ibidem.

Omnis enim cupido acquirendi ex opinione ino/piæ uenit: nec refert q̄ magnum sit quod tibi mi/nus est. L. Apuleius de Magia li°.p°.

Non habuit tantam rem familiarem philosophus: quantam Lælius: Nec Lælius quantam Scipio: nec Scipio quantam Crassus diues. At enim nec Crassus diues quantam uolebat. Ita quum omnes superaret a sua met auaricia superatus est: omni/bus q; potius diues uisus est q̄ sibi.

Phocylides. Phocylid.

πλοῦτον μὴ φείδου. μέμνησ' ὅτι θνητός ὑπάρχεις.

οὐκ ἔνι ἐς ἅδην ὄλβον ἔχειν: καὶ χρήματ' ἀγινεῖν. hoc est.

Diuitiis ne parce: Recordare q; mortalis es.

Non licet in inferno diuitias habere: & pecunias afferre. Plautus in duobus Captiuis. Plautus

Odi ego aurum: Multa multis sæpe persuasit per/peram. Plautus in Penulo.

Male partum male disperit.

Terentius comedia.iiii. Terentius

Ad omnia alia ætate sapimus rectius. Solum hoc unum uitium affert senectus hominibus: q; atten tiores ad rem sumus q̄ sat est.

Terentius comedia.iiii.

Vitium commune omnium est: q; nimium ad rem in senecta attenti sumus.

Virgilius li°.iii.Aeneidos. Virgilius

Quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fames?

Ouidius Amorum li°.p°.Elegia.x. Ouidius

Non habet euentus sordida præda bonos.

Ouidius libro.ii.Amorum.Elegia.x.

Quærat auarus opes: & quæ lassarit eundo

Aequora: periuro naufragus ore bibat.

Ouidius Amorum li.iii.Elegia.vii.

Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro:

Corruptæ precium uirginis ipse fuit.

Dum merces aberat: durus pater: ipsa seuera:

Aerati postes: ferrea Turris erat:

Sed postq̃ sapiens in munera uenit adulter:
Præbuit ipsa sinus: & dare iussa dedit.
Propertius li°.p°.Elegia.ix.
Propertius Insanus medio Flumine quæris aquam.
Propertius li°.iii.Elegia.vi.
Ergo sollicitæ tu causa pecunia uitæ es.
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu uitiis hominum crudelia pabula pascis.
Semina curarum de capite orta tuo.
Propertius li°.iii.Elegia.xi.
Si fas est omnes pariter pereatis auari.
Propertius li°.iii.Elegia.xii.
At nunc desertis cessant sacraria lucis:
Aurum omnes uicta iam pietate colunt.
Auro pulsa fides: auro uenalia iura:
Aurum lex sequitur: mox sine lege pudor.
Horatius Carminum li°.ii.ode.ii.
Horatius Nullus argento color est auaris
Abdito terris inimice lamnæ
Crispe Salusti: nisi temperato
Splendeat usu. Ibidem.
Latius regnes: auidum domando
Spiritum: q̃ si lybiam remotis
Gadibus iungas: & uterq; poenus
Seruiat uni. Ibidem.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops
Nec sitim pellit: nisi causa morbi
Fugerit uenis: & aquosus albo
Corpore langor.
Horatius Carminum li°.iii.ode.xvi.
Crescentem sequitur cura pecuniam
Maiorq; fames. Horati°Carmi li.iii.ode.xvi.
Multa petentibus
Desunt multa. Bene est cui deus obtulit
Parca quod satis est manu.
Horatius sermonum li.p° satyra prima.
Paruula nam exemplo est magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; potest: atq; addit aceruo
Quem struit: haud ignara: ac nõ incauta Futuri.
Quæ simul inuersum contristat aquari° annum
Non usq; prorepit: & illis utitur ante
Quæsitis patiens: Quum te neq; feruidus auster
Dimoueat lucro: nec hyems: ignis: mare: ferrum:
Nil obstet tibi: dum ne sit te ditior alter. Ibidẽ.
At bona pars hominum decepta cupidine falso
Nil satis est: inquit: Quia tanti q̃tum habeas: sis.
Quidam memoratur Athenis (Ibidem.
Sordidus ac diues: populi contemnere uoces
Sic solitus. Populus me sibilat: At mihi plaudo
Ipse domi: simul ac nummos contemplor in arca.
Non uxor saluum te uult: non filius: oẽs (Ibidẽ.
Vicini oderunt: noti: pueri: atq; puellæ:
Miraris? quum tu argento post omnia ponas:

Si nemo præstet quem non merearis amorem.
Horatius sermonum li°.p°.satyra.prima.
Est modus in rebus: sunt certi deniq; fines
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.
Horatius sermonum li°.ii.satyra.ii.
Ego uectigalia magna
Diuitiasq; habeo tribus amplas regibus. Ergo
Quod superat nõ est melius quo insumere possis.
Cur eget indignus quisq̃ te diuite: Auare
Templa ruunt antiqua deum. Cur improbe caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo:
Vni nimirum recte tibi semper erunt res?
Horatius sermonum li°.ii.satyra.iii.
Qui nummos aurum q; recondit: nescius uti
Compositis: metuensq; uelut contingere sacrum.
Nimis insanus paucis uideat: eo q̃ (Ibidem.
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
Horati° epistolarum li°.p°. Epistola pria.
Virtus est uitium fugere: & sapientia prima
Stulticia caruisse. Vides quæ maxima credis
Esse mala: exiguum censum: turpẽq; repulsam
Quanto deuites animi capitisq; labore.
Impiger extremos curris mercator ad indos
Per mare pauperiem fugiẽs: p saxa: p ignes. Ibidẽ.
Pars hominum gestit conducere publica. Sunt qui
Frustis & pomis uiduas uenentur auaras:
Excipiantq; senes quos in uiuaria mittant.
Multis occulto crescit res. fænore.
Idem epistolarum li°.p°.epistola.ii.
Semper auarus eget. Certum uoto pete finem.
Horatius epistolarum li°.p°.epistola.xvii.
Qui metuens uiuit liber mihi non erit unq̃.
Perdidit arma: locum uirtutis deseruit: qui
Semper in augenda festinat & obruitur re.
Horatius epistolarum li.p° epistola. xix.
Nec te semper inops agitet uexetq; cupido:
Non pauor: & rerum mediocriter utilium spes.
Virtutem doctrina paret. Iuuenalis satyra pria. Iuuenalis.
Quid enim salus infamia nummus? Ibidem.
Et quando uberior uitiorum copia? quando
Maior auariciæ patuit sinus? Ibidem.
Inter nos sanctissima diuitiarum
Maiestas: & si funesta pecunia templo
Nundum habitas: nullas nummorum ereximus aras.
Iuuenalis satyra.iii.
Protinus ad census: de moribus ultima fiet
Quæstio. Quot pascit seruos? Quot possidet agri
Iugera? Quam multa magna q; paropside cænat?
Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca
Tantum habet & fidei. Idem satyra.viii.
Modum q;
Pone & Auariciæ. miserere inopum sociorum.
Iuuenalis satyra.xii.

Non propter uitam faciunt patrimonia quidam.
Sed uitio caeci propter patrimõia uiuunt. Ibidẽ.
I nunc & uentis animam committe dolato.
Confisus ligno: digitis a morte remotus
Quattuor aut septem si sit latissima thaeda
Iuuenalis satyra. xiiii.
Sed quae reuerentia legum?
Quis metus aut pudor ẽ unq̃ properantis auari?
Ibidem.
Sponte tamen iuuenes imitantur caetera: solam
Inuiti quoq; auaritiã exercere uidentur.
Fallit enim uitium speciae uirtutis & umbra:
Quum sit triste habitu uultuq; & ueste seuerum.
Nec dubie tãquam frugi laudatur auarus:
Tanq̃ parcus homo & rei tutella suae. Ibidẽ.
Et pater ergo animi faelicis credit auaros:
Qui mirantur opes: qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant: iuuenes hortãtur: ut illam
Ire uiam pergant: & eidem incumbere sectae.
Iuuenalis satyra. xiiii.
Sed quo diuitias haec per tormenta coactas?
Cũ furor haud dubi⁹: cũ sit manifesta frenesis
Vt locuples moriaris egenti uiuere fato. Ibidẽ.
Interea pleno quum turget sacculus ore
Crescit amor nũmi quantum ipsa pecunia crescit.
Et minus hanc optat qui non habet. Ibidẽ.
Curatoris eget qui nauem mercibus implet:
Ad summum latus: & tabula distinguitur uda.
Tantis parta malis cura maiore metu q; (Ibidẽ.
Seruantur. Misera est magni custodia census.
Mensura tamen quae. Ibidem.
Sufficiat census: si quis me consulat edam.
In quantum sitis atq; fames: & frigora poscunt.
Lucanus. Lucanus li°. iii. Pharsaliae.
Nec enim iam sufficit ulla Praecipiti fortuna uiro.
Dantes. Dantes Inferni capitulo. p°.
Per che la bestia per laqual tu cridi .i. auaricia.
Non lassa altrui passar per la sua uia:
Ma tanto lo impedisse che lucidi:
Et ha natura si saluagia & ria
Che mai non empie labramosa uogla
Et dopo il pasto: ha piu fame che pria.
Dantes Inferni. c°. xv.
Gente auara Inuida e superba
Da lor costumi fa che tu ti forbi.
Idem purgatorii. c°. ix.
Quel chauaricia fa quhi si dichiara
In purgation de lanime conuerse:
Et nulla poena il monte ha piu amara.
Si come lochio nostro non sapperse
In alto: fixo alle cose terrene:
Cussi iusticia quhi a terra il merse.
Come Auaricia spense a ciaschun bene
Lo nostro amor onde operar perdesse:
Cusi iusticia quhi strecti ne tiene
Ne piedi e nele man legati e presi:
Et quanto fia piacer del iusto Syre
Tanto staremo immobili & distesi.


Vdacia. g̃. τόλμα. ας. ἡ. Tolma: & τολμηρὸς. οῦ. ὁ. tolmiros audax dicitur: & est fiducia seu cõfidentia dicẽs motum irascibilis in aestimatum non excedere facultatem: & est circa mala. Nam circa bona est spes. ex. b. Tho. iii. sen. di. xxvi. q. i. ar. iii.

Homerus in ε odyssae. uerba Vlixis. Homerus.
θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων ἔργοισι τελέθει. hoc est.
Audax enim uir in omnibus melior operibus est.
Menander. Menãder
εὔτολμος εἶναι κρῖνε· τολμηρὸς δὲ μή .i.
Fidens esse delibera: audax autem non. Idem.
τὸ πολλὰ τολμᾶν πολλ' ἁμαρτάνειν .i.
Multa audere: multa ab errare facit.

AVersio graece. ἀποστροφή. ῆς. ἡ. apostropi: & ἀποστρέφω: apotrepo auerto dicitur. Suntq; auersio & conuersio idem re: sed differunt ratione secundum respectum ad diuersos termios. b. Tho. ii. senten. di. xlii. q. ii. ar. i. potest tamen conuersio esse sine auersione: ut in peccato ueniali. b. Tho. prima secundae. q. lxxii. articulo. v.

AVgmentatio: graece. αὔξησις. εως. ἡ. auxisis: et αὔξω auxo augeo dicitur: Et est mutatio per quam plus nutrimenti cõuertitur in substantiã aliti: q̃ deperditum sit ab anima mediante calore naturali: ut uiuens suã debitam quantitatem attingat. secundum Aristotelem. li°. de gen. & cor.

Augmentum est motus in perfectam magnitudinem: secundum Aristo. v. phisicorum.

Augmentum: est assumptio maioris quantitatis. quae proprie est tantum in iuuenibus. secundum b. Tho. iiii. senten. di. xii. q. ii.

AVgurium graece. οἰωνοσκοπία. ας. ἡ. ionoscopia: & οἰωνοσκοπέω. ionoscopeo auguror dicitur. Et est diuinatio ab auium garritu sumpta: sicut auspiciũ a motu auium. secundum. b. Tho. scda scdae. q. lxxxxv. ar. iii.

Augurium est quod fit in consyderatione auium ad scientiam futurorum: & est ex traditione malorum angelorum: ut habetur in decretis. xxvi. q. ii. Qui sine.

Viditas: græce: ἐπιθυμία.ας.ἡ. epithymia dicitur ab aueo quod est cupio: quod græce: dicitur ἐπιθυμέω. uel ab a quod est sine & uideo: hoc est a non uidêdo. Quare aui dus dicitur qui propter nimiam cupiditatem non uidet quid agat. ut quibusdam placet.

Vreola ab aurũ dicit̃ quod.g̃. χρυσόλου.τὸ.& est præmium accidentale beatorum de operibus perfectiõis secundum perfectam uictoriam. Aurum uero ab aura dicitur hoc est a splendore. Aura enim pro splendore aliquando sumitur. Horatius.

Tua ne retardet

Aura maritos.

Vrea uero est præmium essentiale respondês charitati. secundum.b. Tho.iiii.sen. di.xlviiii.q.v.ar.i.

Vsteritas.g̃. αὐστηρότης. austirotis: & αὐστηρὸς.οῦ.ὁ. austeros austerus dicitur. Et est potentialis temperantia. s.uirtus refrenans loq̃citatẽ: scdm.b. Tho.2a.2æ.q.cxlui.

Austeritas animi: uidetur esse in eo: qui non ueretur alios contristare: Econuerso. Moderatio animi est in eo qui abhorret omne quod potest alium contristare. secundum.b. Tho. scda scdæ.q.clvi. articulo.iii.

AVThoritas sine c: & cum th. scribi debet: græce.n. dicitur. αὐθεντεία.ας.ἡ. Sic & author scribit̃ quem græci. αὐθέντην dicunt. Ita & αὐθέντημα authoramentum. nec non. αὐθεντεῖν authorare: & αὐθεντηκὸν authoratum: quod aliqui more græco authenticum dicunt.

Cicero Cicero li°. de Senectute.

Apex est autem senectutis authoritas. Ibidẽ.

Habet senectus honorata præsertim tantã authoritatem: ut ea pluris sit q̃ omnes adolescẽtiæ uoluptates. Ibidem.

Non cani: non rugæ: repente authoritatem afferre possunt: sed honeste acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos. Ibidem.

Hæc enim ipsa sunt honorabilia quæ uidentur leuia atq; cõia: salutari: appeti: decedi: assurgi: deduci reduci: cõsuli: quæ etiam apud nos: & in aliis ciuitatibus: ut quæq; optime moratæ sunt: ita diligentissime obseruantur.

Home. Homerus in i Iliados.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
ζῆν κῆρι φίλησε.

Pro multis populis est uir: quem iuppiter ex corde amabit. Euripides. uerba Hecubæ ad Vlissem. Euripides

τὸ δ᾽ ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν
πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ᾽ ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταυτὸν
σθένει. hoc est.

Authoritas uero & si maledicat tua

Persuadebit. Nã ab inexistimatis proficiscens oõ

Et ab existimatis eadem. haud quaq̃ tantumdem ualet.



Vxilium: græce. βοήθεια.ας.ἡ. boethia: & βοηθέω boitheo auxilior dicitur.

Menander. Menãder.

ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα καὶ πόλις σώζει πόλιν. hoc est.

Vir enim uirum: & ciuitas saluat ciuitatẽ. Idẽ.

χεὶρ χεῖρα νίπτει: καὶ δάκτυλος δάκτυλον

Manus manum lauat: & digit⁹ digitum. (λαμ.



Albus græce. τραυλός.οῦ.ὁ. & τραυλίζω balbutio. Est autem balbus is qui linguã confusa & trepidanti loquitur. Balbutire q̃ est cum linguæ hæsitatiõe & cõfusione quadam trepidare. secundum Nonium marcellum.

Anausia est uitium contrarium paruificẽtiæ: & dicitur a furno qui κλίβανος.ου.ὁ. clibanos a græcis nuncupatur. quia sicut ignis consumit omnia. ita secundum hoc uitium fit excessus in sumptibus ad opus aliquod conficiendum maior q̃ esse debeat secundum regulã rationis. Ex.b. Tho. scda scdæ.q.cxxxv.ar.ii.



Aptism⁹ g̃. βαπτισμὸς dicitur. Et est ablutio hominis aliqualiter cõsentiẽtis facta ab alio i aqua simul uerba certa cum intentione debita proferente: significans efficaciter ex institutiõe diuina ablutionem animæ a peccato. secundum Io. Scotum in.iiii.sen.di.iii.q.i.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub forma præscripta uerborum. Secundum. Magistrum sen.in.iiii.di.iii.

Baptismus est quoddam principium sanctissimorum mandatorum: sacrarum actionum. & alio/

rum diuinorum eloquiorum ad susceptiuam opportunitatem formans nostros animales habitus ad susceptæ quietis anagogen: iter nostrum faciens sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio. secundum Dyonisium cap°.ii.ecclesiasticæ hierarchiæ.

Baptismus est per quem primitias spiritus accipimus: & principium alterius uitæ: fit nobis regeneratio & sigillum & custodia & illuminatio. secundum Io. Damascenum.iiii.sen. & b. Tho.iiii.sen.di.iii. q.i.ar.i.

Baptismus dicitur a βαπτίζω quod est mergo.

Ioannes — Ioannes in Euangelio capitulo.iii.

Respondit Iesus & dixit Nicodemo. Amen Amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit denuo: non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus quomodo potest homo nasci quum sit senex. Numquid potest in uentrem matris suæ iterato introire & renasci? Respondit Iesus. Amen Amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est. Quod natum est ex spiritu spiritus est.

Augustin° — Augustinus in homelia. lxxx. & habetur.i.q.i. Detrahe

Detrahe uerbum: quid erit nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum & fit sacramentum: unde ista tanta uirtus aquæ ut corpus tigat: & cor abluat? Nisi faciente uerbo non quia dicitur: sed quia creditur. Nam & in ipso uerbo aliud est sonus transiens: aliud uirtus manens. Augustinus li°.i. de unico baptismo. & habetur.xxxiii.q.i. Si quem

Si quem forte coegerit extrema necessitas: & ubi catholicum per quem accipiat non inuenerit: & in animo pacem catholicam custodiens per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit: quod in ipsa erat catholica unitate percepturus: si statim & de hac uita migrauerit: non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus quum se catholicæ congregationi & corporali præsentia reddiderit: unde nunquam corde discesserat: non solum nó improbamus quod fecit: Sed & securissime uerissimeque laudamus: quoniam præsentem deum credidit corde suo: ubi unitatem seruabat. Et sine sancti baptismatis sacramento: quod ubicunque inuenit: nó hominum: sed dei esse cognouit: noluit ex hac uita migrare.

Augustin° li°.ii. de unico baptismo & habetur de Con.di.iiii. Ostenditur.

Ostenditur illos impie facere: qui rebaptizare conantur. Augustinus li°.iii. de unico baptismo & habetur Ibidem. Nunc autem

Nunc autem non sicut heresis hereticorum est: sic error ipsorum est: sicut etiam sacrilegium dissensionis est eorum. Sic etiam baptisma quod Christi est non debet dici ipsorum. Augustin° de unico baptismo li°.iiii. & habetur Ibidem. Satis

Satis ostendimus ad baptismum quod uerbis euangelicis consecratur non pertinere cuiusdam dantis uel accipientis errorem. Siue de patre siue de filio siue de spiritu sancto aliter sentiat: quam cælestis doctrina insinuat. Augustinus Ibidem & habetur de Con.di.iiii. Baptismi.

Baptismi uicem aliquando implere passionem de latrone illo: cui non baptizato dictum est. hodie mecum eris in paradiso: Beatus Cyprianus non leue documentum assumpsit. Quod etiam atque etiam considerans inuenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod baptismo deerat posse supplere: sed & fidem conuersionemque cordis: si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est: sed pro meritis facinorum suorum. Neque quia credidit passus est: sed dum pateretur credidit. Quantum itaque ualeat etiam sine uisibili sacramento baptismi: quod ait apostolus. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratum est. Augustin° de unico baptismo li°.v. & habetur de con.di.iiii. Quum tantum.

Quum tantum ualeat baptismus per hominem contemptibilem: quantum per apostolum datus: Ita nec illius: sed Christi esse cognoscitur. Aug. de unico baptismo.li°.vi. & habet Ibidé. Non est.

Nó est aqua prophana & adultera supra quam nomen dei inuocatur: etiam si a prophanis & adulteris inuocetur. Quia nec ipsa creatura adultera est nec ipsum nomen adulterum est. Augustinus. Ibidem & habetur Ibidem. Si non.

Illa cætera uerba euangelica sine quibus nó potest baptismus consecrari tantum ualet ut per illa sic euacuentur quæcunque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur: quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Aug. de unico baptismo. li°.viii. & habetur de Con.di.iiii. Solet ét.

Solet etiam quæri utrum approbandum sit baptisma quod ab eo qui non accipit accipitur: si forte hoc aliqua curiositate didicit quomodo dandum sit: & utrum nihil intersit quo animo accipiat ille cui datur: an cum simulatione: aut sine simulatione: si cum simulatione: utrum fallés sicut in ecclesia: uel in ea quæ putatur ecclesia: an iocans sicut in mimo. Verum tamé si quis me forte in eo concilio constitutum: ubi talium rerum quæstio uersaretur non præcedentibus meritis quorum sententias sequi mallé urgeret: ut dicerem quid ipse sentirem. Si eo modo affectus essem quo erá dum ea

dictatem. Nequaq̄ dubitarem habere baptismum eos qui ubicunq̄ & a quocunq̄ illud uerbis euangelicis consecratum sine sui simulatiōe & cum aliqua fide accepissent. Quamq̄ ad salutem spiritualem eis nō prodesset. si charitate caruissent qua catholicæ inseruntur ecclesiæ. Si enim habeam fidem ut montes transferam: charitatem autē non habeam: nihil sum. Augustinus li°. de baptismo & habetur de Con. di. iiii. Nullus.

Nullus autem negat haberi baptismum etiam apostatas: quibus utiq̄ redeuntibus & per penitentiā conuersis non redditur. Quia amitti non posse iudicatur: sicut & illi qui in sacrilegium schismatis ab ecclesiæ communione discedunt: habent utiq̄ baptismum: quem prius q̄ discederent acceperunt. Augustinus. li°. de baptismo. & habetur de Con. di. iiii. Quomodo.

Quomodo exaudit deus homicidam deprecantem uel super aquam baptismi: uel super oleum: uel super Eucharistiam uel super capita eorum quibus manus imponitur. Quæ tamē omnia & fiunt & ualent etiam p homicidas: aut per eos qui fratres oderunt etiam in ipsa intus ecclesia: quum nemo dare possit quod non habeat: quomodo homicida dat spiritum sanctum. Et tamen intus etiam ipse baptizat. Deus ergo dat etiam in ipso baptismate spiritum sanctum. Quapropter sacramentum gratiæ dat deus etiam per malos. Ipsam uero gratiam non nisi per se ipsum: uel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum uel per se ipsum facit: uel per eius columbæ membra: quibus ait. Si cui dimiseritis peccata dimittentur: & si cui retinueritis retenta erunt.

Augustinus Ibidem c°. Tunc.

Tunc ualere incipit ad salutem baptismus: quum illa fictio ueraci confessione recesserit: Quæ corde in malicia uel sacrilegio perseuerāte peccatorum ablutione non sinebat fieri. Augustinus Ibidem & habetur Ibidem. Est unitas

Est unitas ecclesiæ quæ late patet in sacramentorū uidelicet societate & communione: quæ complectitur cum granis etiam paleas: quando eas corporaliter mixtas ita patitur: ut neq̄ illas iusti uitent: neq̄ ab illis iuste uitentur. Sic sunt in ecclesia homines mali: ut in corpore humano humores mali: qui interdum exeunt ex corpore.

Augustinus. li°. de baptismo. & habetur de Con. di. iiii. Quum pro.

Quum pro paruulis alii respondent: ut impleatur erga eos celebratio sacramenti: ualet utiq̄ ad eorum consecrationē quia ipsi pro se respondere nō possunt: Si pro eo qui respondere potest alius respondeat: non itidē ualet. ex qua regula illud euangelii dictum est: quod omnes quum legitur naturaliter monet. ætatem habet ipse pro se loquatur.

Augustinus li°. de baptismo. & habet' de Con. di. iiii. Sicut in sacramentis. §. Non interest.

Non interest quum de sacramenti integritate tractatur: & sanctitate: quid credat: aut quali fide imbutus sit: qui accipit sacramentum. Interest quidē plurimum: sed ad salutis uiam. Sed nihil interest ad sacramenti quæstionem. Augustinus Ibidem & habetur Ibidem. §. Manifestum.

Manifestum est fieri posse ut fide non integra integrum in quoq̄ maneat sacramentum baptismi.

Augustinus Ibidem. §. Si posset.

Si posset fieri ut singuli diligenter interrogentur: tot diuersitates opinionum forsitan inuenirentur quot homines numerarentur. Animal enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Nunquid tamen non ideo sacramētum integrum accipiūt? Aut nunquid ideo si profecerint: & opinionū carnalium uanitatem emūdauerint: denuo quod acceperant repetendum est? Accipit quisq̄ secūdum fidem suam: sed quantum capit gubernante misericordia dei. Augustinus. de baptismo paruulorum & habetur de Cō. di. iiii. Per baptismū.

Per baptismū Christi id agitur: ut caro peccati euacuetur. Non autem sic euacuatur: ut in carne cōcupiscentia innata non sit: Sed ne obsit. Nā si post baptismum ad ætatem naturalem peruenerint: ibi habent cum qua pugnent: eāmq̄ adiuuante domino superent: si non gratiam in uacuum susceperint.

Augustinus de baptismo. paruulorum & habetur de Con. di. iiii. Filius.

Filiꝰ dei carnē peccati suscepit: & poenam sine culpa: ut in carne peccati & culpa solueretur & poena. Per fidem ergo & baptismum eius a peccato homo per iustificationem: & a morte liberatur p resurrectionem. Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramēti uirtutem & offerentium responsionem. Qui uero non sunt baptizati inter non credentes iudicantur ex euangelio Ioannis. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum dei.

Augustinus li°. de baptismo paruulorum & habetur de Con. di. iiii. Si baptizata.

Si baptizata est caro Christi quæ sine peccato erat: q̄to magis baptizanda est caro mortis propter cui tandum iudicium damnationis. Augustinus Ibidem & habetur Ibidem. Regenerante.

Regenerante autem carne tantummodo contrahitur peccatum originale: regenerante autem spiritu sancto: nō solum originalium sed etiam uoluntariorum fit remissio peccatorum. Proinde recte potest dici paruulos sine baptismo decedētes mi

tiſſimam omnium futuros ſuſtinere pœnam. Fal/
lit enim & fallitur qui eos in damnatióe prædicat
non futuros: dicēte apoſtolo. Per unius delictum
omnes homines in condemnatione &c.

Auguſtinus Ibidē & habetur Ibidē. Quiſquis
Quiſquis ex concupiſcentia carnis & lege peccati
& mortis carnaliter generatur regenerari ſpiri/
tualiter habet opus: ut non ſolum ad regnum dei
perducatur: ſed etiam a damnatione peccati libe/
retur: ſicut etiam per primum hominem in pecca
to & morte naſcuntur: ſic etiam per Chriſtum i iu
ſticia & uita eterna in baptiſmo renaſcuntur.

Auguſtinus li°. de baptiſmo paruulorum
& habetur de Con. di. iiii. Paruuli.

Paruuli fideles recte uocantur qui fidem per uerba
geſtantium quodammodo confitentur: & per eo/
rundem uerba diabolo & mundo abrenunciant:
& hoc fit in ſacramento diuinæ gratiæ quam de/
dit deus eccleſiæ. Paruulus autem qui baptizatur
ſi ad annos rationales ueniens non crediderit: nec
ab illicitis abſtinuerit: nihil ei prodeſt quod puul°
accepit. Auguſtinus Ibidem. Nulla pter

Nulla præter baptiſmum ſalus infantibus promit/
titur: quia infantes ſi per ſacramentum qd ad hoc
eſt diuinitus inſtitutum in credentium numerum
non traoſeunt in tenebris manent.

Auguſtinus Ibidem. Ad hoc.

Ad hoc baptiſmus ualet ut baptizati Chriſto icor/
porentur: ut membra eius habeantur & conſepe/
liantur: & oblati per ſacramentum charitatemq;
fidelium reconcilientur deo: ut in eo uiui: ſalui: li/
berati: redempti: illuminati fiant.

Auguſtinus Ibidem. Quis autem

Quis autem neſciat credere eſſe infantibus bapti/
zari: non credere autem non baptizari.

Auguſtinus Ibidē & habet Ibidē. Nō ex quo

Nō ex quo quiſq; baptizatur omnis uetus infirmi
tas in eo aſſumitur: ſed renouatio incipit ad remiſ
ſionem omnium peccatorum: & intelligētiam: &
operationem ſpiritualiū: Cætera uero in ſpe ſunt
donec fiat in re: quod erit in reſurrectione: nam in
baptiſmo quamuis fiat plena remiſſio peccatorum
nondum tamen plena eſt nouitas & perfecta mu/
tatio: quia adhuc remanet corruptio non ſolum i
corpore: ſed etiam in animo: qui eſt homo iterior:
in quo ſi perfecta eſſet nouitas non diceret apoſto
lus: q; de die in diem renouatur.

Auguſtinus Ibidem. §. Hoc meminiſſe.

Hoc meminiſſe debemus omnium peccatorum ple
nam perfectamq; remiſſionem in baptiſmo fieri:
hominem uero non totum commutari continuo:
ſed in bene proficientibus de die in diem creſcen/
te nouitate commutari quod uetuſtum eſt: & car/
nale eſt: donec ita renouetur quod animalis infir/
mitas corporis ad firmitatem ſpiritualem incorru
ptioq; perueniat. Aug. Ibidē. §. Sicut dicta.

Sicut dicta: facta: & cogitata iniquæ animæ & cor
pori pertinent: licet aūt quantum ad motum iam
præterierunt & non ſunt: eis tamen præteritis rea
tus eorum manet: niſi peccatum per remiſſionem
ſoluatur: ſic non præterita ſed adhuc manente le
ge concupiſcentiæ reatus ei ſoluitur: & non erit:
quum fiat in baptiſmo plena remiſſio peccati.

Auguſtinus homelia. iii. de baptiſmo &
habetur de Con. di. iiii. Poſtq̄ uos.

Poſtq̄ uos credere promiſiſtis tertio: capita ueſtra i
ſacro fonte dimerſimus: qui ordo baptiſmatis du/
plici myſterii ſignificatione celebratʳ. Recte enim
tertio merſi eſtis: qui accepiſtis baptiſmum in no/
mine ſanctæ trinitatis: Recte tertio immerſi eſtis
qui accepiſtis baptiſmum in nomine ieſu Chriſti:
qui etiam die tertia reſurrexit a mortuis. Illa enim
tertio repetita dimerſio typū dominicæ exprimit
ſepulturæ: per quam Chriſto conſepulti eſtis i ba
ptiſmo: & cum Chriſto ſurrexiſtis in fide peccatis
abſoluti in ſanctitate uirtutum Chriſtum uiuatis
imitando. Auguſtinus de libero arbitrio
li°. iii. & habetur Ibidem. Illud

Illud perſcrutari homines ſolent ſacramentum ba
ptiſmi Chriſti quid proſit paruulis: quum eo acce
pto plerumq; moriuntur priuſq̄ ex ſe quicq̄ potue
rint agnoſcere. Qua in re ſatis pie recteq; creditʳ
prodeſſe paruulo fidem eorum a quibus conſecrā
dus offertur: & hoc eccleſiæ commendat authori
tas: ut ex eo quiſq; ſentiat quid ſibi ꝓſit fides ſua:
quando in aliorum quoq; beneficio qui propriam
nundum habent poteſtatem commoda ſit.

Auguſtinus ſuper Ioānem tractatu. v. pri
mæ partis. & habetur de Con. di. iiii. Baptiſmus.

Baptiſmus talis eſt qualis ille eſt in cuius poteſtate
datur. Non qualis ille per cuius miniſterium da/
tur. Auguſtinus tractatu. vi. &
habetur Ibidem. Quum baptizat.

Quum baptizat malus ex aliqua uel ignorantia ec
cleſiæ uel tolerantia: aut enim ignorātur mali aut
tolerantur paleæ quouſq; in ultimo uentiletʳ area
Illud quod datum eſt unum eſt: nec impar propter
impares miniſtros: Sed par & æquale propter hūc
qui baptizat. Auguſtinus ſuper Ioannē
& habetur de Con. di. iiii. Neceſſarium.

Neceſſarium & uiſibile ſacramētum aquæ ad ablu
tionem uiſibilis corporis: Sicut neceſſaria eſt do/
ctrina inuiſibilis fidei ad ſanctificationem inuiſibi
lis animæ. Ibidem.

Renaſcitur homo ex aqua uiſibili ſacramēto: & ſpi
ritu inuiſibili ſcilicet intellectu: ut ſymbolum ba/

ptismi uisibiliter accipiat: & spiritualẽ itellectum ipsius symboli percipiat: uel ex aqua uisibili & spiritu sancto. Augustinus Ibidem. Aliud

Aliud est baptizare per ministerium: aliud baptizare per potestatem. Item ergo baptizabant discipuli eius: & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos ei⁹. Si quos autem baptizauit Iudas: non sunt iterum baptizati: Et quos baptizauit Ioannes sunt iterũ baptizati? plane iterum. Sed nõ iterato baptismo. Quos enim baptizauit Ioannes: quos baptizauit Iudas Christus baptizauit. Augu. ad Petrũ Diaconẽ. & habet᷑ de con. Di. iiii. Firmissime.

Firmissime tene & nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum uiri & mulieris concipitur: cum originali peccato nasci impietati subditum mortiq; subiectum. Et ob hoc naturaliter iræ nasci filium. De qua dicit apostolus. Eram⁹ enim natura filii iræ: sicut & cæteri a qua ira nullus liberabitur nisi per fidẽ mediatoris hominis Iesu christi. Firmissime tene non solum homines rõne utentes uerum etiam paruulos: qui siue in uteris maternis uiuere incipiunt: & ibi moriũtur: siue iã de matribus nati sine sacramento baptismi: quod datur In nomine pr̃is & filii & spiritus sancti: de hoc sæculo trãseunt sempiterno igne puniẽdos. Quia & si peccatum propriæ actionis nullum habent: originalis tamen peccati damnatiõem carnali cõceptione ex natiuitate traxerunt.

Augustinus ad Petrum Dyaconem & habetur. i. q. i. Firmissime.

Firmissime tene & nullatenus dubites extra ecclesiam baptizatos si ad ecclesiam non redierint baptismo cumulari perniciem. Tantum enim ualet ecclesiasticæ societatis communio ad salutem: ut baptismo non saluetur: quum ibi non datur ubi oportet ut detur. Augustinus ad Fortunatum. & habetur de Con. di. iiii. In necessitate.

In necessitate. quum episcopi: aut præsbyteri: aut q libet ministrorum non inueniuntur: & urget periculum eius qui petit: ne sine isto sacramento hanc uitam finiat: etiam laicos solere dare sacramẽtum quod acceperunt solemus audire.

Augustinus Ibidem ca°. Sanctum.

Sanctum est baptismum per se ipsum quod datum est. In nomine patris: & Filii: & spiritus sancti: Ita ut in eodem sacramento sit etiam authoritas traditionis per dominum nostrum Iesum Christum ad apostolos: per illos autem ad episcopos & alios sacerdotes: etiam laicos Christianos ab eadem origine: & stirpe uenientes.

Augustinus Ibidem c°. Cathecuminum.

Cathecuminum q̃uis in bõis operibus defunctum uitam habere non credimus: excepto dumtaxat nisi martirii expleat sacramentum. Aug. ad Orosium li°. ii. & habetur Ibidem ca°. Quãuis.

Quamuis unum baptisma sit & hereticorum cog scilicet qui in Nomine patris & filii & spiritus sancti baptizant: & ecclesiæ catholicæ: Tamen q foris ecclesiam baptizantur: non sumunt baptismũ ad salutem: sed ad perniciem: habentes nimirum formam sacramenti: uirtutem aũt eius abnegantes

Augustinus in epistola ad Bonifacium. & habetur. Ibidem ca°. Non illud.

Non illud te moueat: q̄ quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt: ut gratia spirituali ad uitam regenerẽtur æternam: Sed hoc eos putant remedio temporalem retinere uel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur: qui non ab istis hac intentione offerunt. Aug. ad Bõifaciũ & hẽtur Ibidẽ c°. Nulli

Nulli est aliquatenus ambigẽdum tunc unumquẽq; fidelem corporis sanguinisq; domini participẽ fieri: Quando in baptismate membrum Christi corporis efficitur. Augustinus lib. de baptismo. & habetur de Con. di. iiii. Non dubito.

Nõ dubito cathecuminum catholicum diuina charitate flagrãtem hæretico baptizato ante ponere

Augustinus in epistola ad Maximum: & habetur de con. di. iiii. Rebaptizare.

Rebaptizare hæreticum hominem qui hæc sanctæ trinitatis signa susceperit: quæ Christiana tradidit disciplina omnino peccatum est. Rebaptizare autem catholicum immanissimum scelus est.

Augustinus ad Valerium contra Iulianum & habetur de Con. di. iiii. Ex quo

Ex quo instituta est circuncisio in populo dei: quod erat tunc signaculum fidei iusticiæ dei: ad sanctificationem purgationis ualebat paruulis originalis ueterisq; peccati: Sicut & baptismus ex illo ualere cæpit ad innouationem hominis ex quo constitutus est. Augustinus contra Crescẽtium grammaticum & habetur de Con. di. iiii. Siiter.

Siiter bonos ministros: quum sit alius alio melior: nõ est melior baptismus: qui per meliorem datur: quando idem baptismus datur: nullo modo malus est: qui etiam per malum datur: quando idem baptismus datur. Et ideo per ministros dispares dei munus æquale est: Quia non illorum: Sed eius ẽ.

Augustinus de Symbolo. & habetur de Con. di. iiii. Sicut nostis.

Sicut nostis fratres Charissimi paruuli exuflantur & exorcizãtur: ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica: quæ decepit hominem: ut possideret homines. Non ergo creatura in infantibus exorcizatur aut exuflatur: Sed ille sub quo sunt: q sub peccato nascuntur. Augustinus de pœnitentia

& habetur Ibidem.cap.Omnis qui.

Omnis qui iam suæ uoluntatis arbiter constitutus est: quum accedit ad sacramentum fidelium: nisi eum pœniteat ueteris uitæ: nouam non potest in/cohare. Ab hac pœnitentia quum baptizantur so li paruuli immunes sunt. Nondum enim uti pos/sunt libero arbitrio. Augustinus in En/chiridion.& habetur de Con.di.iiii.Paruulo.

Paruulo recenter nato usq; ad decrepitum senem: sicut nullus prohibendus a baptismo: Ita nullus ē qui non peccato moriatur in baptismo: Sed puuli tantum originali. Maiores autem omnibus etiam moriuntur peccatis, quæ male uiuendo addiderūt originali. Augustinus in Enchiridion & habetur de Con.di.iiii. Non regenerabantur.

Non regenerabantur uel renascebantur: qui bapti zabantur baptismo Ioannis: sed quodam præcur sorio illius ministerio qui dicebat Parate uiam do mino Christo: in quo solo renasci poterant: qui pa rabantur: Huius enim baptisma est non in aqua tantum: ut fuit Ioānis: uerum etiam in spiritu san cto ut de illo regeneraretur. Si quis in Christū cre diderit: de illo Christus regeneratur. Qui regene rationem non cognouit in aqua baptizari uoluit: nō ut eius iniquitas dilueretur: sed humanitas cō mēdaretur. Itaq; baptisma in eo nihil habuit: qd ablueretur: Sicut mors nihil inuenit quod puni/ret. Augustinus li°. sententiarum ꝓspe/ri.& habetur de Con.di.iiii. Verus

Verus baptismus constat non tam ablutione corpo ris: q̄ fide cordis: sicut apostolica doctrina tradidit dicens. Fide mundās corda eorum.& alibi Saluos facit baptisma non carnis depositio sordium: sed etiam conscientiæ bonæ interrogatio in deum.

Augustinus in sermone post pascha: qui icipit hodiernus dies.& habeť de Con.di.iiii.Vos ante.

Vos ante omnia tam mulieres q̄ uiros qui filios i ba ptismate suscep stis moneo: ut uos cognoscatis fi/deiussores apud deum extitisse pro illis: quos uisi estis de sacro fonte suscipere. Ideoq; semper eos ad monete: ut castitatem custodiant: iustitiam diligāt charitatem teneāt: Ante omnia simbolum & ora tionem dominicam: & uos ipsi tenete: & illis quos accepistis de sacro fonte ostendite. Hierony mus super epistolam ad Philippenses.lib.ii.& ha/betur de Con.di.iiii.Eodem modo.

Hierony°.

Eodem modo i patre & filio & spiritu sancto bapti zamur: & ter mergimur: ut trinitatis unum appa reat sacramentum. Ambrosius li°.de sa cramentis.& habetur Ibidem. Venisti:

Ambrosi°.

Venisti ad Fontem: ingressus es: consydera quid ui/deris. quid locutus sis diligenter: Repente occur/rit tibi Leuita: occurrit tibi præsbyter: unct° es q̄si Athleta dei: ut ad baptismum cathecuminus ac cedas. Ambrosius lib.de sacramentis & habetur de Con.di.iiii. Per aquam.

Per aquam baptismi transitus est de terrenis ad cæ lestia. Ideo Pascha transitus dicitur: hic transitus est de peccato ad uitam: de culpa ad gratiam. de i/quinamento ad sanctificationem. Qui per hanc a quam transit non moritur: sed exurgit.

Ambrosius lib.de sacramentis & habe/tur de con.di.iiii. Venit

Venit sacerdos ad fontem: dicit precem: inuocat no men patris & filii & spiritus sancti: utitur uerbis cælestibus: cælestia sunt uerba quæ Christi sunt: præsentia trinitatis adest: operatur sermo ætern°: ubi descendit spiritus sanctus: primo quasi colum ba descendit: ut increduli uocarentur ad fidē. In principio signum debuit esse: in posterioribus per fectio: apostolis enim spiritus sanctus datus est in igneis linguis propter incredulos: nobis autem iā in plenitudine ecclesiæ: non per signa: sed per fidē ueritas est colligenda. Ambrosius ibidē. & habetur ibidem .c°. Emersisti.

Emersisti: uenisti ad sacerdotem: quid tibi dixit: de° inquit tibi pater omnipotēs: qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto: cōcessitq; peccatorum tuo rum ueniam: ipse te inungat i uitam æternam: ui de ubi iunctus es in uitam æternam inquit.

Ambrosius lib.de sacramentis & habeť de Con.di.iiii. Accepisti post

Accepisti post baptismum uestimēta candida ut eēt indicium q: exueris uoluptatem peccatorum: & i dueris innocentiæ casta uelamina. Ambrosi° lib.de Initiādis Rudib° & habeť.i.q.i. Nō sanat.

Non sanat baptismus perfidorum: nō mundat: sed polluit. Qui i diluuio aquarum ad dominum nō approximabunt: quia ut p apostolum dicit. Quic qd nō est ex fide peccatum est: & ipsis qui faciunt: & quibus faciant non solum nō prodest. sed ad iu dicium est. Ambrosius super epistolā ad Romanos & habeť de cō.di.iiii. Sine pœnitētia.

Sine pœnitētia sunt dona & uocatō dei. Quia gra tia dei in baptismate non requirit gemitum: non requirit planctum: uel opus aliquod: sed solam fi/dem: & omnia gratis condonat.

Gregori° Augustino Anglorum episco/po & habetur de con.di.iiii. Baptizari. Gregorius

Baptizari autem: uel enixam mulierem: uel hoc qd genuerit: si periculo mortis urgetur: uel ipsa eadē hora qua gignit: uel eadem etiam qua natum est id quod gignitur nullo modo ꝓhibetur. Ne dum adhuc tempus ad prebēdum redemptionis myste rium quæritur: interueniente paululum mora in ueniri non ualeat qui redimatur.

Gregorius Leandro epiſcopo:& habetur de Con.di.iiii.De trina.

De trina merſione baptiſmatis nil reſponderi uerıꝰ poteſt.q̃ quod ipſi ſenſiſtis.Quia i una fide nil offi cit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo diuerſa. Nos auté qꝫ tertio mergimus triduanæ ſepulturæ ſacramen ta ſignificamꝰ:Et dum tertio infans ab aquis edu citur reſurrectio triduani temporis exprimitur.

Gregorius in moralibus & habetur de Con.di.iiii.Quod autem.

Quod auté apud nos ualet aqua baptiſmatis hoc egit apud ueteres:uel pro paruulis ſola fides: uel pro maioribus uirtus ſacrificii:uel pro his qui de Abrahæ ſtirpe prodierát myſterium circúciſióis.

Gregorius in moralibus.

Spiritus ſanctus etiam ante baptiſma gétilium cor da perfudit:qui nunq̃ in Iudeorum mentibus niſi poſt aquam baptiſmatis uenit. Gregorius ho melia.xxiiii.& habetur de con.di.iiii.Sacerdotes.

Sacerdotes quum per exorciſmi gratiá manum cre dentibus imponunt:& malignos habitare ſpiritꝰ in eorú mentes contradicunt.Quid aliud faciunt niſi qꝫ dæmonia eiciunt. Ioannes Chri/ ſoſtomus & habetur de con.di.iiii.Non poteſt.

Io.chriſo. Non poteſt quis gratiam uitæ cæleſtis accipere:niſi purgatꝰ fuerit ab omni ſorde peccati per pœnité tiæ confeſſionem:per donum baptiſmi ſalutaris domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Iſydorus. Iſydorus ſentétiaꝝ lib.primo.& habe tur de con.di.iiii.Qui in maternis.

Qui in maternis ſunt uteris ideo cum matre bapti zari non poſſunt.Quia qui natꝰ adhuc ſecundum Adam nó eſt:ſecundum Chriſtum regenerari nó poteſt.Neqꝫ enim dici in eum regeneratio poteſt quem generatio nó pceſſit.Qui ſcelerate uiuunt in eccleſia & communicare non deſinunt:putan/ tes ſe tali communione mundari diſcant nihil ad emundationem proficere ſibi.

Iſydorus Ibidem.cº.Si quis.§.Sed Romanus.

Romanus Pontifex non hominem iudicat qui ba/ ptizat:Sed ſpiritum dei ſubminiſtrare gratiam ba ptiſmi:licet paganus ſit qui baptizet. Leo pp. ad Nicetem.& habetur.i.q.i.hanc regulam.

Leo. Hanc regulam conſeruidam in omnibus eccleſiis prædicamus:ut lauacrum ſemel initum nulla ite/ ratione uioletur.Dicente apoſtolo.Vnus deꝰ:una fides:unum baptiſma cuius ablutio nulla reitera tione uiolanda eſt.Sed ſola ſpiritus ſanctificatio i uocanda:ut qꝫ ab hereticis nemo accepit a catho/ licis ſacerdotibus conſequatur.Leo pp.& habe/ tur de Con.di.iiii.Hii qui.

Hii qui neceſſitate mortis ægritudinis:obſidionis: perſecutionis:& naufragii urgétur omni tempo/ re debent baptizari.Leo Ibidem cº.Hii de qbus

Hii de quibus ſcripſiſti qui ſe baptizatos ſciunt:ſed cuius fidei fuerint qui eos baptizarunt ſe neſcire profitentur:quolibet modo formam baptiſmatis acceperunt:rebaptizandi non ſunt:ſed per impo/ ſitionem manus uirtute ſpiritꝰ ſancti:quam ab he reticis accipere non potuerunt catholicis copulan di ſunt.Leo pp.Leoni Rauennati epiſcopo.& ha betur Ibidem:Quum itaqꝫ.

Quum itaqꝫ baptiſmi ſui nihil recordetur qui rege nerationis eſt cupidus:nec alter atteſtari de eo poſ ſit qui ſciat ſe conſecratum:Nec ille qui conſecra tur.Scimus quidem inexpiabile eſſe facinus:quo tiens iuxta hereticorum dogmata contra ſancto/ rum patrum inſtituta cogitur aliquis lauacrum quod regenerandis ſemel tributum eſt bis ſubire. Apoſtolica reclamante ſententia quæ nobis unã prædicat in trinitate deitatem:unam in fide cõfeſ ſionem:unum in baptiſmate ſacramentum.

Leo.pp.Ibidem caº.Si nulla

Si nulla extant indicia inter propinquos & familia res nulla inter clericos aut uicinos quibus hii de q bus quæritur baptizati fuiſſe doceátur:agendum eſt ut renaſcantur:ne manifeſte pereant in quibꝰ quod non oſtéditur geſtum nulla ratio ſinit:ut ite ratum uideatur:qui autem poſſunt meminiſſe qd ad eccléſiam ueniebant cum parentibus:poſſunt recordari:eo quod eorum parentibꝰ dabatur acce perint:ſed in hoc etiam ab ipſa memoria alienum eſt:conferendum eis uidetur:quod collatum eſſe neſcitur:quia non temeritas interuenit præſum/ ptionis:ubi eſt diligentia pietatis.

Caſſiodorus ſuper pſalmo quinto. Caſſiodꝰ

In baptiſmo ſic omnia & originalia delicta & per pœnam commiſſa mundátur:ut illi nos reſtituat puritati:in qua Adam noſcitur eſſe procreatus.

Beda ſuper illud Lucæ Poſtq̃ conſumati Beda ſunt dies octo.

Idem ſalutiferæ curationis auxilium circúciſio i le ge contra originalis peccati uulnus agebat:quod baptiſmus agere reuelatæ gratiæ tempore con/ ſueuit:excepto quod regni cæleſtis ianuam:nec dum intrare poterat:donec adueniens benedictio nem daret:qui legem dedit:ut uideri poſſet deus deorum in ſyon:tátum in ſinu Abrahæ poſt mor/ tem beata requie conſolati ſupernæ pacis ingreſ/ ſum ſpe fælici expectabant.

Dantes in paruo Tractatu de ſacramentis. Dantes

Io dico chel bateſmo ciaſcun freſa
Dela diuina gratia:& munda tutto
Dogni peccato:& dogni uirtu il preſa.
Quale ſol daqua & di parole tuto
Et non ſi da a neſun piu duna uolta

Q uantumque torni di peccato bruto.
Et ſenza queſto ogne poſſanza e tolta
Ad ciaſcadun dandar ad uita æterna
Ben che in ſe habia aſſai uirtu racolta.

Beatitudo græce: μακαριότης.ου.ἡ. & μακάριος.ου.ὁ. beatus: & μακαρίζω beatifico dicitur. Et eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus: ſecundum Boetium lib. v. de philoſophica conſolatione.

Beatitudo eſt ſummum bonum & ultimus finis rationalis naturæ tantum: ſecundum bea. Tho. iiii. ſen. di. xlviiii. ar. ii.

Beatitudo eſt bonum naturæ intellectualis apprehēſum per intellectum ſecundum eundem. ſecunda parte. q. xxvi. ar. i. & ii.

Beatitudo eſt ultima perfectio hominis. ſecundum eundem prima. ſecundæ. q. iii. ar. ii.

Beatus uir dicitur omnibus uirtutibus inſtruct⁹ & ornatus: ſecundum Ciceronem li°. Tuſ. quæſt.

Beatus dicendus eſt qui ſit in bonis: nullo adiuncto malo. Beata autem uita uirtute conficitur. ſecundum eundem.

Beatus proprie dicitur qui rebus omnibus ad uitæ uſum ornatumq; ſpectantibus abundat. Dict⁹ ut quidam uolunt quaſi bene auctus. Ideo locupletes uiros aliquando beatos uocamus. Iuuenalis. uetulæ ueſſica beatæ.

Beare eſt beatum facere: eiuſq; oppoſitum eſt ebeare quod eſt beatitudine priuare.

Bellum græce. πόλεμος.ου.ὁ. & πολεμικός.ου.ὁ. bellicoſus dicitur. & eſt proprie diſſenſio per quam arma mouentur: hinc ſociale bellum dicim⁹ & bellum Romanorum cum Etruſcis uel ſamnitibus.

Bellum & prælium ita differunt: q; bellum eſt tum ipſa pugna: tum totum tempus: quo in militia ſumus: quod illitterati guerram dicunt. Prælium uero eſt ipſum tantummodo armorum certamē. Nā pugna & certamē etiam citra arma fit. Interdum etiam nudis uerbis.

Regum. Regum ſecundi cap. ii.

Varius euentus eſt belli: Et nunc hunc: & nunc illum cōſumit gladi⁹. Machabeorum. Machabeoꝝ Primi c°. iii.

Non enim in multitudine exercitus uictoria belli: Sed de cælo fortitudo eſt. Prouerbiorum. Prouerbioꝝ. i. xx.

Cogitationes conſiliis roborātur: & gubernaculis tractanda ſunt bella. Lucas Lucas ca°. iii.

Neminem cōcutiatis: neq; calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendiis ueſtris.

Auguſtin⁹ epiſtola. v. ſuper illud. Lucæ. iii. Auguſtin⁹
Neminē cōcutiatis: neq; ca. fa. & cō. eſ. ſti. ueſtris.

Quibus ſtipendium proprium ſufficere præcepit: militare utiq; non prohibuit.

Auguſtinus ſermone de puero Centurionis. & habetur. xxiii. q. i. Paratus. §. Nam ſi.

Nam ſi Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet hoc potius conſilium ſalutis petētibus in euangelio diceretur. ut abiicerent arma ſe q; militiæ omnino ſubtraherent. Dictum eſt autem eis. Neminem concutiatis: eſtote contenti ſtipendiis ueſtris.

Aug. ad Bonifacium & habet̄. xxiii. q. i. Noli.

Noli exiſtimare neminem deo placere poſſe qui armis bellicis miniſtrat. In his erat ſanctus Dauid: cui dominus tam magnum perhibuit teſtimoniū. In his etiam plurimi illius tēporis iuſti. In his erat ſanctus ille Centurio qui domino dixit. Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. Auguſti. cōtra Manicheos & hēt̄. xxiii. q. i. Quid culpat̄.

Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoq; morituri: ut dominentur in pace uicturi: hoc repræhendiſſe timidorum eſt: non relligioſorum: nocendi cupiditas: ulciſcendi crudelitas. Implacatus atq; implacabilis animus. Feritas rebellandi: libido dominandi: & ſi qua ſimilia. hæc ſunt quæ in bellis iure culpant̄. Auguſtinus de uerbis dñi Tractatu. xviiii. & habetur. xxiii. q. i. Militarē

Militare non eſt delictum: Sed propter prædam militare peccatum eſt. Nec rēpu. gerere criminoſum eſt: Sed ideo agere rempu. ut diuitias augeas uidetur eſſe damnabile. Propterea enim quadam prouidentiā militantibus ſunt ſtipēdia cōſtituta: Ne dum ſumptus quæritur: Prædo graſſetur.

Auguſtinus de diuerſis eccleſiæ obſeruationibus: & habetur Ibidem. Apud

Apud ueros dei cultores etiā ipſa bella pacata ſunt: Quæ nō cupiditate aut crudelitate: Sed pacis ſtudio gerunt̄: ut mali coerceant̄: & boni ſubleuent̄.

Auguſtin⁹ cōtra Quinq; hereſes in principio.

Donabit certanti uictoriam: qui certandi dedit audaciam: Non ergo nos hoſtium turba: non bellantium forma: non quaſi fulgēs uitrea terreat armatura. Goliam magnum: robuſtum: armis terribilē: ingentiq; turba munitum Dauid ſolus: puus: atq; inermis uno lapidis ictu ꝓſtrauit. Totaq; Allophilorum caſtra turbauit: atq; fugauit.

Auguſtinus de uerbis Apoſtoli.

O homo ideo non uiciſti: quia de tuo præſumpſiſti.

Qui præſumit de uiribus ſuis anteq̄ pugnet ipſe proſternitur. Hieronymus in Epiſtola ad Teodorum monachum. Hierony⁹.

De cubiculo ad aciem: de umbra egrediens ad ſolē:

corpus assuetum tunica loricae onus non sustinet Caput opertum lintheo galeam recusat. Mollem ocio manum durus exasperat capulus. Fortior autem miles ex cõfragoso uenit. Ambrosius de officiis li°.i.& habetur.xxiii.q.iii. Fortitudo.

Ambrosi°. Fortitudo quae bello tuetur a barbaris patriam: uel domi defendit infirmos: uel a latronib° socios: plena iusticia est. Ibidem

In cassum contra exteriores bellum geritur in campo: si intra ipsa urbis maenia ciuis insidians habet. Ambrosius de officiis lib.i.

Vtilior est in conflictu lorica ferrea q̃ stola linea: licet oneri illa sit. In minimis probate conflictibus: ut q̃ utiliter in maiore certamine stare possitis. Ambrosius & habet.xxiii.q.viii. Nõ pila

Non pila quaerunt ferrea: nõ arma Christi milites.

Gregorius Gregorius & habetur.xxiii.q.viii. Si i morte

Si in morte longobardorum me miscere uoluissem: hodie longobardorum gens: nec regem: nec ducẽ haberet. Sed quia deum timeo: in mortem cuiusli

Isydorus. bet hominis me misceri formido. Isydor° Ethimologiaȝ li°.xx.& habetur.xxiii.q.ii. Iustum est.

Iustum est bellum quod ex edicto geritur de rebus repetẽdis: aut propulsandorum hominum causa. Isydorus soliloquiorum li°.ii.

Improuisus hostis fortiter opprimitur.

Bernard°. Bernardus de noua militia.

Si bona fuerit causa pugnantis pugnae exitus mal° esse non potest. Sicut nec bonus iudicabitur finis si causa non bona & intentio non recta praecessit.

Cassiodo. Cassiodorus lib.i.epistola.xvi.

Mens deuota praelijs: non debet alijs occupationibus occupari. Cassiodorus lib.i.epistola.xvi.

Res praeliorum bene disponitur: quum in pace tractatur. Munitio tũc efficitur praeualida: si diutur na fuerit cogitatione roborata. Cassiodorus lib.i.epistola.xxxix.

Discat miles ocio: quid pficere possit in bello. Ibidẽ

Ars bellandi si non praeluditur: quum fuerit necessaria non habetur. Cassiodorus li°.i.epistola.xxxviii.

Animos subito ad arma non erigunt: nisi qui se ad ipsa idoneos praemissa exercitatione disponunt. Cassiodorus li°.iii.epistola prima.

Tunc solum utile est ad arma concurrere: quum locum apud aduersarium iusticia non põt inuenire. Cassiodorus lib.v.epistola.iii.

Vegetius Iusticiam minus diligunt qui frequenter praelia tractauerunt. Vegetius de re militari li°.i.ca.ii.

Scientia rei bellicae dimicandi nutrit audaciam. Vegetius de re militari lib.i.cap.iii.

Non paȝ pdest in dimicatõribus uti cõsiliis. Ibidẽ.

Nunq̃ credo potuisse dubitari aptiorem armis rusticam plebem: quae sub diuo & in labore nutritur: solis patiens: umbrae negligẽs: balneorum nescia: deliciarum ignara: Simplicis animi: paruo contẽta: duratis ad omnem laborum tolerantiam membris: cui gestare ferrum: fossas ducere: onus ferre: consuetudo diu uere est. Et solem puluereq̃ ferẽ non timeat. Ibidem cap.vi.

Sit ergo adolescens Martis operi deputandus: uigilantibus oculis: erecta ceruice: lato pectore: humeris musculosis: ualentibus digitis: longioribus brachiis: uentre modicus: exilior cruribus: suris & pedibus non superflua carne distẽtis: sed neruorum duricia collectis. Quum haec in Tyrone signa deprachenderis: procentatem non magnopere desyderes. Vtilius est enim fortes milites esse: q̃ grandes. Ibidem cap.xxvi.

Nihil magis prodesse cõstat in pugna: q̃ ut assiduo exercitio milites in acie dispositos ordines seruẽt. Vegetius de re militari lib.ii.cap.xxii.

In omni praelio non tam multitudo & uirtus indocta: q̃ ars & exercitium solent praestare uictoriam.

Non enim longitudo aetatis aut annorum numerus artem bellicam tradit: sed potius exercitatio. Nam in pugna solet usus amplius pdesse q̃ uires. Vegetius de re mil.lib.ii.

Pleriq̃ rei militaris ignari pleniorem uictoriam credunt: si aduersarios: aut locorum angustiis: aut armatorum multitudine circundederint: ut aditum non inueniant recedendi. Sed econtra clausis ex desperatiõe crescit audacia: & quum spei nihil ẽ: sumit arma formido. Libenter cupit commori: q̃ sine dubio sit se esse moriturum. Ideoq̃ Scipionis laudata sententia est: Qui dixit. Viam hostibus q̃ fugerent inueniendam. Vegetius Ibidẽ.

Magna dispositio est hostem fame magis urgere q̃ ferro. Vegetius de re militari lib.iii.cap.i.

Qui desyderat pacem: praeparat bellum: Qui uictoriam cupit: milites imbuat diligenter: Qui faecundos optat euentus dimicet arte non casu. Nemo prouocare: Nemo audet offendere: quem intelligit superiorem esse si pugnet. Vegetius li°.iii.de re militari.c.ix.

Boni duces non aperto prelio in quo est commune periculum: Sed ex occulto semper attentant: ut integris suis quantum possint hostes interimant: certe uel terreant. Vegetius de re mi.li.iii.c°.x.

Inter hostes discordiarum procurare causas sapientis est ducis. Vegetius Ibidem.

Qui raro aut omnino nunq̃ uiderunt homines uulnerari uel occidi: quum primum aspexerint: perhorrescunt: & pauore confusi de fuga magis q̃ de conflictu incipiunt cogitare. Ibidem.c°.xiiii.

Ordinatur° aciem tria debet ante pspicere: solem

pulverem: uctum: Nam sol ãte faciẽ eripit uisum. Ventus cõtrarius tua flectit ac deprimit: hostium adiuuat tela. Puluis fronte congestus oculos implet & claudit. hæc momento eo quo acies ordinã tur etiam imperiti uitare solent.

Seneca Seneca in hercule Furente. Tra. prima

Omnis in ferro est salus. Seneca Ibidem.

Arma non seruant domum. Nec temperari facile: nec reprimi potest stricti ensis ira. bella delectat cruor. Seneca Ibidem.

Quæritur belli exitus: non causa.

Idem in Tantalo. Trag. ii.

Peior est bello timor ipse belli. Idem Trag. iii.

Licet omne tecum Regiæ robur trahas:
Licet arma longe miles ac late explicet:
Fortuna belli semper ancipiti in loco est.
Quodcunq; mars decernit exæquat duos
Licet impares sint: gladius & spes: & metus:
Sors cæca uersat. Seneca Tragedia. iiii.

Inuenit artes bellicus Mauors nouas: & mille formas mortis. Seneca Tragedia. vi.

Fælix quisquis bello moriẽs omnia secum consumpta uidet. Ibidem.

· Quodcunq; libet facere uictori licet. Ibidem.

Victor feroces impetus primos habet. Ibidem

Aristoteles Profuit multis capi. Aristoteles Aethicoꝝ. x.

· Bellamus ut pacem ducamus. Laertius diogenes de uita & moribus philosophorum. Laer. diog.

Eas optimas uictorias quæ sine sanguine fiunt dicebat Pythacus. Plutarchus in Apophegmatib⁹. Plutarch⁹

Theopompus cum quadam in urbe murum sibi quidam ostenderet: & an sibi pulcher altusq; uideretur interrogaret. Minime si mulierum est inquit.

Plutarchus Ibidem

· Chabrias dicere consueuit formidabilius esse ceruoꝝ agmen ductu leonis: q̃ leonum ceruo duce.

Cicero Cicero li°. officiorum

· Suscipiẽda quidem bella sunt ob hanc causam: ut sine iniuria in pace uiuatur. Parta autem uictoria conseruandi sunt hii: qui non crudeles in bello: non immanes fuerunt. Cicero Ibidem.

Nullum bellum est iustum: nisi aut pro reb⁹ petitis geraẽ: aut ante denunciatum sit & indictũ. Ibidẽ.

· Bellum autem ita suscipiatur: ut nihil aliud q̃ pax quæsita uideatur. Cicero Ibidem.

Sed quum tempus necessitasq; postulat: decertandum est manu. Et mors seruituti turpitudiniq; anteponenda. Ibidem.

In euertendis autem urbibus diripiendisq; ualde illud considerandum est: ne quid temere: ne quid crudeliter fiat.

Cicero Rhætoricorum ueterum li°. primo.

Nihil est crudelius quam urbes diruere.

Idem Rhætoricorum nouorum li°. iiii.

Armis Italia non potest uinci: nec Græcia disciplinis. Cicero in Philippicis.

Concedo incertos exitus esse belli: Martẽq; communem. Cicero in oratione de laudibus Magni Pompei.

· Ego enim existimo in summo imperatore quattuor has res esse oportere: scilicet scientiam rei militaris: uirtutem: authoritatem: & Fœlicitatem.

Cæsar libro. vi. de bello gallico. Cæsar

Imperatori res aduersæ authoritatem minuunt.

Salustius in Chatilinario. Salustius

· In prælio qui maxime timent: maximum periculum est. Ibidem.

Neq; malum neq; molestiã Victores hẽnt. Ibidẽ.

Imperii & diuitiarum causa bella fiunt. Ibidẽ.

Audacia pro muro habetur: necessitudo etiam timidos fortes facit. Salustius in Iughurta.

· In prælio quanto sibi q̃sq; minus parcit: tanto magis tutus est. Salustius in Iughurta.

Omne bellum sumitur facile: cæterum ægerrime desinit. Non eius potestate initium eius & finis est. Macrobius li° primo Saturnalium. Macrobi⁹.

Vinculo quodam patientiæ obligãdi sunt impetus belli. Macrobius Saturnalium libro. ii.

Nihil magis magno duci conuenit: q̃ pro omnibus cogitare. Quintus Curtius de gestis Alexandri libro. viii. Q. Curti⁹

Rationem belli necessitas mutat. Idem li. x.

· Illud scire debetis. Militarem sine duce turbã: corpus esse siue spiritu.

Iulius Celsus de gestis Cæsaris. li. iiii.

Expectare uero dum hostium copiæ augeanẽ: summa dæmentia est.

Iulius Celsus de gestis Cæsaris li. vi. Iuli⁹ celsus

Multum tum in cæteris rebus: tum i re militari potest fortuna. Idem li. vii.

· Errant qui in bello omnes secundos rerum euentus expectant. Iulius Celsus de gestis Cæsaris. li. vii.

Non minus in milite modestia: q̃ uirtus atq; animi magnitudo desyderanda est. Idem li. viii.

Nocturna bella sunt uitanda. Idem li. viiii.

Ocium consiliis militum maxime contrarium est:

Homerus in i Iliados. Homerus.

ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος
ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος

Insociabilis scelest⁹ priuatus domo est ille (idest. Qui libellum amat in populo mortiferum.

Homerus in. π. Iliados.

ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.

In manibus. n. finis belli: uerborum autem i cõsilio.

Idem in . σ . Iliados.
ξυνὸς ἐνυάλιος· καί τε κτανέοντα κατέκτα.
Communis mars est: & interfectorem interficit.
Virgilius Virgilius Eneidos.li°.ii.
Pulchrũ q̃ mori succurrit in armis. Ibidem.
Dolus an uirtus quis in hoste requirat? Ibidem.
Vocat lux ultima uictos.
Idem Aeneidos li°.xii.
Respice res belli uarias.
Ouidius. Ouidius Metamorphos.li°.v. Fabula.iiii.
Turpe quidem contendere erat: sed cedere uisum
Turpius. Ouidius Metamorphos.l.ix. Fabula.i.
Quis enim sua praelia uictus
Commemorare uelit? Ibidem.
Melior mihi dextera lingua:
Dum modo pugnando superem tu uince loq̃ndo.
Ouidius metamorphos.li°.xii.Fabula.v.
Quis enim laudauerit hostem?
Idem li°.xiii.
Tutius est igitur fictis contendere uerbis
Quam pugnare manu.
Ouidius epistola Paridis ad Helenam.
Tibullus. Certamen premia magna mouent.
Tibullus li°.p°.Elegia.x.
Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Lucanus Quam ferus: & uere ferreus ille fuit.
Lucanus li°.ii°.pharsaliae.
Summum Brute nephas ciuilia bella fatemur.
Lucanus li°.iiii.pharsaliae.
Iuuenalis Heu miseri qui bella gerunt.
Iuuenalis satyra ultima.
Solis praeterea testandi militibus ius
Viuo patre datur. Nam quae sunt parta labore
Militiae: placuit non esse in corpore census:
Omne tenet cuius regimen pater.

Benedictio: g̃: εὐλογία.ας.ἡ. & εὐλογέω benedico dicitur. Est autem benedictio dei donorum eius collatio uel multiplicatio: secundum.b.Tho.pria parte.q.lxxii. Benedicere dei est causare bonitatem: Sed benedicere nostrum est agnoscere beneficia eius. b. Tho. super.ps.xxxiii.co.i.fi.

Beneficentia: g̃: εὐεργεσία.ας.ἡ. dicitur. Et ẽ exterior amicitiae uel charitatis actus: secundum rationem communem: sicut beniuolentia est actus interior praesuppositus a beneficentia.

Beneficium: graece. εὐεργέτημα.ατος.τό. & εὐεργέτης.ου.ὁ. beneficus dicit. Est autem beneficium quaedam beniuola actio: gaudium tribuens capienti. In.li.feu.c.i.ex.qui.ca.feu.& pa.in.c.unico de commo. & in.c.ad audientiã de praescrip. Cleobulus. Cleobulus
Τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν.
Bonos beneficio affice. Lucianus. Lucianus.
ὅσκε ταχεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι. ἢν δὲ βραδύνῃ πᾶσα χάρις κενή. μηδὲ λέγοιτο χάρις.
Celeres gratiae dulciores. Si aũt tardauerit. (idest. Omnis gratia uana.neq̃ diceretur gratia.
Ausonius ita uertit. Ausonius.
Gratia quae tarda est ingrata est. Gratia nãq̃
Quum fieri properat: gratia grata magis.
Idem aliter.
Si bene quid facias: facias cito. Nam cito factum
Gratum erit. Ingratũ gr̃a tarda facit. Phocyldes. Phocylid.
μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς· σπείρειν ἴσον ἔστ' ἐνὶ πόντῳ.
Noli in malum uirum beneficium conferre. est ac si in mari seminnes.
De hac materia habes ubi. Amor proximi supra.

Benignitas: graece: ἀγαθότης.ητος.ἡ. dicitur. Et est habitus uoluntarie benefaciuus: & ad loquendum dulciter. scdm b.Tho.scda scdae.q.lxxx.
Benignus graece. χρηστός.οῦ.ὁ. est sponte ad benefaciendum paratus, & dulcis ad eloquium. secundum Isydorum li°.Aethimologiarum.
A bonus uero fit benign° idest liberalis. beneficus: clemens.

Beniuolentia graece: εὔνοια.ας.ἡ. & εὐνοϊκός.οῦ.ὁ. beniuolus dicitur: Et est bonorum erga proximum uoluntas: cuius opposita sunt odium et inuidia. secundum Plutarchum in libello de differentiis inuidiae & odii.
Beniuolentia dicitur εὔνοια.i. bona uoluntas.
Ita & maliuolentia dicitur κακόνοια.ας.ἡ. q̃si mala uoluntas: & κακόνοος.ου.ὁ. maliuolus.

Bibliopola graeca dictio cõposita ex βίβλος.ου.ἡ. uel ex βιβλίον.ου.τό. libellus: & πωλέω uendo. Est autẽ bibliopola uenditor librorum: Sicut & bibliographus qui libros transcribit: γράφω. enim idem ẽ quod scribo. Sic etiã bibliotheca: quod teste Vlpiano: modo locum significat i quo libri tenẽtur: modo copiam ipsam librorum. Quare dicimus Ptolomeum regem bibliothecam omnium pulcherrimam cõgregasse. Componit' q̃ ex βίβλος & θήκη.ης.ἡ. quod est theca: uel uagina: uel repositorium.

Bigamia itẽ graecum uocabulum est διγαμία.ας.ἡ. Et est defectus ex secundis nuptiis proueniens. De hac materia uidere poteris multa: Infra in Matrimonium.

B Ilinguum uitium: est in loquendo inconstātia. Biligues uero græce δίγλωσσος. ου. ὁ. dicitur. Et est dictio composita ex δύο. quod est duo: & γλῶσσα. ης. ἡ. lingua. Est autem bilinguis is qui loquendo non constat: sed modo unum: modo aliud loquitur qui q; proximum præsentem laudat: absentēq; lacerat. Significat etiam bilingnis nonnunq̄ fallacem. Virgilius. Tyriosq; bilingues.

B Landitiæ: g̃. αἱμυλία. ας. ἡ. & αἱμύλιος. ου. ὁ. blandus dicitur. Cuius diminutiuum blādiciolus: & blandicellus: Vnde blandicella uerba apud Neuium leguntur: & blande & blandicule aduerbia: & blandidicus q blande loquitur. Plautus. Nunc mihi blandidices: heri in tergo meo tris facile corios contriuisti bubulos.

B Lasphemia græca dictio est & βλασφημία. ας. ἡ. & βλάσφημος. ου. ὁ. blasphemus dicitur. Et est quando aliqs attribuit deo: quod ei non conuenit: uel de deo negatur: uel detrahitur quod ei conuenit: secundum Augustinum: & b. Tho. scda scdæ. q. xiii. ar. iiii.

· Blasphemia est contumelia uel conuitium in iniuriam creatoris.

Blasphemia est uerbum in contumeliā dei ꝓlatum.

Blasphemia est per quam de deo falsa dicuntur.

Leuitica Leuitici capitulo. xxiiii.

· Homo qui maledixerit deo suo: portabit peccatum suum: Et qui blasphemauerit nomen domini: morte moriatur. Lapidibus obruet eum omnis multitudo populi: Siue ille ciuis: siue peregrinus fuerit qui blasphemauerit nomen domini: morte moriatur.

Iob. Iob. c°. xxxiiii.

Ne desinas ab homine iniquitatis: qui addidit super peccata sua blasphemiam.

Mattæus. Matthæus. c°. xii.

· Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemiæ non remittetur: Et quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis: remittetur ei: Qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei: neq; in hoc sæculo: neq; in futuro.

Marcus. Marcus. capitulo. iii.

Amen dico uobis: Quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata: & blasphemiæ quibus blasphemauerunt. Qui aūt blasphemauerit in spiritum sanctum: non habebit remissionem in æternum: Sed reus erit æterni delicti. Augusti. super illud Matthæi. Blasphemauit. Augustin'

· Non minus peccant qui blasphemant Christum regnantem in cælis: q̄ qui crucifixerunt ambulantem in terris. Augusti. super Ioannem. & habetur. xxiii q. iiii. Q uando uult.

Q uando uult deus concitare potestatem aduersus hereticos: aduersus schismaticos: aduersus dissipatores ecclesiæ: aduersus exuflatores Christi: aduersus blasphematores Christi: blasphemi non mirentur: quia deus concitat: ut a Sarra uerberetur Agar. Cognoscat se Agar: supponat ceruicem: quæ quum humiliata discederet a domina sua occurrit ei angelus & dixit: Q uid tibi est Agar ancilla Sarræ? quum conquesta esset de domina. Q uid audiuit ab angelo? Reuertere ad dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur ut reuertatur: atq; ut non reuertatur. Q uia proles eius sicut proles Iacob cum fratribus hæreditatem tenebit.

Hieronymus ad Titum & habetur. xxxiii. q. v. Q uum caput. Hierony'.

Q uum caput mulieris sit uir: Caput autem uiri Christus: quæcunq; uxor non subiicitur uiro: hoc ēst capiti suo: eiusdem criminis rea est: cuius & uir: si non subiiciatur capiti suo. Verbum autem domini blasphematur: uel contemnitur dei prima sentētia: Et pro nihilo ducitur: uel quum Christi infamatur euangelium: dum contra legem fidemq; naturæ ea quæ christiana est & ex lege dei subiecta est uiro imperare desyderat: quum etiam gentiles fœminæ uiris suis seruiant communi lege naturæ.

Hieronymus ad Ctesiphontem de libero arbitrio contra Pelagianos hereticos.

Sententias uestras prodidisse superasse est. Patet prima fronte blasphemia: Non necesse habet cōuinci quod sua statim ꝓfessione blasphemum est.

Hieronymus Epistola. xxxiii.

· Blasphemia ueniam non meretur.

Hugo de sancto uictore. Hugo

Blasphemia est cum quadam probrosa irreligiositate conuiciorum iacula in alterum immittere.

Rabanus super Matthæum. Rabanus.

Mos erat iudeis quum aliquid blasphemiæ audiebant scindere uestes: sicut Paulus & Barnabas: quum cultu diuino honorarentur sciderunt uestes suas.

B Omolochia græca dictio est & βωμολοχία. ας. ἡ. & βωμολόχος. ου. ὁ. scurra. Et bomolochia est idem quod scurrilitas. Q uare Aristoteles li°. magnorum moraliū dicit q; Bomolochus est qui omnia & omne est putans oportere conuitiari.



Onitas: græce. ἀγαθοσύνη. ης. ἡ. & ἀγαθότης. τητος. ἡ. & ἀγαθός. οῦ. ὁ. bonus: unde benignus dicitur .i. liberalis: beneficus: clæmēs. Quare benignam terrā appellam⁹ fructus abundeferentem. Plinius de Aegipto. Nulla est benignior tellus: nullus ager feracior. Inde benignitas liberalitas atq; clæmentiā.

Menander.

Menãder. ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτέ .i.
Vir autem bonus bonum non odit unq̄. Idem.
γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται. idest.
Mentis enim bonæ uir opera bona facit. Idē.
ζήλου τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα καὶ τὸν σώφρονα.
Leonides. Imitare bonum uirum & sapientem. Leonides.
ἀεὶ δ᾽ ὁ ἀγαθὸς ἐστ᾽ ἀγαθὸς .i.
iii. Epigr. Semp autē bon⁹ est bon⁹. Ex tertio Epigrāmaton.
Τῶν ἀγαθῶν οὐ διχόμεθα κόρον. idest.
Bonorum non capimus satietatem.

De hac materia uidere potes multa Infra in Clæmentia.



Onum: græce: ἀγαθόν οῦ. ὁ. uel χρηστόν. οῦ. ὁ. dicitur. Et est id quod opponitur malo: est q; nomen generale & honesta simul: atq; utilia complectens: ut bonum animi: bonum corporis: bonum fortunæ. Hinc si bonum uirum dicimus probum significamus. Si bonum militem: fortem. Si bonum imperatorem: prudentem. Si bonum grammaticum: litteratum. Si bonum oratorem: facundum. Si bonum iudicem iustum. Si bonum mercatorem: diuitem. Si bonam faciem: pulchram. Sic econuerso: malum generale nomen est: & turpia simul: & detrimentosa complectens. Vnde malum uirum dicimus: flagiciosum. Malum militem: imbellum. Malum imperatorem imprudentem. Malum grammaticum: rudem. Malum oratorem: infacundum. Malum iudicem: iniquum. Malum mercatorem: inopem. malam faciem: deformem.

Bonum summum: est animi operatio secundum uirtutem optimam: & perfectissimam in uita perfecta: secundum Aristotelem libro primo. Aethicorum.

Bonum est quod sui ipsius gratia est expetendum: secundum eundem li° p°. Rhætoricorum.

Reuiloquiū græce βραχυλογία. ας. ἡ. & βραχυλόγος. ου. ὁ. ἡ. breuiloqu⁹: Et oppositū est multiloquio. De hac materia habes multa infra in lingua.

Breuitas quæ. g̃: βραχύτης. τητος. ἡ. & βραχὺς ἐος. ὁ. breuis. Est aūt breue ꝓprie qđ lōgo oppoīt.

Achinn⁹ g̃. καγχασμὸς. οῦ. ὁ. ēt καγχάζω: Cachinnor dī. Et est solut⁹ risus. Persi⁹: Ingemināt tremidos naso crispāte cachinnos. Inde cachinnor. aris: qđ ē solute rideo.

Aecitas: g̃: τυφλότης. ητος. ἡ. & τυφλὸς. οῦ. ὁ. cæcus dī. Et est tam corporis q̄ animi orbitas. Estq; cæcum quod nō habet usum: quum natum sit habere. secundum. Aristotelem lib. vi. topicorum. Dicitur aūt cæcum quasi oculis captum: uel q; sit oculis concisum: uel q; oculis careat. Est autem cæcus qui caret lumine ut diximus: Item insidiosus: occulte malus: latens: tacitus: qui uideri non potest. Virg. cæca regens filo uestigia. hinc est uerbum cæcutio quod proprie significat parum uideo.

Aelebs. g̃: ἄγαμος. ου. ὁ. ἡ. & ἀγαμία. ας. ἡ. cælibatus dicitur. Et is ꝓprie dicitur Cælebs qui caret semperq; caruit uxore: dictus q; uitam cælestem agat. Abusiue tamen pro eo ponitur: qui uxorem nō habet: etiam si alias habuerit. Hinc cælibatus est uita quæ agit̃ sine uxore. Suetonius. uerum amissa uxor̃ Lepida duobusq; ex ea liberis mansit i cælibatu. Horati⁹.

Martiis cælebs quid agam Calendis.

Aelū. g̃. οὐρανὸς. οῦ. ὁ. & οὐράνιος. ου. ὁ. cælestis dicitur. Et est continentia uisibilium & inuisibilium creaturarum: secūdum Io. Damascenum li° .ii. c° .vi. Diciturq; secundum Varronem & Pliniū: q; uariis siderib⁹ sit cælatū .i. sculptum & Insignitum.

c Alliditas græce: πανουργία. ας. ἡ. & πανοῦργος. ου. ὁ. callid⁹ dī. Et ē callid⁹ is cui⁹ tanq̄ man⁹ ope: sic aīus usu cōcalluit. diciturq; a callus calli: ē aūt callus cutis labore uīæ pedibus: aut alio opere in manibus: uel parte alia corporis densior facta: a quo fit calleo uerbum: qđ est callum facio. Quod ad aīum nōnunq̄ trāsfert̃: & callere est callide scire. Iuuenalis. ostrea callebat primo dep̄hendere morsu. Horatius legitimūq; sonū digitis callemus & aure .i. scim⁹ & nouimus. Nā sicut pes longo labore callum facit: Ita mens longa experientia facit quendā habitum in his rebus in quibus uersat̃. unde callidus astutus & calliditas astutia per l. geminatum. Verum per simplex l. uenit a calor caloris: estq; calidum frigidi oppositum habetq; primam breuē Virg. ferrum calido in pulmone tepescit.

Calumnia.g̃. διαβολή.ῆς.ἡ. et διαβάλλω calumnior dicitur. Et est criminis impositio falsa & maliciosa: secundum .b. Tho.scd͂a scd͂æ.q.lxviii.ar.iiii. Vel sic. Calumnia est alicuius in litibus per fraudem & frustrationem uexatio: dicitur quasi a caluo: quod est decipio & frustror. tractum a militibus caluis quod omnibus solent esse derisui.

Menãder. Menander.

μικᾷ γὰρ ἀεὶ διαβολὴ τὰ κρείττονα. idest Vincit enim semper calumnia præstantiora.

Canticum.g̃. ᾆσμα.τος.τό. & est exultatio mentis de æternis habita & prorumpens in uocem: & differt ab hymno: quia hymnus est laus dei cum cantico: Hoc ex.b. Tho. ps.prolo.co.i.fi. Græci canticum hymnum uocant: Item psalmum. Sed proprie hymnus dr̃ q uoce naturali fit. psalmus cum aliquo musico istrumẽto: Vnde psalmodia deducitur canticum mixtum: ut cum aliquis ad cytharam: siue aliud musicum instrumentum canit. Hinc etiam psalterium instrumentum musicum. Psalmus autem ἀπὸ τοῦ ψάλλω deriuatur quod significat canto.


Chaos græca dictio est χάος.τος.τό. est autem ut scribit sex.pompeius ex sententia Hesiodi cõfusa quædam ab initio unitas hians patens quasi in profundum ex eo quod græci χαίνειν nos hiare dicim⁹. Item illi χάσμα ατος.τό. quod nos hiatum dicimus. Alii uolunt chaos id esse quod a philosophis materia prima nuncupatur. Quod uidetur sensisse. C.Manilius Astrologiæ li°.p°. Cæcaq; materies cælum perfecit & orbem. Manillius

Captiuitas.g̃. αἰχμαλωσία.ας.ἡ. & αἰχμάλωτος.ου.ὁ. captiuus est. dicit̃ autem a capio quod est occupo & meum facio. Varro quid hic uenator non cepit. Cicero Nauem quandam piratarum præda honustam cepere. Inde captiuo uerbum quo quidam Iuniores usi sunt.

Capitalis: g̃: κεφαλικὸς.οῦ.ὁ. dicit̃. Est autem capitale uitium quod pœna capitis punitur: uel quod est per se causa finalis multorum peccatorum. secundum.b. Tho. prima scd͂æ.q.lxxxiiii.ar.iii. Hoc autem secundo modo acceptum sufficiẽter diuiditur in.vii. quæ sunt Inanis gloria: Auaricia: Luxuria: Gula: Acidia: Inuidia: & Ira.

Caput: g̃: κεφαλή.ῆς.ἡ. & κεφαλίς.ίδος.ἡ. dr̃. Dicitur quasi eo quod hinc capiant initium sensus & nerui: scd͂m Varronem.

Caro quid sit: de quib⁹ dicat̃ & quæ sint eius diminutiua. Vide infra in Creatio.





HARITAS: græce: ἀγάπη. ης. ἡ. & ἀγαπητός. οῦ. ὁ. charus dicitur: & est rectissima animi affectio qua diligitur deus propter se: & proxim⁹ propter deum. secundum Augustinum & in. iii. senten. di. xxvii.

Charitas est actio rectitudinis oculos semper habẽs in deum: secundum Augustinum libro de doctrina christiana.

Charitas est mutuus amor hominis ad deum: uel amicicia quædam hominis ad deum: & econtra: fondata super communicatione beatitudinis. Cuius obiectum est deus propter se dilectus: & proximus propter deum: secundum. b. Tho. secũda secũdæ. q. xxiii. ar. i.

Charitas dicitur a χάρις. ιτος. ἡ. quod est gratia. Differt autem ita ab amore. q̃ amor genus est: charitas species. Amor ad omnia pertinet: charitas tantum ad homines: & quidem pro dignitate: & qualitate personarum. Maior enim charitas debetur parentibus: proxima liberis: & deinceps reliquis.

Carum præterea est quod uili contrarium est. Vnde caritas pro pœnuria accipitur. Quidam tñ sic caritatem a pœnuria separant: ut caritas sit annonæ: pœnuria autẽ cæterarum rerum: ut uini: olei: mellis: pomorum & huiusmodi. Et eo modo caritas uenit a careo. i. non habeo: & sine aspiratione scribitur. Econtra charitas quæ a χάρις deducitur cum aspiratione scribenda uidetur.

Matthæ⁹. Matthæus. c°. xxii.

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua: & in tota mente tua. Hoc ẽ maximum & primum mãdatum. Scdm aũt simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mãdatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

Paulus primæ ad corynthios. c°. viii.

Charitas uero ædificat.

Paulus. Paulus primæ ad corynthios. c°. xiii.

Si liguis hominum loquar & angelorum: charitatem autem non habeam factus sum uelut æs sonans: aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiã: & nouerim mysteria omnia: & omnẽ scientiam: & si habuero oẽm fidem ita ut mõtes transferã: charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum: ita ut ardeam: charitatem autem nõ habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non æmulatur: non agit perperam: non inflatur: non est ambitiosa: non quærit quæ sua sunt: nõ irritatur: nõ cogitat malum: non gaudet super iniquitate: congaudet autem ueritati: omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet: charitas nunq̃ excidit. Paulus Ibidem.

Nunc autem manent fides: spes: charitas: tria hæc. Maior autem horum est charitas.

Paulus ad Galatas c°. vi.

Alter alterius onera portate.

Paulus ad Collossen. cap°. iii.

Super oia charitatem habete: quod est uinculum perfectionis. Paulus priæ ad Timotheum. c. p°.

Finis præcepti charitas est. Paul. ad Hebreos. c°. x.

Consyderemus inuicem in prouocationem charitatis: & bonorum operum. Paulus ad Hebreos. c°. xiii.

Charitas fraternitatis maneat in uobis.

Petrus apostolus primæ. c. iiii. Petrus.

Ante omnia autem mutuam in uobis met ipsis charitatem habentes: Quia charitas operit multitudinem peccatorum. Ioãnes apostolus primæ. c°. iiii. Ioannes

Diligam⁹ nos inuicẽ: qa charitas ex deo est. Ibidẽ.

Deus charitas est. Et qui manet in charitate in deo manet: & deus in eo.

Augusti. li°. de spiritu & anima. Augustin⁹

Charitas est concordia mentium: & societas electorum uita beata animarum & angelorum.

August. li°. de doctrina xpiana.

Charitas est actio rectitudinis oculos semp habẽs in deum. August. li°. viii. de trinitate.

Charitas est uirt⁹ copulans amantem cum amato.

Aug. li°. de baptismo. & habetur. i. q. i.

Multæ animæ. §. Charitas.

Charitas q̃ operit multitudinem peccatorum proprium donum est catholicæ unitatis & pacis. Nõ est in omnibus donum eius: quia nec omnes sunt eius. Aug. li°. de baptismo.

Redire dimissa peccata. Vide supra i amor pximi.

Augu. & habetur. xxiii. q. i. Vbi.

Vbi charitas non est. Vide supra in amor pximi.

Aug. & habetur. xxiiii. q. iii. Corripiatur.

Sic affici debemus. Vide supra in amor proximi.

Aug. & hẽtur de pœni. di. ii. Charitas.

Charitas est aqua. Vide supra in amor proximi.

Aug. Ibidem & habetur Ibidem.

Sine charitate quomodo. Vide supra i amor pximi.

Aug. sup epistolam Ioannis. & hẽt de pœni. di. ii.

Radicata est charitas. Vide supra in amor pximi.

Aug. sup epistolã Io. & hẽt de pœni. di. ii. Si qs.

Si quis tanta habuerit. Vide supra in Amor pximi

Aug. Ibidem. & habetur Ibidem c°. Sicut

Sicut seta introducit filũ. uide supra in amor pximi.

Aug. super epistolam Ioannis. c°. vii.

Si non ultis in illa eremo. uide supra in amor proximi. Augustinus ad Iulianum comitē. & habetur de poeni. di. ii.
Charitas quæ deseri potest. nunq̃ uera fuit.
Augustinus ad Hieronymum. & habetur de poeni. di. ii. Charitas.
Charitas in quibusdā perfecta. uide supra in Amor proximi. Augustinus ad Martianum.
Dilectio est pacis unda. uide supra in Amor pximi.
Augustinus homelia. viii. & habetur de poeni. di. ii. Quia radix.
Quia radix omnium malorum est cupiditas. uide supra in Amor proximi.
Augustinus in Enchyridion.
Finis præcepti est charitas. uide supra in Amor proximi. Augustinus lib. de meritis & remissione peccatorum. & hētur de cō. di. iiii. Ecclesiæ.
Ecclesiæ charitas quæ per spiritum sanctum. uide supra in Amor proximi.
Augustinus lib. de doctrina Christiana.
Sola charitas est quæ uincit omnia. uide supra in Amor proximi.
Augustinus li°. de Cathetizandis rudib°.
Charitas alios parturit. uide supra in amor pximi.
Hierony°. Hieronymus super epistolam ad Galatas.
Vide quantum bonum est Charitas. uide supra in Amor proximi.
Hieronymus in epistola ad Nepotianum.
Non memini me legisse. uide supra in Amor pximi.
Ambrosi°. Ambrosius super epistolam. ii. ad Corynthios. & habetur de poeni. di. i. Ficta.
Ficta charitas quæ deserit in aduersitate.
Gregorius Gregorius moralium lib. xii.
Quia duo sunt pcepta. uide supra in Amor pximi.
Gregorius in Pastorali.
Tunc ad alta charitas mirabiliter. uide supra in Amor pximi. Greg. sup Ezechielē homeli. xi.
Adoptio filiorum sola charitate. uide i amor pximi
Gregorius in registro
Honorem meum non reputo: in quo fratres meos suum pdere cognosco.
Plato. Plato li°. ii. de legibus.
Quum discesserit homo a charitate summi dei: a se ipso discessit.



Astigatio: g̃. κολασία. &c. castigo dicitur. Castigo autem dr̃ quasi castum ago: hoc est: honestum: & idem ē qd increpo & reprehendo. Cicero. Omnis autē animaduersio & castigatio contumelia uacare debet: neq; ad ei° qui puniat aliquem aut uerbis castiget: sed ad rei publicæ utilitatem referri. Aliquādo castigo pro punio ponitur. Virg. Castigatq; auditq; dolos. Hinc castigatum correctum emendatum pbum & honestum dicimus.



Astitas: g̃. ἁγνεία. &c. castus dicitur. Est autem castitas uirtus specialis circa uenerea: si stricte sumat̃. sicut abstinētia circa cibos. large uero sumpta ē essentialiter omnis uirtus secundum. b. Tho. scda scdæ. q. cli. ar. i.
Castitas uirtus dicta est a castigatione concupiscentiæ: tanq̃ pueri. secundum. b. Tho. ibidē. uel sic. Castum proprie dicimus pudicum & imaculatum: quasi castratum. Nam castrare proprie est pudēda amputare. Qui uero pudēdis caret: necessario castus est. Metaphoricos castum pro honesto ponimus: ut cantum castum: i quo nihil est lasciuiæ. & castam manum: a furtis & rapinis se cōtinentem. Virg. in geor. Casta pudiciciam seruat domus. Itē castus pro pio & religioso ponitur. Virg. Quiq; sacerdotes casti: dum uita manebat.
Castus & continēs sic differunt. q castus dicitur ante experientiam rei uenereæ: continens uero post eam. secundum. b. Tho. scda scdæ. q. clx. ar. i.
Castitas differt a Pudicicia. qa pudicicia ē pcipue circa signa uenereorū: ut sunt tact°: oscula & huiusmodi. castitas uero circa uenereā cōmixtionem scdm. b. Tho. scda scdæ. q. cxlui. Sapiētiæ c°. vi. Sapientiæ.
O q̃ pulchra ē casta generatio. Matthæ° c°. vi. Matthæ°.
Si enim oculus tu° simplex fuerit: totum corpus lucidum erit. Paulus. i. Thi. ca°. v. Paulus
Te ipsum castum custodi.
Paulus primæ. ad Corynthios. c°. vii.
Nā q statuit in corde suo firm° non hñs necessitatē: ptātem aūt hñs suæ uoluntatis: & hoc iudicauit i corde suo seruaē uirginē suā: bñ facit. Igr̃ & q mr̄imonio iungit uirginē suā bñ facit: & q non iungit melius facit. Augustinus cōtra Faustum. Augustin°.
Castitas est pulchritudo aiæ siue filiæ regis ab int°.
Augustin° sup Matthæum sermone. lvi.
Audeo dicere supbis continentibus expedit cadeē: ut in eo ipso in quo se extollunt: humilient̃. Quid enim pdest cui est cōtinentia: Si dominet̃ supbia.
Augustinus in sermone.
Inter omnia certamia christianorum duriora sunt prælia castitatis: Nam ibi continua pugna: & rarior uictoria. Rara enim concordia formæ: Atq; pudiciciæ. Rara auis in terris: nigroq; simillima cigno. Augustinus in quæstionibus deuteronomii. & habetur. xxxii. q. iiii. Meretrices.
Meretrices esse: & ad meretrices acceder̃ prohibet dominus: quarum publicæ uenalis est turpitudo.
Aug. honorato epō. & habet̃. xxxii. q. v. Magis.

Magis timeamus ne sensu interiore corrupto pere/
at castitas fidei:q̃ ne fœminæ constuprentur uio/
lenter in carne. Quia uiolentia non uiolatur pudi
cicia:si mente seruatur. Quoniam nec quis in car
ne uiolatur quoniam uoluntas patientis: turpiter
carne non utitur: Sed sine consensione toleratur:
quod alius operatur.

Augustinus contra Iulianum li°.iiii.

Pudicicia res ē animæ: uirginitas corporis: Deniq;
illa integra in anima permanente: potest ista de
corpore sibi uiolenter auferri. Et quum ista inte/
gra manet corpori: potest illa in animo lasciui uo/
luntate corrumpi.

Augustinus de diffinitionibus.

Castitas est uirtus sub iugo rationis impetum libidi
nis refrenans. Augustinus Ibidem.

Castitas est per edomitas uitiorum furias munda
& honesta totius corporis habitudo.

Aug.li°.de bono coniugali.

Proposito animi permanente per quod & corpus
sanctificari meruit: nec ipsi corpori aufert sancti/
tatem uiolētia libidinis alienæ: quam seruat perse
uerantia continentiæ sanctæ.

Aug.li°.de bono coniugali.

Sicut bonum erat quod Marta faciebat occupata
circa ministerium sanctoꝝ. Sed melius quod Ma
ria audiens uerbum dei. Ita & bonum Susannæ
in castitate coniugali laudamus: Sed bonum ui/
duæ Annæ: & magis Mariæ uirginis anteponi/
mus. Ibidem.

Murmurant quidam dicentes. Quod si inquiunt
omnes homines uelint ab omni concubitu conti/
nere: unde subsistet genꝰ humanum? Vtinam hoc
omnes uellent: dumtaxat in charitate. Nam mul/
to citius dei ciuitas impleretur: & accelararetur
sæculi terminus. Quid enim aliud optat aposto/
lus quum dicit. Volo omnes homies esse sicut me
ipsum. Augustinus de uirginitate.

Vbi necessitas imponit castitati: authoritas datur li
bidini: itaq; nec casta est quæ metu cogit: nec ho/
nesta quæ mercede conducitur.

Augu.de communi uita clericorum.

Non dicatis uos habere animos pudicos: si habea/
tis oculos impudicos: quia impudicus oculus im/
pudici cordis est nuncius. Hieronymus: & habe/
Hieronyꝰ. tur.xxxiii.q.v. Hoc solum

Hoc solum nunc dico: quod quomodo absq; cæte/
ris operibus uirginitas sola non saluat: sic omnia
opera absq; uirginitate: puritate: continentia: ca/
stitate: imperfecta sunt.

Hieronymus ad Damasum papam.

Considerandum pueris est ut casti & pudici perma
neant: & frequentius ad ecclesias sciant cōuenire
debere: quia frequentius sunt armandi quibus ad
huc propter ætatem minus stabilem pugna dia/
boli futura sit grauior. Obseruāda illis omnia cum
timore: & ante omnes cauendum a fornicatione:
quæ initium ad idolatriam habet: & necesse est ut
utrunq; nouerit qui secutus est alterum.

Hieronymus ad Damasum papam.

Sed quoniam castus timor est dei: & est castitas spe/
cies continētiæ: de continentia & eius uirtutibus
nunc uidetur tractandum: est autem continen/
tia appetitꝰ omnium rerum malarum refrenatio:
malarum addunt dicentes diffinitionē istam com
munem esse in rebus: bonis & malis. Nam qui se
a bonis retinet: non est bene continens: sed a ma/
lis recte. Hieronimus ad Damasum papam.

Epistola.vii.capꝰ.xxiii.

Dicam & ego nuptiatoribus meis qui post castita/
tem & diuturnam cōtinentiam: subant: ad canum
& pecudum morē lasciuiunt: sic insipientes estis
ut quum cœperitis spiritu: nunc carne consume/
mini: tanta passi estis sine causa. Apostolus quod
continentiæ quibusdam nodos relaxat: & dimit/
tit frena currentibus: propter infirmitatem carnis
hoc facit. Contra q̃ scribēs denuo loquitur dicens:
spiritu ambulate & desyderia carnis non perficie
tis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: &
spiritus aduersus carnem.

Hieronymus contra Vigilantium hereticum.

Hoc docuit Dormitantius, libidini frena permit/
tens: & naturalem carnis ardorē qui in adolescen
tia plerunq; feruescit suis hortatibus duplicās (im
mo extinguens coitu fœminarum) ut nihil sit quo
distemus a porcis: quo differamꝰ a brutis animan
tibus: quo ab equis de quibus scriptum est: equi
insanientes in fœminas facti sunt mihi: unusquis
que in uxorem proximi sui hinniebat: hoc est quod
loquitur per dauid spiritus sanctus: nolite fieri si/
cut equus & mulus in quibus non est intellectus.

Hieronymus epistola.xcvi.

Alia peccata extrinseca sunt scilicet auaricia & alia:
sola libido insita est. Grandis enim uirtus est q̃ na
ta sis in carne: non carnaliter uiuere: Tecum pu/
gnare quottidie: & inclusum hostem Argi ut fabu
læ ferunt centum oculis obseruari. Ibidem.

Quicquid feminarum uoluptatis est: uenenum pu
ta: Parcus cibus: & uenter semper esuriens tridua
nis ieiuniis præfertur.

Ambrosius lib.i.de uirginitate. Ambrosiꝰ.

Non est casta: quæ metu cogitur: nec honesta quæ
mercede conducitur.

Gregorius moralium.xxi.super illud Iob. Gregorius
xxxi. Pepigi fœdus cum oculis meis.

Vt munda sit manus in operatione a lasciuia uolu/

ptatis: deprimendi sunt oculi: quasi quidam raptores ad culpam. Gregorius Petro subdiacono & habet'.di.xxxi. Ante triennium .§. Null'

· Nullus debet ad altaris ministerium accedere: nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Gregorius in registro.

· Oculi nostri & si iactantur in aliquam fœminam: i nullam figantur'. Nec enim quando proceditis: fœminas uidere: prohibemini. Sed appetere & ab ipsis appeti uelle criminosum est.

Io. chriso. Ioannes Chrisostom' super Matthaeum: & habetur .xxxii.q.v. Sicut enim.

Sicut enim peccatum opus sine uoluntate nō facit: ita & iusticia ex opere non consumatur: nisi & uoluntas affuerit. Multi enim corpore quidem castitati studēt: adulterium autem uoluntate committunt: quum dominus dicat. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam i corde suo iam moechatus est. Ergo uoluntas sine opere peccat frequenter. · Illa est gloriosa continentia non quam trāsgredi non pōt necessitas debilitati corporis: Sed quā complectitur uoluntas sancti propositi.

Io. chrysostom' super psalmis homelia .l.

· Castitas sine comitibus suis ieiunio uidelicet & tēperantia cito labascit. Quod si his quasi amminiculis roborata fuerit perfacile coronabitur.

Isydorus. Isydorus & habetur .xxxii.q.v. Non pōt.

Nō potest corrumpi: nisi prius corruptus fuerit animus: · Munda namq; a contagione anima caro nō peccat. Isydorus super Exodum & habetur .xxxii.q.v. Nō moechaberis.

Non moechaberis .i. ne quisq̄ praeter matrimōii fœdera alus fœminis admisceatur ad explendam libidinem. Nam adulterium facit qui praeter suam ad alteram accedit.

Isydorus lib.ii. de summo bono.

Quidam in iuuentute luxuriae uiuētes: in senectute continentes fieri delectantur: & tunc eligūt seruire castitati: quando libido eos seruos habere cōtempsit: nequaq̄ in senectute continentes uocandi sunt qui in iuuentute luxuriose uixerunt: tales non habent praemium: quia laboris certamen nō habuerunt: eos enim expectat gloria in quib' fuerunt gloriosa certamina.

Bernard'. Bernardus in epistola ad Senoñ.

Differunt quidem iter se homo pudicus & angel': sed fœlicitate: nō uirtute: Sed & si illius castitas fœlicior: huius tamen fortior esse cognoscitur: castitas · sine charitate lāpas est sine oleo: subtrahe oleū lampas non lucet: tolle charitatē: castitas non placet. Bernardus ibidem.

· Vtinam qui continere nō ualent cælibatui cederēt: ne urerētur: esset pculdubio melius nubere q̄ uri; & seruari in humili gradu: q̄ in sublimitate cleri deterius uiuere. Bernardus Ibidem.

Quid castitate decori' quae mundum de immundo conceptum semine: de hoste domesticum: hominē deniq; angelum facit. Bernardus Ibidē.

· Sola est castitas quae in hui' mortalitatis & loco & tempore statum quendam immortalis gratiae repraesentat in qua nec nubent nec nubentur.

Hugo de claustro lib.ii. Hugo

Pudicus oculus ianitor est cordis: sedet ad ianuam: nec permittit intrare quod noceat: nihil nunciat: nisi quod deceat: quicquid indecens nouerit eē excludit & eliminat: impudicus uero quaerēs quod placeat per omnia discurrit: uolentes intrare permittit: patitur: nolentes uero monet & hortatur: unde dicit scriptura: oculi sunt pria tela adulterae.

Hugo de claustro lib.iiii.

Attende deprecare: fuge mundum: quia uanitas ē: fuge peccatum: quia iniquitas est: attende carnem tuam: quia fragilis ē: & quasi uapor ad modicum parens est. Deprecare deum: quia miserabilis est & ipse misericors & clæmens est.

Cassiodorus super Matthaeum. Cassiodor'

Sex sunt quae incorruptam conseruant castitatem. s. sobrietas/ operatio/ asperitas/ cultus/ ihibitio sensuum/ raritas sermonis cum honestate/ euitatio, oportunitatis & personae & loci & temporis. Seneca

Seneca. Tragedia .iiii.

Ferae ipsae quoq; ueneris euitant nephas:
Generisq; leges inscius seruat pudor.

Laertius Diogenes de uita & moribus philosophorum. L. Diogen.

· Qgum quidam stolidus audiente Pythagora diceret: Malle se cum mulieribus esse: q̄ cum philosophis conuersari: Et sues inquit Pythagoras libentius in cæno q̄ in aqua uersantur. Cicero

Cicero officiorum li°.

· Atq; si considerare uolumus quae sit in natura hominis excellentia et dignitas intelligemus q̄ sit turpe defluere luxuria & delicate ac molliter uiuere: q̄q; honestum parce: continenter: seuere ac sobrie. Cicero li°.ii. de legibus.

· Ad diuos adeunto caste: pietatem adhibento: opes amouento: qui secus facit deus ipse uindex erit.

Ibidem.

Caste iubet lex adire ad deos animo uidelicet i quo sunt omnia: Nec tollit castimoniam corporis: sed hoc oportet intelligi: quum multum animus corpore praestet: obseruetur q; ut casta corpora adhibeantur. Multo esse in animis id seruandum magis'. Nam illud nec aspersione aquae uel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate uanescere: nec manibus ullis elui potest.

Ouidius — Ouidius li°.iii.amoꝝ uel de fine titulo.

Si qua metu dempto casta est: ea denicq casta est.
Nec custodiri ni uelit ulla potest.

Tibullus — Tibullus li°.ii.epistola prima.

Vos quoq abesse procul iubeo. Discedat ab aris
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis. Pura cum ueste uenite:
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Franciscus Petrarcha — Franciscus Petrarcha. Soneto.cccxxiii.

Chara la uita: & dopo lei mi pare
Vera honesta che in bella dona sia:
Lordine uogli: & non fur madre mia
Senza honesta mai cose belle o chare.
Et qual se lassa del suo honor priuare
Ne dona e piu ne uiua: & se qual pria
Appar in uista: & tal uita aspra & ria
Via piu che morte & di piu poene amare.

Franciscus Petrarcha. Soneto.cccxxv.

Laltra belta chel mondo non ha pare
Noia te: se non quanto il bel thesoro
Di castita par che ladorni & fregi.


Casus quando significat calamitatē seu in fortunium: graece: περίστασις. & συμφορά. dicitur: est autem casus causa per accidens eorum quae fiunt propter finē: & i minori parte. Et sic capitur gnālr. Casus si capiat specialr est causa per accidēs eorum quae non fiunt secundum ppositum: secundum finem in minori parte: scdm Aristo. li°.ii.phisicorum.


Casus & fortuna sic differunt quia fortuna ē causa per accidens secundum propositum extra semper & frequenter eorum quae propter hoc sunt. Quare īfans: inanimatum: & bestia nihil faciunt a fortuna. Casus autē in plus se habet q̄ fortuna.





Causa: graece. αἰτία. dicitur. Et est aliquid a quo aliquid dependet: uel dependebat in esse: fieri: uel conseruari simpliciter: uel in esse tali: uel tanto: commissiue: siue omissiue: mediate uel immediate: positiue: uel priuatiue: uel aliquid amatum: uel desyderatum propter quod amatum: uel desyderatum agens aliqd producit. Secundum Aristo. li°.ii.phisicorum.


Causa est quadruplex. s. materialis: formalis: efficiens: & finalis. Vel sic.


Causa ē id ex quo: uel per quod: uel a quo: uel propter quod aliquid fit. Vnde quattuor genera causarum scribit Aristoteles. Materialem: ex qua aliquid fit: Formalem: per quam aliquid tale fit: Efficientem: a qua aliquid fit. Et finalem: cuius gratia aliquid fit.




Causa causarum est ipse rerum omnium opifex.





Causa a ratiōe ita differt: q causa est ipse impulsus ad aliquid agendum. Ratio uero est ordo gerendorum ex causa uenientium.

Causa dicitur a καίω. quod ardorem siue incendium significat: qm causa accendimur ad aliquid agendum. uel a chao. q a cōfusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. uel a casu: quoniam origines reꝝ casu ueniant.


Cautio graece. εὐλάβεια. & εὐλαβής. cautus dicitur. Est autem cautio qua sic capiuntur bona: ut uitentur mala: quibus actus uirtutum impediri possunt: uitentur inquam totaliter: uel ut minus noceant. scdm.b. Tho. scd̄ scd̄ae. q. lxxxix. art. iiii.


Cautio est qua discernimus a uirtutibus uitia uirtutum speciem praetendentia. secundum b. Tho. iii. sen. di. xxxiii. q. iii. ar. i.


Censor. graece. τιμητής. & τιμητεία. cēsura dicitur. Et est is ad quē cura morum spectat. Vel cēsor ē morum reprehensor & castigator: dictus a censendo. i. iudicando: uel aestimando: quoniam rem suam tanti quisq aestimare soleret quantum illi censuissent: ad censores enim spectabat uniuscuiusq facultates aestimare: ut secundum eam tributa penderentur. Hinc etiam censura deducitur: quae est seueritas uel correctio.


De hac materia uide infra in Correctio.


Census. graece. εὐπορία. & εὔπορος. diues dicitur: & est facultas uel opulentia. Ouidius Sed quia non census non magnum nomē auorum: sed probitas magnos ingeniumq facit. — Ouidius


Census etiam est quaedam pensio quae de prouentibus soluitur: ut habetur. i. q. iii. Quaesitum.


Census est quicquid annuatim soluitur in quantitate uel summa. ff. de censi. l. Aetatem.



Cerimoniae sunt opa exteriora ad cultum dei pertinentia. b. Tho. prima secundae. q. xcviii. ar. iii.


Cerimoniae dicuntur apud latinos generaliter omnes ritus sacrificiorum a Cerete oppido dictae ut placet Valerio maximo: uel a charitate.


Certitudo. graece: δηλόω. & δῆλος. certus & manifestus dicitur. Est autem certitudo firmitas adhaesionis uirtutis cognitiuae ad suum cognoscibile Tho. iii. di. xxvi. q. ii. ar. iiii.



Certum dicitur id de quo propria uel indubitata circumlocutione constat. ut i glo. de priuil. c. Quum & plantare. Insti. de exhaere. li. §. Nominatim.





c Ceruicositas: graece: αὐθάδεια. & αὐθάδης. ceruicosus. Idemq est q contumatia & pertinatia. Dicitur autē a ceruice posteriore parte colli: ex qua ē origo

omnibus neruis.& quoniam nerui ipsi corpus erectum ac rigidum faciunt:& in ceruice sunt collocati:dicim⁹ hominem ceruicosum:quasi nulli omnino caput inclinare uolentem.Idem q̃ duri capitis:duræ ceruicis:duræq̃ mẽtis dicitur.


Imiterium græca dictio ẽ & κοιμητήριον ου.τὸ.dicitur a.κοιμάομαι.quod ẽ dormio:q̃ illic corpora dormientium hoc est mortuorum iacent.


Irculus.g̃:κύκλος.ου.ὁ.&.κύκλωσις:εως.ἡ.circuitus uel circulatio dicitur.Est autem circulus figura cui cõuenit p se rotũditas.scdm.b.Tho.cõtra gen.ii.c°.lxiii.

Circulus est prima figura plana habens tantũ unã lineam.secundum eundem sup li.cæli.ii.lec.v.

Circulatioẽ motus qui fit circa medium: secũdum Aristo.lib.i.de Cæ.& mundo.


Ircunstantia:g̃.περίστασις.εως.ἡ.dicitur:& est accidens actus humani attingens eum extrinsece.secundum.bea. Tho.prima secundæ.q.vii.ar.i.


Ircũspectio:a circũspicio quod.g̃.περιβλέπω.dicitur:est contrariorum uitiorum cautella:cuius officium ẽ uirtutes sic seruare:ut in uitia homo nõ cadat.ut habetur in morali dogmate philosophorum.

Circumspectio est attentio circunstantiarum in negocio morali:secundum.b.Tho.xxii.q.xlviii.& a Macrobio ponitur pars prudentiæ.


Iuitas:g̃:πόλις.εως.ἡ.&.πολίτης.ου.ὁ.ciuis dicit̃.Est autẽ ciuitas societas quæ conficitur ex pluribus pagis quæ est ex his quæ natura sunt.scdm.Ar.li.i.polyticorũ.

Ciuitas est multitudo ciuium quæ per se sufficiens est ad uiuẽdum:scdm eundem.li.iii.poly.

Ciuitas est generum pagorumq̃ societas uitæ perfectæ:ac per se sufficientis:& hoc est bene ac beate uiuere.secundum eundem Libro.iiii.poly.

Ciuitas est populus uel respublica.in qua sorte magistrat⁹ declarant̃.scdm eundẽ li°.i.Rhætoricorũ.

Ciuitas est multitudo domorũ agro & pecuniis sufficienter abundans ad beneuiuẽdum.secundum eundem li°.Economicorum.Differt autem ab urbe quia ciuitas proprie sunt ciues:urbs uero mœnia:& ædificia.


Læmtia:g̃:ἀμεριμνία.ας.ἡ.& ἀμέριμνος.ου.ὁ.ἡ.clæmens.Et ẽ per quam animus temere in odium alicuius cõcitati comitate retinetur:& ẽ pars Temperantiæ.secundum Ciceronẽ in Rhætoricis.

Clæmentia est lænitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis: Secundum senecam libro de clæmentia.

Clæmentia est animi Temperantia in constituendis pœnis.

Clæmentia est uirtus moderatiua pœnarum secundum legem.scdm.b.Tho.scda scdæ.q.clvii.ar.i.

Clæmentia est lænitas superioris ad inferiorem:sed Mãsuetudo est cuiuslibet ad quemlibet.secundũ b.Tho.scda scdæ.q.clvii.

Clæmentia est uirtus humana:Ideo directe ei opponitur crudelitas.Non autem feritas aut seueritas sub bestialitate:sed uirtuti hæroicæ:uel dono pietatis.secundum eundem scda scdæ.q.clviii.ar.ii.

Clæmens dicitur a claritate mentis.

Clæmentia & mansuetudo conueniunt cum Temperantia in modo:non autem in materia.b.Tho. scda scdæ.q.clvii.ar.iii.

Clæmentia sic differt ab.ἐπιεικεία:q̃ clæmentia moderatur affectum in pœnis infligendis secundum legem communem: ex dulcedine affectus. Sed.ἐπιεικεία.secundum intentionem legis.b. Tho.scda scdæ.q.clvii.ar.ii.

Augustinus in sermone de puero Centuriõis. Augustin⁹

Paratus debet esse homo iustus & pius patiẽter eorum maliciam sustinere:quos fieri bonos quærit. ut potius numerus crescat bonorũ:nõ ut pari malicia se quisq̃ numero addat malorum.

Hugo de sancto uictore. Hugo

Clæmens dicitur animus quando est tener ad compatiendum:facilis ad remittendum:promptus ad subueniendũ. Seneca de clæmẽtia ad Neronẽ Seneca

Clæmentia est quæ alieno sanguini tanq̃ suo pcit: & scit homini non esse prodige utendum.

Seneca li°.de clæmentia.

Nullum magis decet clæmentia q̃ principem.

Cicero officiorum li°. Cicero.

Nihil est laudabilius:nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate atq̃ clæmentia. Ibidem.

Videndum est enim primum ne obsit benignitas & his ipsis quibus uidebitur benigne fieri:& cæteris deinde:ne maior sit benignitas q̃ facultates.Ibidẽ

Vna enim ex re satis præcipio:ut quicquid sine detrimento accommodari possit:id tribuat̃ uel ignoto:Ex quo sunt illa communia:nõ ꝓhibere aquã profluentem:pati ab igne ignẽ capi. Ibidem.

Qui opera.i.uirtute & industria liberales sunt & benefici:primum quo pluribus profuerint:eo plures ad benefaciendum adiutores habebunt. Deinde cõsuetudine beneficentiæ paratiores erunt: Et tã quam exercitatiores: ad bene de multis promerendum. Cicero Ibidem.

Omnino mẽinisse debem⁹ id quod a nostris hostbus

usurpatum sepissime iam in prouerbii consuetudinem uenit. Largitionem fundum non habere: Quum & idem qui consueuerunt. & idē illud alii desyderent. Ibidem

Liberales autem sunt qui facultatibus suis: aut captos a prædonibus redimunt: aut æs alienum suscipiunt amicorum causa: aut in filiarum collocatione adiuuant: aut opitulantur: uel in re quærenda: uel augenda. Cicero Ibidem.

Causa igitur largitionis est: si aut necesse: aut utile. Cicero li°. iii. Tus. quæstionum.

Nam est innocētiæ affectio talis animi: quæ noceat nemini. Cicero Tus. quest. li°. iiii.

Val. maxi. Cur misereare potius q̄ feras opem: si id facere possis: Valerius maximus li°. v.

Liberalitati quas aptiores comites q̄ humanitatem & clæmentiam dederim: Quoniam idē genus laudis expetunt quarum prima inopia proxima occupatione: tertia ancipiti fortuna præstatur. Humanitatis enim dulcedo etiam efferata barbarorum ingenia penetrat: orbesq; & truces hostium mollit oculos: ac uictoriæ insolentissimos spiritus flectit. Nec illi arduum atq; difficile est iter arma cōtraria inter districtos communus mucrones placidum iter reperire. uicit iram: prosternit odium: hostilemq; sanguinem hostilibus lachrymis miscet. Solinus lib. iiii. c°. viii.

Solinus · Clæmētiæ sunt multa indicia in leonibus. Prostratis parcunt: in uiros potius q̄ in fæminas sæuiunt: infantes non nisi in magna fame perimunt: nec a misericordia separant. Terēti° Comædia. iiii.

Terentius Re ipsa repperi nihil esse homini melius facilitate atq; clæmentia. Ouidi° Tristiū li°. iii. Elegia. iiii.

Ouidius · Quo quisq; est maior: magis est placabilis iræ:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.
Pugna suum finem: quum iacet hostis: habet.
At lupus & turpes instant morientibus ursi:
Et quæcunq; minor nobilitate fera est.
Ouidius de ponto li°. ii. elegia. viiii.
Regia crede mihi res est: succurrere lapsis:
Conuenit & tanto: quantus es ipse: uiro.
Ouidius Ibidem & paulo post.
Hoc tecum cōmune deis: q̄ utrinq; rogati.
Supplicibus uestris ferre soletis opem. Ibidem
Nam quid erit quare solito dignemur honore
Numina: si demas uelle iuuare deos.
Iupiter oranti surdas si præbeat aures:
Victima ꝓ templo cur cadet icta Iouis?
Si pacem nullam pontus mihi præstet eunti:
Irrita Neptuno cur ego thura feram?
Vana laborantis si fiant uota coloni:
Accipiet grauidæ cur suis exta Ceres?
Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho:
Musta sub inducto si pede nulla fluant.
Vtilitas igitur magnos hominesq; deosq;.
Efficit: auxiliis quoq; fauente suis.
Ouidius epistola Medeæ ad Iasonem.
Perdere posse sat est: si quem iuuat ipsa potestas.
Iuuenalis satyra. xv. penultima. Iuuenalis.
Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur:
Quæ lachrymas dedit: hæc nr̄i ps optima sensus.
Plorare ergo iubet casum lugentis amici.
Squalloremq; rei: Pupillum ad iura uocantem
Circunscriptorem: Cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli. Ibidem
Naturæ imperio gemimus: quum funus adultæ
Virginis occurrit: uel terra claudit infans. Ibidē
Separat hoc nos
A grege brutorum: Atq; ideo uenerabile soli
Sortiti ingenium diuinorumq; capaces:
Atq; exercendis capiendisq; artibus apti:
Sensum a cælesti demissum traximus arce:
Cuius egent prona: & terram spectantia. Mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tātū animas: nobis animū quoq;: Mutu° ut nos
Affectus petere auxilium & præstare iuberet.
Claudianus. Claudian°
· Sis pius inprimis. Nam quum uincamur ab omni
Munere: sola deos æquat clæmentia nobis.
Nec tibi quid liceat: sed quid fecisse decebit
Occurrat: mentemq; domet respectus honesti.

Clamor. g. βοή. ης. ἡ. dicitur: & βοάω. clamo. Est autem clamor filia Iræ: qua' quis clamat contra aliquem confuse & inordinate aut furiose loquens: secundum. b. Tho. secda secdæ. q. clviii. ar. vii.

Estq; clamor ꝓprie calamoꝝ sonus: q̄si calamor. Arūdines. n. uento agitatæ magnū emittūt sonū. Inde clamantē dicimus eū q uociferādo obstrepit.

Claritas. græce. λαμπρότης. ητος. ἡ. & λαμπρός. οῦ. ὁ. clarus dicitur. Est autem clarus proprie lucidus: ut clara dies. Metaphorice etiam pro insigni & excellenti ponitur: ut qui proprio quodam fulgore resplendet. Is etiam Inclytus dicitur. Verum plus est Inclytus q̄ clarus. Nam κλυτός. οῦ. ὁ. clarus est: cui in præpositio addita auget. hinc pariter claritas orationis: claritas generis: claritas rerum gestarum. Claritudo etiam pro claritate ponitur. Salustius. Quum præsertim tam multæ uariæq; sint artes animi: quibus summa claritudo paratur.

Coæuitas. græce. ὁμηλικία. ας. ἡ. & c ὁμῆλιξ. ικος. ὁ. coæuus & coætane° dicitur. Est autem coæuus eiusdem ætatis.



Ogitatõ graece. λογισμὸς·οῦ·ὁ·& λογίζομαι·cogito dicitur. Est autem cogitatio: secundum Ricardum: Inquisitio ueritatis p discursum ex multis: licet secundum Augustinũ: quādoq; sumatur pro quacunq; operatiõe intellect⁹. haec: ex. b. Tho. scda scdae. q. clxxx. ar. iii.
Differuntq; Cogitatio: Meditatio: Contemplatio & Consideratio: hoc modo: q; Cogitatio est respectus animi ad euagationem pronus. Meditatio ẽ intuitus occupatus in inquisitione ueritatis.
Contemplatio est liber animi contuitus in res.
Considratio ẽ omnis operatio intellectus: uel ꝓcessus rationis ex principiis pertingentibus ad cõtemplationem ueritatis: sicut meditatio. secundũ bea. Tho. scda scdae. q. clxxx. ar. iii.

Ogitatiua potentia est ratio particularis collatiua intentionum indiuidualium secũdũ. b. Tho. pria. pte. q. lxxviii. ar. iiii.

Euripides. Cogitatio et excogitatio. qd dif. i. Excogitõ. Eurip. αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
Secundae sane cogitationes sapientiores.

Ognatio graece. συγγένεια·ας·ἡ: & συγγενὴς·οῦ·ὁ·cognatus: dicit. Cognatio spiritualis est uinculum cõtractum ex statuto ecclesiae: per susceptionem sacramentorum: dirimens matrimonium iam contractum. secundum. b. Tho. iiii. sen. di. xlii. q. i. ar. i.
Cõtrahiturq; tñ p Baptismum & cõfirmatõem.

Ognitõ graece: Γνώστης·του·ὁ·& γνώστης·οῦ·ὁ·cogn. tor dicitur: Proprie autem cognitor dicitur qui litem alterius suscipit coram: ab eo cui datus est: sicut procurator: qui absens nomine author fit. Cognitor a cognosco uenit: unde etiam Recognosco: quod est opus compositum emendādi: aut limandi: aut reprachendendi causa reuideo. Actus uero ipse recognitio dicitur.

Olor graece χρῶμα·ατος·τό·uel. χρῶμα·ατος·τὸ·& χρωματίζω·coloro dicitur. Est autẽ color extremitas per spicui i corpore terminato. secundum. Aristo. lib. de sensu & sensato.
Color est motiuus dyaphani secundum actum secundum Aristotelem. lib. ii. de anima.
Color est passio corporis opaci alteratiua uisus ꝗ potentia ad actum.
Color est qualitas secunda ex cõmixtiõe quattuor qualitatum primarum derelicta: alteratiua uisus de potentia ad actum.
Color est lux incorporea in extremitate dyaphani terminati. secundum. b. Tho. primo. Sen. di. xvii. q. i. ar. i.
A color uenit coloro uerbum: & discolor diuersi coloris: & concolor eiusdem coloris. Colores praeterea apud Rhaetores dicuntur orationis ornamẽta: hoc ẽ figurae: quae a graecis. σχήματα. dicunt.

C Ometes graece. κομήτης·ου·ὁ·& κόμη·ης·ἡ·coma dicitur. Et est exhallatio terrestris calida & sicca: grossa: pignis & uiscosa: cuius partes multum adinuicem circunia cent: eleuata ab illis inferioribus usq; ad supremã regionem aeris: in qua propter motum illius regionis inflammatur: & circulariter mouetur ad motum supremae regionis aeris. secundum Aristotelem lib. i. Metheororum.
Cometen nostri stellam crinitam uocãt. plura genera huiusmodi subito nascentium stellarum pogonias uocant a barba. q: graecae dicitur. πώγων. Quoniam inferiore ex parte in modum barbae in ba longe extenditur.

C Omitas: graece: εὐτραπελία·ας·ἡ·& εὐτράπελος·ου·ὁ·comis dicit. Est autem comitas cum moderatiõe iocatio. secundum Arist. li°. iiii. Aethicorum.
Comitas est uirt⁹ media inter seueritatem: & remissionem. In altera nec punctum quidem a uirtute discedimus. In altera omnia quadam animi abiectione remittimus.
Comis est benignus: facilis: mansuetus: & dicitur a como uerbo: quod tam est apud graecos q̃ apud latinos idem qd orno. Terentius. Noui ego ingeniũ mulierum. dum molliũtur: dum comuntur: ann⁹ est. Sunt enim capilli maximo homini ornamento. Quare charilaus cur comam nutriret interrogatus. Quoniam inquit ex omni ornatu corporis. hic pulchri & minimi sumptus est. Terẽtius

C Omedere. ĝ: φαγεῖν. Nam. φαγεῖν: & ἐσθίω. comedo dicitur. Et est cibum sumere per potentiam naturalem fomentis cõuertibilem in naturam eius. Ex. b. Tho. prima p. te. q. li. ar. iii.

C Omesatio. ĝ. κῶμος·ου·ὁ·& κωμάζω·comesor dicitur. Est autẽ comesatio proprie cib⁹ post caenam sumptus: sicut Mereda cibus qui sumitur ante coenã: & Ientaculum cibus qui sumitur ante prãdium: quod ab iento uerbo: de quo infra uide in Ientaculum. Diciturq; comesatio a uicis quos graece: κώμους. uocant: & esum supino de edo. quoniam ante oppidorum constructionem ueteres in uicis habitantes: alii alios conuictus grã inuitabãt.

Ommaternitas & Compaternitas sunt
c idem quod cognatio spiritualis: secūdum b. Tho. iiii. sen. di. xlii. q. i.

c Ommemoratio. g̃. ἀμάμνησις. ιος. ἡ. & ἀναμνηστικός. ου. ὁ. ἡ. facile reminiscens dicitur. Venit aūt commemoratio a cōmemoro: quod est ad memoriam reduco. Terēti⁹. Nam istæc commemoratio quasi exprobratio est i memoris beneficii. Cicero. Exercendæ quoq; memoriæ gratia: quid quoq; die egerim commemoro uesperi.

c Ommendatio: g̃: συστασις. ιος. ἡ. & συνίστημι. commēdo dicitur. Estq; cōmendatio modo laudatio: modo commissio: Quia commēdo iunctum datiuo significat cōmitto: ut commendo te regi. Quando uero iungitur actō cum apud: uel ablatō cū in: significat laudo: Vt commendabo te apud principem uel regē: uel in senatu. Inde litteræ commendaticiæ dicuntur: quibus aliquis commendatur.

Ommiseratio. g̃. οἰκτιρμὸς. ου. ὁ. οἰκτίρμων. ονος. ὁ. misericors dicitur. Et ē commiseratio: dolor quidam ex apparenti malo corruptiuo: ac dolorem inferente in nō dignū pati: quod uel ipse putabit posse pati: uel suorum aliquem: Idq; sic ut propinquum uideatur. secundum Arist. li⁹. ii. Rhætoricorum.

Commiseratio est quum uel aspectu alicui⁹: uel oratione: uel etiam cogitatiōe adducimur: ut eum misereamur.

c Ommodatio a uerbo commodo uenit qđ χρήζω. dicitur. Et est alicui⁹ rei ad alienum specialem usum gratuito facta concessio. secundum Glo. in. c. unico de Commo. Itaq; commodare est alicui usus rei usum ad tempus cōcedere. Cicero. Dando & accipiendo mutuandis q; facultatibus: ac commodandis nulla re egeremus. Differt autem hoc uerbum a Mutuo q; mutuamus: ut Paulus iurisconsultus inquit: non eandem speciem recepturi. Mutui datio in his rebus est: quæ pondere: numero: mēsuraue dari solent: quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire: quia magis in genere suo functionē recipiunt per solutionem q̃ per speciem. Nam in cæteris rebus iō ire in creditum nō possumus: Quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest.

Ommutatio. g̃: συναλλαγμα. ατος. τό: & ἀντάλλαγμα. τος. τό. Ita ἀνταλλάττω. permuto dicitur. Et est duplex: Altera naturalis hoc est rei ad rem: uel ad pecuniam pertinens ad Iconomos uel polyticos. Altera propter lucrum pertinēs ad negociatores. Ex. b. Tho. secda secdæ. q. lxxvii. ar. iiii.

Commutare uerba: est litigare & iurgari. Terēti⁹. Nunq̃ hodie commutaturum patrem unum esse uerbum.

Ompassio: g̃. συμπάθεια. ας. ἡ. quæ & a nostris cordolium dicit̄: a dolore cordis. De qua uide infra in misericordia.

c Ompaternitas. uide supra in Commaternitas.

Ompensatio græce. ἀντίδοσις. ιος. ἡ. dicitur. Et (ut Modestinus inquit) est debiti & crediti inter se contributio: ut. ff. de compensa. li. i.

c Ompunctio. g̃: κατάνυξις. ιος. ἡ. & κατανύσσω. compungo dicitur.

Omprahēsio græce. κατάληψις. ιος. ἡ. & καταλαμβάνω. comprahendo: dicitur. Est autem Comprahendere proprie attingerē rem secundum: omnem modum: & omnem rationem qua cognoscibilis est. secundū. bea. Tho. prima parte. q. xii. ar. vi. Comprahendo & apprahēdo idē sunt quod capio: sed & corpore & animo hoc fit.

Onceptio græce. σύλληψις. ιος. ἡ. & συλλαμβάνω. concipio dicitur. Est autem concipi: procedere a generante: distinctum esse ab eo: & esse clausum intra termios eius. secundum bea. Tho. iii. sen. di. viii. i.

Conceptio uiri secundum Arist. completur in. xl. diebus. secundum Augustinum in. l. Mulieris uero in. lx. Vers.

Sex in lacte dies: ter sunt in sanguine trini:
Bisseni carnem: Ter seni membra figurant.

Concipio proprie significat apprahendo. Quare mulier concipere dicitur: quum genitale semē apprahendit ad foetum faciēdum: unde cōceptum foetum dicimus: quum genitura coaluit.

Conceptio apud grammaticos fit: quum unum genus aliud: uel una psona aliā cōcipit & apphēdit.

Onciliatio. g̃: διαλλαγή. ης. ἡ. uel συναλλαγή. ης. ἡ. & διαλλάττω. concilio: quando non cum te: sed cū deo: siue homine iungitur: Idem ē quod placo: & amicum facio. Virg. Tu sceptra Iouemq; concilias. Hinc reconciliare quod est in gratiam restituere & in pristinam beniuolentiam: a qua quis deciderat offensa interueniente. Concilio mihi laudem: seu famā i. acquiro & comparo. Et in malam partem nonnunq: ut tu concilias tibi inimicitias. Conciliatus etiam pro empto ponitur. Terentius. Prodi male conciliate: hoc est magno præcio empte.

Oncio græce. ἀγορά. ας. ἡ. & ἀγορεύω concionor dicitur. Est autem concio populi multitudo cōgregata ad audiēdum

aliquem orantem pro communi utilitate. Et tum ipsa oratio: tum locus ipse concio appellatur. Dici turq; a concio quod modo significat conuoco: mo do perturbo & commoueo. Idemq; qui orat cócio nari dicitur. Homerus in α Iliados de Nestor. τοῦ. καὶ. ἀπὸ. γλώσσης. μέλιτος. γλυκί/ων. ῥέεν. αὐδή. idest.

Homerus.

Cuius a lingua melle dulcior fluebat oro. Ibidem. ἀγορήν. κύδιάνειραν. hoc est. Concionem uiros illustrantem.

Idem in. γ. Iliados.

ἀγορηταὶ. ἐσθλοί. τέττιξιν. ἐοικότες. οἵ τε καθ' ὕλην. δενδρέῳ. ἐφεζόμενοι. ὄπα λειριόεσσαν. ἱεῖσι. i. Concionatores boni cicadis similes: quæ in silua arbori insidentes uocem delectabilem emittunt.

Homerus in i. Iliados.

ἀγορέων. ἵνα. τ' ἄνδρες. ἀριπρεπέες. τελέθουσι. i. Concionem. ubi uiri illustres fiunt.

Concordia graece. ὁμόνοια. ας. ἡ. & ὁμοφωνέω. concordo dicitur. Et est ad alterum: inquantum. s. diuersorum cor/dium uoluntates simul in unum consensum con/ueninnt. unde Concordia est unio appetituum di uersorum appetentium. Pax uero est unio appeti tuum unius appetentis. ex. b. Tho. scda scdæ. q. xxviiii. ar. i. Hinc concordo uerbum quod est con uenio: & concors eiusdem cordis. i. mentis & ani/mi. Et discors qui corde & animo dissidet.

Conclusio. g. συμπέρασμα. ατος. τὸ. & συμπεραίνω. concludo dicitur. Est enim concludere aliquádo perorare hoc est terminare orationem. Inde conclusio quæ etiá a græcis. ἐπίλογος. a nostris p oratio. Nónun/q̃ cumulus uocatur: Quia sicuti cumulus aceru⁹ est. Ita in conclusióe omnia quasi in unum aceruú colliguntur.

Concubina græce: συνεύνος. ου. ἡ. & συνεύνω. annuo dicitur. & συγκοίμη/σις. ιος. ἡ. concubitns dicitur. Est auté concubina mulier quæ domi quasi uxoris loco te/netur: a græcis etiam dicta. παλλακὴ. ας. ἡ.

Concupiscentia. g. ἐπιθυμία. ας. ἡ. & ἐπιθυμέω. concupisco. Et est appetitus delectabilis sensitiuæ: & est subiectiue in appetitu sensitiuo. b. Tho. pria scdæ. q. xxx. ar. i.

Concupiscibilitas est appetitus sensitiuæ: qui cómu niter dicitur sensualitas: Cuius obiectum est bo/num appræhensum secúdum sensum. b. Tho. iii. sen. di. xxvi. q. i.

Concupiscentia est tam malarum q̃ bonarum rerú appetitus: a concupisco ueniens quod est opto & desydero.

Concupiscibilis uis quid sit uide supra in arbor ani mæ sensitiuæ.

Cócupiscétia dicit itésioné desyderii. Zel⁹ amoris. Abomiatio odii: Acidia tristiciæ. Præsúptio spei: Audacia confidentiæ: Furor iræ: hæc ex. b. Tho. iii. sen. di. xxvi. q. i. ar. iii.

Confessio: g. ὁμολογία. ας. ἡ. & ὁμολογητής. confessor dici tur. Est autem Confes sio Triplex. s. actus ex/terior fidei uel iusticiæ. Actus Latriæ. s. gratia rum actio & laudatio dei: & Actus pæniten tiæ. s. confessio peccato rú. b. Tho. scda scdæ. q. iii. ar. i. & iiii. sen. di. xvii. q. iii. ar. ii.

Confessio sacramétalis est legitima coram sacerdo te peccatorum suorum declaratio. secúdum Ho. & dicit quasi simul: uel ex toto: uel undiq; fassio.

Confessio sacramentalis est per quam morbus la/tens spe ueniæ aperitur. ut habet. iiii. sen. di. xvii. q. iii. ar. ii. secundum Augustinum. uel sic.

Confessio sacramentalis est delinquentis accusa/tio: ex erubescentia: & per claues ecclesiæ satisfa/ctoria obligans ad pænitentiam peragendam in/iunctam.

Confessio sacramentalis debet habere sedecim cõ ditiones in Infrascriptis uersibus contentas. secú/dum. b. Tho. iiii. sen. di. xvii. q. iii. ar. iiii. Versus.

Sit simplex: humilis: confessio pura: fidelis:
Atq; frequens: nuda: discreta: libens: uerecúda:
Integra: secreta: lachrymabilis: accelerata:
Fortis: & accusans: & sit parere parata. Item.
Quis: qd: ubi: p quos: quotiens: cur: quõ: quando.

Numeri cap. v.

Numeri.

Locutus est dominus ad Moisen dicens. Loqu[e ad] filios Israel: uir siue mulier quum fecerint ex om/nibus peccatis quæ solent hominibus accidere: & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini: atq; deliquerint: cõfitebuntur peccatum suum. Iosue. c⁹. vii.

Iosue.

Fili mi da gloriam domino deo Israel: & confitere: atq; indica mihi quid feceris: ne abscondas.

Prouerbiorum. c⁹. xxviii.

Prouer.

Qui abscondit scelera sua: non dirigetur: Qui au/tem confessus fuerit & reliquerit ea: misericordiã consequetur. Ecclesiastici. c⁹. iiii.

Ecclesiasti.

Non confundaris confiteri peccata tua: & ne subii cias te omni homini pro peccato.

Ecclesiasti. c⁹. xvii.

Confiteberis uiuens: & uiuus & sanus cõfiteberis:
& laudabis deum: & gloriaberis in miserationib⁹
eius. Quoniam magna misericordia domini: & ꝓ
piciatio illius conuertentibus ad se.

Lucas. Lucas ca°.v.
Vade & ostende te sacerdoti. Idem c°.xvii.
Ite & ostendite uos sacerdotibus.

Iacobus. Iacobus in epistola.c°.v.
Confitemini alterutrum peccata uestra: & orate ꝓ
Ioannes invicem ut saluemini. Ioannes primæ ca°.i.
Si confiteamur peccata nostra: deus fidelis est: & iu
stus: ut remittat nobis peccata nostra: & emundat
nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniã non
peccauimus mendacem facimus eum: & uerbum
Augustin⁹ eius non est in nobis. Augustinus li.de pœ/
nitentia: & habet̃ de peni.di.i.Quem pœnitet.

Quẽ poenitet omnino pœnitent: & dolorẽ lachry
mis ostendat: Repræsentet uitam suam deo per sa
cerdotes: præueniat iudicium dei per confessionẽ.
Præcepit enim dominus mundandis ut ostende/
rent ora sacerdotibus. docens corporali pœniten
tia confitenda esse peccata: non per nuncium: nõ
per scriptum manifestanda. Dixit enim ora mon
strate: & omnes: non unus pro omnibus: non aliũ
statuatis nuncium: qui pro uobis offerat munus a
Moyse statutum: Sed q per uos peccastis per uos
erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet
remissiõis. Ex misericordia enim hoc præcepit do
minus: ut neminem pœniteret in occulto. In hoc
enim ꝙ per se ipsum dicit sacerdoti: erubescentiã
uincit. Timore offensi uenia fit criminis. Fit enim
ueniale per confessiõem: quod criminale erat ope
ratione. Et si non statim purgatur fit tamen uitale
quod commiserat mortale. Multum enim satisfa
ctionis obtulit. qui erubescentiæ dominans nihil
eorum quæ commiserit nuncio dei denegauit.

Augustinus li°.de pœnitentia:
Confessio est salus animarum: dissipatrix uitiorum
restauratrix uirtutum: expugnatrix dæmonum.
Quid plura? obstruit os inferni: & paradisi portas
aperit. Augustinus super psal.
Delictum meum cognitum tibi feci.
Non operui: sed aperui: ut operires. Non celaui ut
tegeres Nam quando homo detegit: deus tegit.
Quum homo celat: deus nudat: Quum hõ agno
scit: deus ignoscit. Augustinus li°. de pœni
tentia: & h̃etur de pœni. Di.v. cõsyderat.§. Caut⁹
Cautus sit pœnitens ne uerecundia ductus diuidat
apud se confessionem: ut diuersa uelit diuersis sa/
cerdotibus manifestar̃. Quædam enim uni celat:
quæ aliis manifestanda reseruat. Quod est se lau/
dare & ad hypocresim tẽdere: & semper uenia ca/
rere: ad quam per frustra putat peruenire.

Augustinus lib.de pœnitentia & habetur
de pœni. Di.vi.Qui uult.
Qui uult cõfiteri peccata sua ut inueniat gratiam
quærat sacerdotem scientem ligare & soluere.

Augustinus lib.de pœnitentia
Discretio confessoris ualde necessaria est. Consyde
ret qualitatem criminis in loco: in tempore: in per
seuerantia: in uarietate personæ: cuius fuerit æta
tis: cuius sapientiæ: & ordinis: & quali hoc fecerit
tentatione: & in ipsius multiplici executione.

Augustinus li°.de blasphemia spiritus san/
cti: & habetur.i.q.i.Spiritus sanctus.
Spiritus sanctus in sancta ecclesia etiam in isto tem
pore quo uelut granum atterit̃ cum palea: sic ope
ratur ut nullus ueram confessionem aspernetur:
nullus simulatione fallatur: atq; ita reprobos fu/
giat: ut etiam per illorum ministerium probos col
ligat. Augustinus super psal.
O homo quid times confiteri? Illud quod per cõfes
sionem scio: minus scio: q̃ illud quod nescio. Cur
confiteri erubescis peccata tua? Peccator sum si/
cut & tu. homo sum: humanũ a me nihil aliẽum.
Confitere homo homini: homo peccator homini
peccatori. Elige quid uis. Si non confessus lates: i
confessus damnaberis. Ad hoc deus exigit confes
sionem: ut liberet hominem humilem. Ad hoc dã
nat non confitentem: ut puniat superbum.

Augustinus super Ioannem.
Seruus peccati quo fugit? Secum se trahit quocun
q; fugerit. Non fugit se ipsam mala conscientia.
Non est quo eat: Sequitur se. Immo non recedit a
se. Peccatum enim quod facit intus est. Vis audi/
re consilium. Si uis a deo fugere: ad ipsum fuge cõ
fitendo: Non ipsum aliquid latendo. Confiteri n.
potes: latere non potes. Aug. super Ioannẽ.
Quum humilitatis causa mentiris: si non eras pec/
cator: anteq̃ mentireris: mentiẽdo efficeris quod
uitaris: ueritas in te non est. Nisi ita dixeris te pec
catorem: ut te esse cognoscas.

Augustinus in Tractatu de cura militiæ.
Nemo dicat occulte ego pœnitentiam apud deum
ago: Nouit deus qui mihi ignoscit: quia in corde
meo ago. Ergo sine causa dictum est. Quæ solue/
ritis in terra erunt soluta in cælo. Ergo sine cau/
sa datæ sunt claues ecclesiæ.

Hieronymus epistola prima.
Verum de remissiõe peccatorum sufficere debet so
la credulitas: Quis enim causas aut rationem re/
quirat? ubi indulgentia principaliter est: Quũ ter
reni regis liberalitas discussioni non sit obnoxia:
ab humana temeritate discutitur diuina largitio.
Solent enim cum irrisiõe aduersum nos dicere pa
gani: ꝙ ipsi nos decipiamus: qui putemus crimina

quæ ope commissa sunt: uerbis posse purgari. Et aiunt. Nunquid potest qui homicidium fecit homicida non esse: & adulter non uideri: qui adulterium perpetrauit? Quomodo ergo huiuscemodi criminum reus: sanctꝰ nobis effici subito uidebitur? Sed ad hæc ut dixi meliꝰ fide q̃ ratione respõdeo. Rex enim est omnium qui promisit: terræ cæli ꝗ dominus est: qui hæc pollicetur. Non uis ut ei qui ex terra homines fecit credam: ꝗ ex criminoso me faciat innocentem? Et qui me quum essem cæcus fecit uidere: uel quum essem surdus audire: qui mihi claudo gressum reddidit: innocentiam mihi perditam poterit recuperare? Et tamen ueniamus ad ipsum testimõium. Occidere hominem nõ semper criminosum est: Sed malicia: non legibus occidere criminosum est. Non ergo factum me in talibus: quia interdum & recte fit: sed animꝰ male cõsulens damnat. Si ergo animus in me qui criminosus est effectus: & in quo fuit origo uicii corrigat: Cur tibi uideat non posse innocens effici: q̃ prius fueram criminosus. Si enim ut supra ostendi: constat: ꝗ non in facto: sed in uoluntate sit crimen: sicut mala uolũtas authore malo dæmone peccato me & morti fecit obnoxium: Ita in bonum uoluntas mutata authore bono deo innocẽtiæ reddidit & uitæ. Similis causa & in cæteris criminibꝰ hoc modo fides nostra non inuenitur naturalibus rationibus aduersari: dum remissio peccatorum nõ gestis quæ mutari non possunt: Sed animo: quem de malo in bonum uerti certum est: deputetur.

Ambrosiꝰ. Ambrosius li°. de paradiso & habetur de pœni. di. prima. Non potest.

Non potest q̃sq; a peccato iustificari: nisi peccatum ante fuerit confessus. Ambros. in sermone quadragesimæ: & habetur de pœni. di. i. Ecce.

Ecce nunc tempus acceptabile adest: in quo Confessio animam a morte liberat: Confessio aperit paradisum: Confessio spem saluandi tribuit. Vnde scriptura dicit. Dic tu iniquitates tuas ut iustificeris. His uerbis ostẽditur: q̃a non meretur iustificari: qui in uita sua peccata noluit confiteri. Illa ergo cõfessio nos liberat a morte: quæ fit cum pœnitentia. Ambrosius de Ioseph. li°. xxxvi.

Plurimum suffragatur deo uerecunda confessio: & pœnam quam defensione euitare non possumus pudore releuamus.

Ambrosius super Beati immaculati.

Qui se accusat: & si peccator sit: iustus esse incipit: Quia nec sibi parcit: et dei iusticias cõfitet. Ibidẽ.

Cessat enim uindicta diuina: si confessio præcurrat humana. Ibidem.

Si accusauerit se iustus. Vocem parat accusationis: excludit q̃ solet accusare peccata: & uniuscuiusq; est aggregare flagicia: excusat reum pudor suus. Accusat eum authorem qui quum sua delicta nõ tacuit: uidetur in se doluisse quod fecit. In diabolo perdidisse quod suasit.

Gregorius & habetur de pœni. di. vi. Sacerdos. Gregorius

Sacerdos ante omnia caueat: ne de his qui ei confitentur peccata sua alicui recitet: ꝗ ea cõfessus est non propinquis: non extraneis: neq; quod absit, ꝓ aliquo scandalo: nam si hoc fecerit deponatur: & omnibus diebus uitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat. Gregorius. viii. mo.

Qui ꝓ mereri uult quod expetit: debet malum cõfiteri quod fecit. Valde enim facile est: ut peccatorem se quisq; fateatur: quum nihil ꝓ peccato suo patitur. Greg. xu. lib. mor. super illud. Si celaui in sinu meo iniquitatem meam.

Mirentur in bono Iob qui uolunt castitatis continentiam: mirentur integritatem iusticiæ: mirẽtur uiscera pietatis: ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatorũ q̃ tot sublimia uirtutum. Gregorius li. xxii. moralium.

Hæc sunt ueræ humilitatis signia: iniquitatem suam quęq; cognoscere: & cognitam uoce confessionis aperire. Gregorius ibidem.

Peccatores nos in tranquillitate loquimur: sed quum de peccatis ipsis flagello interueniẽte corripimur: murmuramus: pœna ergo nos interrogat si culpã ueraciter cognoscamus. Plerumq; grauioris certaminis est commissa peccata prodere: q̃ non admissa uitare. Gregorius Ibidem.

Plurimi homines confitentur culpam: Sed humiles non sunt. Nam multos nouimus qui arguente nullo: peccatores se esse confitentur. Quum uero de culpa fuerint fortassis correpti defensionis patrocinium quærunt: ne peccatores esse uideãtur. Qui si tunc: quum id sponte dicunt: peccatores se esse ueraci humilitate cognoscerent: quum ab illis arguuntur se quod confessi fuerant non negarent. Qua in re confessionis iudicia sunt: si quum quisq; peccatorem se dicit: illud de se dicenti etiã alteri non contradicit.

Greg. in pastorali.

Vulnera clausa plus cruciant. Nam quum putredo quæ interius feruet eiicitur: ad salutem dolor aperitur.

Io. Chrysostomus & habetur de pœni. di. prima capitulo Quis aliquando. §. Nunc autem si. Io. Chrys.

Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum: & frequenter i conspectu dei pronuncies: & pro eis clemẽtiã eius deprecenis: citiꝰ illa delebis. Si autẽ nunc obliuiscens peccatorum tuoꝝ: tunc eoꝝ recordaberis nolẽs: quã i toto mundo publicabunt

& in conspectu præferentur omnium tam amicorum tuorum: q̃ inimicorum: & sanctorum angelorum & cælestium uirtutum. Non enim ad Dauid solum dicebat. Tu in secreto fecisti: Ego cunctis manifestabo. Sed etiam ad omnes nos hoc dicitur. Io. Chrysost. sup Leuiticum homelia. ii.

Peccata tua dicito: ut deleas. Illa si confundens dicere alicui: quia peccasti: dicito illa quottidie in anima tua. Non dico ut confitearis ea seruo: ut exprobret: Dico deo: q curat ea. Nec enim si non dixeris ignorat deus. Dicito ea in hac uita: ut requiem in alia habeas.

Isydorus — Isydorus libro primo capitulo. xii.

Confessio sanat: confessio iustificat: confessio peccatis ueniam donat: Omnis spes in confessione cōsistit. In confessione locus misericordiæ est. Nulla tam grauis est culpa: quæ per confessionem non habeat ueniam.

Isydorus ibidem. c°. xvi.

Frequēter peccans & lugens uix ueniam meretur.

Bernard⁹. — Bernardus super cantica sermone. iii.

Quātum displicet regi impudentia peccatoris: tantum placet uerecundia confitentis.

Bernardus epistola. xiiii.

Absq; cōfessione iustus iudicatur: & peccator mortuus reputatur. Confessio igitur peccatoris est uita: iusti gloria: & necessaria est peccatori: & iustum nihilominus decet. Bernardus de xii. gradibus humilitatis.

Indicia ueræ confessionis sunt: sicut unusquisq; se peccatorem dicit: id de se dicenti alteri non cōtradicat. Nam non peccator: sed iustus uideri appetit: quum peccatorem se quisq; nullo arguente cōfitetur. Superbiæ quippe uitium est: ut quod de se fateri quis sua sponte dignat: hoc sibi dici ab aliis dedignetur.

Leo — Leo pp. & habetur de pœni. Di. i. Sufficit.

Sufficit pœnitēti confessio: quæ primum domino offertur: Deinde sacerdoti: qui pro delictis pœnitētium præcator accedit.

Hugo. — Hugo de claustro animæ.

Si ueniret Dæmon ad capitulum confessionis: impetrare posset indulgentiam remissionis. Sathan expulsus est a capitulo cæli. Adam a capitulo paradisi: Iudas a cap°. Christi. In primo capitulo fuit culpa superbiæ. In secundo culpa inobedientiæ.

Cassiodo. — In tertio culpa auariciæ. Cassiodorus super illud ps. Vias meas annunciaui.

Mira compensatio: stupenda uicissitudo Domino suo propria mala dicere: & ab eodem præmia salutis accipere. Quis nō incitetur illi ad præmium cōfiteri: cui non possis negare quod feceris. Cassiodorus sup illud psalmi. Beati quoq; remissæ sunt.

O ingeniosa simplicitas & mille tergiuersationibus cautior puritas. Manifestare delictum: Illis non iudex: sed aduocat⁹ est Christus: qui se propria cōfessione damnarunt. Cassiodorus sup ps. lxxvi.

O beata cōfessio quæ æternum tollit opprobrium: Nam quicquid reatuum inuenerit pœnitentia Perpetuus sæculis reddit absolutum.

Boetius — Boetius li°. primo de phisica con.

Si operam medicantis expectas: oportet ut uulnus tuum detegas.

Anselmus — Anselmus super ps. vi.

Medicus ægroto confitenti suam infirmitatem medicinam negare non debet: ut persuadeat animæ in quæ mala se præcipitauit: Et ideo etiam: ut ex difficultate sanationis magis sibi caueat. Quod enim facile sanatur: non multum cauetur.

Seneca — Seneca li° de moribus.

Vbi est confessio: ibi remissio.

Seneca ad Lucillium epistola. xxviiii.

Initium salutis noticia peccati. Nam qui peccare se nescit corrigi non uult. Ideo quantum potes te ipsum argue.

Seneca ad Lucillium epistola. liiii.

Quare uicia sua nemo cōfitetur? Quia etiā nunc in illis est. Somnium narrare uigilantis est: & uitia sua confiteri sanitatis indicium ē. Expergiscamur ergo ut mores nostros coarguere possimus.

Seneca ad Lucillium epistola. lvii.

Omnia uitia in aperto leuiora sunt: Morbi quoq; ad sanitatem tunc inclinant: quum ex abdito erumpunt: ac uim suam proferunt: & auariciam & ambitionē & cætera uitia mentis humanæ tunc perniciosa scias esse: quū simulata sanitate subsidunt.

Ouidius — Ouidius metamorphoseos li°. x. fabula. viiii.

Numen confessis aliquod patet.



Onfidentia: græce: θαρραλεότης. ητος. ἡ. & θαρρέω confido dicitur. Et est per quam magnis & honestis rebus animus multum in se fidentiæ collocat. secundum Ciceronem libro. ii. Rhetoricorum.

Confidētia & fiducia sic differunt ut placet Donato super Terentio. q confidentia interdum in bona significatione: interdum in mala. Fiducia uero semper in mala. Sed utrunq; modo i malam: modo in bonam partem accipit.



Onformitas: græce: συμμορφωσις. εως. ἡ. & συμμορφος conformis dicitur. Est autem conformitas idem quod similitudo quam causat unitas qualitatis. secundum. b. Tho. primo sent. di. xxxxviii. q. i.



Oniectura: g: τεκμήριον. ου. τό. & τεκμαίρομαι coniecto dicitur. Est autem coniectura p aliqua signa alicui⁹ rei cognitioe imperfecta tñ: scdm. b. Tho. pria scdæ. q. cxii. ar. v.

Coniectus est directio quædam rationis ad ueritatem: a quo dicta est coniectura: a quo apud Rhoetores dictus est status coniecturalis.

Coniuratio: g̃: συνωμοσία ας. ἡ. & συνωμότης ου. ὁ. coniuratus dicitur. & συνόμνυμι coniuro. Et est quando aliqui rebelles authoritate in unum se colligendo: iuramenta inter se dederunt. ut habetur. xi. q. i. Coniuratiõum. unde cõiurare ẽ simul & ĩ unum iurare.

Coniuratio & conspiratio pro uno & eodem crimine accipiuntur. xi. q. i. Coniuratiõum. Conspirare est simul uel in idem spirare. secundum glo. in c. Constitutionem de sen. ex. liᵒ. vi.

Coniuro proprie est in alicuius perniciem iuro. Vnde coniuratio. Capiuntur nonnunquam coniuratio & cõspiratio in bonam partem. Licet per raro. Horatius. Coniurat amice.

Coniurati sunt hii qui coniurauerunt & conspirationem fecerunt.

Consanguinitas: g̃: ὁμαιμοσύνη. ας. ἡ. & ὅμαιμος. ου. ὁ. ἡ. consanguineus dicitur. Est autem consanguinitas uinculum ab eodem stipite propinquo descendentium: carnali propagatione contractum: scdm. b. Tho. iiii. sen. di. xxxx. i.

Consanguinitas est proqinquitas quædam a natu/turali cõmunicatione: fundata supra actum generationis: qua natura propagatur. Ibidem.

Consanguinitatis linea: est ordinata collectio: personarum consanguinitate coniunctarum: ab eodem stipite descendentium: diuersos cõtinens gradus. b. Tho. iiii. sen. di. xxxx. q. ii. ar. i.

Consanguinitatis gradus ẽ habitudo personarum distantium: qua cognoscitur quãta distantia personæ inter se differunt.

Conscientia: g̃: συνείδησις. εως. ἡ. & συνειδώς. ότος. ὁ. conscius dicitur. Et non est potentia: nec habitus: sed est actus .s. applicatio scientiæ: & quandoq; ponitur pro Synteresi: quia est actus eius. b. Tho. prima parte. q. lxxviiii. ar. xiii.

Conscientia est regula in ratione. Syntheresis uero est in uoluntate instigando eam ad bonum & stimulando. Ex. Alex. in. iii. parte summæ.

Conscientia modo de pluribus est. Modo de uno. De pluribus. Salustius. Tum scelerum suorum imprimisq; conspirationis conscientia solliciti: quo se uerterent non uidebant. De uno

Cicero — Cicero in Catone maiore.

Menãder. — Conscientia bene actæ uitæ: multorũq; benefactorum recordatio iucundissima est. Menander.

βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός. idest. Mortalibus omnibus conscientia deus.

c Onsensus g̃: ὁμόνοια. ας. ἡ. & ὁμονοέω cõsentio dicitur. Et importat iudicium de eo in quod cõsentitur. b. Tho. pria scdæ. q. lxxiiii. ar. vii.

Consequentia: g̃: ἀκολουθία. ας. ἡ. & συνακολουθέω. consequor dicitur. Est autẽ cõsequentia ex præcedẽtibus illatio.

c Onseruatio: g̃: συντήρησις. εως. ἡ. & συντηρέω: conseruo dicitur. Est autem cõseruatio ĩ esse: Influentia uniuoci esse: prius influxi. b. Tho. prima parte. q. viiii. ar. ii.

Consyderatio: g̃: σκέψις. εως. ἡ. & σκέπτομαι consydero dicitur. Et est omnis operatio intellectus uel processus rationis ex principiis pertingentibus ad contemplationem ueritatis. b. Tho. scda scdæ. q. clxxx. ar. iii.

Cõsydero a syderũ cõtemplatione dr: a quo cõsyderatus: q agenda consyderat: Et cõsyderatio cõtemplatio. Quid differant consyderatio: cogitatio: contẽplatio: & meditatio: uide supra ĩ Cogitatio.

c Onsiliari⁹: græce: σύμβουλος. ου. ὁ. & συμβουλία. ας. ἡ. consultatõ Est autẽ cõsiliari⁹ q aliis cõsilium dat: q & cõsult⁹ dr. Ille uero q consilium petit dicitur consultor.

Homerus in β Iliados. — Homerus.

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Nõ oportet p noctẽ dormire cõsiliariũ uirũ. (i.

Hesiodus. — Hesiodus.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Malum consilium consultori pessimum. (idest.

Menander. — Menãder.

ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σοφοῖσι γίγνεται. i. In nocte consilium sapientibus fit.

Consiliũ: g̃: βούλευμα ατος. τὸ. et βουλεύω do cõsilium dr. Est autẽ consilium appetitus inqsitiuus de nobis utilibus. scdm Damascenum liᵒ. iii. c. xxxiii. Cõsiliũ ẽ appetit⁹ faciẽdi excogitata ratione: scdm Cice. li. i. Rhoet.

Consilium ẽ inquisitio eorum tantum: quæ sunt ad finem operabilium a nobis: non minimorum: nec determinatorum. b. Tho. scda. scdæ. q. lii. ar. iii.

Fit autẽ Consilium a con & salio: q i unam sententiam plures rationes consaliant. i. simul saliant & conueniant. Hic fit consulo: quod actõ iunctum significat cõsilium peto. Iuuẽalis. Cõsulit ante phalas delphinorũq; columnas. Si uero datiuo: significat cõsilium do. Aliqñ cõsulo ponitur p delibero: & tũc casum nullũ reqrit: ut cõsulunt Senatores.

Prouerbi. Prouerbiorum capitulo .xviiii.
· Audi Consilium: & suscipe disciplinam.
Prouerbiorum ca°.xxxiii.

Ecclesiastici Astutus oia agit cu cosilio. Ecclesiastici ca°.vi.
· Consiliarius tibi sit unus de mille.
Ecclesiastici capitulo.vi.
· Audi fili & accipe consiliu. Ecclesiastici c°.viii.
· Cum extraneis consilium non habeas.
Ecclesiastici capitulo.xxvii.
· A zelantibus te absconde consilium.
Ecclesiastici ca°.xxxvi.
· Quam speciosum caniciæ iudicium: & a præsbyte ro cognoscere cosiliu.. Ecclesiastici ca°.xxxvii.
· Ante omnem actum consilium stabile.
Ecclesiastici capitulo.xxxvii.
· A malo consiliario serua animam tuam.

Augustin° Augustinus in Tractatu de lapsu.
Quærimus consilium: habemus copiam non sapie tis: sed ipsius sapientiæ qui Christus est.
Augustinus homelia prima.
Corda sequentium delectationem indebitam: & fu gientium tristiciam debitam: sæpius seducuntur.

Ambrosi° Ambrosius in Exameron.
Prima senectus est in consiliis utilior.
Ambrosius li°.iii.officiorum.
In acquirendis consiliis plurimum adiungit uitæ p bitas: uirtutum prærogatiua: beniuolentiæ usus: facilitatis gratia. Ambrosius Ibidem.
Quis in cæno fontem quærat? Quis in aqua turbi da potum petat? ubi luxuria: ubi intemperantia: & uitiorum confusio: quis non horreda æstimet? Quis no despiciet morum colluuionem? Quis uti · lem alienæ causæ iudicet? quem uidet inutilem ee suæ. Ambrosius li°.de officiis.
Pecunia facile consumitur: Consilia exhauriri ne/ sciunt. hæc usu augentur: Pecunia minuitur: & cito deficit. Consilium autem collatum quo i plu res diffunditur: eo redundatius manet: & in suum fontem recurrit. Ambrosius Ibidem.
Quomodo potes iudicare eum in consilio superio/ rem: quem uides moribus inferiorem? Supra me debet esse: cui me committere puto. An uero pu/ · tabo idoneum: qui mihi det consilium: qui no dat sibi: & mihi eum uacare creda: qui non uacat sibi?
Gregorius li°.xxx.moralium.

Gregorius Iuuenes dici solent: qui nulla consilii grauitate de/ primuntur. Senes uero non eos sacra scriptura uo care consueuit q sola temporum quantitate: sed q morum grauitate maturi sunt. Vnde libro sapien tiæ Senectus honorabilis est non diuturna: neq; annorum numero computata: Cani.n. sunt sen/ sus hominis & ætas: Senecta: uita immaculata.
Gregorius libro.p°.Registri.

· Nullus fidelior tibi ad consilium potest esse: q̄ q no tua: sed te diligit.

Cassiodo. Cassiodorus li.vi.epistola.xix.
Omnis prouidens consilium quærit.

Seneca Seneca tractatu de uirtutibus.
· Si prudens esse cupis: in futura prospectum intede: · & quæ possunt contingere animo tuo cuncta pro spice: Nihil tibi subitum sit: sed totum ante prospi cias. Qui enim prudens est: non dicit: Non puta/ ui hoc fieri: Quia non dubitat: sed expectat. No suspicatur: sed cauet. Cuiuscunq; facti causam re quire. Quum initia inueneris: exitum cogita.
Seneca in prouerbiis.
Sunt.n. duo cotraria cosilio: festinatio.s.& ira. Ibide.
· Deliberandum est diu: quicquid statuendum est se/ mel. Seneca li°.de beneficiis.iii.
Sapiens no mutat consilium: omnibus illis manen tib° quæ erat. Seneca ad Lucillium epistola.x xiii.
Pauci sunt qui consilio se suaq; disponant.
Seneca libro de beneficiis.
· Velox consilium sequitur pœnitentia.
Seneca li.de beneficiis.
Non est turpe remutare consilium.
Seneca ad Lucillium epistola.xxviii.
Errant consilia nostra: quia non habent quo diri/ gantur. Ibidem.
Scire debet quid petat: q sagittam uult mittere: & tunc dirigere ac moderari manu telum. Similiter · ignorans quem portum petat: nullus uentus est suus. Seneca ad Lucillium epistola.cii.
Quicquid consilio prospici potest: prospice.
Seneca Tragedia.vii.
· Leuis est dolor qui capere consilium potest.

Aristoteles Aristoteles li.i.Politicorum.
· Consilium mulieris est inualidum: pueri aute imp/ fectum. Aristo.li.i. Rhætoricoꝝ & .iii.æthicoꝝ.
· Consilium non est de fine: sed de his quæ sunt ad fi nem. Aristoteles li.vi.æthicorum.
Consiliata oportet operari uelociter. consiliari aute tarde. Aristoteles.vi.æthicorum.
Consilium debet esse i his quæ possunt aliter se ha/ bere. Ibidem.
Consilium no est de præteritis: sed de futuris: Quia quod factum est: non potest non esse factum.
Ibidem.
Prudentis est bene consiliari.

Commentator. Commentator super.vi.æthicorum.
Bona consiliatio est habitus coniecturatiuus ope/ rabilium: secundum rationem optimi.
Commentator. Ibidem.
· Duo sunt consiliarii insipientes: delectatio & tristi/ cia. Hæc enim multos præcipitat.
Aristoteles li.p° Rhætoricorum.

De necessariis: & impossibilibus aliter se habere nõ consiliamur: Sed de contingentibus quæ possunt aliter se habere: quæ in potestate nostra sunt.
Salustius — Salustius in Chatilinario.
Prius q̃ incipias consulto: & ubi consulueris matu/re facto opus est.
Au. Geli⁹. — Aulus geli⁹. li. xvii. no. athicaræ.
Malum est consilium: quod mutari non potest.
Cicero — Cicero li. de Senectute.
Non enim uiribus aut uelocitatibus: aut celeritate corporis res magnæ geruntur: sed consilio autho/ritate: atq; sententia. Cicero. li⁹. p⁹. officiorum.
Parua sunt arma foris: nisi sit consilium domi.
Cicero li⁹. primo Rhætoricorum ueterum.
Melius accurantur quæ consilio reguntur: q̃ quæ sine consilio administrantur. Cicero Ibidem.
Domus ea quæ ratione regitur omnibus est instru/ctior: & apparatior rebus: q̃ ea quæ temere & nul lo consilio administratur.
Cicero Rhætoricorum ueterum libro. ii.
Suo quenq; officio consulere oportet.
Cicero li. iii. Rhætoricorum nouorum.
Dii nõ sunt auxilio his qui se incõsulto in piculum mittunt.
Q. Curti⁹ — Quint⁹ Curti⁹ de gestis Alexãdri li. vii.
Consilio: non impetu: opus est.
Hesiodus — Hesiodus.
ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη
Cõsultum male cõsultori pessima res est. (idest.
Homerus — Homerus in ι Iliados. Verba sunt Vlixis ad Achillem.
ουδέτι μῆχος.
ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρεῖν. ἀλλὰ πολὺ πρὶν φράζευ. hoc est.
Neq; ullus modus
Facti mali est remedium inuenire. Igit' multo prius
Periander — Consilium cape. Periander.
συμβούλευε ἀμαρτίως. idest.
Menãder. — Consule sine damno. Menander.
βουλῆς γὰρ ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον. i.
Consilio enim recto nihil tutius. Idem.
βουλὴν δὲ παντὸς πράγματος προλάμβανε. idest.
Consilium autem ante omnem rem cape. Idẽ.
ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ἡ συμβουλία. idest.
Sacrum quid uere est consilium.
Virgilius. — Virg. Aeneidos li. xii.
Quantum ipse feroci
Virtute exuperas: tãto me impensius æquum est
Consulere: atq; oẽs metuentem expendere casus.
Ouidius — Ouidius de ponto. li. iiii. elegia. xii.
Crede mihi miseros prudentia prima reliquit.
Et sensus cum re consiliumq; fugit.
Hotatius. — Horatius carminum li. iii. ode. iiii.
Vis consilii expers molle ruit sua.


Onsolatio: ĝ: παράκλησις. ιος. ἡ. & παραμυθία. ας. ἡ. Consolator dicitur. Com/positum ex con & so/lor: quod est quasi soli/dum redintegro: a quo solatium: & solamen: quo poetæ frequenter utuntur. Virg. Sola/men q; mali de colo fistula pendet. Solamen a cõ/solatione quidam sic distinguunt. Quod solamen re fit. Consolatio uerbis. Vnde carmen consolato rium dicitur. Homerus in ω Iliadis. Homerus.
οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο·
ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι
ζώειν ἀχνυμένους· αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί. hoc est.
Non enim aliquis effectus est frugi luctus.
Sic sane decreuerunt dei miseros mortales
Viuere tristicia affectos. Ipsi uero sunt sine tristicia.
Idem in eodem.
καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου
τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο. idest.
Et enim pulchricoma Niobe non oblita est cibi:
Quauis ipsi duodecim filii in domibus perierint.
Homerus in ι odissex.
ἀλλ' οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν. idest.
Sed nullus effectus fit lugentibus. Phocylides. Phocylid.
μηδὲ παρoιχομένοισι κακοῖς τεύχου τεὸν ἦτορ.
οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. idest.
Neq; præteritis malis affligas tuum cor.
Non amplius enim potest factum esse nõ factum.
Pallades. Pallades
προσδοκία θανάτου πολυώδυνός ἐστιν ἀνίη
τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπολλύμενος.
μὴ τοίνυν κλαύσῃς τὸν ἀποιχόμενον βιότοιο
οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος.
Expectatio mortis multi doloris ẽ tristitia. (idest.
Hoc autem lucratur mortalis mortuus
Ne igitur fleas defunctum uita
Nulla enim mortis secunda est passio. Idem.
εἴ τι γόοις μὴ κάμνε. πόσον χρόνον ἐνθάδε μίμνεις
ὡς πρὸς ἐκεῖνον τὸν μετὰ ταῦτα βίον.
πρὶν τοίνυν σκώληκα μολεῖν. τύμβοις τέρπεο μᾶλλον.

μή δαμάσαο ψυχήν ζῶν ἔτι κείνο μένην.
Abiice luctus ne labora: quātum tēpus hic manes?
Si respicias ad illam totam post hæc uitam anteq̄
igitur ad uermes proiiciaris: sepulchrisq̄ impo/
naris: Ne domes animam: uiuere etiā addictam.
Euripides in Medæa.
κοῦφον φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα
σύμφορας. idest.
Leuiter ferre oportet mortalem existentem calami
tates. De hac materia habes multa infra
in Mors & in Patientia.



Onstātia: g: καρτερία. &c. constans dicitur: Est autem cō
stantia uirtus faciēs firmiter persistere in
bono contra difficultatem: quæ prouenit quibus/
cunq̄ impedimentis exterioribus: alis ab impedi
mento diuturnitatis. Quia contra hoc est perseue
rantia. ex. b. Tho. scda scdæ. q. clxxiii. ar. iii.
Constantia est stabilitas animi firma: & in proposi/
to perseuerans.
Constantiā & firmitas sic differunt. Quod firmitas
est uirtus faciens permanentiam in opere. Sed cō
stantia in pposito. ex. b. Tho. iii. senten. di. xxxiii.
q. iii. ar. iii.
Constare aliquando significat compositum esse: ali
quando stare: aliquando conuenire: aliquādo ma/
nifestum esse: non nunq̄ suppeditare. Item consi/
stere & firmum esse. Inde constans hoc est firmus
& tenax propositi: & constantia animi firmitu/
do dicitur. Horatius.

Horatius

Iustum & tenacem propositi uirum
Non ciuium ardor praua iubentium:
Non uultus instantis tyranni
Mente quatit solida: nec auster.
Dux inquieti turbidus Adriæ:
Non Fulminantis magna manus Iouis:
Si fractus illabatur orbis:
Impauidum ferient ruinæ.
De hac materia habes infra in fortitudo & perse/
uerantia.



Onsuetudo: g: ἔθος. τό: & ἐθίζω: con
suesco dicitur. Venit
autem a consuo. i. si/
mul suo. Cōsuesco. n.
q̄si applicor atq̄ assci/
bor ad aliquid agen/
dum: ita ut consuetu/
dinem faciam. Inde cō
suetudo: & consuefa/
ctio. Plaut⁹ quoq̄ consuetionem pro consuetudi/
ne usurpat.
Consuetudo est ius quoddam moribus institutum:
quod pro lege suscipitur quum deficit lex. c. Con/
suetudo. di. prima.
Prouerbiorum. c°. xxii. — Prouerbi.
Adolescens iuxta uiam suam: etiam quum senuerit
non recedet ab ea. Ecclesiastici. c. vii. — Ecclāstici.
Noli facere mala: & non te apprehendent: Disce/
de ab iniquo: & deficient mala abs te.
Hieremias. c°. iii. — Hieremias
Bonum est uiro quum portauerit iugum ab adole/
scentia sua. Paulus ad Corynthios pri/ — Paulus
mæ. capitulo. v.
Nescitis quia modicum fermentum totam massam
corrumpit. Paulus ad Galathas c°. v.
Modicum fermentum totam massam corrumpit.
Augustinus ad Casulanum presbyterum — Augustin⁹
& habetur. di. xi. Consuetudinem.
Consuetudinem laudamus: quæ tamen contra fi/
dem catholicam nihil usurpare dignoscitur.
Aug. Ibidem & habetur Ibidem. c°. In his.
In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scri/
ptura: Mos populi: dei & instituta maiorum: pro
lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diui/
narum legum: ita contemptores ecclesiasticarum
consuetudinum coercendi sunt. Aug. li. ii. cō
fessionum & hētur. di. viii. Quæ cōtra.
Quæ contra mores hominum sunt flagicia pro mo
rum diuersitate sunt uitāda: ut pactum inter se gē
tis: aut ciuitatis consuetudine: uel lege firmatum:
nulla ciuis aut peregrini libidine uioletur. Turpis
est enim omnis pars uniuerso suo non cōgruens.
Quum autem deus aliquid contra morem: uel cō
tra pactum quorumlibet iubet fieri: & si ibi nunq̄
factum est: tamen faciendum est. Et si omissum ē:
restaurandum est. Et si statutum non erat: instituē
dum est. Augustinus lib. ii. de unico ba/
ptismo & habetur. di. viii. Veritate.
Veritate manifesta consuetudo cedat ueritati. Pla
ne quis dubitet ueritati manifestæ consuetudinē
cedere? Ibidem
Nemo consuetudinem rationi & ueritati præpo/
nat: Quia consuetudinē rō & ueritas sp excludit.
Aug. li. de baptis. puulo☞ & hēt. di. viii. Qui cōtē.
Qui contempta ueritate præsumit consuetudinē se
qui: aut circa fratres inuidus est: & malignus: qb⁹
ueritas reuellat: aut circa deum ingratus est: isp̄i/
ratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam domi
nus in euāgelio. Ego sum inquit ueritas. Nō dixit
ego sum cōsuetudo. Itaq̄ ueritate manifestata ce
dat consuetudo ueritati. August. in libro ex di/
ctis Basilii: & habetur di. xi. Ecclesiasticarum.
Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scrip/
tis: quasdam uero apostolica traditione per suc/
cessores in ministerio confirmatas accepimus:

Quasdam uero consuetudine roboratas approbauit usus. Quibus par ritus: & idem utrisq; pietatis debetur affectus.

Aug. ad Ianuarium. & habetur di. xii. Illa autem. §. Quod enim.

Quod enim neq; contra fidem catholicam: neq; cōtra bonos mores esse cōuincitur indifferenter est habendum: & pro eorum inter quos uiuitur societate seruandum est. Aug. ad Ianuarium & habetur di. xii. Illa autem. §. Mater.

Mater mea Mediolanum me secuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem. Cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ Ambrosium epm. At ille ait. Quum Romam uenio: sabbatum ieiuno. Quum mediolani sum non ieiuno. Sic & tu ad quācunq; forte ecclesiam ueneris: eius morem serua: Si cuiq; non uis esse scandalum: nec quẽq; tibi. Hoc quum matri renunciassem libenter amplexa est.

Aug. li°. primo ad Ianuarium.

Ipsa mutatio consuetudinis etiam quæ utilitate adiuuat: Tamen nouitate perturbat. Quapropter quæ utilis non est perturbatione infructuosa cōsequenter noxia est. Aug. li°. vi. de musica.

Consuetudo quasi secunda & quasi affabricata natura dicitur.

Aug. li°. de doctrina xpiana.

Solet recta opinio prauam corrigere consuetudinē: & praua opinio rectam deprauare naturam.

Aug. li°. iii. de doctrina christiana.

Quisquis prætereuntibus rebus restrictius utitur: q̃ se habent mores eorum cum quibus uiuit: aut intemperans: aut superstitiosus est: Quisqs autē eis sic utitur: ut metas consuetudinis bonorum inter quos uersatur excedat: aut aliquid significat: aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum: sed libido mentis in culpa est.

Aug. super ps. xxx.

Vincere consuetudinem dura est pugna.

Aug. super ps. lxviii.

Omne peccatum consuetudine uilescit: & fit homini quasi nullum. Hieronymus in leuitico

Hieron°. & habetur. xxiiii. q. iii. Qui negligunt.

Qui negligunt oris maledicti consuetudinem resecare: etiam si non corde maledicant: Tamen in immundicia labiorum secundum Esaiæ uerbum & inquinamentum oris incurrunt.

Hieronymus in epistola ad Celantiam.

Asperam nobis & insuauem uirtutum uiam nimia facit uitiorum consuetudo: quæ si in alteram partem transferatur: inuenitur semita iusticiæ leuis.

Gregorius Greg. uniuersis epis Numidis & habetur di. xii. Nos consuetudinem.

Nos cōsuetudinem quæ contra fidem catholicam nil usurpare dignoscitur immotam pmanere concedimus.

Gregori°: & habetur di. xii. Quemadmodum.

Quemadmodum quæ illicita sunt perpetrare non patimur: Sic quæ sunt consuetudinis non negamus. Greg. li°. iiii. moralium.

Quum culpa in usum uenerit: ei iam animus & si appetat debilius resistit. Quia quot uicibus prauæ frequentationis astringitur: quasi tot uinculis ad mentem ligatur.

Grego. li. xi. moralium.

Sæpe nō nulli exire a prauis actibus cupiunt: Sed quia eorundem actuum pondere premuntur in malæ consuetudinis carcere inclusi a se met ipsis exire non possunt. Grego. li. xv. moralium.

Tenent prauæ cōsuetudines quem semel ceperunt: atq; quottidie duriores existunt: & non nisi cum peccatoris uita finiuntur.

Greg. super euang. homelia. xxxi.

Vsitata culpa obligat mentem ut nequaq̃ surgere possit: ad rectitudinem conatur & labitur. Quia ubi diu sponte perstitit: ibi & quum noluerit coacta cadit. Isydorus in Synonimis li. ii. & habetur. di. xi. Vsus. Isydorus.

Vsus authoritati cedit. Prauum usum & lex & ratio uincat. Isydorus in Synonimis li. ii.

Quum nec sacris canonibus: nec humanis legibus consuetudo obuiare monstratur: inconcussa seruanda est. Isydorus soliloquiorum. li. i.

Difficile est peccati cōsuetudinem uincere. Prauus usus uix aboletur. Assidua consuetudo uitium in naturam conuertit. Animus sceleribus astrictus uix ab eis diuelli potest. Isydorus ibidem.

Vulnus iteratum tardius sanatur.

Isydorus Soliloquiorum. li. ii.

Vsus difficile uincitur. Consuetudinis uincula uix soluuntur. Bernardus super cant. Bernardus

Abscindatur ferro acutæ compunctionis ulcus inueteratæ consuetudinis. Si est acerbus dolor: leniatur unguento deuotionis. Beda de templo Salomonis libro. ii. et ē glosa super illud prouer. xxii. Beda.

Adolescens iuxta uiam suam: etiam quum senuerit non recedet ab ea.

Græca narrat historia: Alexandrum potentissimum regem orbisq; dominatorem in moribus & in cessu Leonidis pedagogi sui non potuisse carere uitiis quibus paruulus adhuc fuerat imbutus. Cyprianus: & habetur di. viii. Consuetudo. Cyprian°.

Consuetudo quæ apud quosdam irrepserat impedire non debet quo minus præualeat ueritas & uincat. Nam consuetudo sine ueritate uetustas

erroris est: propter quod relicto errore sequamur ueritatem: Scientes quia apud Esdram ueritas uincit: ut scriptum est. Veritas ualet & inualescit: & uiuit in æternum & obtinet in secula seculorum.

Cyprianus Ibidem. ε. Neq; enim.

Neq; enim hominis consuetudinem sequi oportet: Sed dei ueritatem: Quum per Isaiam pphetam loquatur deus & dicat. Sine causa colunt me: mandata & doctrinas hominum docentes.

Seneca Seneca ad Lucil. epistola. lxxxv.

Diu in istis uitiis iacuimus: euelli difficile est. non enim inquinati sumus: sed infecti. Non est morb⁹ inter uitia contemnendus. Seneca li°. de morio⁹

Educatio & disciplina mores facit: & id sapit unusquisq; quod didicit. Itaq; bona consuetudo excutere debet: quod mala instruxit. Bene docet loq: Bene docet facere. Seneca in pueribus.

Bonarum rerum nimia consuetudo pessima ē. Grauissimum est impium consuetudinis.

Seneca lib. de uera uita in principio.

Argumentum pessimum turba est. Quæramus autem quid optimum factum sit: non quod usitatissimum: & quod nos in possessionem fælicitatis constituet: non quod uulgo ueritatis peruerso interprete probatum sit.

Seneca in Tantalo Tragedia. ii.

Iam tempus illi fecit erumnas leues.

Seneca Tragedia. vi.

Dediscit animus sero: quod didicit diu.

Aristoteles Aristoteles lib. ii. Aethicorum.

Exactu multociens iterato fit habitus. Ibidē.

Non parum differt sic uel sic a iuuentute assuesci: imo multum. Aristoteles lib. vii. Aethicorum.

Difficile est resistere consuetudini: Quia assimilaē naturæ. Ibidem.

Facilius est consuetudinē imutare q̄ naturā. Ibidē.

Consuetudo est altera natura.

Aristoteles lib. vii. Aethicorum.

Operatiões prauæ bestiæ sunt ex natura: operationes uero prauorum & malorum hominum ex cōsuetudine. Aristoteles Aethicorum lib. x.

Non facile est homines ex antiqua consuetudine transmutari per sermones.

Aristoteles lib. ii. polyticorum.

Leges inhonestas: licet maxime sint in usu: aboleri licet. Aristoteles lib. de mēoria & Reminiscētia.

Antiquum in natura iam tanq̄ consuetudo est. Cōsuetudo est altera natura.

Aristoteles lib. i. Rhætoricorum.

Quod consuetum est: ueluti innatum est. Quia cōsuetudo est similis naturæ.

Aristoteles Ibidem.

Omnes consueta seruant.

Aristoteles lib. ii. Metaphisicæ.

Cōsuetum semp notius est. Aristoteles Ibi dē.

Quantam uim habeat quod consuetum est: leges ostēdunt in quibus fabularia & puerilia magis ualent ueritate propter consuetudinem.

Commentator super. i. poetriæ. Cōmentator.

Suaue est homini quod consueuit tota uita sua.

Commentator super. iii. phisicorum.

Quidam homines erant tantum assueti comedere uenenum: q; uenenum erat eis cibus. Commentator Ibidem.

Quidam per consuetudinem audiendi falsa negāt principia uera per se nota: ut ex nihilo nihil sit.

Macrobius li°. vii. Saturnalium. Macrobi⁹

Consuetudinem secundam naturam pronunciat ut usus. Cicero Tus. quæstionum li°. p°. Cicero

Qui in cōpedibus corporis semp fuerunt: & quum soluti sunt tardius ingrediuntur. Idem li°. ii.

Consuetudo enim laborum: perpessionem dolorꝭ efficit faciliorem. Ibidem.

Consuetudinis magna uis est. Pernoctant uenatores in niue. In montibus uri se patiuntur. Inde pugiles cæstibus: contusi ne ingemiscunt quidem.

Cicero Tus. quæstionum li. iii.

Vsus docet minora esse ea quæ sint uisa maiora.

Cicero li°. iii. Rhætoricorum nouorum.

Solis exortus: cursus: occasus: nemo admirat: propterea q; quottidie fiunt. At eclipses solis admirantur: q; raro accidunt. Et solis eclipses admirantur magis q̄ lunæ ppterea q; hæ crebriores sunt.

Cicero li°. iiii. Rhætoricorum nouorum.

Optima uiuendi ratio est eligenda: quam iucondam consuetudo reddet.

Cicero li°. p°. de legibus.

Tanta est corruptella malæ consuetudinis: ut ab ea tanquam igniculi extinguantur a natura dati: exoriantur q; & confirmentur uitia contraria.

Cicero li°. ii. de legibus.

Mos maiorum tum ut lex ualebat.

Salustius in Iugurta. Salustius

Benefacere ex consuetudine in naturam uertitur.

Paulus orosius de ormesta li°. primo. P. Orosius

Perpetuo in uita sua trāquillitatum & deliciarum sereno assuefacti: ad omne uel modicum obductæ sollicitudinis nubilum commouentur.

Terentius comedia. iii. Terentius

Quam multa iniusta & praua fiunt moribus?

Terentius comedia ultima.

Quam iniq; comparatum est: ut hii qui minus habent semper aliquid addant ditioribus.

Virgilius. Georgicon. li°. ii. Virgilius

Adeo in teneris assuescere multum est.

Virg. Aeneidos. li°: viii.

Tua cernere facta
Assuescat: primis & te miretur ab annis.
Ouidius — Ouidius metamorphoseos li°.ii.fabula.ii.
Nam morem fecerat usus. Idem lib.x.fa.v.
Longaq; alit assuetudine flammas.
Ouidius epistola Didonis ad Aenean.
Dum freta mitescunt: & amor dum temperat usum:
Fortiter edisco tristia posse pati.
Ouidius artis lib.ii.
Fac tibi consuescat. Nil consuetudine maius:
Quam tu dum capias taedia nulla fuge.
Ouidius Tristium lib.i.Elegia.v.
Faemina seu princeps omnes tibi culta per annos
Te docet exemplum coniugis esse bonae.
Assimilemq; sui longa assuetudine fecit:
Grandia si paruis assimilare licet.
Idem Tristium lib.v.
Adde q; ingenium longa rubigine laesum
Torpet: & est multo q; fuit ante: minus.
Idem de ponto lib.ultimo.
Guta cauat lapidem: consumitur anulus usu:
Et teritur pressa uomer aduncus humo.
Catullus — Catullus elegia.x.
Difficile est longum subito deponere amorem.
Difficile est. Verum hoc quod lubet efficies.
Horatius. — Horatius epistolarum li.primo.Epistola.ii.
Quo semel est imbuta recens: seruabit odorem
Iuuenalis. — Testa diu. Iuuenalis satyra.ii.
Nemo repente fuit turpissimus. Idem sat.vii.
Laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali.

Consumptio: g̃: ἀναλωτισ.ιοτ.α̃.& ἀναλῶ consumo dicitur. Est autem cõsumere proprie destruere aliquid existens. Sed improprie est impedire aliqd ne fiat.b.Tho. in.sen.di.v.q.iii.ar.iii.

Contactio: g̃: συναφισ.ατ.α̃.& συναφή contractus dicitur: Est q; contactio siue contactus coniunctio terminorum duarum quãtitatum.b.Tho.iiii.di.x.ar.iiii.q.i.

Contemplatio: g̃: θεωρία.ισ.ιοτ.α̃.& θεωρέω contemplor dicitur. Et est liber animi contuitus in res.b.Tho.secda secdae.q. clxxx.ar.iii.

Contemplatiui dicuntur non qui contemplantur: sed qui contemplationi totam uitam suam deputant.b.Tho.secda secdae.q.lxxxi.ar.i. Quomodo contemplatio: Cogitatio Meditatio & Consyderatio differant: uide supra in Cogitatio.

Contemptus: g̃: καταφρόνησισ.ιοτ.α̃.& καταφρονέω cõtemno.& καταφρονητήσ.ου ὁ. contemptor dicitur: Estq; transgressio legis: ex hoc q; uoluntas renuit subiici legi: uel regulae.b.Tho.secda secdae.q.clxxxvi. articulo.viiii.

Cõtemno compositum a con & temno: idemq; est quod sperno: τέμνω graecum est incido & reseco: quia quae spernimus amputare & resecare cõsueuimus. Sunt qui ita distinguant contemno a despicio: ut despicere grauius sit: q̃ cõtemnere. Itẽ spretus sit qui refutatus est. Contemptus uero qui inutilis reputatus est. Teren. Quot modis contemptus spretus: facta: transacta omnia.
Ecclesiastes capitulo.i. — Ecclẽstes.
Vidi in omnibus uanitatem & afflictionem animi: & nihil permanere sub sole.
Ecclesiastes capitulo.iii.
Cuncta subiacent uanitati: & omnia pergunt ad unum locum: de terra facta sunt: & in terram pariter reuertuntur. Isaias.cap.xl. — Isaias
Omnis caro foenum: & omnis gloria ei9 quasi flos.
Paulus ad Corynthios primae cap.vii.
Praeterit enim figura huius mundi.
Ioannes primae.cap.ii. — Ioannes
Nolite diligere mundum: neq; ea q̃ in mundo sunt: Si quis diligit mundum: non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo aut est cõcupiscentia carnis: aut concupiscẽtia oculorum: aut superbia uitae. Quae nõ est ex patre: sed ex mũdo est: Et mundus transit & concupiscentia eius.
Aug.de uerbis domini sermone.xiii. — Augustin9.
Diuitiae corporales paupertate plenae sunt: & semper obnoxiae casibus. Quales enim diuitiae sunt propter quas latronem times: propter quas times seruum tuum: ne te occiso auferat & fugiat. Si uerae diuitiae essent securitatem tibi praestarent. Illae ergo uerae diuitiae sunt: quas quum habemus perdere non possumus. Aug.sup Ioanne sermõe.vii.
Laeticia saeculi est uanitas. Cum magna expectatio ne speratur: ut ueniat: & non potest teneri: quum uenerit.
Augustinus de uerbis domini sermõe.xiii.
Saeculum est quasi mare: unicuiq; autem sua cupiditas est tempestas. Amas deum? ambulas supra mare. Sub pedibus tuis est saeculi timor. Amas saeculum? Absorbet te. Amatores suos uorare nouit: non portare. Sed quum fluctuat cor tuum cupiditate: inuoca Christi diuinitatem: ut uincas tuam cupiditatem.
Augustinus super Ioannem sermone.xviii.
Tota uita ista intelligentibus tribulatio est. Sunt enim hic duo tortores animae: non simul torquentes: sed cruciatus alternantes.s.timor. & dolor. Quando tibi bene est times. Quando tibi male est doles. Saeculi huius quem non despicit prosperitas? non frangit aduersitas?

Hierony⁹. Hieronymus ad Creſiphontē de libe
ro arbitrio epiſtola.xv.
Quæ enim ē uita noſtra? Aura eſt enim ſiue uapor
paululum apparens.
Hieronym⁹ li°.ii.ↄtra Pelagianos.epiſtola.xviii.
Ne glorieris in craſtinum. Neſcis enim quid adue/
niens pariat dies. Vnde ſcriptum eſt. Ne beatum
dixeris quempiam ante mortem. Quam diu enim
uiuimus in certamine ſumus: & q̄ diu in certami/
ne: nulla eſt certa uictoria: quæ etiam apoſtolo for
tiſſime prælianti in futuro ſæculo reſeruatur.
Hieronymus ad Heliodorum.
Multi capti uãitatis uia: capti ſæculi uoluptatib⁹:
de medio itinere reuertuntur: Facilius ſæculum: q̄
uoluptas contemnitur. Multi diuitias relinquen/
tes uitia relinquunt. Chriſtum ſequi cupiēs: ſi ha/
bes in poteſtate rem tuam uende. Si uero non ha/
bes a magno onere liberatus es. Totum enim de/
dit qui ſe ipſum obtulit. Facile contemnit mun/
dum: qui ſe cogitat moriturum.
Gregorius Gregorius li°.iii.moralium.
Omnes huius ſæculi dilectores in terrenis reb⁹ for/
tes ſunt: in cæleſtibus debiles. Nam pro temporalī
gloria uſq; ad mortem deſudare appetunt: & pro
ſpe perpetua: nec parum in labore ſubſiſtunt. Pro
terrenis lucris quaſlibet iniurias tolerant: pro cæ/
leſti mercede uel tenuiſſimi uerbi contumelias fer
re recuſant. Terreno iudici etiam tota die aſſiſte/
re parati ſunt: In oratiōe uero coram domino: uel
unius horæ momento laſſantur. Sæpe nuditatem
deiectionem: famem: & alia pro acquirendis diui/
tiis tolerant: & earum rerum ſemper abſtinentia
cruciantur: ad quas adipiſcendas feſtināt. Super/
na autem laborioſe quærere tanto magis diſſimu
mulant: quanto magis ea retribui putant.
Gregorius li°.xiii.moralium.
Iuſtus tanto altius temporalia deſpicit: quanto his
abundare etiam malos credit. Quam etiam deſpi
cienda conſyderat: quæ deus etiam peruerſis præ
ſtat. Si enim ueraciter magna eſſent: nequaq̄ hæc
conditor aduerſariis ſuis tribueret. Vnde & indi/
gnum ſibi eſſe perpēdit: ut illa bona appetat quæ
abundare conſpicit & malos. Sed ad percipienda
cæleſtia mentem ſuam dirigit: quæ ſibi cum repro
bis communia eſſe non poſſunt:
Gregorius li°.xxv.moralium.
Quod enim ſumus hodie nouim⁹. Quid autē poſt
paululum eſſe poſſumus neſcimus. Hi uero quos
fortaſſe deſpicimus & tarde poſſunt inciper̄: & ta
men uitam noſtram feruentioribus ſtudiis anteire
Timendum itaq; eſt: ne etiam nobis cadentib⁹ ſur
gat: qui nobis ſtantibus irridetur. Quamuis ſtare
iam non nouit: qui non ſtantem nouit irridere.

Gregorius in Regiſtro ſup illud. Su/
tollam te ſuper altitudines terræ.
Super altitudines terræ ſuſtollitur: qui etiam ipſa q̄
glorioſa præſentis uidentur ſæculi per mentis de/
ſpectum calcat. Gregorius in Regiſtro.
Humãi errores & gratiæ fumo ſunt ſimiles: Qui
leui aura raptus euaneſcit. Hoc certiſſime ſcio q
placere deo & prauis hominibus nemo poteſt. In
tanto igitur ſe exiſtimet deo placere: q̄to ſe peruer
ſis hominibus diſplicuiſſe cognouerit.
Gregorius.in homelia.
Si conſyderemus fratres chariſſimi. Quæ & quan/
ta ſint quæ nobis promittuntur in cælis: uileſcēt
animo omnia quæ habentur in terris. Terrena nã
q; ſubſtantia ſupernæ fælicitati comparata pon/
dus eſt non ſubſidium. temporalis uita æternæ ui
tæ comparata mors eſt potius dicenda q̄ uita. Ipſe
enim quottidianus defectus corruptionis: quid eſt
aliud q̄ quædam prolixitas mortis. Io. Chryſo Io. Chryſ.
ſtomus. ſuper epiſtola ad Hebræos ſermone. xxv.
Contemne diuitias: & eris locuples: Contemne glo
riam & eris glorioſus: Contemne ſupplicia inimi
corum: & tunc eos ſuperabis. Contemne remiſſio
nem & quietem: & tunc eam recipies.
Iſydorus ſoliloquiorum li°.i. Iſydorus
Vita iſta lachrymis plena eſt. uita iſta a fletibus inco
hat. Flentes proiicimur in hanc miſeram uitam.
Bernardus li°.meditationum. Bernardus
Dic mihi ubi ſunt amatores mundi: qui ante pauca
tempora nobiſcum fuerunt? Nihil ex eis remāſit
niſi cineres & uermes. Attende diligēter qd ſunt:
& fuerunt. homines fuerunt ſicut tu: Comederūt
& biberunt: riſerunt. Duxerunt ī bonis dies ſuos:
& in puncto ad inferna deſcēderunt. Hic caro eo
rum uermibus. illic anima eorum ignibus deputa
tur. Donec rurſus infælici collegio colligati ſem/
piternis ignibus inuoluant̄. Qui ſocii fuerunt in
uitiis ſocii erunt in pœnis. una namq; pœna illos ī
plicat quos unus amor in crimine ligat.
Boetius de cōſolatione.lib.ii.metaphiſico.iii.
Rara ſi conſtat ſua forma mundo: Boetius.
Si tantas uariat uices:
Crede fortunis hominum caducis.
Bonis crede fugacibus.
Conſtat: æterna poſitumq; lege eſt:
Vt conſtet genitum nihil.
Boetius de con.lib.iii.proſa.viiii.
Atqui uideo nec opibus ſufficiētiam: nec regnis po
tentiam: nec dignitatibus reuerentiam: nec cele/
britati gloriam: nec uoluptatibus læticiam poſſe
contingere. Lactantius firmianus diui/ Lactanti⁹.
narum inſtitutionum lib.i.
Quis tam ſtult⁹: tanq̄ ineptus eſt: ut corporis uires

diuinum uel etiā humanum bonum iudicet? quā sint & maiores pecudibus attributæ: ut uno morbo sæpe frangantur: uel ipsa senectute minuant: & corruant. Lactantius fir. di. Insti. li. vii.

Nihil est humanis rebus laboratum: quod non ab humanis æque uiribus destrui possit. Quoniā mortalia sunt opa mortaliū. Lactātius Firmian⁹ Ibidē.

Quæcunque hic expetuntur non tantum negligat: sed effugiat quisque: potioremque animam suam iudicet q̄ bona ista fallacia: quorum incerta & caduca possessio est. Migrant enim quottidie: & multo uelocius exeunt: q̄ intrauerant: Et tamen si nobis usque ad ultimum liceat illis frui: Aliis certe relinquenda sunt. Nihil nobiscum ferre possumus nisi uitam bene: atque innocenter actam.

Lactantius Firmianus Ibidem.

Quisquis enim corruptellas terræ uirtute calcauerit: hunc arbiter ille summus & uerax ad uitam: lucemque perpetuam suscitabit. Nemo diuitiis: nemo fascibus: nemo regia potestate confisus sit. Immortalem ista non faciunt. Nam quicunque rationem hominis abiecerit: ac præsentia secut⁹ in humum se ipse prostrauerit: desertor domini & Imperatoris & patris sui punietur. Intendamus igitur iustitiæ quæ nos inseparabilis comes: ad deum sola perducet: Et dum spiritus hos reget artus: infatigabili militia deo militemus: stationes: uigilias que celebremus. Congrediamur cum hoste: quem nouimus fortiter ut uictores: ac deuicto aduersario triumphantes præmium uirtutis: quod ipse ꝓmisit: a deo consequamur.

Lactantius fir. de Ira dei. lib. viiii.

Proinde uniuersos oportet: qui sapientes: qui homines merito dici uolunt fragilia contemnere: terrena calcare: humilia despicere: ut possint cum deo beatissima necessitudine copulari.

Basilius — Basilius in li. de modo legendi gentiliū libros.

Nos quidem o fili hanc humanam uitam nihil omnino esse arbitramur: nec bonum quicq̄ existimādum neque appellādum quod utilitatem nobis huc usque suppeditet. Non itaque dignitatem: non amplitudinem maiorum: nec corporis uires: non formam: non ipsum imperium: non magnitudinem: non a cunctis hominibus habitos honores: nō quicquid dici potest in hac uita excellēs. Sed longi⁹ nostræ procedunt spes: & ad alterius uitæ præparationem cuncta mollimur. Ibidem.

Quæso mihi qualis perfectus est in pulchritudine carnis suæ. Nōne sicut æstatis fœnum percussum arescit: & paulatim pristinum decorē amittit: Succedente enim senectute corporis omnis decor pristinus floridæ iuuētutis deperit. Et qui ante etiam mortem carnis exardescebat: postea i odium eius conuertitur. Et quando mors uenerit: quātum te manebit recognosces. Quia uanum est quod antea inaniter diligebas. Quum enim uideris totum corpus intumescere: & in fœtorē esse conuersum: non ne claudes nares tuas: non sustinens fœtorem fœtidissimū. Seneca ad lucilliū epistola. lxi. Seneca.

Ista quæ sic petis tanq̄ datura lætitiam: ac uoluptatem causa doloris sunt. Seneca Ibidem.

Omnes inq̄ illi tendunt ad gaudium: Sed unde stabile magnumque consequentur ignorāt. Ille ex cōuiuiis & luxuria. Ille ex ambitione & circumfusa clientum turba. Ille ex amicicia. Alius ex studiorum liberalium uana ostentatiōe. Omnes istos delectamēta fallacia & breuia decipiunt: Sicut ebrietas quæ unius horæ hilarem infamiam longi temporis tædio pensat.

Seneca ad lucillium epistola. lxiiii.

Breuissima ad diuitias per cōtemptum diuitiarum uia est. Seneca epistola ad lu. lxxvi.

Non enim beatum est nisi quod intrepidum. Inter suspecta male uiuitur: Quisquis se multum fortuitis dedit: ingentem sibi materiam perturbationis & inexplicabilem facit. uia hæc uia est ad tuta uadenti: externa despicere & honesto contentum esse. Seneca ad lu. epistola. lxxxii.

Abstrahunt a recto diuitiæ: honores: potētia: & cætera quæ opiniōe nostra chara sunt: & precio suo uilia. Seneca ad lu. epistola. lxxxiii.

Insuperabili loco stat animus: qui externa deseruit Inexpugnabilis est: quem multis machinis lacessitum fortuna non transit. Nunq̄ maior est: q̄ ubi aliena disposuit: & fecit sibi pacem: nil timendo di uitias: nil concupiscendo.

Seneca ad lucillium epistola. lxxxv.

Facile contemnit omnia: qui ad cōtemptum sui uenit. Vis ergo habere omnia: contemne omnia.

Seneca epistola. lxxxviii.

Quid ad rem pertinent mullæ saginæ: unius oēs coloris: Quid ista uehicula celata:
Instrati ostro alipedes pictisque tapetis:
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro: fuluum mandunt sub: dētibus aurū
Ista nec dominum meliorē facere possunt nec malum. Seneca epistola. lxxxxi.

Quid prosunt multa cubicula.

Idem epistola. lxxxxii.

Mihi crede fœlix illud sæculū añ architectos fuit: ante architectores ista nata sunt: iam nascente luxuria i q̄uadratum ligna decidere: & serra per designata currente certa manu trabem scindere:
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Seneca epistola. lxxxxiii.

Quicquid longa series multis laboribus: multa de/

inde diligentia struxit: id unus dies spargit ac dissipat. Seneca epistola.lxxxxiii.
Casura omnia extant.
Seneca ad Lucillium epistola.cxiii.
Quid regere inquam secunda opus est? Nam nemo bene illa rexit: qui non contempserit.
Seneca epistola.cxxii.
Maximum inquam mi Lucilli argumentum est animi ab altiore sede uenientis: si hæc in quibus uersatur humilia iudicat & angusta: si exire non metuit.
Seneca ibidem.
Scit enim quo exiturus est qui unde uenit meminit.
Seneca epistola.cxxvi.
Quid extolleris forma? quum omnia feceris a multis animalibus decore uinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Quum illum uel effuderis more parthorum: uel germanorum more uinxeris: uel ut Scythæ solent sparseris: in quolibet equo densior coma iactabitur: iuba hærebit in leonina ceruice formosior. Quum te ad uelocitatem paraueris: par lepusculo non eris. Vis tu relictis quibus uinci te necesse est: dum in aliena niteris: ad bonum reuerti tuum? Quid hoc est? Animus scilicet emundatus & purus æmulator dei: super humana se extollens: nihil extra se sui ponens.
Seneca libro.ii.de beneficiis.
Intollerabilis res: poscere nummos & contemnere.
Idem lib.iii.de beneficiis.
Fabricius Pyrrhi regis aurum repullit: magnumque regnum iudicauit regias opes posse contemnere. Ibidem
Regnum est nolle regnare: quum possis.
Seneca.libro.de moribus.
Nundum fœlix es: si non te turba deriserit. Si beatus uis esse: cogita hoc primum: contemnere: ab aliis contemni. Seneca in prouerbiis.
Sunt plurimi qui multa uerbis non re contemnunt: Sed ipsa quæ spernunt clam furantur.
Seneca de remediis Fortuitorum.
Magnam pecuniam quis habet? hominem illum uideas: Arca est. Seneca libro.de remediis Fortuitorum.
Multum quis habet? aut auarus aut prodigus. Si prodigus non habebit. Si auarus non habebit. Multi illum comitantur? Mel muscæ sequuntur. Cadauera lupi. & horrea Formicæ. Ista turba prædam sequuntur: non hominem.
Seneca in hercule furente.
Nulla lux unquam mihi secura fulsit.
Finis alterius mali gradus est futuri.
Seneca in Tantalo Tragœdia.ii.
Nulla sors longa est. Dolor & uoluptas
Inuicem cedunt. Breuior uoluptas.
Seneca Ibidem
Ima permutat breuis hora summis.

Aristoteles epistola ad Alexandrum. Aristoteles
Magna res est animi contemnere magna.
Aristoteles.lib.iiii.phisicorum.
Omnia quæ sunt sub cælo tabescunt: senescunt & sordescunt sub tempore.
Commentator super.ii.poetriæ Commentator.
Res nullæ stabiles sunt: quæ cum fluxu huius temporis confluxibiles sunt.
Laertius diogenes de ui.& mo. philosophorum. Laertius
Neminem quamdiu uiuit dicas esse fœlicem: eo quod usque ad ultimum uitæ diem possit fortuna mutari.
Plutarchus in Apophthegmatibus Plutarchus.
Et quum in bono agro Philippus foret castra positurus: audiretque illic pabulum iumentis non esse. Cuiusmodi inquit nostra est uita: si ad asinorum commodum nobis uiuendum est.
Cicero lib.i.officiorum. Cicero.
Nihil enim est tam angusti tam que parui animi quam amare diuitias. Nihil honestius magnificentiusque quam pecunias contemnere. Cicero Tus. quæstionum libro.iiii.
Quid enim uidetur ei magnum in rebus humanis: cui æternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo. Nam quid aut in studiis humanis: aut in tam exigua uitæ breuitate magnum sapienti uideri potest? Qui semper animo sic excubat: ut ei nihil improuisum accidere possit: Nihil inopinatum: nihil animo nouum: atque idem ita acrem in omnem partem aciem intendit: ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore uiuendi: ut quemcunque casum fortuna inuexerit: hunc apte & quiete ferat. Quod qui faciet non ægritudine solum uacabit: sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. Cicero Ibidem libro.ultimo.
Non sunt igitur ea bona dicenda nec habenda: quibus abundantem licet esse miserrimum. An dubitas quin præstans ualitudine: uiribus: forma: acerrimis integerrimisque sensibus: Adde etiam si libet pernicitatem & uelocitatem: Da diuitias: honores: imperia: opes: gloriam: Si fuerit is qui hæc habet iniustus: intemperans: timidus: hebeti igenio: atque nullo. Dubitabis: ne eum miserum dicere? Qualia igitur ista bona sunt quæ qui habeat miserrimus esse possit? Cicero in paradoxis.
Nunquam hercule ego neque pecunias: neque facta magnifica: neque opes: neque imperia: neque uoluptates in bonis rebus expetendis esse duxi.
Cicero libro.de creatione cæli & Mundi.
Omnis enim coaugumentatio corporis: uel caloris uel frigoris uel aliqua impulsione uæhementi labefactatur & frangitur: & ad morbos senectutem que compellit. Valerius maximus.libro.v. Val. maxi.
Vbi sunt superbæ Carthaginis alta mœnia? ubi maritima gloria inclyti portus? ubi cunctis littoribus ter

ribilis classis: ubi tot exercitus: ubi tantus equitatus: ubi immenso aphricæ spacio non contenti spiritus: Omnia ista duobus Scipionibus fortuna ptta est. Quint' Curti' de gestis Alexandri. li. vii.
Q. Curti' Quid tu ignoras arbores magnas diu crescere: una hora extirpari? Quintus Curtius Ibidem.
Nihil tam firmum est: cui periculum non sit: & ab
P. Orosius inualitudine. Paulus orosius de ormesta. li. ii.
Quicquid enim est opere & manu factum labi & consumi uetustate capta cõfirmatur: cuius ut primum imperium ac potentissimum extitit: ita & primum cessit: ut ueluti quodam iure succedentis ætatis debita posteris traderetur hæreditas: ipsis quoq; eandem tradendi formulam seruaturis.
Plautus Plautus in Amphitrione.
Ita diis est placitum uoluptati ut mœror comes con sequatur. Plautus in Cistellaria.
Nihil est perpetuum datum.
Plautus in mustellaria.
Vnum hoc scito nimio celerius uenire quod molestẽ: q̃ illud quod cupide petas. Plautus Ibidem.
Insperata accidunt magis sæpe: q̃ quæ speres.
Plautus in Mercatore.
Dic mihi an boni quid usq̃ est: quo quis uti potest si ne malo omni. Aut ne laborem capias: quum illo
Virgilius. uti uoles. Virgilius in buc. æglogа. ii.
O formose puer nimium ne crede colori.
Alba ligustra cadunt uacinia nigra leguntur.
Virgilius Georgicorum li°. iii.
Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit. Subeunt morbi tristisq; senectus:
Et labor & duræ rapit inclementia mortis.
Horatius. Horatius Carminum li°. iiii. ode. vii.
Quo pius Aeneas: quo diues Tullus & Ancus?
Puluis & umbra sumus.
Quis sit an adiiciant hodiernæ crastina uitæ
Tempora dii superi? Horatius Ibidem
Quum semel occideris: & de te splendida Minos
Fecerit arbitria:
Non Torquate genus: non te facundia: nõ te
Restituet pietas. Horati' sermonũ li°. i. sa. viiii.
Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.
Horatius epistolarum. ii. epistola. ii.
Singula de nobis anni prædantur euntes.
Eripuere iocos: uenerem: conuiuia: ludum.
Iuuenalis. Iuuenalis satyra. viiii.
Festinat enim decurrere uelox
Flosculus: angustæ miseræq; breuissima uitæ
Portio: dum bibimus: dũ serta: unguẽta: puellas:
Poscimus: obrepit non intellecta senectus.
Dantes Dantes purgatorii cant. ca°. x.
O superbi Christian miseri: lassi:
Che de la uista de la mente infermi
Fidanza haueti ne ritrorsi passi:
Non uacorgeti uoi che noi siam uermi
Nati a formare langelica farfalla
Che uola a la iustitia senza schermi.
Dantes purgatorii cant. ca°. xi.
Non e il mundan romor altro chun fiato
Di uento chor uien quinci: & or uien quindi.
E muta nome per che muta lato.
Dantes purgatorii cant. cap. xii.
Or superbite e uia col uiso altero
Figlioli deua: e non chinati il uolto
Sic che uegiate il uostro mal sentero.
Francisc' Petrarcha soneto. cclxxiii. Franciscus Petrarcha
Or conosco io che mia fera uentura
Vol che uiuendo & lachrymando impari
Come nulla quha giu dilecta & dura.
Franciscus Petrarcha soneto. cclxxxi.
Misero Mundo instabile e proteruo
Dil tuto e cieco: chin te pon sua speme.
Franciscus Petrarcha soneto. cccxxv.
I uo piangendo i mei passati tempi
I quai posi in amar cose mortale:
senza leuarme a uolo habiando lale
Per dare forso di me non bassi exempi.
Fran. Petrarcha cantilena. xxxvii. stantia. v.
Ogne cosa al fin uola.
Frãciscus Petrarcha cãtilena. xxxvii. stãtia. vi.
Ahi nulla altro che pianto al mundo dura.
Fran. Petrarcha cantilena. xli.
Quanto era meglo alzar da terra lalle
Et le cose mortale
Et queste dolce tue fallace ciance
Librar cum iusta lanze.
Idem cant. xlii. stantia. ii.
O poco mel: e molto aloe cum felle.
In quanto amaro a la mia uita aueza
Cum sua falsa dolceza.
Fran. Petrarcha Triumpho Temporis cap. i.
Et pareami terribil uanitade
Fermare in cose el cor chel tempo preme.
Fran. Petrarcha Triumpho Temporis cap. i.
Et quanto posso al fine mapparechio
Pensando il breue uiuer mio: nel quale
Sta mane era un fanciullo: & hor son uechio.
Che piu cha un giorno e la uita mortale:
Nubile: breue: fredda & pien di noia
Che po bella parere: ma nulla uale.
Quhi lhumana speranza: & quhi la gioia:
Quhi i miseri mortali alzan la testa
Et nessun sa quanto si uiua o moia.
Vegio hor la fuga del mio uiuer presta
Anzi di tutti: & nel fugir del sole

La ruina del mondo manifesta.
Hor ui reconfortate in uostre fole
Giouani: & mesurati il tempo: largo.
Ma piaga antiueduta assai men dole.
Forse chendarno mie parole spargo.
Ma io annuncio che uoi seti offesi
Dun graue & mortifero letargo.
Che uolan lhore: giorni: glanni e mesi
Insieme cum breuissimo interuallo.
Tuti hauemo a cerchare altri paesi.
Non fati contral uero al cor un callo
Come sete usi. Anci uolgete gliochi
Mentre emendar potete il uostro fallo.
Non aspectate chelamorte scochi:
Come fa la piu parte. Che per certo
Infinita e laschiera de li sciochi.
Fran. Petrarcha Triumpho
Tempori: . cap. i.
Vn dubio uerno instabile & sereno
E uostra fama: & pocha nebia il rompe.
El gran tempo ai gran nomi e gran ueneno.
Passan uostri triumphi: & uostre pompe:
Passan lesignorie: passan li regni
Ogne cosa mortal Tempo interrumpe. Ibidem
Quanti fælici son gia morti in fasse?
Quanti miseri in ultima uechieza?
Alcun dice: Beato e chi non nasce.

Ontentio. g. ἔρις . ιδος. ἡ. &. ἐρίζω. cõtendo dicitur. Est autem contentio ꝓprie Impugnatio ueritatis cum cõfidentia clamoris. secundum Ambrosium. Large autem est etiam sine impugnatione ueritatis: de qua dicitur xlvi. di. In principio. Nihil est impudentius arrogantia rusticorum qui garrulitatem authoritatẽ putant. Contentio in uerbis. Rixa est in factis: de qua differentia uide Infra in Rixa.

A contentione quæ certatio est uenit contentiosus plenus rixæ. Contentio & intentio uehementiam q̃dam significant: ab arcu tracta similitudine: uel cythara. Nam quanto illius nerui uehemẽtius intenduntur: tanto uehementiorẽ sonum efficiunt.

Hesiodus. Hesiodus.
ἄφρων δ᾽ ὅς κ᾽ ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν.
νίκης τε στέρεται: πρὸς τ᾽ αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει. hoc est.
Stultus qui uult aduersus potentiores contendere Victoriaq; priuat: ultraq; dedecus dolores patit.

Ontiguitas: g. συναφεια. ας. ἡ: & συναφής. εος. ὁ. contiguus dicit. Est autẽ contiguum cuius Extrema se cõtingunt. Differt autem a continuo. q: continuum est sine medio. Contiguum uero cum medio.

Ontinẽtia. g. ἐγκράτεια. ας. ἡ. &. ἐγκρατεύω. cõtineo: &. ἐγκρατής. εος. ὁ. ἡ. continens dicitur. Et est continentia appetitus omnium rerum malarum refrenatio. secundum Hieronymum. in epistola ad Damasum. pp.

Continentia est per quam cupiditas consilii gubernatiõe regitur. secundum Ciceronem in Rhoet. & est pars temperantiæ.

Continentia est habitus Inuictus a delectatione. secundum. Andro.

Continentia est cohibitio gulæ: luxuriæ: cupiditatis: auaritiæ: ambitionisq;: & superbiæ:

Continentia proprie est tantum circa concupiscentias tactus. secundum. b. Tho. scda scdæ. q. cxliii.

Continentia dicitur a cõtineo: qd est quasi inuitum & repugnantem teneo. Cuius contrarium est incontinentia: sicut temperantiæ Intemperantia.

Continens ita differt a Temperante: q continens prauas quidem cupiditates habere potest: a quib⁹ tamen se uinci non sinit. Temperans uero huiusmodi cupiditates habere non potest: quia in eo habitus quidam est refrenans illas: qui in continente non est.

Continens ab obstinato sic differt: q obstinatus est ille qui persistit in ratione peruersa: abstinens a bonis. Continens uero proprie est qui persistit in ratione recta: a prauis concupiscentiis abstinens. b. Tho. scda scdæ. q. clv. ar. i. Chilon. Chilon.

ἐγκράτευμαι. ἀσκει. hoc est. Continẽtiã exerce.

De hac materia uide supra in Abstinentia & infra in Temperantia.

Ontinuitas. g. συνέχεια. ας. ἡ. &: συνεχής. cõtinuus dicitur. Est antem cõtinuum quod est diuisibile in semper diuisibilia. secundum Aristotelem li⁹. i. de cælo & mundo.

Continuum est quod est in Infinitum diuisibile. secundum Aristotelem li⁹. iii. physicorum.

Continuum est cuius partes copulantur ad aliquẽ terminum commonem. Ar. li⁹. prædicamẽtorũ.

Continuum est cuius est unus modus secundum se & non est possibile aliter.

Continuum dupliciter diffinitur: formaliter a logico per unitatem termini: ad quem partes copulantur: & materialiter a phisico: per diuisibilitatem i infinitum. b. Tho. super epistola pauli ad phil. iii.

Ontractus. g. συνάλλαγμα. ατος. τό. &: συναιρέω. contraho dicitur. Est autem cõtractus ultro citroq; obligatio: ex uoluntate: & pacto surgens partium. secundũ glo. Ray. in ti. de negociis secularibus: quasi in pricipio. Contrahere ẽ colligere. Virg. Contrahi

musq; uiros.
Contrahere: agere: & gerere: ita diuidit Vlpianus: ut actum generale uocabulum sit: Siue uerbis qd agatur: ut in stipulatione: Siue re: ut in numeratione. Contractum uero ultro citroq; obligatio: uel uti emptio: uenditio: locatio: conductio: societas. Gestum autem res facta. Alii sic diuidunt acta a gestis. q gesta sint in administratione magistratus: aut in bello: & in maioribus rebus: ut gesta Caesaris: Gesta alexandri. Acta uero sint priuatarum personarum & rerum domesticarum.

C Ontradictio. graece: ἀντιλογία. ας. ἡ. &. ἀντίλεγω. contradico dicit. Est autem contradictio oppositio cuius non est medium. secundum Arist. li°. i. posteriorum.
Contradictio septem conditiões requirit. s. idé subiectum. Idem praedicatum: non aequiuoce: ad idé: similiter: Tunc: & ibi. ex. b. Tho. super li. peryhermenias. lec. viii. fi.

C Ontrarietas. g. ἐναντίωμα. ατος. τό. uel. ἐναντίωσις. ιος. ἡ. &. ἐναντίος. ου. ὁ. contrarius dicitur. Sunt autem cõtraria quae in eodem genere multum a se inuicem distant. secundum Aristotelem li°. pdicamentorũ.


Ontritio: graece: σύντριμμα. ατος. τό. & σύντριψις. cõtero dicitur. Est autem dolor uoluntarie assumptus pro peccatis: cum proposito confitendi: & satisfaciendi. secũdum. San. Bon. i. iiii. sen. di. xvi. q. i. ar. i. prius ptis.
Contritio rei materialis est alicuius duri & integri comminutio. ex. b. Tho. iiii. sen. di. xvii. q. ii. ar. i.
Contritio spiritualis: est dolor pro peccatis assumptus: cũ pposito cõfitendi: & satisfaciẽdi. Ibidẽ.
Contritio est dolor cordis: & animae amaritudo p peccatis quae quis commisit. Quid autem ab attritione differat. uide supra in Attritio.

David psalmo. l. — David
Cor contritum & humiliatum deus non despicies.
David psalmus. cxxv.
Qui seminant in lachrymis: in exultatione metẽt. — Augustin°
Augustinus lib. de paenitentia.
Recte poenitentem quicquid post purificatõem cõtraxit sordis: oportet ut abluat: saltem lachrymis mẽtis. Sciat se culpabiliter durum: qui deflet mortem amici: uel damna rei temporalis: & dolorem peccati non ostendit in lachrymis. Nõ est ergo: ut quis se excuset: se non habere fontem lachrymarum: qui lachrymis ostendit dolorem temporaliũ.

Augustinus Ibidem.
Ad poenitentiam agendam non sufficit mores immutare in melius: & a factis malis recedere: nisi et de his quae facta sunt satisfiat per poenitentiae dolorem: per humilitatis gemitum: per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosinis.
Augustinus. Ibidem.
Sicut poenitentiae comes dolor est: Ita lachrymae testes sunt doloris: Aug. lib. de paenitẽtia.
O humilis lachryma: tuum est regnum: Tua est potentia: Aspectum iudicis non uereris: Inimicis accusantibus silentium imponis: Sola intras ad regem. Sed sola non recedis: uincis inuincibilem: & ligas o potẽtem. Aug. de ciuitate dei lib. xx.
Quãto est quilibet sanctior: & desyderii sancti plenior: Tanto est in orando fletus huberior.
Aug. lib. de pñia. & hẽt de peni. di. i. Charitas.
Sine charitate quomodo quis ueram cordis contritionem habere poterit: quomodo ergo delictorum remissionem? Hieronymus & habetur de poeni. Di. i. Mensuram. — Hierony°.
Apud deum non tam ualet mensura temporis quã doloris. Ambrosius super lucam. & habetur de poeni. Di. i. Petrus. — Ambrosi°.
Petrus doluit & fleuit quia errauit ut homo. Non inuenio quid dixit. Scio q fleuit: lachrymas eius lego: satisfactionem non lego. Sed quod defendi nõ potest: ablui potest. lachrymae ueniam non postulant: sed merentur.
Gregorius li°. viii. moralium. — Gregorius
Alia est compunctio siue contritio: quae per amorẽ nascitur. Alia quae per timorem. Quia aliud ẽ supplicia fugere: aliud praemia desyderare.
Gregorius li°. viii. moralium.
Saepe quod torpentes latuit: flentibus innotescit: & afflicta mens certius inuenit malum quod fecerat & reatum suum: cuius secura nõ meminit: hunc in se commota deprehendit.
Gregorius li°. xvii. moralium.
Quo huberius culpa fletur: eo altior cognitio ueritatis attingitur. Quia ad uidendum internum lumen polluta dudum conscientia lachrymis baptizata renouatur. Greg. li°. xxi. moralium.
Qui nescit lugere quod grauat: non ualet proferre quod subleuat. Vis cõpunctionis poros cordis aperit: & pẽnas uirtutum fundit. Quum q se studio se mens de pigra uetustate redarguit: alacri nouitate iuuenescit. Gregorius li°. iii. Dyalogorũ.
Compunctiõis duo sunt genera: quibus aia deum sitiens prius timore compungit: post amore. Pri° enim in lamentis se afficit: Quia dum malorũ suorum recolit: pro his perpeti supplicia aeterna: pertimescit. At uero cum longa moris amaritudine

fuerit formido consumpta quaedam: Iam de praesumptione ueniae securitas nascitur: & in amore caelestium gaudiorum animus inflammatur. Et q prius flebat ne duceretur ad supplicium: postea flere incipit quia differtur a regno.

Gregorius lib. xxiii. moralium.

Quattuor sunt qualitates: quibus iusti uiri anima in compunctione uehementer afficitur. Quum aut malorum suorum reminiscitur: considerans ubi fuit: aut iudiciorum dei sententiam metuens: & secum quaerens considerat: ubi erit: Aut quum mala uitae praesentis attendens solerter maerens cōsyderat ubi est: aut quum bona supernae patriae cōtemplatur: quae quia nec dum adipiscitur: lugens cōspicit ubi nō est.

Bernard⁹. Bernardus de noua militia.

Quisquis ergo uerbum confessionis in ore habet: & in corde non habet: aut dolosus est: aut uanus. Qui uero in corde & non in ore: aut superbus est aut timidus. Bernardus super Cantica.

Vnguentum est contritionis: est unguentum deuotionis: est unguētum pietatis. Primum pungitiuū dolorem faciens: secundum temperatiuum dolorem leniens. Tercium sanatiuum morbum expellens.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus in i°. de compunctione cordis:

Sola compunctio est quae facit animam horrescere purpurā: desyderare cilicium: Amare lachrymas: fugere risum. Io. Chrysostomus Ibidem.

Sicut impossibile est ut ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est compunctionem cordis uigere in deliciis. Contraria enim haec sibi sunt inuicem & peremptoria. Illa enim mater flet⁹: haec mater est risus: Illa cor constringit. Ista dissoluit.

Io. Chrysostom⁹ sup Matthaeū homelia. xxiii.

Non dolere quia peccaueris: magis indignari atq irasci facit deum: q̄ id ipsum qd ante peccaueras.

Cassiodor. Cassiodorus super psalmum. vi. laboraui in gemitu meo.

Gemitus dictus geminatus luctus: quem merito fideles appetunt: quoniam diligentes consolatur. poenitentes emundat. Diabolum effugat. Christo cōciliat. Amaritudo dulcis: lachrymae foelices: salutaris afflictio: Cassiodorus super illud psalmi. Ad dominum quum tribularer.

Dominus nescit differre: quem compuncto corde sibi senserit supplicare.

Seneca Seneca ad Lucillium epistola. viii.

Argumentum est in melius translati animi: q uitia sua q̄ adhuc ignorabat uidet. Quibusdam aegris gratulatio est: quum ipsi aegros se esse sensere.

Seneca ad Lucillium epistola. lv.

Magna pars bonitatis est uelle fieri bonum.



Conuersatio: g̃. συναναστροφή. ης. ἡ. & συναναστρέφομαι. conuersor dicitur. Venitq: a cōuersor quod est utor & consuetudinem habeo.

David psalmo. xvii. David

Cum sancto sanctus eris: & cum uiro innocente innocens eris: et cum electo electus eris: & cum peruerso puerteris. Prouerbiorū c°. xiii. Prouerbi.

Qui cum sapientibus graditur sapiens erit. Amic⁹ stultorum similis efficiet. Ecclesiastici c°. xiii. Ecclāstici

Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea: & qui cōmunicauerit superbo: induet superbiam.

Metthaeus ca°. xiii. Matthae⁹.

Non est propheta sine honore nisi in patria sua: & i domo sua. Marcus ca°. vi. Marcus

Non est propheta &c. Ioannes c°. iiii. Ioannes.

Non est propheta &c.

Paulus primae ad corynthios cap. v. Paulus

Nescitis quia modicum fermētum totam massam corrūpit. Augustin⁹ de doctrina Christiana. Augustin⁹

Diuersis obseruatōibus nulla disciplina melior grani & prudenti Christiano: nisi ut eo modo agat: quo agere uiderit ecclesiam: ad quam forte deuenerit ad discendum: quod opus est.

Hieronymus ad Demetriadem. Hierony⁹.

Semper in comitatu tuo graues faeminas habeas: mores enim & studia dominarum plerumq ex ancillarum & comitātum moribus iudicant. Qualis enim quaeq sit talium consortio delectatur.

Gregorius lib. i. moralium. super illud Vir erat in Terra. Gregorius

Non ualde laudabile ē bonum esse cum bonis: Sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris culpae est inter bonos bonum non esse: Ita immensi ē praeconii bonum etiam inter malos extitisse.

Io. Chrisostom⁹ lib. iii. de uestigiis philosophorū. Io. Chrys.

Philosophus sic inter hostes uiuendum censuit: tā q̄ inter amicos: & inter amicos: ac si in mediis hostibus uiueretur. Isydorus lib. ii. solilo. Isydorus

Sancta conuersatio confundit inimicum: aedificat proximum: glorificat deum.

Hugo. de disciplina monachorum. Hugo

Disciplina est conuersatio bona & honesta. cui parum est non malum facere: sed studet etiam in his quae bene agit irreprehensibilis apparere. Ibidē

Disciplina honestae conuersationis ex quattuor perpendi potest: ex gestu: motu: affatu: & conuictu. Gestus autem reprehensibilis est: si est aut mollis: aut dissolutus: aut tardus: aut citat⁹. Mollis signi

ficat lasciuiam : dissolutus negligentiam : Tar/
dus pigritiam : Citatus siue impetuosus incon/
stantiam. Hugo Ibidem.
Gestus hominis in omni actu debet esse gratiosus:
sine mollicie : quietus sine dissolutione : grauis
sine tarditate : alacer sine inquietudine : Matu/
rus sine proteruia : & sine turbulentia seuerus.

Hugo Ibidem.

Temperanda est etiam facies & modificanda in ge
stu suo : Ita ut nec proterue exasperetur. nec mol
liter dissoluatur. Sed semper habeat rigidam dul/
cedinem : & dulcem rigorem : secundum illud Ec
clesiastici. xviiii. Ex uisu cognoscitur uir: & ab oc/
cursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus cor/
poris : & risus dentium : & incessus hominis enun
ciant de illo scilicet qualis sit : quia per illud quod
foris siue bene siue male agitur : interior animi
qualitas intuentium oculis patenter indicatur.

Ibidem.

In motu corporis cauendum est ne in tardationi/
bus adeo molli gressu utamur : ut pomparum fer
culis similes esse uideamur : aut in festinationi/
bus non suscipiamus nimias celeritates : quae
quum fuerint : anhelitus mouentur : Vultus mu
tantur : ora torquentur : quae signa sunt incon/
stantis animi.

Cyprian⁹. Cyprianus epistola. ii.

Quod potest redimi non timetur : Esse iam inter
nocentes innoxium crimen est. Malos quisquis
non immitatur offendit. Consensere iura pecca/
tis : & coepit licitum esse quod publicum est.

Seneca. Seneca ad Lucillium epistola. v.

Id agamus ut meliorem uitam sequamur q̄ uulgus:
non ut contrariam. Alioquin quos emendare uo
lumus fugamus a nobis & auertimus.

Seneca ad Lucillium epistola. vi.

Nulla res magis animos induit honestos : & in
prauum inclinabiles reuocat ad rectum : q̄ bono/
rum uirorum conuersatio. Paulatim enim descen
dit in pectora : & uim praeceptorum obtinet fre/
quenter aspici : frequenter audiri.

Seneca ad Lucillium epistola. vii.

Auarior redeo : ambitiosior : luxuriosior : crude/
lior : inhumanior : quia inter homines fui.

Ibidem.

Nil damnosius bonis moribus : q̄ in spectaculis re
sidere : Quia tunc facilius uitia subrepunt.

Seneca ad Lucillium epistola. xxxv.

Si quid in aliquibus ex sordida conuersatione ser/
uile est : honestorum conuictus excutiet.

Seneca Epistola. lxxxii.

Salutare est non conuersari dissimilibus & diuer/
sa cupientibus. Turba & si non mutat te impe/
dit tamen. Multum autem nocet etiam qui mo/
ratur. In uitia alter alterum trudimus. Quomo
do autem reuocari possint ad salutem quos nemo
retinet : populus impellit.

Seneca epistola. lxxxxvii.

Sic cum inferiore uiuas : quemadmodum superio/
rem tecum uiuere uelis.

Seneca de quattuor uirtutibus.

Omnes tibi pares facies : Inferiores superbiendo
non contemnas. Superiores recte uiuendo non
timeas. In reddenda officiositate neq; exactor
neq; negligens appareas. Cunctis esto benignus :
nemini blandus : Paucis familiaris : omnibus
aequus. Seuerior esto iudicio q̄ sermone : & ui/
ta q̄ uultu : Clementiae cultor : claemens ultor :
Saeuiciae detestator : Famae bonae neq; tuae sem.na
tor : neq; alienae inuidus : rumoribus : crimini/
bus : suspicionibus minime credulus : Sed ma/
lignis potius qui per speciem simplicitatis aliqui
bus surrepserint oppositissimus. Ad iram tar/
dus. Ad misericordiam pronus. In aduersis fir
mus. In prosperis cautus : occultator uirtutum :
sicut alii uitiorum : uanaegloriae contemptor &
bonorum : quibus praeditus es non acribus exa/
ctor : Nullius imprudentiam despicias. Rari ser/
monis ipse : Loquentium patiens : Seuerus seue/
ris : Sed hilares non aspernans.

Seneca de. iiii. uirtutibus.

Si tempus iocos exigit : hos quoq; cum dignitate
sapientiae gere : ut te nec grauet quisq̄ tanquam
asperum : nec contemnat tanquam uillem. Non
erit tibi scurillis : sed grata urbanitas. Sales tui si/
ne dente sint. Ioci sine uilitate. Risus sine cachin
natione : uox sine clamore : Incessus sine tumul/
tu : Quies tibi non desidia erit : Et quum ab ali/
is luditur. Tu sancti honestiq; aliquid tractabis.

Valerius maximus libro. vii. Val. maxi.

Quum quidam stolidus audiente Pythagora dice
ret : Malle cum mulieribus esse : q̄ cum philoso/
phis conuersari. Et sues inquit in caeno liben/
tius q̄ in pura aqua uersantur.

Q. Curtius de gestis Alexandri li. vi. Q. Curti⁹

Feras bestias captas & inclusas : quia ipsarum na/
tura non potest : longior dies mitigat.

Lucius Apuleius de deo Socratis. L. Apulei⁹

Conuersatio enim perpetua contemptum parit.
Ratitas autem admirationem conciliat.

Menander. Menãder.

σοφοῖσ ὁμιλῶν κ' ἀυτὸσ ἐκβήσῃ σοφὸς.i.

Cum sapientibus consuetudinem habens & ipse euades sapiens. Idem.
ὁμιλίας δὲ τὰς πρεσβυτέρας φίλει. idest.
Consuetudines autem seniores ama.
κακοῖς ὁμιλῶν κ᾽αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός. idest.
Cum malis consuetudinem habens & ipse euades malus. Idem.
φθείρουσιν ἤθη χρήσθ᾽ ὁμιλίαι κακαί. idest.
Corrumpunt mores bonos consuetudines malæ.

Ouidius Ouidius epistola Canaces ad Machareum.
Scilicet est aliquid cum sæuis uiuere uentis.

Iuuenalis Iuuenalis Satyra.ii.
· Dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures: sicut grex totus in aruis
Vnius scabie cadit: & prurigine porci.
Vnaqꝫ contacta liuorem ducit ab uua.
Iuuenalis Ibidem.
Aspice quid faciant commercia.



CONVERSIO: græce στροφάς: ἀδος. ἡ. & στρέφω conuerto dicitur. Deducitur qꝫ a Conuerto: & hinc conuersor & conuersatio descendunt. Differt autem conuersio ab auersione: ut patet supra in Auersio.

Ecclastici. Ecclesiastici capitulo.v.
· Ne tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem: Subito enim ueniet ira illius: & in tempore uindictæ disperdet te.
Ecclesiastici capitulo.xvii.
· Conuertere ad dominum: & relinque peccata tua. Precare ante faciem domini: & minue offendicula. Reuertere ad dominum: & auertere ab iniusticia tua.

Isaias Isaias capitulo.xxx.
· Si reuertamini & quiescatis salui eritis.

Hieremias Hieremias capitulo.iii.
· Vulgo dicitur si dimiserit uir uxorem suam: & recedens ab eo duxerit uirum alterum: Nunquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta erit: & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit dominus: & ego suscipiam te. Leua oculos tuos in directum: & uide ubi nunc prostrata sis.
Hieremias capitulo.xxv.
· Reuertimini unusquisqꝫ a uia sua mala: & a pessimis cogitationibus uestris: & habitabitis in terra quam dedit dominus uobis: & patribus uestris a sæculo & usqꝫ in sæculum.

Ezechiel. Ezechiel capitulo.xxxiii.
· Nolo mortem impii: sed ut conuertatur impius a uia sua & uiuat. Conuertimini a uiis uestris pessimis.
Ezechiel capitulo.xxxiii.
In quacunqꝫ hora ingemuerit peccator: saluus erit.

Ionas Ionas capitulo.iii.
· Conuertatur uir a uia sua mala: & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. Quis scit: si conuertatur & ignoscat deus: & reuertatur a furore iræ suæ: & non peribimus.

Ioel. Ioel capitulo.ii.
· Conuertimini ad me in toto corde uestro.

Iacobus Iacobus capitulo.vi.
· Qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ: saluabit animam suam a morte.

Actuum. Actuum apostolorum.c.iii.
· Pœnitemini igitur & conuertamini: ut deleantur peccata uestra.

Augustin⁹ Augustinus libro.iiii.de unico baptismo: & habetur de Consecra.di.iiii. Baptismi.
Conuersio autem cordis potest quidem esse non percepto baptismo: sed contempto non potest: Neqꝫ ullo modo dicenda est conuersio cordis ad dominum: quum dei sacramentum contemnitur.
Augustinus de Magdalena.
Quis non admiretur subitam peccatricis mutationem. Quæ uenerat sordida: & in fonte salutari super niuem dealbata est.
Augustinus de uerbis domini sermone.xvi.
Quid differs in crastinum dicens: longa uita erit. ipsa longa bona sit: & sic melior erit: q̄ si longa bona non sit. Si uero breuis sit: Vnde factum est: ut bona sit: Quare uis habere longum malum.
Augustinus libro de pœnitentia & habetur de pœni.di.ultima. Nullus.
Nullus expectet quando peccare non potest. Arbitrii enim quærat libertatem: ut delere possit commissa: non necessitatem. Qui prius utiqꝫ a peccatis relinquitur: q̄ ipse relinquat ea: non libere: sed quasi necessitate condemnat.
Augustinus Ibidem & habetur Ibidem.
Illi autem qui quum potuerunt nunq̄ conuerti uoluerunt: confitentes quum iam peccare nequeunt: nec sic facile acquirunt quod uolunt. Oportet ut pœnitentia fructificet: ut uitam mortuo impetret. Scriptum est sine charitate neminem saluum esse.

Augustinus in sermone de poenitentia.
Surgamus & ad illum redeamus: a quo peccando recessimus. Ibi esse nostrum non habet mortem. Ibi uelle nostrum nõ habet errorem. Ibi amare nostrum non habet offensionem.

Aug. libro de poenitentia.
Per uos met ipsos peccastis: p uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc praecepit domin⁹: ut nemo poeniteret in occulto. In hoc q per se ipsum dicit sacerdoti: & erubescentiam uincit timore offensi.

Augustinus super ps. li.
In inferno erit poenitentia: sed sera: ergo in fructuosa. Vis ut sit fructuosa non sit sera. Hodie te corrige qui uiuus es. Nam qui iudex tuus futurus est: ipse hodie tuus aduocatus est.

Augustinus super ps. To.
Vt sit homo aliquid: cõuertat se ad illum a quo creatus est. Recedendo enim frigescit. Accedendo feruescit. Recedendo tenebrescit: Accedendo clarescit: A quo enim habet: ut sit: apud illum habet: ut bene sit. Ergo qui uult simul esse cum deo: nõ ab illo recedat: sed ad illum accedat.

Augustinus super ps lxxxxiiii.
Si ardes conscientia delicti: lachrymis extingue flammam peccati. Plora ante deum. Securus plora ante eum qui te fecit. Nõ enim opus manuum tuarum contemnit in te. Noli putare quia potes a te refici: a te deficere potes. Tu te ipsum reficere non potes. Ille te reficit qui te fecit.

Aug. de uerbis domini sermone. iiii.
Cõferamus nos ad te: & bene nobis erit de te: Malum est nobis de nobis: quia dimisimus te. Dimisisti nos nobis.

Augustinus de uerbo domini sermone. xvi.
Nemo deum timens conuerti differt: nisi qui putat: q plus habet uiuere. Ipsa enim est res: quae multos occidit: quum dicunt Cras Cras: & subito ostium clauditur. Remansit foris cum uoce coruina: qui non habuit gemitum columbinum. Cras Cras corui uox ẽ. Geme ut columba: & tunde pectus.

Augustinus libro contra Nouicianos.
Deus enim recte animam uisitans: ipsam mouet: ipsam docet: sibi q spondet ueniam: si conuerti uelit: ipsam dormientem excitat. Pigritantem stimulat: sibi q manum porrigit: semitam ostendit: & mercedem promittit.

Aug. cõtra quinq hereses.
Quaeramus lapidem: quo percutiatur incredulus: & percussus quassetur: quassatus comminuatur: comminutus in puluerem conuertatur: conuersus in puluerem compluatur: complutus feratur: satus faciat fructum: Non quod igne consumatur: sed quod horreo condatur.

Augu. libro de uera innocentia.
Remedia conuersionis ad deum nullis sunt cunctationibus differenda: ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim poenitenti indulgentiam promisit: diem crastinum non spopondit.

Hieronymus de Magdalena. Hierony⁹.
Discite poenitentes a Magdalena salutarem peccatorum absolutionem per lachrimas fieri.

Hieronymus in epistola ad Letam.
Nunquam est sera conuersio. Latro de cruce transiuit ad paradisum.

Hieronymus in epistola ad Heliodorum.
Quid agis in paterna domo delicate miles? Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere. Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet sparso crine: & scissis uestibus hubera quibus te lactauerat mater ostendat: Licet pater in limine iaceat: per calcatum perge patrem: sine lachrymis: siccis oculis. Ad uexillũ crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re esse crudelem.

Hieronymus de sancta Paula recitans eius uerba.
Affligendum est corpus: quod multis uacauit delicijs: Longus risus perpetuo compensandus est fletu: Mollia linteamina & serica preciosissima asperitate cilicii commutanda. Quae uero & saeculo placui: nunc Christo placere desydero.

Hieronymus ad Paulam de morte Blesillae.
Secura esto mi Blesilla: confidimus probantes uera esse quae dicimus. Nunquam sera est conuersio. uox haec primum in latrone dicata est.

Ambrosius de Magdalena. Ambrosi⁹.
Quis dubitet de uenia? Ecce quid ecclesia preposuerit nobis ad eleuandam spem ad ueniam. Dauid psalmistã: Matthaeum euangelistam: Paulum diuinam ubiq tubam resonantem: & Mariam Magdalenam suo exemplo clamantem: discite a me o peccatores in fonte lachrymarum redire ad fontem salutis.

Ambrosius in sermone de Elemosyna & ieiunio.
Si aurum tibi offeram non mihi dicis cras ueniam. Sed iam exigis. Nemo differt. Nemo excusat. Redemptio animae promittitur: & nemo festinat.

Gregorius li⁰. ii. moralium. Gregorius
Solent etiam electi in quibusdam suis cogitationibus & actibus superbire. Sed quia electi sunt: cunctis diebus superbire non possunt. Quia prius q̃ uitam finiant ab elatione ad humilitatem corda commutant. Impius uero cunctis diebus superbit: Quia sic uitam terminat: ut

tamen ab elatione non recedat. Circumspicit q
temporaliter floret: in uita carnis fiduciam po/
nit: eam q diu permanere æstimat: quam ad præ/
sens tenet. Greg. li°. xxiiii. moralium.

Vitam prius uniuscuiusq conuersi: & incohatio
blanda permulcet: & aspera medietas probat: &
plena post perfectio roborat.

Greg. li°. xxiiii. Moralium.

Prius ergo suauitatem sentiunt: securi prius pacis
quiete nutriuntur: Post cognitam uero dulcedi/
nem: Tanto iam tolerabilius tentationum certa/
mina sustinent: quanto altius in deo cognouere
quod amant. Greg. li. xxiiii. Moralium.

Plerumq conuersus quisq talibus tentationum sti
mulis agitatur: qualibus ante conuersionis gra/
tiam nunq̃ pulsatum se esse reminiscitur. Non ga
tunc hæc eadem tentatiõis radix deerat: sed quia
non apparebat.

Gregorius li°. xxxii. moralium.

Quanto quis minus uidet se: tanto minus sibi dis/
plicet. Et quanto maioris gratiæ lumen percipit:
tanto amplius repræhensibilem se esse cognoscit.

Grego. Homelia. x. super illud. Matthæi.
Quum natus esset Iesus in Beth.

A regione nostra superbiendo: inobediendo: uisibi/
lia sequendo: cibum uetitum gustando discessi/
mus: Sed ad eam necesse est flendo: obediendo: ui
sibilia contemnendo: atq appetitum carnis refre
nando redeamus. Per aliam ergo uiam ad regio/
nem nostram regredimur: quando qui a paradisi
gaudiis per delectationem recessimus: ad hæc per
lamenta reuocamur.

Greg. super Euãgelium homelia. xxxiiii.

Maius de peccatore conuerso: q̃ de iusto stante gau
dium fit in cælo: Quia & dux in prælio plus eum
militem diligit qui post fugam reuersus hostẽ for/
titer premit: q̃ illum qui nunq̃ terga prebuit: &
nunq̃ aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam am
plius terram amat: quæ post spinas huberes fru/
ges profert: q̃ eam quæ nunq̃ spinas habuit: &
nunquam fertilem messem produxit.

Greg. in homelia tractans illud: Et si in se
cunda uigilia: & si in tertia uenerit: &c.

Prima uigilia est puericia: secunda adolescentia.
Tercia senectus. Qui ergo in prima uigilia uigila
re noluit: secundam custodiat: ut qui conuerti a
prauitatibus suis i pueritia neglexit ad uias uitæ:
saltem tempore iuuentutis euigilet: & qui ad ui/
as uitæ iuuentutis tempore non euigilat: saltem in
senectute resipiscat. Nam quos diu ut conuertan
tur tolerat: non conuersos durius damnat.

Greg. libro iii. dialogorum.

Cõpunctionis duo sunt genera. Vide in Contritio.

Gregorius in hest. iiii.

Sero quæruntur salutis remedia: quum mortis im/
minet periculum. Vnde Salomon. Tunc inuoca/
bunt & non exaudiam. Mane surgent & non in/
uenient me.

Isydorus de summo bono libro. ii. capitulo. x. Isydorus

Multos remissa conuersio in pristinos errores redu
cit: ac uiuendi tempore resoluit.

Isydorus ibidem.

Valet interdum conuersis pro animæ salute muta/
tio loci: plerumq enim dum mutatur locus muta
tur mentis affectus. Congruum est enim inde etiã
corporaliter euelli: ubi q̃sq illecebris deseruiuit.
Nam loc⁹ ubi quisq praue uixit hoc aspectui men
tis opponit: quod semp ibi uel cogitauit uel gessit.

Isydorus de summo bo. li. iii. c. viii.

Primordia conuersorum blandis refouenda sunt
modis: ne si ab asperitate incipiãt exterriti ad prio
res lapsus recurrant. Qui enim conuersum sine le
nitate erudit: exasperare potius q̃ corrigere nouit.

Isydorus de summo bono li°. iii. c°. viiii.

Vtile est dei seruo post conuersionem tentari: qua/
tenus a torpore negligentiæ sollicitantibus uitiis
ad uirtutes animum per exercitium præparet ui/
tiorum. Bernardus de Meditatione. Bernard⁹.

Quanto homo magis mala sua intelligit: tanto am
plius suspirat & gemit.

Bernardus super cant. sermone. xxxvi.

Conuertimini ad me in toto corde uestro. Corpo/
ris conuersio si sola fuerit: erit nulla. Forma si qui/
dem conuersionis est: non ueritas, uacuam uirtu/
tem gerens & speciem uirtutis.

Bernardus super cant.

Dico omnes ignorare deum: qui nolunt conuerti
ad eum. Neq enim ob aliud proculdubio renuunt:
nisi quia grauem & seuerum imaginant: qui pius
est: Durum & implacabilem: qui misericors est:
Ferum & terribilem qui amabilis est: & mentitur
iniquitas sibi. Formans sibi idolum pro eo quod
non est ipse.

Bernardns super Cant.

Solet inter primordia conuersionis acrius insurge/
re tentatio prauæ consuetudinis: & uix possunt
extingui iacula ignita diaboli.

Hugo de Claustro animæ li. iii. ca°. x. Hugo.

In illa ætate quando flauescunt crines: caro nitescit
eburnea: oculorum gemmis facies rosea decora/
tur: ualitudo corpori uires subministrat: iuuenilis
ætas longioris uitæ spacium repromittit: quando
uiget ratio: uigẽt etiam corporis sensus: uisus acu
tior: auditus promptior: incessus rectior: uult⁹ iu/
cundior: Qui in hac ætate se domant & deo se so
ciant: præmium Ioannis expectant. Ibidem.

Tales offerant hostiam uiuentem: deo placentem: immaculatam: non aure: non oculo: nō pede: nō cauda carentem. Audiat hoc senum sera conuersio: quibus ex defectu senectutis aures obturātur: oculi turbantur: & ut cuncta breuiter perstrinxgam ipsi in se per se deficiunt. Hii non offerunt agnum immaculatum: sed ut ita dicam: porcum cruentatum. Sicut enim porcus in immundiciis: sic senex iacuit in uiciis: & sicut porcus siliquis pascitur: sic senex fabulis & rumoribus delectaē.

Lactantius. Lactantius Firmianus diuinarum insti. libro. vi. c°. xxiiii.

Nemo potest esse tam prudens: & tam circumspectus: ut in aliquo non labatur. Et iccirco deus imbecillitatem nostram sciens pro sua pietate aperuit homini portum salutis: ut huic necessitati cui fragilitas nostra subiecta est: medicina poenitentiæ subueniret. Ergo quicunq3 aberrauerit referat pedem: seq3 q̄ primum recipiat ac reformet. Sed reuocare gradum superas q3 euadere ad auras: hoc opus hic labor est. Degustatis enim malis iocundis uoluptatib⁹ uix diuelli ab his possunt. Facilius recta sequerentur: si earum suauitates nō attigissent. Sed si eripiant se malæ seruituti condonabitur his error omnis: si errorem suum uita meliore correxerint. Nec lucrari se quisq̄ putet: si delicti conscium non habebit. Scit ille omnia: i cuius conspectu uiuimus: Nec si uniuersos homines celare possumus: deum possumus: cui nil absconditum: nil potest esse secretum.

Salustius. Salustius in Iugurtha.

Quem poenitet delicti gratiam meretur.

Franciscus Petracha. Franciscus Petrarcha soneto. xxiii.

Piu gloria e nel regno de li electi
Dun spirito conuerso: & piu si stima
Che di nonantanoue altri perfecti.
Fran. Petrarcha cantilena.
xviiii. stantia prima.
Chi smarita ha la strada torni in dietro.



Onuicium græce: λοιδορία. ας. ἡ. & λοιδορέω conuicior aris dicitur. Est autem conuicium maledictum cum contumelia. Cicero. Maledictum autem nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur cōuicium: si in facetius urbanitas nominatur. Nec Labeoni iurisconsulto assentiendum puto: q conuicium putat a uocum concitatione: uel conuentu deriuatum: & id esse quod cum clamore publice fiat. Vt dicit tex. in. l. Item apud Labeonem. §. Conuicium. ff. de iniur. Quid autem a contumelia differat conuicium. Vide supra in Contumelia.



Onuiuium. g̃: συμπόσιον. ου. τὸ: & συμποσιάζεται: conuiuæ dicuntur. Et est accubatio epularum. Secundum Ciceronem: qui in libro qui Cato maior dicitur: uel de senectute dicit. Bene. n. maiores nostri accubationem epularum: quia uitæ coniunctionem haberet: conuiuium nominauerunt: melius q̄ græci: qui hoc ipsum modo compotationem hoc ē συμπόσιον. modo coenationem quæ σύνδειπνος. ου. ὁ. uocant. Ab hoc conuiuor quod est conuiuium facio: & conuiua: qui ad conuiuium uocatur. Conuiuiones uero hoc est compotores: non a cōuiuendo: uel conueniendo: sed a combibendo dicti sunt: quasi combibiones. Hesiodus. Hesiodus.

τὸν φιλέοντ᾽ ἐπὶ δαῖτα καλεῖν. τὸν δ᾽ ἐχθρὸν ἐᾶσαι
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει. idest.

Amicum ad conuiuium uoca: inimicum dimitte:
Sed hunc maxime uoca: q te prope habitat. Idē.

μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι.
ἐκ κοινοῦ πλείστη δὲ χάρις δαπάνη τ᾽ ὀλιγίστη.

Neq3 multorum sociorum conuiuii perturbator sis ex communi plurima gratia: sumptus autem paucissimus. Menander. Menāder.

εὔτακτον εἶναι τἀλλότρια δειπνοῦντα δεῖ.
Bene compositum esse aliena cōuiuātem oportet.

Aulus gelius li°. xii. noctium atticarum. A. Gelius.

Marcus Varro dicit conuiuarum numerū incipere oportere a gratiarum numero: & progredi ad musarum idest proficisci a tribus: & consistere in nouem: ut quum paucissimi conuiuæ sunt: non pauciores sint: q̄ tres: quum plurimi: non plures q̄ nouem. Nam multos inquit esse non cōuenit: q tur ba plerumq3 est turbulenta.



Oquina: g̃: μαγειρεῖον. ου. τὸ. & μάγειρος. ου. ὁ. coquus dicitur. Et est locus in ædibus i quo obsonia coquuntur: a coquendo dicta: eadem q3 culina dicitur: q locupletiore in ea ignem colimus: ut placet Marcello: uel ut alii: q dii penates illic colerētur: uel a colluuie: hoc est: a labe uel imundicia: quia illic immunda lauant: ut postea coquantur: & uasa & alia id gen⁹ Iuuenalis cōtentum p cōtinente posuit. Seq̄ sua quæq3 culina: Hinc culinor aris: & cognor aris. i. culinam uel coquinam exerceo: & ars coquaria dr̄.

CORPVS



CORPus
Ingn̄abi/le & icor/ruptibile.
Empyreū.
Primum mobile.
Firmamē tum.
Saturn⁹.
Iuppiter.
Mars.
Sol.
Venus.
Mercuri⁹
Luna.
Gn̄abile: & Corru ptibile.
Elemētatū
Prīæ cōpositōis: & ē uapor reso lutus ui solis: uel exhalatio reso luta a terra: & ab aqua: uel ter reo & aqueo: quæ duo tantum sunt euaporabilia seu exhalabi liā (nō autē aer & ignis) quādo/ q; manens terræ iclusus. Vnde terræmot⁹ causantur: qn̄q; ele/ uatus ad aera scd̄m tria intersti cia: Vnde causant̄ impressiōes aereæ: aqueæ: uel igneæ: uel mi (xtæ.
In Aere.
In sup̄ma regio ne aeris ætheri uicīa calida pp ætheris uicini/ tatem fiunt.
Cometes.
Colūna pyramidalis
Lancea.
Candella accensa.
Assub ascendens.
Velut scintillæ de for nace.
Velut stupa accēsa.
Velut stella cadens longa.
Candella accendēs candellam.
Lumen p̄cedēs i no/ cte: saltu quodam.
Stella cadēs solum.
Draco uolans.
Assub qn̄q; appens qn̄q; nō: & alia hu iusmodi.
In m̄dia regiōe aeris: i pene ise riori pte ei⁹ frigi dissima: quia di stat ab utroq; calefactiuo ubi fiunt.
Tonitrua.
Fulgura.
Corruscationes.
Fulminis tela.
Grando.
Granula: & huius/ modi.
In iferiori aeris regiōe q̄ ē a ter ra usq; ad nu/ bes æstiuas: cali da tēpate: pp ra dios solariū ma ximam reflexio nem ubi fiunt.
Nubes.
Pluuia.
Nix.
Pruina.
Ros.
Nebula.
Nymbus & huius/ modi.
Scd̄æ cōpositō nis: et sūt diuer sæ imp̄ssiones: uel passiōes me theorologicæ: ex ipso uapore materiali cātæ
Sub Ter (ra.
Fontium calefactio in hyeme.
Terræmotus.
Sulfur a quo thermæ calefiunt.
Lapides tam præciosi: q̄ nō: q tamen cau/ santur etiam super terram in ei⁹ sup̄ficie.
Argentum uiuum: quod est principium omnium metallorum.
Metalla.
Aurum.
Argentum
Electrum.
Naturale.
Artificiosū.
Cuprum.
Auricalcū.
Aes.
Stannum.
Plumbum.
Terciæ cōposi tōis sunt uege/ tabilia: et terræ nascētia: ut plā tæ herbæ et hu iusmodi.
Quartæ cōpo sitōis sūt aialia quæq; sensum habentia.
Quintæ cōpo sitionis sunt ho mines.
Elemētū.
Ignis
Aer.
Aqua.
Terra.


Orpus: g: σῶμα.ατοσ.τὸ. & σωματι/κὸσ.ου.ὁ.corporalis dicitur. Est autem corpus quod omni quaq; diuisibile est. se/cundum Aristo. li°. i. de cælo & mundo.

Corp° est magnitudo quæ ad tria diuidit'. ut Ibidē.

Corpus est omne id quod habet trinam dimensio/nem. s. longum: latum: & profundum. secundum Albertum magnum i principio suæ philosophiæ. super libris phisicorum.

Corpus est in quo ē aptitudo intelligendi duas line as intersecantes se ad angulos rectos: & terciam lineam intersecantem ambas illas ad angulos re/ctos. secundum Algazellen & Auicenam.

Corpus a græcis sic describitur. το τριχῆ διασ/στατόν. idest triplici dimensione distans.

Corpus a Lucretio hoc uersu sic describitur.

Tangere. n. aut tangi nisi corpus nulla potest res.

Corpus simplex est quodcunq; habet principium motus secundum naturam: puta ignis: & huic co gnata secundum Arist. li°. p° de Cælo & Mundo.

Corporum tria genera esse affirmat Pomponius. Vnum q̄ una specie cōtinetur: ut homo: lignum: lapis. Alterum quod ex contingentibus: hoc est: pluribus inter se cohærentibus constat: ut ædifici um: nauis. Tercium quod ex distantibus compa/ctum est: ut puta ex pluribus corporibus uni no/mini subiectis: ut populus: legio: grex.


Or græce καρδία.ασ.ἡ.dicitur. Quod pro mente sæpe ponitur: unde recordor: quasi in corde hoc est in mente reuoco. Vnde recordatio fit: Et secors quasi sine corde: & Secordia ignauia: Et concors qui unius mentis & animi est: & Cōcordia de qua supra in Cōcordia.

Cor primo generatur. scdm. b. Tho. scda scdæ. q. cxxii. ar. ii.

Cor est primum principium motus in animali. pria scdæ. q. xvii. ar. viii.

Cor est primum principium mēbrorum & uirium ui/talium quātum ad esse: Sed caput est principium sensuum & motus. scdm. b. Tho. iii. pte. q. lxxxx. arti. iii.


Orrectio: g: ἐπανόρ/θωσισ.εωσ.ἡ. & ἐπα/νορθόω: corrigo dr. Est autē Correctio fraterna admonitio charita/tiua fratris de emēda/tione peccatorum: ex fra terna charitate ꝓcedēs scdm. b. Tho. iiii. sent. di. xviiii. q. ii. ar. i. Dici/tur q̄ a corrigo q̄d ē emendo. Leuitici c°. xviiii. Leuitici

Non oderis fratrem tuum in corde tuo: Sed publi/ce argue eum: ne habeas super illo peccatum. Deuteronomii. c°. xxv. Deuterōii.

Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Prouerbiorum. c°. iii. Prouerbiorum.

Quem diligit dominus corripit: & quasi pater i fi/lio cōplacet sibi. Prouerbiorum. c°. x.

Qui increpationes relinqt errat. Prouer. xii.

Qui odit increpationes insipiens est. Prouer. xiii.

Qui illusor est: nō audit quum arguit'. Prouer. xiii.

Egestas & ignominia ei: q deserit disciplinā: q autē acquiescit arguenti glorificabit'. Prouer. c°. xiii.

Qui parcit uirgæ odit filium: q autē diligit illum in stanter erudit. Prouer. c. xv.

Stultus irridet disciplinam patris sui. Qui autē cu/stodit increpationes astutior fiet. Prouer. c. xv.

Qui increpatōes odit morietur. Prouer. c. xv.

Auris quæ audit increpationes uitæ: in medio sa/pientium commorabitur. Prouer. c. xv.

Qui abiicit disciplinam: despicit animam suam: qui autem acquiescit icrepationibus: possessor est cor dis. Prouer. xvii.

Plus proficit correctio apud prudentem: q̄ centum plagæ apud stultum. Prouer. c°. xxii.

Stulticia colligata est in corde pueri: & uirga disci/plinæ fugabit eam. Prouer. c°. xxiii.

Noli subtrahere a puero disciplinam. Si. n. ꝑcusse/ris eum uirga: nō moriet'. Tu uirga ꝑcuties eum: & aiam eius de iferno liberabis. Prouer. c. xxvi.

Melior est manifesta correctio: q̄ amor abscondit°: Meliora sunt uulnera diligentis: q̄ fraudulenta oscula odientis. Prouer. c°. xxviii.

Qui corripit hoiem: gratiam postea inueniet apud eum: magis q̄ ille qui per linguæ blandimēta deci pit. Prouer. xxviiii.

Virga atq; correctio tribuit sapientiam. Puer autē qui dimittitur uoluntati suæ confundet matrem suam. Ibidem.

Erudi filium tuum: & refrigerabit te: & dabit deli/cias animæ tuæ. Ecclesiastes cap. primo. Ecclastes.

Peruersi difficile corriguntur: & stultorum infini/tus est numerus. Ecclesiastes. cap. vii.

Melius est a sapiente corripi: q̄ stultorum adulatio/ne decipi. Ecclesiastici. c°. x. Ecclāstici.

Vir prudens & disciplinatus: non murmurabit cor rectus. Ecclesiastici. cap. xviiii.

Corripe ꝑmimū anteq̄ cōmineris. Ecclāstici. c. xxx.

Qui diligit filium suum assiduat illi flagella: ut læ/tetur in nouissimo suo. Ecclesiastici. c. xxx.

Equus indomitus euadet durus: Et filius remissus euadet præceps. Ecclesiastici. c. xxx.

Curua ceruicem filii in iuuentute: & tunde latera eius: dum infans est: ne forte induret: & non cre/dat tibi. Matthæus. c. xviii. Matthæ°.

Si autem peccauerit in te frater tuus: uade & corri/
pe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit: lu/
cratus es fratrem tuum. Si autem non te audierit:
adhibe tecum adhuc unum uel duos: ut i ore duo/
rum uel trium testium stet omne uerbum. Qd si
non audierit eos: dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam
non audierit: sit tibi sicut Ethnicus & publican⁹.

Lucas Lucas.capitulo.vi.

Quid autẽ uides festucam i oculo fratris tui? trabẽ
autem quæ in oculo tuo est non consyderas.

Lucas capitulo.vi.

Hypocrita eiice primum trabẽ de oculo tuo: et tunc
perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

Lucas capitulo.xvii.

Si peccauerit i te frater tuus: increpa illum: & si poe
nitentiam egerit: dimitte illi. Et si septies in die pec
cauerit in te: & septies in die conuersus fuerit ad
te dicens: poenitet me: Dimitte illi.

Paulus Paulus ad Timotheum primæ.c.v.

Peccantes coram omnibus argue: ut & cæteri ti/
morem habeant.

Paulus ad Timotheum scdæ.cº.iiii.

Prædica uerbum. Insta opportune: Importune ar/
gue: obsecra: increpa: in omni patientia & doctri/
Iac. apostolus. na. Iacobus capitulo.v.

Si quis ex uobis errauerit a ueritate: & conuerterit
quis eum: scire debet: quoniam qui conuerti fece/
rit peccatorem ab errore uiæ suæ: saluabit animã
eius a morte: & operit multitudiem peccatorum.

Augustin⁹ Augustinus ad Aurelium episcopum:
& habetur di.xxxxiiii. Comesationes.

Seueritas autẽ exercenda est in peccata paucorum:
& si quidem minamur: cum dolore fiat de scriptu
ris comminando uindictam futuram: Ne nos ipsi
in nostra potestate: Sed deus in nostro sermone ti/
meatur. Aug. in Enchyridion. & habet̃. di.xlv.

Et qui emendat uerbere in quem potestas datur uel
coercet aliqua disciplina: & tamen peccatum
eius quo ab illo læsus aut offensus est dimittit ex
corde uel orat ut ei dimittatur: non solum eo q di/
mittit ex corde atq; orat: uerũ ẽt i eo q corripit: &
aliqua emendatoria poena plectit: elemosinam fa
cit: quia misericordiam præstat. Multa enim bo/
na præstantur inuitis: quando eorum consulitur
utilitati: nõ uoluntati. Quia ipsi inueniuntur sibi
inimici. Augustinus in homelia de poeniten/
tia: & habetur.ii.q.vii. Plærumq;.

Plærumq; boni uiri propterea suff:runt alioꝝ pec/
cata: & tacent: quia sæpe deseruntur publicis do/
cumentis: quibus ea quæ ipsi sciunt: iudicibus pro
bare non possunt.

Augustinus in sermone de puero Centu/
rionis: & habetur.xxiii.q.i. Paratus.

Agenda sunt autem multa cum inuitis quadam be
nigna asperitate plectendis: quorum potius utili/
tati consulendum est: q̃ uoluntati. Nam corripien
do filium quemlibet aspere: nunquã profecto p a/
ternus amor amittitur. Fiat tamen quod nolit &
doleat: qui etiam inuitus dolere uidetur sanãdus.

Aug. contra Parmenianum: & habe
tur.xxiii.q.iiii. Quisquis.

Quisquis uel quod potest arguendo corrigit: uel
quod corrigere non potest: saluo pacis uinculo:
excludit: uel quod saluo pacis uinculo excludere
non potest: æquitate improbat: firmitate suppor/
tat: hic est pacificus & ab isto maledicto immunis
de quo scriptura dicit. Veh his qui dicunt q ne/
quam est bonum: & q bonum ẽ nequam: omnino
liber prorsus securus: penitus est alienus. Quo/
modo inquit Parmenianus incorruptus poteris
permanere: qui corruptis socìaris?

Augustinus de uerbis euangelii: & ha
betur.xxiii.q.iiii. A malis.

Duobus modis non te maculat malus: si ei non con
sentias: & si redarguas: hoc est nõ communicare:
non consentire.

Aug. de uerbis domini. sup illud Matthæi.
xviii. Si peccauerit in te frater tuus.

Quæ peccantur coram omnibus: coram omnibus
corripienda sunt: ut omnes timeant. Qui secre/
to peccauit in te: secreto corripe. Nam si solus no
sti: & eum uis coram aliis arguere: non es corre/
ctor: sed proditor. Nam si solus nosti: tunc uere
solum in te peccauit: sed si multis audientibus ti/
bi iniuriam fecit: etiam in illos peccauit: quos te/
stes suæ iniquitatis fecit. Ergo corrigenda sunt co
ram omnibus: quæ peccantur coram omnibus:
Ipsa corrigẽda sunt secretius: quæ peccantur se/
cretius. Vbi contigit malum: ibi moriatur.

Augustinus de uerbis domini sermone. xvi.

Amando debemus corripere: non nocendi auidita
te: sed studio corrigendi. Si peccauerit in te frater
tuus. Quare illum corripis? Quia doles q pecca/
uit in te. Si amore tui id facis: nihil facis. Si amore
illius optime facis. Aug. de uerbis domini.

Foris terribilis personet increpatio: intus lenitatis
teneatur dilectio: neq; consentiẽtes sitis malis: ut
approbetis: neq; negligentes: ut non arguatis: ne
q; superbientes: ut insultanter arguatis.

Augustinus in sermone domini in monte.

Accusare uitia officium est bonum: quod tamẽ ma
li faciunt: alienas partes agunt. Cogitemus ergo:
quum aliquem reprehendere nos necessitas coe/
gerit: utrum tale sit uitium: quod nunq̃ habuim⁹:
& tunc cogitemus nos homines esse: & habere po
tuisse: uel q tale habuimus: & iam non habemus:

Et tunc tangat memoria communis fragilitatis
ut illam correctionem:non odium:sed misericor/
dia praecedat. Si aūt inuenerimus nos i eodē eē ui
tio:nō obiurgemus:sed ingemiscam⁹:& ad aequa
liter deponendum inuitemus.

Augustinus in sermone domini lib.ii.

Raro & magna necessitate obiurgationes adhibē/
dae sunt: Ita tamen ut in his etiam ipsis:nō nobis:
sed deo seruiatur instemus.

Augustinus lib.i.de ciuitate dei.

Nam si propterea obiurgandis & corripiendis ma
leagentibus quis parcit:quia opportunum sibi tem/
pus inquirit:uel eisdem ipsis metuit ne deteriores
ex hoc efficiantur:uel ad bonam uitam & piā eru
diendos impediant:aliosq; infirmos premāt: At/
q; auertant a fide: Non uidetur esse cupiditatis oc
casio: Sed consilium charitatis. Aug. Ibidem

Plerumq; ab eis admonendis:obiurgandis: & cor/
ripiendis male dissimulaṫ: Ne uel eos offendam⁹:
uel ut eorum inimicicias deuitemus:ne impediāt:
& noceant in istis temporalibus rebus:quas adipi
sci adhuc appetit nostra cupiditas:siue quas amit
tere formidat infirmitas. Aug. Ibidem.

Ad hoc speculatores & populorum principes in ec
clesiis constituti sunt: ut non pereant: obiurgādo
peccata. Nec ideo tamen ab huiusmodi culpa pe/
nitus alienus quilibet praepositus fit :quum in eis
cum quibus uitae necessitate cōiungitur: mala ar
guenda & monenda nouit: & negligit: deuitans
eorum offensiones. Augustinus Vincen
tio donatistae & habetur.xxiii.q.iiii. Nimium.

Nimium sunt inquieti:quos per ordinatas a deo po
testates saeculares cohiberi:atq; corrigi mihi non
uidetur inutile. Nam de multorum iam correctio
ne gaudemus. Augustinus ad Vincen/
tium.& habetur.xx iii.q.vii. Quicunq;.

Quicunq; uos & occasione huius legis imperialis:
non dilectione corrigendi: Sed odio inimicandi ꝑ
sequitur:displicet nobis.

Augustinus Ibidem.§.Sed nec.

Sed nec facile ista monstratis. Non nullos toleram⁹
quos corrigere:uel punire non possumus. Neq; ꝑ
pter paleam relinquimus aream domini:neq; pro
pter pisces malos rumpimus raetia domini:neq; ꝑ
pter haedos in fine segregandos discernimus gre/
gem domini:neq; propter uasa facta in contume
liam migramus de domo domini:

Augustinus ad Vincentium donatistam.

Non omnis qui parcit amicus ē:nec omnis qui uer
berat inimicus. Qui freneticum ligat:& letargi/
cum excitat:ambobus molestus:ambos amat.am
bos sanat. Ambo q̄diu aegri sunt indignātur. Sed
ambo sanati gratulantur. Augustinus.
ad Lotharium & habetur.xxiii.q.v. Qui uitiis.

Qui uitiis nutriendis parcit: & fauet:ne contristet
peccantium uoluntatem:non tam est misericors:
q̄ qui nō uult cultrum rapere puero:ne audiat plo
rantem: & non timet:ne uulneratum doleat:uel
extinctum. Augustinus de communi ui
ta & regula clericorum.& habeṫ.v.q.v. Non uos

Non uos iudicetis esse maliuolos:quando crimē al
tius indicatis: Magis quippe nocentes non estis i/
dicando crimen:q̄ si fratres uestros quos corrigeṙ
potestis tacendo perire permittitis. Si enim frater
tuus uulnus habeat in corpore quod uult occulta
ri quum timet secari:non ne crudeliter a te sileṫ.
ac misericorditer indicatur:q̄to ergo potius debes
manifestare crimen:ne deterius putrescat in cor/
de. Augustinus & hētur de poeni.di.i. Sed &.

Ideo nobis peccantibus indignatur dominus Iesus
ut indignationis suae terrore nos conuertat. Indi/
gnatio ergo eius non ultionis executio: sed magis
absolutionis operatio est. Aug. ad Bonifaciū.

Molestus est medicus furenti: & frenetico: & pater
indisciplinato filio: Ille ligando: Iste cedendo: sed
ambo diligendo. Si autem illos negligant: & peri
re permittant. Ista potius falsa mansuetudo crude
litas est. Augustinus ad Marcellū.

Magis amat obiurgator sanās:q̄ adulator dissimu
lās. Augustin⁹ ad Macedoniū epistola. lxiiii.

Plurimum interest quo animo quisq; parcat. Sicu/
ti enim est aliquando misericordia puniens: Ita &
crudelitas parcens.

Augustinus de Charitate sermone. vii.

Non putes te amare seruum:quando eum non ce/
dis:aut tunc amare filium:quando ei non das di/
sciplinam:aut tūc amare filium tuum:quando eū
non corripis. Non est ista charitas:sed langor.

Augustinus de Trinitate lib.i.ca°.iii.

Malo me reprehendi a reprehensore falsitatis: q̄
ab eius laudatore laudari. Ab illo enim q̄uis ego
non recte reprehendar:qui hoc non sensi:tamen
error ipse recte uituperatur. Ab hoc autem non
recte laudor: de quo hoc existimo: hoc sensisse:
quod uituperat ueritas: Nec etiā ipsa ueritas lau/
datur. Aug. super epistolam ad Galatas.

Quicquid lacerato animo dixeris: punientis est im
petus:non charitas corrigentis:dilige: & dic qcqd
uoles. Hieronymus in Ieremia: & habetur Hierony⁹.
di.xxxxv. Recedite.

Boni rectores ex sua infirmitate aliorum infirmita
tes pensantes:magis per humilitatis & mansuetu
dinis leuamentum student peccantes ab erroris la
queo eruere: q̄ per austeritatem in foueam perdi/
tionis nutantes ꝓpellere. Vnde doctor gentium.
Factus sum inquit infirmus infirmis.

Hieronymꝰ & habetur di.xxxxv.Sed illud.
Sed illud nó ociose transcurrendum est: q; uno pec
cante ira dei super omnem populum uenit. Hoc
quomodo accidit? Quando sacerdotes qui popu/
lo præsunt erga delinquentes beniuoli uideri uo/
lunt. Et uerentes peccãtium linguas: ne forte ma
la de eis loquantur: Sacerdotalis seueritatis imme
mores nolunt complere: quod scriptum est. Peccã
tem coram omnibus argue: ut cæteri metum ha/
beant. Hieronymus super Ecclesiasticũ.
Nemo audet accusare maiorem: ꝓpterea quasi san
cti & beati: & in præceptis dei ambulantes augẽt
peccata peccatis. Difficilis est accusatio in episco/
pum. Et enim si peccauerit: non creditur: & si con
uictus fuerit non punitur. Hieronymꝰ super illud
ad Ephesios. Magis arguite &c.
Inter cætera mandata peccantes posse arguere ma
ximæ libertatis est. Sed ille potest facere: qui non
meretur audire. Hypocrita eiice primum trabem
de oculo tuo. Hieronymus ad Rippariũ
& habetur.xxiii.q.viii.Legi.
Non est crudelitas crimina pro deo punire: sed pie/
tas. Hieronymus super epistola ad Titũ
Quomodo potest præses ecclesiæ auferrẽ malum de
medio eius: qui in delictum simile corruerit: aut q̃
libertate corripere peccantem potest: quum tacitꝰ
ipse sibi respondeat: eadem se admisisse quæ corri
Ambrosiꝰ. pit. Ambrosius.liº.de officiis. & habetᷓ
xxiii.q.iiii.Est iniusta.
Si quis latronem filiis deprecantibus motus: & la/
chrymis coniugis eius inflexus absoluendum pu/
tat: cui adhuc latrocinandi aspirat affectus: Non
ne innocentes tradet exitio: qui liberat multorũ
exitia cogitantem? Certe si gladium reprimit: uin
cula dissoluit: laxat exilium: Cui latrocinãdi qua
potest clæmentiori uia non eripit facultatem? qui
uoluntatem extorquere non potuit. Ambro
sius in pastorali: siue liº.de sacerdotali dignitate.
Qui cordis sui domum excolere non ualet: quomo
do plurimorum adhibebit diligentiam? Et qui pec
cati trabem ex suo non potest eruere oculo: quo/
modo ex alterius oculo poterit amputare festucã?
Ambrosius sup capitulo. xxi. Matthæi.
Grauissimus nodus in ligno non potest expelli: nisi
grauissimo oppressorio. Ambrosius sup Lucã.
Plus proficit amica correctio: q̃ accusatio turbulen
ta. Illa pudorem incutit: hæc indignationem mo/
uet. Ambrosius Ibidem.
Nouit deus mutare sententiam: si tu noueris emen
dare delictum. Ambrosius super episto/
la prima ad Corynthios: Tractans illud: Modi/
cum fermentum &c.
Peccatum unius: quod cognitum non arguitᷓ: mul
tos contaminat: Immo omnes qui norunt & non
deuitant: aut quum possunt arguere dissimulant.
Non enim sibi uidetᷓ peccare: quando a nullo cor
ripitur uel uitatur. Ambrosius in sermo
ne ad uincula Petri.
Non osculatur semper pater filium: sed aliquando
castigat. Ergo quando castigatur qui diligitᷓ: tunc
circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor
plagas suas: quæ dulciores sunt: quum amarius i/
feruntur. Dulcior enim est religiosa castigatio: q̃
blanda remissio. Gregorius Ioanni epõ Gregorius
Constantinopolitano. & habetᷓ di.xlv.Quid autẽ.
Quid autem de episcopis: qui uerberibus timeri uo
lunt: canones dicant: bene fraternitas uestra no/
uit. Pastores enim facti sumus: non percussores:
Egregius prædicator dicit. Argue: obsecra: incre/
pa: in omni patientia & doctrina. Noua uero atq;
inaudita est ista prædicatio: quæ uerberibꝰ exigit
fidem. Gregorius i pastorali caº.xxxviii.
Non nunq̃ qui inter flagellorum duriciam rema/
nent incorrecti: dulci sunt admonitione mulcen/
di. Nam plerumq; quos cruciamenta non corri/
gunt ab iniquis actibus: lenia blandimenta com/
pescunt. Quia & ægros quos fortis pigmẽtorum
potio curare non ualuit: ad salutem pristinã tepẽs
aq̃ reuocauit. Gregoriꝰ in pastorali cº.xlviii.
Si quis est domini: iungatur mihi. Si ille dei dicitur:
qui ad feriẽda uitia zelo diuini amoris excitatur:
profecto se esse dei denegat: qui: in quantum suffi
cit: uitam carnalium corrigere recusat. Fit plerum
q; deo gratior amore ardens post culpam uita: q̃
securitate torpẽs inocẽtia. Greg.in pastorali.
Tunc proteruos melius corrigimꝰ: quum ea quæ
bene egisse credunt: male acta mõstramus: ut un/
de adepta gloria creditur: inde utilis confessio sub
sequatur. Gregorius Ibidem.
Maior culpa: quo citius: quia culpa est: agnoscitur
eo etiam celerius emendatur. Minor uero dum q̃
si nulla creditur: eo peius: quo & secutius in usu
tenetur. Gregorius in pastorali.
Iuuenes plerunq; seueritas admonitionis ad profe
ctum dirigit: Senes uero ad meliora opera depre/
catio blanda componit.
Gregorius in pastorali & moralium.
Sæpe hoc magnis doctoribus mirandisq; cõtingit:
ut quo alta charitate feruent: modum correctiõis
exaggerent: ut lingua aliquid: quod nõ debet: di/
cat. Quia mentem dilectio quantum debet iflam
mat. Gregorius in Pastorali.
Sicut laudabile decretum est reuerentiam & hono
rem debitum exhiberẽ maioribus: Ita rectitudinis
& dei timoris est: Si quid in eis correctione idiget:
nulla dissimulatione postponere: Ne totum cor/

pus:(quod abſit:)incipiat morbus inuadere.Si lã
gor non fuerit curatus in capite.

Gregorius lib.vi.moralium.

Mundus eſſe a uitiis debet qui aliena corrigere cu
rat:Quatenus:quanto perſpicacius aliis fugiẽda
uideat:tanto hoc ipſe per ſcientiam & uitam ue
rius declinat.Quia nequaq̃ pure in membro ma/
culam conſyderat oculus:quem puluis grauat: &
ſuperiectas ſordes tergere non ualẽt manus:quæ
lutum tenent. Gregorius li°.x.moralium.

Quum quis proximorum mala corrigere non ua/
let:taceat.Sed quæ corrigi loquendo poſſunt:ſilẽ
tio conſenſum pertimeſcat. Greg.Ibidem.

Corda iuſtorum inflammantur:quum nõ correcta
creſcere conſpiciunt acta malorum:eorumq; cul/
pæ ſeſe participes credunt:quos in iniquitate cre/
ſcere ſilendo permittunt.

Gregorius li°.xviii.moralium.

Sunt nonnulli qui dum malefacta hominum laudi
bus efferunt:augent quæ increpare debuerant.

Gregorius li°.xxi moralium.

Si ab increpatione iccirco reticemus:quia ꝯtra nos
inſurgere deriſionis odia formidamus:Nõ iam lu
cra dei:ſed noſtra q̃rimus. Gregorius li°.xxii.
moraliũ ſup illud Iob.xxxi.Si celaui in ſinu meo.

Multi homines & culpam confitentur:& humiles
non ſunt.Nam multos nouimus qui arguẽte nul
lo:peccatores ſe confitentur.Quum uero de cul/
pa ſua fuerit fortaſſe correpti:patrocinium defen
ſionis quærunt:ne peccatores eſſe uideantur.

Gregorius li°.xxvi.moralium.

Si is qui corrigere nititur ira ſuperat:opprimit:an/
teq̃ corrigat:Nam dum pluſquam debet accendi
tur:ſub iuſtæ ultionis obtentu ad immanitatẽ cru
delitatis effrenatur. Greg.li.xxvii.moraliũ.

Piorum conſcientiæ grãde ſibi præmium credunt:
quum munda quibuſdam ſuis illicitis actionibus
arguuntur.Ponunt ergo ante oculos cordis:quia
diſtrictum iudicium tanto breuius ſuper eos miti/
gabitur:quanto acrius homine arguente præue/
nitur:Et temporalem iram ſuper ſe lucris compu
tant:per quam ſe æternam euadere non ignorãt.

Gregorius li°.xxvi.moralium.

In correptione quippe uitiorum ſubeſſe debet ira/
cundia:non præeſſe:Vt executionem iuſticiæ nõ
dominando præueniat:ſed ſimulando ſubſequaẽ

Gregorius in regiſtro.

Qui non corrigit reſecanda:committit:& faciẽtis.
culpam habet:qui quod poteſt corrigere:negligit
emendare. Gregorius in Regiſtro.

Manifeſta peccata non ſunt occulta correctõe pur
ganda:ſed palam ſunt arguẽdi:qui palam nocẽt:
ut dum aperta obiurgatione ſanantur:hii qui eos
imitando deliquerant corrigantur.Dum.n.unus
corripitur plurimi emendantur.Et melius eſt:ut p
multorum ſalute unus condemnetur:q̃ per unius
licentiam multi periclitentur.

Gregorius ſuper Ezechielem homel.ii.

Si autem aliter aut quid loquatur:aut quibus dica
tur:non uigilanter cõſpicitur:ualde periculoſum
eſt.Verecundæ enim mentes ſi quas fortaſſe cul/
pas admiſerint:leuiter arguendæ ſunt.Quia ſi
aſperius arguantur franguntur potius:q̃ erudian
tur.At contra mentes aſperæ & impudentes ſi in
crepatæ leuiter fuerint ad maiores culpas ipſa le/
uitate prouocantur.

Gregorius ſuper Ezechielem homelia.vi.

Paulus Arguit Petrum:Petrus uero laudauit Pau
lum.Amicus ergo ueritatis laudauit ꝙ repræhen
ſus eſt.Seq; etiam minori fratri ad conſenſum de/
dit:quatenus qui primus erat apoſtolatus culmi/
ne eſſet & primus humilitate. Greg.Ibidem.

Ecce a minori ſuo repræhenditur:& repræhẽdi nõ
dedignatur.Non ad memoriam reuocat:ꝙ prim⁹
apoſtolatu uocatus eſt:nõ ꝙ claues regni cæleſtis
accepit. Greg.ſuper euangelium homelia.vi.

Verba ſapiẽtum quaſi ſtimuli.Clauis atq; ſtimulis
uerba ſapientum comparantur:Quia culpas de/
linquentium neſciunt calcare:ſed pungere.

Ioannes Chryſoſtomus in ſuo Dyalogo li°.ii. Io.Chryſ.

Non uniformiter ſecundum menſuram delictorũ:
increpationes quoq; oportet inferri:ſed diligẽter
inſpicere eorum qui deliquerunt uires atq; propo
ſitum:Ne forte uolẽs rupta ſarcire maiorem ope/
retur diruptionem:& cupiens exigere collapſa:ca
ſum inferat grauiorem. Io.Chryſoſtomus
ſuper illud.Matthæi.xxviii.Digito autẽ ſuo &c.

Circa uitam tuam eſto auſterus:Circa aliorum be
nignus.Audiant te homines parua mandantem:
& grauia facientem.

Io.Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Omnis correptio ſimilis eſt cæteris tentationibus.
Sicut enim omnis tentatio fideles quidem ædifi/
cat magis:infideles autem ampli⁹ deſtruit:Sic &
omnis increpatio religioſum hominem meliorem
facit.Imſorem autem & malum conturbat:& ad
deteriora irẽ compellit.

Io.Chryſoſtomus ſuper Ioannem.

Quum arguuntur uitia:& inde ſcandalum oritur:
ipſe ſibi ſcandali cauſa eſt:qui fecit:quod argui de
beat:non ille qui arguit.

Iſydorus de ſummo bono li°.iii.ca°.xxxii. Iſydorus

Non debet uitia aliena corripere:qui adhuc uitioꝝ
contagionibus fuerit inuolutus.Improbum enim
eſt arguere quicq̃ in alio:quod adhuc repræhẽdit
in ſe ipſo.Qui enim ueraciter fraternam uult cor

ripere: ac sanare infirmitatem: talē se praestare fraternae utilitati studeat: ut eum quem corripere cupit: humili corde admoneat. Sicut enim uiri spirituales alieni peccati emendationem expectāt: Ita proterui delinquentibus deridendo insultant. Et quantum in ipsis est insanabiles putant.

Isydorus Ibidem. cap. xlvi.

Qui blando uerbo castigatus nō corrigitur: acrius necesse est arguatur. Cum dolore sunt abscindenda: quae leniter sanari non possunt.

Isydorus de summo bono lib. iii. c°. lxxxxi.

Qui delinquentem superbo uel odioso animo corripit: non emendat sed percutit. Quicquid enim ꝓteruus uel indignans animus protulerit: obiurgātis furor est: non dilectio corrigentis.

Isydorus lib. iii. cap. lxxxxvi. de sum. bo.

Qui admonit⁹ secreto de peccato corrigi negligit: publice arguendus est: ut uulnus quod occulte sanari nescit: manifeste debeat emendari. Ibidem.

Facilius reprehendimus uitia aliena: q̄ nostra. Nā saepe quae peruersa in aliis iudicamus: in nobis nocibilia eē min⁹ sentim⁹: Isydorus lib. iii. in fine.

Plaerunq; princeps iustus malorum errores dissimulare nouit. Non q; iniquitati eorum cōsentiat: sed q; aptum tempus correctionis expectet: quādo eorum uicia uel emendare ualeat: uel punire.

Bernardus Bernardus tractās illud Matthaei. xxiii.

Duces caeci excolātes culicē: camellū āt glutiētes. Praelati nostri culicem ligant: & camellum deglutiunt: dum maiora praetermittentes minora discutiunt: optimi rerum aestimatores: qui magnam in minimis: & paruam: aut nullam in maximis adhibent diligentiam.

Bernardus super cant. sermone. xliii.

Non est contemnenda increpatio: quae ruina peccati: sanitas cordis est: Nec non & dei uia ad animā.

Bernardus super cant.

Magna crimina & tarde credenda sunt: quum audiuntur: & citius punienda: quum uera agnoscuntur. Bernardus de Consyderatione lib. iii.

Impunitas: incuriae soboles: insolentiae mater: radix impudiciciae: transgressionum nutrix est.

Leo. Leo. ꝑꝑ. & habetur Di. xlv. Licet.

Licet nonnunq̄ accidant quae in sacerdotalib⁹ sunt reprehendenda personis: Plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia: q̄ seueritas: plus exhortatio: q̄ comminatio: plus charitas q̄ potestas.

Cassiodo. Cassiodorus lib. i. epistola. xv.

Malum quum perseuerat augetur: Et remediabile bonum est accelerata correctio.

Cassiodorus lib. v. epistola. x.

Pudoris sustinere iacturam nesciunt: qui se pri⁹ iudice corriguntur. Cassiodor⁹ sup ꝑs. xxxviii.

Iniquitas quippe mortalium more putredinis sine fine uagaretur: si eam medicinalis increpatio minime desecaret. Origenes super leuiticū ca°. xxxiii. Tractans illud. Si uideris fratrem tuū peccare: argue eum inter te & ipsum. Origenes.

Non uult te dominus: si forte uideris peccatum fratris tui: continuo euolare ad publicum: & proclamare passim: & diuulgare aliena peccata: Quod esset utiq; non corrigentis: sed potius infamātis: Solus inquit inter te & ipsum corripe eum: ubi .n. seruari sibi mysterium uiderit: ille qui peccat: seruabit & ipse emendatiōis pudorem. Si uero diffamari se uiderit illico ad denegandam impudentiā conuertetur: & non solum non emendaueris peccatum: sed & duplicaueris.

Origenes super leuiticum.

Si assumpseris peccatorem & monendo: docendo: instruendo: abduxeris ad poenitētiam: ab errorib⁹ correxeris: a uitiis emendaueris: & feceris eum talem: ut econuerso propitius fiat illi deus: pro delicto repropiciasse diceris. Si ergo talis fuerit sacerdos: & talis fuerit doctrina sua: & sermo tu⁹: pars tibi datur eorum quos correxeris: ut illorum meritum tua merces sit: & illorū salus tua sit gloria corā deo. Innocēti⁹ ꝑꝑ & hētur di. lxxxiii. Error. Innocēt⁹.

Error cui non resistitur approbatur: & ueritas quū minime defensatur opprimitur. Negligeī quippe quum possis perturbare peruersos: nihil est aliud q̄ fouere. Neq; caret scrupulo societatis occultae: q manifesto facinori desinit obuiare.

Rabanus super illud. Matthaei. xviii. Si peccauerit in te frater tuus. Rabanus.

Ita peccat qui uidet fratrem peccare & tacet: sicut qui poenitenti nō indulget. Nam qui dixit. Si peccauerit dimitte: praemisit. Si peccauerit increpa: Ne difficilis sit uenia: & remissa indulgentia.

Rabanus super illud. Matthaei. viiii.

Surge & surrexit.

Leuis leuiori: & occulta culpa secreta indiget poenitentia. Seneca epistola. xl.

Audebo peccanti mala sua ostendere: uitia ei⁹ si nō excidero inhibebo. Nō desinent: sed intermittēt. Fortasse autem desinent: si intermittendi consuetudinem fecerint. Seneca lib. de beneficiis. Seneca.

Iniusti iudicis est bene agentem non remunerarī: & negligentem non corripere.

Seneca in prouerbiis.

Amici uitia: si feras: tua facis. Seneca Ibidem.

Cum his conuersare: qui te corrigant. Ibidem

Secreto corripe amicos: palam lauda.

Seneca lib. de moribus.

Vitia transmittit ad posteros: qui praesentibus culpis ignoscit. Ibidem.

· Bonis nocet:q malis pcit. Seneca li°.de mori.
Nemo prudēs punit:qa peccatū est: sed ne peccet.
Res enim optima est: non sceleratos extirpare:
sed scelera. Ibidem.
· Nobilis equus umbra uirgæ regitur:ignau⁹ nec cal
caribus concitari potest. Ibidem.
Vulgi imperitiā ad res iustas sola astringit necessitas.
Seneca lib.de Clæmentia ad Neronem.
In iudicando siue corrigendo hæc tertia lex secuta
est:quam princeps quoq; sequi debet:ut aut eum
quem punit:emendet:aut pœna eius cæteros me
liores reddat:aut sublatis malis:securiores cæte/
ri uiuant. Seneca Tragædia.vi.
· Qui non uetat peccare quum possit:iubet.
Aristoteles lib.vi.de animalibus
Bonum est q parentes corrigant filios ociosos: ut
res ociosas a se eiiciāt.Et ideo rectores apum ocio/
Aristoteles sos a se eiiciunt. Aristoteles lib.x.Aethicoꝝ.
· Oportet bonos prouocare ad uirtutes per præmia:
Malos autem per pœnam.Insanabiles autem ex
terminare. Aristoteles lib.iiii.polyt:coꝝ.
Non solum oportet puericiam a principio instrue/
re:Sed etiam ipsam oportet corrigere.
Laerti⁹ Diogenes d̄ uita & morib⁹ philosophoꝝ.
Non solum peccantes:sed peccaturos plecti opor/
Laertius. tet.dicebat Periander. Laertius Dioge/
nes de uita.& moribus philosophorum.
Radices disciplinæ esse amaras: fructus uero dul/
ces.dicebat Aristoteles. Laertius Dioge
nes de uita & moribus phylosophorum.
· Idem dicebat ex parentibus honorabiliores eē eos:
qui instruunt:q̄ qui generant:Quoniam hii qui/
dem dant uiuere:Illi uero bene uiuere.
Laertius diogenes de ui.& mo. philosophoꝝ.
Sicut in bonis actibus laudari uis:ita in delictis pa/
tienter accipe:si culperis.dicebat.Xistus pythago
Plutarch⁹. ricus. Plutarchus in Apophthegmatib⁹
Cato senior aiebat malle pro collato beneficio gra
tiam non recipere:q̄ pro illata iniuria supplicium
non subire:& his semper omnibus q deliquerunt
præterq̄ sibi:ueniam dare.
Macrobi⁹. Macrobius Saturnalium lib.vii.
Ergo si oportunitas necessariæ repræhēsionis emer
serit:sic a phylosopho proficiscetur:ut & tecta: &
efficax sit.Dolor enim semper repræhensionē uel
Cicero iustam sequitur. Cicero in Paradoxis.
Nec enim peccata rerum euentu:sed uitiis homi/
num metienda sunt.Non quomodo fiant:sed a q
bus.In quo peccatur:id potest esse alio maius: aut
minus.Ipsum quidem peccatum quoquo te uerte
ris unū ē. Cicero.Rhætoricoꝝ nouoꝝ li°.iii.
Vlcisci male meritos oportet.
Cicero Rhæticorum nouoꝝ lib.iiii.

Qui adolescentium peccatis ignosci putant oporte
re:falluntur:propterea q illa ætas non est impedi
mento bonis studiis. Cicero Ibidem.
At hii sapienter faciunt:qui adolescentes maxime
castigant:ut quibus uirtutibus omnem uitam tue
ri possint:eas in ætate maturissima uelint compa/
rare. Salustius in Iugurta. Salustius
Hortor ne ignoscendo malis bonos perditum ea/
mus. Ibidem.
Bonus tantummodo fit segnior:ubi negligas:ma/
lus uero improbior. Salustius in Iughurta.
Imperator prohibendo a delictis:magis q̄ uindici/
do melius exercitum confirmat. Valeri⁹ Val.maxi.
maximus lib.ii.titulo de disciplina millitari.
Aspero enim & abscisso castigationis genere milli/
taris disciplina indiget.
Paulus orosius de ornesta.lib.vii. P.Orosius
Boni pastoris est tondere pecus:non deglubere.
Plautus in Curculione. Plautus
Qui monet:quasi adiuuat.Plautus in Trinumio.
Si tu ex amicis certis mihi es certissimus:si quid me
scis fecisse inscite:aut improbe:si id me non accu/
sas:tu te ipse obiurgandus es.
Terentius in Andria. Terentius
Pro peccato magno paululum supplicii satis ē pri.
Terentius comedia.iii.
· Deteriores nos omnes sumus licentia. Ibidem
Mala docet te facilitas multa.
Ouidius metamorphes.lib.i.fa.vi. Ouidius.
· Cuncta prius tentanda.Sed immedicabile uulnus
Ense recidendum est:ne pars sincera trahatur.
Ouidius metamorpho. lib.ii.fa.i.
Dum resq; sinit tua corrige uota. Idē amorū lib.ii.
elegia ultima.
Quodlibet eueniat.Nocet indulgentia nobis.
Quod sequitur fugio:quod fugit ipse sequor. Idē
lib.iii.de ponto elegia.ultima.
Corrigere at res est tanto magis ardua: Quanto
Magnus Aristarcho maior Homerus erat.
Horatius in arte poetica. Horatius.
Quicquid præcipies esto breuis:ut cito dicta
Percipiant animi dociles teneantq; fideles. Ibidē
Sunt delicta tamen:quibus ignouisse uelimus.
Nā neq; corda sonū reddit quē uult man⁹ & mēs:
Poscenti q; grauem persæpe remittit acutum.
Nec semper feriet quodcunq; minabitur arcus.
Horatius sermonum lib.i.satyra.iii.
Stultus & improbus hic amor est:dignusq; notari.
Quum tua peruideas oculis mala lippus iunctis:
Cur in amicorum uitiis tam cernis acutum:
Quam aut aquila:aut serpens Epidaurius?
Horatius Ibidem.
Adsit.Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas.

Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Horatius epistolarum lib.i.epistola.i.

Feruet auaricia: miseraq; cupidine pectus?
Sunt uerba & uoces: quibus hunc lenire dolorem.
Possis: & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula: quae te.
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus: iracundus: iners: uinosus: amator?
Nemo adeo ferus est: ut non mitescere possit:
Si modo culturae patientem commodet aurem.

Menader. Menander

ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί.
αὐτοὶ δ᾽ ἁμαρτάνοντες οὐ γιγνώσκομεν.
Omnes sumus in admonendo sapientes:
Nos uero ipsos aberrantes nō cognoscimus. Idē.
ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.
Facilius admonere q̄ patientem tolerare.

COrreptio. g̃: ἐπίλη/ψις.εως.ἡ. uel ἔλε/γχεις.εως.ἡ.& ἐλέ/γχω corripio dicitur. Est autem proprie cor/ripere ostendere turpi/tudinem peccati hortā/do ad emendationem. Sed corrigere est coge/re ad hoc per poenas: li/cet quandoq; alterum pro altero ponatur. ex. b. Tho.iiii sen.di.xviiii.q.ii.ar.i.

COrruptibile graece: φθαρτὸν.οῦ.τὸ.& φθείρω corrumpo dicitur. Est autem cor/ruptibile id quod prius quidem ens: nunc autem non ens: aut contingēs quandoq; posterī non esse. secundum Arist.li°.i.de Caelo & Mūdo.

COrruptio graece: φθορὰ.ᾶς.ἡ.& φθει/ρόμενος corruptus dicitur. Et ē corruptio. mutatio ex ente in non ens. secundū Ari/stotelem lib.ii.de generatione & Cor.

COrruscatio graece ἀστραπὴ.ῆς.ἡ.& ἀστράπτω corrusco: & fulguro. Et est exhalatio sicca extrusa e nubibus: quae se/cundum multas partes ignit' subtili ac debili igni/tione: & fit posterius tonitruo: sed uidetur prius. Quia uisus anticipat auditum: secundum Aristo/telem.lib.ii.Metha.

Duae partes mundi: ut idem Arist. ait: in imo iacent Terra & aqua. Vtraq; ex se reddit aliquid. Terre/nus uapor siccus est: & fumo similis. hinc uentos: fulmina: tonitura facit. Aquae uero halitus humi/dus est: hic nubes: pluuias: niues creat. Sed siccus ille terrarum uapor quum coaceruatus ē coitu nu/bium uehemēter a latere eliditur: & latus nubes proximas ferit: haec plaga cum sono icutitur: qua/lis in nostris ignibus redditur: quum flamma uitio lignorum urentium crepat: & illic spiritus habēs aliquid humidi secum conglobatus rumpit' in flā/ma. Eodem modo spiritus ille qui ex collisis nubi/b' exprimitur: alus impactis: neq; rumpi: nec exi/lire silentio potest. Dissimilis uero crepitus fit pro/pter nubium dissimilitudinem: quare aliae maio/rem sonum habent: aliae minorem. Caeterum illa/tus expressi spiritus: ignis est: qui quum leui impe/tu accensus: & late explicitus est: fulguratio: siue fulgur: siue fulgetrū: siue corruscatio dicit'. Quū uero coact' est huiusmodi ignis: & impetu iactus fulmen appellatur. Siquidem nubium inter secō/prahēsarum angustiae medium spiritum eiiciunt: & hoc ipso inflammant: ac tormenti modo emit/tunt: ut balistas: scorpionesq; tela cum sono emit/tere uidemus.

CRapula graece: κραιπάλη.ης.ἡ.et κραι/παλῶ crapulor dicitur. Et est superflui/tas ciborum ut habetur i c.a crapula. de ui.& ho.cle.& est uocabulum graecum: licet aliq/uelint: q dicatur quasi cruda epula.

CReatio graece: κτίσις.εως.ἡ.& κτιστής.οῦ.ὁ. creator dicitur. Est au/tē creatio: emanatio uni/uersalis entus ex nihilo. se/cundum bea. Tho.ii.sen.di.i.q.i.ar.ii.

Creatio differt a genera/tione. Quia creatio nihil praesupponit. Generatio autem praesupponit ma/teriam: & ab omni alia mutatiōe: quia praesuppo/nit subiectum. b. Tho. Ibidem.

Creatio a uerbo creo dicitur: quod uenit ab hoc no/mine caro quod graece: κρέας.ατος.τὸ. d.ci/tur. Est autem creare producere: quasi carnem fa/cere. Dicitur aūt caro: non tantum de caeteris ani/malibus: Sed etiam de piscibus: pomis: & aliis si/milibus: Cuius diminutiuum est caruncula & car/nicula quae graece: κρεάδιον.ου.τό.dr̃.

Esdre tertii ca°.viii. Esdre.

Solus enim es domine & una plasmatio nos sumus manuum tuarum.

Iob.ca°.xii. Iob.

Quis ignorat q omnia haec manus domini fecerit: in cuius manu anima omnis uiuentis: & spiritus uniuersae carnis hominis:

Augustinus super Ioannem. Augustin'

Intelligat qui potest: iudicet q potest: Maius sit iu/stos creare: q̄ impios iustificare. Certe enim & si aequalis est utraq; potentia: haec maioris est miseri/cordiae.

Augustinus Ibidem.

Ex perpetuitate creaturarum intelligitur creator

æternus: ex magnitudine omnipotens: ex ordine & dispositione sapiens: ex gubernatione bonus.

Augustinus lib. ii. de ciuitate dei ca°. xxi.

Tria quædam maxime scienda de creatura nobis oportet itimari: quis eam fecerit: per quid fecerit: quia fecerit. Si ergo quærimus quis fecerit: Deus est. Si per quid: dixit: Fiat: & facta sunt. Si quare fecerit: quia bona est. Nec enim author excellentior est deo: nec ars efficacior dei uerbo. nec causa melior: q̃ ut bonum creatura deo bono: hanc etiã causam condendi mundum Plato iustissimam dicit: ut a deo bono opera bona fierent.

Augustinus lib. ii. de Trinitate ca°. vii.

Non est fas angelos neq; bonos neq; malos putare creatores. Aug. li°. supportationũ pte. iii. c°. i.

Iustum est ut creatura laudet deum creatorem. Ipse enim ad laudandum se creauit: qui nostris nõ indiget laudibus. Est autem uirtus incompræhensibilis: nullius indigens: ipsa sibi sufficiens: magnus enim dominus noster & laudabilis ualde: hũc ita/q; mens diligat: lingua canat: Scribat manus: at/q; in his sanctis studiis fidelis animus se exerceat:

Augustinus ad orosium quæstione. xxvi.

Plus uidetur in deo creatura: q̃ in se ipsa uideatur: Plus in arte qua facta est: q̃ in se ipsa quæ facta ẽ.

Augustinus de Trinitate li. xv. ca°. xiii.

Deus creaturas non nouit quia sunt: Sed ideo creaturæ sunt: quia nouit eas.

Anselmus — Anselmus de misericordia dei.

Admoneo te ut sine intermissionibus recorderis q̃ dulcis & q̃ bonus sit erga te creator tuus: quanta bonitas eius fuit: q; te quum non esses creauit. Et q; te nõ pecus: aut creaturam insensibilem: sed eã creaturam fecit: quæ eũ posses intelligere: & amare: & cum eo suam æternitatem æternaq; & fælicia possidere. Bernardus in sermone.

Consydera septem in beneficio creationis. Quod creauit te commodo suo: cui Paul° ait. Bonorum meorum nõ eges: Sine merito tuo: Quia nihil ante promeruit: qui penitus nihil fuit. Cogita qualẽ fecit secundum corpus: egregiam creaturã: secundum animam magis egregiam: ut pote imaginem creatoris insignem: rationis participem: beatitudinis sempiternæ capacem. Cõsydera & dominationis potestatem. Terror enim hominis super cũcta animantia imminere decernitur: Consydera ergo largitatis administrationem: Quãta tibi lar/giturus est ad sustentationem: quanta ad eruditionem: quanta ad consolationem. quanta ad correctionem: Quãta ad delectationem. Quid ni gratias agas. Bernardus de diligendo deo.

Si totum me debeo per me facto: quid addam iam pro me refecto hoc modo. Nec enim tam facile refectus q̃ factus. In primo opere me nec mihi dedit. In secundo se: & tibi se dedit. Me mihi reddidit. Datus ergo & redditus me pro me debeo: & bis debeo: sed quid domino pro se retribuam: Nam & si me millies repẽdere possem: quid sum ad dominũ meum? . Aristoteles lib. iii. Metaphisicæ. — Aristoteles

Impossibile est aliquid fieri ex non ente.

Idem lib. i. phisicorum.

Secundũ omnes philosophantes ex nihilo nihil fit.

Aristoteles li°. i. de generatione & corruptiõe.

Ex nihilo nihil fit.



Credulitas a credo quod græce: πιστεύω: & τα χυστιυλιο.τοο.ό.ί. credulus dicitur. unde Credulitas quæ est facilitas i credẽdo. Et est duplex .s. temeraria & leuis. de hac ouidius.

Sed quia credulitas dam no solet esse puellis.

Quædam uero probabilis & discreta.

Credere est cum assensu cogitare. b. Tho. secunda secũdæ. q. ii. ar. i.

Credere est actus intellectus assentientis diuinæ ueritati. ex imperio uoluntatis motæ a deo per gratiam. b. Tho. secũda secũdæ. q. ii. ar. viiii.

Credere est dictis uel factis fidem habere: unde credulus & credulitas: aliquando est fidei committere: nonnunq̃ seruandum committere: aliquando cõfiderẽ. Interdũ mutuarẽ: hinc creditores pprie dicunt: qbus mutuata debetur pecunia. Martialis

Dimidium donare Lino: q̃ credere totum
Qui mauult: mauult credere dimidium.

Creditores tamen dicit Vlpianus eos eẽ: quibus debetur ex quacunq; actione: uel prosecutione: uel iure ciuili: sine ulla exceptionis perpetuæ remotione: siue honorario: siue ordinario: siue extraordinario: siue pure: siue in diem: siue sub conditione.

Creditum etiam a credo deducitur: & significat id quod nobis debetur. Differtq; hoc a mutuo: quo genus a specie. Nam creditum consistit extra eas res quæ pondere: numero: mensura ue continentur: sicuti si eandem rem recepturi sumus: creditũ est non autem mutuum. Item mutuum nõ potest esse nisi pecunia: aut alia res proficiscatur. Creditum autem fit interdum etiam si nihil proficiscatur: ueluti si post nuptias dos promittatur.

Phocylides. — Phocylid.

μὴ πίστευε τάχιστα. πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.

Noli credere celerrime: anteq̃ uere finem uideas.

Hesiodus — Hesiodus.

πίστευς δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Credulitates sane simul & incredulitates perdide-
Menāder. runt uiros. Menander.
μὴ πάντα πειρῶ πᾶσι πιστεύειν ἀεί.
Ne omnia conare omnibus credere semper.

CRiminatio graece: διαβολή. ῆς. ἡ. & διάβολος. ου. ὁ. accusator dicitur. Et ē contentiosa contumelia: Est enim crimen proprie quod per contentionem alicui obiicitur. & a cerno crimen dicitur: ut a discerno discrimen. Cernere autem est contendere. Plautus. Propria Amphitrio dum cernit cum hostib⁹. hinc per metaphoram aliquando crimen pro delicto ponitur. Seneca. Vitam agens simplicem: rectā sine crīe.

CHristus graeca dictio ē: nam χριστός. ου. ὁ. unctus & χρίω ungo: & χρίσις. ιος. ἡ. unctio dicitur. Christi aduentus: gr̄: χριστοῦ παρουσία. & παραγίγνομαι aduenio dicitur.

Christi aduentus Triplex: in carne: per incarnationem: de qua infra in Christi incarnatio: in mente per gratiam: Ad iudicium: de quo infra. in Iudicium finale. ex bea. Tho. super Isa. prolo. co. ii. fi.

Genesis
Genesis capitulo. xlviiii.
Non auferetur sceptrum de Iuda: & dux de femore eius donec ueniat qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium. ligans ad uineam pullū suū: & ad uitem o fili mi asinam suam. Lauabit ī uino stolam suam: & in sanguine uuae palium suum. Pulchriores sunt oculi eius uino: & dentes eius la-
Matthae⁹. cte cādidiores. Matthaeus in Euāgelio c°. xx.
Filius hominis non uenit ministrari: sed ministrare: & dare animam suam redemptionem pro multis.
Augustin⁹ Augustinus super Ioānem & in glosa primae Tymothei ca°. primo.
· Nulla causa ueniendi Christo domino: nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos: tolle uulnera: & nulla causa ē medicinae. Venit ergo de caelo magnus medic⁹: quia per totum ubiq; iacebat aegrotus. Gen⁹ ergo humanum totum perierat: ex quo peccauit unus in quo totum erat: ideo uenit unus sine peccato qui saluos faceret omnes sine peccato. Non enim eum de caelo ad terram merita nostra: sed peccata traxerunt.
Augustinus super Ioannem.
Pater & Filius & spiritus ueniunt ad nos: dum uenimus ad eos. ueniunt subueniendo: ueniunt Illuminando: ueniunt obediendo. ueniunt metuēdo: ueniunt implendo: uenimus capiendo.
Hieronymus super Matthaeum. Hierony⁹.
· Signum aduentus dominici est in toto orbe euangelium praedicari: ut nullus sit excusabilis: quod aut iam completum est: aut in breui credo cōplendum. Non enim puto aliquam remansisse gētem quae Christi nomen ignoret.
Ambrosius super lucam. Ambros⁹.
Hoc tempus non sine causa domini aduentus uocatur. Ideo enim sancti patres celebrar coeperunt aduentum: ut se unusquisq; praeparet fidelis & emēdet: ut digne dei sui natiuitatem ualeat celebrare.
Ambrosius Ibidem.
Ille iustus uenit ad nos peccatores: ut ex peccatoribus faceret iustos. Pius uenit ad ipios: ut nos pios: humilis uenit ad superbos: ut ex superbis faceret humiles. Ambrosius super prima. Thes. c°. i. Si dissensio uenerit &c.
· Nō prius ueniet dominus: q̄ regni romani defectio fiat & appareat antichristus: qui interficiat sanctos: Reddita romanis libertate: sub suo tamē nomine. Bernardus in sermone de aduentu. Bernard⁹.
· Dignum est fratres: ut tota deuotione domini celebremus aduentum: delectati tanta consolatione: stupefacti tanta dignatione: inflammati tanta dilectione. Nec solum cogitemus aduentum quo uenit: & quar̄: Quia saluum faceret quod perierat: Sed & illum nihilominus quo ueniet: & assumet nos ad se ipsum: ut circa hos duos aduentus iugi meditatione uersemur: ruminantes in cordib⁹ nostris: quantum in priore praestiterit: quantum promiserit in saeculo. Beda super cant. li. iii. Beda.
super illud. Veni in hortum meum.
Venio: ut errātes corrigā: & infirmātes adiuuem: & dubitātes in fide affirmē: & gētiū fructib⁹ pfectis quasi suauissimis: & certātes ab hostiū defendā īsidiis: & uictores hostiū ppetuae uisiōis meae corona remunerem. Dantes Paradisi cant. vii. Dantes.
Lhumana specie inferma giaque
Giu per seculi multi in grande errore:
Fin chal uerbo di dio descendere piaque.

CHristi ascensio. gr̄: χριστοῦ ἀνάβασις: & ἀναβαίνω ascendo dicitur. Christi ascēsio fuit secundum utranq; naturam ex. b. Tho. iii. parte q. lvii. ar. i. & . iii. sen. Di. xxii. q. iii. ar. i.
Marcus in euangelio capitulo ultimo. Marcus.
Et dominus quidē Iesus postq̄ locutus est discipulis:

aſſumptus eſt in cælum: & ſedet a dextris dei.

Auguſtinꝰ

Auguſtinus in ſermone de aſcenſione.

Aſcenſio dei Catholicæ fidei confirmatio fuit: ut ſecuri in poſterum crederemus & miraculi illius donum: cuius etiam in præſenti perciperemus effectum. Auguſtinus Ibidem.

· Nos Chriſti mors uiuificauit. Nos reſurrectio erexit. Nos chriſti aſcenſio conſecrauit. Ibidem.

Reſurrectio domini ſpes noſtra eſt: aſcenſio glorificatio noſtra. Si ergo recte: Si fideliter: ſi deuote aſcenſionem domini celebramus: aſcendamꝰ cum illo: & ſurſum corda habeamus.

Auguſtinus de fide & Symbolo.

Vbi & quomodo ſit in cælo corpus dominicum: curioſiſſimum: & ſuperuacuum eſt quærere. Tantummodo in cælo eſſe credendum eſt.

Auguſtinus de Agone chriſtiano.

Corpus non aſcendit: ſed leuatum eſt in cælum: illo leuante qui aſcendit. Si enim quiſq; deſcendat: uerbi gratia: nudus in monte: quum autem aſcendat ueſtiat ſe: & iterum aſcendat ueſtitus: Ratione utiq; dicimus. Nemo aſcendit niſi qui deſcendit. Auguſtinus in ſermone de Reſurrectione.

Quorum ſepulchra in paſſione domini ſunt patefacta: horum corpora Chriſto reſurgente de puluere ſunt ſuſcitata. Decebat enim: ut ille prius reſurgeret: deinde illi: Sicut dicit Apoſtolus Paulus. Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Et ſicut cum domino ſurrexerunt: ita cum eo aſcendente: etiam ipſi aſcendiſſe creduntᷣ.

Auguſtinus & eſt in gloſa Apocalypſis xii. ſuper illud. Raptus eſt filius eiꝰ ad Tronum eius.

Raptus eſt dei filius ab humãitate ad diuinitatem: In tranſfiguratione a paſſibilitate ad immortalitatem: In reſurrectione a minoritate ad patris æqualitatem: in aſcenſione quia quantus fuit deſcenſus a ſinu patris ad patibulum crucis: tantus fuit aſcenſus a patibulo crucis uſq; ad dexteram patris. Auguſtinus tractans illud. Actuum primo. Eleuatus eſt in cælum.

· Quum audis eleuatum: agnoſce militiæ cæleſtis obſequium: non auxilium: ſeruitium: non ſubſidium: miniſterium: non adiutorium.

Hieronyꝰ.

Hieronymus ſuper illud. Attolite portas principes ueſtras.

Virtutes miniſtræ præcedentes Chriſtum in aſcenſione ad alias uirtutes clamant ut iam domino uenienti aperiant eiq; occurrant. Reſerate inquiunt cæleſtes aditus: uenienti domino æternalis ingreſſus pateat: aperiantur æthereæ ianuæ: & æternarum ædium ualuæ: & introibit rex gloriæ in cælum: ut ad dexteram patris interpellet pro nobis. Ipſe enim uirtutes angelicæ nouo myſterio carne induti ſtupefactæ: quærunt cum admiratione. Quis eſt iſte rex gloriæ? Quibus reſpondent aliæ. Dominus uirtutum &c. Licet enim multi ſcirent ipſum eſſe hominem: non tamen ſciebant humanam naturam ſupra ſe exaltandam.

Gregorius

Gregorius. homelia. xxviii. ſuper euangelium tractans cant. ii. Ecce uenit i mõtibꝰ.

· Vultis eius ſaltus cognoſcere? de cælo uenit in uterum: de utero uenit in præſepium: de præſepio in crucem: de cruce uenit in ſepulchrum: de ſepulchro redit in celum.

Gregorius in homelia.

· Saluator noſter qui quum in ea carne quam aſſumpſit aſcenderit in cælum: peragre profectus eſt. Quia locus carnis propriæ terra eſt: quæ quaſi ad peregrina loca deducitur: quum in cælo collocatᷣ.

Gregorius homelia. xxviii.

Illo reuertebatur Chriſtus ubi erat: & inde redibat ubi remanebat: qa quum per humãitatem aſcenderet in cælum: per deitatem ſuam & terram pariter continebat & cælum.

Gregorius ibidem.

Oportet fratres chariſſimi: ut illuc ſequamur corde: ubi Chriſtum credimus corpore aſcendiſſe. Et ſi adhuc hic tenemur infirmitate corporis: ſequamur tamen cum paſſibus amoris: Quia is qui placidus aſcendit: terribilis redibit.

Gregorius homelia. xxviiii.

In hac ſolemnitate deletum eſt Chyrographum noſtræ damnationis: Mutata eſt ſententia noſtræ corruptionis. Illa enim natura cui dictum eſt. Terra es: & in terrã ibis: hodie in cælum iuit.

Ioannes Chryſoſtomus in homelia hodierna. Io. Chryſ.

Natura cuius cauſa paradiſus a Cherubin cuſtodiebatur: hodie ſuper Cherubin cum ſummo honore ſuſcepta eſt. Et natura: cui dictum eſt. Terra es & in terram reuerteris: hodie in cælum iuit: & ſine termino ſuper cælos regnat.

Ioannes Chryſoſtomus tractans illud. Aſcendit ad cælos.

Refrena iram: expue maliciam: expugna luxuriam: & de peccatis uirtutibus feciſti gradum qui ducit in cælum.

Bernardus in ſermone Aſcenſionis. Bernardꝰ.

Aſcendimus duobus modis: meditatione: & oratione. Meditatio quidem quid deſit docet: oratione deſit obtinet. Bernardus ſuper cant.

Aſcenſionis quattuor dicimus eſſe gradus: prima ad cor: ſecunda i corde: tertia de corde: q̃rta ſupra cor. In pria timetᷣ dñs: In ſecũda audiᷣ cõſiliarius:

In tercia deſyderatur ſponſus: In quarta uidetur deus. Bernardus tractans illud ps. Di/ xit dominus &c.

Domino meo datũ eſt ſingulariter ſedere a dextris patris in gloria coæquali: in eſſentia conſubſtan/ tiali: pro generatione conſimili: maieſtate non di/ ſpari: æternitate non poſteriori.

Leo Leo.pp in ſermone hodierno.

Non ſolum hodie cæli poſſeſſores firmati ſum⁹: ſed ſuperna cælorum in Chriſto penetrauimus: ãplio ra recepturi: per ſuam ieffabilem gloriam: quam per Dyaboli perdideramus inuidiam. Quia quos diabolus de primi habitaculi fœlicitate eiecit: hos dei filius ſibi comparatos ad patris dextram collo cauit. Leo pp Ibidem.

Non ocioſe inter reſurrectionem & aſcenſionem xl. dies tranſiere diſcurſu. Sed magna confirma/ ta ſunt ſacramenta: Magna reuelata myſteria: In eis diræ mortis auferetur metus: uere ſimul & carnis immortalitas declaratur. In his inſufflatio ſpiritus ſancti infunditur: In his beato Petro ſu/ per cæteros ouillis dominici cura mandatur.

Beda Beda tractans illud Ioannis.iii. Erat homo ex phariſeis.

Nemo aſcendit in cælum: niſi qui deſcendit de cæ/ lo. Quiſquis ergo in cælum aſcendere deſyderat: ei qui de cælo deſcendit: & eſt in cælo ſe uera fi/ dei & dilectionis unitate coniungat: aperte intel ligens: q nullo alio ordine niſi per eum qui de cæ/ lo deſcendit in cælum aſcendere poſſit.

Hylarius Hylarius.x. de Trinitate.

Fit caro uerbum.i. homo deus: & qui homo eſt in cælis eſt: & qui de⁹ eſt de cælis eſt. Aſcendit deſcen dens: ſed deſcendit non deſcendens. Eſt qui erat: & quod eſt non erat.



HRISTI Crux: græ/ ce χειστου σταυ/ ρὸς. & σταυρόω cru cifigo dicitur. Quid autem ſit crux & un/ de dicatur. Vide infra in Crux.

Paulus Paulus ad Gala/ thas cap°. vi.

Mihi autem abſit glo/ riari: niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt: Et ego mun/ Auguſtin⁹ do. Auguſtinus ſuper Ioannem ſermone.iii.

Crux nõ ad impotẽtiæ documentum: ſed ad exem/ plum patientiæ ſuſcepta eſt. Ibi tua uulnera cu/ rauit: ubi ſua pertulit. Ibi a morte ſempiterna te ſanauit: ubi temporaliter mori dignatus eſt.

Auguſtinus in ſermone de paraſceue.

Crux Chriſti nobis totius cauſa beatitudinis eſt: hæc nos a cæcitate liberauit erroris: hæc a tene/ bris reddidit luci: hæc debellatos reddidit quieti: hæc alienos deo coniunxit: longe cõſtitutos pro/ ximos præſentauit: hæc peregrinantes ciues oſtẽ/ dit: hæc diſcordiæ amputatio eſt: hæc pacis firma mentum: hæc donorum omnium abunda largi/ tio. Auguſtinus Ibidem.

Hodie Crux fixa eſt: & ſæculum ſanctificatum eſt. Hodie crux fixa: & dæmones diſperſi ſunt. Ho/ die crux fixa eſt: & mors ſubuerſa eſt: Hodie crux uicit: & mors uicta eſt. Hodie diabolus uinctus eſt: & homo ſolutus eſt: & deus glorificatus eſt.

Auguſtinus ſuper illud ad Galatas.vi. Mihi abſit gloriari niſi in cru. domini noſtri Ieſu chriſti.

Crucem ut in ea gloriemur dominus ſuo geſtans humero p uirga regni nobis commendauit: quod eſt grande ludibrium impiis: grande myſterium piis: & unde mundi philoſophus erubuit: Ibi apo ſtolus thæſaurum repperit: quod illi uiſum eſt ſtul ſticia: apoſtolo factum eſt ſapientia & gloria.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Signum crucis a nobis expellit exterminatorem: ſi tamen cor noſtrum Chriſtum babeat in habi/ tatorem.

Ambroſius in ſermone de paſſione.

Author pietatis in cruce pendens teſtamentum cõ didit ſingulis pietatis opera diſtribuens: apoſtolis perſecutionem: Iudeis corpus: patri ſpiritum: uirgini paranyphum: latroni paradiſum: pecca/ tori infernum: Chriſtianis uere pœnitentibus crucem commendauit.

Gregorius in homelia. Si quis uult uenire poſt me. Gregorius

Duobus modis crux tollitur: Quum aut per abſti nentiam affligitur corpus: aut per compaſſionem proximi affligitur animus.

Io. Chryſoſtomus in homelia de cruce. Io. Chryſ.

Crucem reliquit Chriſtus in terra: Sed ſecum eam leuabit ad cælum. Tanta autem erit gloria cru/ cis: q ſolis lumen reddatur obſcurum: & ſicut im/ peratorem regalis pompa præcedit: & militaris or do præeundo uexilla humeris portare conſueuit: & his eius declaratur aduentus: Sic domino de cælo ueniente: angelorum cætus ſignum illud humeris portatum e cælis regalem nobis aduen/ tum annunciat.

Bernardus ſuper cant. ſermone.lxv.

Chriſtus ĩ paſſione patientiã exhibet: humilitatem Bernar⁹. commendat: obedientiam implet: charitatẽ pficit.

His uirtutum gemmis quattuor cornua crucis ornantur: Et est super omnia charitas: a dextris obedientia: a sinistris patientia: In profundo radix uirtutum humilitas.

Bernardus de Floribus.

Circuire possum domine cælum: & terram: mare & aridam: & nusq̃ te inueniam nisi in cruce. Ibi dormis. Ibi pascis. ibi cubas in meridie. Crux enim tua fides est: cuius latitudo charitas: longitudo longanimitas: altitudo spes: profundum timor. In hac cruce te inuenit: quicunq; te inuenit. In hac cruce suspenditur anima: & dulcia poma de ligno decerpit.

Cassiodo. Cassiodorus super illud ps. Signatum est super nos lumen uultus.

Crux est humilium tuitio inuicta: superborum deiectio: Victoria Christi: perditio diaboli: Infernorum destructio: cælestium confirmatio: mors infidelium: uita iustorum.

Damasce. Damascenus li°. iiii.

Crux Christi: clauis est paradisi: hæc infirmorum baculus: pastorum uirga: conuertentium manuductio: proficientium perfectio: Animæ salus & corporis: omnium malorum auersio: bonorum omnium datrix.

Rabanus. Rabanus de laude Crucis.

Tu sancta crux peccatorum es remissio: pietatis exhibitio: meritorum augmentum: Infirmorum remedium: lassorum refugium: sanorum incolumitas: Desperatorum securitas: Infortunatorum fœlicitas.

Orosius. Orosius super epistolam ad Ro. libro. v.

Tanta est uis crucis: & mortis Christi: q; ad sanitatem & remedium non solum præsentis & futuri: sed etiam præteritorum sæculorum: & non solum huic modo ordini: sed etiam cælestibus uirtutibus sufficiat.

Orosius super epistolam ad Ro. li°. vi.

Tanta est uis crucis: ut si ante oculos ponatur: & in mente fidelium habeatur: Ita ut ipsam mortem Christi intentus oculis mentis aspiciat: Nulla cõcupiscentia: nulla libido: nullus furor: nulla superare possit inuidia. Sed continuo ad eius præsentiam totus ille peccati & carnis fugatur exercitus.



HRISTI Incarnatio græce: χειστοῦ σάρκωσις: & σάρκωσις in carno dicitur. Christi incarnatio est principium omnium merito rum humanorum. ex .b. Tho. iii. senten. di. iiii. q. iii. ar. i.

Ioannes Ioannes in euangelio capitulo primo.

Verbum caro factum est: & habitauit in nobis.

Augustin' Augustinus de uerbis apostoli.

Non liberaretur humanum genus: nisi sermo dei dignaretur esse humanus. Nam & ille homo dicitur esse humanus: qui se exhibet esse hominem: & maxime hospitio suscipit hominem: Si ergo human' dr: q in domo sua suscipit hoiem: q̃ humanus est qui in se ipso suscipit hominem. Ibidem. Si ergo homo non periisset: filius hominis non uenisset.

Augustinus de domini Incarnatione contra Iudeos.

Iudæe Cytharam respice: ut musicum melos sonis q; dulcibus reddat. Tria pariter adesse uidentur: Ars: manus: chorda: & tamen unus sonus auditur. Ars dictat: Manus tangit: chorda resonat. Tria pariter operantur: Sed sola chorda resonat. Nec ars nec manus sonum reddunt. Sed cum chorda pariter operantur. Sic nec pater: nec spiritus sanctus susceperunt carnem: & tamen cum filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit. Carnem solus Christus accepit. Operatio in tribus constat. Sed quomodo pertinet ad solam chordam soni redditio: Sic pertinet ad solum Christum carnis humãæ susceptio.

Augustinus Ibidem.

Dicat mihi Iudæus icredulus quemadmodum arida uirga fronduit: & floruit: & nuces protulit: Et ego dicam illi quomodo uirgo concepit & peperit: Sed profecto Iudæus nec uirgæ poterit explicare conceptum: nec ego uirginis partum.

Augustinus contra Faustum.

Formam uiri assumendo: & de fœmina nascendo: utrunq; sexum hoc modo honorandum idicauit.

Augustinus epistola secunda ad Volutianum.

Si ratio quæritur non erit mirabile. Si exemplum poscitur: non erit singulare. Demus deum aliquid posse quod nos fateamur inuestigare nõ posse. In talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis.

Gregorius Gregorius homelia. xxxviiii. super illud cant. ii. Ecce iste uenit saliẽs in montib'.

Voluis inquit eius saltus agnoscere? De cælo uenit in uterum: de utero uenit in præsepium: de præsepio uenit in crucem: De cruce uenit in sepulchrum: & de sepulchro rediit in cælum.

Greg. li°. ii. & vi. moralium.

De' pater unicum filium suum in utero uirginis humanæ naturæ coniungens deũ an sæcula sibi coæternum fieri uoluit hoiem in fine sæculoꝝ: & quẽ

sine tempore genuit saluandis hominibus cum tempore ostendit.

Gregorius libro.iii.moralium.

Mediator dei & hominum ut culpas nostræ transgressionis extingueret uenit mortalitatis nostræ flagella tolerare. Et qui patri æqualis est per diuinitatem: propter nos uenit: ad flagella per carnem: quæ nimirum flagella nō susciperet: nisi formam hominis damnati redimendo sumpsisset: & nisi primus homo deliqueret: Secundus ad passionum probra minime ueniret.

Gregorius. Ibidem.

Christus in carne natus de uirgine: contagio culpæ inquinatus non est: & tamen ultione culpæ depressus est. Admissa propria nō habuit: & tamen pœnam carnalium sine culpa suscepit.

Io. Chrys. Io. Chrisostomus homelia.v.

Scio q caro uerbum factum est: Et quomodo factum sit nescio. Mirans quia ego nescio: omnis creatura ignorat.

Bernardus Bernardus sermone.x.

Tria opera tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas: in assumptione nostræ carnis: ita mirabiliter singularia: & singulariter mirabilia: ut talia nec facta sint: nec facienda amplius super terram. Coniuncta quidem sunt ad inuicem deus & homo: Mater & Virgo: Fides & cor humanum. Verbum enim anima & caro in unam conuenere personam: & hæc tria unum: & hoc unum tria sunt: nec in confusione substantiæ: sed in unitate personæ. Hæc est prima & superexcellēs mixtura. Secunda est uirgo & mater: utiq & admirabilis & singularis: a sæculo non est auditum: Quod uirgo esset quæ peperit: & mater esset quæ uirgo permansit. Tercia est fides & cor humanum: & hæc quidem inferior: sed non minus forsitan fortis. Mirum enī quomodo cor humanum his duobus fidem accommodauit: quomodo credi potuit: q deus homo esset: q uirgo fuerit quæ peperisset. Sicut ferrum & testa iungi non possunt: sic hæc duo nequeunt commisceri. Si non misceat glutinum spiritus scilicet dei. Et hæc quidem mixtura excellens: Secunda excellentior: Sed tercia excellentissima.

Bernardus sermone.xxii.

Quanti fecit te deus ex his quæ pro te factus est agnosce. Vt appareat tibi benignitas eius in humanitatem. Quanto enim minorem se fecit ī humilitate: tanto maiorem exhibuit in bonitate: & quanto pro me uilior: tanto mihi charior. Aduerte homo: quia limus es: & nō sis superbus: & quia deo iunctus es: non sis ingratus.

Hugo Hugo libro de sacramentis.

Nulla causa ueniendi fuit: nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos: tolle uulnera: & nulla causa est medicinæ.

Dantes flor. Paradisi.c°.vii. Dantes

Nostra natura quando peccò tota
Nel seme suo: da queste dignitadi:
Come de paradiso: fu remota.
Ne recoprar poteasi: se tu badi
Ben sotilmente: per alcuna uia
Senza passar per un de questi gradi.
O che dio solo per sua cortesia
Dimesso hauesse: o che lhom per se isso
Hauesse satisfacto a sua follia.
Ficca mo lochio per entro labysso
Del æterno consiglo quanto poi
Al mio parlar districtamente fisso.
Non potra lhom ne termini soi
Mai satisfar per non poter ir giuso
Cum humiltade ubediendo poi:
Quanto disubidendo intese ir suso.
E questa e la ragion perche lhom fue
Da poter satisfar da se dischiuso.
Donque a dio conuenia cum le uie sue
Riparar lhomo a sua intera uita
Dico cum luna o uer cum lambe due.
Ma perche lopra tanto e piu gradita
Del operante: quanto piu apresenta
De la bonta del core: unde e uscita:
La diuina bonta chel mondo imprenta
Di proceder per tute le sue uie:
A rileuarui suso fu contenta.
Ne tra lultima nocte: el primo die
Si alto o si magnifico processo
O per luna: o per laltra fu o fie.
Che piu largo fu dio a dar se stesso:
A far lhomo sufficiente a rileuarsi
Che se lhauesse sol da se dimesso.
Et tuti glaltri modi erano scarsi
Alla giusticia: sel figlol de dio
Non fusse humiliato ad incarnarsi.



Christi natiuitas: græce χειστοῦ γεννησι. uel γένεσις. dicitur. Natiuitas est exitus a giante coniuncto: a quo habet principia sufficientia. Et dicitur orri: ratione primi: nasci ratione secundi: & gigni ratione tercii: ex. b. Tho. prima parte.q.xxvii.ar.ii. & .iii. senten.di.viii.q.i.

Lucas in Euangelio cap°.ii. Lucas

Dixit pastorib⁹ Angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum: quod erit omni populo. Quia natus est uobis hodie salua/tor qui est Christus in Ciuitate Dauid.

Augustin⁹ Aug. in sermone de Epyphania.

Aurum igitur soluitur quasi regi magno. Thus immolatur ut deo: Myrrha præbetur tanquã pro salute omnium morituro. Habuit enim prædica/tores angelos: narrantes cælos: adorantes magos.

Augustinus super Ioannem.

Nobilitas fuit Christi nascentis: in uirginitate pa/rientis. Nobilitas parientis in diuinitate nascẽtis.

Ambrosi⁹. Ambrosius contra Hereticos.

Mihi enim impossibile est generationis scire secre/tum: Mens deficit: Vox silet: nõ mea tantum: sed & angelorum. Supra potestates: supra Cherubin: & supra Seraphin: & supra omnem sensum est. Quia scriptum est. Pax Christi supra omnem sen sum est. Quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo ori manum pone: Scru/tari non licet superna mysteria. Licet scire q̃ na/tus sit: Non licet scire quomodo natus sit. Hoc enim quærere metus est. Ineffabilis enim est illa generatio. Vnde Isaias ait. Generationem eius quis enarrabit? Hæc humanum sensum & intel/ligentiam mundi excedit. Hoc non capit huma/næ intelligentiæ ratio. Sed prudentiæ fidelis pro/fessio.

Gregorius Gregorius homelia. x. Quum natus esset Iesus it Bethlem.

Nato regi aurum offerimus: si in conspectu illius claritate supernæ sapientiæ resplendemus. Thus offerimus si cogitationes carnis per sancta oratio/num studia in ara cordis intendimus: ut suaui odo re per cæleste desyderium redolere ualeam⁹. Myr rham offerimus: Si carnis desyderia per abstinen/tiam mortificamus.

Gregorius moralium li⁹. xxvii.

Cæli rege nato angelorum chori in eius annuncia/tione prodeunt: hymnum dicunt: & deuicta pra/uæ uitæ discordia: nos quos dudum despexerant ciues agnoscunt: consono ore prædicantes. Glo/ria in excelsis deo &c. ac si dicant: Quos a nobis malicia disiunxerat: iam nunc in terra bonitas coniungat.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostom⁹ super Matthæum. ii. Intrantes domum inuenerunt puerum.

Nunquid inuenerunt palacium marmoribus splen didum? Nunquid aulam regiam diuersis populis personantem? Nunquid hastatas siue clypeatas militum cateruas? Nunquid equos regalibus pha leris insignes? Nunquid currus auro ostro q̃ ful/gentes? Nunquid matrem eius diademate corona tam? aut in lecto eburneo recumbentem? Nun/quid puerum bysso & purpura inuolutum? Vtiq̃ non. Sed potius angustum & humile tugurium: uille squalidum q̃ presepium: & magis animali/bus q̃ hominibus aptum: puerum uilibus pan/nis inuolutum: matrem uix tunicam habentem unam: non ad ornatum corporis: sed ad tegmen tum.

Ioannes Chrysostomus super Matthæum xiiii. Non ne hic est fabri filius.

Non illius est fabri filius quem putatis: Sed fabri/catoris omnium: qui fabricat us est auroram & solem. Non ne Dauid filius fuit agricolæ? & ta/men radix fuit stirpis regiæ. Cur ergo Christum propter parentum ignobilitatem contemnunt.

Bernardus super cant. Bernard⁹.

Fratres generationem istam quis enarrabit? An/gelus nunciat: Virtus obumbrat: Subuenit spiri/tus: Virgo credit: Virgo parturit: Virgo perma/net. Quis non miretur? Nascitur uerbum infans: & agnoscitur longitudo breuis: latitudo angusta: altitudo subdita: profunditas plana: Ibi agnosci/tur lux non lucens. Verbum infans: aqua sitiens: panis esuriens.

Cassiodorus super illud ps. Ego ho/die genui te. Cassiodor.

Coæternitatem suæ maiestatis ostẽdit. Hodie enim apud deum nullo initio incoepit: nullo fine conclu ditur. Non enim ibi fuit uel erit: sed semper ma/net: semper est: & quicquid dixeris illi hodie est.

Cassiodorus super illud ps. Hæc est dies quam fecit dominus.

Licet deus cunctos dies creauerit: singulariter ta/men hunc diem fecisse dicitur: qui Christi domi/ni natiuitate sacratus est: in quo merito exultari conuenit & lætari: quoniam in eo & diabolus ius perdidit: & salutem mundus accepit.

Leo papa in sermone de Apparitione. Leo

Adorant magi in carne uerbum: in īfantia sapien/tiam: in infirmitate uirtutem: & in hominis ueri/tate dominum maiestatis: ut sacramentum fidei suæ intelligentiæq̃ manifestent: quod cordibus credunt: Muneribus protestantur. Thus deo: Myrrham homini: aurum offerunt regi.

Fulgentius ad Probam. Fulgentius

Hæc stella nunquã ante apparuit: quia nunquam eam puer iste creauit: & magis ad se uenientibus præuiam deputauit.

Beda super Lucam li⁹ primo. Beda.

Non mediocre tibi hoc fidei uideatur exemplum: Non uilis persona pastorum: Certe quo uili/or ad prudentiam: eo preciosior ad fidem. Non sapientes: sed simplices qui fucare audita nesci/rent: dominus sui præcones elegit: nõ Rhetores:

sed piscatores ad euangelizandum.

Maximus eps. Maximus episcopus in sermone de Natali.

Generationem eius quis enarrabit? Fratres generatio Christi sic enarrari non potest: si lingua deficit: fides proficit. Magnus enim profectus est fidei: quum tantum de deo suo potest concipere: quantum sermo non potest parturire.



Hristi passio: graece: χειστου παθημα. & παάσχω patior dicitur. In Christi passione quattuor cogitanda sunt scilicet dilectio eius: Reamãdo. Amaritudo eius: compatiendo. Fortitudo eius: aduersa patienter sustinendo: & utilitas eius: gratias agẽdo. Ex. b. Tho. in opusculo de uenerabili sacramento altaris.

Genesis Genesis ca°. xlviii. De iniqua consultatione.

· Simeon & leui fratres uasa iniquitatis bellantia: in consilium eorum non ueniat anima mea: & in cætu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt uirum: & in uoluntate sua suffoderunt murum. Dauid psalmo. ii. De uano consensu populorum.

Dauid · Quare fremuerunt gẽtes? & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in unum: aduersus dominum & aduersum Christum ei°. ps. xxi. de pforatiõe manuum.

· Foderunt manus meas: & pedes meos: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero cõsyderauerunt & inspexerunt me. Diuiserunt sibi uestimenta mea: & super uestem meam miserunt sortem.

Psal. xxxiiii. De falsa accusatione.

Surgentes testes iniqui quæ ignorabam interrogabant me. Psal. iiii. De discipuli proditione.

Et enim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. Psal. lxviii. De amara potatione.

Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.

Isaias c°. l. de corporis flagellatione.

· Corpus meum dedi percutientibus: & genas meas uellentibus: Faciem meam non auerti ab increpantibus: & conspuentibus in me.

Isaias. Isaias capitulo. liii. De morte uoluntaria.

· Non est species ei neq; decor: Et uidimus eum: & non erat aspectus: & desyderauimus eum despectum: & nouissimum uirorum uirum dolorum: & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus uultus eius: & despectus: unde nec reputauimus eum. Vere langores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum: & percussum a deo & humiliatum. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras: Attritus est propter scelera nostra: Disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus: unusquisq; in uiam suam declinauit. Et posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est: quia ipse uoluit: Et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: Et quasi agn° coram tondente se obmutescet: & non aperiet os suum.

Isaias capitulo. liii. Quod propter peccata nostra &c.

· Propter scelus populi mei percussi eum. Ibidem. Et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit: Et pro transgressoribus rogauit.

Ieremias Ieremias. c°. ii.

· Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam. Et non cognoui: quia cogitauerunt super me consilia. Dicentes. Mittamus lignum in panem eius: & eradamus eum de terra uiuentium: & nomen eius non memoretur amplius.

Daniel Daniel. c°. viiii.

· Et post hæbdomades sexagĩta duas occidetur Xp̃s: & non erit eius populus qui eum negaturus est.

Zacharias Zacharias cap°. xi.

· Appenderunt mercedem meam triginta argẽteos.

Zacharias. c°. xii.

· Percute pastorem & dispergentur oues.

Paulus Paulus ad Corynthios secundæ. c°. viii.

· Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi: quoniam propter uos egenus factus est: quum esset diues: ut illius inopia uos diuites essetis.

Paulus ad Hebreos cap°. viiii.

Si enim sanguis Hircorum & Thaurorum: et cinis uitulæ aspsus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi: qui per spiritum sanctum semet ipsum obtulit immaculatum deo emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis: ad seruiendum deo uiuenti.

Augustin° Augustinus libro prænosticorum.

· Quid est q; Christus in morte turbatus est: Nisi quia infirmos suæ infirmitatis uoluntaria similitudine consolatus est: aut si qui suorum adhuc imminente morte turbatur: ne hoc ipsi se putantes reprobos peiore desperationis morte absorbeatur. Augustinus super Ioannem.

Vbi Iesus non respondebat: ibi ut ouis silebat: hoc est: sicut agnus innocens nõ aperuit os suum. Vbi uero respondebat: ibi sicut pastor docebat.

Augustinus super Ioannem.

Fratres ut a peccato sanemur Christum crucifixum intueamur: Quomodo: qui intuebantur serpentem aeneum in deserto: non peribant morsibus serpentum: Sic qui intuentur fide Christi mortem: sanantur morsibus peccatorum.

Augustinus libro de uirginitate.

Inspice uulnera pendentis: sanguinem morientis: precium redimentis: cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad osculandum: cor apertum ad diligendum: brachia extensa ad amplexandum: totum corpus expositum ad redimendum. Haec quanta sit cogitate: Haec in statera uestri cordis appendite: ut totus uobis figatur in corde: qui totus pro nobis fixus fuit in cruce.

Augustinus in sermone de Natali domini.

Homo factus est hominis factor: ut sugeret hubera: regens sydera: ut esuriret panis ut sitiret fons: dormiret lux: ab itinere uia fatigaretur: falsis testibus ueritas occultaretur. Iudex uiuorum & mortuorum a iudice mortali iudicaretur: ab iniustis iusticia damnaretur. flagellis disciplina cederetur. Spinis botrus coronaretur: in ligno fundamentum suspenderetur: uirtus infirmaretur. Salus uulneraretur: uita moreretur.

Aug. in sermone de Quadragesima.

Congruit nostrae deuotioni: ut qui domini crucifixi passionem celebraturi sumus: reprimendarum carnalium uoluptatum crucem nobis ipsis etiam faciamus.

Augustinus super. ps. lxx.

Christo crucifixo uelum templi scissum est: Quia per ipsius passionem omnium mysteriorum secreta patuerunt.

Augustinus libro contra quinque hereses.

Fusus est sanguis medici: & factum est medicamen tum frenetici. Augusti. de uerbis domini.

Quem uis contemnere: precium eius attende: & cum morte Christi totum mundum appende.

Augustinus de uerbis apostoli.

Non ulla res officiorum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter appendi: Nisi quum cogitamus: quanta pro nobis pertulit dominus.

Aug. libro de. viii. uirtutibus charitatis.

Filius dei ad crucem ducitur: expalmatur: qui est uera palma uictoriae: Spinis coronatur: qui peccatorum spinas uenit constringere: ligatur qui solvit compeditos: ligno suspenditur: qui erigit elisos: Aceto potatur fons uitae: disciplina caeditur: Salus uulneratur: uita moritur: occidit ad tempus uitam mors: ut in perpetuum a uita occideretur mors. Hieronymus super illud Mattaei xxvii. Descendat de cruce & credimus ei.

Hierony⁹.

Fraudulenta promissio. Maius fecit surgens de sepulchro: & non creditis: nec si de cruce descenderet crederetis.

Hieronymus super mathaeum.

Omnis creatura compatitur Christo morienti. Sol obscuratur: Terra mouetur: petrae scinduntur: uellum templi diuiditur: sepulchra aperiuntur: Solus miser homo non compatitur: pro quo solo christus patitur.

Hieronymus super Matthaeum in fine.

Tradditus est Iesus militibus uerberandus: Et illud sacratissimum corpus pectus que dei capax flagella sumpserunt.

Ambrosius super Beati immaculati.

Noli tantum amittere beneficium o homo: propterea Christus damnationi mortis se subdidit: ut te a iugo damnationis erueret. Ille suscepit mortis seruitutem: ut tibi tribueret uitae eternae libertatem.

Ambrosius super illud Matthaei. xxvi. Ambros⁹.

Cum gladiis & fustibus.

Stultum est cum gladiis quaerere eum qui ultro se offert: & in nocte proditorem inuestigare quasi latentem: Qui quottidie in templo docet. Sed factum congruit tempori & personis. Quia: quum essent tenebrae in tenebroso tempore tenebrosum opus exercebant.

Ambrosius super illud Matthaei. xxvii.

Si rex Israel est descendat: &c.

O stulte & caece grex sacerdotum: Nunquid impossibile erat ei de paruo stipite ligni descendere: qui descendit a caelorum altitudine? Nunquid tua uincula possent illum tenere: quem caeli non possunt capere. Non uenit ut se liberaret: qui sub seruitute non erat: Sed ut nos de seruitute redimeret.

Ambrosius super Lucam li⁹. v.

Clamauit Iesus uoce magna. Deus deus meus: &c. Clamauit homo diuinitatis separatione moriturus. Nam quum diuinitas mortis libera sit: utique mors esse non poterat: nisi uita discederet: quae diuinitas est.

Ambrosius super Lucam.

Doles domine non tua uulnera: sed mea: Non tuam mortem: sed nostram infirmitatem.

Ambrosius in sermone de Passione.

Author pietatis in cruce pendens testamentum condidit Singulis pietatis opera distribuens. Apostolis persecutionem: Iudeis corpus: patri spiritum: uirgini paranymphum: latroni paradisum: peccatori infernum: christianis poenitentibus crucem. Gregorius li. xx. moralium. Gregorius

Quum .n. posset nobis etiam nō moriēdo succurrere: uoluit tñ hoib⁹ moriēdo subuenire: qa nos ui delicet min⁹ amasset: nec uim suae dilectiōis nobis

ostenderet: nisi hoc quod a nobis tolleret ad tem/pus: ipse sustineret.

Io.Chris. Io.Chrisostomus super Matthaeum.c.iiii.

Vere deserta erat iudea: uacua iusticia: plena pecca tis: quam deus plantauerat: omnes prophetae co/luerant: Illa autem nullum fructum produxerat: nisi spinas acerrimas: quibus dominum suum co/ronauerat.

Io.Chrisost.super Matthaeum.c.xxvii.

Quae nobis erit contumelia? postq̃ Christus haec passus ẽ. Neq; enim una particula: sed totum cor/pus iniurias patiebatur. Caput per coronam: ma/nus per arundinem: os per acetum: facies inspue batur. Genae uellabantur: Et tandem totum cor/pus in cruce extenditur & perforatur.

Bernardus super cant.sermone.xv.

Quam dulciter domine Iesu cum hominibus con/uersatus es? q̃ abundanter? multa & magna bona hominibus largitus es? q̃ fortiter tam indigna: tam aspera: & dura pro hominibus passus es? Du ra uerba: duriora uerbera: durissima supplicia.

Ibidem.

O duri & indurati: & obdurati filii Adam: quos non emollit tanta flamma: tanta benignitas? Tam ingens ardor amoris: tam uehemens ama tor: qui pro uilibus sarcinulis tam preciosas mer ces expendit.

Bernard⁹. Bernardus super cantica sermone.xx.

Dilexit nos deus dulciter: sapienter: fortiter. Dulci ter nempe dixerim: q carnem induit: sapienter? q culpam uitauit: Fortiter q mortem sustinuit. Sed super omnia reddit te mihi amabilem bone Ie su calix quem bibisti: opus nostrae redemptionis. Hoc enim omnino amorem nr̃um sibi uendicat. Hoc inquam nostram deuotionem blandius al/licit: iustius exigit. Arctius stringit: & uehemen/tius afficit.

Bernardus super cantica.

Passio tua domine Iesu ultimum est refugium: sin gulare remedium: indeficiens sapientia: iusticia non sufficiente succumbentibus meritis illa suc/currit: Quum tamen defecerit uirtus mea: non conturbor: non diffido. Scio quid faciam. Cali/cem salutaris accipiam. Scio q merita mea non sufficiunt: Ego uero fideliter quod ex me mihi de/est usurpo ex uisceribus domini: Quoniam mise/ricordia affluunt: nec desunt foramina per quae affluant. Foderunt manus meas & pedes: latusq; lancea forauerunt. Et per has rimas licet mihi su/gere mel de petra: oleum de saxo: & gustare & ui dere q̃ suauis est dominus.

Bernardus super cantica sermone.xxiii.

Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt. Chri stus flagellis caesus: spinis coronatus: clauis con/fossus: patibulo affixus: opprobriis saturatus. omnium tamen dolorum immemor ait. Ignosce illis. Hinc multae miseriae corporis: hinc dolores. hinc miserationes: hinc oleum exultationis: hinc guttae sanguinis decurrentis in terram.

Bernardus super cant.sermone.lxii.

Quid tam efficax ad curanda conscientiae uulne/ra: nec non ad purgandam mentis aciem: q̃ Chri/sti uulnerum sedula meditatio?

Bernardus super cant.sermone.lxiii.

In passione domini tria specialiter conuenit intue/ri opus: modum: causam. Nam in opere quidem patientia: in modo humilitas: in causa chari/tas commendatur. Patientia singularis: humili/tas admirabilis: sed charitas inaestimabilis.

Bernardus sermone.lxxvi.

Et nobis assumpsit quae pro nobis sustinuit nasci: lactari: mori: sepeliri: mea est mortalitas nati: mea infirmitas paruuli: mea expiratio crucifixi: mea dormitio sepulti.

Leo papa in sermone septimi mensis. Leo.

Effusio pro iniustis sanguinis iusti tam potens fuit ad priuilegium: tam diues ad precium: ut si uni/uersitas captiuorum in redemptorem suum cre/deret: nullum tyrannica uincula retinerent.

Cassiodorus super ps.l. Cassiodo.

Vbi princeps tanta afflictione plangebat: quis il/lo flente non fleret: quis illo dolente non gemeret. Quando pro gemmato dyademate rex cinerem gestabat in capite: canus puluere non aetate.

Damascenus li.iii.c⁹.xxvi. Damasc.

Si sole fuplucẽte in ligno securis incideret lignum: sol impassibilis permaneret. Multo magis diuini/tas secundum hypostasim carni unita: carne pa/tiente manet impassibilis. Et quemadmodum si quis ignito fero superfundit aquam: quod qui/dem aptum natum est pati ab aqua ignis extin/guitur: Innocuum autem permanet ferrum. Sic carne passa impassibilis diuinitas mansit.

Rabanus de laude crucis. Rabanus.

Passio Christi caelum sustentat: mundum regit. Tartarum perfodit: in ea confirmantur angeli: redimuntur populi: conteruntur inimici: Stabi/liuntur subsistentia: animantur uiuentia: con/sentiunt sentẽtia: illustrantur intelligentia.

Dantes Paradisi ca⁹.vii. Dantes.

La pena donque che la crocie porse
Se a la natura assumpta si mesura
Nulla giamai si giustamente morse.
Et cusi nulla fu de tanta ingiuria
Guardando ala persona che sofferse
In che era contracta tal natura.



Hriſtus græca dictio ē. Nam χειστὸσ.ου. ὁ.unctus dicitur adie/ ctiue. Quod nomen fi lio Mariæ Ieſu opti/ me conuenit: tum quia in humanitate eſt un/ ctus oleo grãe præ aliis: Tum quia hoc nomen exprimit unitatem per ſonæ in duabus naturis: exprimit enim dignitatẽ regiam & ſacerdotalem. Ipſe enim eſt rex: & ſacer dos ſummus in æternum: ſecũdum ordinem Mel chiſadech: ut ait propheta.

Ioannes. Ioannes in Euangelio ca°.iii.

Exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui cre/ dit in ipſo non pereat: ſed habeat uitam æternam. Nõ enim miſit dominus filium ſuum in mundũ: ut iudicet mundum: ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Ioannes ca°.viii.

Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me: non ambu/ lat in tenebris.

Paulus. Paulus ad Romanos c°.x.

Finis enim legis Chriſtus ad iuſticiã omni credenti.

Auguſtin⁹ Auguſtinus lib. de uera relligione.

Tota uita Chriſti in terris per hominem quem geſ ſit diſciplina morum fuit.

Auguſtinus lib. de Cathetizandis rudibus.

Omnia bona terrena contempſit homo Chriſtus: ut ea contemnenda monſtraret: & omnia terrena mala ſuſtinuit quæ ſuſtinẽda præcipiebat: ut nec in illis quæreretur fœlicitas nec in iſtis timeretur i fœlicitas. In Ciuitate uili ẽ natus: cuius p̃ria erat cæleſtis: Pauper eſt Chriſtus factus: cu⁹ ſunt om nia: ne de terrenis diuitiis quiſq̃ extolleretur. No luit rex ab hominib⁹ fieri: quia humilitatis uiam oſtendebat miſeris. Eſuriuit qui omnes paſcit. Siti uit qui eſt fons ſitientium: Fatigatus eſt ex itiner: qui uiam facit nobis in cælum: obmutuit & obſur duit: per quem mutus locutus eſt: & ſurdus audi/ uit. Vinctus eſt qui infirmitatum uincula ſoluit. Mortuus eſt qui mortuos ſuſcitauit: Amore itaq; ei⁹ ſimilia patiamur: ut clamat Pau. ad Phi. ii. hoc enim ſentite in uobis. quod & in Chriſto Ieſu &c.

Aug. ſup Matthæũ c°.lv. & cõtra Fœlicianũ.

Iacebat Chriſtus quantum ad carnem mortuus in ſepulchro: mortuos ſuſcitans in inferno: uitam tri buens uniuerſis in cælo: Nón mundum dimittẽs ad cælum aſcendit: nec cælum deſerens uenit ad nos. Sed uno atq; eodem tempore totum totus im pleuit. Auguſtinus ſuper Matthæũ ca°.lv.

Ego ſum uia ueritas & uita: tanq̃ diceret q̃ uis ire: Ego ſum uia: quo uis ire? Ego ſum ueritas: ubi uis permanere. Ego ſum uita.

Auguſtinus Ibidem.

Ideo p̃mittit̃ inimicus iuxta uiam ponere laqueos ne ſecuritate exultationis Via deſeratur: & in inſi dias incidatur. uia Chriſtus humilis: Chriſtus ue ritas & uita: Chriſtus excelſus & deus. Si ambu/ las in humili peruenies ad excelſum.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Ambulare uis? ego ſum uia: Falli non uis? ego ſum ueritas? Mori non uis? ego ſum uita.

Auguſtinus Ibidem.

Attulit Chriſtus ueritatem: ut rector: manſuetudi nem: ut liberator: iuſticiam: ut cognitor.

Auguſtinus contra Fœlicianum.

Erat Chriſtus uno & eodem tempore totus in infer no: totus in cælo: illic patiens iniuriam carnis: hic non relinquens gloriam deitatis. Erat apud iferos reſurrectio mortuorum: erat apud cælos uita uiuẽ tium. Hieronymus ſup Matthæum li.i. Hierony⁹.

Hoc intelligendum eſt q̃ tantæ paupertatis fuerit Chriſtus: & ita nulli adulatus ſit: ut in urbe maxi ma nullum hoſpitem: nullã inueniret manſionẽ.

Idem ad Paulinã.

Chriſtus ſanctificatio eſt: ſine qua nemo uidebit fi lium dei: ſeu faciem dei. Chriſtus redemptio. i. re/ demptor & precium. Chriſtus omnia: ut qui om/ nia propter Chriſtum dimiſerit: unum inueniat p̃ omnibus: & poſſit libere clamare. Pars mea domi nus. Hieronym⁹ epiſtola. i. ad laurẽtiũ papã.

Solus eſt enim Chriſtus qui peccati maculã neſcit.

Ambroſius ſuper lucam lib. iiii. Ambroſi⁹.

Chriſtus omnibus omnia factus eſt. Pauper paupe ribus: Diues diuitibus: Flens flentibus: Eſurienti/ bus eſuriens. Sitiens ſitientibus: Profluus abun/ dantibus. In carcere cum paupere eſt: Cum Ma/ ria flet: cum apoſtolis epulatur: Samaritana ſitit: In deſerto eſurit: ut cibus primi hominis: quem p̃ uaricatiõe guſtauerat ieiunio domini ſolueretur.

Ambroſius ſuper lucam lib. v.

Nemo tibi Chriſtum poteſt auferre: niſi te illi aufe ras. Gregorius lib. xxx. moralium. Gregorius

Studebant omnes ſuperbi ab Adam ſtirpe geniti: proſpera uitæ præſentis appetere: Aduerſa deui/ tare: opprobria fugere: Gloriam ſequi. Venit inter eos incarnatus dominus: aduerſa appetens: p̃ſpe ra ſpernens: opprobria amplectens: gloriã fugiẽs.

Io. Chryſoſtomus ſuper Matthæum. Io. Chryſ.

Tria ſunt quæ relinquere debet: qui uenit ad Chri ſtum: actus carnales: qui ſignificantur per retia pi ſcationis: Subſtantiam mundialem: quæ ſignifica tur per nauim: parentes qui ſignificantur per pa/ trem. Reliquerunt igitur Iacobus & Ioannes na uim: ut fierent eccleſiaſticæ nauis gubernatores. Retia: ut non piſces afferrent: ſed ciuitatem ſup/

nam: Vnum patrē ut spirituales omnium fierent.

Bernard⁹. Bernardus super cant.

Gemina dulcedo suauitatis exuberat in pectore domini Iesu longanimitas in expectādo: & facilitas in donando. Nomē Iesu q̄ charum: q̄ uiue: uile sed salubre. Si uile non esset mihi non effunderetur: Si salubre non esset me non lucraretur. Iesus mel in ore: melos in aure: iubilus in corde.

Bernardus super cant.

Nomen Iesu lucet praedicatum: pascit recogitatū. lenit & ungit inuocatum: qui ita exercitatos reparat sensus: uirtutes roborat: uegetat bonos mores atq; honestos: castas fouet affectiones.

Bernardus Ibidem.

Nihil ita sicut hoc nomen Iesus irae impetum cohibet: superbiae tumorem sedat: liuoris uuln⁹ sanat: luxuriae fluxum restringit: libidinus flammam extinguit: sitim auariciae temperat: ac totius indecoris pruriginem fugat. Bernardus super cant.

· Dignus plane est morte: qui tibi Christe recusat uiuere. Et qui tibi non sapit: desipit: & qui curat eē: nisi propter te: pro nihilo est: & nihil est. Propter te ipsum deus fecisti omnia: Et qui eē uult sibi: & nō tibi: nihil eē incipit inter oia. Bern. sup cant.

Ne mundi gloria seu carnis uoluptatibus abducaris: dulcescat tibi pro his sapientia Christus: ne se ducaris spiritu mēdacii: & erroris lucescat tibi ueritas Christus. Ne aduersitatibus fatigeris: confortet te uirtus dei Christ⁹ Bernardus sup cant.


Habemus Christum Iesum ex patre nascētem: In patre cubantem: cum patre sedentem: Sub patre pendentem: a patre ambulantem: pro patre stantem: sine patre morientem.

Damasce⁹ Damascenus. tractans illud Matthaei. xvi. Tu es Christus filius dei uiui.

Nomen enim Christi exprimit unitatem personae i duabus naturis: exprimit etiam dignitatem regiā & sacerdotalem: & gratiae plenitudinem propter unctionis praerogatiuam.

Dantes Paradisi cantica ca⁰. xx.

Dantes Ora cognosci quanto charo costa
Non sequir Christo cum lesperienza
Di questa dolce uita: & de lopposta.



Hristianus a Christus dicitur χειστὸς de quo supra: Et is dicitē qui Christi est. i. qui fidem Christi habet: q spiritu Christi uirtuose opat: & ad imitatione Christi peccatis moritē. ex. b. Tho. scda scdae. q. cxxiiii. ar. y.

Augustinus li⁰. de uita Christiana. Augustin⁹

Ille uere Christianus est: qui omnibus misericordiā facit qui nulla omnino mouetur iniuria: qui alienum dolorem tanq̄ proprium sentit: cuius mēsam nullus pauper ignorat: qui coram hominib⁹ ingloriis habetur: qui ut coram deo & angelis gloriet: qui terrena contemnit ut possit habere caelestia: q opprimi pauperem se presente nō patitur: qui miseris subuenit: qui ad fletum fletibus prouocatur alienis. Quod bene faciebat Paul⁹. Quis infirmatur: & ego non infirmor.

Augustinus de doc. Christiana.

· Christiani nomen ille frustra sortitur: qui Christū minime imitatur. Quid enim tibi prodest uocari quod non es: & nomen usurpare alienum. Sed si christianum te esse delectat: q̄ christianitatis sunt gere: & merito tibi Christiani nomen assume.

Augustinus super psalmus. xxxii.

Ipse est Christianus: qui & in domo sua peregrinū se esse cognoscit. patria nostra sursum est. Ibi hospites non erimus.

Ambrosius in sermone habito in dominica de Abraham. & habetur. xxii. q. v. Cauete. Ambros⁹

· Mendaciū namq; est Christianum se dicere: & opa Christi non facere. Greg. li. xxviii. moralū Gregorius

Non quaeritur in Christianis initium: sed finis.

Cyprianus de. xii. abusionibus. Cyprian⁹.

· Christian⁹ nemo dicitur recte: nisi qui Christo moribus pro ut ualet coaequatur.

Dantes Paradisi cantica. c⁰. xviiii. Dantes

A questo regno
Non sali mai: che non credete in Christo:
Ne pria: ne poi: che si chiauasse al legno.
Ma uedi multi cridan Christo Christo
Che saran in iudicio assai men prope
Allui: che tal: che non conobbe Christo.
Et tai christiani damnara loethiope:
Quando si partirano in doi collegi:
Luno in aeterno richo: & laltro inope.



Rudelitas. g: ὠμότης. ὠμός. & ὠμὸς. crudelis dicitur. Et ē atrocitas animi in poenis exigendis. secundum Senecam li⁰. de Claementia. Crudelitas ē uitium: humanum modum excedens modū puniendi culpas. b. Tho. scda scdae. q. clvii. ar. i.

Prouerbiorum capitulo. xxv. Prouer.

· Aufer impietatem de uultu regis: & firmabitur iustitia tronus eius. Ecclesiastici ca⁰. xxxviii.

· Qui offert sacrificium ex substātia pauperis: quasi

qui uictimat filium in conspectu patris.

Augustin⁹ Augustinus ad Macedonium & habetur xviiii.q.v.Q uid dicam.

An crudelior est:qui subtrahit aliquid uel eripit di uiti:q̃ qui trucidat pauperem fœnore.

Augustinus contra Manicheos & habe/ tur.xxiii.q.i.Q uid culpatur.

Q uid culpatur in bello:an quia moriuntur quan/ doq; morituri:ut dominentur in pace uicturi.hoc repræhendisse timidorum est:non relligiosorum. Nocendi cupiditas:ulciscendi crudelitas: Impla/ catus atq; implacabilis animus:feritas rebelladi: libido dominandi:& si q̃ similia. Hieronym⁹ super Esaiam & habetur.xxiii.q.v.Non est.

Non est crudelis qui crudeles iugulat: sed crudelis ideo uocatur:quia crudelis patientibus esse uide/ tur.Nam latro suspensus patibulo crudelem iudi cem putat. Idem super.xii.prophetas.

Sicut misericordia sursum eleuat ad deum:ita deor sum crudelitas in infernum deiicit. Hierony/ mus ad Ripparium & habet.xxiii.q.viii.Legi.

Non est crudelitas crimina ꝓ deo punire:sed pietas

Ambrosi⁹ Ambrosius de officiis li°.iii.c°.iii.

Consydera homo unde nomen tuum assumpseris: ab humo utiq;:q̃ nihil cuiq̃ eripit:sed omnia largi tur omnibus:& diuersos in usus omnium animã/ tium usus ministrat.Inde appellatur humanitas: specialis & domestica uirtus hominum:quæ con/ sortem adiuuat:subuenire non habenti humani/ tas est. Ambrosius de offi.li°.iii.c°.v.

Si non potest alteri subueniri:nisi alter lædatur: cõ modius est neutrum iuuare q̃ grauare alterum.

Cassiodor⁹ Cassiodorus super psalmus.Persecutus est hominem inopem &c.

Persequi facit homines aut diuitiarum ambit⁹:aut superbiæ odiosa iactantia: Pauperem & mendicũ insequi sola sæuicia est uel crudelitas:cui⁹ nec ho/ nor quæritur: nec abundantia facultatis ambit⁹.

Cassiodorus Ibidem.

Q uid prodest crudelibus persequi:quos uidetur ꝑ secutionibus sp augeri. Seneca li°.de moribus.

Euitabis crudelitatem: & ministrã crudelitatis irã.

Seneca Seneca lib.de Clæmentia ad Neronem.

Nam tam omnibus ignoscere est crudelitas:q̃ nulli modum tenere. Seneca Ibidem.

Crudelitas nihil aliud est:q̃ atrocitas animi in pœ/ nis exigendis.Crudeles uocabo:qui puniẽdi cau/ sam habent:modum non habent. Seneca Ibidẽ.

Plato Pleriq; homines in suis domibus seuissimi tyrãni: i alienis humillimi serui sunt. Plato li.de legib⁹.

Crudelitas in baratrum tartari abiicit:unde nunq̃

Aristoteles egrediuntur. Aristoteles ad Alexandrũ.

Parce effunder humanum sanguinem:quia hoc il lius est qui nouit secreta cordium.

Cicero in Catone maiori alias de senectute.

Importunitas autẽ & inhumanitas omni ætati mo lesta est. Cicero officiorum lib.iiii.cap.xv. Cicero

Nec est unq̃ utile.quod est crudele.

Virg.lib.viii.Eneidos de Mezẽtio. Virgilius

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis
Componens manibusq; manus:atq; oribus ora.
Tormenti genus:& sanie taboq; fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Ouidius Tristium lib.iii.elegia.iiii. Ouidius

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem:quum iacet hostis:habet.
At lupus & turpes instant morientibus ursi:
Et quæcunq; minor nobilitate fera est.
Maius apud Troiam forti quid .habetur Achille?
Dardanii lachrymas non tulit ille senis.

Tibullus lib.i.Elegia.x. Tibullus.

Q uis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Q uam ferus:& uere ferreus ille fuit.

CRudus grece: ὠμὸς.οῦ.ὁ.dicitur. Crudum est ꝓprie recẽs atq; acerbum:ut crudum uulnus hoc ẽ recens:& quasi adhuc cruẽtum .Hinc recrudescer:qđ ẽ ad pristinã acerbitatẽ redire & renouari. Crudũ itẽ nõ coctũ a si/ militudine crudæ carnis q̃ adhuc cruenta ẽ:& cruda poma ĩmatura:& crud⁹ hõq truci ẽ aspectu: qa facies crudũ hñtis aĩum cruda & aspa sit:& fœda facies:ut crudũ & indigestũ cibum habentis in stomacho:hinc crudelis & crudelitas.

CRuor .g̃:λύθρον.ου .τὸ.& λυθρὸδης cruento dicitur. Differt autem a sangui/ ne:q; sanguis dicitur in corpore:cruor extra:Inde cruentus:& incruentus: ut uictoria In/ cruenta.i.sine hominum cede parta: & cruẽtatio i.sanguinaria fœdatio.

CRux græce:σταυρὸς.οῦ.ὁ.& σταυ/ ρωσις.εως.ἡ.crucifixio dicitur.Est autẽ crux patibulum:in quo figuntur damnati:dictum a græco κρούειν:quod est ferire:pulsare.hinc crucio & cruciatus descendunt.

CVlpa.g̃: ἔγκλημα.τος.τό.& ἐγκα/ λέω culpo dicitur.Et est uoluntaria inordinatio:uel priuatio bõi.ex.b.Tho.scda scdæ.q.xxxiiii.ar.ii.



Vpiditas.g̃: ἐπιθυμία.ας.ἡ.& ἐπιθυμέω concupisco dr.Et est impro/ ba uoluntas .scdm Aug. li°.iii. de libe.arbitrio. Cupiditas est inordinat⁹ amor pecuniæ:uel effre/ natus habendi appetitus

quæ & Cupido fœminino genere dici pōt. Nā cupido in masculino generē deum amoris significat. Sunt qui cupiditatem a cupidine ita distinguūt: ut cupiditas lenior sit: ac temperatior: Cupido autē grauior. Lucillius. Cupiditas ex homine: Cupido nunq̄ tollitur. hæc omnia a cupio dicuntur: quod est opto & desydero.

Paulus — Paulus ad Tymotheum primæ ca°. vi.

Radix omnium malorum est cupiditas: quam qui dam appetentes errauerunt a fide: & inseruerunt se doloribus multis.

Augustin⁹ — Augustinus de doctrina Christiana.

Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum. & corp⁹ suum: flagicium uocat̄. Quod autem agit: ut alteri noceat facin⁹ dicitur. Et hæc duo sunt genera omnium peccatorum.

Augustinus ad quendam Comitem.

Superbia & cupiditas in tantum unum malū sunt: ut nec superbia sine cupiditate: nec sine superbia cupiditas possit inueniri.

Augustinus in lib. confessionum.

Non est in carendo difficultas: nisi quum fuerit in habendo cupiditas.

Aug. li°. de conflictu uitioꝝ & uirtutum.

Cupiditas dicit ualde sine culpa es: qui quidem habenda concupiscis: quia multiplicare non appetis: Sed egere pertimescis: & q̄ malus alius retineret: ipse melius expendis.

Aug. & habet̄. xxiii. q. vii. ca°. Quod autem

Vsq; adeo autem calumniandi cupiditate cæcant̄: ut non attendant: q̄ sint inter se contraria: quæ loquuntur. Ambrosius li°. de uirginitate.

Ambros⁹. — Qui moderari nescit cupiditatib⁹: is quasi equis raptus indomitis uoluitur. Laniatur: affligitur.

Ambrosius lib. officiorum.

Quum augere opes: aggregare pecuniam: occupare terras possessionibus: cupimus præstarī diuitiis: iustitiæ formam exuimus: Beneficētiam communem amittimus. Ioannes Chrysostomus super Matthæum homelia. viiii.

Io. Crys. — Qui semel Christi seruus effectus est: non erit Mā monæ famulus: Cuius certe e regione fit domin⁹ Illa enim ut fugientem sequi: ita fugere cōsueuit sequentem. Nullum sic honorat: ut contemptorē sui. Nec ita irridet aliquem: ut eos qui nimium cō cupiscunt eam. Ioannes Chrysostomus super Matthæum homelia. viiii.

Appositio diuitiarum maiorem accendit flammam & uehementior fit cupido.

Bernardus — Bernardus sermone. vi.

Nihil in hac uita laboriosius: q̄ desyderiis terrenis æstuare: & nihil hic quietius: q̄ huius sæculi nihil appetere. Leo pp in sermone.

Leo. — Virum catholicum & præcipue domini sacerdotē: sicut nullo implicari errore: ita nulla oportet cupiditate uiolari. Mens enim pecuniæ auida nec abstinere nouit a uetitis: nec gaudere concessis: nec pietati adhibere consensum.

Origenes. — Origenes homelia. xviii. super illud. Leuitici. Quid faciam destruam horrea mea.

An non tibi uidetur a terra deuorari ille: qui semp de terra cogitat: qui semper terrenos habet actus. Qui de terra loquitur: qui de terra litigat: Terram desyderat: & omnem spem suam ponit in terra: q̄ ad cælum non respicit: qui futura nō cogitat: qui iudicium dei non metuit: nec beata eius promissa desyderat: sed semper de præsentib⁹ cogitat: & ad æterna non suspirat. Talem quum uideris dicito: quia deuorauit eum terra.

Basilius. — Basilius in homelia super illud. Omnium malorum radix est cupiditas.

Quis non talem misereatur? quis non infœlicitatē eius doleat? Angustatur ex abundātia: Constringitur & tristatur ex opulentia. Infœlix in præsentibus bonis: infœlicior i futuris. Et ideo ager ei nō redditus largiores: q̄ gemitus attulit grauiores.

Innocent⁹ — Innocentius de uilitate conditionis humanæ

Radix malorum est cupiditas: hæc sacrilegia committit & furta: Rapinas exercet & prædas. Bella gerit & homicidia. Simonias uendit & emit. Iniq̄ petit & recipit. Iniuste negociatur & fœnerat̄. Instat dolis: & Imminet fraudib⁹. Dissoluit pactū & uiolat iuramētum: corrumpit testimonium: & peruertit iudicium. Innocentius Ibidem

Tria maxime solent homines affectare: opes: uoluptates: honores. De opibus praua: de uoluptatib⁹ turpia: de honoribus uana procedunt. Nam opes generant cupiditatem & auariciā: uoluptates pariunt gulam & luxuriam: honores nutriūt superbiam & iactantiam. Innocentius Ibidem

O ignis inextinguibilis Cupiditas insatiabilis: Quis unq̄ pro uoto fuit contentus? quum adipiscitur quod optauerat: desyderat ampliora: Semper in habendis: & nunq̄ in habitis finem constituit. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: affer: affer: Nam crescit amor nummi: quātum ipsa pecunia crescit. Seneca ad Lucillium epistola. xiii.

Seneca — Vidisti aliquando canem missa frusta panis aperto ore captantem? Quicquid accepit protinus integrum deuorat: & semper ad spem futuri inhiat. Idem euenit nobis. Quicquid expectantibus fortuna proiecit: id sine ulla uoluptate demittimus: statim ad rapinam alterius erecti & attenti i Epycuri illud chaos incidimus. Inane: sine termino ē.

Seneca ad Lucillium epistola. xviiii.

Qualem dicimus seriem causarum esse: ex quibus

nectitur fatum: talem dicimus cupiditatem. Altera ex fine alterius nascitur. In eam dimissus es uitam quæ nunq̃ tibi terminum miseriarum: ac seruitutis ipsa factura sit. Plurima & undiq; ingesta non satiant. Vtrum istorum mauis in inopia satu/ritatem: an in copia famem.

Seneca epistola.xxi.

Turpe ẽ fatigare deos uotis. Parem te deo pecunia non faciet. Deus nihil habet.

Seneca epistola.lxxiiii.

Nullum habet maius malum cupiditas: q̃ q̃ ingrata est. Nemo quos uincit: sed a quibus uincatur aspicit: & illis non tam iucundum est multos uide re post se: q̃ graue aliquem ante se habet hoc uitium omnis ambitio nec respicit: nec ambitio tantum instabilis est: uerum cupiditas omnis incipit a fine. Ibidem.

Cupiditas fœlicitatem suã non intelligit: quia non unde uenerit respicit: sed quo tendat.

Seneca in prouerbiis.

Alienum nobis: nostrum plus aliis placet: effugere cupiditatem: regnum est uincere.

Seneca Ibidem.

Cupiditati tarda est celeritas. Valerius auidissimũ quenq; egenissimum esse dicebat.

Cicero libro paradoxorum.

Cicero. Laudetur uero hic imperator: aut etiã appelletur: aut hoc nomine dignus putet? Quomodo aut hic cui tandem libero imperabit? qui nõ potest suis cupiditatibus imperare? Refrenet primum cupidines: spernat uoluptates: iracundiam teneat: coerceat auariciam: & cæteras animi labes repellat: Tum aliis incipiat imperare: quum & ipse improbissimus dominis dedecori aut turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediet non modo imperator: sed liber habendus omnino non erit.

Cicero lib. paradoxorum.

Quid iam illa cupiditas: quæ uidetur esse liberalior honor.s: imperii: prouinciarum: q̃ dura est domina? q̃ imperiosa: q̃ uæhemens? Ibidem.

Quid quum dominatio cupiditatis excessit: & alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum timor: q̃ est illa misera? q̃ dura seruitus?

Cicero lib. paradoxorum.

Quem intelligimus diuitem? Aut uerbum hoc in quo homine ponimus? opinor in eo in quo tanta possessio est ut ad liberaliter uiuendum facile contẽtus sit: Qui nihil quærat: nihil appetat: nihil optet amplius: Animus oportet tuus se iudicet diuitem: non hominum sermo: neq; possessiones tuæ: Qui nihil deesse sibi putat: nihil curat amplius: satiatus est: aut etiam contentus sine pecunia: cõce do diues est. Sin autem propter auiditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas: quum isti ordini ne honestus quidem possit esse ullus: Si quotidie fraudas: decipis: poscis: pacisceris: aufers: eripis: Si socios spolias: ærarium expillas. Si testamẽta expectas amicorum quidem: atq; ipse supponis: hæc utrũ abundantis: aut egentis signa sunt? Animus hominis diues: non arca: appellari solet: q̃uis illa plena sit: dum te inanem uidebo diuitem non putabo.

Cicero li°. paradoxorum.

Qui igitur non plures filias: sed innumerabiles cupiditates habuerit: quæ breui tempoř magnas copias exhaurire possint: hunc quomodo ego appellabo diuitem: quum ipse egere se sentiat. Ibidem.

Diuitiarum fructus in copia est: Copiam autem declarat satietas reẜ atq; abundantia: quam tu quoniam assequere: nunq̃ omnino futurus es diues.

Cicero lib. officiorum

Expetuntur autem diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios: tum ad perfruendas uoluptates. Ibidem

Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocẽs uituperanda: Sed fugienda Iniuria semper est.

Cicero Ibidem.

Nihil est tam angusti tanq̃ parui animi: q̃ amare diuitias. Cicero Ibidem.

Nihil honestius magnificentiusq; q̃ pecuniam contemnere: si non habeas: Sed si habeas ad beneficẽtiam liberalitatemq; conferre.

Iuuenalis satyra.xiiii.

Sensit Alexander testa quum uidit in illa Iuuenalis.
Magnum habitatorem. Quanto fœlicior hic q̃
Nil cuperet: q̃ qui totum sibi posceret orbem.

Iuuenalis Ibidem.

Mensura tamen quæ
Sufficiat census: si quis me consulat: edam.
Inquantum sitis atq; fames & frigora poscunt.

Iuuenalis Ibidem.

Si non impleui gremium: si panditur ultra:
Nec Cressi fortuna unq̃: nec persica regna
Sufficient animo.

Horatius Car. lib. iii. ode. prima. Horatius

Desiderantem quod satis est: neq;
Tumultuosum sollicitat mare.

De hac materia habes multa supra in Auaricia.

Cura g̃: φροντισ. id est. & φροντίζω curo dicitur. Est autem cura mentis: Curatio autem medicinæ: curatura uero diligentiæ. Terentius. Reddunt curatura iunceas. hæc tamen sæpissime confunduntur. Differunt item cura & sollicitudo. q̃ cura proprie est in spe bonorum. Sollicitudo autem in metu malorum. A cura ueniunt Curiositas & Curiosus de quibus Infra.



Vriositas græce: πολυπραγμοσύνη. ης. ἡ. & πολυπράγμων. ονος. ὁ. curiosus dicitur. Est autem curiositas studium perscrutādi ea quæ scire nulla est utilitas. secundum. Anselmum li°. de similitudinibus.

Curiositas est superflua indagatio ad se nō pertinētium secundum. Hugonem.

Curiositas est uitium circa cognitionem intellectus & sensuum ad peccandum: & circa inspectionem ludorum: & mulierum: ad concupiscēdum: & spectaculorum. ex. b. Tho. scda scdæ. q. clxvii.

Curiosus & studiosus ita differunt: quia Curiosus est cupidus cognoscēdi ea quæ nihil ad se attinēt. Studiosus uero quæ ad animum nutriendum liberaliter & ordinabiliter ptinēt intentissime reqrit.

Esdræ — Esdræ Tercii cap. iiii.

Si fueris plurimum scrutatus: frequenter mirabe/ris. — Ecclēsiastici. Ecclesiastici cap. iii.

In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter & i pluribus eius operibus non eris curiosus.

Ecclesiastici. cap. iii.

Altiora te ne q̄sieris: & fortiora te ne scrutatus fue/ris. — Augustin⁹ Augustinus contra Manicheos lib. i.

Compescat se humana temeritas: & id quod nō est non quærat: ne illud quod est: non inueniat.

Augustinus lib. x. confessionum

Curiosum genus hominum ad cognoscendum uitam alienam: Desidiosum ad corrigendum suam.

Augustinus in epistola ad Diascorum.

Humilitati saluberrimæ qua dominus noster Iesus Christus ut docet humiliatus est maxime aduersatur quædam (ut ita dicam) imperitissima scientia: Dum nos scire gaudemus quid Anaximenes: quid Anaxagoras: quid Pythagoras: Quid Democrit⁹ senserit & cæteri huiusmodi: ut docti eruditiq; uideamur: quum a doctrina & uera eruditione longe absit:

Augustinus in libro de moribus ecclesiæ.

Sunt qui desertis uirtutibus: & nescientes quid sit deus: & quanta sit maiestas semper eodem modo manentis naturæ magnum aliquid se agere putant: Si uniuersam istam corporis mollem: quam mundum nuncupamus curiosissime perquirant: unde etiam tanta superbia gignitur: ut in ipso cælo: de quo sæpe disputant sibimet habitare uideantur: Augustinus lib. de uera religione.

In consyderatione creaturarum non est uana & peritura curiositas exercenda: Sed gradus ad imortalia & semper manentia faciendus.

Hieronymus in epistola de duobus filiis. — Hieronym⁹.

Nugas tenemus & fonte ueritatis amisso: opinionum riuulos consectamur. Gregorius homelia. xxxvi. super illud. Iuga boum emi qnq. — Gregorius

Graue curiositatis est uitium: quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandum uitam proximi exterius ducit: semper ei intima sua abscondit: ut aliena sciens se nesciens sit: Et curiosus animus: quanto peritus fuerit alieni meriti: tāto fiat ignar⁹ sui.

Bernardus super cant. — Bernardus

Doctrina spiritus non curiositatem acuit: sed charitatem accendit.

Bernardus de gradibus superbiæ.

Primus superbiæ gradus est curiositas. Ibidem

Si uideris monachum euagari: caput erectum: aures portare suspensas: curiosum cognoscas.

Prosper de uocatione gentium. — Prosper

Quæ deus occulta esse uoluit: nō sunt scrutanda: Quæ autem manifesta fecit non sunt neglīgēda: ne & in illis illicite curiosi: & in his damnabiliter inueniantur ingrati.

Aristoteles lib. viii. Aethicorum. — Aristoteles

Speculari magis possumus proximos: q̄ nos met ipsos: & illorum actiones: q̄ proprias.

Menander. — Menander.

πολυπραγμονεῖν ἀλλότρια μὴ βούλου κακὰ. i.

Multum curare aliena ne uelis mala.

πολλοὶ σχολὴν ἄγουσιν ἐις τὰ χείρονα. i.

Multi ocium conterunt in peiora.

τὸ πολλὰ πράττειν, ἐστὶ πανταχοῦ σαπρὸν. i.

Multa facere est ubiq; putridum.

τὸ πολλὰ πράττειν. καὶ λύπας πολλὰς ἔχει. i.

Multa facere: & tristicias multas habet.

Plautus in sti. ho. — Plautus

Curiosus nemo est: qui non sit maliuolus.

Terentius in Eautontumorumenos. — Terentius

Ita comparatam eē naturam omnium hominum? ut aliena magis iudicent q̄ sua.

Terentius Ibidem.

Tantum ne ab re tua est ocii tibi? aliena ut cures: & ea quæ nihil ad te attinent.

Terentius in Ecyra.

Tua quod nihil refert per cunctari desinas.

Daemonium græca dictio est. Ab illis eni δαιμόνιον. ου. τὸ. & δαιμονοφόρητος. ου. ὁ. dæmoniac⁹ dicitur. Est autem dæmonium animal genere: mente rationale: animo passiuum: corpore aereum: Tempore æternum: secundum. L. Apuleium de deo Socratis. ex b. Tho. prima parte. q. li. ar. i. Scribit p̄terea Idem

Apuleius dæmões irritari iniuriis: obsequiisq; ac donis placari: gaudere honorib⁹: uariis sacrorum ritibus oblectari: Ad eos pertinere diuinatiões augurum: aruspicum: uatum: ac somniorû: nec non magorum miracula. Homerus præterea deos omnes dæmones uocat: & aliquando ipsum Iouem. Verum nostræ religiõis homines dæmones appellant spirit⁹ in cælo ab omnium rerum opifice creatos: qui de cælo ipso deiecti: partim in terræ infimo: partim in hoc aere: tanq̃ sibi congruo carcere damnati sunt: nocẽdi semper cupidi: a rusticia alieni: superbia tumidi: inuidentia liuidi: fallacia callidi: humana quandoq; corpora ingredientes: uel uiuentia adhuc: uel iam mortua: et sub humana specie mulieres aliquãdo ineuntes: qui tunc incubi dicuntur: modo uiris se subiicientes: & cum succubi appellantur.

DAmnatio græce: κατάκρισις .εως .ἡ. & κατακρίνω dãno dicitur. Damnatio & damnû Paulus iurisconsultus ab adẽptione & quasi diminutiõe patrimonii dicta esse affirmat. Et simili damno uerbû: quod nûc significat damno afficio: unde & condemno dicitur. Et qui nullo damno afficitur indemnis appellatur.

DAmnû.g̃: ἀποβολή. ῆς .ἡ. uel ζημία.ας.ἡ. dicitur. Differunt aût dãnum & malum. q2 damnum est rei. Malum uero hominis ipsius. Quare Terẽtius in Andria. Quid feceris illi qui dederit damnum aut malum. Ex Donato super Terentio.

Prouer. Prouerbiorum cap. xii.

Qui negligit damnum propter amicum: Iustus est.

Augustin⁹ Augustinus in sermone de sancto stephano

Non sic sapit lucrum: quomodo dolet damnum: Fortior in confessione Christi: qui damna non timuit: q̃ qui lucra contempsit.

Augustinus de Charitate.

Vis ut ille non damnet: tu damna. Vis ut ille ignoscat tu ignosce. Nemo nisi per indebitam misericordiam liberatur. & nemo nisi per debitum iudicium damnatur.

Augustinus lib. de uera relligione.

Est pulchritudo uniuersæ creaturæ per hæc tria inculpabilis: damnatione peccatorum: exercitatione iustorum: perfectione bonorum.

Aug. donatistis & hẽtur. ii. q. vi. Q đ errauerat.

Quod errauerat inquit dominus nõ reuocastis: & quod perierat nõ requisistis: hoc uobis ipse deus p nos facit: ipse obsecrando: ipse minando: siue corripiendo: siue damnis: siue laboribus: siue per suas occultas admonitiones: uel uisitationes: siue p potestatum temporalium leges. Ambrosius lib. de officiis & habetur. xiiii. q. v. Deniq;. Ambrosi⁹.

Deniq; si non potest subueniri alteri: nisi alter lædatur: commodius est neutrum iuuari: q̃ grauari alterum. Ideo q; in causis pecuniariis interuenire nõ est sacerdotale: in quibus non potest fieri: qn frequenter lædatur alter: qui uincitur: quoniam intercessoris beneficio se uictû arbitratur. Sacerdotis ẽ igitur nulli nocere: prodesse uelle omnibus: posse autem solius est dei.

Gregorius & habet᷑. vi. q. i. Ex merito. §. Deteriores. Gregorius

Deteriores sunt qui uitam moresq; bonorum corrumpunt his: qui substantias aliorum prædiaq; diripiunt. Gregorius in moralibus.

Apertus damnationis testis est ipse timor iniquitatis. Quia & timetur quod agi᷑: & tamen malum non uincitur quod timetur.

Cassiodorus epistolarum lib. iiii. Cassiodor⁹

Melius est præsentia damna cõtemnere: q̃ exiguo quæstu perpetua commoda non habere.

Seneca in prouerbiis. Seneca

Damnum nisi ex abundantia raro uenit.

DEbilitas. g̃: ἀσθένεια.ας.ἡ. & ἀσθενῶ debilito dicitur. Est autẽ debilitas̃ ĩfirmiorem face᷑. Debilis dicitur quasi parum habilis hoc est malæ habitudinis.

DEbitum græce: ὀφείλημα.ατος.τό. & ὀφείλω debeo dicitur: quod est obligat⁹ sum: quo uerbo communis actio comprehenditur: (ut sentit Vlpianus): siue ciuilis sit: siue honoraria: siue fideicommissi prosecutio. Inde fit debitor: qui: ut Modestinus inquit: is proprie dicitur a quo inuito exigi pecunia potest. Et debitum id quod debetur. & debitio ipse actus. Cicero. Per q̃ dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ: Nam q pecuniam dissoluit: statim non habet id quod reddidit: qui autem debet æs retinet alienum: Gratiã autem & q refert habet: & q habet ĩ eo ipso: quod habet refert. Menander. Menãder.

λαβὼν ἀπόδος ἵνα θέλῃς καὶ λαβεῖν πάλιν.

Quum acceperis redde hõ: & capies rursus. Idem

τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ.

Debita seruos illos: qui sunt liberi: faciunt.

DEceptio græce: ἀπάτη.ης.ἡ. & ἀπατεὼν deceptor dicitur. & ἐξαπατῶ decipio. Est autẽ deceptio corruptio scientiæ secundum. b. Tho. pria secũdæ. q. liii. ar. i. Decipere est deludere: defraudare. Inde decipula quod

est gen' laquei ad decipiendas & capiendas feras.



Ecima. g̃: δικατσμὸς & δὲκα decem dici/tur. Est autẽ decima portio una ex decem. Veteres enim ex una/quaq; re decimã offerre dijs solebant. Plautus. Vt decimã solue/ret Herculi. Ab hoc autem uerbum decimo deducit̃: quod est decimã partem detraho.

Decima est omnium bonorum iuste quæsitorũ pars deo debita. Extra e tua nobis. Quidam sic distin/guũt primicias a decima q̃ primiciæ sint frugũ: aliorum uero dicitur decima.

Exodi — Exodi capitulo. xxii.

Decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bo/bus quoq; & ouibus similiter facies.

Exodi capitulo. xxiii.

Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum do

Leuitici — mini dei tui. Leuitici cap. xxvii.

Omnes decimæ terræ: siue de pomis arborum: siue de frugibus domini sunt.

Numeri. — Numeri capitulo. xviii.

Omnia quæ offeretis ex decimis & in donaria dñi: separabitis: optima & electa erunt cuncta. Ibidẽ.

Et non peccabitis super hoc. Egregia uobis & pin/guia reseruantes: ne polluatis oblatiões filiorum Israel & moriamini.

Augustin' — Augustinus & habetur. xvi. q. i. Decimæ.

Decimæ tributa sunt egentium animarum. q̃ si decimam dederis: non solum abundantiam fructuũ recipies: sed etiam sanitatem corporis cõsequeris. Non igitur dominus deus præmium postulat: sed honorem.

Aug. Ibidem. habet̃ ibidem

Hæc est enim iustissima consuetudo: ut si tu illi de/cimas non dederis: tu ad decimam reuoceris. Da/bis impio milliti: quod non uis dare sacerdoti.

Augustinus. & habetur Ibidem.

Decimæ & enim ex debito requiruntur: Et qui eas dare noluerint res alienas inuadunt. Et quãti pauperes in locis suis ubi ipse habitat: illo decimas nõ dante: fame mortui fuerint: tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicijs tribunal apparebit: qui rem a deo pauperibus delegatam suis usibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparare: aut peccatorum desyderat indulgentiam ꝓmereri: reddat decimam: etiam de nouem partib' studeat elemosinam dare pauperibus.

Augustinus in sermone de decimis.

Attende q̃ creatura decima inter ĩtellectuales creaturas est homo: quia angeli in nouem ordinib': decimus autem ordo est hominum. Et ideo est hominis decimam soluere: ut ruinã angelorum ualeat supplere. Hieronymus super Mala — Hierony'.
chiam: & habetur. xvi. q. i.

Si quãdo fames: et poenuria: & rerum omnium egestas opprimit mundum: sciamus hoc ex ira dei descendere: qui se in pauperibus: si nõ accipit elemosynam: fraudari loquitur: ut suas possessiones possimus decimas & primitias interpretari.

Hieronymus Damaso papæ & habetur. xvi. q. i. Quoniam quicquid.

Quoniam quicquid habẽt clerici pauperum est: & domus illorum omnibus debent esse communes: susceptioni peregrinorum & hospitum: inuigila/re debent. Maxime curandum est illis: ut de deci/mis & oblationibus cenobijs: & xenodochijs qualem uoluerint & potuerint sustentationem impẽ/dant. Ambrosius in sermone. xl. — Ambros'.

Quicunq; recognouerit in se q̃ fideliter non dederit decimas suas: modo emendet quod minus fe/cit. Quid est fideliter dare decimas: nisi ut nec pe/ius: nec minus aliquando offerat de grano: aut de uino: aut de fructibus arborum atq; pecorib': aut de horto: aut de negocio: aut de ipsa uenatiõe sua.

Gregorius in Registro. — Gregorius

Presbyter si per pecuniam ecclesiam obtinuerit: nõ solum ecclesia priuetur: sed etiam sacerdotii honore spolietur. Quia altare: & decimas: & spiritum sanctum emere uel uendere Simoniacam heresim esse nullus fidelium ignorat.

Io. Chrisostomus super illud Matthæi. — Io. Chrys.
xxiii. Qui decimatis.

Iusticiam: misericordiam: & fidẽ propter suam glo/riam mandauit deus: Sed decimas propter sacer/dotes. Ibidem.

Sacerdotes qui propter decimas corrpiunt popu/lum: & maiora peccata tacent: docent colare cu/licem: & deglutire camellum. i. a modico abstine/re: & maiora committere.



Eclaratio græce: δήλωσις. ιος. ἡ. & δηλόω declaro dicitur: Quod est: aperio: manifesto: unde declaratio uenit: & declara/tus a clarus quod est lucidus.



d Eclinatio græce: κλίσις. ιος. ἡ. & κλίνω declino dicitur.



Eclinis uel decliuus: (utroq; enim modo dicitur) & terciæ & secundæ inflexionis græce dicitur κατωφερὴς. ιος. ὁ. ἡ. Est autem decliuis inclinatus: atq; incuruus. Ita & accliuis & accliuus: græce: κατάντης. ιος. ὁ. ἡ. Et est arrectus & in cliuum acuminatus.

DEcrementum: ğ: μέιωμα ατοσ. τὸ. & μειόω decreſco dicitur: quod eſt diminuor: ſicuti accreſco ad augeor. Eſt autem decrementum motus a perfecta magnitudine: in imperfectam magnitudinem. ſcdm. Ari. iii. phiſi.

DEcrepitus: graece: παρήλιξ. κοσ. ὁ. & παρηλικία. ασ. ἡ. decrepitas dr̃. Sunt autem decrepiti ſenes in dubio uitae conſtituti. Crepera. n. res dubia eſt: ut Nonius inquit: unde crepuſculum. i. lux dubia: & creperum bellum anceps. Vel decrepiti dicuntur: q̃ nec mouere ſe propter ſenectutem: nec ullum facere crepitum poſſunt. i. ſonum. Et enim crepit' ſonus propriae cymbalorum: tympanorumq̃. et aliorum huiuſmodi.

DEdec': ğ: αἶσχοσ. εοσ. τό. & αἰσχυνόμενοσ. ὁ. ἡ. turpior dicitur. Eſt autem dedecus ignominia & ueluti infamia quaedam. Ita & dedecet pro eo accipitur: quod eſt incõueniens: ineptum: & turpe. Vnde dedecoro quod eſt foedo: & contumelia: atq̃ ignominia afficio. Cicero magiſtratum ipſum dedecorabat. Hui' oppoſitum eſt decoro media ꝓducta: quod eſt orno. Et decorum quando ſubſtantiuum eſt: quod ſignificat decentiam quandam: rebus: perſonis: temporibus: & locis: ſiue in agendo: ſiue in loquendo accommodatam.

DEfectus: ğ: ἔκλειψισ. εωσ. ἡ. & ἐκλείπω deficio dicitur.

Definire & diffinire quid ſint: et quomodo differãt: Vide infra in diffinitio.

Defenſio: ğ: ἀντίληψισ. εωσ. ἡ. & περιλαμβάνω defendo dicit̃. Defendo & offendo cõtraria ſunt. Eſt enim offendere incurrere in aliquid atq̃ incidere. Terẽtius. Offendi adueniens quendam mei loci hinc atq̃ ordinis hominem. hoc eſt incidi. Defendere uero eſt depellere. Virgi. Solſticium pecori defendite ideſt depellite. Et quoniam qui incidunt in aliquid ſolent ſaepe laedere id in quod incidunt: E conuerſo qui depellunt tuentur: Factum eſt: ut offendere pro laedere, uſurpetur: & defendere pro tueri: & quaſi uim depellere.

DEgener: graece: ἀγεννήσ. εοσ. ὁ. ἡ. dicitur. eſtq̃ idem quod ignobilis. Venit autẽ a degenero as: quod eſt a generis nobilitate deſiſco. Virg. Degeneres aios timor arguit.

DElectatio: graece: τέρψισ. εωσ. ἡ. τέρπω delecto dicitur. Eſt autem delectatio operatio habit' ſecundum naturam: ſine impedimento. ſecundum Ariſtot. li°. vii. Aethicoꝝ.

Delectatio eſt ſuperfloritio quaedam naturae. ſecundum Commentatorem ſup. x. Aethicorum.

Delectatio eſt uoluptas: ſuauitate auditus: uel aliorum ſenſuum animum deliniens. ſecundum Ciceronem li°. iiii. Tuſcula. quaeſt.

Delectatio eſt motus in apparenti animali: conſequens: apprehenſionem boni naturalis: preſentis: per ſenſum. ſecundum bea. Tho. prima ſcdae. q. xi. ar. i.

Delectatio eſt quietatio cognita in re conuenienti. ut. b. Tho. Ibidem Differt autem delectatio a gaudio. Q̃d Delectatio contingit ſcdm ſenſum exteriorem: & interiorem. Gaudium uero: ſcdm Interiorem tantum. ex. b. Tho. iiii. ſen. di. xlviii. q. iii. ar. i. Dicitur autem delecto a delicio uerbo: quod proprie eſt attraho: & duco: Et quoniam quae grata & iucunda ſunt nos attrahere: atq̃ allicere ſolent: factum eſt: ut delectare ſit gratum eſſe: & iucunditate afficere. Vnde delectatio: delectamentum: & delectamen.

Deliberatio: graece: βούλευσισ. εωσ. ἡ. & βουλεύομαι delibero dicitur. Eſt autem liberare particulare uerbum: quod ſignificat libertate donare. Interdum uniuerſale: quod eſt abſoluo. Liberare etiam pro eo uſurpamus quod eſt addicere. Vnde in licitationibus rem quae uenalis ꝓpoſita eſt: plus offerenti addicere: uel liberare dicimur. Et nõ modo qui uendit: ſed etiã qui emit rem ipſam ſic uenditam liberare dicitur. Hinc liberationis uocabulum Paulus iuriſconſultus affirmat eandem uim habere: q̃ ſolutionis: liberata a ueteribus pro effata: hoc eſt locuta uſurpari ſolebat. A libero fit delibero: hoc eſt decerno: ſtatuo. Nam capto conſilio mens a cogitatione liberatur. A delibero fit deliberatio.

DEliciae. graece: τρυφή. ησ. ἡ. & τρυφερόσ. ου. ὁ. delicioſus dicitur. Sunt autem delicioſi: qui non poſſunt ſuſtinere aliquos labores: nec aliquid minuens delectationem: ſecundum. b. Tho. ſcda ſcdae. q. cxxxviii. ar. i. Differunt autem deliciae & mollicies: quia mollicies proprie reſpicit defectum delectationum. Sed deliciae reſpiciunt cauſam impeditiuam earum. ſ. laborem: uel aliq̃d tale. Ideo deliciae ſunt quaedam mollicies. ex. b. Tho. ſcda ſcdae. q. cxxxviii. ar. i.

Deliciae dicuntur a delicio: de quo uerbo: uide ſupra in delectatio. Hinc delicatus plenus deliciis: ſiue in deliciis uiuere aſſuetus. Sunt aut proprie deliciae: quae maxime nobis uoluptati ſunt: a deliciendo: hoc eſt ab alliciendo nos ad uoluptatem. Eccleſiaſtes. c°. ii.

· Dixi ego in corde meo. Vadam & affluam deliciis: & fruar bonis: Et uidi: q hoc quoq esset uanitas.

Augustin⁹ Augustinus super Ioannem.

· Si habet animus unde oblectetur exterius: sine deliciis manet interius. Aug. super Epistolam Ioannis. & habetur Di. xli. Deliciae.

· Deliciae qualibet: si absq desyderio percipiantur: non officiunt: & uiles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiae.

Gregorius Gregorius in homelia.

· Corporales deliciae quum non habentur graue in se desyderium accendunt: quum uero habitae edun tur: comedentem protinus in fastidium uertunt. At contra spirituales deliciae quum non habentur in fastidio sunt: quum habentur in desyderio. In il lis appetitus saturitatem: saturitas fastidium generat. In istis autem saturitatem appetitus: saturi tas appetitum parit. Augent enim spirituales deli ciae desyderium in mente: dum satiant.

Io. Chrys. Io. Chrysostomus lib. de Cōpunctiōe Cordis.

· Sicut impossibile est ut ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est compunctionem cordis uigere in deliciis. Contraria enim haec sibi sunt inuicem & peremptoria. Illa enim mater est fletus: haec ma ter est risus. Illa cor constringit: ista dissoluit.

Io. Chrysostomus de reparatione lapsi.

Centum si placet annos dem⁹ deliciis: adde & alios centum: si libet adde & decies centum: Quae erit ex his ad aeternitatem compensatio: Nonne omne tempus huius uitae: quo deliciis frui uidemur: & indulgere libidini: quasi noctis unius somnium ad aeternitatis comparationem uidetur.

Cassiodor⁹ Cassiodorus epistolarum lib. iiii.

Facile onus afflictionis sentiunt: qui uti suauib⁹ de liciis cōsueuerit.

Seneca Seneca epistola. lii. ad Lucillū.

Nullum laborem recusant manus: quae ab aratro ad arma transferuntur: In primo puluere deficit unctus & nitidus.

Horatius Horatius epistolarum lib. i. epistola. vi.

· Vis recte uiuere: Quis non?
Si uirtus hoc una potest dare: fortis omissis
Hoc age deliciis.

Elictum graece: πλημμέλημα. ατος. & πλημμελῶ delinquo dicitur. Est autē delictum boni desertio. Quid enim aliud sonat nomen nisi derelictum: Et quis deliquit: nisi qui summum bonum dereliquit: secundum Augustinum in quaestionibus super Leuitico.

Delictum communiter significat quancunq omissionem. Sed stricte omissionem pertinentium ad deum: uel quando scienter: & cum contēptu omittit homo id quod facere debet. secundum beatum Tho. sc'da sc'dae. q. lxxviii. ar. iiii.

A linquo sit apositum delinquo: quod pprie signi ficat praetermitto: Quoniā uero praetermittere ea quae praetermitti non debent peccare est: delinquere etiam pro peccare usurpatur. Hinc delicta peccata dicuntur: quae aut proposito: aut impetu: aut casu fiunt. Proposito delinquitur a latronib⁹ factionem habentibus. Impetu ab aebriis ad ferrū uenientibus. Casu quum in uenatu telum in feram missum hominem interimit. De hac materia uide in fra in Peccatum.

Elusio graece: καταπαιγμα. τος. τό. & καταπαίζω deludo dicitur. Est autem deludere & eludere deridere: atq decipere. Plautus. Quid me deluditis: & nocte excluditis foras.

Ementia graece: ἀφροσύνη. & ἄφρων. ονος. demens dicitur. qui quasi deorsum a mēte dicitur. Quo modo autem differat ab amente. uide supra in Amens.

Emocratia graeca dictio est δημοκρατία. ας. Et est principatus populi: uel popularis status: & est quum ad commodum egenorum respublica a pauperibus gubernatur. secundum Aristotelem lib. iii. polyticorū.

Emonstratio graece: δεῖξις. εως. ἡ. & δεικτικὸς ου ὁ. demonstratiuus dicitur. & δείκνυμι demonstro. Est aūt demōstratio certis ac necessariis rōnib⁹ al cui⁹ rei pbatio.

Enominatiuum graece: παρώνυμον. ου. τό. dicitur. Dicuntur autem denominatiua quaecunq aliquo solo differentia casu habent appellationem. secundum Aristotelem libro praedicamentorum.

Epositum graece: παρακαταθήκη. ης. ἡ. dicitur. Et est quod custodiendum alicui datum est: ut habetur. ff. depo. l. i. in prin. Differt autem a mutuo: quia depositum datur ad utilitatē dātis. Sed mutuum ad utilitatē ac accipientis. b. Tho. sc'da sc'dae. q. lxii. ar. vi.

Deponere est apud sequestrum collocare: Hinc depositum dicitur.

Eprecatio. g. δέησις. εως. ἡ. dr: uenitq a deprecor: qd qñq significat uehemēter p cor. Aliqñ detestor: & ppulso: & quasi p cido depello. Ouid. Saepe pcor mortē: mortē quoq depcor idē. Ne mea sarmaticū otegat ossa solū.

Erisio. g: καταγέλασις. εως. ἡ. & καταγελαστικός. ὁ. ridiculus: & καταγελάω derideo dicitur. Est autem derisio quum aliqs malū alicuius psonae: uel defectū in ludum: uel risum ponit: ut erubescat: & uerecū de⁹. Derisoris finis est ut erubescat: Cōuitiatoris uero ut tollat honorē. b. Tho. sc'da sc'dae. q. lxxv.

Derisio de re notabili est peccatum mortale. Et est grauius q̃ contumelia. Sed grauissimum derisio dei: Secundo parentum: Tertio iustorum: scda secundæ. q. lxxv. ar. ii.

Derideo illudo: contemno: & de aliquo rideo: siue risum moueo: a quo derisor: & derisio: & derisus quartæ declinationis.

Derogare & abrogare quid sint: Et quomodo inter se differant. Vide supra in Abrogatio.

Descriptio: g̃: κατα γραφή. ης. ή. κατα γράφω describo dicitur. Est autem descriptio rei propositæ per quasdam proprietates declaratio. Quid autem differat a Diffinitione: uide infra in Diffinitio.

Desyderium: g̃: ἱμερος. ου. ό. & ἱμείρω desydero dicitur. Est autem desyderium libido eius quod nundum adsit. scdm Ciceronem li°. tusc. quæst.

Desyderium est motus appetitus in amabile: & inchoatio amoris. ex. b. Tho. ii. senten. di. xxvi. q. i. art. iii.

Desyderium differt ab amore. Quia desyderium est de bono non habito. Sed amor est de bono absolute scdm eundem prima parte. q. xx. ar. i.

Desidia: g̃: ῥαθυμία. ας. ή. & ῥάθυμος. ου. ό. desidiosus dicitur. Est autem desidia ignauia: & desidiosus piger: & ignauus. Ita et deses desidis a dissido: quod ē ocious sedeo.

Despectio: g̃: ὑπερόψια. ας. ή. & ὑπερορέω despicio dicitur. Est autem despectio siue despicentia siue despectus quartæ declinationis: idem quod contempt⁹: quoniam ea quæ contemnimus quasi deorsum: & ad pedes nostros proiecta aspicere solemus. De hac materia uide supra in Contemptus humilium.

Desperatio græce ἀπόγνωσις. εως. ή. & ἀπογιγνώσκω despero dicitur. Est autem desperatio ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum scdm Ciceronem libro. iiii. Tusc. quæst.

Desperatio est quando ex falsa existimatione propter peccata quæ fecit uel bona quæ omisit desperat de dei misericordia: credens deum nolle: uel non posse sibi parcere: uel in gratiam recipere.

Desperatio non importat solam priuationem spei: Sed recessum a re desyderata pp̃ter impossibilitatem existimatam. b. Tho. xii. q. xxxx. ar. iiii. De hac materia uide infra ubi spes.

Regum — Regum secundi c°. ii.

An ignoras q̃ periculosa sit desperatio?

Augustin⁹ — Aug. li°. de Vtilitate agendæ poenitentiæ.

· Nemo desperet. Iudam tradditorem non tam scelus quod cōmisit: q̃ indulgentiæ desperatio fecit penitus interire. Ibidem.

Ne desperando augeamus peccata. Propositus est poenitentiæ portus. Rursus ne sperando augeamus. Datus est dies noctis incertus.

Aug. li°. de poenitentia.

· Quicquid feceris: quantumcunq; peccaueris: adhuc in hac uita es: unde te omnino: si sanare nollet deus auferret. Qui. n. clamando tibi persuasit ne recederes: parcendo clamat ut redeas.

Aug. super ps. lv.

· Noli dicere: Nunquam talem hominem deus correcturus est tam malum: tam puersum. Noli desperare. Quem roges attende. Non pro ipso quores. Magnitudinem morbi uides: potentiam medici non uides. Aug. in li°. de Symbolo.

Latro agnouit: Petrus negauit. In Petro demonstratur q̃ iustum non debere de se præsumere: In latrone nullum impium debere diffidere conuersum. Timeat ergo bonus ne pereat per superbiam: & malus ne desperet per multam maliciam.

Hieronymus in epistola ad Abidiam. — Hierony⁹

Deus enim cunctos æquali sorte generauit: & dedit arbitrii libertatem: ut faciat unusquisq; quod uult: siue bonum siue malum. Quid ergo poterimus dicere: Nisi ille qui uult damnari damnetur: & qui uult saluari saluetur. Quæ nam fuit saluationis causa in Petro? & in Iuda suæ damnatiōis? Nempe uterq; liber erat. Sed petrus post trinam negationem domini: egressus foras fleuit amare. Iudas uero post tradditionem poenitentia ductus desperans de misericordia dei laqueo se suspendit.

Ambrosius super Lucam. — Ambros⁹.

Incumbit uirtuti sæculi: qui desperat de adiutorio dei. Ibidem.

· Nemo diffidat: nemo ueterum consci⁹ peccatorum præmia diuina desperet. Nouit dominus mutare sententiam: si tu noueris emendare delictum.

Gregorius in pastorali. — Gregorius

Quibusdam sæpe magnitudo uirtutis occasio fuit perditionis: ut quum de confidentia uirium inordinate securi essent: per negligentiam inordinate morerentur. Mater enim negligentiæ solet esse securitas. Videndo ergo meretricem. i. Magdalenam de tua liberatione nō desperes. Sed &̃ Iudam iudicando securus esse non debes. Cōfidentia sta tim euertit: & desperatio post lapsum exurgere nō dimittit. Io. Chrysostom⁹ de reparatione lapsi. — Io. Chrys.

Ianuas æternæ ciuitatis nobis desperatio claudit: spes aperit: fiducia latum prebet ingressum.

Isydorus de summo bono li°. ii. c. xiiii. — Isydorus.

Nullus debet desperare ueniam: etiam si circa finem uitæ suæ conuertatur ad poenitentiam.

Vnumquenq; .n. dominus de suo fine: non de uita: iudicat.

Isydorus Ibidem.

In uita hominis finis quærendus est: quoniam deus nõ respicit quales antea uixerimus: sed quales circa finem uitæ fuerimus. Ibidem.

Perpetrare flagitium aliquod mors est animæ: sed desperare est in infernum descendere.

Leo Leo pp. & habetur .xxxii. q. ii. Ancillam.

Nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunq̃ quod diffidentia ætatis differtur: consilio maturiore perficitur.

Hugo Hugo li° de uera sapientia.

Prima salus est declarare culpam: Secunda non desperare ueniam. Quia ipse se in æternum punit: q apud uerum iudicem ad poenitẽtiam nõ recurrit.

Boetius Boetius li° Diuisionum.

Quis non uideat plurimum ad bonarum artium effectum ualere: si apud mentes hominum nunquã sit desperatio discendi. Seneca Tragedia .vi.

Seneca Qui non potest sperare: desperet nihil.

Q. Curti' Q. Curtius de gestis Alexandri li°. v.

Vt opinor ignauiam quoq; necessitas acuit: et sæpe desperatio spei causa est.

Q. Curtius de gestis Alexandri li°. vii.

Desperatio magnum ad honeste moriendum incitamentum est. Vegetius de re militari li°. ii.

Vegetius Necessitas enim quædam uirtutis est desperatio.

Val. maxi. Valerius maximus li°. ii.

Humanæ igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas. Virg. Eneidos li°. ii.

Virgilius. Moriamur & in media arma ruamus.

Vna salus uictis nullam sperare salutem.

Desponsatio: g̃: μνηστεία ... & μνηστεύω despondeo dicitur. A sponte autem uenit spondeo quod ueteres pro dico usurpabant. Nam q spondet: sponte: hoc est: uoluntarie dicit. Postea uero usurpari cæptum est pro spõte promitto. Vnde q puellam spondet sponsor dicitur. puella quæ spondetur sponsa: cui spondetur sponsus appellatur. Hinc desponsatio uenit.

Destinare ẽ dirigere aliqd in aliqd: uel mente propõere. b. Tho. pria pte. q. xxiii. ar. i. Destino a de et sto cõpositum uidetur: & idem est quod delibero: assigno: deputo: addico: quasi stare facio. Virg. Et me destinat aræ.

Desuetudo: g̃: ἀήθεια ... & ἀηθέω desuesco dicitur. Venit autem desuesco a de/ suesco: quod est dissoluo. Dicimus autem dissuo: dissuesco: dissuefacio: Et desuo: desuesco: desuefacio: in eadem significatione. Eorum opposita sunt consuo: consuesco: consuetudo: & alia huiusmodi.



Detractio: g̃: κακολογία ... & κακήγορος. maledicus dr. Et est detractio: denigratio alienæ famæ p occulta uerba. scdm b. Tho. 2a 2æ. q. lxxiii. ar. iii. Detractio ẽ seminatio mali occulte in proximi iniuriam. Differt autẽ Detractio a Cõtumelia. Quia cõtumeliosus per aperta dicta intendit honori derogare. Detractor uero ĩ absentia pximi eiº famã lædit. secundum. b. Tho. scda scdæ. q. lxxiii.

Detractio q̃ ẽ occulta maledictio ad denigrationem famæ: p impositiõem falsi: p adauctionẽ mali: p reuellatiõem mali occulti: & p depravationẽ intẽtionis: de se est peccatum mortale. Ex leuitate uero ẽ ueniale: nisi fit de graui: sed pp bonũ: cũ debitis circunstãtiis nullũ ẽ peccatũ. ex. b. Tho. 2a 2æ. q. lxxiii. ar. i. Quõ aũt hæc differãt. s. Detractio: Contumelia: Derisio: et Susurratio. uide supra ĩ Cõtũelia.

Detraho aliquãdo significat tollo: extraho: Terentius. Accurrunt serui: soccos detrahunt. Aliqñ significat derogo. Vnde detractio & detractores q famæ alienæ derogare nituntur. Exodi. c°. xxii. Exodi

Diis non detrahes: & principi populi tui non maledices. Prouerbiorum c°. iiii. Prouerbi.

Remoue a te os prauum: & detrahentia labia sint procul a te. Prouerbiorum capitulo. xiii.

Qui detrahit alicui rei: ipse se in futurum obligat. Prouerbiorum c°. xxiiii.

Ventus Aquilo dissipat pluuias: & facies tristis linguam detrahentem. Prouer. c. xxiiii.

Cum detractorib' nõ cõmiscearis. Prouer. c. xxvi.

Quũ defecerit ligna extinguet' ignis: & susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Ibidem.

Verba susurronis quasi simplicia: & ipsa perueniunt ad intima cordis. Ecclesiastes cap. x. Ecclãstes.

Si mordeat serpens in silentio: nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Ecclesiastes. c. x.

In cogitatiõe tua regi non detrahas. Sapiẽtia. c. i. Sapientia.

Quoniam auris cæli audit oĩa: & tumultus murmurationum non abscondet'. Custodite ergo uos a murmuratione: q̃ nihil prodest: & a detractione parcite linguæ. Ecclesiastici c°. v. Ecclãstici

Non appelleris susurro ĩ uita tua: & lingua tua ne capiaris: & confundaris. Ecclesiastici. c. v.

Susurrator autem: odium: & inimicicia: & contumelia. Ecclesiastici. c. xi.

Bona in mala conuertens insidiatur: & ĩ electis ponit maculam. Ecclesiastici. c. xxi.

Susurro coinquinabit aĩam suam: & ĩ oĩbus odiet'.

Paulus ad Corynthios primæ. c. x. Paulus

Neq; murmurauentis: sicut quidam patrum uestro

rum murmurauerunt: & perierunt ab extermin a tore. Paulus primae ad Corinth.c.vi.
Nec maledici: nec rapaces regnum dei possidebūt. Paulus ad Romanos.c.i.
Detractores deo sūt odibiles. Iacob' i epistō.c.iiii.
Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri: aut q iudicat fratrē suum detrahit legi: & iudicat legem.

Augustin' Augustinus li° de conflictu uitiorū & uir. Detractio dicit quis potest sufferre? quis potest silentio tegere? quanta ille uel illa praua committit? ni si forte qui consentit. Libertas iuste increpans respondet. Nec tacenda sunt mala proximi: nec cōsentienda: sed charitate fraterna in facie proximus redarguendus est. Non nunquam etiam errata ad tempus delinquentium silentio tegēda sunt: ut apto tempore corrigantur.

Aug. in epistola ad Hipponenses.
Quum ipsam scripturae ueritatem criminari aut obscurare non possunt: hos per quos praedicatur in odium: de quibus effingere quicquid in mentē uenerit possunt. Vnde iam apostolicae prophetiae tempus uidet' instare. Erit tempus i quo sanam doctrinam non sustinebunt. Aug. sup illud ps. Pro eo ut me diligerēt detrahebāt mihi.
Plus nocent in membris detrahentes Christo: qui animas credentium interficiunt: q̄ qui eius carnē mox resurrecturam peremerunt.

Aug. libro de paradiso.
Bilinguis serpens habetur atq; mortalis: eo q̄ diaboli minister aliud lingua loquatur: aliud corde meditetur. Aug. in e' mensa hos uersus dr̄ hāuisse.
Quisquis amat dictis absentum rodere uitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.

Hierony'. Hieronymus epistola ad Nepotianum.
Caue ne linguam: aut aures habeas prurientes: ut aliis detrahas: aut alios detrahētes audiat. Ibidē.
Non licet tibi uituperationem alterius patiēter audire: Quia nec ab aliis opptas recipi tuam. Nemo inuito auditori libenter refert detractoria. Sagitta in lapide nō infigitur: sed interdum resiliēs percut dirigētem. Distat detractor: dum te uidet nō libenter audire: non facile detrahere.

Hieronymus ad Nepotianum.
Plus peccat detractor qui amorem proximi a corde alterius minuit: q̄ qui uictum ab ore pauperis rapit. Nam sicut anima preciosior est: q̄ corpus: Sic grauius est animae uictum auferre: q̄ corporis.

Hieronymus Ibidem.
Cauēdum est ne quis sinistrum aliquid de aliquo loqui praesumat: nisi propter eius emendationem faciat. Hieronymus ad Celantiam.
Nulli unq̄ omnino detrahas: & aliorū uituperatiōe nō te laudabilem uideri uelis. Magis uitam tuam ornare disce: q̄ alienam carpe. Et semper memor esto scripturae dicentis. Noli diligere detrahere ne eradiceris: pauci & enim sunt: qui huic uitio renuncient. Ibidem.
Rarum inuenies qui irreprachensibilem uitā suam exhibere uelit: ut is nō libenter reprachendat alienam. Tātaq; huius mali libido mentes hominum inuasit: ut etiam qui procul ab aliis uitiis recesserunt: in istud tamen: quasi i extraneum laqueum diaboli incidant.

Hierony. in epistola ad Rusticum monachum.
Sicut sagitta: si mittatur contra duram materiam nonnunq̄ in mittētem reuertitur: & uulnerat uulnerantem: Ita detractor quum tristem faciem uiderit audientis (Immo non audientis): sed obturātis aures suas ne audiat sanguinem: Illico conticescit. Palet uultus: haerent labia: saliua siccatur.

Idem epistola.xxxiiii.
Cum detractoribus non comiscearis: qm̄ repēte ueniet perditio: tam eius q detrahit: q̄ eius q accōmodat aurē. Hierony. epistola ad Rusticū mona.
Nulli detrahas. Nec in eo te sanctum putes: si alios laceras. Accusamus saepe q̄ facimus: & cōtra nos ipsos diserti in nr̄a uitia inuehimus: inuiti de eloquentibus iudicantes. Hiero. sup Ecclesiastes.
Serpens & detractor aequales sunt. Quomodo. n. ille mordens uenenum infert: Sic iste detrahens pectoris uirus sui in fratrem effundit: & nihil habet amplius a serpente. Gregorius Natali epō & habetur. di. xliii. Conuiuia. §. Sciendum. Gregorius
Sciendum est quia tunc ex charitate conuiuia ueraciter prodeunt: quum in eis nulla absentium uita mordetur: nullus ex irrisione reprachenditur.

Greg. & habetur. vi. q. i. Ex merito.
Deteriores sunt qui uitam moresq; bonorum corrumpunt his qui substantias aliorum praediaq; diripiunt. Caueat itaq; unusquisq;: ne aut linguam: aut aures habeat prurientes: ne aut ipse aliis detrahat: aut alios detrahentes audiat.

Gregorius ibidem.
Parcant singuli detractioni linguae: custodiantq; sermones suos: & sciant: quia cuncta quae de aliis loquuntur: sua sententia iudicabuntur.

Greg. super Ezechielem homelia. viiii.
Hii quorum uita in exemplo imitationis est posita: debent si possunt detrahentium sibi uerba compescere: ne eorum praedicationem: aut audiant q audire poterant: & in prauis moribus remanentes bene uiuere contemnāt. Ibidem.
Quid aliud detrahentes faciunt: nisi q̄ i puluerem sufflant: & in oculos suos terram excitāt. Et unde puluis detractionis perflauerit minus inde uerita

tis uideant. Gregori⁹ sup Ezechiele homelia.viiii.
Linguas detrahentium sicut nostro studio excitare non debemus: ne ipsi pereant: Ita per sui maliciã excitatas æquanimiter tolerare: ut meritũ nobis accrescat: aliquando etiam compescere: ne dum de nobis mala disseminant: eorum qui audire nos ad bonam poterant cordis innocentiã corrumpãt.

Gregorius super Ezechielem homelia.ix.

Quũ linguæ derogantium corrigi nequeunt: æquanimiter sunt per omnia tolerandæ. Nec detractionis sermo timendus est: ne dum uituperatio puerorum metuitur: recti operis uia deseratur.

Gregorius in pastorali.

Non maledices surdo &c. Surdo maledicere est absenti: ac non audienti derogare. Coram cæco offendiculum ponere: est discretam quidam rem agere: Sed tamen ei: qui lumen discretionis nõ habet: scandali occasionem præbere.

Isydorus. Isydorus de summo bono li.iii.

Non solum ille reus est: qui falsum de alio profert: Sed & is: qui cito aurem criminibus præbet.

Bernardus Bernardus libro de Consyderatione.

Detrahere aut detrahentem audire: quid horum sit damnabilius non facile dixerim.

Bernardus li. de Consyderatione.

Omnem qui palam ueretur dicere: quod in aure loquitur: suspectum habeas: Quod si coram te indicare ille renuerit: delatorem iudices non accusatorem. Ber. super cant. sermone.xxiiii.

Detractores autem quodam simulatæ uerecundiæ fuco conceptam maliciam quam retinere non possunt adumbrare conantur. Videas a detractore alta pmitti suspiria: sicq; cum quadam grauitate & tarditate: uultu mœsto: demissis superciliis: & uoce plangenti egredi maledictionem: et quidem tanto persuasibiliorem: quanto creditur ab his q audiunt: corde non auido: & magis condolenti affectu: q̃ maliciose proferri. Doleo inquit uæhementer pro eo q̧ diligo eum satis: & nunq̃ potui de hac re corrigere eum: & alias mihi qdem bene cõpertum fuerat de eo istud: sed p me nunq̃ innotuisset. At quoniam per alterum patefacta res est: ueritatem negare non possum: Re uera ita est.

Cassyodo. Cassyodorus super ps.iii.

Dentes dicti sunt a demendo. Ideo pulchre linguæ detrahẽtium dentes uocantur: Quia sicut illi ciborum partes demunt: ita & isti opiniones hoĩum corrodunt. Cassyodorus super ps. Dixi custodiã.

Quis hominum sic cautus est: ut si inter æmulos loquatur: nullum uerbum eius incurrat aliquam quæstionem. Nam mẽti furore æbriæ omne quod

Glosa rectum dicitur peruersum uidetur. Glosa Ro.p°.

Differentia est inter susurronem & detractorem: Quia susurro inter amicos discordiam seminat. Detractor alioꝶ bona minuit uel negat. Ne autem leuia putẽtur peccata susurratio et detractio: quia i uerbis fiunt: ideo apostolus dicit. Detractores & susurrones deo odibiles.

Laertius diogenes de uita & mo. philosophoꝶ. La. Dioge.

Quum Xenocrates esset cum quibusdam detractoribus & taceret: quærente uno cur solus taceret: Quia dixisse me inquit aliquãdo pœnituit: tacuisse nunquam. Cicero li°. officiorum. Cicero.

Detrahere igitur aliquid alteri: & hominis incommodo suum commodum augere: magis est contra naturam q̃ mors: q̃ paupertas: q̃ dolor: q̃ cætera q̃ possunt aut corpori accidere: aut rebus externis. Nam principio tollunt conuictum hominum & societatem. Cicero ibidem.

Arbitrari debemus magis esse contra naturam hominem homini detrahere sui commodi causa: q̃ omnia incõmoda subire: uel externa: uel corporis.

Valerius max. li.iiii. Val. maxi.

Nulla tam modesta fœlicitas est: quæ malignantes dentes uitare possit. Terẽtius comedia ultima. Terentius

Nihil ẽ Antipho quin male narrando possit deprauarier. Ouidi⁹ Metamorphoseos li.xiii. fabula.i. Ouidius.

Neq; enim bene facta maligne
Detractare meũ est. Ouidius de ponto libro.
Lædere uiuos.
Liuor & iniusto carpere dente solet.

Horatius sermonum li°.i. sat.iiii. Horatius.

Absentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum famamq; dicacis:
Fingere qui non uisa potest: commissa tacere
Qui neqt: hic niger est: hunc tu Romane caueto.

Horatius epistolaꝶ li°. prio epistola.xviiii.

Archanum neq; tu scrutabens ullius unquam:
Commissumq; teges & uino tortus & ira:
Nec tua laudabis studia: aut aliena repræhendes.



Eus & dea: g̃: θεός.ο̃. ῆ.& θεῖος.uel θεῖος. ου.ο̃. diuin⁹ dr̃. Est autem deus aĩal sempiternum et optimũ scd̃m Arist. li.xi. Metaphis. Deus est incorporalis mens q̃ p omnem rerũ naturam diffusa: & intenta uitalem sensum cunctis animãtibus tribuit: scd̃m Pythagorã ut ẽ apud Lactãtiũ li° de Ira dei: Deus: ut idem Lactantius ait Ibidem: tantus est: ut ab homine non possit: aut uerbis enarrari: aut sensibus æstimari. Vnus enim (idem ait): est priceps & origo rerum deus. sicut Plato i Timeo

& sensit & docuit: cuius maiestatem tantam esse declarat: ut nec mente comprahendi: nec lingua exprimi possit. Socrates apud Xenophontem ait: formam dei non oportere conquiri. Plato in libris legum ait: Quid omnino sit deus: non esse quaerendum: quia nec inueniri possit: nec enarrari.

Deus quid sit scire non possumus. b. Tho. prima parte. q. i. ar. vii.

Deus non habet diffinitionem. ut Ibidem.

Dei cognitio per essentiã est naturalis soli deo: Angelo autem per similitudinem: Nobis uero per speculum idest per speciem aliorum. b. Tho. prima parte. q. lvi. ar. iii.

Deus (ait Cicero li° primo de natura deorum): qd aut qualis sit roges me: authore utar Simonide: de quo quum quaesisset hoc idem Tyrannus Hiero: deliberãdi causa sibi unã diem postulauit. Quum idem ex eo postridie quaereret: biduum petiuit. Quum saepius duplicaret numerum dierum: admiraris q Hiero quaereret cur ita faceret: Quia quanto inquit diutius consydero: tanto mihi res uidetur obscurior.

Deus proprie diffiniri non potest: Tum quia deus non est sub genere: sed est super omne gen⁹: Tum quia non est compositus ex genere & differentia: nec ex aliquo alio: sed est purus actus & summe simplex.

Deus: licet facilius sit dicere quid non sit: q̃ quid sit: ita tamen ab aliquibus describitur.

Deus est mens uniuersi.

Deus est qcquid uides totum: & quicquid non uides totum.

Deus est animus per immensas mundi partes oẽm q naturam commeans: atq diffusus: ex quo omnia quae nascuntur animalia uitam capiunt.

Deus est infinita mens: quae p seipsam mouetur.

Deus est praestans quaedam natura: qua nihil est melius: Cuius prouidentia mundum: quem condidit: assidue gubernat.

Deus ut quidam putant dictus est a dando: quia hominibus dat quicquid commodum est. Vel dicitur eo q nihil ei desit. Vel a θεος: quod deum significat. Vel a θεωρου ...: quod est uideo: & speculor: Quia peruigil omnia contemplatur & uidet. Vel απο του δεος idest timeo: q mortalibus sit timẽdus. Statius. Primus i orbe deos fecit timor.

Genesis Genesis cap°. l.

Non dei possumus resistere uoluntati.

Exodi Exodi capitulo. xv.

Quis similis tui in fortib⁹ domine: Quis similis tui magnificus in sanctitate. Terribilis atq laudabilis: & faciens mirabilia. Exodi. xv.

Dominus regnabit in aeternum & ultra.

Exodi cap°. xxxiiii.

Dominator domine deus misericors: & clemens: patiens: & multae miserationis: ac uerax: qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniqtatẽ & scelera: atq peccata: nullusq apud te per se innocens est: qui reddis iniquitatem patrum filiis: ac nepotibus: in terciam & quartam progeniem.

Numeri Numeri cap°. xxiii.

Non est deus quasi homo: ut mentiatur: nec ut filius hominis: ut mutetur? Dixit ergo: Et nõ faciet? locutusq est: & non implebit?

Isaias Isaias cap°. primo.

Date magnificẽtiam deo nostro. Dei perfecta sunt opera: & omnes uiae eius iudicia. De⁹ fidelis absq iniquitate iustus & rectus.

Iosue. Iosue capitulo primo.

Confortare & esto robustus. Noli metuere: & noli timere: qm̃ tecum est dominus de⁹ tuus ĩ omnibus ad quaecunq perrexeris. Iosue cap. ii.

Dominus deus uester ipse est deus in caelo sursum: & in terra deorsum. Iosue. c. ii.

Hoc diligẽtissime praecauete: ut diligatis dominum deum uestrum. Regum primi. c. ii.

Regum. Non est sanctus: ut est dominus: neq enim est alius extra te: & non est fortis: sicut deus noster.

Parolipomenon. Paralipomenon libri primi. c. xvii.

Domine non est similis tui: & non est alius de⁹ absq te. Paralipomenon libri primi. c. xxi.

Dixit Dauid ad Gad. Ex omni parte me angustiae premunt: Sed melius mihi est: ut incidam in manus domini: quia multae sunt miserationes eius: q̃ in manus hominum. Ibidem. c. xxii.

Praebete igit̃ corda uestra et animas uestras: ut quaeratis dominum deum uestrum.

Paralipomenon secundi. c. ii.

Esdre Magnus ẽ. n. de⁹ nr̃ sup oẽs deos. Esdre. scdi. c. viii.

Virtus domini erit cum eis: qui inquirunt eum i omni affectu. Esdre tertii. c. viii.

Solus enim es: & una plasmatio nos sumus manuum tuarum. Tobias. c. iii.

Tobias Iustus es domine: & omnia iudicia tua uera sunt: & omnes uiae tuae misericordia ueritas & iudicium.

Tobias capitulo. iiii.

Omni tempore benedic deum: et pete abeo: ut uias tuas dirigat: & omnia consilia tua in ipso permaneant. Hester. c. xiii.

Hester. Domine dñe rex omnipotens. Inditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuae resistere uoluntati. Ibidem.

Tu fecisti caelum & terram: & quicquid caeli ambitu continetur: Dominus omnium es: nec est qui resistat maiestati tuae. Iob. c. xxxiiii.

Iob.

Absit a deo impietas: & ab omnipotente iniquitas: opus enim hominis reddet ei: & iuxta uias singulorum restituet eis. Iob cap. xxxvii.

· Digne deum inuenire non possumus. Magnus fortitudine: & iudicio: & iusticia: & enarrari nõ potest: Ideo timebunt eum uiri: & non audebunt contemplari: omnes qui sibi uidentur esse sapi/
Dauid entes. ps. xxxii.

Ipse dixit & facta sunt: Ipse mandauit & creata sunt. ps. cxxvi.

Nisi dominus ædificauerit domum: in uanum laborauerunt: qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra uigilat q custodit eam. Psal. cxxvii.

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in uiis eius. Psal. cxxxiiii.

· Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in cælo: & in terra: in mari: & in omnibus abyssis. ps. cxliiii.

Prope est dominus omnibus inuocātibus eum: omnibus inuocantibus eum in ueritate. ps. cxliiii.

· Custodit dominus omnes diligentes se: & omnes
Ecclíastes. peccatores disperdet. Ecclesiastes. c°. viii.

· Intellexi q omnium operum dei nullū possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: et quanto plus laborauerit ad quærendum: tanto minus inueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse: non poterit reperire. Ecclesiastes. c°. xi.

· Quomodo ignoras quæ sit uia spiritus: & qua ratione compingantur ossa in uentre prægnantis: sic nescis opera dei: q fabricator est omnium.
Sapientiæ. Sapientiæ capitulo. xv.

· Nosse enim deum consumata iusticia est: & scire iusticiam: & uirtutem suam: radix est immortalitatis. Sapientiæ c°. xvi.

· Tu es domine qui uitæ & mortis habes potestatē: & deducis usq ad portas mortis: & reducis. Ecclesiastici capitulo primo.

Timenti dominum bene erit in extremis: & in die defunctionis suæ benedicetur.
Ecclíastici. Ecclesiastici ca°. xxxiii.

Timenti deum non occurrent mala: sed in tentatione deus illum conseruabit: & liberabit a malis.
Isaias Isaias capitulo. lv.

· Quærite dominum dum inueniri potest: Inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius uiam suam: & uir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad dominum: & miserebitur eius: & ad deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum.
Matthæ°. Matthæus cap. viii.

Qui amat patrem aut matrē plusq me: non est me dignus. Matthæus cap°. xvi.

Si quis uult post me uenire abneget semet ipsum: & tollat crucem suam: & sequatur me.

Marcus capitulo. x. Marcus.

· Nemo bonus nisi unus deus.

Marcus capitulo. xii.

Primum omnium mandatum est. Audi Israel: dominus deus tuus unus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua. Lucas. c°. v. Lucas

· Quis potest dimittere peccata: nisi solus deus?

Ioannes capitulo primo. Ioannes.

· Deum nemo uidit unquam.

Paulus ad Romanos c°. i. Palus

· Inuisibilia dei a creatura mundi: per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq eius uirtus: & diuinitas.

Paulus ad Romanos. c°. iiii.

· Quæcunq promisit deus potens est & facere.

Ibidem c°. viii.

Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.

Paulus ad Corynthios primæ. c. ii.

· Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Paul. ad Corynth. primæ. c. x.

Siue ergo manducatis: siue bibitis: uel aliud quid facitis: omnia in gloria dei facite.

Paulus ad Corynthios scdæ cap. iii.

Non sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis: quasi ex nobis: Sed sufficientia nostra ex deo est.

Paulus ad Corynthios scdæ. c. viii.

Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi: quoniam propter uos egenus factus est: quum esset diues: ut illius inopia uos diuites essetis.

Paulus ad Philippen. c. ii.

Deus est enim qui operatur in uobis: & uelle & perficere pro bona uoluntate.

Paulus ad Tymotheum primæ. c. ii.

· Deus omnes homines uult saluos fieri: & ad agnitionem ueritatis uenire.

Paulus ad Hæbreos. c. xii.

· Et enim deus noster ignis consumens est.

Actuum apostolorum. c. x. Actuum

· Aperiens Petrus os suum dixit. In ueritate comperi: quia non est personarum acceptor deus: Sed in omni gente qui timet deum: & operatur iusticiam acceptus est illi. Iacobus cap°. i. Iacobus.

Omne datum optimum: & omne donum pfectum desursum est: descendens a patre luminum: apud quē non est trāsmutatio: nec uicissitudinis obumbratio. Petrus apostolus scdæ. c. iii. Petrus.

Vnus dies apud dominum sicut mille anni: & mille anni sicut dies unus. Augu. li° de Trinitate: Augustin°
& habetur de Con. di. iii. Omnes quos.

Omnes quos potui legere: q ante me scripserunt de trinitate: quæ deus est: diuinorum librorum uete/

rum & nouorum catholici tractantes hoc intenderunt secundum scripturas docere. Qd pater & filius & spiritus sanctus unius eiusdemq substantiæ inseparabili æqualitate diuinam insinuant unitatem. Ideo q non sunt tres dii: sed unus deus: Quamuis pater filium genuerit: & ideo filius non sit qui pater est. Filiusq a patre sit genitus. Et ideo pater non sit qui filius. Spiritusq sanctus nec pater sit nec filius: sed tantummodo patris & filii spiritus. & patri & filio etiam ipse coæqualis: & ad trinitatis pertinens unitatem: nō tamen eandem trinitatem natam de uirgine maria: & sub pontio pilato crucifixam: & sepultam: tercia die resurrexisse: & in cælum ascendisse: sed tantummodo filium. Ibidem.

Pater & filius & spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt: ita inseparabiliter operantur.

Augustinus de Trinitate lib. i.

Nec periculosius alicubi erratur: nec laboriosius aliquid quæritur: nec fructuosius aliquid inuenitur: q trinitas. Augustin⁹ epistola ad Macedoniū

Deus per pauca in hoc sæculo punit ne diuina prouidentia nō esse credatur: & multa seruat ultimo examini: ut futurum iudicium commendet.

Augustinus ad Macedonium epistola. ii.

Non ego meo igenio uel merito: sed ei⁹ dono sum: si quid laudabile sum. Nam quædam acutissima & excellentissima ingenia: tanto in maiori errore errant: quanto confidentius tanq suis uiribus cucurrerint: nec suppliciter ac ueraciter deū: ut uiā sibi ostenderet: petiuerunt.

Augustinus lib. meditationum.

Quid est Iesus: nisi saluator? Igitur propter te met ipsum esto mihi Iesus. Noli domine noli sic attendere malum meum: ne obliuiscaris bonum tuum. O bone domine si ego admisi unde me dānare potes: tu non amisisti unde me saluare soles.

Aug. li. supportationum parte. iii. c⁰. i.

Iustum est ut creatura laudet deum creatorem. Ipse enim nos ad laudandum se creauit: qui nostris nō indiget laudibus: Est autem uirtus incomprachēsibilis: nullius indigens: ipsa sibi sufficiens: Magnus enim dominus noster: & laudabilis ualde. Hunc itaq mēs diligat: lingua canat: scribat manus: atq in his sanctis studiis fidelis anim⁹ se exerceat. Augustinus lib. vii. confessionum.

O æterna ueritas: & uera charitas: & chara æternitas: Tu es deus meus ubi suspiro die ac nocte.

Augustinus lib. xii. confessionum.

Es gaudium quod non datur impiis: Sed eis qui te gratis colunt: quorum gaudium tu es ipse: & ipsa est uita beata gaudere a te: de te: propter te. Ipsa ē & non altera: bona quippe uita est gaudium de ueritate. hoc est enim gaudium de te qui es ueritas.

Augustinus super illud. Pater noster &c.

Deus est in se ipso sicut Alpha & o: In mundo sicut rector & author. In āgelis sicut sapor & decor. In ecclesia sicut paterfamilias in domo. In anima sicut sponsus in thalamo. In iustis sicut adiutor & protector: In reprobis sicut pauor & horror.

Augustinus de Creatione.

Si aliquando dominus tardius dat: commendat dona: non negat. Diu desyderata dulcius obtinent. Cito autem data uilescunt. Seruat tibi deus quod non uult cito dare: ut & tu discas magna magne desyderare. Augustin⁹ lib. viii. de ciuitate dei.

Platonici dicunt beatum esse hominem fruentem deo: non sicut corpore: uel se ipso fruitur animus: aut sicut amicus amico: sed sicut luce oculus.

Augustinus. Ibidem.

Quicunq phylosophi de deo senserunt: q rerum creatarum sit effectiuum: & lumen cognoscendarum: & bonum agendarum: q ab illo nobis sit principium naturæ: & ueritas doctrinæ: & fœlicitas uitæ: Illos cæteris anteponimus: eosq nobis propinquiores fatemur.

Augustinus super Genesim. lib. v.

Omnia prius q fierēt: in noticia facientis erant: & utiq ibi meliora: ubi ueriora.

Augustinus super genesim lib. viii.

Deus solus dominus est: quia illi animo: nō ad suā: sed ad nostram utilitatem seruimus. Nam si nobis indigeret: eo ipso non uerus dominus esset: quum per nos eius adiuuaretur necessitas: sub qua etiā ipse seruiret.

Augustinus super. Ioannem sermone. iii.

Quum deus immortalitatem tribuit: dona sua coronat: non merita nostra.

Augustinus super. Ioannem sermone. xviiii.

Deus tibi totum est: Si esuris panis est: Si sitis aqua tibi est: Si in tenebris es: lumē tibi est: Si nudus es immortalitate tibi uestis est.

Augustinus super. Ioannem sermone. l.

Quare dominus unum proditorem inter duodecim habere uoluit? Nisi ut malos toleremus: ne corp⁹ domini diuidamus.

Augustinus super psal. xxvi.

Quicquid præter deum est: dulce non est. Quicqd mihi uult dare dominus meus: auferat totum: & se mihi det. Aug. super psal. liiii.

Siue tribulemur & angustiemur: siue lætemur: & exultemus: ille laudandus est: qui & in tribulationibus erudit: & in læticia consolatur. Laus enim dei a corde: & ore Christiani recedere non debet. non ut laudet in prosperis: & maledicat in aduersis: sed quemadmodum psalmus ille scribit. Sem

per laus eius in ore meo. Gaudes? agnosce patrem blandientem. Tribularis? agnosce patrem emendantem. Siue blandiatur siue emendet: eum erudit cui parat hæreditatem.

Augustinus super psal. lxxiiii.

Non est quo fugias a deo irato: nisi ad deum placatum. Augustinus super psal. cxxxvi.

Deus totus oculus est: quia omnia uidet. Totus manus est: quia omnia operatur. Tot⁹ pes est: Quia ubiq̧ est. Aug. de uerbis domini. sermone. iii.

Christus fili⁹ dei qui nos fecit: liberat nos nō a barbaris: sed a Diabolo: Non a corporis captiuitate: sed ab animæ iniquitate. Solus est qui sic liberat. Nemo se liberum dicat ne seruus remaneat. Sed non remanebit in seruitute anima nostra: qa quotidie dimittuntur debita nostra.

Augustinus de uerbis dn̄i. sermone. iii.

O magna bonitas dei: cui pro conditiōe reddere debeamus obseq̄a: ut pote serui domino: famuli deo mancipia redemptori: amiciciarum nobis præmia repromittit: ut a nobis obsequia debitæ seruitutis extorqueat: ut quos nolle seruire cōspicit: sponte beneficiorum suorum possit promissionibus inuitare. Augustinus lib. de pœnitentia.

Quo ibo a spiritu tuo? Nemo fugit ab illo nisi ad illum: ab eius seueritate: ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem? nisi eius præsentiam ibi inuenias. Si ascenderis in cælum: ibi est: si descenderis in infernum adest.

Augustinus in Cathecuminis.

Quicquid hō fecerit laudabilem ī suis factis deum inuenit. Si recte egit laudabilem inuenit per Instrumentum præmiorum. Si peccauerit: laudabilem īuenit per iustitiam suppliciorum. Si peccata cōfessus ad recte uiuendum redierit: laudabilem inuenit iustitiam indulgentiarum.

Augustinus lib. de uera religione.

Nullum peccatum committi potest: nisi dum appetunt ea quæ Christus Iesus contempsit: aut fugiūtur quæ Christus sustinuit. Tota itaq̧ uita eius in terris per hominem quem suscipere dignatus est disciplina morum fuit.

Augustinus lib. de spiritu & anima c⁹. iiii.

Nemo de dei pietate diffidat: Quia maior ē sua misericordia q̄ nostra miseria. Et quisquis ad deū toto corde clamauerit: exaudiet illum qa misericors est. Augustinus in homelia de obediētia.

Nihil deus iubet quod sibi prosit: sed cui iubet.

Augustinus de decem cordis in principio.

Gaudemus ad dei misericordiam: sed timeamus ad dei iudicium.

Augustinus lib. ii. de Trinitate.

Natura dei est inuisibilis: potest tamen uideri in ali qua specie: quam ipse elegerit: non quam natura formauit. Augustinus lib. de Trinitate.

Beata trinitas pater & filius & spiritus sanctus est unus deus: & summum bonum: quod nō nisi purgatissimis mentibus cernitur. Mētis enim humanæ acies inualida in tam excellentem lucem non figitur: nisi per iustitiam dei emundetur.

Augustinus lib. viii. de Trinitate

Duo autem mutuo se amantes sunt pater & filius: amor autem qui est eorum nexus: est spiritus sanctus. ergo tres personæ sunt in diuinis.

Augustinus. iiii. super Genesiī ad litteram.

Virtus dei ab his quæ creata sunt regendis si aliquādo cessaret simul & illoꝝ cessaret species omnisq̧ natura concideret.

Hieronymus epistola prima. Hierony⁹.

Deus secundum quod opinari potest humana mēs naturæ ipsius uel substantiæ quæ est super omnia appellatio est. Pater arcani & ineffabilis sacramēti uocabulum est. Deum quum audis substātiam intellige: sine initio: sine fine: simplicem sine ulla admixtione: inuisibilem: ineffabilem: incorporeū inæstimabilem: ī quo nihil adiunctum: nihil creatum sit: sine authore. Est enim ille qui est omnino omnium author. Patrem quum audis: filii intelligē patrem: Qui filius supradictæ est imago substātiæ. Sicut enim nemo dicitur domin⁹: nisi habeat uel possessionem: uel seruum: cui dominetur. Et sicut nemo magister dicitur: nisi discipulū habeat: Ita & pater nullo pacto quis dici potest: nisi filium habens. hoc igitur ipso nomine quo deus pater appellatur: cum patre pariter subsistere etiam filius demōstratur. Quomodo autem deus pater genuerit filium nolo discutias: nec te curiosius ingeras in profundo arcani: Ne forte dum inaccessæ lucis fulgorem pertinacius perscrutaris exiguum ipm̄ qui mortalibus diuino munere concessus est pdas aspectum. Hieronymus Ibidem.

At si putas in hoc omni indagationis genere utendum: Prius tibi ꝓpone quæ nostra sunt: quæ si cōsequenter ualueris expedire tunc a terrestrib⁹ ad cælestia: & a uisibilibus ad inuisibilia properato. Expedi primo si potes quomodo mens quæ intra te est generet uerbum: & quid sit in ea memoriæ spiritus: Quomodo hæc quum diuersa sint rebus & actibus unum tamen sint uel substantia uel natura: & quum e mente procedant nunq̄ tamē ab ipsa separentur. Et si hæc quis ī nobis & maxime nostra substantia habentur: tamē tanto nobis occulta uidentur: quanto aspectui corporeo inuisibilia. Hieronymus Ibidem.

Scito adhuc diuinæ generatōnis mysterium tāto eē differentius & eminētius: quāto creator creaturis

potentior: quanto artifex opere suo præstantior:
quanto ille qui semp est: eo qui ex nihilo cæpit eẽ:
nobilior. Credendus est ergo deus esse pater unici
filii sui domini nostri: non discutiendus. Neq; eni
fas est seruo de natalibus domini disputare.

Hieronymus Ibidem.

Nihil ibi dicas impossibile ubi aderat uirtus altissi/
mi. Nihil de humana fragilitate cogites: ubi ple/
nitudo inerat diuinitatis.

Hieronymus Ibidem.

Et enim (ut breuiter aliqua etiam de secretioribus
perstringamus) Ab initio deus quum fecisset mũ/
dum præfecit ei & præposuit quasdam uirtutum
cælestium potestates: quibus regeretur & dispen/
saretur mortalium genus. Ibidem

Deo autem qui ubiq; est: & nusq̃ deest: quid infer/
num est: aut quid supernum?

Hieronymus epistola.iiii.

Vna est dei sola natura quæ uera est: Ad id enim qd
subsistit non habet aliunde: sed suum est. Cætera
quæ creata sunt etiam si uidentur esse nõ sunt: qa
aliquando non fuerunt: & potest rursum non esse
quod non fuit. Deus solus qui æternus est: hoc est
qui exordium non habet essentiæ nomen ueræ te
net. Hieronymus epistola.v.

Quod si deus tantus uenisset: ut claritatem suam
& potestatem hominibus ostenderet: forsitan om
nis creatura inualida: & casura succumberet. Sed
saluarẽ uenerat filius dei. Ita humano sumpto cor
pore deus in potestate docebat ut magister: psua/
debat ut frater: efficiebat ut deus: eligebat ut p/
scius: curabat ut medicus: ut humanus compatie
batur: Et iam peractis omnibus ac impletis: q̃ aut
lex: aut prophetæ prædixerant: aut salus hominis
exigebat: In nouissimo pro morte hominis imor/
talis moriebatur: ut sublata mortalitate homini/
bus immortalitatem donaret.

Hieronymus epistola.vi.

Omnipotens deus pater & filius & spiritus sanctus
unus atq; trinus: unus uidelicet in natura: trinus
in personis: solus inuisibilis: solus immensus atq;
incompræhensibilis: solus incircunscriptus: solus
incorporeus & immortalis: ubiq; præsens: sed la/
tens: ubiq; totus: sed immensus: Inuisibilis est: qa
in essentia sua uideri non potest: apostolo Testãte
qui ait. Quem uidit nullus hominum: sed nec ui/
deri potest. Et in euangelio. Deum nemo uidit un
q̃. Incorporeus est: quia nullis membrorum linea/
mentis compositus est: siue compactus existit. Si/
cut ueritas in euangelio dicit. Spiritus est deus &
qui adorat eum: in spiritu & ueritate oportet ado/
rare: Immensus est: quia quantitas eius uel quali/
tas a nullo metiri potest. Hieronymus contra
Iouinianum epistola.viii.c°.xvi.

Neq; enim dei possumus scire iudicia: & ex nostro
arbitrio illius sententiæ præiudicare.

Hieronymus epistola cõtra Ruffinum &
habetur Di.lv. Nasci de adulterio.

Deus corporis creator & animæ est. Noli despicere
bonitatem figuli .i. dei qui te plasmauit: & fecit ut
uoluit: ipse est dei uirtus & dei sapiẽtia: qui in ute/
ro uirginis Mariæ ædificauit sibi domum.

Idem epistola ad Habidiam.

Deus enim cunctos æquali sorte generauit: & de/
dit arbitrii libertatem: ut faciat unusquisq; quod
uult siue bonum: siue malum. Quid ergo poteri/
mus dicere: nisi ille qui uult damnari damnetur:
& q uult saluari saluet. Vide supra i Desperatio.

Hieronymus contra Pelagium.

Deus semper largitur: Semp donator est. Nõ mihi
sufficit q semel dedit: nisi semper det. Peto ut ac/
cipiam: & quũ accepero rursus peto. Auarus sum
ad accipienda dei beneficia. Nec ille deficit in dan
do ipsa: nec ego satior in accipiendo. Quanto plus
bibo tanto plus sitio.

Hieronymus in Matthæum.

Pilatus ideo Iesum flagellauit: Quia. Romanis le/
gibus statutum erat: ut crucifigendus prius flagel
laret. Hieronymus super Matthæum.

Erubescant qui putant saluatorem timuisse mortẽ:
& passionis pauorem: quum dixit. Pater si fieri
potest: transeat a me calix iste. Nam ipse tradden
dum se nouit: & tamen non declinauit insidias:
Territus fugit in tantum: ut etiam cæteris ire no
lentibus pergat intrepidus.

Hieronymus in Matthæo.

Dominus ut ueritatem assumpti probaret hominis
quidem contristat' ẽ: Sed ne passio in animo illius
dominaretur prope passionem cœpit contristari.
Contristabatur enim non timore patiendi: qui ad
hoc uenerat ut pateretur: & Petrũ timiditatis ar/
guerat: Sed propter infœlicissimum Iudã: & om/
nium apostolorum dispersionem: & reiectionẽ po
puli iudæorum: & euersionem miseræ Hierusalẽ.

Hieronymus in homelia. Quum ap
propinquaret Iesus.

Prauam animam multis modis deus uisitare cõsue
uit. Nam assidue hanc uisitat præcepto: aliquan/
do autem flagello: aliquando miraculo: ut & uera
quæ nesciebat audiat: & adhuc superbiens: aut cõ
temnens: aut dolore compuncta: sedeat: aut bene
ficiis deuicta malum quod fecit erubescat.

Hieronymus super Haum

Si crudelis & rigidus deus: q in diluuio deleuit ge/
nus humanum: super Sodomã ignem & sulphu/
rem pluit: Egiptios submersit fluctibus: Israelita/

rum cadauera prostrauit in deserto: Scitote ideo eum ad præsens reddidisse supplicia: ne in æternū puniret. Quia non in id ipsum bis iudicat dñs.

Ambros⁹. Ambrosius de Isaac.

Adest deo qui exit de sæculo. Adest deo qui illū cogitat: qui eum intuetur: qui in ipso sperat. Adest ille: Iuxta deum est qui extra se non fuerit.

Ambrosius de uirginitate lib. x.

Omnia Iesus Christus est nobis si uolumus. Curari desyderas: medicus est. Si febribus æstuas: fons est. Si grauaris iniquitate: iusticia est. Si auxilio indiges: uirtus est. Si mortem times: uita est. Si ire desyderas: uia ē. Si tenebras fugis: lux est. Si cibum appetis: alimētum est. Gustate igit̃ & uidete quoniam suauis est dominus.

Idem lib. de Ieiunio.

Iugum & onus Christi leue est: & non conterit colla: honestat: nō alligat ceruicem uinculis: Sed mētem gratia copulat.

Ambrosius super Beati Immaculati.

Deus interuallo locorum non relinquitur: sed prauitate morum gestorū unusquisq; suis studiis: aut se deo iungit: aut separat.

Ambrosius super beati Immaculati.

Dominus Iesus ueniens in hunc mūdum per uirginis partum subiecit curæ nostræ omnes cōtrarias potestates: ut fide tua: uerbo tuo: & operibus tuis conterantur. Si ergo non cōterens aduersariū: tua culpa est: qui permissa potestate non uteris. In nobis igitur: aut subiiciatur aduersari⁹: aut resultet.

Idem super. lucam lib. i.

Nō in loco deus uidetur: sed mundo corde: nec corporalibus oculis deus quæritur: nec circunscribit̃ uisu: nec tactu tenetur: nec audit̃ affatu: nec sentitur incessu: & quum absens est uidetur: & quum præsens est non uidetur.

Ambrosius super Lucam cap. xv.

Impios quæsiuit dominus: qui eum non quærebāt: & pro eis uoluit mori. Quomodo clamantes ad se non exaudiet?

Ambrosius super lucam lib. v.

Huberior ē dei gratia. q̃ precatio. Semp enim plus tribuit dominus q̃ rogatur. Nam latro rogabat: ut memor esset sui dominus quum ueniret in regnum suum. Dominus autem ait. Hodie mecum

Gregorius eris in paradiso. Gregori⁹ in homelia super illud. lucæ. Ecce cœperunt simul excusare.

Offert deus quod rogari debuerat. Nō rogatus dare uult: quod uix credi poterat: ut largiri dignaretur etiam postulatus. Magna enim pietas dei omnipotentis super nos efficitur: quæ se deserētes nō deserit. Gregorius in homelia de uno martire.

Sicut arte medicinæ: calida frigidis: frigida calidis curantur: Ita dominus nostra contraria opposuit medicamenta peccatis: ut lubricis continentiam: tenacibus largitatem: iracundis mansuetudiem: elatis præciperet humilitatem.

Gregorius lib. ii. moralium

Creator omnium deus pater omnipotens ubiq; est: & ubiq; totus est. In parte non est: quoniam ubiq; est. Et tunc minus inuenit quando is qui ubiq; totus est in parte quæritur.

Gregorius ibi: Et sup. Ezechielē homelia. viii.

Nunq̃ deest: & tamen ab iniquorum cogitationib⁹ longe est. Nec tamen ibi deest: ubi longe est. Quoniam ubi nō est per gratiam: adest per uindictam. Deus ubiq; præsens est: & uix inueniri potest: Statem sequimur: & apphendere nō ualem⁹. Ibidē.

Ponamus ante oculos quæ sit illa dei natura: quæ tenet omnia: implet omnia: complectitur omnia: superexcedit omnia: sustinet omnia: Nequaq̃ autem deus ex una parte sustinet: atq; ex alia superexcedit. neq; ex alia parte implet: atq; ex alia parte circumplectitur. Sed circumplectendo implet: implendo circumplectitur: sustinendo superexcedit superexcedendo sustinet: sine inæquitudine superius regens: sine latitudine inferius sustinēs: Interius sine extenuatiōe penetrans: exterius sine extensione circundans. Est itaq; inferior & superior sine loco: & amplus sine latitudine: est subtilis sine extenuatione. Et qui per mollem corporis nusq̃ est: per incircunscriptam substātiam suam nusq̃ deest. Gregorius Ibidem & in moralib⁹.

Deus manet intra omnia: ipse extra omnia: ipse supra omnia: ipse infra omnia. Superior est per potētiam. Inferior per sustētationem: exterior per magnitudinem. Interior per subtilitatem. Sursum regens: deorsum continens: extra circundans: Interius penetrans. Gregorius moraliū lib. xviii.

Deus iccirco laudes suas nobis indicat: ut ualeam⁹ eum audientes cognoscere: cognoscentes amare: amantes sequi: sequentes adipisci: adipiscentes ue ro eiūs uisiōe perfrui. unde. psalmus. Virtutē operum suorum annunciabit populo suo: ut det illis hæreditatem gētium: ac si aperte dicat: Iccirco fortitudinem suæ operatiōis insinuat: ut eum qui audierit donis ditet.

Gregorius lib. xviii. mor.

Deus uitam malorum tolerat: ut quum aduersari⁹ noster Diabolus tentare nos nititur: eorum moribus: quasi contrariis armis utatur: per ipsos quippe uiuos sæuiens cruciat: uel nescius purgat.

Gregorius lib. xviii. moralium.

Deus bona facit & ordinat: mala non facit: sed ab iniqs facta ne inordinate ueniant ipse disponit.

Gregorius lib. xxvi. moralium.

Deus nonnulla percutit: & nonnulla inulta derelinquit. Quia si nulla resecaret: quis deum res humanas curare crederet? Et rursus si hic cuncta percuteret: extremum iudicium unde restaret?

Gregorius lib. xxxiii. moralium.

Deus primo elegit indoctos: postmodum philosophos: & per oratores docuit piscatores: sed per piscatores subegit oratores.

Gregorius in registro.

Deus in hac uita electis suis nō promisit gaudia delectationis: sed amaritudines tribulationis: ut medicinæ more per amarum poculum ad dulcedinē æternæ salutis redeant.

Gregorius lib. viiii. moralium super illud. Iob. viiii. Si æquitas iudicii quæ quæritur.

Ille causas examinat: qui eas per alienum testimonium non explorat.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus super Matthæum.

Deus gaudet nō de suo lucro: sed de nostra salute: Tristatur non de sua iniuria: sed de nrā perditiōe.

Ioannes Chrysostomus in homelia de Cruce.

Iesum Christum habemus magistrum: ut non peccemus: & defensorem: si peccauerimus: & confessorem: si conuersi fuerimus: & Interpellatorem ꝓ nobis: si quid boni a domino desyderamus: & datorem cum patre eorum quæ impetramus.

Io. Chrysostomus de reparatione lapsi.

Deus quum pœnas infert et punit: non cum ira passibili: sed omni clæmentia ineffabili facit medētis non penitentis affectu.

Bernard⁹. Bernardus in sermone natiuitatis.

Quid tam necessarium perditis? Quid tam optabile miseris? Quid tam utile desperatis? Christus salus singulis: forma exemplaris: uita salutaris: Salus infirmantium: forma suspirantium: uita sperātium. Bernardus in sermone de Natiuitate.

Venit medicus ad egenos. Venit redemptor ad uenditos: uenit uia ad errātes: uenit uita ad mortuos: uenit cum salute: cum unguentis: cum gloria: nec sine salute Iesus: Nec sine unctione Christus: nec sine gloria uenit dei filius.

Idem de consyderatione lib. v.

Non parum appræhendisti: si hoc tibi de deo compertum sit: q̄ nusq̄ sit: qui non clauditur ī loco. Et nusq̄ non sit qui non excluditur loco.

Bernardus Ibidem.

Deus non partibus constat: ut corpus: non affectibus distat: ut anima: Non formis subsistat: ut omne quod factum est. Nunquid uerendum ne cogitatio transuolet illum: quantumcunq; in altum prospiciat ultra est. In terra q̄ homo cogitat possit altissimum quærere ridiculum est: statuere ipsum ultra: non citra quærendus est.

Bernardus in sermone. lvii.

Quam diues es in misericordia? q̄ magnificus in iusticia? q̄ munificus in gratia? domine deus noster: nō est qui similis sit tibi. Munerator copiosissime: Remunerator æquissime: Liberator piissime. Gratis respicis humiles: iuste iudicas innocentes: misericorditer etiam saluas peccatores.

Hugo de Claustro animæ lib. i. Hugo

Sicut nullum est momentum: quo homo non utat uel fruatur dei bonitate & misericordia: Sic nullum debet esse momentum: quo eum præsentem non habeat in memoria. Omne tempus in quo de deo non cogitas: hoc te computa perdidisse.

Cassiodorus super psal. xxxviii. Cassiodor⁹

Iesus Christus paup est de nostro: de suo diues: Qui ideo indignam humanitatis assumpsit naturam: ut abundantiæ suæ nos participes faceret.

Cassiodorus super illud psal. Magnus dn̄s.

Virtus inexplicabilis: pietas incompræhensibilis. sapientia ineffabilis: cuius diffinitio est finē in sanctis laudibus non habere.

Boetius de Con. lib. iii. metro. viiii. Boetius.

O qui perpetua mundum ratione gubernas:
Terrarum cæliq; sator: qui tempus ab æuo
Ire iubes: stabilisq; manens das cuncta moueri.
Tu namq; serenum Ibidem
Tu requies tranquilla piis: te cernere finis:
Principium: uector: dux: semita: terminus idem.

Boetius de Consolatione lib. iii. prosa. x.

Deum rerum omnium principem bonum esse communis humanorum conceptio probat animorū. Nam quum nihil deo melius excogitari queat: id quo melius nihil est: bonum esse quis dubitat?

Boetius Ibidem.

Ne in infinitum ratio procedat confitēdum ē summum deum summi pfectiq; boni esse plenissimū: sed perfectum bonum ueram eē beatitudinem cō stituimus. Veram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est.

Boetius de Consolatione lib. iii. p̄sa. xii.

Deus per se regit omnia quæ homini esse consensimus: & hic est ueluti quidam clau⁹ atq; gubernaculum quo mundana machina stabilis atq; incorrupta seruatur. Boetius Ibidem.

Nihil est quod naturam seruans deo contraire conetur. Boetius de Consolatiōe li⁹. iiii. p̄sa. vi.

Omnium generatio rerum cunctosq; mutabilium naturarum progressus: & quicquid aliquo mouetur modo: causas: ordinem: formas ex diuinæ mentis stabilitate sortitur.

Boetius de consolatione. lib. iiii. prosa. vi.

Fortissimus in mundo deus cuncta peregit: quā omnia sæcula prouidet ac prospicit. Neq; enim fas ē

homini cunctas diuinæ operæ machinas ingenio comprehendere: uel explicare sermone. hoc tantū prospexisse sufficiat: q naturarum omnium proditor deus idem ad bonū dirigens cuncta disponat.

Boetius de Con. lib. iiii. metro. vi.

Sedet interea conditor altus:
Rerumq; regens flectit habenas
Rex & dominus fons & origo.
Lex & sapiens arbiter æqui.
Hic est cunctis continuus amor:
Repetuntq; boni fine teneri:
Quia non aliter durare queunt:
Nisi conuerso rursus amore
Refluant causæ quæ dedit ipse.

Ibidem.

Lactanti⁹.

Lactantius Firmianus diuinarum Institutionum lib. i. cap. ii.

Stoici docuerunt nec fieri mundum sine ratione potuisse: nec constare: nisi summa ratiōe regeretur.

Lac. fir. di. In lib. i. c°. ii.

Nemo est enim tam rudis: tam feris motibus: q non oculos suos in cælum tollens: tam & si nesciat cuius dei prouidentia regatur: hoc omne quod cernitur: aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerū magnitudine: motu: dispositione: constantia: utilitate: pulchritudine: temperatiōe. Nec posse fieri qn id quod mirabili ratione constat: nisi consilio maiore aliquo sit instructum.

Lac. fir. di. In lib. i. c°. iii.

Nemo est qui deum sapiat ratiōemq; secum putet: qui non unum esse intelligat: qui & cōdiderit omnia: & eadem quæ condidit uirtute moderetur. Quid enim multis opus ē ad mundi regimen sustinendum? nisi forte arbitremur: si plures sint: min⁹ habere singulos neruorum atq; uirium.

Lactantius Ibidem.

Deus autem qui est æterna mēs: ex omni utiq; pte perfectæ consumatæq; uirtutis est. Quod si uerū est unus sit necesse est.

Lactantius Ibidem

Quis dubitet contentissimum esse regem: q totius orbis habet imperium. Neq; immerito: quū illius sint quæ ubiq; sunt omnia: quum ad eum solū omnes undiq; copiæ congregantur.

Lactantius Ibidem.

Qui autem putat hanc tantam magnitudinem nō posse ab uno regi: fallitur. Nec enim quāta sit potestas diuinæ maiestatis intelligit: si existimat singularem deum: qui facere mundum potuit: eūdē regere non posse quem fecit.

Lactantius Ibidem

At si concipiat animo quanta sit diuini huius operis immensitas: quum antea nihil esset: tamen uirtute atq; consilio dei ex nihilo esse cōflati: Quod opus nisi ab uno inchoari perficiq; non potuit: Iā intelliget multo facilius ab uno regi qd est ab uno constitutum.

Lactantius fir. di. In. li°. i. c°. iii.

Nam si deus est nomen summæ potestatis: incorruptibilis esse debet: perfectus: impassibilis: nulli rei subiectus. Ergo dii non sunt: quos parere uni maximo deo necessitas cogit.

Lactantius Ibidem.

Nemo potest esse tam cæcus: qui non uideat ingerē tem se oculis diuinam claritatem.

Lactantius Ibidem.

His igitur tot & tantis testibus comprobatur uni⁹ dei potestate ac prouidentia mūdum gubernari: cuius uim maiestatemq; tantam esse dicit in Timæo Plato: ut eam neq; mente cōcipere neq; uerbis enarrare quisq̄ possit ob nimiam & inæstimabilem potestatem.

Lactantius Ibidem.

Dubitet ergo aliquis an quicq̄ difficile aut impossibile sit deo: qui tanta tāq; mirifica opera prouidētia excogitauit: uirtute constituit: ratiōe perfecit: nunc autem spiritu sustentet: potestate moderet̄: inexcogitabilis: ineffabilis: & nulli alii satis notus q̄ sibi.

Lactantius fir. di. In. lib. i. cap. xi.

Iuuare hominis est opis aliquid conferentis in eum qui est alien⁹: & exigui beneficii. Nemo sic deum precatur: ut se adiuuet: sed ut seruet: ut uitam salutemq; tribuat: quod multo plus ac maius ē q̄ iuuare. Et quoniam de patre loquimur: nullus pater dicitur filios iuuar̄: quum eos generat aut educat. Illud enim leuius est: q̄ ut eo uerbo magnitudo paterni beneficii exprimatur. Quanto id magis conueniens est deo: qui uerus est pater: per quē sum⁹: & cuius toti sumus: a quo fingimur: animamur: illuminamur: qui nobis uitam impartit: salutem tribuit: uictum multiplicem subministrat: Non itelligit beneficia diuina qui se iuuari tantummodo a deo putat. Ergo non Imperitus modo: sed & ipius est qui nomine Iouis uirtutem summæ potestatis imminuit.

Lactantius fir. di. In. lib. ii. cap. i.

Equidem sicut oportet de summa rerum sæpenumero cogitans admirari soleo maiestatem dei singularis: quæ cōtinet regitq; omnia: in tantam uenisse obliuionem: ut quæ sola coli debeat sola potissimum negligatur.

Lactan. fir. di. In. lib. ii. cap. i.

Quam sibi ueniam sperare possunt ipietatis suæ q non agnoscunt cultum dei: quem prorsus ignorari ab homine fas non est. Nam & quum iurant: & quum optant: & quum gratias agunt: nō Iouem: aut deos multos: sed deum nomināt. Adeo ipsa ueritas cogente natura: etiam ab inuitis peccatorib⁹

erumpit. Quod quidem non faciunt in prosperis rebus. Nam tum maxime deus ex memoria hominum elabitur: quum beneficiis eius fruentes honorem dare diuinæ indulgentiæ debent. Ibidem.

At uero si qua necessitas grauis presserit: tunc deū recordantur: Si belli terror infremuerit: Si morborum pestifera uis incubuerit: si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit: Si sæua tempestas: Si grando ingruerit: ad deum confugitur: a deo petitur auxilium: deus ut subueniat oratur. Si quis in mari uento sæuiente iactatur: hunc inuocat: Si qs aliqua ui afflictatur: hunc potius implorat: Si qs ad extremam mendicandi necessitatem deductus uictum precibus exposcit: deum solum obtestat: & per eius diuinum atq; unicum nomen hominū sibi misericordiam quærit. Nunquid igitur dei meminerunt: nisi dum in malis sunt. Postq̄ metus deferunt & pericula recesserūt: tum uero alacres ad deorum templa concurrunt: His libant: his sacrificant: hos coronant. Deo autem: quem in ipsa necessitate implorauerunt: ne uerbo quidem gratias agunt. Lactantius fir. di. In. lib. ii. c°. iiii.

Non placebat Persio q᷑ aurea uasa templis inferantur: superuacuum putanti esse inter religiones: qd non sanctitatis: sed auaritiæ sit instrumentum. Illa n. satius ē deo: quē recte colas: iferre ꝑ munes.
Compositum ius: fasq; animi: sanctosq; recessus.
Mentis: & incoctum generoso pectus honesto.
Lactantius fir. di. In. li. ii. cap. v.

Quanto igitur rectius est omissis insensibilibus & uanis: oculos eo tendere: ubi sedes: ubi habitatio est dei ueri: qui terram stabili firmitate suspendit: qui cælum distinxit astris fulgentibus: qui solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen: in argumentum suæ ac unicæ maiestatis accendit: Terris autem maria circunfudit: flumina sempiterno lapsu fluere præcepit. Iussit & extendi campos: subsidere ualles: Fronde tegi siluas: lapidosos surgere montes. Ibidem.

Satis est homini ad plenam perfectamq; prudētiā: si deum esse intelligat: cuius intelligentiæ uis: & summa hæc est: suscipiat & honorificet cōmunē parentem generis humani: & rerum mirabilium fabricatorem. Lactantius fir. di. In. li. ii. ca. v.

Inest ergo syderibus rō ad pagendum meat⁹ suos. Sed dei est illa ratio: qui fecit & regit omnia.
Lactantius lib. ii. cap. viiii.

Nemo quærat ex quibus ista materiis tam magna: tam mirifica opera deus fecerit. Omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poetæ qui dicunt chaos in principio fuisse. i. confusionem rerum atq; elementorum: postea uero deum diremisse omnem illam congeriem: singulisq; rebus ex confuso aceruo separatis in ordinemq; discerptis instruxisse mundum pariter & ornasse: Ibidem.

Credibilius est materiam potius a deo factā: Quia deus omnia potest: q̄ mundum a deo non esse factum: Quia sine mente: ratione: cōsilio: nihil fieri potest. Lactantius firmianus diuinarū Institutionum lib. ii. cap. viii.

Denique quum aperiret homini ueritatem deus: ea sola scire nos uoluit: quæ interfuit hominem scire ad uitam consequendam. Quæ uero ad curiosam & prophanam cupiditatem pertinebant reticuit: ut arcana essent. Quid ergo quæris: quæ nec potes scire: nec si scias beatior fias. Pateſ'acta est i homine sapientia: si & deum eē unum: & ab ipso eē facta uniuersa cognoscat.
Lactantius fir. diui. In. lib. ii. c°. x.

Vnde autem uel quomodo deus hæc duo principalia ignem & aquam uel accenderit: uel eliquauerit: solus scire potest qui fecit.
Lactantius fir. di. In. lib. ii. c°. xii.

Qui enim dicit omnia sua sponte esse nata: nihilq; diuinæ prouidentiæ tribuit: hic profecto rationē non asserit: sed euertit. Quod si neq; fieri quicq̄ sine ratiōe: neq; nasci potest: apparet diuinam esse prouidentiam: cuius est proprium quod dicit rō.
Lactantius. Ibidem.

Deus igitur rerum omnium machinator fecit hominem: quod Cicero q̄uis expers cælestium litterarum uidit tamen: qui libro de legib⁹ primo: hoc idem tradidit quod prophetæ: Cuius uerba subieci. Hoc animal prouidum: sagax: multiplex: acutum: memor: plenum rationis & cōsilii: quem uocamus hominem: præclara quadam conditiōe generatum esse a summo deo solum. Est enim ex tot animantium generibus atq; naturis particeps rationis & cogitationis: quum cætera sint omnia expertia. Ibidem.

Deus ergo ueri patris officio functus est. Ipse corp⁹ effinxit: ipse animam: qua spiramus: infudit. Illi⁹ est totum quicquid sumus. Quomodo id fecerit si nos oporteret scire docuisset: sicut docuit cætera quæ cognitionem nobis & pristini erroris: & ueri luminis attulerunt.
Lactantius fir. di. Insti. lib. ii. ca°. xvii.

Nam deus neq; nomine quum solus sit eget: neq; angeli: quum sint imortales: dici se deos aut patiūtur aut uolunt. quorum unum solumq; officiū est seruire nutibus dei: nec omnino quicq̄ nisi iussa facere. Lactantius lib. ii. cap. xviii.

Dicet aliquis: Cur ergo deus hæc fieri patitur: nec tam malis succurrit erroribus: ut mala cum bonis pugnēt: ut uitia sint aduersa uirtutibus: ut habeat alios quos puniat: alios quos honoret. Vltimus .n.

temporibus ſtatuit de uiuis ac mortuis iudicare:
de quo iudicio mihi erit i ultimo libro diſputatio.
Differt ergo donec ueniat temporum finis: quo
effundat iram ſuam in poteſtate ac uirtute cæle/
ſti: ſicut uatum prædicta priorum Terribili moni
tu horrificant. Nunc autem patitur homines er/
rare: & aduerſum ſe quoq; impios eſſe: Ipſe iuſtus
& mitis & patiens. Nec enim fieri poteſt ut non is
in quo perfecta ſit uirtus ſit etiam perfecta patien
tia. Vnde quidam putant ne iraſci quidem deum
omnino: qui affectibus: qui ſunt perturbationes
animi: ſubiectus non ſit: quia fragile eſt omne ani
mal quod afficitur & commouetur: Quæ perſua
ſio ueritatem atq; relligionem funditus tollit.

Lactantius fir. di. Inſti. lib. ii. c°. xviiii.

Calcanda terrena: ut cæleſtia conſequamur: Ita. n.
res ſe habet: ut quiſq; qui animam ſuam cuius ori
go de cælo eſt ad inferna & ima proſtrauerit: eo ca/
dat: quo ſe ipſe deiecerit. Ideoq; oportet rationis ac
ſtatus memorem non niſi ad ſuperna niti ſemper
ac tendere. Quod qui fecerit hic plane ſapiēs: hic
iuſtus: hic homo: hic cælo deo q; dignus iudicabi/
tur: quem ſuus parens: non humilem: nec ad ter/
ram more quadrupedum: ſed ſtantem potius ac re
ctum ſicut eum fecit agnouerit. Ibidem.

Vellem igitur Ciceronem pauliſper ab inferis ſur
gere: ut uir eloquentiſſimus ab homunculo non
diſerto doceretur: ſicut unus eſt huius mundi con
ſtitutor & rector deus: una ueritas: ita unam eſſe
& ſimplicem ſapientiam neceſſe eſt: quia quicqd
eſt uerum ac bonum id perfectum eſſe non poteſt
niſi fuerit ſingulare.

Lactantius fir. di. In. lib. iii.

Eſt enim deus qui ſolus poteſt honorare uirtutem:
cuius merces immortalitas ſola eſt: quam qui non
appetunt: nec religionem tenent: cui æterna ſub/
iacet uita profecto neq; uirtutis uim ſciunt cuius
præmium ignorant: nec in cælum ſpectant: quod
ipſi ſe facere putant quum res non inueſtigabiles
quærunt: quia ratio in cælum ſpectandi nulla eſt
alia: niſi aut religionem ſuſcipere: aut animam
ſuam immortalem eē credere. Quiſquis enim aut
colendum deum eſſe intelligit: aut immortalitatis
ſpeciē propoſitam ſibi habet: animus eius in cælo
eſt: & licet id non aſpiciat oculis: animi tamen lu/
men aſpicit. Ibidem.

Omnis ſapientia hominis in hoc uno eſt: ut deum
cognoſcat & colat. hoc noſtrum dogma: hæc ſum
ma eſt. Quanta itaq; uoce poſſum teſtificor: pcla
mo: denuncio: Hoc eſt illud: quod philoſophi om
nes in tota ſua uita quæſiuerunt: nec unq̄ inueſti/
gare: comprehendere: tenere ualuerunt: quia re/
ligionem aut prauam retinuerunt: aut totam pe/
nitus ſuſtulerunt.

Lactantius fir. di. Inſti. lib. iii.

Qui uult igitur ſapiens ac beat⁹ eſſe audiat dei uo
cem: diſcat iuſticiā: ſacramentum natiuitatis ſuæ
noſcat: humana contemnat: diuina ſuſpiciat: ut
ſummum illud bonum ad quod natus ē poſſit adi
piſci. Lactantius fir. di. in. lib. iiii. cap. iii.

Nam ſi diuinitas quæ gubernat hunc mundum in
credibili beneficio genus humanum ſuſtentat: &
quaſi paterna indulgentia fouet: uult pfecto gra
tiam ſibi referri: & honorem dari. Nec conſtaī ho
mini ratio pietatis poteſt: ſi cæleſtib⁹ beneficiis ex
titerit ingratus: quod non eſt utiq; ſapiētis. Ibidē.

Vnus ergo colendus eſt qui poteſt uerus pater no/
minari. Idem etiam diuinus ſit neceſſe eſt. Quare
ſicut poteſt indulgere: ita etiam coercere. Pater iō
appellandus eſt: quia nobis multa & magna largi
tur. Domin⁹ ideo quia caſtigandi & puniendi ma
ximam habet poteſtatem. Dominum uero eundē
eſſe qui ſit pater etiā Iuris ciuilis ratio demōſtrat.

Idem lib. iiii. cap. iiii.

Deus autem qui unus eſt: quoniam utranq; perſo/
nam ſuſtinet: & patris & dei: & amare eum debe/
mus quia filii ſumus: & timere quia ſerui. Ibidē.

Fons autem ſapientiæ deus eſt: a quo hii duo riui: ſi
aberrauerint: areſcāt neceſſe eſt: quē qui neſciūt:
nec ſapientes eſſe poſſunt: nec religioſi. Sic fit ut
philoſophi: & qui deos colunt: ſimiles ſint: aut fi/
liis abdicatis: aut ſeruis fugitiuis: quia neq; illi pa
trem quærunt: neq; hii dominum: & abdicati hæ
reditatem non aſſequuntur: & fugitiui impunita
tem. Ibidem.

Solus pater uocandus eſt qui creauit: ſolus domin⁹
nuncupādus qui regit: qui habet uitæ & necis ue
ram ac perpetuam poteſtatem. Quem qui nō ado
rat & inſipiens ſeruus eſt: qui dominum ſuum au
fugiat: & impius filius: qui ſuum uerum patrem
uel occidens uel ignoret.

Idem lib. iiii. cap. xiii.

Summus igitur deus: ac parens omnium: quum re
ligionem ſuam transferre uoluiſſet: doctorem iu/
ſticiæ miſit e cælo: ut nouis cultoribus nouam le/
gem in eo uel per eum daret. nō ſicut ante fecerat
per hominem: ſed tamen naſci eum uoluit: tanq̄
hominem ut per omnia ſummo patri ſimilis exiſte
ret. Ipſe enim de⁹ pater & origo: & principium re
rum: quoniam & parentibus caret ἀπάτωρ.
καὶ ἀμήτωρ. i. ſine patre atq; matre a
Triſmegiſto uerissime nominatur: q; ex nullo ſit
procreatus. Lactanti⁹ fir. di. In. lib. iiii. c°. xxv.

Deus nobis uiam ſuperandæ carnis & aperuit &
oſtendit: Quæ uirtus perfecta & omnibus uincu
lis abſoluta coronam uincentibus: & mercedem

expetendæ nobis immortalitatis impartit.

Lactantius Fir.di.Inſti.li.iiii.c.xxvi.

Hos enim recte mortuos exiſtimaueris: q datorem uitæ deum neſcientes: atq; animas ſuas a cælo in terram deprimentes in laqueos æternæ mortis incurrunt. Lactantius ibidem.

Deus nāq; (ſicut ſupius dixi) quum ſtatuiſſet hominem liberare: magiſtrum uirtutis legauit in terrā: qui & præceptis ſalutaribus formaret homines ad innocentiam: & operibus factiſq; præſentibus iuſticiæ uiam panderet: qua gradiēs homo: & doctorem ſuum ſequens ad uitam æternam perueniret. Lactantius Fir.di.Inſti.li.iiii.c.xxviii.

Apparet nullam aliam ſpem uitæ homini eſſe propoſitam: niſi ut abiectis uanitatibus: & errore miſerabili deum cognoſcat: & deo ſeruiat: niſi huic temporali renunciet uitæ: ac ſe rudimētis iuſticiæ ad cultum religionis inſtituat: Hac.n.conditione gignimur: ut generati nos deo iuſta & debita obſequia pbeamus. Hunc ſolum nouerimus: hunc ſeq̄mur. Hoc uinculo pietatis obſtricti deo & religati ſum⁹: ūn ipſa religio nomē accepit. Idē.li.v.c.vii.

Sed de⁹ ut parens indulgentiſſimus: appropinquante ultimo tempore nuncium miſit: qui uetus illud ſæculum fugatūq; iuſticiam reduceret: ne humanum genus maximis & perpetuis agitaretur erroribus. Rediit ergo ſpecies illius aurei temporis: & reddita quidem terræ: ſed aſſignata paucis iuſticia eſt: Quæ nihil aliud eſt q̄ dei unici ſola pia & religioſa cultura. Lactantius li.v.c.xi.

Ad placandum.n.deum quē colas his reb⁹ op⁹ eſt: qb⁹ illum gaudere ac delectari ſcias. Idē.li.v.c.xv.

Deus.n.qui homines generat & inſpirat oēs æquos ideſt pares eſſe uoluit. Eandē conditionem uiuendi omnibus poſuit: oēs ad ſapientiā genuit: oībus immortalitatem ſpopondit. Nemo.n.a beneficiis ei⁹ cæleſtibus ſegregatur. Nam ſicut omnib⁹ unicum ſuum lumen æqualiter diuidit: emittit oībus fontes: uictum ſubminiſtrat: quietem ſomni dulciſſimam tribuit: Sic omnibus æq̄tatem uirtutemq; largitur. Nemo apud eum ſeruus eſt: Nemo dominus. Si.n.cunctis idē pater eſt: æquo iure oēs liberi ſumus. Nemo deo paup eſt: niſi q iuſticia indiget: Nemo diues: niſi q uirtutibus plenus: Nemo deniq; egregius: niſi q bon⁹ & innocens fuerit. Nemo clariſſimus: niſi qui opera miſericordiæ largiter fecerit: Nemo pfectiſſim⁹: niſi q omnes gradus uirtutis impleuerit. Lactan.Fir.di.Inſti.li.v.c.xx.

Nam ſi is qui in hac terreſtri militia regi ſuo fidem ſeruat in aliquo egregio facinore: Si poſtea uixerit acceptior fit & clarior: Si perierit ſummam conſequtur gloriam: q pro duce ſuo morte occubuerit: Quanto magis imperatori omnium deo fides ſeruanda eſt: qui non tantum uiuentibus: ſed & mortuis pmium poteſt uirtutis exoluere. Igitur dei cultus quoniam militiæ cæleſtis eſt deuotionem maximam fidem q; deſyderat. Quomodo enim deus aut amabit colentem: ſi ipſe non amet ab eo: Aut præſtabit precāti quicquid orauerit: quum ad precandum neq; ex animo neq; obſeruāter accedat.

Lactantius Fir.di.Inſti.li°.v.c.xxiii.

Deus inquit Seneca homines pro liberis habet: ſed corruptos & uicioſos luxurioſe ac delicate patitur uiuere: qa non putat emendatione ſua dignos. Bonos autem quos diligit, caſtigat ſæpius: & aſſiduis laboribus ad uſum uirtutis exercet: Nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac deprauari ſinit. Vnde nemini debet mirum uideri ſi p noſtris ſæpe delictis caſtigamur a deo. Immo uero quum uexamur ac pmimur: q̄ maxime gr̄as indulgētiſſimo pr̄i agerē debem⁹ q corruptellā noſtram nō patitur longius procedere: ſed plagis ac uerberibus emendat. Ex quo intelligimus nos eſſe deo curæ: quoniam quum peccamus iraſcitur.

Lactan.Fir.di.Inſti.li.vi.c°.i.

Nihil enim ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſyderat: q̄ ſolam innocētiam: quam ſi quis obtulerit deo: ſatis pie religioſeq; litauit.

Lactantius li°.vi.c.iii.

Deus qui cæleſtis uitæ dux eſt: immortalitatem nulli homini nato negat.

Lactan.Fir.di.Inſti.li.vi.c.vi.

Fons autem bonorum deus eſt: Maloꝝ uero ille.ſ. diuini nominis ſemper inimicus. Ab his duobus principiis bona malaq; oriuntur: Quæ ueniunt a deo: hanc habent rationem: ut immortalitatē pariant: quod eſt ſummum bonum: Quæ autem ab illo altero id habent officium: ut a cæleſtib⁹ auocatum: terrenis q; demerſum interficiant ſempiternum: quod eſt ſummum malum. Idē li.vi.c.viii.

Quiſqs autem rectum iter uitæ tenere nititur: non terram debet aſpicere: ſed cælum: & (ut apertius loquar) non hominem ſequi debet: ſed deum: non his terreſtribus ſimulacris: ſed deo ſeruire cæleſti: non ad corpus inferri omnia: ſed ad mentem: non huic uitæ operam dare: ſed æternæ.

Lactantius Fir.di. Inſti.li.vi.c°.viii.

Vnuſq; erit communis quaſi magiſter & imperator omnium deus: ille legis huius inuentor: diſceptator: ſator: cui qui non parebit: ipſe ſe fugiet: ac naturā hominis aſpernatus: hoc ipſo luet maximas pœnas: etiam ſi cetera ſupplicia quæ patitur effugerit. Idem libro.vi.cap.ix.

Hui⁹ legis caput eſt primum ipſum deum noſce: ſoli

obtemperare: solum colere. Non pót.n. rationem
hominis obtinere: qui parẽtem animæ suæ deum
nescit: quod est summum nephas. Quæ ignoratio
facit ut diis alienis seruiat: Quo nihil sceleratius
committi potest. Hinc procliuis est ad maliciam
gradus per ignorantiam ueri ac singularis boni:
Quia deus quem nosce refugit: fons est ipse bo/
nitatis. Lactantius Firmianus diuinarum In/
stitutionum li°.vi.c.viii.

Omnis doctrina & uirtus philosophorum sine ca/
pite est: quia deum nesciunt: qui est uirtutis ac do/
ctrinæ caput: quem qui non agnoscit: licet uideat:
cæcus est: licet audiat: surdus: licet loquatur: elin/
guis est. Quum uero conditorem rerum parẽtem
q; cognouerit: Tunc & uidebit & audiet: & loque
tur. Habere enim caput cæpit: in quo sunt sensus
omnes collocati: hoc est oculi: auris & ligua: nam
profecto is uidet qui ueritatem: in qua deus est:
uel deum: i quo ueritas est oculis cordis aspexerit:
Is audit: qui diuinas uoces ac præcepta uitalia pe/
ctori suo affigit. Is loquitur: qui cælestia differens:
uirtutem: ac maiestatem dei singularis enarrat.
Quare non est dubium: quin impius sit: quisquis
deum non agnouerit: omnesq; uirtutes eius: quas
habere aut tenere se putat: in illa mortifera uia re
periuntur: quæ est tota tenebrarum. Ibidem.

Ergo in dei agnitione: & cultu: rerum summa uer/
satur. In hoc est spes omnis & salus hominis: qui
est sapientiæ gradus primus: ut sciamus: quis sit
nobis uer' pater. Eumq; solum pietate debita pro/
sequamur: huic pareamus: huic deuotissime ser/
uiamus: in eo promerendo actus omnis & cura &
opera collocetur.

Lactantius Fir.di.Insti.li°.vi.c.xii.

Qui apud deum diues est: pauper esse nunquam
poterit.

Lactantius Firmianus diuinaꝝ instit.li.vi.c.xiii.

Deus enim purgari homines a peccatis maxime cu
pit ideo q; agi poenitentiam iubet. Agere autem
poenitentiam nihil aliud est: q̃ profiteri & affirma
re se ulterius non peccaturum. Ignoscitur itaq;
his qui ad peccatum ignoranter imprudenter in/
caute q; labuntur. Veniam non habet qui sciens
peccat.

Lactantius Fir.diuinaꝝ insti.li.vi.c.xx.

Ad uitam enim deus inspirat aiam nõ ad mortem.

Lactantius Firmian' diuinaꝝ Inst.li.vi.c.xxiii.

Huic diuinæ legi summa deuotione parendum est.
Sint omnes qui dei discipulos se profitebuntur:
ita morati & instituti: ut imperare sibi possint. Nã
qui uoluptatibus indulgent: q libidini obsequun
tur: hii animam suam corpori mãcipant: ad mor
temq; condemnant: Qui se corpori addixerunt:
in quo habet mors potestatem. Vnusquisq; igitur
quantum potest formet se ad uerecundiam: pudo
remq; colat: castitatem mente & conscientia tuea
tur. Nec tantum legibus publicis pareat: sed sit su
per omnes leges: qui legem dei sequitur: Quibus
bonis si assueuerit iam pudebit eum in deteriora
descendere: modo placeant recta & honesta: quæ
melioribus iucundiora sunt: q̃ praua & inhone/
sta peioribus.

Idem libro.vi.cap°.xxv.

Verbo enim sactificari oportet deo: Si quidem deus
uerbum est: ut ipse confessus est.

Lactan.Fir.li°.vii.cap.ii.

Nam si mundum cum omnibus quæ sunt in eo cõ
templari uelis: intelliges profecto: quantum dei
opus humanis corporibus antestet. Ita quantum
inter opera diuina & humana interest: tantum di
stare inter dei hominis q; sapientiam necesse est.
Nam quia de' incorruptus atq; immortalis: & ideo
perfectus: quia sempiternus est: sapientia quoq;
eius perinde ut ipsa perfecta est: nec obstare illi
quicquam potest: Quia nulli rei deus ipse subie/
ctus est. Lactantius Firmianus diuinaꝝ
Institutionum li°.vii.c°.ii.

Deo enim soli opera nota sua sunt. homo autem
non cogitando aut disputando assequi ea po/
test: sed discendo & audiendo ab eo qui scire solus
potest & docere.

Lactantius Fir.di.Institu.li.vii.c.viiii.

Ante omnia quoniam deus ab homine uideri non
potest: ne quis tamen ex eo ipso putaret deum
non esse: quia mortalibus oculis non uideretur:
Inter cætera institutorum suorum miracula: fe/
cit etiam multa: quorum uis quidem apparet:
substantia tamen non uidetur. sicut est uox: odor:
uentus: ut harum rerum argumento & exemplo
etiam deum: licet sub oculos non ueniat: de sua
tamen ui & effectu & operib' cerneremus. Quid
uoce clarius? aut uento fortius? aut odore uiolen/
tius? hæc tamen quum per aerem feruntur ad
sensus q; nostros ueniunt & eos potentia sua im/
pellunt: non cernuntur acie luminum: Sed ali/
is corporis partibus sentiuntur. Similiter deus nõ
aspectu nobis alio ue fragili sensu comprehen/
dendus est: Sed mentis oculis intuendus: quum
opera eius præclara & miranda uideamus.

Idem libro.vii.cap.xxiii.

Pater enim noster ac dominus: qui condidit firma/
uitq; cælum: qui solem cum cæteris syderibus in/
duxit: qui libratã magnitudine sua terrã uallauit:
montibus mare circundedit: oĩbusq; distinxit: &

quicquid in hoc opere mundi conflauit atq; perfecit e nihilo: perspectis erroribus hominum: ducē misit qui nobis iusticiæ uiam panderet. Huncse/ quamur omnes: hunc audiamus: huic deuotissi/ mæ pareamus: Quoniam solus (ut ait Lucretius) Vendicis hominum purgauit pectora dictis: Et finem statuit torpedinis atq; timoris: Exposuitq; bonum summum quo tendimus oēs: Quid foret atq; uiam monstrauit limite prono: Qua possemus ad id recto cōtendere cursu. Non monstrauit tn̄: sed ēt præcessit: ne qs difficultatis gr̄a iter uirtutis horreret. Deseratur si fieri potest uia perditionis & fraudis in qua mors uoluptatis illecebris adoperta cælatur. Et quanto quisq; an/ nis in senectutem uergentibus appropinquare cer nit illum diem quo sit ei ex hac uita migrandum: cogitet q̄ purus abscedat: q̄ innocens ad iudicium ueniat. Non ut faciunt quidam cæcis mentibus nixi: qui iam deficientibus corporis uiribus in hoc admonentur instantis ultimæ necessitatis: ut cu/ pidius & ardentius hauriendis libidinibus inten/ dant: qua ex uoragine liberet se quisq; dum licet: dum facultas adest: se q; ad deum tota mente con uertat: ut illum diem securus expectet: quo prin/ ceps dominusq; mundi deus de singulorum factis cogitationibusq; iudicabit.

Lactantius firmianus li°. de Ira Dei.

Hoc differt ab humanitate diuinitas: q; humanitatis est ignorantia: Diuinitatis scientia: unde nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras: quibus effusa est hominis cogitatio: quoniam in carne mortali agētes nostris sensibus diuinare nō possumus. Lumen autem mentis humanæ de°est: quem qui cognouerit & in pectus admiserit: illu/ minato corde mysterium ueritatis agnoscet. Re/ moto autem deo cælesti q; doctrina: omnia errori bus plena sunt. Recteq; Socrates: quum esset om nium philosophoꝝ doctissimus: tamen ut cætero rum argueret in sciētiam: qui se aliquid tenere ar/ bitrabantur ait: Se unum scire: q; nihil sciret: In/ tellexit enim doctrinam illam nihil habere i se cer ti nihil ueri.

Ibidem c°. iiii.

Quid tam dignum: tam proprium deo q̄ prouidentiam: Sed si nihil prouidet: amisit omnem dignitatem. Qui ergo totam uim: totam deo substātiam tollit: quid aliud dicit: nisi deum omnino non esse.

Lactantius Fir. li°. de Ira Dei c°. vii.

Multum enim refrenat homines conscientia: si crē damus nos in conspectu dei uiuere: Si non tātum quæ gerimus uideri desuper: sed etiam: quæ cogi/ tamus: aut loquimur audiri a deo putemus.

Lactātius Firmianus li°. de Ira Dei. c°. xi.

Tantus est deus ut ab homine non possit: aut uer/ bis enarrari: aut sensibus æstimari.

Lactantius Ibidem.

Vnus est igitur princeps & origo rerum deus: sicut Plato in Thimæo & sensit & docuit: cuius maie/ statem tantam esse declarat: ut nec mente com/ præhendi: nec lingua exprimi possit.

Lactantius Fir. de Ira Dei. c°. xii.

Timor igitur dei solus est qui custodit hominum in ter se societatem: per quem uita ipsa sustinetur mu/ nitur: gubernatur.

Lactantius Fir. li. de Ira Dei. c. xxi.

Deus non thure: non hostia: non preciosis muneri/ bus: quæ omnia sunt corruptibilia: sed morum emendatione placatur.

Lactantius de Ira Dei. c. ultimo.

Quapropter nemo uaniloquentia philosophorum inductus ad contemptum se dei erudiat: quod est maximum nephas. Debem⁹ hunc omnes & ama/ re q; pater est: & uereri q; dominus: & honorifica/ re q; beneficus: & metuere q; seuerus. Vtraq; per sona in eo uenerabilis. Quis salua pietate non di ligat animæ suæ parentem? aut quis impune con/ temnat eum qui rerum dominatur habeat in om/ nes ueram & æternam potestatem?

Lactantius Fir. de opificio dei. c. xvi.

Et miratur aliquis si diuina mens dei per uniuersas mundi partes intenta discurrit: & omnia regit: omnia moderatur: ubiq; præsens: ubiq; diffusa: quum tanta sit uis ac potestas mentis humanæ in tra mortale corpus inclusæ: ut ne septis quidem grauis huius ac pigri corporis: cui illigata est: co/ erceri ullo pacto possit: quo minus sibi liberā ua/ gandi facultatem quietis impatiens largiatur.

Anselmus super ps. xxv.

Deus hominem mirabiliter creat foris: sed mirabi/ lius intus recreat. Maius enim fuit de Saulo per/ secutore discipulum facere: q̄ Lazarum dormien tem de monumento suscitare.

Anselmus li°. Cur deus homo. c. xv.

Deum impossibile est honorem suum perdere. Aut enim peccator soluit sponte quod debet: aut deus ab inuito accipit. Sicut autem homo peccando rapit quod dei est: Ita deus puniendo aufert quod hominis est.

Idem lib. ii. cap. viiii.

Quid misericordius intelligi ualet? q̄ q; peccatori æternis tormentis damnato: & non habenti unde se redimat deus pater dicit: accipe unigenitum meum: & da pro te: & ipse filius: tolle me: & redi/ me te: Quasi enim hoc dicunt: quum ad Christianam fidem nos trahunt.

Seneca ad Lucillium epistola. xl.

Ita dico Lucilli: sacer intra nos spiritus sedet: bonorum malorumq; nostrorum obseruator & custos. Hic put a nobis tractatur: ite & nos tractat ipse. Bonus uero uir sine deo nemo est. An potest aliqs supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? Ille dat consilia magnifica & erecta in unoquoq; bonorum uirorum.

Seneca ad Lucillium epistola lxxxxii.

Quis dubitare potest mi Lucilli: quin deorum immortalium munus sit: q uiuimus.

Idem epistola lxxxxvii.

Summa illa & pulcherrima omnium natura: quos periculo exemit: nec periculosos quidem fecit. Primus est deorum cultus: deos credere. Deinde reddere illis maiestatem suam: reddere bonitatem: sine qua nulla maiestas est: Scire illos esse: qui præsident mundo: qui uniuersa: ut sua temperant: qui humani generis tutellam gerunt.

Seneca li°. de beneficiis.

Dii quoq; multa ingratis tribuunt.

Seneca Ibidem.

Deus quidem munera uniuerso humano generi dedit a quibus excluditur nemo.

Seneca li. de beneficiis.

Insita sunt omnium artium nobis semina. Magister q; ex occulto deus producit ingenia.

Senec: Ibidem.

Quid enim est aliud natura q̄ deus: & diuina ratio toti mundo partibusq; ei° inserta. Ergo nihil agis Ingratissime mortalium: qui te negas deo debere: sed naturæ. Quia nihil natura sine deo est: nec deus: sine natura. Sed idem est uterq;: nec distat officio.

Plato — Plato in Thymeo.

· Genitorem uniuersitatis tam difficile est inuenire: q̄ inuentum impossibile digne præfari.

Idem libro de legibus.

· Bonus quidem deus: & quidem deus causa bonorum: malorum autem omnium non causa.

Plato in Thymæo.

· Mundus a deo factus est. Ibidem.

Deus author maximus est. Ibidem.

Charitas dei causa fuit factionis mundi: & originis omnium rerum. Plato in Thymeo.

Deus est summum bonum supra omnem substantiam: omnemq; naturam: quod cuncta expetunt: quum ipse sit plenæ perfectionis & nullius societatis indignus. Plato in phedrone.

· Imperfectus qdem & immundus in infernum abiens: Perfectus & purgat° hinc transiens cum deo habitabit.

Aristoteles — Aristoteles libro primo metaphysicæ.

· Deus uidetur omnibus esse causa: & principium quoddam.

Aristoteles li. ii. metaphysicæ.

Infinitum non est scibile.

Aristoteles libro. ix. metaphysicæ.

· In æternis nō est malum: nec corruptio: nec peccatum. Arist. li. xi. metaphysicæ.

· Primus motor est actus purus: sine omni potentia: substantia sine omni accidente: simplex sine omni compositione.

Primus motor mouet sicut amatum & desyderatum. Ibidem.

· A primo principio dependet cælum: & tota natura. Ibidem.

Primus motor nullam habet magnitudinem corporalem. Ibidem.

Etiam bonum uniuersi consistit in principio primo: ad quod omnia ordinantur.

Aristo. li°. xi. metaphysicæ.

· Entia nolunt male disponi: Nec est bonum pluralitas principantium: unus ergo princeps.

Aristoteles li°. xii. metaphysicæ.

Deus est animal: hominis beneficium. Metaphorice sumitur hic animal.

Aristoteles Ibidem.

Dicim° deum esse animal sempiternum: optimum: quare uita & duratio continua & æterna existit: in hoc enim deus. Aristoteles. Ibidem.

Illud est magis simplex: quod est propinquissimum simplicissimo. Arist. li. xii. Metaphysice.

Quod igitur est substantia sempiterna & immobilis: separata a sensibilibus manifestum est ex his.

Ibidem.

Principium: & primum entium est immobile: & secundum se: & secundum accidens.

Aristoteles li. iii. physicorum.

In perpetuis non differt posse & esse.

Aristoteles li. iii. physicorum.

Contingit aliquid dare secundum speciem quod simul mouet: & mouetur: & aliquid quod tantum mouetur: ergo erit dare aliquid: quod tantum mouet: & non mouetur.

Aristoteles li. viii. physicorum.

· Primus motor tantum unus est & æternus.

Ibidem.

Primus motor nullam habet magnitudinem: nec finitam: nec infinitam: unde ipse est incorporeus: indiuisibilis: & æternus.

Aristot. li. iiii. de Cælo & Mundo.

Nihil est perfectum nisi trinitas.

Aristoteles Ibidem.

Deus & natura nihil faciunt frustra.

Idem libro. xi. de animalibus.

Debemus inspicere formas: & delectari in artifice: qui fecit eas.

Aristoteles li°.vi.æthicorum.
Deus est aliquid honorabilius uirtute.
Aristoteles Ibidem.
Sicut bestiæ non est uirtus: sic nec malicia deo.
Aristoteles li° de regimine principum.
Deo nihil est difficile: & sine eo nihil est possibile fieri uel possideri. Aristot. Ibidem.
Deus gloriosus nihil ociosum siue uacuum fecit in natura. Aristo.li°.de bona fortuna.
Deus bene uidet præsentia: præterita & futura.
Aristot.li°.ii.Topicorum.
Iniusticiam facere non inest deo. Quia iniusticam facere idem est q̄ sponte nocere. Deo nō est ergo.
Laertius. Laertius Diogenes de uita & moribus Philosophorum.
Interrogauit Thaletem milesium quidam si lateret deos homo iniuste agens: Sed nec cogitans iquit.
Ibidem.
Interrogatus secundus Philosophus ab Adriano imperatore: quid est de°: scripsit. Deus est immortalis mens: incōtemplabilis celsitudo: forma multiformis: multiplex spiritus: incogitabilis inquisitio: insopit° oculus: omnia continens lux: bonum.
Macrobi° Macrobius super somnum Scipionis li°.i.
Sic Plato quum de deo loqui esset animatus: dicere quid sit non est ausus: hoc solum de deo sciens: q̄ sciri quale sit ab homine non possit. Solem uero ei simillimum de uisibilibus solum reperit: & per eius similitudinem uiam sermoni suo attollendo se ad non compræhensibilia patefecit. Nam deus qui prima causa est: & uocatur: un° omnium: quæ q̄ sunt: & quæ uidentur esse princeps & origo est. Hic superabundāti fœcūditate maiestatis de se mentem creauit. Hæc mens quæ νοῦς uocatur qua patrem inspicit plenam similitudinem seruat authoris. Cicero li°.i.de natura Deorum.
Cicero Plato in libris legum quid sit omnino deus inquiri oportere non censet.
Cicero Ibidem.
Omnibus fere in rebus: maxime in phisicis qd non sit citius q̄ quid sit: dixerim. Roges me quid aut q̄lis sit deus authore utar Simonide de quo quum quæsiuisset hoc idē Tyrānus Hiero deliberādum sibi unum diem postulauit: quum idem ex eo postridie quæreret: biduum petiuit: quum sæpius duplicaret numerum dierum: admirāsq̄ Hiero quæreret: cur ita faceret: Quia quanto inquit diutius considero: tanto mihi res uidetur obscurior.
Cicero libro.ii.de natura Deo℞ in prin°.
Quid enim potest esse tam apertum: tanq̄ perspicuum quum cælum suspeximus: cælestiaq̄ contemplati sumus: q̄ esse aliquod numen præstantissimæ mentis: quo hæc regantur.

Cicero li°.ii.de natura Deorum.
Vndiq̄ omni ratione concluditur mente consilioq̄ diuino omnia in hoc mundo ad salutem omnium conseruationemq̄ admirabiliter administrari.
Cicero li°.ii.de natura Deorum.
Esse igitur deos perspicuum est: ut id qui neget uix eum sanæ mentis existimem.
Cicero li°.ii.de natura Deorum.
Dico igitur prouidentia deorum mundum & omnes mundi partes & initio constitutas esse: & omni tempore administrari. Cicero Ibidem.
Nihil est autem præstantius deo: ab eo igitur necesse est mundum regi: Nulli igitur est naturæ obediens aut subiectus deus: omnem ergo regit ipse naturam. Et enim si cōcedimus intelligentes esse deos: concedimus etiam prouidentes & re℞ quidem maximarum. Ergo utrum ignorent quæ res maximæ sint: quo q̄ hæ modo tractandæ & tuendæ: an uim non habent: qua tantas res sustineant & gerant? At et ignoratio rerum aliena naturæ deorum est: & sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in maiestate deorum: ex quo efficitur id quod uolumus: deo℞ prouidētia mundum administrari. At qui necesse est: quum sint du: si modo sint: ut profecto sunt: animantes esse: nec solum animantes: sed rationis cōpotes: inter seq̄ quasi ciuili conciliatione & societate coniunctos: unum mundum ut communem rempu. atq̄ urbem aliquam regentes: sequitur ut in his sit eadem: quæ in genere humano ratio: eadem ueritas utrobiq̄ sit: eademq̄ lex quæ est recti præceptio: praui q̄ depulsio: ex quo intelligit̄ prudentiam quoq̄ & mentem a deis ad homines peruenisse: ob eamq̄ causam maio℞ institutis mens: fides: uirtus: cōcordia: consecratæ & publice dedicatæ sint. Cice.li°.ii.de natura Deo℞ i fine.
Nemo unq̄ uir magnus sine aliquo afflatu diuino fuit. Cicero Ibidem.
Magna dii curāt: parua negligunt: Magnis autem uiris prosperæ eueniunt semper omnes res.
Cicero Ibidem.
Mala enim & impia consuetudo est contra deos disputandi: siue ex animo id fit: siue simulate.
Cicero li.iii.de natura Deorum.
At obscurum deo nihil esse potest.
Cicero ibidem circa finem.
At Diagoras quum Samotraciam uenisset: Atheus ille qui dicitur: atq̄ ei qdam amicus: tu q̄ deos putas negligere humana: Non ne animaduertis ex tot tabellis pictis q̄ multi uotis uim tempestatis effugerint: in portum q̄ salui peruenerint: Ita fit inquit. Illi enim nusq̄ picti sunt: qui naufragium fecerunt in mariq̄ perierunt.

Cicero libro.ii.de Diuinatione.
Nec enim ignorare potest deus qua mente qsqs sit.

Franciscus Petrarcha — Franciscus Petrarcha li°.i.de uita solitaria.
Videt igitur deus nos: auditq; prius et q̃ loquamur. Ipse est enim q tacito Moisi ait. Quid clamas ad me? Præuenit uerba nostra & affectus anticipat: cogitationes nostras intelligit de longinquo: hoc est: multo ante q̃ fiant. Preces nostras exaudit ante q̃ sonent. Necessitates nostras aspicit anteq̃ ueniat. Exitus nostros speculatur anteq̃ nati simus: Sed ita nos aspicit: ut indignos licet inueniat: misereatur. Tamé nisi forte (quod procul absit a nobis) contumacia: pertinaciaq; misericordiã expellamus.

L. Apulei° — Lucius Apuleius de Deo socratis.
Summus deus infinit° est: non solum loci exclusione: sed etiam naturæ dignitate. Ibidem.
Dii ab hominibus differunt loci sublimitate: uitæ perpetuitate: naturæ perfectione. Ibidem.
Nihil deo est perfectius & potentius. Ibidem.
Deus ab omnibus animi passionibus liber est: unde nec dolere: nec lætari potest.

Lucius Apuleius de deo Socratis.
Nihil est deo similius & gratius: q̃ uir animo perfecto bonus: qui hominibus cæteris antecellit: quod ipse a diis immortalibus distat.

Lucius Apuleius ibidem.
Quapropter debet deus nullam perpeti uel operis uel amoris temporalem perfectionem: & iccirco nec indignatione nec misericordia contingi: nullo angore cõtrahi: nulla alacritate gestire: Sed ab omnibus animi passionibus liber: nec dolere unq̃: nec aliquando lætari: nec aliqd repentinum uelle: uel nolle.

Plautus — Plautus in duobus captiuis.
Est profecto de°: q quæ nos gerimus audit: uidetq;: is uti tu me hic habueris: proinde illum illic curauerit. Bene merenti bene profuerit: Male merenti par erit.

Homerus. — Homerus in α Iliados. uerba sunt Achillis ad Palladem.
χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεὰ ἔπος εἰρύσσασθαι
καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον. ὣς γὰρ ἄμεινον
ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ᾽ ἔκλυον αὐτοῦ. idest.
Oportet qdem uestrum o dea uerbum obseruare: & quamuis ualde animo iratum: sic enim melius qui deis paruerit: dii certe exaudiunt ipsum.

Idem in γ Iliados.
πάρα γὰρ θεοὶ εἰσὶν καὶ ἡμῖν.
Dei enim adsunt & nobis. Idem in δ Iliados.
χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἐπὶ μῆνις. idest.
Molesta autem dei est ira. Idem Ibidem.
οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ᾽ οὐ πίνουσ᾽ αἴθοπα οἶνον
τοὔνεκ᾽ ἀναίμονές εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται. idest.
Non eni cibum edunt: nõ bibunt calidum uinum: iccirco sine sanguie sunt: & uocant̃ immortales.

Homerus in μ Iliados.
θεῶν δ᾽ ἀέκητι τέτυκτο
ἀθανάτων· τὸ καὶ οὔτι πολὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν. idest.
Diis inuitis factum est immortalibus: iccirco non ad multum tempus firmum durauit.

Homerus in δ Iliados.
ἀλλ᾽ οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι. idest.
Sed nondum simul omnia dei dederunt hominib°.

Homerus in π. Iliados.
ἀλλ᾽ αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος ἠέ περ ἀνδρῶν
ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ καὶ ἀφείλετο νίκην. idest.
Sed semper Iouis potentior mens q̃ uirorum
Qui & uirum fortem terrefacit: & priuat uictoria.

Homerus in α odyssex.
θεῶν ἐξόπιδ᾽ εἴσατε μῆνιν. idest.
Deorum autem euitate iram.

Idem in γ odyssex.
ῥεῖα θεός γ᾽ ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι. idest.
Facile deus uolens: & procul existens uirum saluaret. Idem in eodem.
οἱ δ᾽ αἰεὶ βούλοντο θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμέων. idest.
Semp uoluerunt dii esse in memoria sua præcepta.

Homerus in δ odyssex.
θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασι. hoc est.
Dei autem omnia sciunt.

Homerus in ζ odyssex.
Ζεὺς δ᾽ αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν
ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. idest.
Iuppiter ipse distribuit diuitias olympius hominibus bonis atq; malis quomodo uoluerit unicuiq;.

Idem in ι odyssex.
θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. hoc est.
Sed dii omnia possunt.

Idem in ξ odyssex.
οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν
ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ᾽ ἀνθρώπων. idest.
Non enim mala opera dei beati amant:
Sed iustitiam honorant: & decẽtia opa hominum.

Homerus in ρ odyssex.
ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν
ὁμοῖον .idest.
Sane semper similem ducit deus ad suum similem.
Phocylid. Phocylides.
πρῶτα θεὸν τίμα. μετέπειτα δὲ σεῖο
γονῆας.idest.
Imprimis uenerare deum.post uero tui parentes.
Pittacus Pittacus.
πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον. hoc est.
Hesiodus. Ante omnia cole numen. Hesiodus.
οὔτι που ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. i.
Nequaq̃ sane possibile est Iouis mentem decipe. Idẽ.
μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα
οἶνον
χερσὶν ἀνίπτοις. μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισι
οὐ γάρ τοι γε κλύουσι. ἀποπτύουσι
δέ τ' ἀράς.idest.
Nunq̃ matutinis horis Ioui libare uelis calidum ui/
num manibus illotis: neq; aliis immortalibus.
Non enim ipsi exaudiunt: sed respuunt preces.
Euripides. Euripides in Medea.
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί. hoc est.
Multa autem praeter spem faciunt dei.
Menãder. Menander.
θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις .i.
Deo uolente etiam salicum fasciculis nauigares.
Idem.
ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ
θεός. idest.
Mens enim nobis est in unoquoq; deus. Idẽ.
πάντη γάρ ἐστι πάντα τε βλέπει θεός.i.
Vbiq; enim est: omniaq; inspicit deus.
Virgilius. Virgilius libro primo Aeneidos.
Si genus humanum: & mortalia temnitis arma.
At sperate deos memores fandi atq; nefandi.
Virgilius li°.ii.Aeneidos.
Iuppiter omnipotens precibus si flecteris ullis:
Aspice nos.
Virgilius li°.iii.Aeneidos.
Fata uiam inuenient: aderitq; uocatus Apollo.
Virgilius li°.iiii.Aeneidos.
An te genitor quum flumina torques:
Nequicq̃ horremus? caeciq; in nubibus ignes
Terrificant animos & inania murmura miscent.
Claudian° Claudianus de laudibus Stiliconis.
Est ignota procul nostraeq; impenia menti
Vis adeunda deis.
Sillius. Sillius Italicus li°.iiii.
Heu primae scelerum causae mortalibus aegris
Naturam nescire deum.
Ouidius. Ouidius metamorphoseos libro.viii.
Fabula.vii.

Immensa est finemq; potentia caeli
Non habet: & quicqd superi uoluere pactum est.
Ouidius Metamorpho.li.xiii.Fabula.i.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
Ouidi° epistola Philidis ad Demophoōta.
Si de tot laesis sua numina quisq; deorum
Vindicet: in poenas non satis unus eris.
Ouidius Tristium li°.ii.elegia prima.
Si quotiens peccant homines sua fulmina mittat
Iuppiter: exiguo tempore inermis erit. Ibidẽ.
Iure igitur genitorq; deum rectorq; uocatur:
Iure capax mundus nil Ioue maius habet. Ibidẽ.
Sed solet interdum fieri placabile numen:
Nube solet pulsa candidus ire dies. Ibidem.
Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum:
Sic capitur minimo thuris honore deus.
Ouidius Tristium li.iiii.elegia.viii.
Nil ita sublime est supra q̃ pericula tendit:
Non sit ut inferius suppositũq; deo.
Ouidius de Ponto li.ii.elegia.viii.
Est aliquid spectare deos: & adesse putare.
Ouidius de Ponto li.iii.elegia.vi.
Crede mihi miseris caelestia numina parcunt:
Nec semper laesos & sine fine premunt.
Ouidius Fastorum li.iii.
Saeui flectitur ira Iouis.
Ouidius Fastorum li.v.
Saepe deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Saepe Iouem uidi: quum iam sua fulmina uellet
Mittere: thure dato sustinuisse manum.
At si negligitur: magnis iniuria poenis
Soluitur: & iustum praeterit ira modum.
Propertius li.ii.elegia.xvi. Proptius.
Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.
Horatius Carminum li.iii.ode.v. Horatius.
Caelo tonantem credidimus Iouem
Regnare. Iuuenalis Satyra.x. Iuuenalis.
Nil ergo optabunt homines? Si consilium uis
Permittes ipsis expendere numinibus: quid
Conueniat nobis: rebus q; sit utile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quaeq; dabunt dii.
Charior est illis homo q̃ sibi.
Dantes Inferni c°.xviiii. Dantes
O summa sapienza quante larte
Che mostri in caelo: in terra: e nel mal mundo
Et quanta giusta tua uirtu comparte.
Dantes Florentinus purgatorii cap.iii.
Matto e che spera che nostra ragione
Possa transcorrer linfinita uia
Che tiene una substantia in tre persone
State contente humana gente al quia
Che se possuto hauesti ueder tuto

Messer non era partutir Maria. Ibidem.
Horribil furon li peccati mei:
Ma la bonta infinita ha si gran bracia
Che prende cio che si riuolge a lei.
Idem purgatorii.c°.xviii.
Ma uoi prendete lesca: si che lhamo
De lantico auersaro ad se ui tira
Et per o pocho ual freno: o richiamo.
Chiamaui il cielo e intorno ui si gira
Monstrandoui le sue belleze æterne
Et lochio uostro pur a terra mira.
Vnde ui batte chi tutto discerne.
Dantes Florenti. Paradisi.c°.p°.
La gloria di collui che tuto moue
Per luniuerso penetra e risplende
In una parte piu: e meno altroue.
Dantes Floren. paradisi.c°.p°.
Per che appressandose al suo disire
Nostro intellecto si profunda tanto
Che dietro la memoria non po ire.
Dantes paradisi c°.vii.
Nostra natura quando pecco tota. Vide supra in Christi Incarnatio.
Dantes Florentinus paradisi. capitulo.xiiii.
Quel uno: e due: e tre: che sempre uiue
E regna sempre in tre e due: & uno:
Non circunscripto: & tuto circunscriue.
Dantes Florentinus paradisi. capitulo.xxii.
La spada di quha su non taglia in fretta
Ne tardo mai al parer de collui
Che disiando o temendo laspetta
Idem paradisi.cap.xxxi.
La luce diuina e penetrante
Per luniuerso secondo che degno
Sicche nulla la pote esser obstante.
Franciscus Petrarcha Cantilena.xiiii.stantia.v.
Franciscus Petrarcha — Tute le cose di che il mondo e adorno
Vscir bone di man del maestro æterno.
Fran. Petrarcha Triumpho æternitatis.
Ma tarde non fur mai gratie diuine.
En quelle spero chen me anchor farano
Alte operatione & peregrine.



Euotio: g: τεριξιά. αρ.ι. & τεμσκορ. ου.δ. deuotus seu religiosus dicitur. Est autem deuotio uoluntas prompta faciẽdi: quod ad dei seruitium pertinet. scdm. b. Tho. scda scdæ. q. lxxxii. ar. i.

Deuotio est specialis actus uoluntatis prompte tradendi se ad famulatum dei secundum. b. Tho. Ibidem ubi supra. Dicitur autem Deuotio a uouco quod est aliquid deo sancte promitto. Vnde & huiusmodi promissio uotum dicitur. Deuoueo desiuo: imprecor: hinc deuotor qui aliquid imprecatur: & deuotum destiatum: qd modo ad prosperum: modo ad aduersum refertur. Virg. Præcipue infoelix pesti deuota futuræ.

Augustinus super ps. lxxxv. — Augustin'

Non putrescat cor si leuetur ad deum: Frumentum tuum si haberes in inferioribus: ne putresceret leuares illud ad superiora. Frumẽto tuo quæris mutare locum: & cor permittis in terra putrescere. Frumentum leuares ad superiora: Cor leua in cælum. Et unde iquis possum? Q ui Funes? quæ machinæ? quæ schalæ opus sunt? Gradus affect° est. Iter tuum uoluntas tua est. Amando ascẽdis: Negligendo descendis. Stans in terra in cælo es: si deum diligis. Augustinus super Ioannem.

Si habet animus unde oblectetur extrinsecus: Sine deliciis manet interius.

Augustinus super Ioannem.

Nescio quid incorporaliter & spiritualiter in nobis facit deus. Q uod nec sonus sit: qui aurem percutiat: Nec color qui oculis discernatur: Nec odor qui naribus capiatur: Nec sapor qui faucibus indicetur: nec durum & molle quod tangendo sentiatur. Et tamen aliquid est quod sentire facile est: explicare non possibile.

Augustinus libro de Virginitate.

Anima deo deuota sic se actus corporis & terrenos exuit: mores ut uestiat: quomodo si uelit rursus induere. Consuetudo enim boni usum ueteris prauitatis amisit. Augustinus libro de uiduis.

Hæc est uera fortitudo: quæ naturæ usum: sexus infirmitatem: mentis deuotione transgreditur.

Augustinus de foemina diuite.

Maiores nostri ideo copiis omnibus abundabant: Q uia deo decimas dabant: & Cæsari censum reddebant. Modo autem quia recessit deuotio dei: Accessit inductio fisci: Hoc tollit fiscus: quod nõ tollit Christus: Hoc Turpibus datur: quod pauperibus non erogatur.

Bernardus super Cantica. — Bernardus

Temporis præteriti fructus est compunctio: futuri flos est deuotio.

Bernardus Ibidem.

Mel in cæra: deuotio in littera. Alioquin littera occidit: si absq; condimẽto spiritus glutieris. Ibidẽ.

Est unguentum contritionis: & unguentum deuotionis: est unguentum pietatis: primum pungitiuum dolorẽ faciens: Secundum temperatiuum

dolorem leniēs. Tertium ſanatiuum morbum ex
Io. Chryſ. pellens. Ioannes Chryſoſtomus in colla
tione Ioannis Abbatis.
Melius eſt deuotum in minoribus: q̄ ind euotum in
maioribus profeſſionibus inueniri.



Iabolus græca dictio eſt διάβολος.ου.ὁ.calum/
niator: & διαβολή ης.ἡ.
calumnia. & διαβάλλω
criminor dicit. Quid au/
tem ſit diabolus uide ſu/
pra in dæmonium. Sane
cœpit ille malignus ſpirit⁹
diabolus dici: poſtq̄ homi
Geneſis. mini inuidit. Geneſis cap. iii.
Ipſe enim hoſtis calcaneo ſemper inſidiatur.i. fini
Paulus hominum. Paulus ad Corynthios. ſcdæ. c⁰. xi.
Timeo autem ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtu/
tia ſua: ita corrumpantur ſenſus ueſtri: & excidāt
a ſimplicitate: quæ eſt in Chriſto.
Paulus Ibidem.
· Ipſe enim Sathanas tranſfigurat ſe ī angelū lucis.
Paulus ad Epheſios cap. yi.
· Induite uos armaturam dei ut poſſitis ſtare aduer/
ſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis col/
luctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed ad/
uerſus principes. & poteſtates: aduerſus mundi re
ctores tenebrarum harum: cōtra ſpiritalia nequi/
tiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam
dei: ut poſſitis reſiſtere in die malo: & in omnibus
perfecti ſtare.
Petrus Petrus apoſtolus primæ cap. y.
· Sobrii eſtote & uigilate: Quia aduerſarius ueſter
Diabolus tanq̄ leo rugiens circuit quærens quem
deuoret: Cui reſiſtite fortes in fide.
Iacobus Iacobus capitulo .iiii.
· Reſiſtite Diabolo: & fugiet a uobis.
Auguſtinus in ſermonibus cōibus ſermone. iiii.
Quid prauius? quid malignius? quid ue noſtro ad/
uerſario nequius? Qui poſuit in cælo bellum: ī pa
radiſo fraudem: odium inter primos fratres & in
omni noſtro opere zinzania ſeminauit. Nam in
comeſtione poſuit gulam: in generatione luxuriā:
in exercitatione ignauiam: in conuerſatione inui
diam: In gubernatione auariciam: in correctione
iram: in præſulatu ſiue dominatione ſuperbiam:
In corde poſuit cogitationes malas: in ore poſuit
locutiones falſas: in membris operatiōes iniquas:
in uigilando monet ad praua opera: in dormiēdo
ad ſomnia turpia: Lætos monet ad diſſolutionē:
triſtes autem ad deſperationem. Sed ut breuius lo
quar: Omnia mala mundi ſua ſunt prauitate com
Auguſtin⁹ miſſa. Auguſtinus ad Iulianum Comitē.

Diabolus eſt angelus per ſuperbiam ſeparat⁹ a deo:
qui in ueritate non ſtetit: & doctor mēdacii: quia
ab ipſo primum inuentum eſt mendacium. Ipſe ē
aduerſarius effectus generis noſtri: inuentor mor
tis: ſuperbiæ inſtitutor: Radix maliciæ: ſcelerum
caput: Princeps omnium uitiorum: perſuaſor tur
pium uoluptatum. Hic ergo ut quum illum pri/
mum hominem a deo factum Adam patrem om
nium noſtrum intueretur: uideretq; hominem ex
limo terræ ad imaginē dei factum: pudicicia or/
natum: Temperantia compoſitum: Charitate cir
cundatum: immortalitate ueſtitum: Aemulus at
q; inuidus tantam beatitudinem hominem æter/
num accepiſſe: quod ipſe dum eſſet angelus per ſu
perbiam cognoſcitur amiſiſſe: Inuidit ſtatim inſa
tiabilis homicida: primum parentem noſtrum tā/
tis & talibus bonis expoliauit: & nos interemit.
Auguſtinus ſuper gen. lib. xii.
Spiritualium rerum corporalium ſimilitudines in
animo noſtro quemadmodum innoteſcant ſpiriti
bus immundis: uel quid obſtaculi patiatur anima
noſtra ex iſto terre no corpore: ut eas inuicem no/
ſtro ſpiritu uidere nequeamus: explicare difficile
eſt. Certiſſimis tamen indiciis conſtat enunciatas
dæmonibus cogitationes hominum: qui tamen:
ſi uirtutum internam ſpeciem in hominibus cer/
nere poſſent: multos non tentarent. Sicut in Iob
mirabilem patientiam: ſi poſſet diabolus cernere:
nollet a tentato utiq; ſuperari.
Auguſtinus de Ciuitate dei lib .viiii.
Chriſtus ſe tantum dæmonibus innotuit: quātum
oportuit: Innotuit igitur dæmonibus: non per id
quod eſt uita æterna: & lumē incommut abile: qd
illuminet pios: Sed per quædam temporalia ſiue
uirtutis officia: & per occultiſſima ſigna ſuæ potē
tiæ: quæ angelicis ſenſibus & malorum ſpirituum
potius q̄ infirmitati hominum poſſent eſſe conſpi
cua. Deinde quando ea paululum ſubducendo in
dicauit: & aliquanto altius latuit: dubitauit de il
lo princeps dæmonū: eumq; tentauit an Chriſtus
eſſet. Aug. de diffinitionibus
eccleſiaſticorum dogmatum.
· Internas animi cogitationes diabolum non uidere
certi ſumus: Sed motu eas corporis ab illo: & affe
ctionum indiciis colligi: & experimento didicim⁹.
Secreta autem cordis ſolus ille nouit: ad quem di
citur. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum.
Auguſtinus ſuper homelia. iii.
Diabolus non inualeſceret contra nos: niſi ei uires
ex uitiis noſtris præberemus: & locum ei introeū/
di: & dominandi nobis peccando faceremus. un/
de nolite locum dare diabolo.
Auguſtinus lib. de natura dæmonum.

Sciendum est hanc esse naturam dæmonum : ut ae
rii corporis sensu: terrenorum corporum sensum
facile præcedant: celeritate etiam ppter aerii cor/
poris superiorem mobilitatem: non solum cursus
quarumlibet rerum: ut hominum uel ferarum: ue
rum etiam uolatus auium incomparabiliter uin/
cāt. Quibus duabus rebus: quantum ad aereum
corpus attinet prædití hoc est acumine sensus: &
celeritate motus multo ante cogitata nunciant:
quæ homines pro sensus terreni tarditate miren/
tur. Augustinus contra Faustum.

Nullus homo tāta iusticia est præditus: cui non sit
necessaria tentatio tribulationis ad proficiendam
uel probandam uirtutem.

Augustinus lib. ii. Retractationum. & ha
betur. xxvi. q. v. Quodam loco.

Quodam loco dixi dæmones aliquando hominum
dispositiones non solum uoce prolatas: uerum ēt
cogitatione conceptas: quum signa quædā ex ani
mo exprimuntur in corpore tota facilitate perdi/
scere: Rem dixi occultissimam: audaciori assertio
ne q̄ debui. Nam puenire ista ad noticiam dæmo/
num per non nulla etiam experimenta compertū
est. Sed utrum quædam signa dentur ex corpore
cogitantium illis sensibilia: nos autem latētia: an
alia ui spirituali ista cognoscant: aut difficillime
potest ab hominibus: aut omnino non potest inue
niri. Augustinus de doc. christiana ca°. xlviiii.

Non omnes malæ cogitationes nostræ semper dia/
boli instinctu incitantur: Sed aliquotiēs ex nostri
arbitrii motu emergunt. Bonæ autem cogitatio/
nes semper a deo sunt.

Hieronymus super Matthæum.

Hierony⁹ Impossibile est humanam animam nō tentari. Vn
de in oratione dominica dicimus: Ne nos inducas
in tentationem: quam ferre non possimus: nō ten
tationem pariter refutantes: sed uires sustinendi i
tentationibus deprecantes.

Hieronymus epistola. v.

Diabolo hoc nomen est: postq̄ homini inuidit.

Hieronym⁹ ɔtra Iouinianū epistola. viiii. c°. xxxii.

Vnusquisq; uero tentatur a concupiscentia sua ab
stractus: & illectus. Dehinc concupiscentia quum
cōceperit: parit peccatum: peccatum uero: quum
consumatum fuerit: generat mortem. Liberi arbi
trii nos condidit deus. Nec ad uirtutes nec ad ui/
tia necessitate trahimur: Alioquin ubi necessitas
est: nec dānatio: nec corona est. Sicut in bonis ope
ribus perfector est deus: (non est enim uolētis ne
q; currentis: sed miserantis & adiuuantis dei) ut
peruenire ualeamus ad calcem: Sic in malis atq;
peccatis semina nostra sunt incētiua & perfectio
diaboli. Quum uiderit nos super fundamentum
Christi ædificarē fænum: ligna: stipulam: tunc sup
ponit incendium. Aedificemus ergo aurum: argē
tum: lapides præciosos: & tentare non audebit.
Quāq̄ in hoc non sit certa: & secura possessio. Se
det quippe leo in insidiis: ut in occultis interficiat
innocentem. Et uasa figuli probat Fornax: homi/
nes autem iustos tentatio tribulationis. Et in alio
loco scribitur. Fili accedens ad seruitutem dei præ
para te ad tentationem.

Hieronymus epistola. xxxiiii.

Dicim⁹ quoq; & iudicium futurum: in quo iudicio
unusquisq; recipiat propria corporis prout gessit:
siue bona: siue mala. Quod si homines recepturi
sunt pro operibus suis: quāto magis & diabolus:
qui omnib⁹ existit causa peccati. De quo sentim⁹
illud quod scriptum est in euangelio. Quia & ipse
diabolus: & omnes angeli eius cum his qui opera
eius faciunt: & criminantur fratres: cum ipso pa/
riter æterni ignis hæreditatem patientur. Si quis
autem negat diabolum ignibus æternis mancipā
dum nō esse: partem hæreditatis dei cum ipso: sed
eam i igne accipiat: ut sentiat uerum esse quod ne
gauit. Ambrosius de uita beata. & habe Ambros⁹.
tur. xv. q. i. Non est q̄ cuiq̄.

Non est q̄ cuiq̄ nostram ascribamus erumnam: ni/
si nostræ uoluntati: Nemo nostrū tenetur ad cul/
pam: nisi uoluntate propria deflexerit. Nō habēt
crimen quæ inferuntur reluctantibus: uolūtaria
tantum commissa sequitur delictorū inuidia: quā
in alios deriuamus. Voluntarium sibi militem eli/
git Christus. uoluntarium seruum sibi diabol⁹ au
ctionatur. Neminē iugo seruitutis astrictum pos/
sidet: nisi se ei prius peccatorum ære uendiderit.

Ambrosius super lucam.

Anima nunq̄ a corpore uinceretur: nisi prius a dia
bolo teneretur. Nam nisi quis porci more uixisset:
nunq̄ accepisset in eo diabolus potestatem. Aut si
accepisset: non ut perderet: sed ut probaret. Sine
permissione dei diabolum nocere nō posse cogno
scas: ne potentiam diaboli magis timeas: q̄ diuini
tatis offensam. Gregorius lib. ii. moralium. Gregorius

Sathanæ semper uoluntas iniqua est: sed nunq̄ po
testas iniusta. Quia a semet ipso uoluntatē habet:
Sed potestatem a deo. Quod enim inique ipse fa/
cere appetit: hoc deus non nisi iuste facere permit
tit. Iniuste igitur formidari non debet: qui nil nisi
permissus ualet. Idem lib. xiiii. mo.

Quædam qualitates morum sunt: certis uitiis uici
næ. Nam mores asperi aut crudelitati aut supbiæ
solent esse coniuncti. Mores autem blādi: & pau/
lo amplius q̄ decet lætiores: nonnunq̄ coniuncti
sunt luxuriæ & dissolutioni. Intuetur ergo inimi/
cus generis humani uniuscuiusq; mores: cui uitio

sint ꝓpinqui: & illa ponit ante faciem: ad quæ co/gnoscit facilius inclinari mentem: ut blandis & læ/tis moribus sæpe luxuriam: nonnunq̃ uanam glo/riam: Asperis uero mentibus iram: superbiam: & crudelitatem opponit.

Idem lib. xviii. moralium.

Purgator meus malignus spiritus: qui uiuentẽ quẽ/cunq; accendit ad uitia: morientem trahit ad tor/menta. Gregorius lib. xxiiii. moralium.

Diabolus dicitur iumentum: draco: & auis: Huma/num genus tribus uitiis ualde tentat: luxuria: ma/licia: & superbia. In eis igitur quos excitat ad lu/xuriam iumentum est: Ad nocendi maliciam dra/co est: ad superbiam auis est.

Gregorius lib. xxiiii. moralium.

Fili accedens ad seruitutem: sta in timore. Hostis. n. noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit: tanto amplius expugnare contendit. Eos autem pulsare negligit: quos quieto iure possidere se sen/tit. Ibidem.

Diabolus contra illos diuersis tentationib⁹ insistit. qui possunt etiam aliis sua utilitate ꝓdesse: ut dũ illi impediuntur: non proficiãt qui docendi sunt.

Gregorius lib. xxviiii. mor. super il/lud. Iob. Diuiditur æstus super terram.

Prius complexionem uniuscuiusq; aduersari⁹ per/spicit: & tunc tentationis laqueos opponit. Alius namq; lætis: alius tristibus: alius timidus: alius ela/tis moribus existit. Quo ergo aduersarius occul/tius facile capiat: uicinas complexiõibus deceptio/nes parat: Quia lætitiæ uoluptas iuxta est: lætis moribus luxuriam proponit. Et quia tristicia i irã facile labitur: tristibus peccatum discordiæ porri/git. Quia timidi supplicia formidant: pauentibus terrores intentat. Et quia elatos extolli laudib⁹ cõ/spicit: eos ad quæcunq; uoluerint blandis fauori/bus trahit. Singulis igitur hominibus uitiis con/uenientibus insidiatur.

Gregorius super illud. Iosuæ homelia. viii. In matutino iterficiebam oẽs peccatores terræ.

Dæmones debemus interimere: non eorum substã/tiam perimentes: Sed quia opus eorum & studiũ est: ut nos peccare faciant: Sine dubio eorum inte/ritus est: si non peccamus.

Gregorius Ibidem.

Si omnes nos hostes destruxerim⁹: tunc diẽ festum domino celebramus.

Gregorius in moralibus super illud Iob. xxxviii. Cartillago illius quasi laminæ ferreæ.

Hostis noster tanta se arte palliat: ut culpas nostras uirtutes fingat: ut inde quis quasi expectet ꝓmia: unde dignus est æterna subire tormenta. Plerũq; enim in ulciscendis uitiis crudelitas agitur: & iu/sticia putatur: atq; immoderata ira: iusti zeli meri/tum creditur: Similiter effusio misericordiæ: tena/citas parcitas: & pertinacia constantia reputatur.

Isydorus de summo bono lib. primo. Isydorus.

Dæmones triplici acumine præscientiæ uigent. s. sublimitate naturæ: experientia temporum: reuel/latione superiorum potestatum.

Isydorus de summo bono lib. i.

Quanto propinquius finem mundi diabol⁹ uidet: tanto crudelius persecutiões exercet: ut qui se cõ/tinuo damnandum conspicit: socios sibi multipli/cet cum quibus gehennæ ignibus addicatur.

Idem lib. iii.

Diabolus quando decipere quenq̃ quærit: prius na/turam uniuscuiusq; intendit: & inde se applicat: unde aptum hominem ad peccãdum inspexerit.

Isydorus. Ibidem.

Diabolus serpens est lubricus: cuius si capiti. i. pri/mæ sugestioni non resistitur: totus in intima cor/dis: dum non sentitur illabitur.

Isydorus de summo bono lib. iii.

Tunc cõtra eum quem possidet diabolus acrius sæ/uit: quando se diuina uirtute ab eo expellendum cognoscit.

Leo papa in sermone. viii. Natiuitatis. Leo.

Multa sollicitudine præcauendum est Christianis: ne diabolicis iterum capiãtur insidiis: & eisdẽ rur/sum quibus renunciauerunt erroribus implicen/tur: Non enim desinit hostis antiquus transfigu/rans se in angelum lucis: deceptionũ laqueos ubi/q; protendere: & ut quoquo mõ credentium men/tes corrumpat: instare. Nouit cui adhibeat æstus cupiditatis: cui illecebras gulæ ingerat: cui appo/nat incitamenta luxuriæ: cui infundat uirus inui/diæ. Nouit quem mærore conturbet: quem fallat gaudio. Quem metu opprimat: quem admiratio/ne seducat: omnium discutit consuetudinem: uen/tilat curas: scrutatur affectus: & ibi causas quærit nocendi: ubi quẽq; uiderit studiosius occupari.

Lactantius firmian⁹ diuinaꝝ Instõnum li⁹. iii. Lactanti⁹.

Est autem quidam prauus ac subdolus spiritus: qui est inimicus hominis: hostisq; iusticiæ. hic insidia/tur uniuersis: nõ fortuna & eos qui deum nesciũt errore impedit: stulticia obruit: tenebris circũfun/dit: ne quis possit ad diuini nominis noticiam per/uenire. In quo uno & sapientia continetur & uita perpetua. Eos autem qui deum sciũt dolis & astu aggreditur: ut cupiditate aut libidine inueniat: aut peccatis deprauatos impellat ad mortem: uel si do/lo nihil profecerit uiolentia deiicere conatur. uul/gi igitur & imperitorum opinionibus credunt: q fortunam putant esse: quæ tribuat hominibus bo/na & mala. Idem lib. vi.

Scit ergo aduersarius ille noster quanta sit uis hui⁹ cupiditatis: quam quidem necessitatem dicet malucrunt eamq a recto bono & ad malum & ad prauum trāsferunt. Illicita enim desyderia immittit ut aliena contaminent: quibus habere propria sine delicto licet. Obiicit quippe oculis irritabiles formas: suggeritq fomēta: & uitiis pabulum subministrat: tum intimis uisceribus stimulos omnes conturbat & commouet: & naturalem illum incitat: atq inflammat ardorem: donec irretitum hominem implicatumq decipiat. Ac ne quis esset q pœnarum metu abstineret alieno: lupanaria quoq constituit: & pudorem infœlicium mulierum publicauit: ut ludibrio haberet tam eos q faciūt: q̄ quas pati necesse est. His obscœnitatib⁹ animas ad sanctitatem genitas: uelut in cœni gurgite demersit: pudorem extinxit: pudiciciā fugauit. Idē etiam mares admiscuit: & nephandos coitus contra naturam: contra q institutum dei machinat⁹ est. Sic imbuit homines & armauit ad nefas omne.

Beda ... Beda super Matthæum.

Vtile est sanctis tentationum flammis examinari: ut uel tentati quia fortes fuerunt appareant: uel cognita per tentationes sua infirmitate fortiores fieri discant. Et sic quum probati fuerint accipiāt coronam uitæ.

Dantes. ... Dantes flor. Inferni. ca⁹. xxiii.

Io udi gia dire a Bologna
De diauol uitii assai: Tra quali udii
Chelli e bugiardo e padre di menzogna.

Dialectica graeca dictio est & dicitur ἀπὸ τοῦ διαλέγειν: hoc est a disserēdo. Nā διαλέγομαι disputo & dissero dicitur. Est autem Dialectica ars discernendi uerum a falso. secundum. Hugonem lib. i. Diascol.

Dialogus: a δια quod est per & λόγος sermocinatio: quæ & sermonem: & rationē compræhendit: & est tam multorum quā duorum.

Diaphanus graeca dictio ē διαφανής τος. ὁ. ἡ. & διαφαίνω interluceo dicitur. Est autem diaphanum susceptiuū coloris alieni: non habens proprium colorem: secundum. b. Tho. super lib. de Anima lec. xiiii. co. i. fi.

Diaphanum est quod est uisibile: non quidem secūdum se: sed propter extraneum colorē: ut aer. aq: & multa solida. secundum Aristotelem. lib. ii. de anima: commento. lxviii.

Dicacitas graece: λοιδορία. ας. ἡ. & λοίδορος. ου. ὁ. dicax & cōuitiator dicitur. Est autem dicax cuius sermo cum risu aliquem incessit. Ideo demosthenem urbanum fuisse dicunt: dicacem negant. Differtq ab urbano: Quia urbanus is est: qui in uerbis: & sono: & risu proprium quendam ꝑse fert urbis gestum: & sumptam ex conuersatione doctorum eruditionē: Deniq cui cōtrarius est rustic⁹: hoc est inepte & barbar loqns. hic urbanitas: illinc dicacitas descēdit.

Diffamatio graece διαφημισμός. ου. ὁ. & διαφημίζω diffamo dicitur. Est autem diffamare alicu⁹ famā detrahēdo maculare.

Differentia. g̃: διαφορά. ας. ἡ. & διαφέρω differo dicitur. Est autem differentia: qua species abundat a genere. secundum Aristotelem lib. prædicamentorum.

Differentia est quod prædicatur de pluribus differentibus specie: in eo quod quale. secundum. Aristotelem. Ibidem.

Differentia est qua differunt a se singula. ut Ibidē.

Differentia est quod genus ad esse scilicet speciicum conducit: & quod est pars eius: quod esse rei. idest essentiæ.

Differunt autem indiuidua ab indiuiduis. vii. modis. uersus. Forma: figura: locus. tempus: cum nomine: sanguis: Patria: sunt: septem: quæ nō tenet unus & alter.

Difficultas. g̃: δυσχέρεια. ας. ἡ. & δυσχερὴς τος. ὁ. ἡ. difficilis dicitur. Est autē difficile: quod cum labore: aut multo tempore fit. secundum. Ari. lib. i. Rhætoricorum.

Difficile est id quod transcendit potentiam secundum naturam: uel propter impedimentum bea. Tho. prima. parte. q. lxi. arti. ii. Eius oppositum est facile.

Difficiles terræ quæ sunt pœne steriles: & non sine difficultate ferunt fructum. Virg.

Difficiles primum terræ: collesq maligni.

Diffidentia. g̃: ἀπιστία. ας. ἡ. & ἀπιστέω diffido dicitur. Est autē diffidentia motus irascibilis in æstimatum superaī facultatem. Sed in bonum est desperatio. In malum autem est timor. b. Tho. iii. sen. di. xxvi. q. i. ar. iii. Est autē diffidere credulitatē deponere: siue desparare.

Diffinitio graece ὅρος. ου. ὁ. & ὁρίζω diffinio dicitur. Est autem diffinitio: oratio quæ quid est quod diffinitur explicat quid sit. secūdū. Ciceronē in Topicis. Diffinitio ē patefactio quasi rerum opertaq: quum quid quicq sit aperitur: secundum Ciceronem. in prin. ii. libri de finibus bonorum & mal.

Diffinitio est ratio ex differentiis unitatem habens secundum. Aristotelem. lib. vii. metaphisicæ.

Diffinitio est ratio quae est ex differentiis. s. tãtum: & ex finali harum: secundum rectum diuisarum .i. per se: & non a latere: & per accidens.

Diffinitio est terminus qui rem totaliter includit: nihil rei est extra: cui non conueniat: nec aliquid est intra cui conueniat. b. Tho. super lib. Per hermenias lec. iiii. prin.

Diffinitio duplex quid rei: & quid nominis. diffinitio quid rei est quando res concipitur per aliquam formam in ipsa re: respondens ei per omnia. bea. Tho. contra Gent. lib. iii. c°. xlviii.

Diffinitio quid nominis importat quasi expositionem significationis nominis: non tamen semper indicat essentiam: quia diffinita non semper habẽt eam. b. Tho. ii. sen. di. xxxii. q. ii. ar. i.

Diffinitio est rei propositae ppria & dilucida: & breuiter comprahensa uerbis enunciatio: quae constat maxime genere: specie: differentiis: propriis. ut homo est animal rationis capax: morti obnoxium. Differt autem a descriptione: q descriptio ẽ rei propositae per quasdam proprietates declaratio: ut homo est corpus bipes: caput erectũ habẽs: spectansq in caelum.

Diffinitões naturales: & dialecticae differũt. Quia physicus siue naturalis diffinit per causam materialem: & agentem: similiter & per causam finalẽ: Sed dialecticus diffinit per gen⁹ & differentiam. & talis diffinitio ab antiquis uocatur diffinitio formalis.

Diffinitio a definitione differt. Quia definire est q̃ si finem dare. diffinire uero est hoc ab illo finiẽdo ac partiendo distinguere.

Nihil perfecte diffinitur: nisi substantia. ex b. Tho. ii. sen. di. xxxv. q. ii. ar. i.

Cicero. Cicero lib. i. officiorum.

Omnis enim quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio: debet a diffinitione proficisci: ut intelligatur quid sit id de quo disputetur.



Igestio graece: πέψις. ιος. ἡ. & πέπτω. digero dicitur. Est autem digestio pfectio a naturali calido ex oppositis passiuis facta. secundum Aristotelem lib. iiii. Meteororum.

Digero ẽ idem quod ordino: dispono: unde digestio ordinatio. Virg. digerit in numerum.



Ignitas graece ἀξίωμα. ατος. ἡ. & ἀξίωμα. ατος. τό. dicitur. & ἀξιῶ dignor. uel dignum puto dicitur. Est autem dignitas alicuius honesta: & culta: & honore: & uerecundia digna authoritas. secundum Ciceronẽ in Rhaetoricis.

Dignitas est administratio reg ecclesiastica rũ cum iurisdictione. scdm Archi. in. c. i. de Cõsue. lib. vi.

Dignitas uel maxima est propositio: qu necesse ẽ habere quemlibet docendum. secundum Aristotelem lib. i. posteriorum.

Dignitas uenit a dign⁹: & significat honorẽ nobis: propter merita uel impẽsum uel debitum. Frequẽter etiam ponitur pro decore: ut dignitas oris: dignitas habitus: & huiusmodi. Differunt autẽ dignitas & uenustas: q dignitas uiris: uenustas uero est foemis attributa. Cicero. uenustatem mulicbrẽ dicere debemus: dignitatem uirilem.



Ilectio. g: ἀγάπησις. εως. ἡ. & ἀγαπητὸς dilectus dicitur. Diligere eni est amare: quia cum quem amamus diligere uidemur quasi nostra dignũ beniuolentia. hinc etiam diligens: diligentior & diligẽtissimus. & diligentia de qua infra.

Cantica canticorum cap. viii. Cantica

· Fortis est ut mors dilectio.

Ioannes in euangelio capitulo. iii.

· Sic deus dilexit mundum: ut filium suum unigenitum daret.

Ioannes in euangelio cap. xiii.

· Mãdatum nouum do uobis: ut diligatis Inuicem.

Ioannes in euangelio cap. xv.

· Hoc est praeceptum meũ: ut diligatis inuicẽ. Ibidẽ. Haec mando uobis ut diligatis inuicem.

Augustinus lib. de doctrina Christiana.

· Illi deum diligunt: qui non aliud q̃ unde nomẽ eius glorificetur exercent.

Augustinus super illud prim. Ioannis. in hoc manifesti sunt filii dei & filii diaboli.

· Dilectio sola discernit inter filios dei: & filios diaboli. Signent se omnes signo crucis: Respondeant omnes amen: cantent omnes alleluia: baptizẽtur omnes: intrent ecclesias: impleant parietes basilicarum: non discernuntur filii dei a filiis diaboli: nisi charitate. Qui habent charitatem nati sunt ex deo: qui non habent charitatem non sunt ex deo.

Augustinus lib. de spiritu & anima.

Miser ego quantum deberem diligere deum meũ qui me fecit: quum non eram: Redemit quum perieram. Non enim eram: & de nihilo me fecit: nõ lapidem: non arborem: non aliquid de animalib⁹: sed hominem uoluit me esse. dedit mihi uiuerẽ: sentire: discernere: Redemit de seruitio: uocauit me nomine suo: ut memoriale suum semper eẽt apud me. Vnxit me oleo laetitiae: quo ipse erat unctus: ut ab uncto eẽm unct⁹: & a Christo dicerer Christianus. Aug. lib. de doctrina Christiana. Augustin⁹

Omnes homines aeq diligendi sunt. Sed quũ oib⁹

prodesse non possis his potissimum consulendum est qui pro locorum: & temporum: uel quarumli/bet rerum opportunitatibus constrictius tibi: qua si quadam forte iunguntur. Augustinus sup illud.cant.ii. Ordinauit in me Charitatem.

Primo diligendus est deus: secundo parentes: inde filii: post domestici: qui etiam si boni sint malis fi/liis præponendi sunt: Inimicos autem non sicut te ipsum: sed simpliciter. Sufficit enim q odio nō ha

Ambrosi⁹. beas. Ambrosius super beati immaculati.

Vere diligit: qui sine tristicia: sine timore: uolunta/rio potius studio: q̃ coacto præcepta conseruat.

Gregorius Gregorius in Registro.

Pro magno diligi non debet: quicquid fine conclu/ditur. Illa appetenda: illa summopere diligenda: quæ nec inuenta trāseunt: nec adepta deficiunt.

Gregorius. in pastorali

Nihil est preciosius deo uirtute dilectionis. Nihil est desyderabilius diabolo extinctione charitatis.

Gregorius lib. xxi. moralium.

Inimici dilectio ueraciter custoditur: quum non de profectu deiicimur: nec de ruina ei⁹ lætamur. Nemo enim amat aliquem: quem non uult esse me/liorem: & eum stantem uoto persequitur: quem ce

Bernard⁹. cidisse gratulatur. Bernardus super illud. psal. Quid retribuā dn̄o. p oibus q̃ retribuit mihi.

Quando ignorabam: me instruxit. Quando erra/bam: me reduxit. Quando peccabam: me corre/xit. Quando fleti: me tenuit. Quando cecidi: me erexit. Quando iui: me duxit. quando ueni: ad ip sum me suscepit. Et subdit. Nec pro his omnibus quod rependam habeo: nisi tantum ut diligam. Non enim melius nec decentius: q̃ per dilectionē rependi potest: quod per dilectionem datum est.

Idem super cant.

Non abduci blandiciis: nec seduci fallaciis: nec in/iuriis frangi: toto corde: tota anima: tota uirtute diligere est.

Cassiodor⁹ Cassiodorus super psal. Diligam te deus.

Diligere quasi de omnibus eligere. Ignis est chari/tas dei: uirtutum progressionibus crescens: quæ quanto magis concupiscitur: tanto efficacius am

Prosper pliatur. Prosper lib. i. de uita contemplatiua.

Ordinem dilectionis illi peruertunt: nec modum di ligendi custodiunt: qui aut mundum: qui contem nendus est: diligunt: aut corpora sua minus dili/genda plus diligunt: aut proximos suos non sicut se ipsos: aut deū plus q̃ se ipsos forte non diligūt.

Seneca. Seneca in prouerbiis.

Nihil est quod non toleret: qui perfecte diligit.

Cicero. Cicero lib. ii. de finibus bonoꝝ & malorum.

Omne enim animal ut ortum est: & se ipsum & om nes partes suas diligit. De hac materia uide su/pra in Amor proximi. & Charitas.

Diligentia græce: ἀκρίβεια.ασ.ἡ.& ἀκρι/βής.τοσ.ὁ.ἡ. diligens dicitur. Est autem diligentia idem quod sollicitudo. Ideo re/quirtur in omni uirtute: sicut etiam sollicitudo. se cundum bea. Tho. scda scdæ. q. liiii. ar. i. huius cō trarium est Indiligentia. i. incuria.

Menander. Menāder.

ἂν μὴ φυλάττῃς μικρ' ἀπολεῖς τὰ μείζονα.i.
Ni custodies parua. perdes maiora. Idem.
τῆς ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται.i.
Diligentiæ omnia subdita fiunt.

Diluculum aurora ē: quasi parua diei lux: a: quo diluculo aduerbium. hoc est sum/mo mane.

Diminutio græce: ἐλάττωσις.εωσ.ἡ. & ἐλαττόω diminuo dicitur. Est autem di minutio maioris quantitatis in minorem mutatio.

Disciplina græce μάθη/μα.ατοσ.τὸ: & μα/θητής.οῦ.ὁ. discipu/lus dicit. & μαθητεύω doceo dicitur. Est autē disciplina morum ordi nata correptio: & ma iorum præcedentiū pa trum regularum obser uatio: secundum Cyprianum.

Disciplina est obseruatio bona & honesta: cui parū est non malum facere: sed studet: & his qui bene agunt: per cuncta irrepræhensibilis apparere. se/cundum Hugonem de Sancto Victore.

Disciplina est pars potentialis iusticiæ cōtenta sub humanitate. secundum bea. Tho. scda scdæ. q. lxxx. ar. iii.

Disciplina a discere dicitur. Discere enim proprie ē rem ignotam assequi: quod uel meditando fit: uel ab alio discendo. unde qui docet doctor: qui discit discipulus dicitur. a quo disciplina ipsa ars appel/latur. Et disciplinosus qui facile discit.

Prouerbiorum cap. i. Prouer.

Audiens sapiens sapientior erit: & intelligens gu/bernacula possidebit: Animaduertet parabolam & interpretationem: uerba sapientum & ænigma ta eorum. Prouerbiorum cap. iii.

Disciplinam domini ne abiicias.

Prouerbiorum cap. iiii.

Tene disciplinam: ne dimittas eam: custodi illam: quia illa est uita tua.

Prouerbiorum cap. xiii.

Noli subtrahere a puero disciplinam.

Sapientiæ cap. iii. Sapientiæ.

Sapientiã enim & disciplinam qui abiicit infœlix ẽ.
Ecclesiastici. Ecclesiastici cap.vii.
Filii tibi sunt: erudi illos a pueritia. Ibidẽ.
Filiæ tibi sunt: serua corpus earum.
Ecclesiastici cap.x.
Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. Ecclesiastici cap.vi.
Anteq̃ loquaris disce.
Ecclesiastici capitulo ultimo.
Congregate uos in domo disciplinæ.
Paulus Paulus ad hæbreos cap.xii.
In disciplina perseuerate.
Paulus ad Romanos cap.ii.
Qui alios doces: te ipsum doces.
Augustin⁹ Augustinus epistola ad Hieronymum.
Ad discendum quod opus est nulla ætas sera uideri potest: quod & si senes magis decet docere: q̃ discere: magis tamen decet discere: q̃ ignorare.
Augustinus de ci. dei lib.xii.
Si pro uiribus suis alatur infans: fiet: ut crescendo plus capiat. Si modũ suæ capacitatis excedat: deficit: anteq̃ crescat. Aug. super Io. homelia. l. super illud. xii. Qui mihi ministrat.
Vos pro modo uestro ministrate Christo bene uiuẽdo: elemosynam faciendo: nomẽ doctrinamq; eius quibus potueritis prædicando: Et unusquisq; paterfamilias hoc non ignoret: paternum affectum suæ familiæ se debere pro Christo: & uita æterna: omnes moneat: doceat: corripiat: impendat beniuolentiam: exerceat disciplinam. Ita in domo sua ecclesiasticum: & quodam modo temporale officium impleat: ministrans Christo: ut in æternum sit cum eo. Aug. ad Auxilium Episcopũ & habetur. xxiiii. q. iii. Si habes.
Senex a iuuene: & episcopus tot annorum a collega: nec dum anniculo: parat⁹ sum doceri: quomodo possim: uel deo: uel hominibus iustam reddere rationem. Aug. lib. de moribus Ecclesiæ.
Disciplina ad duo diuiditur: in correctionem: & instructionem: quorum primum timore: secundum amore perficitur.
Augustinus lib. sermonũ sermone. lii.
Non enim superbia: nisi ubi negligitur disciplina. Nam disciplina est magistra religiõis: & ueræ pietatis: quæ nec ideo increpat: ut lædat: nec ideo castigat: ut noceat. Deniq; mores hominũ irata corrigit: inflammata custodit.
Augustinus lib. ser. serm one. lviii.
Bonitas maliciam uincit: disciplina uoluptatem: & ultima castigat: scientia illuminat cæcitatem.
Augustinus ad Comitem.
Quæso mi Frater: ut omnibus tibi subiectis a maiore usq; ad minorem: & dulcedinem regni cælestis: & amaritudinem ac timorem gehẽnæ annũcies: & de eorum salute sollicit⁹: & uigil existas. Quia pro omnibus tibi subiectis: qui in domo tua sunt: rationem deo reddes. Annũcia & suade eis: ut caueant a superbia: detractione: ebrietate: fornicatione: ira: luxuria: periurio: & cupiditate: quæ est radix omnium malorum.
Hieronymus epistola. xxxvi. Hierony⁹.
Habet nescio quid latentis energiæ uiua uox: & in aures discipuli de doctoris ore transfusa fortius sonat. Hieronymus in epistola de instõne filiæ.
Nihil aliud discat audire uel loqui: nisi quod pertinet ad timorem domini. Turpia nõ intelligat: Cãtica mundana ignoret. adhuc tenera lingua psalmis dulcibus imbuatur: Procul sit lasciuia puerorum: Puellæ & pedissequæ a sæcularibus consortiis arceantur. Ibidem.
Si sollicita & prudens es: ne filia percutiatur a uipera: cur non eadem cura prouides: ne feriatur a malleo iræ: ne egrediatur cum dĩna: ne ludat: nec trahat cantus: Postq̃ grandiuscula est: pergat ad templum cum parentibus: nec inter turbas inueniat.
Idem de Continentia uirginali.
Crescat in te ætas cum animis: cum ætate iustitia & fides eo perfectior: quo senior. Ibi dẽ.
Omne tempus in quo te meliorem nõ senseris: hoc te æstima perdidisse.
Gregorius lib. xiii. moralium. Gregorius
Cor quod sine disciplina est exaltari non ualet: quia humana mens sicut male eleuata in infimis premitur: sic bene pressa in sublimibus leuatur.
Gregorius Registri. vii.
Peto ut paruulos dominos quos nutris præcipue in moribus instruere cures. Et Eunnuchos qui eis deputati sunt admone: ut ea illos loqui doceãt: quæ eorum mentes in charitate circa se inuicem: & erga subditos in mansuetudinem cõpungãt. Ibidẽ.
Verba nutrimentum aut lac erunt. Si bona sunt: aut uenenũ: si mala.
Greg. mor. li⁹. xxxi. super illud. Iob. xxxi. Ab infantia creuit mecum miseratio.
Electus quum foris ætas corporis: intus: si dici liceat crescit ætas uirtutum.
Gregorius lib. xx. moralium super illud. Iob. xxx. Quum sederem quasi rex.
Miscenda est lænitas cum seueritate: & faciendum est quoddam temperamentum: ut nec multa asperitate exulcerentur subditi: nec nimia benignitate soluantur. Ioannes Chrysostomus super Matthæum homelia. xlviii. Io. Chrys.
Sicut terra fructuosa est iuuentus: quæ si negligĩt: multas producit spinas.
Ioannes chrysostomus Ibidem.

Immittamus ignem:comburamus perniciofas con
cupiſcentias.Aremus areas noſtras ad ſeminis ſu
ceptionem:in iuuentute ſobrietas fulget: Quia I
opinabile hoc.ſ.tranquillitate in fluctuationibus
potiri:in camino non comburi:& in iuuentute nõ
impudicum eſſe. Ioannes chriſoſtomus
in prologo ſuper Matthæum.

Adoleſcentibus in ludo litterarum poſitis:nõ tam
placẽt ſolida:q̃ picta:quæq; potius pulchra:q̃ uti
lia ſectantur.Nec tam agentia diligunt:q̃ ſonan/
tia:magis gaudent foliorum amænitate cõſpergi:
q̃ fructuum hubertate nutriri.

Bernardus Bernardus epiſtola.cxiii.

O q̃ compoſitum reddit omnem corporis ſtatũ:nec
non & mentis habitum diſciplina.Ceruicem ſub
mittit:Ponit ſupercilia:componit uultũ:ligat ocu
los:Cachinnationes cohibet: moderatur linguã:
frenat gulam:ſedat iram:format inceſſum.

Bernardus ſuper Cantica.

Iugo diſciplinæ inſolentia morum domanda ẽ:quo
uſq; duris:ac diuinis ſeniorum attrita legibus hu/
milietur:& ſanetur ceruicoſa uoluntas:bonumq;
in ſe naturæ:quod ſuperbiendo amiſerat:obediẽ
Hugo do recipiat. Hugo de Inſtitutione Nouicioꝝ.

Quãuis in nullo loco diſciplinam ſuam homo deſe
rere debeat:diligentius tamen ibi conſeruanda ẽ:
ubi uel neglecta pluribus generat ſcandalum: uel
cuſtodita bonæ imitationis exemplum.

Hugo lib.iii.Didaſcalicon.

Sapiens quidam quum de modo & Forma diſcendi
interrogaretur inquit.

Mens humilis:ſtudium quærendi:uita quieta:
Scrutinium tacitum:paupertas:terra remota:
Hæc reſerare ſolent multis obſcura legendi.

Audierat puto quod dictum eſt:mores ornãt ſciẽ
tiam:Et ideo præceptis legẽdi:præcepta quoq; ui
uendi adiungit:ut & modum uitæ ſuæ:& ſtudii
ſui rationẽ lector agnoſcat. Illaudabilis enim eſt
ſcientia:quam uita maculat impudica. Et iccirco
ſummopere cauendum eſt ei qui quærit ſcientiã:
ut non negligat diſciplinam. Hugo Ibidem.

Multos hoc decipit:q; ante tempus ſapientes uide
ri uolunt:ut iam & ſimulare incipiant quod non
ſunt:& quod ſunt erubeſcere.Et eo longius a ſa/
pientia recedunt:quo non eſſe ſapientes:ſed puta
ri putant. Ibidem.

Ab omnibus libenter diſce: quod tu neſcis: Quia
humilitas commune tibi facere poteſt quod cuiq;
proprium fecit.ſapientior omnibus eris:ſi ab om/
nibus diſcere uolueris.Qui ab omnibus accipiũt:
omnibus ditiores ſunt:Audi Chriſippum in pro/
uerbiis.

Quod tu non noſti fortaſſis nouit aſellus. Ibidẽ.

Quid eſt q; ex tanta turba diſcentium: quorũ mul
ti & ingenio pollent:& exercitatione uigent: Tã
pauci inueniantur:quibus ad ſcientiam peruenı/
re contingat.Sciendum eſt q; in quolibet negotio
duo ſunt neceſſaria:opus:uidelicet: & ratio ope/
ris:quæ ita ſibi annexa ſunt:ut alterum ſine alte/
ro aut inutile ſit:aut minus efficax. Verumtamẽ
melior:ut dicitur:Prudentia ẽ Fortitudine.Quia
& apponenda aliquando quæ uiribus mouere nõ
poſſumus:arte leuamus.Sic nimirum eſt in omni
ſtudio:qui ſine ordine & diſcretione operatur:la/
borat quidem:ſed non perficit.Et quaſi aerẽ uer/
berans uires in uentum fundit.

Hugo in ſumma diſciplinali.

Nunc ſuſtineant in audiendo uerecundiam:qui no
lunt in faciendo habere diſciplinam.

Hugo de.xii.abuſionibus.

Secunda abuſio eſt diſcipulus inobediens.

Boetius lib.de ſcholaſtica diſciplina. **Boetius**

Diſcipuli ſubiectio in tribus conſiſtere debet.in at/
tentione.beniuolentia:& docibilitate ut.ſ.ſit doci
lis ingenio:attentus exercitio:beniuolus animo.
Intentus inq̃ ad audiendum:docilis ad intelligen
dum:beniuolus ad retinẽdum.

Boetius lib.de ſcholaſtica diſciplina.

Non ſit ſcholaris diſcholus.Dicitur autem diſcho/
lus quaſi a ſchola diuiſus.Schola enim græce ua/
catio latine.unde diſcholus:quaſi a uacatione di/
uiſus. Seneca lib.de.vii.liberalibus artibus **Seneca.**

Quid horum ad uirtutem uiam ſternit?ſillabarum
enarratio?uerborum diligentia?& fabularum me
moria:& uerſuum lex:& modificatio? Quid ex
his metum demit:cupiditatẽ frenat.Muſica mõ/
ſtrat mihi:qui ſunt modi flebiles: Monſtret poti⁹
quomodo inter aduerſa non emittam flebilem uo
cem.Metiri me Geometer docet latifunda: poti⁹
doceat quomodo metiar:quãtum homini ſatis ſit.
Docet quomodo nihil perdam ex finib⁹ meis. At
ego diſcere uolo quomodo totum hilaris amittã.
Scis rotunda metiri:ſi artifex es metire hominis
animum.Dic q̃ magn⁹:dic q̃ puſillus ſit.Scis quæ
recta ſit linea.Quid tibi prodeſt:ſi quid in uita re
ctum ſit ignoras. Seneca ibidem.

Hoc ſcire quid proderit:ut ſollicitus ſim:quum Sa
turnus & Mars econtrario ſtabunt:aut quũ Mer
curius ueſpertinum faciet occaſum: uidente Sa/
turno:potius q̃ hoc diſcam:ubicunq; iſta ſint pro
pitia eſſe nec poſſe mutari.

Seneca ibidem.

Iſta liberalium artium conſectatio moleſtos:in tem
peſtiuos:uerboſos:ſibi placentes facit:& ideo non
diſcentes neceſſaria:Quia ſuperuacua didicerũt.
Quare ergo liberalibus ſtudiis filios erudim⁹? nõ

quia uirtutem dare possunt: Sed quia animum ad accipiendam uirtutem praeparant.

Seneca Ibidem.

Innumerabiles quaestiones fiunt de anima tãtum: unde sit: qualis sit: quando esse incipiat: q̃ diu sit: An aliunde alio trãseat: & domicilia mutet: & ad alias animalium formas: an non amplius q̃ semel seruiat: Et emissus uagetur in toto: quid sit facturus animus: quum per nos aliquid facere desierit: quomodo libertate sua usurus. Quum ex hac effugerit cauea: an obliuiscatur priorum. Haec tam multa: tam magna: ut haberẽ possint liberum hospitium: superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias uirtus. Expellantur omnia: totum pectus illi uacet.

Seneca Ibidem.

Non multum nocebit tibi ista transisse: Quae nec licet scire: nec prodest. Quicquid enim nos meliores beatosq; facturum est: aut in aperto: aut ĩ proximo natura posuit.

Seneca Ibidem.

Quattuor millia librorum Didimus grammaticus scripsit. Misererer homini: si praesens esset: Si tam multa legisset superuacua.

Seneca epistola .xliii.

Lectio certa prodest: uera delectat. Qui quo destinauit peruenire uult unam sequatur uiam: non p multas uagetur. Non ire illud: sed errrare est.

Seneca epistola .lxxvi.

Quid est stultius q̃: quia diu non didiceris: nõ discere. Omnis aetatis homines schola admittit: Tãdiu discendum est: q̃ diu nescias. Si prouerbio credis: q̃diu uiuas etiam seni discendum est.

Seneca Ibidem.

Mores primum: mox sapiẽtiam disce: quae sine moribus male discitur.

Seneca in prouerbiis philosophorum.

Debent homines uiaticum senectutis litterarum eruditione parare discendo: ne defecerint insipienti animo: Litteras tanquam baculum infirmo corpori repertas esse: eundem finem esse discendiq; & uiuendi. Seneca li°. de moribus.

Educatio & disciplina mores facit: Et illud sapit unusquisq; quod didicit.

Seneca li. de Ira.

Praeceptores pedagogos q; placidos pueris conuenit dari. Lucius Apuleius de deo Socratis.

L. Apulei⁹ Nihil aeq; miror: q̃ quum omnes cupiant optime uiuere: & sciãt non alia re uiui: q̃ animo: Nec fieri posse: quin ut optime uiuas animus colendus sit. Tamen homines animum suum non colunt.

Menãder. Menander.

ὡς οὐδέν ἡ μάθησις ἐὰν μὴ νοῦς παρῇ. i.

Quam nihil disciplina nisi mens adsit. Isocrates. Isocrates.

Ἰσοκράτης ἔφη· χρὴ τοὺς διδασκάλους
πολλοὺς
μισθοὺς λαμβάνειν παρὰ τῶν μαθητῶν.
παρὰ
μὲν τῶν εὐφυῶν, ὅτι πολλὰ μανθάνουσι.
παρὰ
δὲ τῶν ἀφυῶν ὅτι πολλοὺς κόπους
παρέχουσι. idest.

Isocrates dixit. Oportet magistros multas Mercedes capere a discipulis: ab Ingeniosis quidem: quia multa discunt: a rudibus uero: quia multos labores exhibent.

Ouidius li. primo de arte amandi. Ouidius.

Disce bonas artes moneo Romana iuuentus.

De hac materia uide ifra in doctrina & Magister



Iscordia graece: διαφωνία. ας. ἡ. & διάφωνος. ου. ὁ. discors dicitur. Est autem discordia ira acerbior intimo odio: & corde concepta. secũdum Ciceronem li°. iiii. Tusculanarum quaestionum.

Discordia ẽ quaedam uoluntatum disgregatio: qua uoluntas unius fertur in unum: & uoluntas alterius fertur in aliud.

Discordia est aliquorum diuersio quos pri⁹ amoris uiculum colligauit. scd̃m Isydo. li. Ethiologia.

Discordia importat disgregationem quandam uoluntatum in diuersa. b. Tho. 22ᵉ. q. xxxvii. ar. i.

Discors is est: qui corde & animo dissidet: a quo discordia. Prouerbiorum cap°. vi. Prouerbiorum.

Sex sunt quae odit deus: & septimum detestatur aia eius. Primo oculos sublimes. Scd̃o linguam mendacem. Tertio manus effundentes innoxium sanguinem. Quarto Cor machinans cogitatiões pessimas. Quinto pedes ueloces ad currendum ĩ malum. Sexto proferẽtem mendacia falsum testem. Septimo eum q seminat inter fratres discordiam.

Prouerbiorum cap°. xx.

Honor est homini qui separat se a contentionibus. Omnes autem stulti miscentur contumeliis.

Ecclesiastici. c°. iiii. Ecclã̃stici.

Noli esse sicut leo in domo tua: euertens domesticos tuos: & opprimens subiectos tibi.

Ecclesiastici cap. viii.

Non litiges cum homine potente: ne forte incidas in manus illius. Ecclesiastici. c. viii.

Non litiges cum homine linguato: & non strues in ignem illius ligna. Ecclesiastici. c. viii.

Non contendas cum uiro locuplete: ne forte cõtra te constituat litem tibi. Ecclesiastici. c. xxv.

In tribus beneplacitum est spiritui meo : quæ sunt
probata coram deo & hominibus. Concordia fra
trum: & amor proximorum: & uir & uxor sibi bñ
Hieremias consentientes. Hieremias c°.xvii.
Veh mihi mater mea quia genuit me uirum rixæ :
uirum discordiæ in uniuersa terra.
Matthæ⁹. Matthæus.c.xii.
Omne regnum diuisum contra se desolabitur : &
omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non sta/
Lucas bit. Matthæus c°.xii.& Lucas.c°.xi.
Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur : &
domus supra domum cadet. Matthæus.c.xiii.
Inimicus homo superseminauit zinzania.
Augustin⁹ Augustinus de uerbis domini.c.i.
Concorda cum aduersario tuo. Nescis quando uia
finiatur: Quum uia finita fuerit : Iudex restat &
minister: & carcer. At si seruaueris aduersario tuo
bonam uoluntatem : & cum eo consenseris pro iu
dice: inuenies patrem: pro ministro sæuo angelum
tollẽtem in sinu Abrahæ: pro carcere paradisum.
Hieronim⁹ Hieronymus super ps.lxxxii. Quoniam
cogitauere unanimiter.
Infoelix populus dei non potest in bono tantam ha
bere concordiam: quantam mali habent in malo.
Hieronymus super epistola ad Romanos.
Laudent nomen eius in choro.
Quisquis corpus affligit : sed concordiam deserit:
deum quidem laudat in timpano : sed non laudat
in choro. Ibidem.
Vbi dissensio est: ibi inuidia est: ibi chorus non est.
Hieronymus super illud puer.xxviiii. Qui ue
hementer emungit elicit sanguinem.
Qui modeste alloquitur proximum : gratum acci/
pit responsum: & quasi de huberibus in quib⁹ lac
quærebat butyrum exprimit. Sed qui icæpto uer/
bo rixam & discordiam ex fraterno corde prouo/
cat: quasi necessaria ultra modum emungens san
Ambrosi⁹. guinem elicit. Ambro.li°.de patriarchis.
Melius est emigrare cum gratia: q̃ cohabitare cum
discordia. Melius est sine lite abire q̃ cum iurgio
residere. Ambrosius Ibidem.
Nulla spacia possunt esse satis discordibus : Quie/
tis & pacificis etiam angusta abundant. Dissonis
moribus etiam spaciosa arctantur.
Ambrosius Ibidem.
Contentio est impugnatio ueritatis cum confiden/
tia clamoris.
Gregorius Gregorius in Pastorali.
Discordes tãdiu nullum boni operis sacrificium im
molant deo: q̃ diu a proximorum charitate discor
dant. Si Chaim pacem habuisset in pectore : non
irruisset in fratrem. Si Absalon intra se pacem te
nuisset: non irruisset in patrem. Si animum Iudæ
seruasset conscientiæ tranquillitas: non confugis
set ad laqueum.
Gregorius Moralium li.xx.
Peruersæ mentes si semel ad studium cõtrarietatis
eruperint: siue prauum: siue rectum quid a contra
dicentibus audiant: aduersus hoc responsionibus
impugnant. Quia quum persona per contrarieta
tem displicet: nec recta quæ protulerit placent.
Gregorius moralium li.xxxiii.
Sicut noxium esse solet si unitas desit bonis: Ita per
niciosum est si sit in malis. Peruersos quippe uni/
tas corroborat: dum concordant. Et tanto magis
incorrigibiles: q̃to unanimes facit.
Gregorius in Pastorali.
Si dei uocitur filii qui pacem faciunt: proculdubio
Sathanæ sunt filii qui pacem confundunt.
Gregorius in pastorali.
Sicut nihil est preciosius deo uirtute dilectionis: Ita
nihil est desyderabilius diabolo extinctione Cha/
ritatis. Quisquis ergo seminando iurgia dilectio/
nem proximorum perimit: hosti dei familiari⁹ ser/
uit. Isydorus li°.Ethymologiarum. Isydorus
Discordia est aliquorum diuersio : quos prius amoris
uinculum colligauit. Concordia est conuenienti/
um in rectitudine animorum indirupta quædam
& unita complexio. Sediciosus est qui dissensionẽ
animarum facit: & discordias gignit.
Isydorus de summo bono li°.iii.
Concordia malorum: contraria est bonorum : & si
cut optandum est ut boni pacem habeant ad inui
cem: Ita optandum est ut mali sint discordes. Im/
peditur.n.iter bonorum : si unitas non diuiditur
malorum.
Idem Soliloquiorum.li.ii.c.xxii.
Si contristaueris in aliquo fratrem tuum: satisfac il
li: Si peccaueris in eum : age poenitentiam coram
illo. Si offenderis quenq̃ repropiciare cum pace.
Perge uelociter ad reconciliationem proximi tui :
offensioni tuæ cito ueniam postula. Nõ requiescas:
nisi reconciliatus fueris fratri.
Cassiodorus epistola.xxii. Cassiodor.
Decet regalis apicis curam generalitatis custodire
concordiam : quæ ad laudem regnantis trahitur:
si ab omnibus pax ametur. Quid est enim quod
principem melius prædicet: q̃ quietus popul⁹ : cõ
cors senatus: & tota respublica morum honestate
uestita. Cassiodorus li°.i.epistola.i.
Cogi debet ut sit quietus : qui suo uitio renuit esse
pacificus.
Boetius de Philosophica cõsolatiõe li.iiii. Boetius
Nosti ne igitur: q̃ omne quod ẽ tãdiu manere atq̃
subsistere: q̃diu sit unum: sed interire atq̃ dissolui
pariter: quando unum esse desierit.

Beda. Beda super Lucam.
Si malorum unitas noxia non fuisset: nequaq̃ diui/ na puidentia supbientiũ turbas in tanta diuersita te dissipasset. Seneca li°. de moribus.

Seneca. Quietissimam uitam agerent homines in terra: si hæc duo uerba a natura omnium rerum tolleren/ tur. Meum: & Tuum.

Seneca in Hercule Furente Tragœdia prima.

Si æterna semper odia mortales agent:
Nec cæptus unq̃ cedat exanimis furor:
Sed arma fœlix teneat: Infœlix pereat
Nil relinquent bella. Tum uastus ager
Squallebit aruis subdita tectis face:
Altus sepultas obruet gentes cinis.

Aristoteles Aristoteles li°. v. polyticorum.
Nobilitas generis: & diuitiæ: principia: & fontes sunt seditionum. Aristoteles Ibidem.
Minores ut fiant æquales seditiõem faciunt: æqua les uero: ut fiant maiores: seditionem faciunt & ip si. Aristoteles Ibidem.
Omnis diuersitas uidetur facere seditionem.

Laertius Laertius Diogenes de uita & mori. philoso.
Nec contendere cum suis præsentibus alienis debe mus dicebat Cleobulus. Nam illud quidem amen tiam: hoc uero maniam significat.

Plutarch°. Plutarchus in Apophtheginatibus.
Scilurus quum relictis maribus filiis octogita diem esset obiturus: hastarum fascem cuiq; obtendens: ut illum confringerent iubebat. Id autem singu/ lis se posse negantib°: Ipse singulatim eductas ha stas facile confregit. Ita docens illos: ubi una esse perseuerarent firmos ac potentes fore: Imbecilles autem si separarentur ac dissiderent.

Cicero Cicero libro officiorum p°. c. xxvii.
Expetenda magis est decernendi ratio: q̃ decertan/ di fortitudo. Sed cauendum ne illud bellandi ma/ gis fuga: q̃ utilitatis faciamus ratione. Bellum au tem ita suscipiatur: ut nihil aliud: q̃ pax ipsa quæ/ sita uideatur.

Cicero li°. primo de finibus bonoꝝ & maloꝝ.
Neq; enim ciuitas in seditiõe potest esse beata: nec in discordia dominorum domus: quo minus ani/ mus a se ipso dissidens secumq; discordans gusta/ re partem ullam liquidæ uoluptatis & libere po/ test. Atqui pugnantibus & contrariis studiis con/ siliis q; semp utens nihil quiete uidere: nihil tran/ quille potest. Salustius in Iugurta.

Salustius. Ego uobis regnum firmum trado: si boni eritis: sin mali imbecillum. Nam concordia paruæ res cre/ scunt: discordia maximæ dillabuntur.

Salustius Ibidem.
In omni certamine qui opulentior est: etiam si acci/ pit iniuriam: tñ q̃a plus potest facere uidetur.

Salustius Ibidem.
Omne bellum facile sumitur: Cæterum ægertime definitur. Non in eiusdem potestate initium & fi/ nis est. Valerius maxi. li. ii.

Val. maxi. Conuiuium etiam solemne maiores instituerunt. Idq; charistiã uocauerunt: Cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: ut si qua inter ne cessarias personas querella esset orta apud sacra mensæ: & inter hilaritatem animorum: & fautori bus concordiæ adhibitis tolleretur.

Q. Curti° Quintus Curtius de gestis Alexandri li°. ix.
Seditionis interdum non remedia: q̃ principia ma/ iora sunt: In tumultu festinatio quoq; tarda est. Vnum ẽ temeritatis solacium perpetua fœlicitas.

Paulus Paulus Orosius de ormesta li°. iiii.
Discordia infœliciter exagitante nulla unq̃ tempo ra uel prospera uel domi quieta dicuntur.

Iulius Iulius Celsus de ge. Cæsaris li°. vii.
Magna ex dissensionibus incommoda oriri solent.

Virgilius. Virgilius in buccolicis ægloga. i.
En quo discordia ciues
Perduxit miseros?

Idem Aeneidos li°. vii. furiã Allecton alloqtur.
Tu potes unanimes armare in prælia fratres
Atq; odiis uersare domos: Tu uerbera tectis
Funereasq; inferre faces. Tibi nomina mille:
Mille nocẽdi artes. Horati° epistola li. i. epistol. iii. Horatius
At uos
Seu calidus sanguis: seu rerum inscitia uexat
Indomita ceruice feros: ubicunq; locorum
Viuitis: indigni fraternum rumpere fœdus.

Iuuenalis. Iuuenalis satyra. viii.
Curandum imprimis ne magna iniuria fiat
Fortib° & miseris. Tollas licet omne quod usq̃ est
Auri atq; argenti: scutum gladiumq; relinques
Et Iacula: & galeam. Spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui non est sententia. Verum
Credite me uobis folium recitare Sybillæ.

Discretio græce διακρισισ. ιοσ. ἡ. & διακριτοσ. οῦ. ὁ. discretus dr. Est autem discretio quæ reꝝ cõsequẽtium cõtinet pspicuam dilu cidãq; cum grauitate expositiõem. scd̃m Isy dorum in Synonymis.
Discretio est nõ tam uirt° q̃ quædã moderatrix uir/ tutum: ordiatrixq; affectuũ: & moꝝ doctrix. Tol le hãc: & uitium uirt° erit. scd̃m. b. Ber. sup cãtica.
Discretio pertinet ad prudentiam: & est genetrix: custos: moderatrixq; uirtutum. scd̃m. b. Tho. iii. sen. di. xxxiii. q. ii. ar. v.

Discretus in actiua significatione eum significat qui personarum qualitates: & rerum momenta discernit. Hinc discretio descendit.

Discretum graece διάκριτον.ου.τό. & διακρίνω discerno dicitur. Est autem discretum cuius partes non copulantur ad aliquem terminum communem. secundum. Arist. lib. praedicamētorum.

Paulus — Paulus ad Hebraeos capitulo. v.

Perfectorum autem est solidus cibus eorum: qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.

Gregorius — Gregorius mor. lib. xx.

Virga tua & baculus tuus &c. Virga enim percutimur: & baculo sustentamur. Sit ergo discretio uirgae quae feriat: Sit & consolatio baculi quae sustentet. Gregorius moralium lib. xxviii.

Aliquando in exercitatiōe uirtus: quum per discretionem praetermittitur: reseruatur: ut tāto post uitia ualenter feriat: quanto a percussione interim prudenter cessat. Gregorius Ibidem.

Plerumque uirtus: quum indiscrete tenetur: amittitur: quum discrete intermittitur plus tenetur.

Gregorius lib. xxxi. moralium.

Sanctorum prouida discretio: dum sollicite circumquaque conspicit in altum posita: priusquam ueniat culpam deprehendit: eamque quo uigiliter praenotat: eo fortiter declinat.

Gregorius li°. xxxi. moralium.

Saepe dum nos met ipsos plus iusto discutimus de ipso discretionis studio indiscretius erram*: & mentis nostrae acies: quo plus cernere nititur: obscuratur. Qui a qui importune solis radios aspicit tenebrescit. Isydorus libro de Synodis.

Isydorus. Quicquid boni cum discretione feceris uirtus est: quicquid sine discretione gesseris uitium est. Virtus enim indiscreta pro uitio deputatur.

Isydorus in Synonimis.

Discretio est in diiudicandis rerum causis prouida humanarum mentium ratio moderatrix. Ibidē.

Ratio est gerendorum ordo ex causa uenientium: ut quid quo loco facias & dicas intelligas.

Bernardus — Bernardus super cantica sermone. xxiiii.

In cunctis nobis semper debet praeesse discretio: & quasi moderando singulas discernere uoluntates: ne opinio uerisimilis fallat: ne decipiat sermo uersutus: ne quod bonum est malum: ne quod malum est bonum esse credatur.

Bernardus super cantica.

Discretio quippe omni uirtuti ordinem ponit: modum tribuit: decorem & perpetuitatem confert. Est ergo discretio non tam uirtus quam quaedam moderatrix uirtutum: ordinatrix affectuum: & doctrix morum. Tolle hanc: & uirtus uitium erit: ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur: exterminiumque naturae.

Dispensatio: graece: διοίκησις.εως.ἡ. & διοικέω dispenso dicitur. Est autem dispensatio communis iuris relaxatio ex. b. Tho. iiii. sen. di. xliiii. q. i.

Dispensatio importat commensuratam distributionem: uel applicatiōem alicuius cōis ad singula. ex b. Tho. prima secdae. q. lxxxxvii. ar. iiii. & Ibidem q. lxxxviii. ar. x.

Dispendo modo expendo: unde dispendium & dispenso: dispensatio: & dispensator: qui pecunias domini expendit: & necessaria in familia distribuit. Interdum dispēdo significat expando: & tunc nō a pendo: sed a pando uenit. Plautus. Dispendite hominem diuersum: atque distendite.

Dispositio: g: διάταξις.εως.ἡ. & διατίθημι dispono dicitur. Est autem dispono idem quod ordino: a quo dispositio: quae est rerum in ordinem collocatio.

Dispositio est habitus imperfectus. secundum. b. Tho. iiii. sen. di. iiii. q. i. ar. i.

Disputatio graece: διάλεξις.εως.ἡ. & διαλέγομαι disputo dicitur. Est autem disputatio actus sillogisticus unius ad alterum ad propositum ostendendum. secundum. b. Tho. opusculo de fallaciis.

Disputo idem est quod discepto differo: a quo disputatio: cui* diminutiuum est disputatiuncula: componiturque ex dis & puto. Putare enim ueteres dicebant depurare: hoc est uacantia quaecunque & non necessaria: aut etiam non obstātia: & aliena: auferre atque excidere. Sic quod putari arbores atque uites dicuntur. Et putamina dicuntur sarmenta: & alia quae auferuntur. Hinc factum est: ut putare pro cogitare: atque animo uoluere capiamus. Nam cogitando resecamus mente quae falsa sunt: aut inutilia: aut superuacanea: & quod uerum est: ac bonum ei cogitando haerem*.

Dissensio: g: διχόνοια.ας.ἡ. uel διαφωνία.ας.ἡ. & διχοστατέω dissentio dicitur. Dicitque dissensio quandam renitētiam ad aliquid futurum. scdm. b. Tho. iiii. sen. di. xvi. q. i. ar. ii.

Dissidium: g: διχοστασία.ας.ἡ. dr. Estque discordia unde & dissidiosus: contentiosus. Dicunt autē a dissideo qd ē discordo.

Dissolutio: g: διάλυσις.εως.ἡ. & διαλύω dissoluo dr. uenitque a dissoluo qd idem est quod discingo: religo: libero: unde dissolutos dicimus: qui moribus legibusque solutis luxum uitae sequuntur: quos graeci ἀσώτους. idest incontinentes & luxuriosos uocant.

DIssonantia: graece: διαφωνία.ας.ἡ. & διαφωνέω dissono & discordo dicitur. unde dissonus discors: & dissonantia: Cuius oppositum est Consonantia.

DIuersitas: graece: διαφορά.ᾶς.ἡ. & διάφορος.ου.ὁ.ἡ. diuersus dicitur. Venitque a diuerto quod est separo: deflecto: a quo diuersio: remotio: separatio: deflexus: diuersus: uarius: & diuerticulum ubi de uia iter flectitur: & diuersitas uarietas.

DIuinatio: g: μαντεία.ας.ἡ. & μάντις.ιος.ὁ. uates dicitur. Est autem diuinatio uis cognoscens: & uidens: & explicans signa quae a diis hominibus portenduntur: ut uoluit Chrysippus. scdm Ciceronē. li°. ii. de diuinatione.
Diuinatio ē usurpatio praenunciandi futuros euentus. scdm. b. Tho. scda scdae. q. lxxxxv. ar. i.
Diuinatio est futurorum praeuidentia: dicta a diuino quod est auguror. Diuino autē dicitur a diuus: proprium enim est dei futura praedicere.

DIuini auxilii imploratio ad tria facit: quia auxilians quilibet fauet: auxiliatur: & dirigit. ex. b. Tho. sup ps. xliii. co. ii. fi.
David psalmo. xix.
David. Hii in curribus: & hii in equis: nos autem in
Isaias. nomine dei nostri inuocabimus. Isaias. c. lv.
Quaerite dominum dum inueniri potest: Inuocate
Paulus eum dum prope est. Paulus ad Roma. c. x.
Non est distinctio iudei & graeci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei: quem non audierunt? Paulus ad Collossen. c. iii.
Omne quodcunque facitis in uerbo: aut in opere: omnia in nomine domini nostri Iesu Christi: gratias
Augustin⁹ agentes deo & patri per ipsum. Augu. li°. de Ciuitate dei. & habetur. xxvi. q. ii. Qui sine.
Qui sine saluatore salutem uult habere: & sine uera sapientia existimat se prudentem fieri posse: nō sanus: sed aeger: non prudens: sed stultus: in aegritudine assidua laborabit: & in caecitate noxia stul
Ambros⁹. tus & demens pmanebit. Ambros. sup Lucā. c. ii.
Vbique diuina uirtus studiis cooperatur humanis: ut nemo possit aedificare sine deo: nemo custodire sine deo: Nemo quicquam incipere sine deo.
Ambrosius li°. de uirginitate.
Omnis anima accedat ad Christum: qa oīa Christus est nobis. Si uulnere carere desyderas: medicus est: Si febribus aestuas: fons est: Si grauaris iniquitate: iusticia est. Si auxilio indiges: uirtus est. Si mortem times: uita ē. Si caelum desyderas: uia est: Si tenebras fugis: lux est. Si cibum quaeris: alimētum est. Isydorus de Summo bono. Isydorus.
Sciant liberi arbitrii defensores: nihil posse in bonum sua praeualere uirtute: nisi diuinae gratiae iuuamine sustententur.
Ioānes Chryso. in tractatu de Passione. Io. Chrys.
Nullas omnino habet metas diuina claementia. Sit q inuocet: erit q exaudiet. Sit q poeniteat: erit qui indulgeat. Bernardus super cantica. Bernard⁹.
Nomē Iesu lucet praedicatum: Pascit recogitatum: lenit & ungit inuocatum. Qui ita exercitatos reparat sensus: uirtutes roborat: uegetat bonos mores: atque honestos: castas fouet affectiones.
Boetius de Philosophica con. li°. i. Boetius.
Nec conueniebat uilissimorum me praesidia spirituum captare: quem tu in hanc excellentiā componebas: ut consimilem deo faceres.
Boetius de Philosophica consola. li. i.
In minimis quoque rebus diuinum psidium implorari debet. Inuocandum. n. omnium patrem rerum: quo praetermisso nullum rite fundat exordium.
Plato in Thymaeo. Plato.
In maximis siue minimis diuinum debet implorari auxilium. Salustius in Catilinario. Salustius
Non uotis neque supplicationib⁹ muneribusque auxilia parantur deorum: Sed uigilando: agendo. bñ consulendo: omnia pspere cedunt. Vbi secordiae atque ignauiae te tradideris nequaq̄ deos implores: irati enim infensique sunt. Cicero. li°. ii. de legibus. Cicero
A diis immortalibus sunt nobis agendi capiēda primordia. Seneca i Hercule Furēte Tragoedia. i. Seneca
O magne olympi rector: & mundi arbiter.
Iam statue tandem grauibus erumnis modum:
Finemque cladi. Terentius comedia. v. Terentius
Dii uortant bene quid agas. Virg. Aeneidos li. iiii.
Aderitque uocatus Apollo. Idem Aeneidos. li. vii.
Dii nostra incepta secundēt. Idē Aeneidos. li. viii.
Tu dea: tu praesens nostro succurre labori.
Ouidius Metamorphoseos. li. xv. fabula ultia. Ouidius.
Funeribus fessi: postq̄ mortalia cernunt
Tentamenta nihil: nihil artes posse medentum:
Auxilium caeleste petunt.

DIuisibile: g: διαιρετόν.οῦ.τό. & διαιρέω diuido dicitur.
Diuisibile scdm unum dr linea: Quod uero scdm duo: superficies: oio uero tripliciter diuisibile scdm q̄titatem: corpus. ex Aristo. li. v. Metaphysicae. Dr qз a diuido: & diuido dr a uiduo: quod est priuo. unde & uiduae: Viduare enim dicit quasi iduare: quod lingua aetrusca diuidere significat.



Iuitiæ græce: πλοῦ/τος.ου.ὁ.& πλου/τέω ditor dicitur. Dicitur aũt diues a diu⁹. Nam qui diues ẽ qua/ſi deus nullo indigere uidet̕: teſte Varrone: a quo fit diuito uerbũ: quod ẽ diuitem facio: unde diuitiæ: Quæ ab opibus ita differunt: ꝙ diuitiæ ſunt ut utare: opes: ut aliis opitulando colare: ſecundum Ciceronem li°. de amicicia. Sunt enim diuitiæ ad neceſſarium uſum: opes ad magnificentiam. Dicimus preterea dito ditas: diteo dites: unde diteſco: & diuito diuitas: teſte Marcello. Acci⁹ in Aſtyanacte. Nil credo auguribus qui aures uerbis diuitant: ſuas ut locupletent domos.

Prouerbiorum Prouerbiorum c°.xi.

· Qui confidit in diuitiis ſuis corruet. Ibidem.

· Non proderunt diuitiæ in die ultionis.

Prouerbiorum c°.xv.

· Melius eſt parum cum timore domini: q̃ Theſauri magni & inſatiabiles.

Prouerbiorum c°.xviiii.

· Diuitiæ addunt amicos plurimos. A paupere autẽ

Ecclãſtes. & hii quos habuit ſeparãtur. Ecclãſtes.c.iiii.

· Conſyderans repperi & aliam uanitatem ſub ſole. Vnus eſt: & ſecundum non habet: non filium: nó fratrem: & tamen laborare non ceſſat: nec ſatiantur oculi ei⁹ diuitiis: nec recogitat dicens: Cui laboro & fraudo aĩam meam bonis. In hoc quoq; uanitas & afflictio peſſima. Eccleſiaſtes cap.v.

· Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Eſt hoc ergo uanitas. Vbi multæ ſunt opes: Multi & qui comedunt eas: & quid prodeſt poſſeſſori: niſi ꝙ cernit diuitias oculis ſuis. Eccleſiaſtes.c.vi.

· Eſt & aliud malum quod uidi ſub ſole: & quidẽ frequens apud homines. Vir cui dedit deus diuitias: & ſubſtantiam: & honorem: & nihil deeſt aĩæ ſuæ ex omnibus quæ deſyderat: nec tribuit ei poteſtatem deus: ut comedat ex eo: Sed homo extraneus uorabit illud. hoc uanitas & magna miſeria eſt.

Eccleſiaſtes.c.x.

Ecclãſtici. Pecuniæ obediunt oĩa. Eccleſiaſtici.c.v.

· Quid prodeſt ſtulto habere diuitias? quum ſapientiam emere non poſſit. Eccleſiaſtici.c.v.

· Qui amat diuitias: fructum non capit ex eis.

Eccleſiaſtici.c.v.

Noli eſſe anxius in diuitiis iniuſtis. Ecclãſtici.c.xi.

· Si diues fueris non eris immunis a delicto.

Sapientia. Sapientia cap.v.

· Quid nobis ꝓfuit ſupbia noſtra? & diuitiaꝝ iactura cõtulit nobis. Paulus ad Thimotheũ priæ.c.vi. Paulus

· Diuitib⁹ huius ſæculi præcipe: non ſublime ſapere: neq; ſperare in incerto diuitiarum: ſed i deo uiuo.

Ibidem.

· Qui enim uolunt diuites fieri: incidunt i uarias tentationes: & in laqueos Diaboli.

Paulus ad Corinthios ſc̃dæ cap°.iiii.

· Quæ enim uidentur temporalia ſunt: q̃ autem non uidentur æterna ſunt. Matthæus.c.xix. Matthæ⁹.

· Facilius eſt camellum per foramen acus tranſire: q̃ diuitem intrarẽ in regnum cælorum. Iacobus.c.iii. Iacobus.

· Agite nunc diuites plorate ululantes in miſeriis ueſtris. Lucas cap.vi. Lucas

· Veh uobis diuitibus: qui habetis hic cõſolationem ueſtram. Marcus cap.x. Marcus.

Filioli q̃ difficile eſt cõfidẽtes in pecuniis in regnum dei introire? Facilius eſt Camellum per foramen acus tranſire: q̃ diuitem intrare in regnum dei.

Auguſtinus epiſtola.cxl. Auguſtin⁹

· Diuitiæ ſeculares: ſi deſunt non per mala opa quærantur in mundo. Si autem adſunt: per bona opa ſeruentur in cælo: Animum uirilem & Chriſtianum nec debent: ſi accedant extollere: nec debẽt frangere: Si recedunt. Aug.ſup Matthæum.

· Veræ illæ ſunt diuitiæ: quas quum habuerimus: pdere non poſſumus. Aug.ſermone.xxviii.

· Morbus diuitiarum eſt ſuperbia. Nam grandis animus eſt: qui inter diuitias iſto morbo nõ tentatur.

Maior animus diuitias ſuas uincens contemnendo. Magnus eſt ergo diues: q nõ ſe ideo magnum putat: quia diues eſt. Superbus qui & egenus eſt: in carne crepat: in corde mendicat. Inflatus eſt: non plenus.

Auguſtinus Ibidem.

· Difficile eſt ut non ſit ſuperbus qui diues eſt. Tolle ſuperbiam: diuitiæ non nocebunt.

Auguſtinus de uerbis domini.

Aurum eſt materia laborum: periculum poſſidentium: aurum eneruatio uirtutum: aurum malus dominus: proditor ſeruus.

Auguſtinus Ibidem.

Aurum amplius cruciat? apud quem largi⁹ fuerit. Aurum amanti ſe nihil de ſua poſſeſſione permittit. Refundens ei reatum ſuum: cui uiſum negat.

Auguſtinus in homelia de Diuite.

· Ideo rogans diues non exaudit̕ in tormentis: Quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris.

Auguſtinus ſuper.ps.lxi.

· Ille igitur qui non habet non ambiat. Is qui habet non ſuperbiat: Et non dicit nolite habere: ſed cor apponere. Non enim damnat diuitias: unde mereamur cælum: ſed cor appoſitum: quod.ſ. non expedit: ſed recondit. Aug.ſuper ps.lxviii.

Non diuisim: non separatim tempore messis hoc faciet: diuites intellige superbos: pauperes humiles. Habeat multas pecuniarum facultates: si ieis nō extollitur: pauper est. Non habeat aliquid: & cupiat & inflatur: Inter diuites reprobos eum deputat dominus: quia diuites & pauperes in corde interrogat deus: non in arca: aut in domo.

Augustinus ad Probam.

Sufficientiam uitæ non indecenter uult quisquis eam uult: & non amplius. Quæ quidem non appetitur propter se ipsam: sed propter salutem corporis: & congruentem habitum personæ hominis: ut non inconueniens eis cum quibus uiuendum est. Ista ergo quum habentur: ut teneantur: quum non habentur: ut habeantur orandum est.

Idem de uerbis domini. sermone. xiii.

Diuitiæ corporales paupertate plenæ sunt. Vide in Contemptus.

Augustinus de doctrina Christiana & habetur. i. q. iii. Totum.

Totum quicquid homines habent in terra: omnia quorum domini sunt pecunia uocatur. Seruus. uas: ager: arbor: pecus: quicquid horum est pecunia dicitur. Ideo autem pecunia uocata est: quia antiqui habebant in pecoribus quod habebant.

Augustinus de uerbis domini.

Recole diues primordia tua: Dic rogo quid attuleris: aut si dicere erubescis audi apostolum. Nihil inquit intulimus in hunc mundum. Vtique. Quando nati sumus: Sed nec auferre quid possum⁹: utique: quando de mundo exibimus. Nihil attulisti: nihil anferes. Quid te contra pauperem inflat? Certe quando aliquo casu: aliqua sepulchra franguntur: ossa diuitum non agnoscuntur.

Aug. li. i. de ciuitate dei.

Placuit diuinæ clæmentiæ in posterum bona separare iustis: quibus non fruentur iniusti: & mala impiis: quibus non cruciabuntur boni. Ista uero temporalia & bona: & mala utrisque uoluit esse communia. Vt nec bona cupidius appetatur: quæ mali quoque habere cernuntur: nec mala turpiter euitentur: quibus boni plærumque afficiuntur.

Aug. li. xxii. de Ciuitate dei.

Quid amor ipse ut rerum uariarum atque noxarum: & ex hoc mordaces curæ: perturbationes: mærores: formidines: insana gaudia: discordiæ: lites: bella: insidiæ: iracundiæ: inimicitiæ: fallaciæ: addidatio: fraus: furtum: Rapina: perfidia: superbia: ambitio: inuidentia: homicidia: parricidia: crudelitas: sæuicia: nequicia: luxuria: petulantia: impudentia: impudicicia: fornicationes: Adulteria: incesta: & contra naturam utriusque sexus tot stupra: atque immundiciæ: quas turpe est dicere. Sacrilegia: hereses: blasphemiæ: periuria: oppressiones innocētium: calumniæ: circumuentiones: præuaricationes: falsa testimonia: iniqua iudicia: uiolentiæ: latrocinia: & quicquid talium malorum in mentem non uenit: Et tamen de ista uita hominum non recedit.

Augustinus super ps. lxvi.

Si deus bona temporalia: solum bonis daret: putarent mali propter hoc deum colendum. Rursus si solis malis daret: timerent infirmi conuerti: ne uel forte deessent. Permixtim igitur data sunt & bonis & malis. Rursus: si solis malis auferrentur: ipsa sola putaretur esse poena: qua mali puniantur. Qui ergo dat eas bonis consolatur itinerantes: qui dat eas: ammonet bonis: ut alia desyderent: quæ non habent cum malis communia.

Aug. de uerbis domini. sermone. xii.

Quid prodest arca plena bonis? Si manis sit conscientia. Bona uis habere: & tu bonus esse non uis. Erubescere debes de bonis tuis: si domus plena bonis te malum habet dominum.

Augustinus Ibidem.

Quid ei prodest quod habet? qui eum qui omnia dedit non habet.

Augustinus de uerbis domini. homelia. xxxiii.

Amor temporalium: uiscus est: spiritualium: pennarum.

Aug. li. i. sermonum. sermone. xi.

Pauper enim est qui uult esse diues.

Aug. li. de quæstionibus euangelii.

Diuitiæ iniquitatis dicuntur propter inæqualitatem: Quia nō omnib⁹ æqualiter distributæ sunt. Vnus piguedine crepat. Alter necessitate deficit.

Hieronymus li. i. super illud Matthæi. Non potestis deo seruire & Mām̄onæ. Hierony⁹.

Qui diuitiarum seru⁹ est: diuitias custodit ut seru⁹: qui autem seruitutis discusserit iugum: distribuit eas: ut dominus.

Hieronymus in Epistola ad Saluiam.

Vnumquodque non hominum: sed rerum pondere iudicandum est. Nec diuiti obsunt opes: si bene utatur: Nec pauperem egestas cōmendabiliorē facit.

Hieronymus epistola. lxxxxvi.

Omnis diues aut iniquus: aut hæres iniqui est.

Hieronymus & habetur. xii. q. ii. Gloria epi. s. Amico.

Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus: quum ad philosophandum Athenas pgeret magnum auri pondus abiecit. Neque putauit se posse & uirtutes & diuitias simul possidere. Nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur. Et sub prætextu elemosynæ pristinis opibus incubātes: quomodo possumus aliena fideliter distribuere: Qui nostra timide reseruamus? Plenus uenter facile de ieiuniis disputat. Nō hierosolymis fuisse:

sed hierosolymis bene uixisse laudandum est.

Hieronymus ad quendam suum leuitam: & habetur .xii. q. i. Duo sunt.

Nihil enim miserius est: q̃ propter nummum deum contemnere.

Hieronym⁹ in Epistola ad Pammachium

Facile est uiro opes cõtemnere: pecuniam dissipare: & proiicere: quæ in momento & perdi & inueniri potest. Nam facile abiicitur quod extrinsecus hæret. hoc fecit Crates theban⁹: Antisthenes: Fecerũt plurimi philosophi: quos uitiosissimos legimus.

Ambros⁹. Ambrosius super Lucam li. viii.

Diuites discant non in facultatibus crimen haberi: sed in his: qui uti nesciunt. Nam diuitiæ ut impedimenta sunt improbis: Ita bonis sunt adiumenta uirtutis.

Ambrosius super Beati immaculati.

Iste diuitiæ iniustæ dicuntur: non quia aurum & argentum iniustum sit. Sed quia iniustum est eas putare diuitias: quæ non auferunt egestatem auariciæ. Ambrosius de Nabucodonosor hystoria.

Nescit natura diuites: quæ omnes pauperes generat: Neq enim cum uestimentis nascimur: cum auro argẽto q generamur. Nudos fudit i lucem: Egentes cibo: amictu: poculo: nudos recipit terra quos edidit. Nescit fines possessionum sepulchro includere cespes angustus: quæ & pauperi abundat & diuiti: & terra uiuentis quæ non cepit affectum iam diuitem capit.

Ambrosius in Examerun.

Audi: omnes nascimur nudi & morimur. Nulla distinctio inter cadauera mortuorum: nisi forte quia grauius foetent corpora diuitum distenta luxuria.

Ambrosius ad Coepiscopos.

Vacate & uidete. Nisi uacaueritis a terrestribus: nihil cognoscere poteritis de cælestibus.

Ambrosius de bono mortis.

Quid boni est in hac uita homini? qui in umbra uiuit: nec expleri potest cupiditatibus: & si impleatur diuitiis: fructum quietis amittit. Quia cogitat custodire quod misera cupiditate acquisiuit: ut miserius eas possideat: quæ sibi prodesse nõ possunt. Quid enim miserius: q̃ ut custodia torqueat: quarum abundantia nihil profit. Itaq: si plena est omnis uita: utiq finis eius alleuiamentum est. Alleuiamentum autem bonum: mors: aut finis. Mors ergo bonum est.

Gregorius Gregorius moralium li⁹. xviii.

Diuitiarum modus est primo habere quod necesse ẽ. Diues quum dormiet nihil secum afferet. Res suas quum moritur secum affert: qui quum ueneri eas petenti contulit. Nam terrena omnia quæ seruando amittimus largiendo seruamus. Patrimonium nostrum retentum perditur: manet erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus. Quia nos aut illas: aut illæ nos uiuentes quasi deserunt pereundo. Agendum est ergo nobis: ut res absolute perituras in non pereuntem cogamus transire mercedem. Culpam autem rerum nobiscum ducimus: q̃uis hæc omnia: pro quibus perpetrata sunt: relinquamus.

Gregorius li⁹. xviii. moralium.

Qui terrenorum amore utitur: nullatenus in deo delectatur. Esse sine delectatiõe anima nunquam potest. Nam infimis delectatur: aut superioribus. Et quanto altiori studio exercetur ad summa: tanto maiori fastidio torpescit ad infima. Quanto q acriori cura ardescit ad infima: Tanto damnabilius frigescit a summis.

Greg. moralium li⁹. xxii.

Magna est securitas cordis: si nil habet concupiscẽtiæ secularis. Nam quum ad terrena concupiscenda cor inhiat: securum tranquillum q esse nullatenus potest. Quia aut non habita concupiscit: ut habeat: aut adepta metuit ne amittat.

Gregorius in homelia super illud. Exiit qui seminat &c.

Solæ diuitiæ ueræ sunt: quæ nos diuites uirtutibus efficiunt. Si ergo fratres diuites esse cupitis: ueras diuitias amate. Si culmen ueri honoris quæritis: ad cæleste regnum tẽdite. Si gloriam dignitatum diligitis: in illa superna angelorum curia ascribi festinate. Bernardus li⁹. de Consideratõe. Bernardus

Aurum & argentum &c. Huiusmodi: quantum ad animi bonum spectant: nec bona sunt nec mala. Vsus tamen horum bonus. Abusio mala. Sollicitudo peior: Quæstus turpior.

Bernardus sermone. iiii.

Filii Adam genus auarum quid uobis cum terrenis diuitiis? quæ nec ueræ nec uestræ sunt. Aurum & argentum uere terra est: rubea & alba: Quam solus error hominum facit: aut magis reputat preciosam. Denique si uestra sunt tollite ea uobiscum.

Bernardus Ibidem.

Veræ ergo diuitiæ non opes sunt: sed uirtutes: quas secum consciẽtia portat: ut in ppetuum diues fiat.

Ioannes chrysostomus super Ioannem. Io. Chrys.

Non accuso dc. ros habẽtes: & agros: & pecunias: & mancipia. Sed cum cautella hæc possideri uolo: & cum decentia in ordine dominorum: & non seruorum: ut possideant ea: & non possideant ab eis: ut utantur eis: & non abutantur. Idem super illud Matthæi. vi. Vbi erugo & tinea demollitur. Omnia bona mundi triplex interitus tollit. Aut ex se ipsis ueterascunt: aut luxu dominorum suorũ consumuntur: aut ab extraneis dolo: uel uiolẽtia

Boetius uel calumnia diripiuntur. Boetius de philosophica Consolatione lib.ii.psa.v.

Diuitiae ne: uel uestri: uel sui natura preciosae sunt? Quid charum potius aurum ne an uis cōgesta pecuniae? Atqui haec fundendo magis: q̄ coaceruando melius nitent. Siquidem auaricia semper odiosos: claros largitas facit. Quod si manet apud quē q̄ non potest: quod transfertur in alterum: tunc ē preciosa pecunia: quum translata in alios usu largiendi desinit possideri. At eadem si apud unum quanta utiq; gentium congeratur: caeteros sui inopes fecerit. Et uox quidem tota pariter multorū replet auditum. Vestrae uero diuitiae nisi comminutae in plures transire nō possunt. Quod quum factum est pauperes necesse est ut faciant: quos relinquunt: o igitur angustas inopesq; diuitias quas nec habere totas pluribus licet: & ad quemlibet si ne caeterorum paupertate non ueniunt.

Boetius Ibidem.

An gemmarum fulgor oculos trahit? Sed si quid est in hoc splendore praecipui: gemmarum est lux illa: non hominum: quas quidem mirari homines uehementer ammiror. Quid est enim carens animae motu: atq; membrorum compage quod animatae rationabiliq; naturae pulchrum esse iure uideatur? quae tametsi conditoris opera suiq; distinctione postrem ae aliquid pulchritudinis trahunt: Infra uestram tamen excellentiam collocatae admirationem uestram nullo modo merebantur.

Boetius Ibidem

Quid inanibus gaudiis rapens? Quid bona externa pro tuis amplexaris? Nunq̄ tua faciet esse fortuna: quae a te natura rerum fecit aliena.

Boetius Ibidem

Sed si: quod naturae satis est: replere indigentiā uelis: nihil est quod fortunae affluentiam petas. Paucis enim minimisq; natura contenta est: Cuius sacietatem si superfluis urgere uelis: aut iniucundū quod infuderis fiet: aut noxium.

Boetius de Con. phylosophica. li°. ii. psa. v.

Quid autem tanto fortunae strepitu desyderatis? Fugare credo indigentiam quaeritis copia. Atqui hoc uobis in cōtrarium cedit. Pluribus quippe adminiculis opus est ad tuendam preciosae supellectilis uarietatem. Verumq; illud est permultis indigere eos: qui multa possident: Contraq; minime indigere qui abundantiam suam naturae necessitate: non ambitus superfluitate metiātur. Ita ne autem nullum est proprium uobis atq; insitum bonum: ut in externis ac sepositis rebus bona uestra quaeratis. Sic rerum uersa cōdito est: ut diuinum merito rationis animal non aliter sibi splēdere nisi inanimatae supelectilis possessione uideatur: & alia quidem suis rebus contenta sunt: uos autem deo mente consimiles a rebus infimis excellentis naturae ornamenta captatis. Nec intelligitis quātam conditori uestro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis omnibus praestare uoluit: Vos dignitatem uestrā infra quaeq; infima detruditis.

Boetius lib. ii. prosa. v.

Ego uero nego illud esse bonum quod noceat habēti. Num id mentior? Minime Inquies. Atqui diuitiae possidentibus persaepe nocuerunt: quum pessimus quisq; aeris alieni magis eo auidus: quicquid usq̄ auri gemmarumq; est: se solum qui habet dignissimum putat. Tu igitur: q nunc cunctum gladiumq; sollicitus pertimescis: si uitae huius callem uacuus uiator intrasses: coram latrone secur⁹ cantares. O praeclara opum mortalium beatitudo: quam quum adeptus fueris: securus esse desistis.

Boetius de Con. li°. ii. metro. v.

Vtinam modo nostra redirent
In mores tempora priscos.
Sed saeuior ignibus Aethnae
Feruens amor ardet habendi.
Heus primus quis fuit ille:
Auri qui pondera tecti
Gemmas q; latere uolentes
Preciosa pericula fodit.

Boetius de Con. li. iii. prosa. iii.

Primum igitur te ipsum qui paulo ante diuitiis affluebas interrogo. Inter illas abundantissimas opes: nunq̄ ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria cōfudit anxietas? At qui inquam tam libero me fuisse animo: quin aliquid semper urgeret reminisci nequeo.

Boetius Ibidem.

Opes igitur nihilo indigentem sufficienteq; sibi facere nequeunt. Et hoc erat quod promittere uidebantur. Boetius de Con. Philosophica libro. iii. prosa. iii.

Quis autem modus est: quo pellatur diuitiis indigentia? Num eni diuites esurire nequeunt? Num sitire non possunt? Num frigus hybernum pecuniosorum membra non sentiunt? Sed adest inqes opulentis: quo famem satient: quo sitim frigusq; depellant. Sed hoc modo consolari quidem diuitiis indigentia potest: sed auferri penitus nō potest. Nam si haec hyans semper atq; aliquid poscēs opibus expletur: maneat necesse est quae possit expleri. Taceo q naturae minimum: quod auariciae nihil satis est. Quare si opes nec submouere indigentiam possunt: & ipsae suam faciunt: quid est q eas sufficientiam praestare credatis.

Boetius de philosophica Consolatione lib. iii. metro. iii.

Quāuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes:
Oneret q̧ baccis colla rubri littoris:
Rura q̧ centeno scindat opima boue:
Nec cura mordax deserit superstitem:
Defunctumq̧ leues non comitantur opes.
Boetius de philosophica Consolatōe li°.iii.

Diuitiae quātis implicitae sint malis breuissime mō/strabo. Quid enim pecuniam congregare cona/beris? Sed eripies habenti. Dignitatibus fulgere uelis? Danti supplicabis: & qui praeire caeteros cu/pis poscendi humilitate uilescis. Potentiam de/syderas subiectorum? Insidiis obnoxius. Periculis subiacebis. Gloriam petis? Sed per aspera quaeq̧ distractus securus esse desistis. Voluptariam uitā degas? Sed quis nō spernat atq̧ abiiciat uilissimae fragilissimaeq̧ rei corporis seruum esse.

Beda. Beda sup illud lucae.ii. Cuiusdā diuitis hois &c.

Non reprehenditur diues: q̧ terram coluerit: uel fructus in horrea congregauerit: Sed q̧ fiduci/am uitae in illis posuerit: nec pauperibus eroga/uerit: ut ab eis reciperentur in aeternis tabernacu lis. Beda super Esdra lib.i.

Familiaris res est humanum cor opibus ac libertate dissolui: erumnis uero ac paupertate ad se met ip/sum recolligi. Rabanus super. Matthaeum.

Rabanus. vi. Vbi erugo & tinea demollitur.

Omne terrenum: uel erugine consumitur: ut aurū & argētum: uel putredine: & uermibus: ut uestis: Et quod ab his immune est a furibus tollitur: ut la pides praeciosi: In his ergo omne gen⁹ auaritiae re praehēditur. Rabanus super illud Matthaei. xxvii. Hō quidam diues Abarimathia

Magnae dignitatis fuit apud saeculum: Sed maio/ris merit apud deum. Quia nō erat diues diuitia/rum amore: sed tantum modo possessione. Ideo di uites non excluduntur a disciplinatu saluatoris. Iste enim diues erat & discipulus: quia non pecu/niae amator: sed ipsius distributor.

Seneca S eneca epistola.v.ad Lucillium.

Magnus qui fictilibus sic utitur: quemadmodū ar/gento: nec illo minor est: qui sic argēto utitur quē admodum fictilibus.
Seneca Ibidem.

Infirmi est animi pati non posse diuitias.
Seneca ad Lucillium epistola.xiiii.

Is maxime diuitiis fruitur: qui minime diuitiis indi get: Nemo autem sollicito bono fruitur. Aliquid intendit adiicere: & dū de incremēto cogitat obli/tus est fructu. Seneca ad Lucil. epistola.xvi.

Congerantur in te quicquid multi locupletes posse derant: ultra priuatum pecuniae modum fortuna te prouehat: auro tegat: purpura uestiat: & ad hoc mod⁹ deliciarum & opum perducat: ut terrā mar moribus abscondas: nō tantum tibi habere liceat: sed calcare diuitias: accedāt statuae: picturae: & qc quid ars illa luxuriae elaborauit: maiora cupere ab his disces. Seneca Ibidem.

Quid refert quantum illi in arca: quantum in hor/reis iaceat: si alieno inhiet: si non quaesita: sed quae renda computat. Non enim pauper est qui minus habet: sed qui plus cupit. Nec qui plus habet: sed qui minus cupit diues. Seneca epistola.xvii.

Si ad naturā uiues nunq̄ eris pauper. Si ad opinio/nes: nunq̄ eris diues. Exiguum natura desyderat: opinio immensum. Seneca epistola.xviii.

Nemo alius est deo dignus: q̄ qui opes contempsit: quarum possessionem tibi non interdico. Sed effi/cere uolo: ut illas intrepide possideas.
Seneca Ibidem.

Quemadmodum nihil refert utrum aegrum in li/gneo lecto: aut in aureo collocet: quocunq̧ illum transtuleris morbum suum transfert secum: Sic nihil refert: utrum aeger anim⁹ in diuitiis: aut pau pertate ponatur. Malum suum illum sequit̄.
Idem epistola.xx.

Nemo nascitur diues: quisquis exit in lucem iussus est lacte & pane esse contentus. Ab his initiis no/bis regna non sufficiunt.
Seneca ad Lucillium epistola.xx.

Ingentis animi est qui diuitias sibi circunfusas diu multum q̧ miratus: q̧ ad se uenerunt: ridet: Suas magis audit esse: q̄ sentiat.
Seneca epistola.xxii.

In hoc excusabiles sunt diuitiae: q̧ ista quae urunt: quae excruciant: optantibus conferunt.
Seneca epistola.xxviii.

Diuitem illum putas? quem aurea supellex in uia se quitur: Qui in omnibus prouinciis arat: qui mul/tum suburbani agri possidet. quum omnia dixe/ris pauper est. Quare? Quia debet quantum in/quis omnia: nisi forte tu dicas: utrum ab homine: an a fortuna mutuum sumpserit.
Seneca Ibidem.

Diuitiae inflant animos: superbiam pariunt: Inui/diam parant: & eo usq̧ mentem alienāt: ut fama pecuniae nos etiam nocitura delectet.
Seneca epistola.xxviii.

Quum uolueris ueram hominis aestimationem ui/dere: & scire qualis sit: nudum inspice. Deponat patrimonium: deponat honores: & alia fortunae mendacia: Corpus ipsum exuat: & animum intue/re: qualis quantusq̧ sit: alieno: an suo magnus.
Seneca ad Lucillium epistola.lx.

Ista quae sic petimus tanq̄ datura laeticiam: ac uolu ptatem causa dolorum sunt.

Seneca ad Lucillium epistola.lxiii.

· Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarũ uia est. Quisquis contemnere potest omnia: habere omnia nemo potest: Necessarium est ergo paruo assuescere. Quicquid uult nemo habere potest. Illud autem potest nolle: quod non habet.

Seneca ad Lucillium. Epistola.lxxxi.

Omnia ista nobis accedant: non hæreant: ut si auferantur: sine ulla nostri laceratiõe discedant. Vtamur illis non gloriemur: Et utamur parce: tanquã depositis apud nos. Seneca epistola.cxii.

Turpe est beatam uitam in auro & argento reponere: æq; turpe est in aqua & polenta.

Seneca ad Lucillium epistola. cxxi.

Neminem pecunia diuitem fecit. Immo cõtra nulli non maiorem sui cupiditatem incussit.

Seneca de remediis fortuitorum.

Multum quis habet: aut auarus aut prodigus ẽ. uide supra in Contemptus. Ibidem

Si uis inquit phitoclea diuitem facere: non pecuniæ adiiciendum: sed cupiditatibus detrahendum est.

Seneca lib. de moribus.

Quæ sunt maximæ diuitiæ: nõ desyderarẽ diuitias.

Cicero — Cicero lib. paradoxorum.

Quẽ intelligimus diuitẽ: uide supra in Cupiditas.

Cicero lib. primo officiorum.

· Nihil est tam angusti: tamq; parui animi: q̃ amare diuitias: Nihil honestius magnificentiusq; q̃ pecunias contemnere.

Cicero Tusculanaꝶ quæstionũ li^o. ultimo.

Omitto diuitias: quas quum quiuis: quis indignus: · habere possit: in bonis non numero. Quod enim est bonum: id non quiuis habere potest.

Cicero Ibidem.

Lacon gloriãti cuidam mercatori: q multas naues in omnem oram maritimam dimisisset: Non sane optabilis inquit: ista etiam quidem prudẽtibus apta fortuna. An dubium est quin nihil sit habendũ in eo genere: quod uita beata complectitur: si id possit amitti. Nihil enim interarescere: nihil extingui: nihil cadere debet eorũ in quibus uita beata consistit. Nam qui timebit: ne quid ex his disperdat: beatus esse non poterit. Volumus enim eum qui beatus sit tutum esse: inexpugnabilem: septũ atq; munitum: nõ ut paruo metu præditus sit: sed ut nullo. Cicero li^o. de senectute alias in Catone maiore.

Nõ enim habere aurum præclarum mihi uidetur: sed his qui habent imperare: dicebat Curius.

Cicero in Paradoxis.

· Potest ne bonum cuiq̃ malo esse: aut potest esse quĩ in abundantia bonorum ipse esse non bonus?

Cicero in paradoxis.

Nihil est neq; meum neq; cuiuspiam: quod auferri: quod eripi: quod amitti potest.

Cicero Ibidem.

Neq; ego unq̃ dicam bona illum perdidisse: Si quis pecus: aut supellectilem amiserit.

Cicero lib. de Amicitia.

Neq; altum neq; diuinum illi suscipere possunt: qui suas omnes cogitationes in rem humilem & contemptam abiecerunt. Cicero lib. officiorum.

Expetuntur aũt diuitiæ. uide in Cupiditas. Ibidẽ.

Nec uero rei familiaris amplificatio. uide in Cupiditas. Ibidem.

Nihil honestius. uide in Cupiditas.

Cicero lib. paradoxorum.

Quis igitur si quidem ut quisq;. uide in Cupiditas.

Salustius in Catilinario. — Salustius

Diuitiæ & Imperia bella atq; certamina inter mortales excitant. Salustius in Catilinario

Diuitiarum & formæ gloria fluxa atq; fragilis est.

Valerius maximus lib. iiii. — Val. maxi.

Locuples est qui non multa possidet: sed modica desyderat. Valerius maximus lib. vi.

Caduca nimirum & Fragilia puerilibusq; consentanea crepundiis sunt istæ quæ uires atq; opes humanæ uocantur: affluunt subito: Repente dilabuntur: nullo in loco: nulla in persona stabilibus nixa radicibus consistunt: Sed incertissimo flatu fortunæ huc atq; illuc acta: quos in sublime extulerunt: improuiso decursu destitutos in profundo cladium miserabiliter immergunt. Ita neq; existimari: neq; dici debent bona: quæ inflictorum malorum amaritudine desyderium suum duplicant.

Valerius maximus lib. vii.

Et enim densissimis tenebris inuolnta mortalium mens: in q̃late patentem errorem cæcas precationes tuas spargis. Diuitias appetis: quæ multis exitio fuerunt. honores concupiscis qui complures pessumdederunt. Laertius Dioge — L. Diogẽ.
nes de uita & moribus philosophorum.

Interrogauit quidam Pythagoram: si cuperet eẽ diues. Qui ait. Diuitias contemno habere: quæ liberalitate perduntur: & parcitate putrescunt.

Aristoteles lib. i. polyticorum.

· Duplices sunt diuitiæ. s. naturales & artificiales: Naturales possessiones rerum: Artificiales uero possessiones pecuniæ.

Aristoteles lib. i. polyticorum. — Aristoteles

· Desyderium diuitiarum uadit in infinitum.

Aristoteles lib. iiii. polyticorum.

· In omni ciuitate sunt tres species hominum. s. diuites: paupes: & mediocres. Inter quos optimi sunt mediocres: quia medium est sẽp optimũ. Ibidẽ.

Maximum eufortunium est ciues mediocrem sub/

ſtantiam habere: tanq̃ ſufficientem eis: quia p ta/
les bene regitur ciuitas.
Ariſtoteles lib. ii. Elenchorum.
Diuitiæ ſimpliciter ſunt bonæ: ſed inſipienti & non
recte utenti non ſunt bonæ.
Ariſtoteles lib. ii. Rhetoricorum.
Peiores ſunt nuper ditati: q̃ ditati ab antiquo.
Ariſtoteles lib. x. Aethicorum.
Moderate ditati non minus agunt bona: q̃ poten/
tes. Immo etiam magis.
Ariſtoteles epiſtola ad Alexandrum.
· Non faciunt equum meliorem aurei freni.
Hesiodus Heſiodus:
πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. i.
Diuitias autem uirtus & gloria comitantur. Idē.
χρήματα δ' οὐκ ἁρπακτά: θεόσδοτα πολ
λὸν ἀμείνω. i.
Pecuniæ nō raptæ: a deo datæ multo meliores. Idē.
σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρε/
σὶν ᾗσι.
ὧδ' ἔρδειν ἔργον δ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι. i.
Tibi uero ſi diuitias animus cupit in mētibus tuis:
Sic facias: operam ſupra operam operare. Idem.
χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι
βροτοῖσι. i.
Pecuniæ enim anima ſunt miſeris mortalibus.
Menāder. Menander.
βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες ἀλλ' οὐ
δυνάμεθα. i.
Volumus diteſcere omnes: ſed non poſſumus. Idē.
δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρή/
ματα. i.
Vis ſunt mortalibus diuitiæ. Idem.
ἐὰν δ' ἔχωμεν χρήμαθ' ἕξομεν φίλους. i.
Si autem hēbimus pecunias: hēbimus amicos. Idē
μέμνησο πλουτῶν τοὺς πένητας ὠφε/
λεῖν. i.
Recordare diues exiſtens pauperes iuuare. Idem
μὴ σπεῦδε πλουτεῖν μὴ ταχὺ πένης γέ/
νῃ. i.
Ne feſtina diteſcere: ne cito pauper fias. Idem.
πλούτῳ πεποιθὼς ἄδικα μὴ πειρῶ ποι
εῖν. i.
Diuitiis confiſus iniuſta ne conare facere. Idem.
ῥᾴθυμος ὢν σὺ πλούσιος πένης ἔσει. i.
Piger exiſtens tu diues: pauper eris. Idem.
χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα κἀΐδου πύ/
λας. i.
Aurum autem aperit omnia: & Inferni portas.
Pallades. Pallades.
χρυσὲ πάτερ κολάκων ὀδύνης καὶ φροντίδος υἱέ.
καὶ τὸ ἔχειν σε φόβος. καὶ μὴ σ' ὀδύνη. i.

· Aurum pater adulatorum doloris & curæ fili
Et habere te timor: & non te habere dolor eſt. Idē
φεύγετε τοὺς πλουτοῦντας ἀναιδείας
οἰκοτυράννους.
μισοῦντας πενίην μητέρα σωφροσύνης. i.
Fugite diuites ipudentes hitantes domos tyrānosq;
Odio habentes paupertatem matrem modeſtiæ.
Euripides. Euripides.
χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βρο/
τοῖς. i.
Aurum autē potentius infinitis ſermonib⁹ hoīb⁹.
Virgilius lib. iii. Aeneidos. Virgilius
· Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?
Ouidius lib. i. Metamorpho. Ouidius.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Ouidius lib. i. Faſtorum.
· In precio precium nunc eſt. Dat cenſus honores:
Cenſus amicicias. Pauper ubiq; iacet.
Propertius lib. iii. elegia. v. Propert⁹.
· Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas.
Nudus ad infernas ſtulte uehere rates.
Tibullus lib. iii. elegia. iii. Tibullus
Nam graue quid prodeſt pondus mihi diuitis auri?
Aruaq; ſi findant pinguia mille boues?
Quid ue dom⁹ pdeſt phrygiis innixa colūnis? Ibidē
Et quæ præterea populus miratur in illis:
Inuida quæ falſo plurima uulgus amat.
Non opibus mentes hominum curæ q; leuantur:
Nam fortuna ſua tempora lege gerit.
Tibullus lib. iii. Elegia. iii.
Nec me regna iuuant: nec lydius aurifer amnis.
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Hæc alii cupiant: Liceat mihi paupere cultu
Securo chara coniuge poſſe frui.
Horatius Carminum lib. iii. ode prima.
Sed timor & minæ
Scandunt eodem quo dominus: neq;
Decedit ærata triremi: &
Poſt equitem ſedet atra cura. Ibidem.
Cur inuidendis poſtibus & nouo
Sublime ritu molliar atrium?
Cur ualle permutem ſabina
Diuitias operoſiores?
Horatius epiſtolarum lib. ii. epiſtola. ii. Horatius
Sit proprium quicq̃: puncto quod mobilis horæ
Nunc prece: nunc pcio: nunc ui: nūc morte ſupma
Permutet dominos: & cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli dat' uſus: & hæres
Hæredem alterius: uelut unda ſuperuenit undā.
Quid uici proſunt? aut horrea? quid ue Calabris
Saltibus adiecti lucani: ſi metit orcus.
Sunt qui non habeant: eſt qui non curat habere.

Iuuenalis — Iuuenalis satyra.x.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat: & cuncta exuperans primonia census
Quanto delphinis balena britãnica maior. Ibidẽ.
Pauca licet portes argenti uascula puri:
Nocte iter ingressus gladium cõtumq; timebis:
Et motæ ad lunam trepidabis harũdinis umbrã.
Cantabis uacuus coram latrone uiator. Ibidẽ.
Prima fere uota & cunctis notissima templis:
Diuitiæ crescant & opes: & maxima toto
Nostra sit arca foro. Sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time: quum pocula sumes
Gemmata: & lato setinum ardebit in auro.
Iuuenalis. satyra. xiiii.
Nam diues qui fieri uult
Et cito uult fieri. Ibidem.
Misera est magni custodia census. Ibidem.
Mensura tamen quæ
Sufficiat census: si quis me consulat: edam.
In quantum sitis atq; fames & Frigora poscunt.
Dantes — Dantes inferni cantica. ca°. vii.
Or poi ueder figliol lacurta buffa
De ben che son commessi alla fortuna:
Per che lhumana gente si rabuffa.
Che tuto loro che sotto la luna
Et che fu gia: de quaeste anime stanche
Non ne potrebe far possar pur una.
De hac materia habes ubi Cupiditas & Paupertas.

Diuortium græce διχόμοια. ας. ἡ. & διχοτομέω in duas partes diuido dicitur. Et est proprie matrimonii distractio. Differtq; a repudium. Quia repudium inter nundum coniunctos fit. Diuortium uero coniunctorum est. Quare: ut ait Modestinus: Diuortium inter uirum & uxorem fieri dr̃. Repudium uero spõte remitti uidetur: quod in uxoris personam non cadit.

Docilitas a doceo uenit quod græce διδάσκω dicitur & διδακτός. ου. ὁ. docilis dicitur. Est autem docilitas prudentia erudiendi imperitos. secundum Isydorum in sinonymis.

Docilitas est aptitudo bene acquirendi rectam opinionem ab alio: sicut solertia a se ipso. secundum b. Tho. secũda secũdæ. q. xlviii.

Docilitas est pars prudentiæ qua homo solicite: frequenter: & reuerenter applicat animum suum documentis maiorum: non negligens ea pp ignorantiam: nec contemnẽs propter superbiam. b. Tho. secũda secũdæ. q. xlviii. ar. iii.

Docere nihil aliud est q̃ disciplinæ: uel alterius cuiuscunq; rei cognitionem dare. Virg. Docuit post exitus ingens.

Docilis & docibilis ita differunt: Quia docilis est qui facile docetur: docibilis uero qui natura aptus est doceri.


Octrina græce διδασκαλία. ας. ἡ. & διδάσκαλος doctor & magister dicitur. Doctrina modo p actu ipso docendi: modo pro disciplina sumitur. Plinius. Vir in omni doctrinarum genere excellens. Esdre primi cap. vii. — Esdre
Imperitos docete libere.
Prouerbiorum cap. viii. — Prouer.
· Doctrinam magis q̃ aurum eligite.
Paulus ad Ro. c°. ii. — Paulus
· Qui alios doces: te ipsum doces.
Paulus ad Ro. cap. xv.
· Quæcunq; enim scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.
Augustinus lib. de doctrina Christiana. — Augustin'
Debet diuinarum scripturarum & doctor fidei: ac debellator erroris: & bona docere: & mala dedocere: & hoc opere & sermone conciliare aduersos: remissos erigere: nesciẽtibus quod agitur quid expectare debeant intimare.
Augustinus Ibidem.
· Doctor & ductor id agere debẽt: ut nõ solum intelligenter: uerũ & libenter: & obedienter obediat.
Augustinus lib. iii. de doctrina Christiana.
Sicut gratus est qui cognoscenda enubilat: sic onerosus qui cognita inculcat. Nam delectandi gratia etiam nota dicuntur: ubi non ipsa: sed modus quo dicuntur attenditur.
Augustinus super Ioannem.
· Doctrina per malos: palmes in sepe: botrus iter spinas. Caute lege: ne dũ quæris fructũ: laceres manum: & quum audis bona dicentem: ne imiteris mala facientem.
Augustinus ibi in Ecl. xiiii.
Si me posses docere quod nescio: non solum te uerbis: sed & pugnis cedentem deberem patientissime sustinere. Aug. super Ecl. xl.
Da & accipe: & iustifica animam tuam. i. uerbum doctrinæ proximis impende: & bonorum operum exempla relinque: ut recipias præmium uitæ æternæ: Tibiæ & psalterium suauem facient melodiã: & super utraq; lingua suauis.
Hieronymus ad Demetriaden uirginem: — Hierony'.
· Multi iuxta uetus eulogium: quum loqui nesciãt. tacere non possunt. Docentq; scripturas: quas nõ intelligũt: & quum alii persuaserint: eruditorum

sibi assumunt supercilium: prius imperitorum magistri: q̃ doctorum discipuli.

Ambrosi⁹. Ambrosius super beati immaculati.

Ante uita q̃ doctrina quærenda est: Vita bona sine doctrina gratiam habet: Doctrina sine uita integritatem non habet. Gregorius super illud ꝓuer.xxv. Doctrina uiri per patientiam noscitur.

Gregorius Tanto quisq; minus ostenditur doctus: q̃to minus patiens: Neq; enim potest ueraciter bona docẽdo impendere. si uiuẽdo nescit aduersa æquanimiter tolerare. Gregorius super illud Cant.ii. Neq; suscitetis &c.

Si subditi aliquid peccant propter quod doctores a quiete surgere cogantur: non tantum poenam illius peccati incurrunt: sed etiam puniuntur ꝓ inquietudine doctorum. Quia qui doctores cælestibus intentos inquietare præsumunt: etiam uirtutes quas habere se credebant perdunt.

Gregorius lib.vi.moralium.

Quantacunq; doctrina mens polleat: grauis eius imperitia est: uelle docere meliorem.

Gregorius lib.xxiiii.mora.

Hoc habet proprium doctrina arrogantium: ut humiliter nesciant inferre quæ docent: & recta quæ sapiunt: & recte ministrare non possunt. In uerbis enim eorum perduntur: qui quum docent quasi in quodam sibi uidentur summitatis culmine residere. Eosq; quos docet: ut longe infra se positos: uelut in imo respiciunt. Quibus non consulendo loqui: sed uix dominando dignantur.

Io.Chrysostomus lib.de Compunctiõe cordis

Io.Chrys. Docere & non facere: non solum lucri nihil: sed & damni plurimum confert. Grandis enim condemnatio est componenti quidem sermonem suum: uitam uero suam atq; operam negligenti.

Io.Chrysostomus in Polycraticio lib.vi.

Si artem usumq; dissocies: utilior est usus expers artis: q̃ ars quæ sui usum non habet: Ars infoecunda est sine usu: & usus temerarius sine arte.

Ioannes Chrysostomus super illud Matthæi.xxiii. Super cathedram Moisi.

Qui male sederit iniuriam cathedræ facit. In iudicio sedens: si bene uixeris: & bene docueris omniũ iudex eris: si male uixeris: & bene docueris tui solius. Nam bene docendo populum instruis: quomodo populus debeat uiuere: Sed male uiuẽdo doces deum: quomodo te debeat condemnare.

Io.Chrysostomus super illud Matthæi. Quæcunq; dixerint uobis facite.

Si bene uixerint eorum est lucrum: Si bene docuerint uestrum est. Nolite discutere quod alienũ est. Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit: sicut terra uilis preciosum aurum producit. Nunquid propter uilem terram preciosum aurum contemnitur? Igitur sicut aurum eligitur: & terra relinquitur: sic & uos doctrinam accipite. & mores relinquite. Ibidem.

Doctrinam accipiamus non mores. Apib⁹ hærbæ nõ sunt necessariæ: sed flores: Sic & uos flores doctrinæ colligite: & conuersationes relinquite.

Ioannes Chrysostomus Ibidem.

Fidem prædicant & infideliter agunt: Pacem aliis dant: & sibi non habent. Veritatem laudãt & mẽdacia diligunt. Isydorus de sum.bono lib.iii. Isydorus.

In lectione non uerba: sed ueritas est amanda: sæpe autem reperitur simplicitas ueridica: & fallitas composita: quem hominem suis erroribus allicit: & per linguæ ornamenta laqueos dulces aspergit. Nihil enim aliud agit amor mundanæ scientiæ: nisi extollere laudibus hominem. Nam quãto maiora fuerint studia: tanto animus arrogantiæ fastu inflatus maiori intumescit iactantia.

Isydorus de summo bono lib.iii.

Sicut instruere solet collatio: ita destruit contentio. Hæc enim relicto sensu ueritatis lites generat: & pugnãdo uerbis etiam in deo blasphemiam facit: inde hæresis & schisma: a quibus fides subuertitur: ueritas corrumpitur: charitas scinditur: Contentionum studium non pro ueritate: sed pro appetitu laudis certatur. Tantaq; est in his peruersitas: ut ueritati cædere nesciant: ipsamq; recti doctrinam euacuare contendant. In disputatione fidelium cauenda est propositio: artificiosa subtilitas: quæ callidis obiectionibus recta tendit. Ita enim uersutis assertionibus prauorum disputatio innodatur: ut recta esse simulet: quæ peruersa ꝑsuadent.

Isydorus lib.Ethymologiarum. ii.

In physica causa quærendi: In Ethica ordo uiuẽdi: In logica ratio intelligendi uersatur.

Bernardus super cant. Bernard⁹.

Doctrinæ species non curiositatem acuit: sed charitatem accendit. Bernardus super cant.

Non minus pium est docere animum sapientiam: q̃ præbere escam corpori.

Hugo in Didascalicon lib.iii. Hugo

Sunt quidam qui nulli arti quod suum est: tribuere norunt: sed in singulis legunt omnes: In grammatica de sylogismorum ratione disputant. In dialectica inflexiones casuales inquirunt: & quod magis irrisione dignum est: in titulo totum ponũt. Legunt librum & Incipit: Tercia uix lectione expediunt. Non omnia dicẽda sunt: quæ dicere possumus: Ne minus utiliter dicantur ea quæ dicere debemus. Hugo Ibidem.

In omni doctrina breue aliquid & certum collige: quod in arcula memoriæ recondatur. Vnde post/

modum: quum res exigit aliqua deriuentur: hoc etiam sæpe replicare: & de uentre memoriæ ad palatum reuocare necesse est. Ne longa intermissione aboleat. Hugo lib. v. Didascalicon.

· Lectio duobus modis animo fastidium ingerere solet: & affligere spiritum: & qualitate uidelicet: si obscurior fuerit: & quantitate: si prolixior extiterit: in quo utroque magno uti moderamine oportet: ne quod ad refectionem quæsitum est sumatur ad suffocationem. Cassiodorus super psal. ii.

Cassiodor. Rudis dicitur nouus: Eruditus quasi a rudi sublatus: ab ignorantia diuisus: & in doctrinæ finibus collocatus. Origenes homelia. xxxviii. sup leuiticum.

Origenes. · Clausum habeat os peccator. Quia qui se ipsum non docuit: alium docere non potest.

Beda Beda de templo Salomonis.

Frustra sibi officium doctoris usurpat: qui discretionem catholicæ fidei ignorat: neque sanctuarium domino: sed ruinam sibi ædificant: Qui docere alios regulam: quam ipsi non didicere conantur.

Hylarius Hylarius lib. iiii. de Trinitate.

Intelligentia dictorum est ex causis assumenda: quia non sermoni res: sed rei est sermo subiectus.

Seneca Seneca epistola. xx.

Omnia facta & dicta nostra inter se congruant: ac respondeant sibi. Non est hic animus in recto: cuius dicta & acta discordant.

Seneca epistola. xxvii.

Eligamus non eos qui uerba magna celeritate præcipitant: & communes locos uolunt. Et in priuato circulantur: Sed eos qui uitam docent: qui quum dixerint quid faciendum sit: probant faciendo quod faciendum sit. Nec unquam in eo quod dixerint fugiendum depræhenduntur.

Seneca ad Lucillium epistola. xxvi.

· Cupio omnia quæ scio in alium transfundere: & in hoc aliquid gaudeo: discere ut doceam. Nec me ulla res delectabit: licet sit eximia & salutaris: quam mihi uni securuturus: si cum hac exceptione detur sapientia: ut illam inclusam teneam: nec enunciem: reiiciam. Nulli⁹ boni sine socio iucunda est possessio. Seneca epistola. xxxv.

· Eum elige doctorem: quem magis admireris: quum uideris: quam quum audieris.

Seneca epistola. xlv.

· Quod sentimus loquamur: Quod loquimur sentiamus. Concordet sermo cum uita. Ille promissum suum impleuit: qui quum uideas illum & quum audias idem est.

Seneca de quattuor uirtutibus.

· Quæ nosti sine arrogantia postulanti imparties. Quæ nescis sine occultatione ignorantiæ tibi postula impartiri. Cicero li⁹. i. Rhætoricorum.

Cicero. · In omni genere causarum necesse est beniuolum: attentum: docilem efficere auditorem. Auditorum enim beniuolentia captabitur: si res ab eis gestæ fortiter: sapienter: mansuete: magnifice proferentur. Attentos autem faciemus: si demonstrabimus ea quæ dicturi sumus magna: noua: incredibilia: esse: aut ad illos qui audiunt: aut ad homines illustres: aut ad deos immortales: aut ad summam rei publicæ pertinere. Dociles auditores faciemus si aperte & breuiter summam causæ exponemus.

Cicero Ibidem.

Multos imitatio breuitatis decepit: ut quum se breues putent esse longissimi sint: quum dent operam: ut res multas breuiter dicant.

Cicero Ibidem.

Sæpe res minus est intellecta longitudine: magis quam obscuritate narrationis.

Cicero lib. ii. Rhætoricorum.

· Peritia dicendi in tribus consistit: natura: doctrina: & usu. Natura ingenio: Doctrina scientia: Usu assiduitate. Hæc sunt enim quæ non solum in oratore: sed in uno quoque homine artifice expetuntur: ut aliquid efficiat. Cicero ibidem.

· In exordiendo causam seruandum est: ut leuis sit sermo: ut usitata uerborum consuetudo: ut non apparata oratio uideatur. Vitiosum exordium est quod nimis apparate compositum est: aut nimium est longum: & quod non ex ipsa causa natum uidetur: ut proprie cohæreat cum narratione: Et quod neque beniuolum: neque docilem: neque attentum facit auditorem. Cicero Ibidem.

Prouerbium est sententia generalis cui consuetudo fidem attribuit: opinio communis sensum accommodat: Incorruptæ ueritatis integritas acquiescit. Aristoteles lib. i. Metaphisicæ. Aristoteles

Hii soli docent: qui causas de singulis dicunt.

Aristoteles lib. vi. Aethicorum.

Omnis doctrina est ex præcognitis.

Aristoteles lib. i. Poetriæ.

Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem: secundum comparationem quam habet doctor ad discipulum.

Aristoteles lib. i. posteriorum in prin.

Omnis doctrina & omnis disciplina intellectiua ex præexistenti fit cognitione.

Aristoteles lib. i. Elencorum.

· Oportet discentem credere.

Horatius epistolarum lib. i. epistola. xviiii. Horatius

Virtutem doctrina paret.

Dantes florentinus Inferni ca⁹. viiii. Dantes

O uoi chaueti lintellecti sani
Mirati la doctrina che sasconde
Sottol uellame de liuersi strani.

De hac materia habes ſupra: ubi Diſciplina: & In/
fra: ubi Magiſter.



Olor græce ἄλγος. τὸ. & ἀλγέω
doleo dicitur. Eſt autẽ
dolor motus aſp in cor
pore: & ſenſibus alie/
nus ſecundum Cicero
nem lib. ii. Tuſ. quæ/
ſtionum.
Dolor ẽ ægritudo cru
cians. ſecundum eundem lib. iiii. tuſ. quæſt.
Dolor eſt offenſio animæ ex carne: & quædam ab
eius paſſione diſſenſio. ſecundum Auguſtinũ lib.
xiiii. de Ciui. dei.
Dolor eſt paſſio animæ in appetitu ſenſitiuo: uel in
tellectiuo. ſecũdũ b. Tho. pria ſcdæ. q. xxxv. ar. i.
Dolor dicitur a dolando. Eſt enim dolare ſiue edo/
lare minuere: Et eſt fabrorum: quum materiæ cõ
planatur aſperitas: unde dolatus. i. leuigatus. Iu/
uenalis. Dolato Confiſus ligno: & dolabra inſtru
mentum quo dolantur. i. explanantur ligna. Iuue
nalis. Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. Ideo
q; dicitur dolor: quia ſicuti lætitia augentur cor/
pora: ita dolore minuuntur. unde eſt illud prouer.
xv. Animus gaudens ætatem floridam reddit: Spi
ritus triſtis exiccat oſſa.
Eſdræ. Eſdræ Tercii capitulo. x.
Nunc ergo retine apud temet ipſum dolorem tuũ:
& fortiter fer qui tibi contigerunt caſus.
Hierony⁹. Hieronymus lib. iii. contra Ruffinum: &
dicit fuiſſe Ariſtotelis ſententiam.
Cor nõ comedendum. i. mœrorem de animo depo
Gregorius nendum. Gregorius lib. vii. moralium.
Qui peregrinationem propriam diligit dolere etiã
inter dolores neſcit. Iuſti autem uerba dolore ſunt
plena: quia quouſq; præſentia tolerat: ad aliud lo
quendo ſuſpirat.
Seneca. Seneca ad Lucillium epiſtola. lxiii.
Nobis autem ignoſci poteſt, plapſus ad lachrymas:
ſi non nimiæ decurrerint: ſi illas ipſi repreſſimus:
Nec ſicci ſint oculi amico amiſſo: nec fluant. La/
chrymandum eſt: non plorãdum. Per lachrymas
argumenta deſyderii quærimus: & dolorem non
ſequimur: ſed offendimus.
Seneca Ibidem.
Finem dolendi qui conſilio non fecerat: tempore in
uenit. Seneca epiſtola. lxiii.
Turpiſſimum eſt in homine prudẽte remediũ mœ
roris Laſſitudo mœrẽdi. Malo relinquas dolorẽ:
q̃ ab illo relinquaris. Annum fœminis conſtituere
maiores ad lugendum: non ut tam diu lugerent:
& ne diutius, uiris nullum legitimum tempus eſt:
Quia nullum honeſtum: q̃ mihi ex illis mulierib⁹
dabis: Vix retractatis a rogo: uix a cadauerẽ deuul
ſis: cui lachrymæ in totũ menſem durauerint: nul
la res citius in odium uenit: q̃ dolor qui recens cõ
ſolatorem inuenit: & aliquos ad ſe adducit. Inue/
teratus uero deridetur: nec immerito: aut enim ſi
mulatus: aut ſtultus eſt.
Seneca epiſtola. lxxviiii.
Vinceris a dolore: ſi ceſſeris. Vinces: ſi te contra do/
lorem intenderis. Seneca Ibidem.
Magnos cruciatus habet morbus: Sed hos intole/
rabiles interualla faciunt. Summi doloris intẽſio
cito iuenit finẽ. Nemo poteſt ualde dolere & diu.
Sic nos amantiſſima noſtri natura diſpoſuit: ut do
lorem aut tolerabilem: aut breuem faceret. Hoc
itaq; ſolacium uaſti doloris eſt.
Seneca in prouerbiis.
Animo dolenti nihil oportet credere. Etiam innocẽ
tes cogit mentiri dolor. homo ne ſit ſine dolorẽ: for
tunam inuenit. Læſo doloris remedium eſt inimici
dolor. Dolor decidit: ubi quo creſcat non habet.
Cicero lib. i. de finibus bonorum & malorum Cicero
Neq; porro quiſq̃ eſt qui dolorem ipſum: quia do/
lor ſit: amet: Conſectetur: adipiſci uelit: ſed qa nõ
nunq̃ eiuſmodi tempora incidunt: ut labore & do
lore magnam aliquam quærat uoluptatem.
Cicero Ibidem.
Dolores ſuſcipiantur: maiorum dolorum effugien/
dorum gratia.
Cicero lib. ii. quæſtionum Tuſculanaꝝ.
Triſtis enim res eſt dolor ſine dubio: aſpera: amara:
inimica naturæ: ad patiendum tolerandumq; dif
ficilis. Aſpice Philoctetam cui credendum eſt ge/
menti. Ipſum enim Herculem uiderat in oeta: ma
gnitudine dolorum eiulantem.
Cicero Ibidem.
Satis mihi dediſti: quum reſpondiſti. Maius tibi ui/
deri malum dedecus: q̃ dolorem. Ibidem.
Conſuetudo enim laborum perpeſſionem dolorũ
efficit faciliorem. Cicero Ibidem.
Ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori:
Cicero lib. ii. Tuſculanarum quæſtionum.
Appellata eſt enim ex uiro uirtus. Viri autem pro/
pria maxime eſt fortitudo: cuius munera duo ma
xima ſunt. Mortis dolorisq; contemptio. Ibidẽ.
Contemno magnitudinem doloris: a qua me breui
tas tpis uindicabit: ante pene q̃ inuenerit. Ibidẽ.
Si ſummus dolor eſt: breuem eſſe neceſſe eſt.
Cicero Ibidem.
Sed hoc idem in dolore maxime eſt prouidendum:
ne quid abiecte: ne quid timide: ne quid ignaue:
ne quid ſeruiliter: muliebriter ue faciamus.
Cicero Ibidem.

· Ingemiscere nonnunquam uiro concessum est: id q raro: eiulatus ne mulieri quidem.

Cicero ibidem.

Si gemitus in dolore ad cõfirmandum animum ua lebit: utemur. Sin erit ille gemitus lamentabilis: si imbecillus: si abiectus: si flebilis: ei q se dederit: uix eum uirum dixerim: qui quidem gemitus si leua/ tionis aliquid afferret: tamen uideremus qd esset fortis: & animosi uiri. Quum uero nihil imminua tur doloris: cur frustra turpes esse uolumus?

Seru⁹ sul. Seruius Sulpitius epistola ad Cicero nem consolatoria.

· Nullus dolor est quem non longinquitas temporis minuat atq mollia.

Iuuenalis. Iuuenalis Satyra. xiii.

Flagrantior æquo

Non debet dolor esse uiri: nec uulnere maior.

Ouidius. Ouidius li°. ii. de remedio amoris.

· Filius hunc miles: hunc filia nubilis angit:

Et quis non causas mille doloris habet?

Dolus græca dictio est nam δόλος.ου.ὁ. & δόλιος.ου.ὁ dolosus dicitur. Est au/ tem dolus omnis calliditas: fallacia: ma/ chinatio ad circumueniendum: fallendum: & de/ cipiendum alterum adhibita: ut habetur. l. i. ff. de Dolo.

Dolus est executio astutiæ: qua excogitatæ fuerunt uiæ non bonæ ad exequendum aliquem finem bo num: uel malum. b. Tho. scda scdæ. q. lv. ar. iiii.

Dolus proprie accipitur tantum in malo: sed abu/ siue etiam in bono. ex. b. Tho. secunda scdæ. ubi supra.

Dolus principaliter fit in uerbis. secundum. bea. Thomam Ibidem. Fraus uero proprie in factis. Quare ouidi⁹ li°. primo Metamorphoseos utrun/ q uno uersu comprehendit dicens. In quorum subiere locum fraudes q doliq.

Dolus a dolando idest minuẽdo dicitur de quo uer/ bo supra in dolor diximus. Dolus quod nunc i ma lam tantum partem accipitur: hoc est: pro fraude siue machinatione ad fallendum aliquem: ueteres etiam in bonam partem accipiebant pro solertia ac calliditate: quæ præsertim aduersus hostes: siue latrones adhibetur. Quare nunc dolum malum dicimus: quoniam bonus etiam dolus a ueteribus dicebatur. Labeo. Dolum malum dicim⁹ esse om/ nem calliditatem: fallaciam: machinationem ad circumueniendum: fallendum decipiendum ue al terum adhibitum. Vlpianus. Non fuit autem con tentus prætor dolum dicere: sed adiecit malum: quoniam ueteres etiam dolum bonum dicebant: & pro solertia hoc nomen accipiebant: Maxime si aduersus hostem: latronem ue machinaretur.

Hinc dolones uirgæ siue conti in quibus tãquam in uaginis latent pugiones: Dicti a fallendo: q de cipiant ferro: quum ligni speciem præ se ferant. Virg. Sæuos q ferunt in bella dolones.

Dominium uel domiatio græce: δεσποτεία.ας.ἡ. & δεσπόζω dominor: & δεσπότης.ου. dominus dicitur. Est autem dominium ius habendi: possidendi: fruen/ di: & utendi: ac disponendi de aliqua re pro libito uoluntatis: uel secundum aliquem determinatum modum: a quadam superioritate uel authorita/ te diffinitum.

Dominus a domo domas dicitur: & is propriæ dici/ tur qui domus imperium habet: & cui omnis fa/ milia paret: ex quo factum est: ut domin⁹ & seru⁹ relatiua sint: & domini appellatio ad omnes eos propagata sit: qui alicuius rei proprietatem ha/ bent: etiam si usufructus alienus sit. Item domi/ nus dicitur is cui populi subsunt. Virg. Romanos rerum dominos gentemq togatam.

Domus græce: οἰκία.ας.ἡ. & οἰκια/ κὸς.οῦ.ὁ. domesticus dicitur. Est autẽ domus quottidiana societas: secundum Aristo. li°. primo polyticorum.

Domus græcum uidetur. Illi enim δῶμα.ατος. τό. tectum appellant.

Domus proprie est ædificium ad habitandum fa/ ctum: quod ex tecto & pariete constat. Ponitur ta men pro quocunq habitaculo. Vnde etiam nidos auium domos dicimus. Virg. Antiquasq domos auium cum stirpibus imis eruit. Domus facit geni tiuo domi uel domus. Quando domi locum si/ gnificat: ut domi ero: quando domus significat ipsum corpus uel ædificium: ut tectum domus corruit.

Donatio græce δωρεία.ας.ἡ. & δῶρον. ου.τό. donum dicitur. Est autem dona tio rei licitæ nullo iure cogente: mera li/ beralitate facta collatio: secundum Ho.

Donatio dicitur quasi dono datio. ut habetur. ff. de dona. causa mortis. l. Senatus. §. i.

Donum aliqui uolunt græcum esse: δῶ/ ρον.ου.τό Et est datio irredibilis. secun dum Arist. li°. iiii. Topicorum.

Donum quomodo differat a munere: & præmio: uide infra in Munus.

De hac materia uide infra in Munus.

Donaria non sunt loca in quibus dona re ponuntur: ut quidam putant male sen/ tientes: sed sunt ipsa dona quæ diis of/ ferunt: sacrasq mensas & aras ornant. Macro/ bius. Ornamenta uero sunt Clypei: coronæ: & huiusmodi donaria.

Ormitio græce: κοίμησις. εως. ἡ. & κοιμῶμαι dormio dicitur: Quid autẽ dormitio sit uide infra in Somnus.

Os g̃: φερνή. ης. ἡ. Et est donatio facta a patre mulieri uel ab extraneo: uel facta a muliere ipsi uiro pro onerib⁹ matrimonii sustinendis. secundum Canonistas. Gof. & Ho. in c. Raynucius de testa.

Dos non solum ea dicitur quæ marito ab uxore da/tur: unde bona dotalia dicuntur: Sed ẽt quicquid alicui datum est uel a natura: uel ab hominibus: unde dotes animi dicimus: prudẽtiam: iusticiam: cæteras q̃ uirtutes. Item dotes corporis uires: pul chritudinem: bonam ualitudinem: & alia huius/ modi. Dicitur autem dos a do das.

Vbitatio: g̃: ἀπορία. ας. ἡ. & ἀπορέω dubito dicitur: Est autem dubitatio: Iudi cio deficiẽte acceptio utriusq̃ partis cum formidine: & ad neutram partem determinatio.

Vbium g̃: ἀμφίβολον. ου. τὸ. & ἀμφι/ βάλλω dubito dicitur. Est autem dubium motus indifferens in utranq̃ partem con tradictiõis. scd̃m Isyd. li°. Ethimologiaꝝ.

Dubium est æqualitas rationum contrariarum. se/ cundum Philosophum.

Dubius a de & habeo componitur: quasi dehabẽs: hoc est non intelligens: unde fit dubito: & subdu/ bito idest aliquantulum dubito: & subdubius ali/ quantulum dubius: & dubitatio & dubietas quo ueteres utebantur.

Vellum: g̃: μονομαχία. ας. ἡ. & μονό/ μαχος. ου. ὁ. gladiator dicitur. Est autẽ duellum pugna duorum: pro probatione uirtutis: Ita ut q uicerit probasse dicatur: & si nõ uicerit defecisse in probatione putetur. Et dicitur duellum quasi duorum bellum: Potestq̃ μονομα/ χία dici singularis pugna:

Vlcedo g̃: γλυκύτης. ητος. ἡ. & γλυ κύς. εος. ὁ. dulcis dicitur. Est autem dul cedo proprie in corporalibus. s. sapor refi/ ciens: quietans: & delectãs gustum. Sed metapho/ ricos dulcedo animi est etiam in spiritualibus. b. Tho. iii. sen. di. xxxiiii. q. i. ar. v.

Dulce & dulcedo ueniunt a uerbo delicio: quod est elicio: q dulcia maxime nos alliciãt. Gustus enim qui est sensus ex omnibus maxime uoluptari⁹ dul cedine maxime mouetur. Item dulciculus dimi/ nutiuum.

Vlia græca dictio ẽ. δουλεία. ας. ἡ. ser uitus dicitur. & δοῦλος. ου. ὁ. seruus. Est autem dulia honor & seruitus debi/ ta creaturæ. Latria uero est honor et seruitus debi ta soli deo. Ideo differunt specie. ex. b. Tho. scd̃a scd̃æ. q. ciii. ar. iii.

Vricies græce: σκληρότης. ητος. ἡ. & σκληρὸς. ου. ὁ. dur⁹ dicitur. Est autem durum quod non cedit in se ipsum secun dum superficiem. secundum Aristotelem. lib. iiii. Metheoroꝝ.

Durum proprie est solidum ac firmum: Cuius con/ trarium ẽ molle. Per metaphoram autem durum aliquando pro aspero & nocenti ponimus. Virgi. Aut durum tineæ genus. Idem. Quid iuuenis ma gnum cui uersat in ossibus ignem durus amor. Inde duricies hoc est firmitas: soliditas: asperitas: crudelitasq̃: Et durare patienter ferre. Virgilius. Durate & uos met rebus seruate secundis. A du rum fit duricies & duricia in eodem significato: sic & duritas & duritudo: Teste Gelio li°. xviiii. no. at. Cato. Qui illius imprudentiam: qui norit duritudinem.

Brietas græce: μέθη. ης. ἡ. & μέθυσος. ου. ὁ. ebrius & μεθύω inebrio dicitur. Est au tem ebrietas appetit⁹ bibendi ultra mensu/ ram: ex quo prouenit rationis priuatio.

Ebrietas est per quam menti quædam sui ob liuio generatur ex superfluorum potuum indul/ gentia: secundum Isydorum li°. Ethimologiarum.

Ebrietas est priuatio usus intellectus facta ad ali quod tempus ex immoderato potu uini: uel cuius cunq̃ alterius rei potabilis.

Ebrius & ebriosus sic differunt. Quod ebrius est q nimio potu est alienatus mente: Ebriosus qui sæ/ pe fit ebrius. Ita ebrietas & ebriositas. Quod ebrie/ tas fit ex causa: ebriositas fit ex moribus. Ab ebri us fit inebrio: & eius passiuum inebrior: & ebrio/ se aduerbium idest ad ebrii similitudinem: Et ebrio lo uerbum dicebant antiqui. Laberius. Ebriolati mentem hilariam arripiunt.

Prouerbiorum cap°. xx. Prouerbiorum.

· Luxuriosa res uinum: & tumultuosa ebrietas. Qui cunq̃ his delectatur non erit sapiens.

Prouerbiorum c°. xxi.

· Qui diligit epulas in egestate erit: Qui amat ui/ num & pinguia non ditabitur.

Prouerbiorum cap°. xxiii.

· Noli esse in conuiuiis potatorum: nec in come/ ssationibus eorum qui carnes ad uescendum con/ ferunt: Quia uacantes potibus & dantes symbo la consumentur.

Ibidem.

Non ne his qui commorantur in uino: & ſtudēt cali
cibus epotandis. Veh. Ne intuearis uinum quãdo
flaueſcit: quum ſplenduerit in uitro color eius. In/
greditur blande: & in nouiſſimo mordebit ut co/
luber: & ſicut regulus uenẽa diffundet. Oculi tui
uidebunt extranea: & cor tuum loquetur peruer/
ſa: & eris ſicut dormiens in medio maris: & quaſi
ſopitus gubernator amiſſo clauo: & dices. Verbe/
rauerunt me: ſed nõ dolui: Traxerunt me: & ego
non ſenſi. Quando euigilabo: & rurſus uina repe
Ecclãſtici. nam. Eccleſiaſtici c°. xviiii.

Operarius ebrioſus non locupletabitur.
Eccleſiaſtici c°. xviiii.

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes: &
arguunt ſenſatos. Eccleſiaſtici c°. xxxi.

Ne cõprimaris i cõuiuio uino. Eccleſiaſtici. c. xxxi.

Quã ſufficiẽs eſt homini erudito uinum exiguum?
& in dormiendo non laborabis ab illo: & non ſen
ties dolorem. Ibidem.

Diligentes in uino noli prouocare: multos enim ex
terminauit uinum. Ignis probat ferrum durum:
ſic uinum corda ſuperborum arguet in ebrietate
potatum. Eccleſiaſtici c°. xxxi.

Vinum in iucunditatem creatum eſt: & non ĩ ebrie
tatem ab initio. Ibidem.

Exultatio animæ & cordis uinum moderate pota/
tum: Sanitas ẽ aiæ & corpori ſobri⁹ potus. Ibidẽ.
Vinum multum potatum irritatiõem: & iram: &
ruinas multas facit. Ibidem.

Amaritudo animæ uinum multum potatũ. Ibidẽ.

Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio: mino/
rans uirtutẽ: & faciẽs uulnera. Ecclãſtici. c. xxxi.

In conuiuio uini nõ arguas proximum: & nõ deſpi
cias eum in iucunditate illius. Verba improperii
non dicas illi: & non premas illum in repetendo.
Iſaias Iſaias c°. v.

Veh qui conſurgitis mane ad ebrietatẽ ſectandam:
& potandum uſq; ad ueſperam: ut uino æſtuetis.
Iſaias c°. v.

Veh qui potentes eſtis ad bibendum uinum: & uiri
fortes ad miſcendam ebrietatẽ. Iſaias. c. xxviii.

Verum hii quoq; præ uino neſcierunt: & præ ebrie
Oſeas tate errauerunt. Oſeæ c°. iiii.

Fornicatio & uinum: & ebrietas auferunt cor.
Paulus Paulus ad Epheſios cap°. iiii.

Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria.
Auguſtin⁹ Auguſtinus ad ſacras uirgines.

Ebrietas eſt flagiciorum omnium mater culparum
q; materia: radix criminum: origo uitiorum: turba/
tio capitis: ſubuerſio ſenſus: tempeſtas liguæ: pro/
cella corporis: naufragium caſtitatis: amiſſio tem
poris: Inſania uoluntaria: Ignominioſus langor.
Turpitudo morum: Dedecus uitæ honeſtatis in/
famia: aiæ corruptella. Aug. Ibidem.

Ebrietas in utroq; ſexu cuncta mala appetit: & ne/
phanda cõmittit. Et ut ait Apoſtolus. Regna cæ/
leſtia appetẽtibus denegat.
Aug. ad ſacras uirgines.

Quiſquis immoderatus conuiuioq; medi⁹ amiſſis
modeſtiæ frenis iſana fuerit ebrietate proſtratus:
auerſus reſpicit ſtantes: quos integros uidere ne/
quit: aut ſermone longo ſuperflua uerba emittit:
& uana dicta componit. Male clamans & bene ſi
bi ſonans. Ibidem.

Ebrius uultu deiecto ſupinus accumbit: & ſui om/
nino neſci⁹ ſpectaculum ſe cõuiuio prebet: & dum
nihil con ſequatur ſanum: Nullo alio cogẽte pter
uinum cordis ſui arcana patefacit: & amicorum
ſibi cõmiſſa ſecreta in medium prodit. Ibidem.

Aſſumit inter pocula iniuſta certamina: & nullis
exiſtẽtibus cauſis aſperam excitat rixam: quia in/
terponendo uerba uana aliorum ſana dicta nõ pa
titur audire. Sed in contumeliam erigitur conui/
uarum: & proximorum crimina. Ibidem.

Vinum potatum moderate eſt medicamẽtum: plus
iuſto ſumptum uenenum eſſe cognoſcitur. Iucun
ditati non ebrietati creata eſt uini materia.
Aug. ad ſacras uirgines.

Per uinolentiam plurimi plurimæq; a ſancto pioq;
propoſito excidere: Et ſui obliti amiſſis honorib⁹
ignobiles remanſerunt: & ſedibus paternis profu
gi uiam ut ſumpſerunt finierunt.
Auguſtinus ad ſacras uirgines.

Innumerabiles iugum damnationis diu recuſantes
uinolentia in alienum redegit arbitrium. Alexan
der omnium uictor uino uict⁹ eſt. Infiniti uero ni/
mio uino ipellente iniuſta impiaq; homicidia com
miſerunt. Quã plurimæ urbes diu obſeſſæ nec ra/
ptæ cuſtodibus ſomno uinoq; ſepultis ab hoſtib⁹
patefactæ ſunt: & incendiis concrematæ.
Auguſtinus ad ſacras uirgines.

In ebriis non ratio ulla: nõ ullum uitæ gerẽdæ cõſi/
lium: nec ulla actium: nec geſtorum: aut lectõum me
moria: aut induſtriæ prouidẽtia eſt.
Auguſtinus Ibidem.

Sobrietas ĩ fœminis ad terram deponit aſpectum:
ebrietas autẽ amiſſo pudore inuerecundos erigit
uultus. Aug. ad ſacras uirgines.

Sobrietas cum ſumma trepidatione & ſilẽtio irrep/
henſibile emittit uerbum. Ebrietas uero impude/
ratum facit fœminæ & ſermõem & uultũ. Ibidẽ.

Sobrietas eſt mentis & ſenſus membrorum omnium
corporiſq; tutella: Caſtitatis pudiciciæq; muni/
mentum: pudori proxima: amiciciæ pacisq; ſerua:
honeſtatiq; ſemper coniuncta: Criminumq; & ui
tiorum omnium profuga. Ibidem.

Sobrietas eſt recti iudicii tenax memoriæ recorda/tionisq; inſeparabilis ſapientia: ſecretoꝝ cuſtos: arcani uelamen: lectionum & doctrinæ capax: ſtudiorum & artium bonarum diſciplina pariter: & magiſtra ingeniorum: & capiēdarum pediſſequa: bonæ famæ ſemper auida: ſalubria atq; utilia cre/ans: uirtutis ſingulare auxilium: cuncta cum ra/tione diſponens: in congregatione honeſtoꝝ ſem per ingerens. Augu.epiſtola.cxl.

· Valde turpe eſt: ut quem non uincit homo: uincat libido. Et obruatur uino: qui non uincitur ferro.

Auguſtinus in ſermone.

Ebrietas eſt blandus dæmon: dulce uenenum: ſua/ue peccatum: quam qui habet ſe ipſum nō habet: quam qui facit: pecca tum non facit: ſed ipſe totus eſt peccatum. Idem li°. de pœnitentia.

Ebrioſus quum abſorbet uinum: abſorbetur a ui/no: abominatur a deo: deſpicitur ab angelis: deri/detur ab hominibus: deſtituitur a uirtutibus: con funditur a dæmonibus: conculcatur ab omnibus.

Auguſtinus li. de pœnitentia.

Ebrioſus confundit naturam: amittit gratiam: per/dit gloriam: incurrit damnationem æternam.

Auguſtinus ſuper Geneſim li. v.

Ebrietas decepit quem Sodoma non decepit. Vri/tur ille flammis mulierum: quem ſulphurea flam/ma non urebat. Hieronymus ad Oceanum.

· Noe ad unius horæ ebrietatem nudauit fœmora/lia ſua: quæ per ſexcentos annos contexerat.

Idem ad Titum.

In uino luxuria eſt: & ubicunq; ſaturitas & ebrie/tas ibi libido dominatur.

Hieroni°. Hieronymus epiſtola.xxxvii.

· Ventrem diſtētum mero & cibo ſequitur uoluptas genitalium.

Hieronymus epiſtola.xxxiii. ad Euſtochium.

· Vinum & adoleſcētia: duplex incendium uolupta/tis. Quid oleum flammæ adiicimus?

Hieronymus epiſtola.lxxxiii. exponens illud.

Non oportet epīm eſſe uinolentum.

Vinolentia ſcurrarum eſt. Venter.n.mero æſtuans cito deſpumat in libidinem. In uino.n. eſt luxuria: in luxuria eſt uoluptas: in uoluptate impudicicia. Qui.n. luxuriatur uiuēs mortuus eſt. Qui autem inebriatur & mortuus & ſepultus.

Io.Chryſ. Io. Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Nihil eſt ita dæmoni amicum: ſicut ebrietas & laſci uia: quæ ē mater omnium uitiorum. Ante omnia autem uetetur a clericis: quæ omnium peccatoꝝ

Iſydorus. radix ac nutrix eſt. Iſydor° de ſummo bono li.i.

Gulæ ſaturitas nimia: aciem mentis obtundit: inge niumq; euertere facit.

Bernardus Bernardus de ſex alis Seraphim.

Ebrietas eſt parens litium & furoris: mater petulan tiæ: deformitatis magiſtra. Hunc qui habet pecca tum non facit: ſed ipſe peccatum eſt. Ebrietas eſt dæmon blandus: uenenum dulce: Rabies uolun/taria: Illecebra uoluptatis: et pudoris Iniuria: quā nullus nouerit Chriſtianus.

Boetius li. de ſcholaſtica diſciplina. Boetius

Comeſſationibus & ebrietatibus ſpecies dotata per mutatim cum prædicta tanquam cauſa ad cau/ſatum genus gaudet ſuſtineri. Coitum enim facit ebrietas relatiue: nec non & cætera uitiorum ge/

· nera: Vinum autem modice ſumptum acuit inge nium: & intellectui uidetur afferre acumen. Non modice autem ſumptum rationem perturbat: in/tellectum hebetat: memoriam eneruat: obliuionē immittit: errorem infundit: ignauiam producit. Vbi eſt ebrietas ibi dominatur fortuna: ubi fortu/na: ibi nulla ſapientia: ſed inſipientia peruagatur.

Origenes homelia.xxxvii. Origenes.

Sobrietas omnium uirtutum mater eſt. Sic econtra rio ebrietas omnium uitiorum origo.

Innocentius de miſericordia hom nis. Innocētius

Quid turpius ebrioſo? Cui fœtor in ore: tremor in corpore: q promit ſtulta: prodit occulta: cui mens alienatur: facies transformatur.

Seneca ad Lucillium epiſto.lxxxiiii. Seneca.

Quemadmodum iniuſto dolia ipſa rumpuntur: & omne quod in imo iacet: in ſummam partem uis caloris eiectat: ſic uino exæſtuante: quicqd in imo iacet abditum effertur: & prodit in medium. One rati mero quemadmodum non continent cibum uino redundante: Ita nec ſecretum qđ ſuum eſt: et alienū piter effundūt. Senē. ad Lucil. epiſt. lxxxiiii.

Audi queādmodum Zenon uir maximus colligat uirum bonum non futuꝝ ebrium. Ebrio nemo ſe cretum ſermonem committat. Vir ergo bon° ebri us non erit: quemadmodum oppoſita interroga/tione ſimul derideatur attende. Dormienti nemo ſecretum committit. Viro autem bono cōmittit. Vir ergo bonus non dormit. Ibidem.

Interim ſi hoc colligere uis: uiꝝ bonum non debere ebrium fieri: cur ſimile agis dic: q̄ turpe ſit plus ſi/bi ingerere q̄ capiat: & ſtomachi ſui nō noſce men ſurā. Quā multa ebrii faciunt: qbus ſobrii erube/

· ſcunt. Nihil aliud eſſe ebrietatem quam uolunta/riam inſaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum: nunqd de fure dubitabis? Nunc quoq; non eſt minor: ſed breuior.

Seneca ad Lucillium epiſtola.lxxxiiii.

Refert Alexandri Macedonii exēplum q. Clitum chariſſimū ſibi ac fideliſſimū iter epulas trāſfodit: & itellecto facinore mori uoluit. Cogita qs clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes

bellicosas q̄ hostibus tradidit. Hæc multorum an/ norum pertinacia bello defensa mœnia patefecit. Hæc contumacissimos & iugum recusantes i alie num redegit arbitrium. Inuictos enim acie mero domuit. Seneca ibidem.

Alexandrum cuius modo feci mentionem: tot itine ra: tot plia: tot hyemes: per q̄ uicta prælia tēporum locorumq̄ difficultate trāsierat: tot flumina ex igno to cadentia: tot maria tutum dimiserunt. Intempe rantia bibendi: & ille herculaneus ac fatalis scy/ phus submersit: Dic ergo quare sapiens nō debe/ at ebrius fieri. Deformitatem rerum & inoppor/ tunitatem ostende rebus non uerbis: quod facilli/ mum est. Seneca ad Lucil. epistola. lxxxv.

Certe detegit omne uitium ebrietas: & incēdit ubi possedit animum nimia uis uini: quicquid male la tebat detegit: uel emergit. Nō facit ebrietas uitia: sed protrahit. Tunc impudicus morbum profite/ tur: ac publicat: Tunc petulans non linguam: nō manum continet: crescit insolenti superbia: crudeli tas sæuo: malignitas liuido: omne uitium crassa/ tur & pdit. Seneca ad Lucillium epistola. lxxxv.

Adiice illum ignorantiæ sui: dubia & parum explana ta uerba: incertos oculos: gradum errantem. Ver tiginē capitis: tecta ipsa mobilia: uelut aliquo tur bine circumagente totam domum: stomachi tor/ mēta: quum efferuescit merum: ac uiscera ipsa di/ stendit. Tunc tamen utrunq̄ tolerabile est dum il li uis sua est: quod cum somno uiciatur: quæ ebrie tas fuit: crudelitas facta ē. Seneca epistola. lxxxv.

· Quæ gloria est capere multum: quum. n. poenes te palma fuerit: & supstes toti cōuiuio fueris: quum oēs uiceris uirtute magnifica: & nemo uini tam capax fuerit: uincens a dolio.

Seneca ad Lucillium Epistola. lxxxv.

Ebrietates cōtinuæ animos in furorem adducunt. Nam quum sæpe apud se non sunt consuetudine insaniæ durata uitia: uitio concepta etiam sine ua lent. Vinolentiam. n. uiolentia seqr̄. Sene. Ibidē.

Certe diruit omne uitium ebrietas: & incēdit & de tegit: obstātem malis conatibus uerecundiam re/ mouet. Seneca in prouerbiis.

· Absentem ledit: qui litigat cum ebrio.

L. Diog. Laerti⁹ Diog. de uita & morib⁹ philosophorum.

Anacharsis illud dictum memoratur uitem uuas tris ferre: primam uoluptatis: secundam ebrieta/ tis: terciam mœroris. Laertius diogenes Ibidē.

· Rogatus Anacharsis quo pacto quis Abstemius fieret: Si turpes inquit ebriosorum motus sibi an/ te oculos ponat. Ibidem.

Ab adolescente conuitia Anacharsis passus contu meliam: Adolescens inquit. Si modo quum iuue/ nis es uinum non fers: quādo senueris aquā feres.

Macrobius li⁰. .i. sup Sō. sci. Macrob⁹.

Comes ebrietatis obliuio est: opinio: his ort⁹ est me/ moriæ defectus. Macrobius saturnalium li. vii.

Nam sicut in precipiti stantem: uel leuis tact⁹ impel lit: ita uino uel ifusum: uel aspersum paru⁹ quoq̄ dolor icitat in furorē. Macro. saturnaliū. li. vii.

Quis. n. ambigit eum q̄ diuerso uino utitur: in repē tinā ruere ebrietatē. Nec dum hoc potus copia po stulāte. Qui aūt fiunt crebro ebrii: cito senescunt. Alii ante tēpus competētis ætatis uel caluicio: uel canicie insigniunt: quæ nō nisi inopia caloris eue niunt. Vale. max. li. ii. titulo de institutis antiqs. Val. maxi.

· Vini usus Romanis fœminis ignotus fuit: ne. s. in aliquod dedecus plaberentur. Quia pximus a li/ bero patre intēperantiæ gradus ad incōcessam ue · nerem esse cōsueuit. Quæcunq̄. n. fœmina uini usum imoderate appetit: & uirtutibus ianuā clau dit: & delictis appit. L. Apulei⁹ floridorum li. iii. L. Apulei⁹

· Sapientis uiri super mensam celebre dictum est. Pri ma inquit cratera ad sitim ptinet: Secunda ad hy/ laritatem: Tercia ad uoluptatem: Quarta ad Insa niam. Aristoteles li⁰. v. Polyticorum. Aristoteles

Non de facili potest inuadi q̄ est sobrius. Sed qui est ebrius: nec q̄ est uigil: sed q̄ est dormiens.

Aristoteles li. vii. Polyticorum.

Iuuenes maxime ab ebrietate custodire oportet.

Aristoteles. li. viii. Polyticorum.

Ebrietas homines impetuosos facit. Menāder. Menāder.

καλὸν τὸ μήφινἤ τὸ πολλά κραιπαλᾶν.

Pulchrum sobrium eē: uel multa crapulari. Ibidē.

ὁ πολύσ ἄκρατοσ μικρ' ἀναγκάζει φρονεῖν. idest.

Multum merum pauca cogit sapere.

Plautus in pseudulo. Plautus

Magnum hoc uitium inest uino: pedes captat pm: luctator dolosus est. Terētius in Eunucho. Terentius

· Sine cerere & libero friget Venus.

Virgi. in paruo tractatu de uino & Venere. Virgilius.

Nec ueneris nec tu uini capiaris amore:
Vno nāq̄ modo uina Venusq̄ nocent.
Vt Venus eneruat uires: sic copia uini
Detenuat gressus: debilitatq̄ pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe petit ferus exitiale cupido.
Sæpe manus itidē Bacch⁹ ad arma uocat.
Deniq̄ quum mentes hominum furiarit uterq̄:
Et pudor: & probitas: & metus omnis abest.
Compedibus uenerem: uinclis astringe lyeum:
Nec te muneribus lædat uterq̄ suis.
Vina sitim sedant: natis Venus alma creandis.
Sed fines horum transiliisse nocet.

Ouidius metamorphoseos li. vii. fa. xxiiii. Ouidius.

Nec non & carmina uino
Ingenium faciente canunt.
Ouidius li°.metamorphoseos.xi.fabula.iiii.
Et ebrietas geminata libidine surgit. Ibidem.
Vina dabant animos. Ibidem.
Vino q; leuant curas q; sitim q;.
Ouid° de amoribus li°.i.Elegia.vi.
Nox & amor uinum q; nihil moderabile suadent.
Ista pudore uacat: liber amor q; metu.
Ouidius li° primo de arte amandi.
Vina parant animos: faciuntq; caloribus aptos
Cura fugit: multo diluitur q; mero.
Tunc ueniunt risus: tunc pauper cornua sumit.
Tunc dolor & curæ rugaq; frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas: artes excutiente deo.
Proptius Propertius li°.ii.Elegia ultima.
Vino forma perit: uino corrumpitur ætas:
Vino sæpe suum nescit amica uirum.
Tibullus Tibullus li°.primo Elegia.ii.
Adde merum: uino q; nouos cōpesce dolores.
Occupet ut fessi lumina uicta sopor.
Horatius Horatius Carminum li°.i.ode.xviii.
Siccis omnia nam dura deus proposuit: Neq;
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
Quis post uina grauem militiam increpat?
Quis nō te poti° Bacche pater: te q; decens Ven°.
At ne quis modici transiliat munera liberi
Centaurea monet cum lapythis rixa super mero
Debellata. Horati° Car.li°.i.ode.xxvii.
Natis in usum lætitiæ scyphis
Pugnare tracum est: tollite barbarum
Morem: uerecundum q; Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Horatius Car.li°.ii.ode.xi.
Dissipat Euuius.
Curas edaces. Horatius Car.li°.iii.ode.xxi.
Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse uirtus.
Tu lene tormentum ingenio amoues
Plerumq; duro: Tu sapientium
Curas: & arcanum iocoso
Consylium retegis lyeo.
Tu spem reducis mentibus anxiis
Vires q;: & addis cornua pauperi
Post te nec iratos trementi
Regum apices: neq; arma militum.
Idem sermonum li°.i.satyra.iiii.
Verax aperit præcordia liber.
Horatius epistolaȝ li°.i.epistola.v.
Quid non ebrietas designat? operta recludit:
Spes iubet esse ratas: ad prælia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit: ac docet artes.
Foecundi calices quem non fecere disertum?
Horatius epistolaȝ li°.i.epistola.xx.
Laudibus arguitur uini uinosus Homerus.
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiliit dicenda. Iuuenalis satyra.vi. Iuuenalis.
Quid enim Venus ebria curat?
Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.
Iuuenalis satyra.xv.
Adde q; & facilis uictoria de madidis: &
Blesis: atq; mero titubantibus.



Ecclesia græca dictio est ἐκκλησία. Est autē ecclesia uniuersalis collectio fidelium. Paralipomenon secundi.c.vi. Paralipomenon. Ad hoc facta est domus tua: ut respicias orationem serui tui: & obsecrationē eius dñe deus meus: & audias preces quas fundit famulus tuus coram te: ut aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus: sup locum iquo pollicitus es: ut inuocetur nomen tuum: & exaudires orationem quam seru° tuus orat in eo. Exaudi preces famuli tui. Isaias.lvi. Isaias
Domus mea dom° orationis uocabitur: uos autem fecistis illam speluncam latronum.
Ioannes in Euangelio.c.viii. Ioannes
Nolite facere domum patris mei domum negociationis. Augustinus de fide ad Petrum. Augustin°
Ecclesia est quædam forma iustitiæ.i.commune ius omnium. In cōmune orat: in commune operatur: in commune tentatur: sine ecclesiæ catholicæ societate nec alicui baptismus prodesse potest: nec opera misericordiæ: nisi forte in minus torqueat.
Augustinus super Matthæum.
Adhuc habet ecclesia quod crescat: donec illud impleatur: dominabitur a mari usq; ad mare.
Aug.li°.ii.de ciuitate dei c°.viii.
Quia populi ad ecclesiā cōfluunt casta celebritate honestaq; utriusq; sexus discretione: ut audiant q̄ bene hic uiuere debent. Augu.Ibidem.
Nihil eis turpe: aut flagiciosum spectandum imitādumq; proponantur: ubi dei uiui: aut præcepta insinuantur: aut miracula narrantur: aut dicta laudantur: aut beneficia postulantur.
Hieronymus epistola.lxxxviii. Hierony°.
Alii ædificent ecclesias: uestiant parietes: columnarum moles aduehant; earum q; deaurent capita pretioso ornatu & gemmis deaurata: distinguant altaria. Sed tibi aliud sit propositum scilicet Christum uestire ipaupib° pascere i esurientib°:

uisitare in languentibus: suscipere in eis qui tecto indigent: maxime domesticis fidei.

Hieronymus ad Euandrū praesbyterum.

Non altera romanae urbis ecclesia: altera totius or bis existimanda est. Et Gallia: & Britania: & Persis: & oriens: & India: & omnes barbarae natiões: unum Christum adorant: unam obseruant regulā ueritatis. Si authoritas quaeritur: orbis maior est urbe. Vbicūq; fuerit episcopus: siue regio: eiusdem meriti est eiusdem sacerdotii: potentiae: diuitiarum: & potestatis & paupertatis humilitas: uel sublimiorem: uel inferiorem episcopum nō facit: Caeterum omnes apostolorum successores sunt.

Gregorius Gregorius super Ezechielem & habetur de poeni. di. ii. c°. Quum sanctam.

Quum sanctam ecclesiam dominus suscipit in gradibus eius dignoscitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendendo proficit: tantum deus hominibus ex eius uirtute innotescit. Gregorius lib. viiii. mor. super illud Iob. Qui facit Arcturū.

Quid inquit Arcturi nomine qui in caeli arce constitutus septem stellarum radiis fulget: nisi uniuersalis ecclesia exprimitur. Arcturus inquit semper uersatur: & nunq̄ mergitur: sic ecclesia psecutiones tolerat: sed sine defectu perdurat.

Gregorius moralium lib. xxviiii. super illud Iob. Aut girum arcturi:

Est inquit in arcturo quod consyderatius possumus intueri: i septem quidem stellis uoluitur: & modo quidē tres ad summa eleuat: atq; ad ima quattuor inclinat: modo quattuor superius erigit: & tres inferius premit: Sic sancta ecclesia modo cum infidelibus trinitatis noticiam: modo uero fidelibus quattuor uirtutes quasi rotatus praedicationis statu sui speciem quodammodo immutat.

Gregorius in Registro.

Sicut ecclesia proprias res amittere non debet: ita rapacitatis ardore alienas inuadere non debet.

Gregorius in epistola ad Iesanum.

Arca cessante diluuio in monte requieuit: quia uitae huius corruptione cessante: quum malorū operum fructus transierint: in caelesti patria sancta ecclesia uelut in excelso monte requiescit.

Greg. in homelia super Ezechielem.

Sancta ecclesia duas uitas habet: unam qua mer ces colligitur: aliam in qua iam de receptis muneribus gaudet: atq; in utraq; uita offert sacrificiū: hic uidelicet sacrificium compunctionis: illic sacri

Io. Chrys. ficium laudis. Io. Chrysostomus super illud Matthaei. xxii. Cōgregauerunt bonos & malos.

Ecclesia media est inter caelum: quod est locus tantum bonorum: & infernum: qui est locus tantum malorum. Ipsa uero ecclesia media est: quia differenter bonos & malos colligit: quod figuratum ē in arca Noe: ubi animalia mitia simul erant cum animalibus immitibus. Bernar. i apologetico. Bernard°.

O uanitas uanitatum: sed non uanior q̄ insanior. fulget ecclesia in parietibus: & eget in pauperib°. suos lapides auro induit: & suos filios nudos deserit. De sumptibus egenorū seruitur oculis diuitū.

Bernardus super Cantica.

O humilitas: & sublimitas: & tabernaculū cedar: & sanctuarium dei: & terrenum habitaculum: & caeleste palacium: & domus lutea: & aula regia: & corpus mortis: & templum lucis: & despectio denique superbis: & sponsa Christi. Idem sup cant. Sponsa. i. ecclesia Christi nil sibi gloriosius putat q̄ Christi portare opprobrium.

Hugo de. xii. abusionibus. Hugo.

Vndecima abusio est dissolutio in choro. Ibidem.

Duodecima abusio est irreuerentia circa altare.

Cassiodorus super psal. i. Cassiodor°

Nouit ecclesia beneficia domini triumphāt de suis cladibus ingrauata. Persecutionibus siquidem ꝓficit. Afflictiōe semper augetur. Sanguine martirum irrigatur. Tristicia magis erigitur: angustia dilatatur: fletibus pascitur: ieiuniis reficitur: & in de potius crescit: unde mundus deficit.

Cassiodorus Ibidem.

Ad ecclesiam bona spiritualia peruenerūt: & fidei insuperabile fundamētum: spei certissimum praemium: & suaue uinculum charitatis. Quarum re rum nunc tenet imagines: & in futuro est perenniter possessura uirtutes.

Cassiodorus super psal. xxx.

Ecclesia enim magis incipit esse huberrima: quum ad finem saeculi erit perducta: Tunc enim passionibus electorum cito implebitur numer° bonorū.

Rabanus super Matthaeum. Rabanus.

Differentia est inter synagogam & ecclesiam. Synagoga est cōgregatio: ecclesia uocatio. Possunt autem irrationabilia congregari: uocari autē nequaq̄. Et ideo usum est doctoribus nominare ecclesiā.

Discedat ab aris Tibullus lib. ii. Tibullus

Cui tulit hesterna gaudia nocte uenus.

Dantes florentinus. Dantes

Quando iudi se dio me transcoloro
Non ti marauigliar: che dicendo io
Vedra transcolorar tuti costoro.
Quelli chusurpa in terra il loco mio:
Il loco mio: il loco mio che uaca
Nela presentia del figliol de dio.
Facto han del cimitero una cloaca
Del sangue e della puza: undel peruerso
Che cadde de quha su lagiu si placa.

Edacitas græce πολυφαγία. ας. ἡ. & πολυφάγος. ου. ὁ. edax dicitur. Significat autem edacitas ingluuiem quidam: Edax manduconem: & uoracem significat: & cōsumptorē. Veteres mandones a mādendo: & manducos & māducones a māducando: Itē edones ab edendo: & phagones a phago quod est edo: ut de utroq apud Plautum legitur. Sane notādum: q manduci effigies inter cæteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat in antiquorum pompa: magnis maxillis: lateq dehiscens: ingentem dentibus sonitum faciens. Plautus. Quid si ad ludos me pro māduco locem? Ab edo præterea fit pedo: quod est uehemēter edo: unde peredia uenit ipsa comessatio: sicut bibesia ipsa bibitio. Inde et prandium: quasi peredium. Ab edo pariter edulium fit quod græce ἐδέσματα. τοτ. τὸ. & est quicquid ad edendum paratur præter panem. Itē edulis quod māducari pōt. Horatius. Vinea submittit capreas non semper edulis.

Educatio: g: ἀνατροφή. ησ. ἡ. dr. Venitq ab educo quod modo tertiæ: modo primæ est cōiugationis: & significat nutrio: proueho: unde liberorum educatio: uel educatio dr. Terentius. Eduxi a paulo: habui: amaui: pmeo. Nonnunq educere ē extraducere: & extrahere. Virgi. Hoc dicens eduxit corpore telum. Aliquādo ponitur pro erigere. Virgi. Arāq sepulchri congerere arboribus: cæloq educere certant.

Effigies: g: ἐκμαγεῖον. ου. τὸ. dr. Estq effigies signum ad uiuā alteri᷒ similitudinē: uel ad ueritatis imaginem factum: tam in picturis: q̄ i sculpturis. Diciturq ab effingo quod est adulterius formam fingo: & qualem uolo fingēdo represento. Quintilianus. Nā mihi uidetur. M. Tulius: Quum se totum ad imitationē græcorum contulisset effinxisse uim Demosthenis: copiam Platonis: iucunditatem Isocratis. Hinc etiam effigio: quod est ad effigiem formo.

Egestas: g: ἀνεπιμοσύνη. ης. ἡ. & ἀνεπιμων. ονος. ὁ. ἡ. egens & inops dr. Est autē proprie Egens cui desunt necessaria ad uiuendum. Inde uenit egeo uerbum & indigeo: & egenus. i. pauper: & egestas. i. pauptas. Egestas tñ (ut qdā uolunt) sic differt a pauptate. q egestas ē quando ad uitā necessaria desunt. Pauptas uero: qñ licet non adsint opes: tamen necessaria suppetunt. Tibull᷒. Me mea pauptas uitæ traducat inerti: Dum meus exiguo luceat igne focus. De hac materia uidere potes multa infra i Paupertas.

Elatio græce ἔπαρσις. εως. ἡ. dr. Est autem elatio ab effero: quod est proueho & extollo. Quin ēt cadauera dicunē efferri. Terentius. Interea effertur funus: Non q domo efferrentur. i. ex domum ferrenē: ut aliq et falso putant: Sed quia pompa humeris clarorum uirorum feretro suppositis: quod et nunc fieri uidem᷒: ferretur. Hinc est q antiq mortuos nō modo elatos: sed et supbos dicebant. Plautus. Faciam ego hodie te superbum: nisi hic abis. Efferre nōnunq est extra ferre. Aliquādo erigere: et eleuare. Virgi. Ostēdit dextrā insurgens Entellus: & alte Extulit.



Lectio: g: ἐκλογισμ. ου. ὁ. & ἐκλέγω: eligo dicitur. Est autē Electio appetitus consiliatiu᷒ eorum quorum in nobis est: & opari: & nō opari: & ita opari: & non ita opari: & eorum in qbus est: pter quod non tñ unum: & determinatum: ut in Geometria. scdm Aristote. li᷒. magnorum moralium.

Electio ē consulta affectatio eorum quæ i nobis sunt. secundum Aristo. li᷒. iii. Ethicorum.

Electio est quid uoluntarium: cuius consultatio antecessit. scdm Aristo. Ibidem.

Electio et est alicuius psonæ idoneæ ad dignitatem: uel fraternā societatē: seruata forma canonica facta uocatio. scdm. Ho. Venitq a lego: Vnde etiam deligo eiusdem significationis: & delectus: ut delectus militum. Sunt tñ q uelint eligere: & deligere ita differre: q Eligere sit magis idoneum ad rē gerendam secernere. Deligere uero ad nostrum emolumentum: uel illius q eligitur dignitatem. Vt imperator delegit milites ad rem gerendam idoneos. Et colonus deligit taurum procreandæ sobolis uel agriculturæ meliorem. Vnde dicim᷒ agere: uel habere delectum. Sunt q ab eligo elegantem dictum uelint: hoc est cultum: ornatum: politum: unde elegantia. i. cultus & ornatus. Hinc et eligibilis de quo ifra. Paulus ad Timotheum. primæ cap. iii. Paulus

Si quis epatum desyderat: bonum opus desyderat.

Paulus ad Titum capitulo. i.

· Oportet enim episcopum sine crimine eē: sicut dei dispensatorem: non superbum: non iracundum: non uinolentum: non percussorem: non turpis lucri cupidum: Sed hospitalem: benignum: sobriū: iustum: sanctum: continentem: amplectentem eū qui secundum doctrinam est: fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana.

Augustinus super illud Iacobi. ii. Nolite in personarum acceptiōe habere fidē domini nri. Augustin᷒

· Quis ferat si quis diuitem eligat ad sedem honoris ecclesiæ: contempto paupere instructiore & sanctiore? Hieronymus ex lib. numerorum.

& habetur. viii. q. i. Si ergo.
Si ergo tantus ille ac talis Moises non permittitur iudicio suo de eligendo populi principe: de consti/tuendo successore: quis erit qui audeat uel ex ple/be quae saepe clamorib⁹: aut gratia: aut precio. for tasse excitata moueri solet: uel ex ipsis etiam sacer dotibus quis erit qui idoneum ad hoc se iudicet: nisi hoc si cui oranti & petēti a domino reuelletur. Si/cut & deus dicit ad Moisen. Assume ad te met ip sum Iesum filium Naue hominem qui habet spi/ritum dei in se met ipso & impones manus tuas su per eum: & statuas eum coram Eleazaro sacerdo/te: & praecepta dei dato in conspectu totius syna/gogae & praecipe de ipso coram eis: & dabis clarita tem tuam super illum: ut audiant eum filii Israel.

Hierony⁹. Hieronymus super Isaiam lib. iii.

Non statim multitudinis acquiescamus iudicio: sed electi in principatu nouerim⁹ miseriam nostram: & humiliemur sub potenti manu dei: quia domi/nus superbis resistens: humilibus dat gratiam.

Ibidem lib. xii.

Non sum medicus: & in domo mea nō est panis ne: q; uestimentum: nolite me cōstituere principem. Sicut in ordinatiōibus malorum princeps est pec/catorum: qui tales constituit: Sic in ordinatiōe san ctorum princeps est eorum iusticiae: qui bonos eli git. Hieronymus super Epistola ad Ti/tum prima. & habetur. viii. q. i. Moises.

· Moises amicus dei: cui facie ad faciem locutus est deus potuit utiq; successores principat⁹ filios suos facere: & posteris propriam relinquere dignitatē: sed extrane⁹ de alia tribu eligitur Iesus. i. Iosue: ut sciremus principatum in populo non sanguini de ferendum eē: sed uitae. At nunc cernim⁹ plurimos hanc rem beneficio facere: ut non quaerant eos in ecclesias columnas erigere: quo plus cognoscit ec clesiae prodesse: sed quos uel ipsi amant: uel quoq; sunt obsequiis deliniti: uel pro quibus maioq; quis piam rogauerit: & ut deteriora taceam: qui ut cle rici fierent muneribus impetrant.

Hieronymus contra Iouinianum

· Quaeritur cur non Ioannes electus est uirgo. s. ut esset caput ecclesiae: respondetur: aetati delatū est: quia Petrus senior erat: ne adhuc adolescēs: & pe ne puer progressae aetatis hominibus praeferretur.

Hieronymus in epistola ad oceanum.

· Res poene cōtra naturam est: ut sine peccato aliqs sit: sed talis eligatur: cuius cōparatiōe caeteri grex dicant.

Leo papa. Leo papa in sermone & habetur Di. lxi. cap. Miramur.

Si in quibuslibet ecclesiae gradibus ꝓuidenter sciē terq; curandum est: ut in domo domini nihil inor dinatum sit: nihilq; praeposterum: quanto magis elaborandum est: ut electione eius qui supra om/nes gradus constituitur: nō erretur. Nam tot⁹ fa miliae domini status & ordo nutabit: si quod requi tur in corpore: non inuenitur in capite.

Leo papa Ibidem.

Sicut enim boni operis sibi comperat fructum: qui rectum tenet in eligendo sacerdote iudiciū: ita gra ui semetipsum afficit damnatione: q ad suae digni tatis collegium sublimat indignum.

Leo papa Ibidem.

Valde iniquum ē & absurdum: q; iperiti magistris: noui antiquis: rudes praeferantur eruditis.

Cassiodor. Cassiodorus lib. i. epistolarum.

Necesse est prudentissimum eligere: qui possit con tra subtilissimos disputare: & in conuentu docto/rum sic agere: ne susceptā causam tot erudita pos sint ingenia superare. Magna res contra artifices loqui: & apud illos aliquid agere: qui se putāt om nia praeuidere. Cassiodorus lib. iii. epistolaq;.

· Necessarium probatur esse reipub. personas digni tatibus aptas eligere: ut cui iusticia committit ma lis moribus nō grauetur. Alioquin inefficax ē ab homine exigere. quod agnoscitur nō habeī. Et cō fidenter quaeritur quod inesse sentitur.

Origenes. Origenes super leuitico.

· Requiritur in ordināndo sacerdote & praesentia po/puli: ut sciant omnes & certi sint: quia qui ex om ni populo est praestantior: qui doctior: qui in omni uirtute eminētior: ille eligitur ad sacerdotium: & hoc astante populo: ne aliqua postmodū retractio cuiq; ne quis scrupulus resideret.

Origenes super illud numeri. xxvii. Pro/uideat dominus spiritum omnis carnis.

Discant electorum principes successores sibi non eos qui consanguinitate generis iuncti sunt: neq; qui carnis propinquitate sociantur testamento si/gnare: neq; haereditarium tradere ecclesiae prin/cipatum: sed referre ad iudicium dei: & non eli/gere illum quem humanus affectus commendat: sed totum dei iudicio de successoris electione per/mittere. Origenes Ibidem.

Nulla haec populi acclamatio: nulla propinquitatis · acclamatio: ꝓpinqs agroq; & praedioq; relinquat haereditas: gubernatio aūt populi illi tradda: quē deus eligit: qui. s. in se habet spiritum dei. i. in quo sit claritas legis & scientiae: ut possint eum audire filii Israel.

ELementum: graece: στοιχεῖον. ου. τὸ. & στοιχειακός. ου. ὁ. elementalis dr. Est autē elementum in quo aliquid diuidi tur in existens: ut materia: ut syllabae: a: & : b: se cundum Aristot. li⁹. vii. metaphisicae.

Elementa dicta sunt ab alendo.

- ELEEmosyna q̄ subuenit pximo
  - Ex parte aiæ cui subuenitur.
    - Poscēdo auxilium a deo in his quæ p seipsum nō pōt q̄d fit orādo. . . Oratio p aliis.
    - Impēdēdo auxilium p se ipsā contra tres defectus. s.
      - Ignorantiæ.
        - Intellect⁹ speculatiui cui subuenit̄ do cendo nescientes & est. . . . Doctrina.
        - Intellectus pratici: cui subuēitur con sulendo ignorantibus: & est. . Consilium.
      - Passionis appetitiuæ uirtutis: inter quos maximus est Tristicia: cui subuēit̄ cōsolādo: & est. Consolatio.
      - Inordinati actus, q triplex est.
        - Peccatum commissum i deum per inordiatum actum uolūtatis: cui subuenit̄ corrigēdo & castigādo: & ē. Cōrectio siue uel Castigatio
        - Peccatum cōmissum i nos cui subuenitur remittēdo iniuriam: & est. Remissio iniu (riaꝝ.
        - Onerosa ɔuersatio pp Infirmitatē: uel aliam q̄uis causam: cui subuēit̄ sup portando: & est. Tolerantia.
  - Ex pte Corporis.
    - In Vita.
      - Communis
        - Inferior. .. Defect⁹ alimēti: cui subuenitur p cibationē & (potum: & est.
          - Cibatio.
          - Potatio.
        - Exterior
          - Nuditas cui subuēitur Tegmēto: & est. . Vestitio.
          - Defect⁹ habitatōis cui subuēitur colligendo (& est. Hospitatio.
      - Spālis ex causa
        - Intrinseca. Infirmitas cui subuēitur subueniēdo infir (mis: & est. . Visitatio īfirmoꝝ.
        - Extrīseca. . Captiuitas uel carcerī (detentio: & est. Captiuoꝝ re (demptio.
    - Post Vitam. . . . . Sepultura.

Ex b. Tho. scda scdæ. q. xxxii. ar. ii: & iiii. sen. di. xv.

VERSVS.

Visito: Poto: Cibo: Redimo: Tego: Colligo: Condo:
Consule: Castiga: Solare: Remitte: Fer. Ora.



Eleemosyna graeca dictio est ἐλεημοσύνη. n. & ἐλεήμων. ονος. d. misericors dicitur. Est autē eleemosyna opus: in quo datur aliquid indigenti: ex compassiōe: ppter deum. scdm Theologos. iiii. sen. Di. xv. & b. Tho. scda scdæ. q. xxxii. ar. i. Dicitur q̄ ab ἔλεος. ἔους. τό. quod est misericordia.

Tobias Tobias capitulo. iiii.

· Ex substantia tua fac eleemosynam: & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita. n. fiet: ut nec a te auertatur facies domini. Quomodo potueris: ita esto misericors. Tobias c°. iiii.

· Si multum tibi fuerit: abundāter tribue. Ibidem. Si exiguum tibi fuerit: etiam exiguum libenter impartiri stude. Præmium enim bonum tibi thæsaurizas in die necessitatis: quoniam Eleemosyna ab omni peccato: & a morte liberat: & non patietur animam ire i tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnib⁹ facientibus eam. Tobias c°. xii.

· Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna: magis

q̃ thesauros auri recondere: quoniam eleemosy/na a morte liberat: & ipsa est quæ purgat peccata: & facit inuenire uitam æternam.

Iob. Iob capitulo .vi.

· Qui tollit ab amico suo misericordiam: timorẽ do/mini derelinquit. David psalmo .xl.

David · Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: In die mala liberabit eum dominus.

Prouer. Prouerbiorum capitu .iii.

· Honora dominum de tua substãtia: & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus: & imple buntur horrea tua saturitate: & uino torcularia redundabunt. Prouerbiorum cap .xii.

Qui negligit damnum propter amicum: iustus est. Prouerbiorum capi .xiiii.

· Qui despicit proximum suum peccat: qui autẽ mi/seretur pauperi: beatus erit. Prouer. Ibidem.

· Qui calumniatur egentem exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miseretur pauperis. Prouerbiorum cap .xviiii.

· Fœneratur domino qui miseretur pauperis: & uici situdinem suã reddet ei. Prouer. c°. .xxi.

· Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit & nõ exaudietur. Prouerbiorum cap .xxii.

· Qui pronus est ad misericordiam benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Prouerbiorum cap .xxviii.

· Qui dat pauperi non indigebit: Qui despicit depre cantem sustinebit pœnuriam.

Ecclãstici. Ecclesiastici capit .iii.

· Ignem ardentem extinguit aqua: & eleemosyna re sistit peccato: & deus prospector est eius: qui red/dit gratiam. Ecclesiastici capit .iiii.

· Fili eleemosynam pauperis ne defraudes: & oculos tuos ne transuertas a paupere. Ecclesiastici capit .iiii.

· Animam esurientem ne despexeris: & non exaspe/res pauperem inopia tua. Ecclesiastici capi .vii.

· Exorare & facere eleemosynam ne despicias: ne di/cas in multitudine munerum meorũ respiciet de°: & offerente me deo altissimo munera mea susci/piet. Ecclesiastici cap .vii.

· Pauperi porrige manum tuam: ut perficiatur pro piciatio: & benedictio tua: gradiatur in conspectu omnis uiuentis: & mortuo non prohibeas gratiã: Ecclesiastici capi .xiiii.

· Ante mortem benefac amico tuo: & secundum ui/res tuas exporrigens da pauperi. Ecclesiastici capi .xxviiii.

· Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo: & qui prævalet manu: mandata seruat. Ecclesiastici ca°. .xxxv.

· Qui facit misericordiam offert sacrificium.

Daniel capi .iiii. Daniel

· Peccata tua eleemosynis redime: & iniqtates tuas misericordiis pauperum: forsitã ignoscet deus de/lictis tuis. Isaias capitulo .lviii. Isaias

· Si uideris nudum cooperi eum: & carnem tuam ne despexeris. Matthæus capi .i. Matthæ°.

Gratis accepistis: gratis date. Matthæus cap .v.

· Thesaurizate uobis thesauros in cælo. Matthæus capitulo sexto.

Quum facis eleemosynam noli tuba canere. Matthæus cap .xviiii.

· Si uis perfectus esse uade & uende omnia quæ ha/bes: & da pauperibus: & habebis thesaurum i cæ lo: & ueni sequere me. Matthæus cap .xxv.

· Venite benedicti patris mei possidete paratum uo/bis regnum ab origine mũdi: esuriui enim: & de/distis mihi manducare. Lucas cap .xi. Lucas

Date eleemosynam: & omnia munda sunt uobis: Lucas cap .xii.

· Vendite quæ possidetis: & date eleemosynam: faci te uobis sacculos qui non ueterascunt: thesaurũ nõ deficientem in cælis: Quo fur non appropiat: neq; tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus uester est: ibi & cor uestrum erit. Lucas cap .xiiii.

· Quum facis prandium: aut cænã: noli uocare ami cos tuos: neq; fratres tuos: neq; cognatos: neq; ui cinos: neq; diuites: ne forte & ipsi te reinuitent: & fiat tibi retributio: sed quum facis conuiuium uo ca pauperes debiles: claudos: & cæcos: & beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuet°. enim tibi in resurrectione iustorum. Lucas cap .xvi.

· Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis: ut quum defeceritis recipiant uos in æterna taberna cula. ~~Lucas cap .xvi.~~

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit & nõ exaudietur. Ioannes capitulo .iii. Ioannes.

· Non diligamus uerbo neq; lingua: sed opere: & ue ritate. Ibidem.

· Qui habuerit substantiam huius mundi: & uiderit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit ui scera sua ab eo: q̃o charitas dei manet in illo? Ioannes cap .iii.

· Debemus enim animas pro fratribus ponere. Ioannes cap .xiii.

Hoc mandatum do uobis: ut diligatis inuicem.

Paulus .i. corynthios cap .xiii. Paulus.

· Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: charitatem autem non habeam: nihil mihi

Augustin⁹ prodest. Augustinus super psal.ciii.
Valde male dirigit: is qui bene audit: & male opera tur: Si potes dare: da: si nō potes: affabilem te fac: coronat deus intus bonitatem: ubi non inuenit facultatem: nemo dicat non habeo: charitas non de sacculo erogatur.

Augustinus de uerbis dñi sermone.xxv.
Dicit tibi Christ⁹: da mihi ex eo quod dedi tibi: De meo quæro: Da & redde: habuisti me largitorem: fac me debitorem: habeam te fœneratorem: temporalia mihi das: æterna tibi restituam: te ipsum tibi reddam: quando te mihi reddidero.

Augustinus de uerbis domini sermone.xxx.
Si uis facere eleemosynam a te incipe: Quomodo enim misericors est alteri: qui crudelis est sibi? Vnde scriptum est miserere animæ tuæ: mendicat ante te anima tua. Redi ad conscientiam tuam quicunq̄ male uiuis: & ibi inuenies animam tuam. Mendicantem inuenis: pauperem inuenis: erumnosum. Augustinus de uerbis domini.

De iustis laboribus facite eleemosynas: non enim corrupturi estis iudicem Christum: ut non uos audiat: cum pauperibus quibus tollitis. Nolite uelle eleemosynas facere de fœnore & usuris: fidelibus dico quibus corpus Christi erogamus.

Augustinus de uerbis domini.
Vtantur diuites cōsuetudine infirmitatis suæ: sed doleant aliter se non posse. Melius enim facerēt si aliter possent. Si ergo non ex tollitur pauper de mendicitate: tu quare extolleris de infirmitate. Vtere cibis electis & preciosis sicut consueuisti: qui aliter non potes: quia si consuetudinem mutas: ægrotas: cōceditur tibi. Vtere necessariis: da pauperibus superflua: utere preciosis: da pauperibus uilia. Augustin⁹ de sermone domini.

Beati illi qui subueniunt miseris: quoniam eis repēditur: ut per misericordem dominum de miseria liberentur. Nam id ipsum uidetur iustum: ut qui a potentiore adiuuari uult: adiuuet inferiorem: in quo est ipse potentior. Augustinus in sermone de eleemosyna.

Talis debet esse misericordia quæ suscipiatur: non quæ repellatur: quæ peccata purget: non quæ animam grauet: de bono: de iusto labore: de propria facultate: non de pauperis egestate.

Augustinus in sermone de diuite
Eleemosyna mundat peccata: & ipsa interpellat ꝓ nobis ad dominum: quia quicquid pauperibus dederimus: ipsum integre possidebimus.

Augustinus de uera innocentia.
Multa nos in facultatibus superflua habere probabimur: si necessaria sola teneam⁹: nam uana quærentibus nihil sufficit: & alienorum quodammodo retentor est: qui quod dandum est pauperibus: inutiliter retinet. Augustinus in sermone de uerbis domini.& habeť.Di.xlv.cª Duæ.

Duæ sunt eleemosynæ: una cordis: alia pecuniæ: eleemosyna cordis est dimittere ei a quo læsus es. Nam dare aliquid indigenti: aliquando quæris & non habes: indulgere peccanti: quantum uolueris redundat tibi. Eleemosyna cordis multo maior est: q̄ eleemosyna corporis: charitatis eleemosyna sine substantia terrena sufficit: illa uero quæ corporaliter datur: si sine benigno corde tribuiť oino non sufficit. Aug.in Enchyridion & habeť de poeni.Di.iii.caª Qui uult.

Qui uult ordinate dare eleemosynam: a se ipso debet incipere: & eam sibi primo dare: est enim eleemosyna opus misericordiæ uerissimæ: de qua dictum est miserere animæ tuæ placens deo: propter hoc renascimur: ut deo placeamus.

Augustinus in Enchyridion.
Multa sunt genera eleemosynarum: quæ quum facimus adiuuamur: ut nobis dimittantur peccata: sed ea nihil est maius: q̄ quum ex corde dimittim⁹ peccata. Aug.in tractatu de misericordia dei.

Eleemosyna est secundus baptism⁹. Quis enim est sine peccato? Nam sicut aqua extinguit ignē: ita eleemosyna extinguit peccatum. In horreis nostris hēmus fiduciam. quas flammas nostras unus panis extinguat? & ante fores gehennæ stat misericordia: & nō permittit aliquem in carcerē mitti.

Augustinus Ibidem.
Perfecta misericordia est: ut ante occurrat esurientibus: q̄ roget aliquando mendicus. Non enim perfecta pietas est: quæ precibus extorquetur.

Hieronymus super Malachiam. Hierony⁹.
Si quādo fames: & pænuria: & rerum omnium egestas: opprimit mundum: sciamus hoc ex ira dei descendere: qui in pauperibus: si non suscipiant eleemosynam: fraudari legitur: & sua possessione priuari. Hieronymus in epistola ad Nepotianū.

Sunt qui pauperibus tribuunt parum: ut amplius accipiant: & sub prætextu eleemosynæ quærunt diuitias: quæ magis uenatio appellanda est: q̄ eleemosyna: sic bestiæ: sic aues capiunť: & pisces. Modica enim in hamo esca ponitur: ut pleni in eo sacculi protrahantur. Melius est autem non habere quod tribuam: q̄ impudenter petere quod reconciliando datur. Hieronymus Ibidem.

Non memini me legisse mala morte mortuum: qui libenter opera charitatis exercuit: habet. n. multos intercessores: & impossibile est multorum preces nō exaudiri. Hieronymus sup illud. Ecclesiastici.xii. Da misericordi: & ne suscipias peccōrē.

Qui indigēti eleemosynam tribuit: nec pro delicto

sperait: misericordiam uere facit. Natura enim re spicienda est: non persona. Qui enim dat indigenti peccatori: non quia peccator est: sed quia homo est: non peccatorem: Sed iustum nutrit.

Hieronymus ad Demetriadē uirginē.

Mensulam tuam pauperes & peregrini nouerint: tu cum illis Christum conuiuam noueris.

Hieronymus ad Nepotianum.

Legi relegi perlegi. Nunq̄ uidi hominem pium mala morte perire. Hieronymus & habet'.xii. q.ii. Gloria episcopi.§. Amico.

Amico rapere quippiam: furtum ē. Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse pauperibus erogandum: & esurientibus plurimis illud reseruare: uel cautum uel timidum est: aut quod apertissimi sceleris exinde aliquid subrahere omnium prædonum crudelitatem superat.

Ambrosi'. Ambrosi' de officiis & hētur.di.lxxxvi. Pasce.

Pasce fame morientem: quisquis enim pascēdo hominē seruare poteris: si nō paueris fame occidisti.

Ambrosius lib. de officiis.

Beatus plane de cuius domo nunq̄ uacuo sinu pauper exiuit. Neq; enim quisq̄ magis beatus: q̄ q intelligit super pauperis necessitatem: & infirmi atq; inopis erumnam. Ambrosius super: lucam & habetur. Di.lxxxvi. In singulis

Non publicanus: non miles excipitur: non agricola: uel urbanus: diues: & pauper: omnes in cōmune admonentur: ut conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo uirtutum est: & ideo omnibus præposita perfectæ fama uirtutis: ne uestimentis alimentisq; suis parcant: misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura seruetur: ut non sibi unusquisq; totū eripiat: Sed quod habet cum paupere partiatur.

Gregorius Gregorius moralium lib.xxi.

Eleemosyna superbi diuitis: eum redimere non ualet: quam perpetrata simul rapina pauperis ante dei oculos ascendere non permittit.

Gregorius lib.xviiii.mor.

Qui indigenti proximo exteriorem substantiā præbet: sed uitam suam a nequicia non custodit: rem suam deo tribuit: & se peccato. Hoc quod minus est obtulit authori: & hoc quod maius est seruauit iniquitati. Gregorius Siagrio episcopo & habetur.i.q.i.c'. Non est putanda.

Non est putanda eleemosyna: si pauperibus dispensetur: quod ex illicitis rebus acquiritur: quia q hac intentione mala accipit: ut bene dispenset: grauatur etiam potius q̄ iuuetur.

Gregorius in registro.

Quicquid tribuitur pauperi: si subtili consyderatione pensetur: nō est donum sed mutuum: qa quod datur multiplicato sine dubio fructu recipitur.

Gregorius in pastorali.

Tot pœne quottidie diuites perimunt: quot morientium pauperum apud se subsidia abscondunt: nā quum quælibet necessaria indigētibus ministramus: sua illis reddimus: non nostra largimur.

Io. Chrysostomus super Matthæum sermone.viiii. & habetur de pœn.di.i.c'. Medi. Io. Chrys.

Medicamentum fortius quod maxime operatur in pœnitentia: hoc est: sicut in pceptis medicinæ medicamentum quidem hærbas multas accipit: unā autem dominatissimam: sic & in pœnitentia dominatior illa hæ rba: & potentior ē: & uniuersum ipsa efficit. Audi enim qd dicit scriptura diuina: date eleemosynam: & omnia munda sunt uobis.

Io. Chrysostom' sup Matthæū sermone.viiii.

Eleemosyna amica dei consistit: & semper ei propinqua est. Pro qbuscunq; uoluerit facile munus gratiæ impetrat: uincula peccatorū ipsa dissoluit: fugat tenebras: extinguit ignem: huic cum multa fiducia portæ cæli aperiūtur. Leo papa super illud. Date inquit: & dabitur uobis: Leo papa

Da quod accipias: ser quod metas: sparge quod colligas: quamuis non habeas nisi quod acceperis: nō potes tamen nō habere quod dederis. Infidelis autem & iniquus est: etiam si quid quod æstimat diligendum non uult habere perpetuum.

Petrus Rauēnas in quodam sermone. Petr' Ra.

Manus pauperis ē gazophilatium Christi: & quicqd pauper accipit Christ' acceptat. Da ergo pauperi terram: ut accipias regnum: da micam: ut accipias totum: da pauperi: ut detur tibi: quia quicqd pauperi dederis tu habebis: quod pauperi non dederis: habebit alter.

Plato in Thimeo Plato

Bonos uiros decet esse communes.

Martialis lib.v.

Callidus effracta nummos fur auferet arca. Martialis.
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor usuram pariter sortemq; negabit.
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est: quicquid donatur amicis.
Quas dederis solas semper habebis opes.

De hac materia habes supra in Amor proximi & Charitas.

Elenchus græca dictio est ἔλεγχος.ου. & ἐλέγχω arguo dicitur. Est autē elēchus sillogismus ad contradicendum.i. ad redarguendum falsam positionem. secundum b. Tho. super lib.iiii. Metaphisicæ lec.vi.fi.

Eligibilis graece αἱρετὸς.οῦ.ὁ.& αἱρέομαι eligo dicitur. Est autem eligibile quod in deliberando caeteris praetulimus. secundum Aristotelem lib.iii. Ethicorum.

Loquentia graece λογιότης.ητος.ἡ.& λόγιος.ου.ὁ.eloquens dicit: A loquor quod descendunt. Est autem loqui uerba proferre: Differtque a dicendo: Quoniam dicere est eleganter & facunde loqui. Quintilian⁹ Nam mihi ne dicere quidē uidetur: nisi qui disposite: ornate: copiose dicit. Loquor autem a loco descendit. Is enim qui loquitur suo loco quodque uerbum sciens ponit. Nā qui primo incipit fari: & uocabula: & reliqua uerba dicit: āteque suo loco ea ponere possit. Talemque Chrysippus affirmat non loqui: sed ut loqui. Quapropter ut hominis imago non est homo: sic in coruis: cornicibus: pueris primitus fari incipientibus: uerba non esse uerba: quia loqui non dicantur. A loquor quod est dico quod est proprium oratoris sit eloquens: qui dicendi ratione prouectus est: Et eloquentia dictio ex omni parte perfecta: Et eloquenter aduerbium: hoc est facunde. Et eloquium quod modo sermonem: modo eloquentiam significat. Iuuenalis.

Eloquium & Famam Demosthenis & Cicerōis Incipit optare. Claudianus.

Eloquio dulces quondam solatus amicos.

Hierony⁹. Hieronymus epistola ad Paulinum presbyterum: & est in prologo Bibliae.

Ad Titum liuium lacteo eloquentiae fonte manantem de ultimis hispaniae galiarumque finibus quosdam uenisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat: unius hominis fama perduxit. Gregorius lib.vi.mor.

Gregorius Ille bene loquendi facundiam percipit: qui sinū cordis per recte uiuendi studia extendit: nec loquētē consciētia praepedit: quum uita linguā antecedit.

Isydorus Isydorus lib.de summo bono.

Saepe reperitur simplicitas ueridica: & falsitas composita: quae hominem suis erroribus illicit: & per linguae ornamenta laqueos dulces aspergit.

Isydorus lib.iii.de summo bono.

Antiqui forensem eloquentiam caninam linguam nuncupabant: eo quod causidici in certaminibus causarum omissis quae agūt uelut alterutrum sese lacerant: iurgia quae causarum ad iniurias suas cōmutant.

Cassiodor⁹ Cassiodorus super psal.lxxiii.

Eloquens est ille qui scit parua submisse: media temperate: magna granditer dicere: qui scit inuenire praeclare: enunciare magnifice: disponere aperte: & fucare uariis. Lactāti⁹ sir.lib.vi.diuin.Institu. Lactanti⁹.

Nam carmen compositum & oratio cum suauitate decipiens capit mētes: & quo uoluerit impellit. Inde homines litterati: quum ad religiōem dei accesserint: ab aliquo imperito doctore fundati minus credunt. Assueti enim dulcibus & politis: Siue orationibus: siue carminibus: diuinarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido aspernantur. Id enim quaerunt quod sensum demulceat: Persuadet autem quicquid suaue est: & animo penitus dum delectat insidet. Num igitur deus: & mentis: & uocis: & linguae artifex diserte loqui non potest? immo uero summa prouidentia carere fuco uoluit ea: quae diuina sunt: ut omnes intelligerent quae ipse omnibus loquebatur.

Seneca epistola.xxxii. Seneca

Nihil ordinatum ē quod pcipitat & pperat: Aeque stillare illum uolo q̄ currere nec extendat aures: nec obruat. Illa quoque inopia & exilitas: minus intentum auditorem habet: tedio interruptae tarditatis: facilius tamē insidet quod expectatur: quam quod praeteruolat: tandem discipulis: homines praecepta dicunt: non traddi quod fugit. Remedia non prosunt nisi ubi immorentur.

Seneca epistola.xxxii.

Quis medicus aegrotos in transitu curat? nec ullam quidem uoluptatem habet talis uerborum ruentium strepitus: quemadmodum procliue currentium non ubi uisum est gradus sistitur: sed incitato corporis pōdere serpit: ac longius q̄ uoluit effertur. Sic ista dicendi celeritas in sua potestate ē: nec satis decora philosophiae quae ponere debet uerba: non proiicere: & pedetentim procedere: perennis unda sit: non torrēs. Circūspiciat se sermo noster & aestimet: & praebeat aestimandum: proferatur malo: q̄ profluat. Seneca declamationum lib. x.in prohemio.

Magna debet esse eloquentia quae in initiis placeat. Seneca de Consolatione ad Paulinum.

Potest quidem eloquentia quae parua sunt approbare: pro magnis. Rursum magna attenuaē & ad minima deducere.

Aristoteles lib.i. Rhaetorices. Aristoteles

Rhoetorica docet uera & iusta persuadere: & contraria horum fugere.

Plato lib.de republica. Plato

Ornamentum maximum reipu.eloquentia phylosophorum.

Cicero in prologo Rhaetoricorū ueterū. Cicero

Me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimam sententiam ducit: ut existimem sapiētiā

sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus: eloquentiam uero sine sapientia nimium obesse plerunque: prodesse nunq̃. Quare si quis omissis rectissimis atq; honestissimis studiis ratiõis & officii cõsumit omnem operam in exercitatione dicendi: is inutilis sibi: perniciosus ciuis patriæ alitur. Qui uero ita se armat eloquentia: ut non oppugnare cõmoda patriæ: uerũ propugnare possit: is mihi uir: & suis: & publicis rationibus utilissimus: atq; amicissimus ciuis fore uidetur. Ac si uolumus huius rei quæ uocatur eloquentia: siue artis: siue studii: siue exercitationis cuiusdam: siue facultatis a natura profectæ consyderare principium: reperiem⁹ id ex honestissimis causis natũ atq; optimis rationibus perfectum.

Cicero in prohemio Rhætoricorum nouorum.

Non enim parum fructus habet copia dicẽdi: & cõmoditas orationis: si recta intelligentia & diffinita animi moderatione gubernetur.

Cicero lib. ii. de natura deorum.

Iam uero domina rerum: ut uos soletis dicere: eloquendi uis q̃ est præclara: q̃q; diuina: quæ primũ efficit: ut ea quæ ignoramus dicere: eloquendi uis quæ est: docere possimus: deinde hac coarctamur: hac persuademus: hac consolamur afflictos: hac deducimus perterritos a timore: hac gestientes cõprimimus: hac cupiditates iracundiasq; restringimus: hæc nos iuris: legum: urbium societate deuinxit: hæc a uita immani & fera segregauit.

Cicero lib. ii. de finibus bonorum & malorum.

Omnem uim loquendi Aristoteles in duas tributã esse partes dicere: rhœtoricam palmæ: dialeticam pugno similem esse dicebat: quod latius loquerentur rhœtores: dyaletici autem compressius.

Cicero in oratione pro Archia.

Hæc studia adolescentiam agunt: senectutem oblectant: secundas res ornãt: aduersis solatium & refugium præstant: Domi delectant: foris non impediunt: pernoctant nobiscum: peregrinant: & rusticantur.

A. Gelius. Aul⁹. Gelius lib. xviii. dicebat Publi⁹.

Comes facundus in uia est pro uehiculo.

Val. maxi. Valerius Maximus lib. viii.

Potentiam eloquentiæ plurimum ualere animaduertimus.

Ouidius. Ouidius meta. lib. xiii.

Et quid facundia possit:

Tunc patuit: fortisq; uiri tulit arma disertus:

Ouidius de ponto lib. iii. Elegia. iiii.

Non opus est magnis placido lectore poetis:
Quemlibet mutum difficilemq; tenent:

Ouidius Tristium li⁹. iii. Elegia ultima.

Vtq; uiret semper laurus: nec fronde caduca:
Carpitur: æternum sic habet illa decus.

Iuuenalis. Iuuenalis. Sat. x.

Nocitura toga: nocitura petuntur
Militia: & torrens dicendi copia multis:
Et sua mortifera est facundia. Iuuenalis ibidem.
Eloquium aut famam Demosthenis: aut Ciceronis
Incipit optare: & totis quinquatribus optat
Quisquis adhuc uno partẽ colit asse Mineruã:
Quem sequitur custos angustæ uernula capsæ.
Eloquio sed uterq; perit orator: utrunq;.
Largus & exundans leto dedit ingenii fons.
Ingenio manus est & ceruix cesa: nec unq̃
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

De hac materia habes supra ubi Concio.

Emancipatio est relaxatio patriæ potestatis coram iudice compet̃ete: uolũtate patris: & uoluntate filii concurrente. Dicta ex eo q; extra manum. i. potestatem patris ponitur fili⁹. Sane sciẽdum: q; Manceps is est: qui aliquid a populo emit: conducit ue: quia manu sublata significat se authorem emptionis esse: Qui idem præs dicitur: quia tam debet præstare populo: quod ,pmisit: q̃ is qui pro eo præs factus est: Et emptio Mancupi: quæ solennitate quadam fiebat adhibitis nõ minus quinq; testibus romanis ciuibus puberib⁹: & alio eiusmodi conditionis: qui libram æneam teneret. Emptor ita dicebat. Hoc Ego ex iure Quiritum meum esse aio: hoc quod emptum est: hoc ære æneaq; libra: deinde libram ære percutiebat: idq; æs dabat ei: a quo rẽ emptam accipiebat: et hæc mãcipatio uocabat. Hic seru⁹: equ⁹: ouis: bos: aliaq; huiusmodi mãcipia dicunt: q; manu capiantur: siue mãcupi emptiõe acqrantur: & mancipare: q̃si manu capere: a quo emancipare: hoc est manumittere: & liberare. Emancipati autem duobus modis intelliguntur: aut hii qui ex patris iure exeunt: aut qui aliorum fiunt domini. Qui emancipat emancipator dicitur. Aliquando tamen econtrario emancipatus pro dedito: & uelu ti in mancipium ascripto. Cicero. Ita senectus ni mis honesta est: si se ipsam defendit: si ius suum retinet: si nemini emancipata est: si usq; ad ultimum spiritum dominatur in suos.

Emendatio græce ἐπανόρθωσις. ιος. η. dicitur. Venitq; a menda: quod errorem significat: unde mendosum librum plenum erroribus dicimus. Erit itaq; emendatio a mendis: hoc est erroribus emũdatio. De hac materia uide supra in Correctio.

Eminẽtia græce ἐξοχή. ῆς. ἡ. & ἔξοχος. ου. ὁ. ἡ. eminens dicitur. Descenditq; ab emineo: quod est supsto: quasi extra alios: hoc est præalius maneo. Hinc aduerbium eminen

facile se qs corrigat: uel quãta pertinacia suum defendere conetur errorẽ. Augustinus Ibidem.

Nimis puerse se ipsum amat: qui & alios uult errare: ut error suus lateat. Quanto enim meli⁹ & utilius: ubi ipse errauit: alii non errant: quorum ammoniti errore careant. Vos qui me multum diligitis: si talem me asseritis: ut nunquam in scriptis meis errasse dicatis: frustra laboratis: non bonam causam suscepistis: Facile in ea me ipso iudice superamini: quoniam non mihi placet: quum a charissimis meis talis esse existimor: qualis non sum; profecto non me: sed pro me alium sub meo nomine diligunt: si non quod sum: sed quod non sum diligunt. Augustinus Ibidem.

Non.n. placet sententia Tulii: maximi authoris Romani eloquii: qui nullum unq̃ uerbum inquit quod reuocare uellet emisit: quæ qdem laus q̃uis præclarissima uideatur: tamen credibilior de nimium fatuo q̃ de sapiente pfecto. Sed si in bonã partem accipiatur: ut quempiam talem fuisse credamus: q quum sapiẽter oia loqueretur: nullum unquam uerbum quod reuocare uellet emisit: hoc poti⁹ de hoibus dei: q a spiritu sancto locuti sunt: q̃ de illo quẽ sic Cicero laudat: saluberrima pietate credendum est: Ab hac ergo excellentia tam lõge absum: ut si nullum uerbum quod reuocare uelim protulero: fatuo sum q̃ sapiẽti similior. Illius qppe scripta summa sunt authoritate dignissima: q nullum uerbum qdem reuocare uellet: sed quod reuocare deberet emisit: Nõ mihi igitur Tulliana illa blãdit: sed angit me plane illa Horatiana sẽtẽtia. Nescit uox missa reuerti.

Augu.li.de unico Baptismo.

O q̃ detestandus est error hoium: q clarorum uirorum quædam nõ recte facta laudabiliter se imitari putant: a quorum uirtutibus alieni sunt.

Ambrosi⁹. Ambrosius in li.de Chaim & Abel.

Nihil grauius q̃ errantẽ a deo deseri: ut se reuocare

Gregorius non possit. Gregorius li.viii.moralium.

Non nulli dum plus exquirunt contẽplando: q̃ capiunt: usq ad puersa dogmata erumpunt: et dum ueritatis discipuli esse negligunt: humiliter magistri eorum fiunt.

Origenes. Origenes in epistola apologetica sic se excussans.

Quidam eorum q libenter habent criminari pximos suos: ascribunt nobis & doctrinæ nr̃æ crimẽ blasphemiæ: quod a nobis nunq̃ audierunt: dicunt.n. patrẽ maliciæ & pditionis eorum: q de regno eiiciuntur.i.diabolum me dicere esse saluandum: qd nec aliquis quidem mente captus: & manifeste insaniẽs dicere potest. Sed nihil mihi mirum uidetur: Si adulteretur doctria mea ab inimicis: & illa corruptione corrumpatur: quali corrupta est epistola Pauli apostoli. Nam quidam sub nomine eius falsam epistolam conscripserunt ut turbarent Thesalonicenses: quasi instaret dies domini & seducerent eos.

Beda super Esdram. Beda

Multis qui in pace ecclesiæ negligenter uixerant subito errasse: & in flagitia aliqua cecidisse profuit: dum post casum poenitendo erecti uigilantius domino seruire coeperũt: & qui pigri ac desides in innocentia stare uidebantur: per accidentem sibi ruinam ammoniti sunt: solertius erga sui custodiam contra omnes antiqui hostis insidias accingi: ita ut nec propriam uitam curando offenderant: postmodum etiam supernæ salutis cum sua erectione curam gerant.

Seneca Epistola.xlii. Seneca.

Ex eo error noster apparet: quod ea sola putamus emi pro quibus pecuniam soluim⁹: ea gratuita uocamus: pro quibus nos ipsos impẽdimus: quæ emere nolemus: si domus nr̃a pro illis esset dãda: adeo nihil est cuiq se uilius. Seneca Ibidem.

Bonus animus nunq̃ erranti obsequm acõmodat.

Frãciscus Pe.de uita solutaria.li°.i.c°.i. Fr.Petrar.

Hoc unum modo dixerim alte radicatos errores nõ facile uerbis extirpari.

Aristoteles li°.i.de cælo & mundo. Aristoteles

Paruus error in principio maximus in fine.

Cicero libro primo de diuinatione. Cicero.

Omnibus in rebus temeritas in ascentiendo: error q turpis est. Cicero li.ii.de diuinatione.

Nonnunq̃ etiam errorem creat similitudo.


Cicero li°.i.de fin bo.& ma.

Sed quot homines: tot sententiæ. Falli possumus.

ERubescentia graece ἐρυθρίασις. & ἐρυθριάω erubesco dicitur. Est autẽ Erubescentia timor in conuitii expectatiõe. secundum Io. Dama.li.ii.c.xv. Et secundum eundem hæc est optima passio.

Differunt Erubescentia & uerecundia: q Erubescentia est de turpi fiendo: Verecundia est de turpi facto. secundum.b. Tho.pria scdæ.q.xli.ar.iiii.

Dicitur autẽ Erubescentia a rubeo & rubesco: quæ a rube⁹ deducunẽ: hinc erubesco rubefacio: & rubesio notæ significationis: Et rubor: & rubedo.



Ruditio græce ῥ παιδεία. & παιδεύω erudio dicitur. Et.n. rudus siue raudus pprie dicitur res rudis aspera: & impfecta. Ideo hoiem impitum rudem nominamus: a quo fit erudio qd est doceo: instruo: & eru

ditio doctrina: & erudite aduerbium: docte. Ita & ruditas imperitia: & obtusitas ingenii: & rudis impolitus: a quo ridiculus diminutiuum. Sane rudis etiam erat uirga qua emeriti gladiatores donabantur. Iuuenalis. Ergo sibi dabit ipse rudē .i. libertatē & finem pugnandi. Praeterea nouum rudus est materia pauimenti: hoc est saxa de nouo contusa: seu textae fractae ad pauimentum faciēdum: & rudus uetus: materia ueterum pauimētorum: & diruptorum aedificiorum quae lapidibus et testis cōfractis: calceq; ac harena constat. Plinius. Complanatae ueteri rudere erant uiae.

Menāder. Menander.

ἀναφαίρετον κτῆμά ἐστι παιδεία βροτοῖς. idest.
Inseparabilis possessio est eruditio mortalibus.
Idem.
ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ .i.
Omnes eruditio mansuetos facit. Idem.
βραβεῖον ἀρετῆς ἐστιν εὐπαιδευσία .i.
Brauium uirtutis est bona institutio. Idem.
βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά. idest.
Inspiciens eruditus sum in aliorum mala. Idem.
γράμματα μαθεῖν δεῖ: καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν. idest.
Litteras discere oportet: & discentem mētem habere.
Idem.
διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα .i.
Duplex uident: qui didicerunt litteras. Idem.
βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου. idest.
Sustentaculum enim est eruditio uitae. Idem.
κάλλιστόν ἐστι κτῆμα παιδεία βροτοῖς .i.
Pulcherrima est possessio eruditio mortalibus. Idē:
κἀν τοῖς ἀγροίκοις ἐστὶ παιδείας λόγος. idest.
Et inter agrestes est eruditionis sermo. Idem.
καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σοφά .i.
Pulchrum est etiam seni discere uehemēter. Idem.
τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς .i.
Honor est omnibus eruditio mortalibus. Idem.
ὁ γράμματ' εἰδὼς καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει. idest.
Qui litteras nouit: & egregiam mētem habet. Idē.
ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν .i.
Sapiens in seipso circunfert substantiam. Idem.
ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος οὐ παιδεύεται .i.
Non percussus homo non eruditur. Idem.
ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων. idest.
Litterarum expers non inspicit aspiciens. Idem.
ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἂν μὴ νοῦς παρῇ. idest.
Quam nihil disciplina nisi mens adsit

ERumna graece μέριμνα.ης.ἡ. & μεριμνάω sollicitus sum dicitur. Est antē erumna aegritudo laboriosa. secundum Ciceronem libro .iiii. Tusculanarum quaestionum. Venitq; erumna: ut aliqui uolunt: ab eruo: quod est extraho: unde eructo: & eructatio: Quoniā erumna quae est miseria: moeror: calamitas: animā eruere uideatur. Inde erumnosus moestus: miser: calamitosus deducitur. De hac materia uide infra in Tribulatio.

ESsentia graece: οὐσία.ας.ἡ. & est illud cuius actus est esse. secundum .b. Thom. pria parte .q. xxxviiii. ar. ii. uenitq; a sum substantiuo uerbo: ita dicto quia substat: nec alio indiget. In ipsum uerbum caetera resoluuntur: ut lego idest sum qui lego: uel sum legens. tu amabas idest tu eras amans: uel tu eras qui amabas: & ita caetera.

Esse quando nominaliter Sumitur: quale est apud Persium. Nostrum illud uiuere triste: Et alibi: Idē. Scire tuum nihil est: nisi te scire hoc sciat alter: Idē est cum essentia: unde essentiale: quod ipsius essentiae est: & essentialiter aduerbium: quo non nulli utuntur secundum essentiam.

ESuries graece: λιμός.οῦ.ὁ. & λιμώττω famesco. Et est appetitus calidi & sicci: secundum Aristotelen li°. ii. de anima. Dicitur autem ab edo quod est comedo dictum ab ἔδω quod est uescor: illius supinum esum a quo esito frequētatiuum: Et esurio: quod est cupio edere. Quintilianus: Pater filios esurit. Hinc esuries edēdi auiditas: & minus est q̃ fames: quae ex defectu annonae prouenit.

e Vagatio mentis est filia acidiae: Cuius filiae sex sunt .s. Malicia: Rancor: Pusillanimitas: Desperatio: Torpor: & Euagatio mentis. secundum bea. Tho. secunda scdae .q. xxxv. arti. iiii. De quibus omnibus uide supra in arbore Acidiae ubi describuntur: Quia propter tedium boni operis euagatur uaria cogitando: ut ipsum tedium euitet: & haec inducit ad multiloquium: & uaniloquium: & facit instabilem. Venitq; a uagus. Vagi enim proprie dicuntur: qui sine negocio modo huc: modo illuc inutiliter discurrunt: dicti quasi uacui: hoc est q; sine negociis agantur: hinc uagari dicitur inutiliter peragrare. Vagor graece. πλανάομαι & uagus πλανήτης.ου.ὁ. dicitur.

e Vangelium dictio graeca est εὐαγγέλιον.ου.τό. & est bona annunciatio: nam εὖ bene: & ἀγγέλλω. nuncio dicitur.

EVbulia græca dictio est ἐυβουλία.ας.ἡ. Et est rectitudo consilii dicta. ab ἐυ quod est bene: & βουλεύω. consulo. Quare eubulia est uirtus bene cōsiliatiua uel sic. Eubolia est firma cogitatio eorum quæ sunt opportuna ad finē tpe congruo: nec nimis tarde: nec nimis ueloci ter: & aliis circumstātiis adiunctis. sc̄dm. b. Tho. sc̄da sc̄dæ. q. li. ar. i. & sc̄da sc̄dæ. q. xlviii. c. fi. Eubu bulia est pars potentialis prudentiæ.



Vcharistia græca dictio ē. ἐυχαριστία.ας.ἡ. & est idē quod bona gratia. ab ἐυ. qd̄ est bene: & χάρις.ιτος.ἡ. gratia.

Sapientiæ Sapientiæ cº. xvi.

Angelorum esca nutriuisti populū tuum.

Paulus Paulus ad Corynthios primæ capitulo. xi.

Quicunq; mādu caueri t panem: & biberit calicem domini indigne reus erit corporis & sanguinis do domini. Paulus Ibidem.

Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat: & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit nō diiudicans corpus domini.

Augustin⁹ Aug. super Ioannem sermone. xxvi.

Bucella dominica non fuit uenenum Iudæ: Sed quum accepit: in eum inimicus intrauit: non quia malum acceperit: sed bonum malus male accepit.

Augustinus ibidem.

Qui non manet in Christo: & in quo Christus non manet: non manducat eius carnem: nec bibit eius sanguinem. Sed tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit.

Augustinus super Ioannem homelia. viii.

Dominus primo distribuerat Iudæ: q̄ cæteris apostolis sacramentum corporis & sanguinis sui. Deinde domin⁹ post bucellam intinctam & porrectam suum exprimit traditorem.

Augu. li. ii. Confessionum.

Cibus sum grandium: cresce & manducabis me: Nec tu me mutabis in te: Sicut cibum carnis tuæ: sed tu mutaberis ī me.

Augu. in sermone de sacramento altaris.

Iteratur quottidie hæc oblatio: Licet Christ⁹ semel passus sit: quia quottidie peccamus peccatis: Sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest: & ideo quia quottidie labimur: Christus pro nobis mystice immolatur. Augustinus Ibidem.

Eucharistia est oblatio benedicta: per quam benedicimur: ascripta: per quam omnes in cælo ascribimur. Rata: per quam in uisceribus Christi censemur. Rationalis: per quā a bestiali sensu exuimur. Acceptabilis: ut qui nobis displicemus: per eā acceptabiles eius unico filio simus.

Aug. de doctrina christiana.

Quottidiæ eucharistiæ cōmunionem pcipere: nec laudo: nec uitupo omnib⁹ tamen dieb⁹ dn̄icis sumendam hortor: si tn̄ mens sine affectu peccādi sit. Nam habētem adhuc uoluntatē peccandi: grauari magis dico eucharistiæ perceptione q̄ purificari: & ideo q̄uis peccato qs mordeatur: peccandi tamen de cætero non habeat uoluntatem: & communicaturus satisfaciat lachrymis: & oratiōibus: & confidens de domini miseratione: qui confessione peccati: pie peccata donare consueuit: Accedat ad eucharistiam itrepidus & securus. Sed hoc de illo: quem capitalia & mortalia peccata: nō grauant. Nam quem peccata uel crimina post baptismum grauant: hortor prius publica pœnitentia satisfacere: & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communicatione sociare: si uult non ad iudicium: sed ad cōdonationem eucharistiam percipere: sed & secreta satisfactione solui mortalia: crimina nō negamus. Aug. de ecclesiasticis dogmatibus.

Hoc sacramentum non in merito consecrantis: sed in uerbo efficitur creatoris. Nec bonoꝝ dispensatorum meritis ampliatur: nec malorum attenuat.

Augustinus ad Ianuarium liº. i.

Peccata si non tāta sunt: ut excommunicandus qs q̄ uideatur: non se debet a quottidiana medicina dominici corporis separare.

Augustinus Ibidem.

Faciat unusquisq; quod secundum suam fidem credit pie esse faciendum. Augustinus Ibidem.

Ille non audet honorando sumere: & ille nō audet honorando ullum diē prætermittere: cōtemptum solum non uult cib⁹ iste. Aug. super Io. homel. lxxxviii. sup illud prouer. xxiii. Quādo sederis ut comedas cum principe diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam.

De mensa sacratissima altaris domini: ubi corp⁹ & sanguis Christi apponitur. In qua mensa sedere est humiliter accedere. Ibidem.

Accedēs enim debet esse plenus sanctimonia & immaculatus. Aug. liº. responsionum ad Ianuarium: & habetur de Con. di. ii. Liquido.

Liqdo apparet: qn̄ primo acceperunt discipuli corp⁹ & sanguinem dn̄i: nō eos accepisse ieiunos: nunqd tn̄ ꝓpterea calūniādum est uniuersæ ecclesiæ: q a ieiunis semp accipit̄? Ex hoc. n. placuit spiritui sancto: ut in honore tanti sacramenti: prius in os christiani dn̄icum corp⁹ intraret: q̄ cæteri cibi. Nā ideo p uniuersum orbem mos iste seruat̄. Neq;. n. quia

post cibos dñs dedit: ppterea prāsi aut coenati fratres ad illud sacramentum accipiendum cõuenire debent: aut sicut faciebant: quos apostolus redarguit & emēdat: mensis suis ista miscere. Nãq; saluator quo uehementius cõmendaret mysterii illius altitudinem ultimum hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum: a quibus erat ad passionem digressurus: & ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeret: ut apostolis p quos ecclesias dispositurus erat seruaret hunc locum. Nã si hoc ille monuisset: ut post cibos alios semp reciperetur: credo q eum morē nemo mutasset. Hierony. sup Lucam.

Hierony⁹. Biberunt ex eo omnes: ebrietas fœlix: facietas salutaris: quæ quāto copiosius sumitur: tāto sobrietatē sumētibus donare dignatur: & Iudas bibit: sed nõ saturat: sed sitim extinguit ignis æterni: qa indigne sitiuit mysteria Xpi. Hieronymus Ibidem.

Accepit Iesus panem & benedicēs fregit tradēs & figurans corpus suum in panem: quod est ecclesia pñs: quod accipitur i fide: bñdicitur i numero: frāgitur in passionib⁹: datur in exēplis: sumitur i doctrinis: formans sanguinē suum i calicem uino & aqua cõmixtum: ut alio purgaremur a culpis: alio redimeremur a poenis: sanguine nãq; agni seruatur domus a pcussione angeli: & aqua maris rubri extinguntur inimici: quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi. Ambrosius i sermõe de Eucharistia.

Ambrosi⁹. Quanta enim cordis contritiõe: & lachrymarum fonte: quãta reuerētia & tremore: quanta corporis castitate atq; animi puritate istud diuinum et cæleste mysterium est celebrandum dñe deus: ubi caro tua in ueritate sumitur: ubi sanguis tuus in ueritate bibitur: ubi summis ima: humanis diuina iunguntur: ubi adest sanctorum præsentia & angelorum: ubi tu es sacerdos: & sacrificium mirabiliter et ineffabiliter. Quis digne hoc potest celebrare mysterium: nisi tu deus omnipotens offerentem feceris dignũ. Ambros. & hētur de con. Di. ii. Omnia.

Omnia quæcunq; uoluit dñs fecit i cælo & i terra: & quia uoluit sic factum est. Ita licet figura panis et uini i altari uideatur: nihil tñ aliud q̄ caro Christi & sanguis post cõsecrationem credenda. Vnde ipsa ueritas ad discipulos. Hæc inquit caro mea est pro mundi uita: & ut mirabilius dicam: non alia plane q̄ quæ nata est de Maria uirgine: & passa fuit in cruce: & resurrexit de sepulchro. Hæc inquam ipsa est: & ideo Christi est caro: quæ p mundi uita adhuc hodie offertur: & quum digne percipitur: uita utiq; æterna in nobis reparatur.

Ambrosius de Sacramentis li. iiii.

Si tãtum ualuit sermo Heliæ: ut ignē de cælo deponeret: nõ ualebit sermo Christi: ut species elementorum mutetur: de totius mundi opibus legisti: qa ipse dixit & facta sunt: ipse mãdauit & creata sunt: Sermo igitur xpi q potuit ex nihilo facere: qd non erat: nõ põt ea quæ sunt mutare in illud quod nõ sunt? Non enim minus est nouas rebus dare formas: q̄ mutare naturas.

Ambrosius Ibidem.

Liquet qa præter naturæ ordiem uirgo generauit: & hoc quod cõficimus corpus ex uirgie est: Quid quæris naturæ ordinem in Christi corpore: quum præter naturam sit ipse partus ex uirgine.

Ambrosius li⁹ de Sacramentis.

Verba euãgelistæ sunt usq; ad accipite: Siue corp⁹: siue sanguinem: inde sunt uerba Christi: accipite & bibite ex eo omnes: & inde singula: qui pridie in quit q̄ pateretur in sanctis mãibus suis: accepit panem. Anteq̄ consecretur: panis est: ubi uero uerba Christi accesserunt corpus Christi est. Deniq; audi dicentem. Accipite & edite ex eo omnes: hoc est corpus meum: & ante uerba Christi: Calix uini & aquæ est plenus: Vbi uerba Christi operata fuerunt: sanguis efficitur: qui plebem redemit.

Ambrosius Ibidem.

Si quotienscunq; effunditur sanguis in remissionē peccatorum: funditur debeo illum semp accipere: ut semper mihi peccata dimittatur: q semp peccor: semper habere debeo medicinã.

Ambrosius Ibidem.

Qui uulnus habet medicinam requirit: uulnus est: qa sub peccato sumus: medicina est: cæleste & uenerabile sacramentum.

Ambrosius Ibidem.

Ne ueluti quidem horror esset cruoris: sed maneret gratia redemptionis: ideo in similitudine quidem accipis sacramentum: sed ueræ naturæ gratiam uirtutemq; consequeris.

Ambrosius de uiduis li⁹. i.

Vide quid agas sacerdos: ne febrienti manu Christi corpus attingas: prius curare: ut possis ministrare.

Gregorius Dialogorum li⁹. iiii. Gregorius

Quis fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cælos aperiri: In illo Christi mysterio angelorum choros: summis ima sociari: terrena cælestibus iungi: unum quid ex uisibilibus atq; inuisibilibus fieri.

Gregorius li⁹. iiii.

Hæc nãq; singularis uictima ab æterno interitu alas soluit: quæ illã nobis mortem unigeniti reparat: q licet surgēs a mortuis iam nõ moritur: & mors illi ultra non dominabitur: tamen in se ipso immortaliter atq; incorruptibiliter uiuēs: pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblatiõis immolat. Eius qppe ibi corpus sumitur: eius caro in salutem populi patitur: eius sanguis non iam in manus infidelium:

sed in ora fidelium funditur. Hic ergo pensemus quale sit pro nobis istud sacrificium: quod per absolutōem nr̄am unigeniti filii passionē semp imitat̄.
Io. Chrys. Io. Chrysosto. in homelia de pditione Iudæ.
Sicut cib⁹ corporalis: quum uentrē inuenit a diuersis humoribus occupatum: amplius lædit: magis nocet: nullum præstat auxilium: ita est cibus spiritualis: si aliquem reperit malignitate pollutum: magis eum perdet: non suo: sed accipientis uitio.
Isydorus. Isidorus de summo bono li°. i.
Qui scelerate uiuunt in ecclesia: & communicare non desinunt: putantes se tali communione mundari: discant: nihil ad emendationē proficere sibi.
Innocētius Innocentius de sacramentis.
Per crucis mysterium eripit nos a potestate peccati: Per eucharistiæ sacramētum eripit nos a uoluntate peccandi. Nam eucharistia si digne sumatur a malo liberat: in bono confirmat: uenialia delet: mortalia cauet.
Remigius Remigius super illud Matthæi. Veh illi per quem filius hominis traddetur. Veh traddentibus Christum ad crucifigendum: Sed ueh cum maligna conscientia sub sacramēto sumētibus illum: & si non traddant iudæis ad crucifigendum: Traddunt tamen ipsum membris inimici ad sumendum.

Vfortunium cōpositum uidetur ex græco & latino: quæ est dura compositio: Teste Quintiliano: ex ἐὐ. & Fortuna. Et est quum aliquod magnum bonum euēit. secundum Aristo. li°. ii. Phisicorum.

Vgnomosina græca dictio est. Nam ἐὐ. bene: & γνώμη. sententia: consilium dicitur. Et est pars potentialis iustitiæ. Quæ quid sit: uide infra in arbore Iustitiæ.

Vsebia græca dictio est εὐσέβεια. pi et as & relligio dicitur. Et est pars potētialis Iustitiæ: quæ qd sit: uide infra in arbore Iustitiæ.

Vstochia græca dictio est εὐστοχία. & uenitq ex εὐ. & στοχάζομαι: quod ē cōiecto. Vnde & στόχασμα. conectura. Est autem eustochia pars prudētiæ bene coniectās omnia: sicut solertia medium. secundum. b. Tho. scda scdæ. q. xlviii.

Vtrapelia græca dictio ē εὐτραπελία. & εὐτράπελος. Comis: & facet⁹ dr̄. Est autem Eutrapelia idē qd bona conuersio: & est uirt⁹ pars modestiæ: qua ludicra: uel iocosa ad quandam animi qetem: uel ad solacium cōuertuntur: scdm. b. Tho. scda scdæ. q. clxviii. Tribus tamen obseruatis: primo ut non quæratur solacium in uerbis: uel opationib⁹ turpibus uel nociuis.
Cicero. Vnde Cicero li° p° officiorū ait. Vnum genus iocandi est illiberale: petulans: flagitiosum: obscænum. Secundo. Ne totaliter aiæ grauitas resoluatur. de quo Ambro. li° p° officiorum. Caueamus ne dum relaxare animum uolumus: soluamus oēm armoniam: quasi cōcentum quēdam bonorum operum. Tercium ut cōgruat personæ: tempori: loco: secundum alias circunstantias. Eutrapelia est comitas & medietas bomolchiæ & agræciæ. scdm Aristot. li°. magnorum moralium. Eutrapelos græci uocāt a corporis dexteritate. Nā proprie Eutrapeli apud eos dicuntur: qui facilitate quadam morum præditi sunt: hoc est lepidi: elegantes. in latino nomen non habent.



Xactio ab exigo uerbo uenit quod græce: εἰσπράττω dicit̄: quod inter multa quæ hēt significata aliqñ significat debitum peto: Martialis. Exigis a nobis opam sine fine petitam. Vnde exigere pecuniā quæ nobis debetur: & exactores uocantur qui pecuniam exigunt: & exactio actus ipse exigendi. Nomen exactæ pecuniæ: uult Vlpian⁹: nō modo ad solutionē referendum: sed ēt ad delegatiōem putat: hoc est: quum pecuniam quæ nobis debet̄ alteri assignamus. Tunc enim exacta a nobis dicitur: & si ille nundum soluerit: Exigere ēt est extorquere: inuestigare: agere: constituere: Virgilius. Decreuitq mori: Tēpus secum ipsa modumq exigit.
Paulus ad Romanos. c°. xiii. Paulus
Reddite ergo oīb⁹ debita: cui tributum: tributum: cui uectigal: uectigal: cui timorem: timorem: cui honorem: honorem. Gregorius in moralib⁹. Gregorius
Exigim⁹ qd debet̄ nr̄o corpori: sed nō impēdim⁹ qd subiectoꝝ debet̄ cordi. Io. Chrys. sup Matthæū. Io. Chrys.
Nō gaudēt martires qñ ex illis pecuniis honorant̄: in qb⁹ paupes plorāt. Isydor⁹ de sūmo bono li. iii. Isydorus.
Magnum scelus est rem paupum præstare diuitib⁹: & de sumptib⁹ inopum acqrere fauores potētum: Arenti terræ aquam tollere: & flumina quæ non indigēt irrigare. Petrus Rauennas in epistola. Petr⁹ Ra.
Ministerialium si quidem tanta est multitudo quāta est locustarum: ut istis residentibus alii succedant: quod ex parte fuerit deuoratum: alii deuorent exitialiter & consumant: impleturq eis illud propheticum: Residuum erucæ comedit locusta: residuum locustæ comedit brucus: residuum bruci comedit erugo. Pauper enim ueret̄ aperire maliciam exactorum: ne grauiora moliantur i eum: & fiant posteriora hominis peiora prioribus.

Exhalatio graece ... & ... exhalo & uaporo dicit: & est substantia calida & sicca a terra uel terreo ui solis educta: de qua supra uide in Comaetes: & in arbore corporis. Dicitur autem ab exhalo: quod est expiro: unde exhalatio expiratio est. Virg. Vt regem aequaeuum crudeli uulnere uidi uitam exhalantem.

Examinatio graece ... & ... examino dicitur. Venitque ab examen quod est filum quod in trutina regitur. Vnde examino uerbum: quod est scrutor: inuestigo: exquiro: exploro. Quare examiatio exquisitio est. Examen praeterea significat apum: uespacrum: crabronum: & huiusmodi congregationem: quae haec ita uniantur: ut simul uideantur ligata.

Exanimatio graece ... & ... exanimatus dicitur. Est autem exanimatio metus subsequens & quasi comes pauoris. secundum Cicero. li. Tusc. quaest.

Excaecatio graece ... & ... excaeco dicitur. & est effectus diuinae reprobationis. secundum. b. Tho. prima secundae. q. lxxviiii. ar. vii. Differunt autem aggrauatio: excaecatio: & obduratio: secundum diuersos effectus gratiae. s. in usu: auditu: & affectu. Vt. b. Tho. Ibidem. ar. iii.

Excaecatio & obduratio important duo. s. metum animi adhaerentis malo: & auersi a deo: & subtractionem gratiae. secundum. b. Tho. Ibidem.

Excandescentia: graece: ... dicitur. Et est ira nascens: & modo desistens. secundum Ciceronem li. iiii. Tusc. quaest. Et quod excandesco significat irascor tractum est a ferro ignito quod candet: Ita hominem Ira in flammatum dicimus excandescere: hinc excandefactus praeter modum iratus. Et excandefacio: irrito: inflammo.

De hac materia uide infra in Ira.

Excogitatio: graece: ... & ... excogito dicitur: & est configuratio uel conformatio cogitationis ad exprimendum exterius: conceptum interius. Differunt autem excogitare & cogitare: Quia cogitare est animo uel mente rimari. Excogitare est cogitando Inuenire.

Excommunicatio graece: ... & ... excommunico dicitur. Est autem excommunicatio censura a canone: uel a iudice ecclesiastico prolata: priuans communione sacramentorum: & quandoque hominum. secundum Pau. super Rubrica eiusdem tituli.

Paulus ad Corinthios primae. c. v. Paulus

Ego iam iudicaui traddere huiusmodi hominem in interitum carnis: ut spiritus saluus sit in die domini Iesu Christi.

Aug super Matthaeum & habetur. xi. q. iii. Ridiculum. Augustin.

Ridiculum est: ut eum dicamus qui uinculis peccatorum suorum ligatus est: propter hoc solum quod episcopus dicitur habere huiusmodi potestatem: ut soluti ab eo: soluti sint in caelo: & ligati in terris: ligati sint in caelo: sit ergo irreprehensibilis: qui alterum ligat: aut soluit.

Augustinus super Ioannem & habetur. xi. q. iii. Nihil.

Nihil sic debet formidare Christianus: quam separari a corpore Christi. Si enim separat a corpore Christi: non est membrum eius: Si non est membrum eius: non uegetat spiritu eius: Quisquis autem inquit apostolus spiritum dei non habet: hic non est eius.

Augustinus super ps. xxviii. & habetur xi. q. iii. Custodi.

Custodi intus innocentiam tuam: ubi nemo opprimit causam tuam: praeualebit in te falsum testimonium: sed apud homines: nunquid apud deum ualebit? ubi causa tua dicenda est: quando deus erit iudex: alius testis quam conscientia tua non erit: inter iustum iudicem & conscientiam tuam: noli timere nisi causam tuam.

Aug. sup ps. xxxvii. & hetur Ibidem: Et si.

Et si ad tempus damnaris ab homine: & si dixerit sententiam proconsulis in Cyprianum: aliud est sella terrena: aliud est tribunal caeleste. Ab inferiori accipiat sententiam: a superiore coronam.

Aug. super ps. cii. & habetur Ibidem. Qui iust.

Qui iustus est: & iniuste maledicitur: praemium illi redditur.

August. de uerbis apostoli sermone. lxviii. & habetur. xi. q. iii. Omnis christianus.

Omnis christianus dilectissimi qui a sacerdotibus excommunicatur Sathanae tradditur: quomodo? quia extra ecclesiam diabolus est: sicut in ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo tradditur: qui ab ecclesiastica communione remouetur: Vnde illos quos tunc apostolus sathanae esse tradditos praedicat: excommunicatos a se esse demonstrat.

Aug. in epistola ad Vincentium & habetur. xxiii. q. vii. Quemadmodum.

Quemadmodum membrum si praecidatur ab hominis uiui corpore: non potest tenere spiritum uitae: sic homo si praecidatur de Christi iusti corpore: nullo modo potest tenere spiritum iustitiae: etiam

si figuram mēbri teneat: quam sumpsit a corpore. Aug. & habetur. xxiiii. q. iii. Corripiatur.

Corripiantur itaq; a praepositis suis subditi correctionibus de charitate uenientibus pro culparum diuersitate: diuersis uel minoribus: uel amplioribus: quia & ipsa quae damnatio nominatur: quam facit episcopale iudicium: qua poena nulla maior in ecclesia est: potest si deus uoluerit in correptionem saluberrimam cadere atq; proficere. Neq; n. scimus quid contingat sequēti die: aut ante finem uitae huius de aliquo tali desperandum est: aut cō tradici deo potest: ne respiciat & det poenam: & accepto sacrificio spiritus contribulati: cordisq; contriti a reatu quāuis iustae dānationis absoluat damnatum: quem ipse nō damnat. Pastoris tamen necessitas habet: ne per plures serpant dira cōtagia: separare ab ouibus sanis morbidam: ab illo: cui nihil est impossibile ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad praedestinatorum numerum quis non pertineat: sic affici debemus charitatis affectu: ut omnes uelim⁹ saluos fieri. Aug. in sermone de quadragesima.

Nos a communione quenq̃ prohibere non possumus: quāuis prohibitio haec nondum sit mortalis: sed medicinalis: nisi aut sponte confessum: aut in aliquo siue saeculari siue ecclesiastico iudicio nominatum atq; commotum.

Hierony. Hierony. & hētur. xxiiii. q. iii. Resecandae.

Resecandae sunt putridae carnes: & scabiosae oues a caulis repellendae: ne tota domus massa: corpus: & pecora ardeant: corrumpantur: putrescant: intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est: per totum orbem eius flamma populata est.

Hierony. super Matthaeum & habetur. xi. q. iii. Quomodo.

Quomodo sacerdos mundum leprosum non facit: sic episcopus uel praesbyter non alligat eos qui insontes sunt: nec soluit noxios: sed pro officio suo cum peccatorum uarietates audierit: scit qui ligādus sit: qui soluendus.

Hierony. li°. iudicium: & habetur. xi. q. iii. Audi.

Audi deniq; apostolum dicentem de eo qui peccauerat: tradidi inquit huiusmodi hominem sathanae in interitum carnis ut saluus fiat spiritus. Vides ergo: quia & modo nō solum per apostolos suos tradidit deus delinquentes in manus inimicorum: sed etiam per eos qui ecclesiae praesidēt: & potestatem habent: non solum soluendi sed etiam ligandi. Traduntur autē peccatores in interitum carnis: quum pro delictis suis a Xp̄i corpore separantur: & ut mihi uidetur: dupliciter etiam nunc traduntur homines de ecclesia in potestatem diaboli hoc modo: quo superius diximus: quum delictum eius manifestum fit ecclesiae: & de ecclesia p sacerdotem pellitur: ut notatus ab omnibus erubescat: et conuerso eueniat ei illud quod sequitur: ut spiritus saluus fiat i die domini nostri Iesu Xp̄i. Alio uero modo quis traditus est Zabulo quum peccatum eius non esset manifestum hominibus. Deus autem qui uidet in abscondito perspiciēs ei⁹ mentem & animum eius uitiis ac passionibus seruientem: & in corde eius non se diligi: sed aut auariciam: aut libidinem: aut iactantiam uel alia huiusmodi: illum talem dominus tradidit sathanae: quomodo tradidit eum sathanae: discedit a mente eius: & auertit se & refugit a cogitationib⁹ eius malis & desyderiis indignis: & relīqt domum cordis eius uacuam.

Gregorius Grego. & hētur. xi. q. iii. Sententia.

Sententia pastoris siue iusta: siue iniusta fuerit timēda est. Io. Chrysostomus in epistola ad Hebreos: & habetur. xi. q. iii. Nemo. Io. Chrys.

Nemo contemnat ecclesiastica uincula: non enim homo est qui ligat: sed Christus qui hanc potestatem dedit: & dominos fecit homines tanti honoris. Isydorus. & hētur. xi. q. iii. Cum excōicato. Isydorus.

Cum excommunicato neq; orare neq; loqui: nisi q̃ ad eandem excommunicationem pertinent: nec uesci licet. Si quis enim cum eo aut palam: aut absconse locutus fuerit: statim cum eo excommunicationis contrahet poenam.

Orígenes super Leuiticum Homelia. xlviii. Origenes.

Interdum fit ut aliquis nō recto iudicio eorum quae psunt ecclesiae depellat' & foras mittatur: sed nō exit ante: hoc est: si nō ita egent: ut mereretur exire: nihil laeditur in eo q; non recto iudicio ab hominibus uidetur expulsus: & ita fit ut interdum ille qui foras mittitur intus sit: & ille foris sit: qui intus retineri uidetur. Beda super Matthaeum: & habetur. xi. q. i. Quicunq;. Beda.

Quicunq; ab unitate fidei uel societatis Petri apostoli quolibet modo semetipsos segregauerint: tales nec uinculis peccatorum absolui: nec ianuam possunt regni caelestis ingredi.



Excusatio graece 'ἀπολογία' & 'ἀπολόγημα' excuso dicitur. Est autem proprie excusatio obiecti criminis dilutio. & uenit ab excuso: quod ē quasi ex causa detraho. Hui⁹ diminutiuum est excusatiuncula: hic etiam excusabile: excusatione dignum.

David — Dauid ps.cl.
Non declines cor meum in uerba maliciæ: ad excusandas excusationes in peccatis.

Augustin⁹ — Aug. de charitate sermone .iiii.
Cæpisti non defendere peccatum tuum: iam incoasti iustitiam: perficietur autem in te quando nihil aliud facere delectabit.

Augustinus in epistola ad Publicolā.
Absit ut id quod propter bonum ac licitum facim⁹: si ex hoc præter nostram uoluntatem quicquam mali acciderit nobis imputetur.

Hierony⁹. — Hieronymus super Hieremiam.
Prona est ad excusatiōem sui humana peruersitas: ut quicquid merito sustinet immerito sustinere uideatur.

Gregorius — Gregorius li.x.moralium.
Fit plerumq̧: ut dum iniqui correpta in se mala defendere nequeunt: ex uerecundia peiores fiant: & sic in sua defensione superbiant: ut quædam uitia contra uitam corripientis exquirant: & eo se criminosos non existiment: si crimina aliis imponāt: qui quum uera inuenire nequeant: fingunt: ut ipsi quoq̧ habeant q̄ non impari iusticia increpare uideantur.

Gregorius li°.xxii. moralium.
Vsitatum generis humani uitium est: libendo peccatum committere: & commissum negando abscondere: & conuictum defendendo excusare.

Gregorius ibidem.
Peccatum peccato addit: qui culpæ quam facit patrocinia defensionis adiungit.

Gregorius in pastorali.
Quidam dicere nonnunquam solent: concessis utimur: aliena non quærimus: & si digna misericordiæ retributione non agimus: nulla tamē peruersa perpetramus: quum tamen diuitem post hanc uitam ultrix gehenna susceperit: non quia aliquid illicitum gessit: sed quia immoderato usu totum se illicitis tradidit.

Gregorius in registro.
Quæ potest esse pastoris excusatio: si lupus oues comedit: Et pastor nescit.

Bernardus — Bernardus super Cantica. sermone.xi.
Noli iudicare proximum: sed magis excusa. Excusa intentionem: si opus non potes: puta ignorantiam: puta surreptiōem: puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat: suade nihilominus tibi: & dicito apud te met ipsum: uehemens fuit tentatio: quid de me illa fecisset: si sic accepisset in me similiter potestatem.

Bernardus de.xii. gradibus humilitatis.
In quacunq̧ hominum uersceris frequētia: caue alienæ conuersationis esse aut curiosus explorator: aut temerarius iudex: & si perpetratum actum qd deprehendes: nec sic iudices proximum: magis autem excusa. Bernardus. Ibidem.

Quum superbo imputatur culpa: crescit nō amputatur: quia quum argutus fuerit: cor eius declinat ad excusanda peccata. Multis autem modis fiunt excusatiōes in peccatis: aut enim dicit: Qui se excusat non feci: feci q̧: sed bene feci: aut si male: nō multum male: non mala intentione. Si autem de illo conuincitur: sicut Adā & Eua aliena suasione excusare se nititur.

Cassiodor. — Cassiodorus super illud ps. Ad excusandas excusationes in peccatis.
Hoc enim maximum uitium est: quo laborat humanitas: ut post peccatum suum: maxime ad excusationis confugiunt: quasi poenitudinis se confessione prosternat: quod facinus inter summa peccata constat numeratum esse: quia inde nascitur: unde ad poenitentiam reus tardius uenire uideatur.

Prosper — Prosper de uita contemplatiua.
Superbus uult credi se constantem: prodigus liberalem: auarus diligentem: temerarius fortem: inhumanus parcum: ignauus quietum: timidus cautum.

Seneca — Seneca epistola.lx.
Nemo se auarum intelligit esse: nemo cupidum: cæci tamen ducem quærunt: nos sine duce erramus: dicimus: non ego ambitiosus sum: sed nemo Romæ aliter potest uiuere: non ego sumptuosus sum: sed urbs ipsa magnas impēsas exigit. Non est meum uitium: q̧ iracundus sum: adolescentia hoc facit. Quidem nos decipimus: non extrinsecus est malum nostrum: intra nos est: in uisceribus ipsis sedet: & ideo difficulter ad sanitatem uenimus: quia nos ægrotare nescimus.

Seneca Ibidem.
Intellige tua esse uicia quæ putas rerum. Quædam enim locis & temporibus ascribimus: at illa quocunq̧ transierimus secutura sunt.

Glosa — Glosa Ecclesiastici.v.
Ne dicas te ex infirmitate carnis tuæ peccare: tanq̄ reflectens culpam in authorem. Hoc est enim declinare cor in uerba maliciæ ad excusādas excusationes in peccatis.

Glosa super ps.xiiii.
Maximum est uitium excusationis. Nam quasi cornu cōtra deum erigit: qui per aliquos peccata sua nititur excusare: ut per diabolum: uel per aliquos suasores: uel per necessitatem stellarum.

Glosa super. ps.lxx.
Malum est peccare: peius est perseuerare: perniciosius est defendere: Seu in deum culpā refundere.

Cicero. — Cicero lib. officiorum.
Vtendum est etiam excusatione aduersus eos quos inuitus offendas quan tumcūq̧ possis: id quod fe

ceris necesse fuerit: Nec aliter potueris facere.
Cicero Rhetoricorum ueterum li°.ii.
Voluntario facinori nulla est excusatio impruden/tiæ. Terentius comedia.vi.
Terenti°
Nam qui post factam iniuriam se expurgat parum ibi pro sit.

Executio græce [Greek] .& [Greek] exequor & perficio. Executor proprie is dicitur: qui rem iudicatam ducit ad effectum: ueniteq ab exequor: quod e persequor: & ab soluo. Apuleius. Neq enim in tenebris: sed in propatulo iussa domini exequebar. hinc Exequiæ de quibus infra.

Execratio græce [Greek] .& [Greek] execror dicitur. Et est malorū de/precatio: Ab execror quod proprie est mala deprecor: fit execrabile deprecabile: euitādum: Deducūtur autem hæc omnia a sacrum.

Exequiæ græce [Greek] & [Greek] funus dicitur. Sunt autem exe/quiæ ipsa funeris celebratio dū corp° effertur. Dictæ q.s.i. funere exequimur: a quo exeq̄ri: quod est in exequiis comitari & epulari. Varro. In ipsum propter ius liberti semitrachi exequant. Differunt autem sic ab inferis: q exequiæ sunt dum cadauer effertur: Inferiæ postq̄ sepultum ē: & sunt sacra mortuorum quæ inferis fiebant. Di/cuntur etiam parentalia. Nam parētare est sacra mortuis facere: dicta q ita pareant mortuis: q ita uiuentes iusserant fieri: uel q filii parentibus hoc præstent.

Exemplar græce [Greek] .di citur. Et est id ad cuius imitationem fit aliquid ex intentione agentis. secundum b. Tho. in quæstionibus de ueritate.q.viii.ar.viii.

Exemplum græce [Greek] . dicitur: Et ē alicu ius facti: uel dicti præteriti cum certi authoris nomie propositio. secundum Ciceronē lib.ii. Rhetoricoꝝ. Exemplum est: nō ut totum ad totum: neq ut pars ad totum: neq ut totum ad partem: sed ut pars ad partem: simile ad simile: quādo utraq sub eodem genere sunt: sed unum altero magis perspicuum. secundum Ciceronem li°.i. Rhetoricoꝝ.
· Exemplum est quod aut sequamur: aut uitemus: Exemplar autem est ex quo aliud simile faciam°. Exemplum est res quæ nobis imitāda proponitur: ut puta: in Catone: qui ne turpiter seruiret mortē sibi consciuit. Itaq exemplar ē ipse Cato a quo sumitur exemplum. Illud contentum: hoc cōtinēs: Exemplum igitur incorporale est: Exemplar uero plerumq corporale. Nonnunq̄ exemplum p exēplari ponitur. Ouidius loquēs de libro Metamorphoseos ait. Pluribus exemplis scripta fuisse reor. exemplis dixit pro exemplaribus: quum eius ope/ris unum sit exemplum.

Matthæus capit ulo.v Matthæ°.
· Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neq accendunt lucernam: & ponunt eam sub modio: sed super candelabrum: ut luceat omnibus q i domo sunt. Sic luceat lux uestra coram omnib°: ut uideant opera uestra bona: & glorificent patrē uestrum qui in cælis est.
Paulus ad Corinthios.i.c°.viiii. Paulus
· Castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne forte quum aliis prædicauerim ipse reprobus effi/ciar. Paulus ad Philipenses cap.iiii.
· Modestia uestra nota sit omnibus hominibus.
Paulus ad Titum cap.ii.
· In omnibus te ipsum præbe exemplum bonoꝝ operum: in doctrina: in integritate: in grauitate: uer/bum sanum irreprehensibile: ut is qui ex aduerso est uereatur: nihil habens malum dicere de nobis.
Paulus apostolus prima cap.ii.
· Carissimi obsecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalibus desyderiis quæ militāt aduersus animam: conuersationem nostram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detractant de uobis tanq̄ de malefactoribus e x bonis operi/bus uos consyderantes: glorificent deum in die uisitationis. Augustinus in libro de ciuita Augustin° te dei & habetur xxiii.q.v.non est.
Non est innocentiæ parcendo sinere: ut in malum grauius incidatur: pertinet ergo ad innocētis officium nō solum nemini malum inferre: uerum & cohibere a peccato: uel punire peccatū: ut aut ipse qui prius odio habetur corrigatur experimento: aut alii tereantur exemplo.
Aug. ad Casulanū & habet Di.viiii: Sana.
Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda ē: cuius quidem exempla concordant: sed illa quæ tantum digniora sunt imitatione: quantum excellentiora pietate. Aug. in sermone de cōmuni uita clericoꝝ & habet.xii.q.i. Nolo ut.
Nolo ut aliquis de uobis inueniat male uiuendi occasionem: prouidemus enim bona: ut ait apostolus: non solum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus: propter nos cōscientia nostra no/bis necessaria est: propter uos fama nostra nō pol luit sed pollere debet in uobis. Duæ res sunt con/· scientia & fama: conscientia necessaria est tibi: fa

ma proximo tuo: Qui confidẽs conſcientiæ ne/ gligit famam crudelis eſt.

Auguſtinus in lib. de paſtoribus.

· Qui in conſpectu populi male uiuit: quantum in il lo eſt eum a quo attenditur occidit. Ibidẽ.

Omnis qui male uiuit in conſpectu eorum quibus præpoſitus eſt: quantum in ipſo eſt occidit: & for te qui imitatur moritur: qui non imitatur uiuit: tamen quantum ad illum pertinet ambo occidit.

Auguſtinus lib. de ouibus.

Non tantum curemus habere bonam conſcientiã: ſed q̃tum poteſt noſtra infirmitas: quantum uigi/ lantia fragilitatis humanæ curemus nihil etiã fa/ cere quod ueniat in malam ſuſpitionem infirmo fratri. Hieronymus epiſtola.viii.

Hierony⁹. Qui in Chriſtum credimus Chriſti ſectemur exem pla. Hiero. & habet᷑.xxiiii.q.iii. Reſecãdæ.

Reſecandæ ſunt putridæ carnes: ſcabioſa ouis a caulis repellenda: Vide ſupra in Excõmunicatio.

Hieronymus: & habet᷑.viii.q.i. Qualis.

· Qualis.n. erit ædificatio diſcipuli: ſi itelligat magi ſtro ſe eſſe maiorem: unde non ſolum epiſcopi: p̃/ ſbyteri: & diacones debent magnopere præuide/ re: ut cunctum populum cui præſident conuerſa/ tione & ſermone præcant: uerum etiam inferior gradus: exorciſtæ: lectores: cuſtodes ædium acoly thi: & omnes omnino qui domui dei deſeruiunt:

· quia uæhementer eccleſiam dei deſtruit: meliores laicos eſſe q̃ clericos.

Hieronymus in epiſtola ad Heliodoꝝ.

· Domus epiſcopi & conuerſatio quaſi in ſpeculo po ſita magiſtra eſt publicæ diſciplinæ: quicquid fece rit id ſibi omnes faciendum putant.

Hiero. in epiſtola. & eſt in glo. i. Thimothei.iii.

Sancta ruſticitas ſolum ſibi prodeſt: & quantũ ædi ficat exemplo & uitæ merito eccleſiam Chriſti no cet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Innocẽs abſq; ſer mone conuerſatio quantum exemplo prodeſt tan tum ſilentio nocet: Nam latratu canum: & baco/ lo paſtorum deterrenda eſt rabies luporum.

Ambroſi⁹. Ambroſius ſuper beati Immaculati.

Eſt inſitum bonis ut caſtum pudicus: prudentem ſa piens: miſericors liberalem affectu pio diligat: & uirtutes ſuas in aliis amet: In pleriſq; iuſti aſpect⁹ iam monitio correptionis eſt: perfectionibus læti/

Gregorius cia eſt. Gregorius Ianuario epiſcopo: & habetur.ii.q.vii. Paulus.

· Paulus dicit: Seniorẽ ne increpaueris: Sed hæc eius regula tunc eſt obſeruanda: quum culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad interitum corda iunio rum: ubi autem ſenior iuuenib⁹ exemplum ad in/ teritum præbet: ibi diſtricta increpatione feriend⁹ eſt. Nam ſcriptum eſt: laque⁹ iuuenũ omnes uos: & rurſus: maledictus puer centum annorum.

Gregorius Ioanni epiſcopo conſtantino/ politano: & habet᷑. Di. xxi. Cõſtantinopolitana.

· Ego etiã minores meos quos ab illicitis prohibeo: cum bono imitari paratus ſum: ſtultus enim eſt q ſe in eo primum exultimat: ut bona quæ uiderit di ſcere contemnat. Gregorius lib. i. moralium.

· Quum maiores uoluptati deſeruiunt: nimirum mi noribus laſciuiæ frena laxantur.

Idem mor. lib. viii.

· Bona quæ facere ipſi negligimus: hæc ad correctio nem nobis deus ab aliis fieri demonſtrat: ut qui p̃ ceptum non attendimus ſaltem exemplis excite/ mur: atq; in appetitu rectitudinis: nil ſibi mens no ſtra difficile exiſtimet: quod pſecte peragi ab aliis uidet. Gregorius lib. x. moralium.

· Nullum ego conſilium melius arbitror: q̃ ſi exẽplo tuo fratrem docere ſtudeas quæ oporteat fieri: pro uocans eum ad meliora: & conſulens ei: neq; uer/ bo: neq; lingua: ſed opere & ueritate.

Gregorius lib. xviii. mor.

Quid eſt q; omnipotens deus & uirtutes ſuas tace/ ri uoluit: & tamen ab his qui illuminati ſunt qua/ ſi inuitus indicatur: niſi q; ſeruis ſuis exẽplũ de/ dit: ut ipſi uirtutes ſuas occultari deſyderent: & ta men ut alii eorum exemplo proficiant prodantur inuiti facta ſua occultanda ſe ipſos cuſtodiãt. Sed dum produntur inuiti bona ad proximos extra tranſmittant: occultentur igitur ſtudio: ſed neceſ ſitate publicentur: & eorum occultatio ſit cuſto/ dia propria: eorum publicatio ſit utilitas aliena.

Gregorius lib. xxiiii. moralium.

· Volantia animalia ſe uiciſſim feriunt alis ſuis. Quia ſanctorum mentes in eo q; ſuperna appetunt: cõ/ ſyderantes inuicem alternis uirtutibus excitãtur:

· Ala enim ſua me percuſſit: qui exemplo ſanctita/ tis me ad melius accendit: & ala meum uicinum animal ferio: ſi quando alteri opus bonum quod imitatur oſtendo. Gregori⁹ moraliũ lib. xxx.

· Qui pleniſſime itelligere appetit qualis ſit: tales de bet aſpicere qualis non eſt: ut in bonorum forma metiatur: quantum ipſe de ſubiecto difformis eſt. Iuſtorum enim ſpecies quaſi quædam forma no/ bis imitanda proponitur. Lectio hæc bonoꝝ uita.

Gregorius in moralium ſuper illud. Iob. xxx. Si quando ridebam ad eos: non credebant.

Dum nos quaſi licenter lætos aſpiciunt ſubditi ipſi ad illicita reſoluuntur.

Idem lib. i. Dyalogorum.

· Sunt nõ nulli quos ad amorem cæleſtis patriæ plus exempla: q̃ prædicamenta ſuccendunt.

Gregorius in Paſtorali.

· Plerunq; contingit: ut qui negligenter de ſe mala

opinari permittant: per se met ipsos nulla quidem unq̃ faciant: sed tamen per eos qui se imitati fuerint multiplicius delinquunt.

Gregorius in Pastorali.

Qui bona occulte faciũt & cum quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt: quum se ipsos recte uirtute uiuificãt: alios in se per exempla male aestimationis occidunt: & quum salubris uini potum sorbeant: pestiferi ueneni poculum aliis infundunt: Gregorius in pastorali.

Nemo amplius in ecclesia nocet: q̃ q peruerse agẽs nomen uel ordinem sanctitatis habet: Delinquentem namq̧ hunc redarguere nullus praesumit: & in exemplis culpa uaehementius extenditur: quãdo pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

Gregorius in fine pastoralis de seipso.

Dũ monstrare qualis debet esse pastor inuigilo: pulchrum depinxi hominem pictor foedus.

Gregorius super Ezechiel. homel. v.

Qui in occulto bene uiuit: sed alieno profectui minime proficit: carbo est: qui uero in imitatiõe sanctitatis positus lumen rectitudinis ex se multis demonstrat: lampas ẽ: qa & sibi ardet & aliis lucet.

Gregorius homelia. xxv.

Perpendo Petrum: consydero Latronem. aspicio Zacheum: & nihil i illis aliud uideo: nisi ante oculos nostros posita spei & poenitentiae exempla.

Gregorius in homelia super euangel.

Quum clericum uidemus ammonendus est: quatenus sic uiuat: ut exemplum uitae saecularibus praebeat: ne si quid in illo reprehenditur ex eius officio: ipsa religionis nostrae aestimatio grauetur.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus & habetur Di. xli. c°. Multi Sacerdotes.

Ideoq̧ malus sacerdos de sacerdotio suo crimẽ acq rit non dignitatem: In iudicio enim tuo sedes: si q dem bene uixeris: & bene docueris populum instruis. si bene docueris: & male uixeris tui solus cõdemnator eris. Nam bene uiuendo & bene docendo populum instruis quomodo uiuere debeat: bene aũt docendo: & male uiuendo deum instruis: quomodo te debeat condemnare.

Isydorus Isidorus de summo bono lib. i. pte. ii. c°. xi.

Qui sanctum uirum imitatur: quasi exemplum aliquod intuetur: sese q̧ in illo quasi speculo prospicit: ut addiiciat quod deesse uirtutis agnoscit. Minus enim se ipsum homo ex se ipso cõsyderat: Sed dum alterum intendit: id quod minus est uirtutis addidit. Isidor⁹ in sino. soliloqoꝝ li°. i. cap. x.

Aspice ex alio tormento quod timeas: Respice in alieno exitio quod pauescas: Euita foueam in qua alium uideris cecidisse coram te: Pericula aliena in te pertimesce: Quae uerbis doces exemplis ostẽde. Isidorus soliloquioꝝ lib. ii. cap. iii.

Vita malos: caue iniquos: Si fueris socius conuersationis eris & uirtutis: Similis simili cõiungi solet: Vitam cum malis ducere periculosum est: & cum his qui prauae uoluntatis sunt sociari.

Isidorus de summo bono lib. ii.

Maioris est culpae manifeste q̃ occulte peccare: dupliciter enim reus est qui aperte delinquit: qa agit: & docet. Bernardus in sermone. Bernard⁹

Non tibi uidetur grauiorem Christus sustinere persecutionem: qui suggestione maligna exemplo pniciosa scandali occasione ab eo peruertit animas quas redemit: q̃ a Iudeo qui sanguinẽ suum fudit.

Bernardus in sermone. lvi.

Sermo quidem uiuus & efficax exemplum operis est: plurimum faciens suasibilem: tunc quum intẽdimus quod dicitur: dum monstratur facibile quod suadetur. Bernardus in epistola. lxxii.

Pulcherrimus ordo est & saluberrimus: ut onus qđ portãdum imponis: tu portes prior: & ex te discas qualiter oporteat aliis moderari.

Leo papa in sermone de Ieiunio. Leo.

Validiora sunt exempla q̃ uerba: & pleni⁹ opere docetur: q̃ uoce. Hugo de claustro aiae lib. iii. Hugo

Sic luceat lux uestra coram hominibus: & ex hoc autem fit: quum apparet misericordia in affectu: benignitas in uultu: humilitas in habitu: modestia in cohabitatione: patientia in tribulatione.

Cassiodorus lib. i. epistolaꝝ epistola. xxxviii. Cassiodor⁹

Illi prudentiores sunt semper habiti: qui multorum hominum conuersationibus probantur eruditi.

Cassiodorus lib. v. epistolarum.

Claras eni suas maculas reddũt: si illi ad quos multi respiciunt aliqua reprehensione sordescunt: Alioquin expedit non uideri q̃ cunctorum irrisione signari. Omnes ergo qui grauiorum celsa petimus uitiorum: humilia deferamus: sit i nobis frõs libera: ut aliorum possimus emendare peccata: aequat crimen omne quod inquinat: & ideo dissimilis ab accusato debet esse qui iudicat.

Cassiodorus lib. v. epistola. xliiii.

Instructus redditur animus in futuris: quando praeteritorum commouetur exemplis.

Cassiodorus lib. x. epistola. xiii.

Res minor ad potioris currit exẽplum: & alieni facti iure iudicem sustinet: qui peccatis pstat exẽpla.

Cassiodorus lib. xii. epistola. iii.

Nemo amplius acquirit: q̃ qui se bona conuersatione tractauerit. Lactantius fir. li°. iii. diui. Lactanti⁹.

Institutionum aduersus gentes.

Qui docent tantum nec faciunt: ipsi praeceptis suis detrahunt. Bonum est autem recta & honesta pcipere: sed nisi & facias mendacium est: & incon/

· gruens atq; ineptum nō i pectore: Sed in labris habere bonitatem. Qui nimium pcus est discit aqua & polenta uitam posse tolerari. Qui odit uxorem huic enumerantur cælibatus bona: Habenti malos liberos: orbitas prædicatur: aduersus ipsos parentes nullum uinculum esse naturæ: litteræ licet paucæ sint: uarie tamen collocatæ innumerabilia uerba conficiunt: nō enim fas aut eum qui sceleratus in uita fœliciter effungere quod meretur: aut eum qui ob iusticiā miserrimus fuerit sua mercede fraudari.

Innocētius — Innocentius pp. & habet' di. xx. De qbus cāis. Sanctorum exempla perspicaciter recordamini.

Seneca — Seneca ad Lucillium epistola. xiii.

Id agamus: ut meliorem uitam sequamur: q̄ uulgus: non ut contrariam: Alioquin quos emendare uolumus fugamus a nobis & auertimus. Illud quoque efficimus: ut nihil imitari uelint nostri: dum timent ne imitanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit sensum omnem humanitatē & congregationem: a qua professione dissimilitudo nos separabit. Videamus ne ista per quæ admirationē parere uolumus ridiculosa & odiosa sint.

Seneca epistola. xxv.

Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse: & habere quem respicias: hoc quidem longe magnificentius sic uiuere: tamq̄ sub alicuius boni uiri ac præsentis oculis: quum iam profeceris tantum: ut sit tibi etiam tui reuerentia: & donec te eum feceris cum quo peccare non audeas.

Seneca in prouerbiis.

· Dignus tibi sis: coram te peccare pudeat: discipulus est prioris posterior dies: Ex uitio alterius sapiens emēdat suum. Optimum est maiorum sequi uestigia: si recte præcesserint.

Seneca in prouerbiis.

Bonum est in malum alieno fugienda tueri.

Seneca de sententiis oratorum.

Si bene egeris: ipse tibi personæ authoritatē dabis: Viri boni est scire pati nec facere iniuriā. Author malus bonam rem turpem facit.

Seneca lib. de Clamationum.

Filius quid imitandum sit docetur exemplo.

Seneca Tragedia. vi.

Ferre quam sortem patienter omnes

Aristoteles — Nemo recusat. Aristoteles lib. i. poetriæ.

Exemplis utimur in docendo: ut facilius intelligat quod dicitur. Aristoteles lib. i. priorum.

· Exempla non ponimus: quia ita sint: sed ut sentiāt adiscētes. Arist. lib. ii. de cælo & mundo

Opposita iuxta se posita magis elucescunt.

Aristoteles lib. viii. Ethicorum.

Accipere uirtutes uirtuosorum beatissima est uita.

Aristoteles lib. viii. Ethicorum.

In omnibus oportet imitari meliorem: uel quod melius est. Aristoteles lib. x. Ethicorum:

· Magis mouent exempla q̄ uerba. Ibidem

· In actionibus humanis minus creditur sermonibus q̄ operibus. Aristoteles Ibidem.

· Quando sermones dissonant in operibus sensibiliter: tunc contemnuntur.

Aristoteles lib. vii. politicorum.

Iuuenes sunt custodiendi: ut nec dicant: nec audiāt malum: uel turpe aliquod: quia ex dicere & audire aliquid turpium de facili fit facere aliquod turpe. L. Diog. de uita & morib' philosophorū. — L. Diog.

· Interrogatus Solon qualis debet esse populi rector respondit: populi rector prius se q̄ populum rectificare debet. Alioquin erit uelut qui umbram curuam rectificare conatur prius q̄ uirga curua umbram faciens recta fiat.

L. Diogenes de uita & moribus philosophorū.

· Per uiam publicam ne ambules: idest ne multorū sequaris errores Pythagoras dicebat. Ibidem.

Quum Vergilio ab ipentis obiiceretur: q alienos uersus suo operi inserebat: respondit: magnorum uirorum est claua extorquere de manu Herculis.

Plutarchus in apophthegmatibus. — Plutarch'

Alexander adhuc puer quum & leuitatis corporis & pedum uelocitate plurimum ualeret: hortatus a patre: ut in Olympiacis ludis stadium curreret: ait: facerem id quidem: si cum regibus mihi certamen futurum esset. Idem.

Præterea quum Alexander res gestas legeret: collachrymauit: dixitq; ad amicos: is quū hac esset ætate Darium uicit: mihi uero in hanc usq; diem gestum est nihil. Macrob. saturnalium lib. vi. — Macrob'

Considerandum hunc esse fructum legendi: æmulari ea quæ in aliis pbes: & quæ maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem usum tuum opportuna deriuatione conuertere: Quod & nostri tam inter se q̄ ex Græcis: & Græcorum excellentes iter se sæpe fecerunt. Idem satur. lib. vii.

· Plebeia ingenia magis exemplis: q̄ ratione capiuntur. Cicero lib. officiorum. — Cicero

Plerumq; autem præceptis parentum imbuti ad eorum consuetudinem moremq; deducimur.

Idem Rhetoricorum lib. ii.

Exemplum uitiosum est: si aut falsum est: ut repræhendatur: aut si improbum: ut non sit imitandū: aut maius: aut minus: q̄ res postulat.

Cicero Rhetoricorum nouorum lib. iiii.

Hoc ipsum maximum artificium est in arte sua posse alienis exemplis uti. Cicero Ibidem.


Nam rerum omnium imperiti qui uniuscuiusq; rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt:

hii per imprudentiam facillime deducunt in frau
dem: At hii qui sciunt quid aliis acciderit facile ex
eorum euentibus suis possunt ratiōib us ꝓuidere.
Val. maxi. Valerius maximus lib.ii.ti.de Insti.antiqs
Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia supe/
riorum opera carmine comprahensa pangebāt.
quo ad ea imitanda uirtutem Iuuenum alacriorē
redderent. Quid hoc splendidius? quid hoc utilius
certamine? Pubertas canis suum decus reddebat:
defuncta uirili cursu aetas ingredientes actuosam
uitam fauoris nutrimentis prosequebatur. Ibidē.
Spectandi consuetudo ēt imitandi licētiam sumit.
Q. Curti' Q. Curtius de gestis Alexandri lib.vi.
Liberior est inter mutuas querelas dolor.
L. Apulei' Lutius Apuleius de deo Socratis.
Quin nos quoq; Socratis exemplo & commemo/
Plautus ratione erigimur. Plautus in pseudulo.
Probum esse patrem oportet qui gnatum suum eē
probiorem q̄ ipsus est postulat.
Plautus in pseudulo.
Claudian' Id ne tu mireris si patrizet filius? Claudianus.
Scilicet in uulgus manant exempla regentum.
Ouidius Ouidius de ponto lib.iii. elegia.ii.
Dum feriunt unum non unum fulmina terrēt:
Iunctaq; percusso turba pauere solet.
Quumq; dedit paries uenturae signa ruinae:
Solicito uacuus fit locus ille metu.
Quis non e timidis aegri contagia uitat?
Vicinum metuens ne trahat inde malum.
Sic agitur censura: & sic exempla parantur:
Quum uideas: alios quod mouet: ipse facit.
Horatius Horatius carminum.lib.iii.ode.v.
Hoc cauerat mens prouida Reguli
Dissentientis conditionibus
Foedis: & exemplo trahentis
Perniciem ueniens in aeuum:
Si non periret immiserabilis
Captiua pubes.
Horatius sermonum lib.i. Satyra prima.
Paruula nam exemplo est magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; pōt: atq; addit aceruo
Quem struit: haud ignara ac non incauta futuri.
Iouenalis. Iuuenalis Satyra.xiiii.
Plurima sunt Fuscine & fama digna sinistra
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus:
Quae monstrant ipsis pueris tradduntq; parētes:
Si damnosa senem iuuat alea: ludit & haeres
Bullatus: puoq; eadē mouet arma fritillo. Ibidē.
Expectas ut non sit adultera large
Filia: quae nunq̄ maternos dicere maechos
Tam cito: nec tanto poterit contexere cursu:
Vt non terdecies respiret: conscia matri
Virgo fuit: ceras nunc hac dictante pusillas
Implet: & ad maechos dat eisdem ferre cynedis.
Sic natura iubet: Velocius & citius nos
Corrumpunt uitiorum exempla domestica. Ibidē.
Sed reliquos fugienda patrum uestigia ducunt:
Et monstrata diu ueteris trahit orbita culpae.
Abstineas igitur damnis huiusce: & enim uel
Vna potens ratio est: ne crimina nostra sequātur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus: & Catilinam
Quocunq; in populo uideas: quocunq; sub axe.
Sed nec Brut' erit: Bruti nec auncul' usq̄. Ibidē.
Nil dictu foedum: uisuq; haec limina tangat
Intra quae puer est: procul hinc: ꝓcul inde puellae
Lenonum: & cantus pnoctantis parasiti. Ibidē.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras: ne tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum censoris fecerit ira:
Quandoquidem & similē tibi se nō corpore tātū:
Nec uultu dederit: morum quoq; filius: & quum
Omnia deterius tua per uestigia peccet:
Corripies nimirum & castigabis acerbo
Clamore: aut post haec tabulas mutare parabis:
Vnde tibi frontem libertatemq; parabis?
Quum facias peiora senex: uacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc uentosa cucurbita quaerat.
Iuuenalis satyra.xiiii.
Hospite uenturo cessabit nemo tuorum:
Verre pauimentum: & nitidas ostēde columnas:
Arida cum tota descendat aranea tela.
Hic lauet argentum: uasa aspera tergeat alter:
Vox domini fremit instantis: uirgamq; tenentis:
Ergo miser trepidas ne stercore foeda canino
Atria displiceant oculis uenientis amici:
Ne perfusa luto sit porticus: & tamen uno
Semodio scobis haec emendat seruulus unus.
Illud non agitas: ut sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum: uitioq; carentem.
Gratum est q; patriae ciuem populoq; dedisti:
Si facis ut patriae sit idoneus: utilis agris:
Vtilis & bellorum & rebus pacis agendis.
Plurimū.n.intererit: quib' artib': & qbus hūc tu
Moribus instituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit: & inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem sumptis quaerunt animalia pennis.
Vultur iumēto & canibus: crucibusq; relictis
Ad foetus properat: partemq; cadaueris affert:
Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis: & se
Pascentis: propria quum iam facit arbore nidos.
Sed leporē aut capreā famulae Iouis: & generosae
In saltu uenantur aues: nunc praeda cubili
Ponitur: inde autem quum se matura leuabit
Progenies: stimulante fame: festinat ad illam

Qui primum pdam rupto gustauerat ouo. Ibidẽ.
Aedificator erat Centronius:& modo curuo
Littore Caietæ:summa nunc Tyburis arce
Nunc prænestinis in montibus alta parabat
Culmina uillarum:Græcis longeq; petitis
Marmoribus:uincens fortunæ ac Herculis ædẽ:
Vt spado uincebat capitolia nostra Posides.
Dum sic ergo habitat Centronius imminuit rẽ:
Fregit opes:nec parua tamen mensura relictæ
Partis erat:totam hanc turbauit filius amens:
Dum meliore nouis attollit marmore uillas.

Exemptio græce ἀφεντηρία. ας. ἡ. & ἀπελεύθερος. ου. ὁ. ἡ. exemptus dicitur ẽtus est:qui non subest iurisdictioni ordinarii. Diciturq; ab eximo quod ẽ aufero:excipio. Differunt autem eximo & eripio:ut placet Pomponio iuris consulto:q eripere est de manibus auferre per raptum. Eximere uero quoquo modo auferre. Itaq; erit eximendi uerbum generale:ut puta. Si quis non raperet aliquem:sed moram faceret:quo minus in iudicium ueniret:ut actionis dies exiret:uel res tempori amitteretur:uidet exemisse:quis corpus non exemerit. Hinc eximium dicitur:excellens:egregium:tractum ab eo quod in sacrificiis optimum pecus de grege eximebat:uel quod primum erat ratum. Et eximii porci dicebantur maiores:qui ad sacrificandum electi erãt:sicut egregiæ oues dicebãtur egrege electæ:unde egregium dicimus excellens:& eximie & egregie aduerbialiter:& ab eximo exemptio dicitur.

Exercitatio græce ἄσκησις. ιος. ἡ. & ἀσκέω exerceo dicitur. uenitq; ab arceo:quod est premo:fatigo:quasi extra arceo. Exercere proprie fatigare est. Terẽtius. I sane ego te exercebo hodie:ut dignus es silicernium. Aliqñ exercere ponitur p agitare:commouere. Pro insequi:Pro laborare:colere:a cuius frequẽtatiuo exercito fit exercitium:& exercitatio:& exercitus:fatigatus participialiter:& exercitus nomẽ:hoc est militum multitudo:quod exercendo fit melior.



Xercitiũ græce γυμνασία. ας. ἡ. dicitur:Et est uitæ humanæ conseruatio:caloris naturalis lima:excitatio dormientis naturæ:uirtutum corroboratio:Superfluitatum consumptio:ocio inimicum:Temporis lucrum:Iuuentutis debitum:& senectutis gaudium:Ille ergo solus ab exercitio abstineat:qui sanitatis beneficio uult carere:secundum Fulgentium.

Prouer. Prouerbiorum cap. xii.

Qui operatur terram suam satiabit panibus:Qui autem sectatur ocium stultissimus est.

Ecclesiastes cap. viiii. Ecclesi.

Quodcunq; facere potest manus tua instanter operare:qa nec opus:nec ratio:nec sapientia:nec sciẽtia erunt apud inferos quo tu properas.

Hieronymus in sermone. Hierony.

Non facile capitur a Diabolo qui bono uacat exercitio. Bernardus ad fratres. Bernard.

Rusticus duros habet neruos:Lacertos fortes:Exercitatio hoc facit:siue quum corpori molescit:uoluntas facit usum:usus exercitium:exercitium uires subministrat.

Bernardus in sermone natiuitatis domini.

Pastoribus uigilantibus exhibita est uisitatio angelorum & allocutio:Agnoscant ergo homines:qa qui in labore hominum non sunt:uisitari ab angelis non merẽtur. Hugo de instõne nouicior. Hugo

Sæpe illaquæ in publico non ualemus:necessario quendam prius in secreto exercitationis usum exposcunt:quia si ea prorsus in occulto negligimus:uti postmodum eis dum opus est in publico nõ ualemus. Cassiodorus lib. viii. epistolar. Cassiodor.

Constat omnem operam si longa intercapedine qescat ægre resumi. Quis enim ignoret cunctis:aut artificibus:aut artibus maximum decus usu ueniree:quum q studia consueta non frequentantur:brachia in corporib:ingenia pigrescere in artib.

Cassiodorus lib. viii. epistolarum.

Aegrescit profecto ingenium nisi uigilatiõe reparetur. Cito expediuntur horrea:quæ assidua nõ fuerint adiectione suffulta. Thesaurus ipse q̃ facile p funditur:sic humanus sensus quum alieno nõ farcitur inuento:cito potest attenuari de proprio.

Vegetius de re militari lib. ii. Vegetius

Omnes artes omniaq; opera quottidiano usu & iugi exercitatione proficiunt. Quod si in paruis uerum est:q̃to magis decet in maximis custodiri.

Seneca epistola. xxiii. Seneca

Quem in ipsa re trepidare nolueris:ante rem exerceas. Aristoteles lib. v. metaphisicæ. Aristoteles

Exercitium est causa sanitatis:& econuerso.

Aristoteles lib. i. Rhetorices.

Exercitium ut in pluribus conseruat sanitatem.

Aristoteles lib. ii. Ethicorum.

Exercitium temperatum conseruat sanitatem.

M. T. Cicero lib. ii. Rhetoricorum. Cicero

Exercitatio est assiduus usus:& consuetudo.

Ouidius in epistola Phedræ ad Hyppolitũ. Ouidius

Ars fit ubi a teneris crimen condiscitur annis.

Ouidius Ibidem.

Quod caret alterna requie durabile non est:
Hæc reparat uires:fessaq; membra nouat. Ibidẽ

Arcus & arma tuæ tibi sint imitanda Dianæ:
Si nunq̃ cesses tendere mollis erit.

EXilium græce φυγὴ. ῆς. ἡ. & φυγὰς. άδος. ὁ. exul. dicitur. Exilium autem. uenit ab exul qui dicitur extra solum natale: hoc ē q extra patriam eiectus est: hinc exulo uerbum: quod est extra patriam eiectus uiuo: & exulabundus in exilio uitam agens.

Euripides. Euripides in Medea.
πολλὰ ἐφέλκεται φυγὴ κακὰ σὺν αὐτῇ. i.
Multa atthrait exilium mala secum. Idem
μόχθων οὐκ ἄλλος ὕπερθεν
ἢ γᾶς πατρίας στέρεσθαι. hoc est.
Laborum non alius supra
q̃ terra patria priuari.

EXistimatio quod græce ὑπόληψις. εως. ἡ. & ὑπολογίζω reputo dicit̃. fere semper passiue capitur: ut homo magnæ existimationis. i. de quo omnes bene opinantur: & quē magnum existimāt. Vide de hoc uocabulo supra in. Aestimatio: & de hac materia supra. in Authoritas.

EXorcismus græca dictio est ἐξορκισμός. οῦ. ὁ. & ἐξορκίζω adiuro dicitur. Est autē adiuratio contra Diabolum: ut habet̃ de Conse. di. iiii. c°. Ante decem dies. De hac materia: uide Supra in Adiuratio: & in Adiurationis arbore.

EXordiū græce προοίμιον. ου. τό. & προοιμιάζω. procemium facio dicitur. Et est exordium siue procemium oratōis Initium: sicuti in poesi præfatio: In liræ pulsatione præludium. Diciturq; ab exordior quod est fari incipio. Redordior uero est rursus Incipio.

EXpectatio græce ὑπομονή. ῆς. ἡ. & ὑπομένω expecto dicitur. Est autem expectatio motus spei propter cognitionem præcedētem respectu auxilii alieni. secundū bea. Tho. prima secūdæ. q. xl. ar. ii.

Expectare dicit protensionem appetitus in aliquid: cum quiete priuāte fugam. secundum bea. Tho. iii. sen. di. xxvi. q. i. ar. i. Dicitur autem expecto a uerbo specio: quo non utimur nisi in compositione: licet antiqui etiam in simplicitate uterentur p uideo: unde augures specere: hoc ē. Inspicere aues dicebant: & spectionem auium pro Inspectiōe & contemplatione. Ennius. Vos epulo postq̃ spexit: & Vestispici custodes uestium serui: quod frequēti diligentia uestes inspiciebant: Plautus: Tū familia tota uestispici: iunctor auricustos. Et quoniā quum aliquem præstolamur: an ueniat frequēter aspicere solemus: Ideo expecto sumitur pro præstolor. Aliquando pro moram traho. Virgi. Tyria Carthagine qui nunc expectat: Nōnunq̃ desyderio. Idem. Expectate uenis: unde expectatio quod modo præstolationem: modo moram: Modo desyderium significat.


Homerus. Homerus in β Iliados.
αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε
νέεσθαι. i.
Turpe certe diu expectare: uacuumq; redire.


Xperientia. g̃. ἐμπειρία. ας. ἡ. & πειράομαι. experior dicit̃. Experimentum autē siue experiētia nihil aliud eē uidetur: nisi accipere aliquid ex multis in memoria retentis: cū aliqua ratiocinatione in particularibus. secundum bea. Tho. super li°. posteriorꝝ. ii. co. ii. lec. fi.

Experientia est cognitio singularium. Ars uero uniuersalium. secundū Arist. lib. i. Metaphisicæ.

Experientia uenit ab experior. Experiorq; uenit a perio uerbo quo utebantur antiqui pro aperio: doceo: unde peritos dicimus doctos: expertos: Sicuti econuerso Imperitos: indoctos atq; iexpertos. uti de peritia & Imperitia deriuantur: & ab eo uerbo actiuo perio fit compositum quod est in usu experior: unde experti periti: & experientia usus: doctrina: Expertes autem dicuntur Ignari; rudes: & nullam rerum experientiam habentes. Item expertes qui non sentiunt: ut expertes doloris: qui dolorem non sentiunt. Expers mortis qui nō moritur. Expers humanitatis qui nil habet humani. Sunt tamen qui uelint. Expertem non ab experior uenire: sed ab ex & pars. quasi extra partem. Venit autem a perio: unde dicitur experior: a pario paris.

Menāder. Menander.
ἐμπειρία γὰρ τῆς ἀπειρίας κρατεῖ. i.
Experientia enim inexperientiæ imperat.


Xprobratio. g̃: ὀνειδισμός. οῦ. ὁ. & ὀνειδίζω exprobro dicitur. Est autem exprobratio Ingestio Improperii In facie: Sed oblocutio est occulta detractio. secūdum b. Tho. sup psal. xliii. co. viiii. Dicitur autē exprobro ab ex & probrum. Est aūt probrum scelus: ac flagitiū: Et per methaphoram pro Ignominia accipitur: q̃ ex scelere sequi solet: ut datum est eprobro: hoc ē ignominiæ ascriptum: hinc probrosum dicimus ignominiosum: & opprobrare ignominiæ obiicere: a quo opprobrium p ipsa Ignominia. Item ex

probrare ignominiosum aliquid obiicere: a quo exprobratio ipsa probri obiectio.

Terētius Terentius in Andria.

Nam istaec commemoratio quasi exprobratio ē Immemoris beneficii.

Cicero Cicero lib. de amicicia.

Odiosum sane genus hominum officia exprobrātiū quae meminisse debet is potius in quē collata sunt: non commemorare is qui contulit.

Martialis. Martialis lib. xii.

Imputet ipse deus nectar mihi: fiet acetum.
Et uaticani perfida uappa cadi.

Exquisitio uenit ab exquiro quod graece dicitur ἐκζητεῖν. Est autem Exquiro idem quod diligenter inquiro: a quo exquisita dicuntur digna: electa: quasi diligēter quaesita: Et exquaestor uocatur honoratus quaestor: & prim⁹. Et exquisite aduerbium: hoc est diligenter: electe: culte. Differunt autem quaerere & exquirere: quia quaerere est scrutari: inquirere. Exquirere uero est secernere & eligere.

Exultatio graece: ἀγαλλίασις. ιος. ἡ. & ἀγαλλιῶ exulto dicitur.

Est autem exultatio expressio exterior ꝑrumpens in signum interioris gaudii: quia Inter⁹ gaudium sui magnitudine ad exteriora prodit. secundum bea. Tho. iii. sen. di. xlviii. q. iii. ar. i. Vnde exultatio in magnis gaudiis dicitur. Venit autem extultatio ab exulto frequētatiuo huius uerbi exilio: quod est: exeo: prodo: & quasi saltando ꝑrumpo. Exulto ꝓprie significat supramodum exilio: atqꝫ efferor: & quasi gestib⁹ quibusdam: & saltibus affectum animi ostendo: siue ira id fiat: siue saeuitia: seu uoluptate: aut alia quacunqꝫ affectione. Hinc exultabūdus: & exultatio deducuntur.

Fabula graece μῦθος. ου. ὁ. & μυθεύομαι fabulor & μυθώδης. ου. ὁ. ἡ. fabulosus dicitur. Est autem fabula res ad utilitatē siue delectationē hoium cō ficta: ut sunt poetaꝝ fabulae: ut fabulae Esopiae: q̄ ab Hesiodo poeta initium sumpsere: dicitur autem fabula a fando: inde fabulae & confabulor simul loquor: & confabulatio hoc ē collocutio. Fabula facit diminutiuum fabella: Est autem ꝓprie sermo. Martialis Q ꝺ̄qꝫ tibi moechum fabula nulla dabat.

Paulus apostolus secūdae ad Timotheū. c°. iiii.

Paulus Erit enim tempus quum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: Et a ueritate quidē auditum auertent: ad fabulas autem conuertent.

Augustinus lib. de mendacio. Augustin⁹

Apud authores saecularium litterarū: ut apud Horatium: mus loqtur muri: & mustella uulpeculae: ut per narrationē fictam ad id quod agitur uerax referatur significatio. Vnde & Esopiales fabulas ad eum finem relatas nullus ineruditꝰ fuit: qui putaret appellanda mendacia: haec & in sacris libris: ut in libro iudicum: quum ligna sibi regem fecerunt: & loquuntur ad ficum: & ad uitem: quod totum fingitur: ficta quidem narratione: sed uera significatione haec dicuntur.

Ambrosius lib. iii. de officiis. Ambros⁹.

Fabula & si uim ueritatis non habeat: tamen rationem habet: ut iuxta eam possit ueritas manifestari: Referunt (inquit) saeculares uirum quendā fuisse: ut quotiens uirum suarum destitutus amicam & nutricem terram impulsu aduersarii cōtigisset de solo surges magis in aduersarium praeualeret: & sic occasio ꝑurati occasio fiebat triumphi. Dabat infirmitas fortitudinem: Lapsus palmam: ruina uictoriam: Cui haec conueniunt nisi Christo: qui ad hoc cecidit: ut gloriosior resurgeret.

Isydorus lib. sniarū. & hētur. di. xxxvii. Ideo. Isydorus

Ideo prohibetur Christianus legere figmenta poetarum: quia oblectamenta fabularum nimiū mētem excitant ad incentiua libidinū: non enim thura solum offerendo daemonibus immolatur: sed ēt eorum dicta libentius capiendo.

Isydorus lib. Ethymologiarum primo.

Fabulae a fando dictae: quia non sunt res factae: sed tantummodo loquendo dictae: quae ideo sunt idictae: ut ficto animalium mutorum inter se colloquio imago quaedam uitae hominum nasceretur. Sicut mus loquitur muri: mustella uulpeculae: & in libro iudicum: ligna sibi regem requirunt: quod totum ad mores ordinatur: ut ad rem quae intenditur ficta quidem narratione: sed ueraci significatione ꝑueniatur. Sic enim Demosthenes usus ē fabula aduersus Philippum: qui ab Atheniensibus postulauit decem oratores: & ille finxit fabulā. Lupi suaserunt pastoribus: ut in amiciciam conuenirent: Quum qꝫ hoc pastoribus placuisset: petierunt lupi ut primo sibi uice securitatis canes traderēt in quibus uidebatur occasio iurgiorum annuerunt pastores: & tunc lupi omni adēpta formidine: omnem gregem non solum pro satietate: sed etiam ꝑ libidine Lacerauerūt. Sic inquit philosophus sub latis oratoribus in populo Atheniensium factur⁹ est. Oratores populi postulat: quo facil⁹ possit opprimere spoliatam custodibus Vrbem.

Allanus de complanctu naturae. Allanus

In superficiali Lyræ cortice falsum resonat fabula: Lyra enim fabula poetica: interius uero auditoribus intelligentiæ secretum altioris eloquitur: ut exterioris falsitatis abiecto putamine dulciorem nucleum ueritatis secretæ intus lector inueniat.

Seneca — Seneca libro de beneficiis.

Istæ ineptiæ poetis relinquantur: quibus aures oblectare propositum est: & dulcem fabulam nectere: Sed qui ingenia sanare: & fidem i rebus humanis retinere: ac memoriam officiorum animis ingerere uolunt: serio loquant: & magnis uirib' agant.

Cicero — Cicero li.ii. de diuinatione.

Nihil debet esse in philosophia commenticiis fabellis loci.

Aristoteles — Aristoteles li.i. Metaphisicæ.

Phylomites idest fabularum amator est aliqualiter philosophus: quia fabula ex mirabilib' constituit.

Cōmētat. — Commentator super secundo Metaphisicæ.

Consuetudo audiendi apologos & maxime fabulas magnum impedimentum est in cognitione ueritatis.

F Acetia: græce: εὐτραπελία.ας.ἡ & εὐτράπελος facetus dicitur.

Est autem facetus qui facit uerbis quod uult: dictus a facio: uel ut aliquibus placet a fando: unde facetiæ. Vel sic.

Facetus est elegans in dicendo & delicias: & diuitias quasdam sermōis habens quæ facetiæ dicuntur: unde facete aduerbium: hoc est exculte eleganter: urbane.

F Acilitas græce: εὐκολία.ας.ἡ. εὔκολος.ου.ὁ.ἡ. facilis dicitur. Sunt autem facilia quæ uel sine labore uel breui tempore fiunt. secundum Arist. li.i. Rhetoricorum. Erit itaq; dictu uel factu facile: quod facile dici uel fieri potest: Cuius contrarium est difficile: quod non sine labore fieri potest: Difficiles etiam terræ dicuntur quasi steriles. Virgi. Difficiles primum terræ collesq; maligni. Dicunt autē hæc a facio.

F Acultas græce: εὐπορία.ας.ἡ. & εὐπορέω facultatem habeo dicitur.

Est autē facultas potestas qua aliquid habetur ad nutū. secundum.b. Tho. prima parte.q. lxxxiiii.ar.ii. Dicitur autem facultas a facio: ita & difficultas a difficili. Et quoniā diuites facile quæ uolunt agunt: factum est: ut facultates pro opib' capiamus. Petroni' arbiter. Quisquis habet nummos secura nauiget aura. Fortunāq; suo temperet arbitrio. Multa loquor: quoduis nummis præsentib' opta: Et uēiet: clausum possidet arca Iouē.

f Actio græce: συνωμοσία.ας.ἡ. & συνωμότης.ου.ὁ. coniuratus dicitur. Est q factio diuisio ciuium in diuersa studia: quum aliqui se principes ac primarios facere in ciuitate conantur: inter quos æmulatio est: & qui eos sequuntur sediciosi dicuntur. Cicero. Inter bonos amicicia. Inter malos factio est: a facio hæc dicuntur.

f Facundia græce. εὐστομία.ας.ἡ. & εὔστομος.ου.ὁ. facundus dicitur.

Est autem facundia iucunda eloquentia. Vnde facundus fatu iucundus. secundum Acronem. Super arte poetica Horatii. Diciturq; facundia a fando: ita & facundus dicitur disertus: et qui ea quæ mente concipit ad audientes facile: atq; ornate profert. Eritq; facundia facultas disserendi cum gratia: et facunde aduerbium pro diserte. De hac materia uide supra in Concio: & Eloquentia.

f Allacia: quæ alio nomine dicitur locus sophisticus: qa scilicet est causa fallendi quātum est de se: licet aliquis non fallatur per ipsum in actu nisi ignorantia adueniente.b. Tho. opusculo. xxxviiii.c.i.fi. Fallacia a fando dicitur: Vt Varroni placet: q fando decipiamus: & cōtra quem diximus faciamus: Et fallax appellatur qui mentiendo decipit: hīc reffello quod ita differt a purgo: ut refellere dicatur de eo q factum negat: Purgare uero de eo qui fatetur quidem factum: sed defendit: hinc etiam falsarii dicuntur qui decipiendi gratia publica scripta falsificant: & falsifico uerbum: a quo falsificatio. & falsitas de qua Infra.

f Alsitas græce: ψεῦδος.ους.τὸ. ac mendacium. & ψευδής.εος.ὁ. falsus & ψεύδω: fallo dicitur. Est autem falsitas qua putatur esse quod non est. secundum. Aug. libro. vii. confessionum.

Falsitas consistit i inæqualitate rei & intellectus. secundum.b. Tho. in quæst. de Veri.q.i.ar.x.

Falsum est significatio rei non ita se habētis. secundum Augu. libro de doc. Christiana.



Ama: g: φημοσύνη.ης. uel φήμη.ης.ἡ. dicit. Et est illesæ dignitatis status legibus & moribus comprobatus.

Fama ē inanis de aliq re rumor: sine ueri cognitione: siue bon': siue mal': Et hoc tñ differt a rumore: q rumor semp de re recēti dr. Fama uero dict de re ueterata firmataq; in hominum opinione: quis incerta.

Fama frequenter ponitur pro laude & celebritate. Virg. Sum pi' Aeneas fama sup Aethera notus,

Fama: ut aliq uolūt græcum uocabulum eſt. Illi.n. φημην dicunt quod nos fama: Alii uolunt dici a fando: hinc famoſum & infamem dicimus in ea/ dem ſignificatione. Cice. Non pol inquit audeo: Nā me ad famoſas uetuit mater accedere. Plau. Qui etiā me miſerum famoſum fecit flagitiis ſu/ is. hinc infamia & infamatio qua Apulei⁹ utitur deriuantur: & famiger: & famigero uerbum: hoc eſt diuulgo: Et famigerabile: uulgandum apud an tiquos: ut Varro teſtatur: & famigeratio diuulga/ tio.

Prouerbi. Prouerbiorum.c.xxii.

Melius eſt nomen bonum q̄ diuitiæ multæ: ſuper argentum enim & aurum gratia bona.

Eccláſtici. Eccleſiaſtici c°.xli.

Curam habe de bono nomine: hoc enim magis per manebit tibi: q̄ mille theſauri precioſi & magni. Bone uitæ numerus dierum: bonum autē nomen permanebit in æuum.

Auguſtin⁹ Auguſtinus de bono uiduitatis: & habe/ tur.xi.q.iii. Non ſunt audiendi.

Non ſunt audiendi ſiue uiri ſancti: ſiue fœminæ: q quando repræhenduntur in aliqua negligentia p quam fit ut in malam ueniant ſuſpicionem: Vnde uitam ſuam longe abeſſe ſciunt: dicunt corā deo ſufficere ſibi conſcientiam: æſtimationem homi/ num non ſolum imprudenter: uerum etiam crude liter contemnentes: quum occidant animas alioꝝ ſiue blaſſemantium uiam dei: qbus ſcd̄m ſuā ſuſpi cionē quaſi turpis quæ caſta ē diſplicet uita ſcōꝝ: uel etiam cum accuſatione imitantium: non quod uident: ſed quod putant. Proinde quiſquis a crimi nibus flagiciorum atq̧ facinorum uitam ſuam cu ſtodit: ſibi benefacit: quiſquis autem etiā famam: & in aliis eſt miſericors. Nobis enim neceſſaria eſt uita noſtra: aliis fama noſtra.

Augu.li°. confeſſionum.

Cauete omnes ſuſpitiones: & quicquid probabili/ ter fingi poteſt ſeu dici: ne fingatur ante deuita.

Aug. li°. de doctrina chriſtiana.

Sic doctor bonam eligat uitam: ut etiam bonā non

Hierony⁹. negligat famam.

Hieronymus ad Marcellum.

Falſus rumor cito opprimitur: & uita poſterior indi cat de priore. Si anno præterito fama mentita eſt: aut certe uerum dixit: ceſſet uitium: ceſſabit & ru mor. Hieronymus ſuper illud. Matthæi.iiii. Abiit opinio eius.

Opera ſalutis ſine fama boni odoris non ſatis relu/ cent auditoribus: nec fama ſine opere proficit: ſi/ ne quibus forma ueri ſacerdotis non commenda/

Gregorius tur.

Gregorius & habetur.vi.q.i. Sunt plu rimi qui.

Sunt plurimi qui uitam bonorum fortaſſe amplius q̄ debent laudant: & ne qua elatio de laude ſubre pat: permittit omnipotens deus malos in obtrecta tionem & obiurgationem prorumpere: ut ſi qua/ culpa ab ore laudantium in corde naſcitur: ab ore uituperantium ſuffocetur. Hinc eſt q̧ doctor gen tium ſe in prædicatione currere teſtatur: inter in/ famiam: & bonam famam: qui etiam dicit: ut ſe/ ductores: & ueraces.

Gregorius in Regiſtro.

Habet proprium antiqui hoſtis inuidia: ut quos in prauorum actuum perpetratione deo ſibi reſiſten te decipere non ualet: opiniones eorum falſa ad præſens inſinuando dilaceret.

Iſydorus in Sinonymis ſoliloquiorum libro.ii.capitulo.xxvii. Iſydorus.

Diſce bono flagrare præconio. Cuſtodi bonam fa/ mam tuam.

Caſſiodorus libro.i.Epiſtola.iii. Caſſiodor.

Inclyti animi ſignum eſt famæ diligere cōmodum: & lucra cauſarum. Nam qui affectat famæ com modum pecuniæ negligit augmenta. Ibidem.

Regnantis facultas tunc fit ditior: quum remit/ tit & acquirit theſauros famæ: neglecta utilita/ te pecuniæ.

Caſſiodorus li°.i.Epiſtola.iii.

Nemo futurum putat diligentem: quem in ipſa no uitate operationis ſuæ non uidet eſſe cuſtodem. Prouidus inſtitutor hortum ſuum fœcundis niti/ tur ornare plantariis: ut reddant fructus optatos: quæ ſollicitis fuerant exculta laboribus.

Caſſiodorus libro.i.Epiſtola.xxiiii.

Laborem quippe non refugit: qui uirtutis gloriam concupiſcit.

Caſſiodorus li.ii.epiſtolarum.

Vbiq̧ cognoſcitur quiſquis fama teſte laudatur: dum enim copia plurimum quæ ſolet habere faſti dium: bonum nomen repetitum ſemper effici/ tur glorioſum.

Ibidem.

Melius eſt de perpetua uita: q̄ de fama cogitare: no ſtra enim poſt mortem non opuſcula: ſed opera ſunt penſanda: qa ſi aliquid agimus noſtrum eſt: ſi quid habemus alienum eſt.

Caſſiodorus li.iiii.epiſtola.xxxi.

Vituperationem generant quæ in medius conati/ bus ægra deſeruiunt.

Caſſiodorus li.v.epiſtola.xii.

Pulchrum eſt commodum famæ: fœda neglexiſſe lucra pecuniæ.

Cassiodorus li.vi.Epistola.xii.
Interdum assidui labores:& ipsas ingratas faciunt dignitates. Graue pondus iudiciæ est: splendere singulari claritate: & morum lampade non lucere.
Cassiodorus li°.vi.epistola.xvii.
Quærat eruditus ubi possit existere gloriosus. Prudens frequentiam non respuat hominum: in qua se nouerit esse laudandum. Alioquin uirtutib⁹ fama tollitur: si eorum fama in hominibus nō sciat.
Cassiodorus li.viii.epistola.xxiii.
Hoc naturæ thesauris reponimus: quod famæ commodis applicamus.

Allanus. Allanus de complanctu naturæ.
Veræ famæ hæc est gloriosa proprietas: ut appetitores sui contemnat: appetat contemptores: famam fugiendo consequitur: quā pderet in consequēdo:

Lactanti⁹. Lactantius fir.li.ii. diuinarum insti.
Nam omnino fingendarum similitudinum ratio ic circo ab omnibus inuenta est: ut possit eorum memoria retineri: qui uel morte subtracti: uel absentia fuerant separati.

Seneca. Seneca de remediis fortuitorum.
Male autem de te opinātur homines sed mali. Mouerer si de me Marius: si Cato: si Lelius sapiens: si alter Cato: si Scipiones duo ista loquerētur: mouerer si hoc iudicio facerent: quod nunc morbo faciunt. Seneca Ibidem.
Bona opinio hominum tutior est pecunia: Bonum quod est supprimitur: nequaq̄ extinguitur: bona fama in tenebris proprium splendorem tenet.
Seneca in prouerbiis.
Damnum appellandum est: quum fama mala lustratur. Honestus rumor alterum ē patrimonium.
Vis omnibus esse notus? prius effice ut neminem noueris.
Seneca in Hercule furente Trag.prima.
Sic statue quicquid statues: ut causam tui famamq̄ in arcto stari & ancipiti scias.
Seneca Tragoedia.iiii.
Contemne famam: fama uix uero fauet.

Cōmenta. Commentator sup li°. de Sōno & uigilia.
Famosum secundum totum non est falsum.

Cicero. Cicero Rhoetoricorū nouorum li°.ii.
Temere fama nasci nō solet: qu subsit aliqd. Ibidē.
Facta: non famam spectari oportet.
Cicero libro Topicorum.
Fama uulgi est quoddam multitudinis testimōium.
Cicero in Philippicis li°.primo.
Ea est gloria: laus recte factorum magnorumq̄ in rempu.meritorum: quæ tamen optimi cuiusq̄. magnitudine: & testimonio comprobatur.
Cicero in philippicis li°.iii.
Nihil est detestabilius dedecoratione: nihil foedius seruitute. Ad decus & libertatem nati sumus: aut hoc teneamus: aut cum libertate moriamur: dedecus uirtus propulsare solet.
Cicero libro.i.Tus quæstionum.
Quid poetæ? Nō ne post mortem nobilitari uolūt. Vn̄ ergo illud. Aspicite o ciues senis Ennii imaginis formam: Hic uestrum pinxit maxima facta patrum. Mercedem gloriæ flagitat ab iis quorum patres affecerat gloria. Idemq̄. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit: Cur? uolito uiuus docta per ora uirum. Sed quid poetas? Opifices post mortem nobilitari uolunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Mineruæ: quum scribere non liceret? Quid nostri philosophi? non ne in his ipsis libris quos scribunt de contemnenda gloria sua nomina inscribunt?

Aristoteles li.vii.Ethicorum. Aristoteles
Fama quam omnes famant non omnino perit.

Valerius max.li.ii.tit°.i. De institutis antiquis. Val.maxi.
Ariopagus Athenis bonos ciues corona decorandi primo consuetudinem introduxit duobus oleæ cō nexis ramulis clarum Periclis cingendo caput. Probabile institutum siue rem: siue personam intueri uelis. Nam & uirtutis uberrimum alimentum est honos: & Pericles dignus a quo talis numeris dandi potestas potissimum initium caperet.
Valerius max.li°.vii.ti. Sapienter dicta aut facta.
Socrates expedita & compendiaria uia eos ad gloriam peruenire dicebat: qui id agerent: ut quales uideri uellent. tales etiam essent? Qua qdem prædicatione aperte monebat: ut homines ipsam potius uirtutem haurirent: q̄ umbram eius consectarentur.

Hesiodus. Hesiodus.
φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται ἥν τινα πολλοί.
λαοὶ φημίζουσι θεός νύ τις ἐστι καὶ αὐτή. idest.
Fama autem nulla penitus perit: quam multi populi famigerant. Dea certe quædam est & ipsa.

Plautus in Mustelaria. Plautus.
Ego si bonam famam mihi seruasso: sat ero diues.
Plautus in Persa.
Hominum immortalis est infamia: etiam tunc uiuit: quum esse credas mortuam.

Virgilius Aeneidos li.iiii. Virgilius.
Fama malum: quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget: uiresq̄ acquirit eundo:
Parua metu primo: mox se se tollit in auras:
Ingrediturq̄ solo: et caput iter nubila cōdit. & post.
Monstrū: horrēdū: īgēs: cui quot sūt corpe plumæ

Tot uigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ: totidem ora sonāt: tot surrigit aures.
Et magnas territat urbes et post.
Tam ficti prauiq; tenax q̄ nuncia ueri.

Ouidius. Ouidius metamorphoseos li.vii.fabula.i.
Sed te ne faceres tenuit reuerentia famæ.
Ouidius metamorpho.li.ix.fabula.iii.
Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas: quæ ueris addere falsa
Gaudet: & e minimo sua per uestigia crescit.
Ouidius metamorphoseos li°.xii.fabula iii.
Orbe locus medio est inter terrasq; fretumq;
Cælestesq; plagas triplicis confinia mundi:
Vnde quod est usq; quamuis regionibus absit
Inspicitur: penetratq; cauas uox omnis ad aures:
Fama tenet: summaq; domum sibi legit in arce:
Innumerosq; aditus ac mille foramina tectis
Addidit: & nullis inclusit limina portis:
Nocte dieq; patet: tota est ex ære sonanti:
Tota fremit: uocesq; refert: iteratq; quod audit.
Nulla quies intus: nullaq; silentia parte:
Nec tamē est clamor: sed paruæ murmura uocis:
Qualia de pelagi si quis procul audiat undis
Esse solent: qualemue sonum: quum Iupiter atras
Increpuit nubes: extrema tonitrua reddunt:
Atria turba tenet: ueniunt leue ulguus: euntq;:
Mixtaq; cum ueris passim cōmenta uagantur
Millia rumorum: confusaq; uerba uolutant:
E quibus hi uacuas implent sermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio: mensuraq; ficti
Crescit: & auditis aliquid nouus adiicit author.
Illic credulitas: illic temerarius author:
Vanaq; lætitia est: consternatiq; timores
Seditioq; recens: dubioq; authore susurri:
Ipsa quid in cælo rerum pelagoq; geratur
Et tellure uidet: totumq; inquirit in orbem.
Ouidi.li.iii.de arte amandi.
Quid petitur sacris nisi tantum fama poetis?
Hoc uotum nostri summa laboris habet: Ibidē.
Sed famæ uigilare iuuat: quis nosset Homerum
Illius æternum si latuisset opus?
Quis Danaen nosset: si semper clausa fuisset?
Iusq; sua turri si latuisset anus.
Ouidius lib°.iiii.tristium Elegia ultima.
Non ego diuitias dando tibi plura dedissem.
Diuitis ad manes nil feret umbra suos.
Perpetui fructum donaui nominis: Idq;
Quo dare nil potui munere maius habes.
Ouidius Ibidem.
Fama manet facti.

Proptius. Propertius li°.iii.Elegia.xviii.
Et terram rumor transilit & maria.
Propertius li.iiii.Elegia ultima.
Hæc est fœminei merces extrema triumphi:
Laudat ubi emeritum libera fama rogum.
Martialis libro primo. Martialis.
Cineri gloria sera uenit.
Horatius carminum.libro.iiii.Ode.viii. Horatius.
Dignum laude uirum musa uetat mori:
Cælo musa beat:
Horatius Carminum li.iiii.Ode.viiii.
Paulum sepultæ distat inertiæ
Celata uirtus.
Iuuenalis Satyra.x. Iuuenalis.
Maior famæ sitis est q̄
Virtutis. Quis.n. uirtutem amplectitur ipsam
præmia si tollas?
Dantes Florentinus inferni Dantes.
Cant.xxiiii.
Segendo in piuma
In fama non si uien: ne sotto coltre:
Senza laqual chi sua uita consuma
Cotal uestigia in terra di se lascia:
Qual fumo in aere: & in aqua la schiuma.
Franciscus Petrarca Franc.Pe.
Soneto.lxxx.
Credete uoi che Cæsare o Marcello
O Paulo o African fussen cotali
Per incude giamai o per martello.
Pandolfo mio questopre sonsi frali
Al longo andar: mal nostro studio e quello
Che fa per fama gli homini immortali.
Franciscus Triumpho famæ.c.i.
Vidi da laltra parte giunger quella
Che tra lhom del sepulchro: en uita il serba.

FAmes græce: λιμὸσ.ου.ο.& λιμώττω: famesco dicitur. Est autem fames appetit° calidi & sicci. scdm Aristotelen li.ii.de aia. Fames est concupiscentia calidi & sicci: idest cibi. scdm b.Tho.sup p°.de Anima.lec.v.col.iii.prin°. Dicitur autem fames ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. quod est edo. unde famelicus qui agitur edendi cupiditate: & famelicosus qui frequenter famelicus est: & fameo esurio: a quo famesco: et licet a græco ueniat: usus tamen obtinuit ut per f scribatur.
Menander. Menādez.
λιμὸσ μέγιστον ἄλγοσ ἀνθρώποισ ἔφυ.
Fames maximus dolor hominibus est. Idem.
λιμῷ γὰρ οὐδὲν ἐστιν ἀντειπεῖν ἔπος. i.
Fami.n.nullum est contradicere uerbum.

FAs græce: θέμισ.ιστοσ.ἡ.dicitur: & proprie est lex diuina: Ius uero ē lex humana. scdm.b.Tho.scda scdæ.q.lvii.ar.i.dr autē fas a fando: hoc est pium & relligiosum: & fari dignum: ad deos.n.refertur: sicut iustum ad homines. Virgilius. Fas & iura sinunt: hoc est diuina:

& humana iura promittunt. Cuius contrarium est nefas: hoc ē impium & execrabile: a quo fit ne/fandum: & nefarium: hoc est scelestum: & quod ne fari quidem liceat: quis aliqui nefarium a farre potius deductum uolunt: quo scelerati: quasi uita indigni: uti non debent.

Fascinatio a fascino uerbo deducitur. & enim βασκαίνω. fascino dr̄. Est autem fascinatio infectio ab oculis infectis ꝓpter maliciam animæ: uel ex dei ꝓmissiōe: uel coope rante fato occulto: uel dæmone. sc̄dm. b. Tho. prima parte. q. cxvii. ar. iii. Virg. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Fascinum a fasce: hoc est ab onere dicitur: quum oculoꝵ: aut uerborum: aut alicuius alterius rei maleficio hoīes ita ligantur: ut liberi non sint: nec mētis compotes: Sæpe qꝫ ad extremam maciem deueniant: a quo fascino uerbum: & passiuum fascinor: & fasciatio. Est itaqꝫ fascinare malefice alicui perniciem inferre. Vnde effascinare quod est maleficium tollere.

Fastidium græce. κόρος. ου. ὁ. & κορέω saturo. dicitur. Venit autem fastidium a fastu. Est enim fastidire proprie cum fastu quodam contemnere. Virg. Inuenies alium si te hic fastidit Alexis. Sumitur & fastidio pro stoma/chor: a quo fit fastidiosum: hoc est fastidium affe/rens: & fastidiose aduerbium: hoc est Stomacho/se. Veteres etiam fastidibiliter dicebant.

Homerus. Homerus in μ Iliados.

πάντων μέν κόρος ἐστί: καὶ ὕπνου: καὶ φιλότητος.

μολπῆς τε γλυκερῆς: καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο. idest.

Omnium qdem fastidium est: & sōni: & amiciciæ: Cantus qꝫ dulcis: & inculpabilis saltationis.

Idem in δ odyssex.

αἶψα δὲ κόρος κρυεροῖο γόοιο. idest.

Citum autem fastidium frigidi luctus.



Fatum. g̃. εἱμαρμένη. ης. ἡ. dr̄: ut ait Chrysyppus: ē sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum: & cathe/na uoluens se metipsa se se & implicans per æternos cōsequentiæ ordines ex quibus ap/ta connexaqꝫ est. sc̄dm Aulum gelium li°. vi. c°. ii. noctium. at.

Fatum est inhærens rebus mobilibus dispositio per quam prouidentia suis quæqꝫ nectit ordinibus. secundum Boetium libro. iiii. prosa. vi. de philosophica consolatione.

Fatum est ordo seriesqꝫ causarum: Causa autem ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. sc̄dm Cicero. li. de diuinatione.

Fatum est quod ex omni æternitate semper uerum fuerit. sc̄dm Cic. li. iii. de natura deorum.

Fatum proprie est dispositio siderum qua quis est cō ceptus: uel natus: Sed improprie est prouidentia dei. Ideo est in rebus. secundum. bea. Tho. prima parte. q. cxvi.

Fato qui credit mortaliter peccat. xxvi. q. vi. Non obseruetis.

Fatum dicitur a fando significatqꝫ aliquādo oracu/lum idest quod dii fantur. Virg. Oblitus fatorum. Nonnuqꝫ ponitur fatum ꝓ morte: quia nihil ho/mini tam necessario impendet: q̃ mors. Quare fato concedere est mori: & fatalis dies perniciosus dicitur. & fatiferum mortiferum fatale etiam dicimus quicquid nobis fato debetur: siue bonum: si/ue malum sit.

De hac materia habes infra: ubi Futurum: & ubi Prædestinatio.



Fauor: græce: φόνευσ. ατος. ὁ. a fando dicitur. Est autē fauor uox bene precans alicui: siue alicuius commodum: & laudem tuens: Vnde fautor: & fautrix a faueo. Est enim fauere proprie bona fari. Virg. Ore fauete omnes. Vnde fauorabilis a quo fauorem habemus: & fauorabiliter cum fauore passiue: & faustum: fœlix: cui omnes fauent: & hinc fauste aduerbium: hoc est fœliciter & infau/stum & infauste: idest infœlix & infœliciter.

Augustinus epistola ad Macedonium: & habetur. xiiii. q. vi. capitulo Si res. §. Non enim. Augustin⁹

Non enim opem fert: qui ad peccandum adiuuat. at non poti⁹ adiuuat: sed obuiat subuertendo atqꝫ opprimendo.

Augustinus contra Parmenianum: & habetur. xxiii. q. iiii. Quisquis uel.

Quisquis uel quod potest arguendo corrigit: uel quod corrigere non potest: Saluo pacis uinculo excludit: uel quod saluo pacis uinculo excludere non potest: æquitate improbat: firmitate suppor/tat: hic est pacificus: & ab isto maledicto immu/nis: de quo scriptura dicit. Veh his qui dicunt: qꝫ neqꝫ est bonum: & qꝫ bonum est neqꝫ.

Augustinus Ibidem: & habetur Ibi/dem. Ita plane.

Ita plane sociatur quis malis: si mali aliquid cum eis committit: aut committentibus fauet.

Augustinus super ps.lxxxi.& habetur. xxiii.q.iii. Ostendit propheta.

Ostēdit propheta nec illos immunes a scelere esse: qui permiserunt Christum principibus interficere: quum pro multitudine timerentur: & possent illos a facto: & se consensu liberare: qui desinit obuiare: quum potest: consensit. Aug.in ser. de uerbis euangelii: & habetur.xxiii.q.iiii. A malis.

A malis semper corde disiungimini: ad tēpus caute corpore copulamini. Duobus modis non te maculat malus: Si ei non cōsentias: & si redarguas: hoc est non communicare: non consentire: communicatur quippe quando facto eius consortium uolūtatis uel approbationis adiungitur: nec ergo consentientes sitis malis: ut approbetis: neq; negligētes: ut non arguatis: neq; superbientes ut insultantes arguatis. Aug. Ibidē. & hētur Ibidē. Recedite

Recedite & exite inde: & immundum ne tetigeritis: Sed contactu cordis: non corporis. Quid est enim tangere immundum nisi consentire peccatis? Quid exire est inde? nisi facere quod ptinet ad correctionem malorum: q̄tum pro uniuscuiusq; gradu atq; psona: salua pace: fieri potest. Displicuit tibi q; quisq; peccauerit: non tetigisti immundū: redarguisti: corripuisti: monuisti. Adhibuisti: etiam: si res exigit congruam: et quæ unitatem nō uiolat: disciplinam.

Hierony⁹. Hieronymus in originali sup Hamos.

Quicunq; consanguinitate: uel amicicia: uel econuerso hostili odio: uel inimiciciis in iudicando ducitur: peruertit iudicium dei Christi: qui est iusticia.

Gregorius Gregorius li°.viii.moralium.

Qui pro uirtute quam egit humanos fauores desyderat: rē magni meriti uili precio uenalē portat.

Gregorius Ibidem.

Valde pfectoꝝ est si ostēso ope authoris gloriā quærere: ut de illata laude priuata nesciāt exultatione gaudere. Isydo.& hētur.xi.q.iii. Qui cōsētit.

Isydorus. Qui cōsentit peccātib⁹: & defendit alium delinquētem: maledictus erit apud deum & hoies: & corripietur increpatione seuerissima: hinc etiā qdā sanctissimus pater ait: Si qs peccantem defendit acrius q̄ ille q peccauit coerceatur. Hinc & alius pater ait. Si qs alterius errori consentit: Sciat se cum illo simili modo & culpabilem iudicandum.

Seneca. Seneca Epistola.xxviiii.

Nunq̄ uolui placere populo: namq; ego scio nō probat populus ego nescio. Quis.n.placere pōt cui non placet uirtus. Malis artibus popularis fauor acqritur. Similem te illis facias oportet. Alioquin non pbabunt: nisi agnouerint. Seneca Ibidem.

Multo autem magis ad rē ptinet qualis tibi uidearis: q̄ qualis aliis. Si te intrante clamor & plausus obstrepuerint: Si fœminæ puerią laudauerint: quidni ego tui miserear: quum sciam quæ uia ad istum fauorē ducit. M.T.Cic.li°.officioꝝ. Cicero

Væhementer amor multitudinis amouetur ipsa fama & opinione liberalitatis: beneficentiæ: fidei: iusticiæ omniumq; eaꝝ uirtutum quæ ptinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Et.n.in id ipsum quod honestum decorumq; dicimus animos omnium natura & specie sua commouet.

Felis: g̃: αἰλουρος.ου.ὁ.dicitur: & ē animal quod frequentissime in domibus tenem⁹ ad murum uenatum: q a nostris catus dicitur. Veteres catum dicebant: quē nos cautum: Vnde Catones primo uolunt appellatos. Cōstat.n.hoc aīal esse astutissimum. Plinius feles p silentio q̄ leuib⁹ uestigiis obrepunt auibus: q̄ multo speculatu in musculos exiliunt. Excremēta sua obruunt terra. Intelligentes odorem illum indicē sui esse.

FEriæ ἀργία.ας.ἡ.& ἀργός.feriatus dr̃. Sic dictæ a ferēdis epulis. In his.n.epulæ fiebāt ex porcoꝝ frugumq; puentib⁹. Feriaꝝ publicaꝝ genera erant quattuor. Statiuæ uniuersi populi cōes quæ certis & constitutis diebus fiebant in qbus præcipue seruabātur Agonalia. Carmentalia. lupcalia. Conceptiuæ q̄ quotannis a magistratibus: uel sacerdotibus cōcipiebant certos siue incertos dies: ut sunt: latinæ: Sementinæ: Paganalia: Compitalicia: Imperatiuæ quas consules uel prætores p arbitrio idicebant: Nundinæ paganoꝝ: ac rusticorum qbus ad negocia & merces conueniebant.

FEritas: g̃: θηριώδεια.ας.ἡ. & θήρειος.ου.ὁ.Ferinus dicit̃. Est autem feritas naturæ quædam asperitas: dicta a ferus q ita differt a feroci: q; ferox fortis est. & ferus modo seuerus modo atrox.

FEracitas græce. εὐφορία.ας.ἡ.& εὔφορος.ου.ὁ.ferax dicitur. Est autē abundantia: uenitq; a ferax cis: quod uenit a fero ers Plinius. Vt tam ferax bonarum artium sæculum uiderem⁹. A uerbo fero pariter ueniunt fertilis & fertilitas: et fertiliter aduerbium.

FEstiuitas. ἑορτή.ῆς.ἡ.& ἑορτάζω: celebro dr̃. Venit autem festiuitas a feriis: ita & festiuus: & festiuo uerbum: hoc est diē festum ago: Et festus ta tum: Vnde fest⁹ dies dicitur: & res festiua: hoc est iucunda: & lepida: frondem festam lætam.& iucundam dicim⁹. Virgi. Festa uellam⁹ fronde per urbem. hinc pro festi dies: qui hominibus ad rem priuatam: uel publicam administrandam concessi erant. Fasti uero erant qb⁹ licebat prætori ius dicere: & licebat fari ptori tria

uerba do: dico: addico: Nefasti autem his contrarii quibus fari non licet. Ouidius.

Ille nefastus erit per quem tria uerba silentur:
Fastus erit per quem lege licebit agi.

Hinc fastorum libri appellati sunt in quibus totius anni descriptio continebatur.

Feudum est beneficium qđ ex beniuolētia cōceditur alicui: ita q̄ ꝓprietas rei immobilis beneficiario poenes dātē remaneat: Vsusfructus autē illius rei ita ad recipientē transeat: ut ad eum hr̄desq; suos masculos: & foeminas: si de hoc nominatim est dictum in ꝑpetuum ꝑtineat ad hoc ut ille siue sui haeredes fideliter dn̄o seruiāt: siue illud seruitium sit nominatim expressum: quale debeat esse: siue nōn.

Fictio: g̃: πλασμα. ατοσ. το. dr̄. Est autem fingere ostēdere dicto uel facto qđ nō est uerũ: & est speciale peccatum: Si hoc intendat̃. scđm. b. Tho. iii. parte. q. lxix. ar. ix. Quidam uanum: fictum: falsum: ita distiguunt: ut falsum loq mēdacis sit: fictum callidi: uanum stulti: falsum loqui culpae sit: fictum uirtutis: uanum uecordiae: Falsis decipiamur: fictis delectemur: uana spernam⁹. Fictio a fingo uenit: qđ ꝓprie est formare & facere. Virg. Nec si me miserum fortuna Sinonem finxit. Hinc figulos: & fictilia: & figulina ars in qua fictilia fiunt ex creta: & argilla. Aliquādo tamē fingo ꝓ simulo accipitur: qm̄ ea q̄ simulamus ita formam⁹: atq; cōponimus: ut uera esse uideantur. Hinc fictio et figmētum deducunt̃. Hoc est res simulata: & ficte aduerbium: hoc est simulate: hinc figura & figmētum: de q̄bus infra.

Fideiussio: g̃: ἐγγυα. ησ. ἡ. & ἐγγυωσμαι. Fideiubeo dr̄. Vnde fideiussor: q pro aliis debitis tercedit. qui & ἐγγυητησ. ου. ὁ. dicitur.

FIDES Cuius. S. Tho. 2a 2ae

- Materia.
  - In qua .i. subm & ē. Intellectus. (q.iiii.ar.ii.)
    - Speculatiuus: principaliter.
    - Practicus secundario.
  - Circa quam idest Obiectum. (q.i.ar.i.)
    - Formale: & ē Veritas prima cui credimus.
    - Materiale. Articuli fidei i apostolico Symbolo ɔtēti.
- Cā efficiens
  - Intrinseca: & per se Sufficiens . . . . Deus. (q.vi.ar.i.)
    - Reuelans immediate credibilia prophetis & apostolis.
    - Mittens praedicatores ad praedicandum credibilia reuelata.
    - Mouens per gratiam uoluntatem ad assentiendum.
  - Extrinseca & per accidens in sufficiēs
    - Homo.
    - Angelus.
- Actus.
  - Principalis.
    - Interior ē credeē (q.ii.) — Deum / Deo / In deū — Oppm
      - Infidelitas (q.x.)
        - Paganorum.
        - Iudaeorum
        - Haereticorum.
      - Apostasia a Fide. (q.xii.)
    - Exterior Confiteri (q.iii.). oppm. Blasphēia (q.xiii.)
      - Diuini nomis.
        - Cordis.
        - Oris.
      - In spm sanctū (vi. (q.xiiii.)
        - Desperatio.
        - Praesumptio.
        - Impoenitentia.
        - Obstinatio.
        - Impugnatio ueritatis agnitae.
        - Inuidentia fraternae gratiae.
  - Secundarius & consequens idest Effectus.
    - Timor. (q.vii.ar.i.)
    - Purificatio Cordis. (ar.ii.)
- Correspondentia
  - In donis quae sunt
    - Intellectus. (q.viii.) Oppm — Caecitas mentis. Hebetudo sensus. (q.xv.)
    - Scientiae. (q.viiii.) Oppm — Ignorantia.
  - In fructibus . . . . — Fides. (q.viii.ar.viii.)
  - In beatitudinibus — Beatitudo sexta. — Beati mūdo corde. (q.viii.ar.vii.)



Ides græce πιστιο. ιοσ.κ̃. & πιθω fido dicitur.

Fides multipliciter ſu/mitur: nam quandoq; dicitur ſponſio: Item fidelitas. Item conſcientia. Item creditum: uel collectio creditoꝝ: Itẽ ſacramentum: Item fides informis: de qua primæ ad Cor. xiii. Et ſi habuero omnem fidem &c̃. Item fides uiua. de qua ad Hebr. xi. & hoc modo ſum/pta ſic diffinitur.

Fides eſt ſubſtantia rerum ſperẽdaꝝ argumentum non apparentium ſecundum apoſtolum Paulum. ad Hebr. xi. uel ſit. ut Dãtes padiſi. c°. xxiiii.

Fede e ſubſtanza de coſe ſperate
Et argumento delle non parenti
Et queſta pare a me ſua quiditate.

· Fides magiſtraliter ſic deſcribitur. Fides eſt uirtus: qua ea quæ ad fundamentum religionis ꝑtinent recte firmiterq; creduntur.

Fides eſt uoluntaria quædam: & certa prælibatio nedum propallatæ ueritatis. ſecundum Ber. li°. de Conſyderatione.

Fides eſt cogitare cum aſſenſione ẽa quæ ad Chri/ſtianam pertinent religionem. ſecundum Augu. li°. de prædeſt. ſanctorum.

Fides ſecundum. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. viii. ar. i. eſt habitus mentis: quo inchoatur uita æterna in nobis faciens intellectum aſſentire non apparentibus.

Fides eſt opinio uæhemens. ſecundum Ariſt. li°. iiii. Topicorum.

Fides diffinitur per ſex diffinitiones a b. Tho. ſcda ſcdæ. q. iiii. ar. i. & redducuntur ad eam: quam dat ſanctus paulus ut ad perfectiſſimam.

Fides proprie eſt dictorum & conuentorum conſtã/tia: & ueritas: dicta ꝙ fiat quod dictum eſt. Terentius. Sed iis quas ſemper in te intellexi ſitas fide & taciturnitate. Hinc dare fidem dicimus aliqd ſan/cte promittere: Virg. Accipe daq; fidem: Aliquando tamen pro credulitate ponitur. Vnde bonæ fi/dei poſſeſſor: qui ignorauit rem quam emit alienũ eſſe: aut putauit eum qui uendidit ius uendendi habuiſſe: ut put. i: procuratorem aut tutorem fuiſſe. Sane habere fidem credere eſt: & accipere fidẽ eſt credi. A fides fit fido: quod ẽ fidem habeo ideſt ſpem pono & credo: Cuius cõtrarium eſt diffido: hoc eſt crudelitatem depono: ſiue deſpero: hinc ẽt fit fidentia: hoc eſt audacia: & intimiditas: & fiducia: quod pariter audaciam ſignificat fere ſemp in bonis rebus: q̃uis & in malam partem accipiatur: ſed per raro: Inde cõfido: confidens: confidentiſſimus: Virgi. Nam quis te iuuenum confidentiſſi/me noſtras: iuſſit adire domos: confidentiſſime inquit pro impudentiſſime: & maxime temerarie.

Fides iterdum cordam cytharæ ſignificat: & ipſam cytharam: ita dicta eo: ꝙ tantum inter ſe chordæ eius: quantum inter homines fides cõcordet. Cu/ius diminutiuum eſt fidicula pro parua cythara: ſiue pro parua chorda: Nec declinatur hæc fidis ut placuit Priſciano & Agrætio. ſunt & fidiculæ quædam tortoria inſtrumenta.

Fidus & fidelis differunt ſecundum Donatum ſup Ter. Quod fidus eſt amicus: fidelis eſt ſeruus: Fidi in maximis: Fideles in minoribus negociis.

Fides qd differat ab opiniõe: Vide infra in Opinio.

Regum primi cap°. xxvi. Regum.

· Dominus autem retribuet unicuiq; ſecundum iu/ſticiam ſuam & fidem.

Paralipomenon libri. ii. c°. xvi. Paralipo/

· Oculi enim domini contemplantur uniuerſam ter/ menon.
ram: & prebent fortitudinem his: q corde ꝑfecto credunt in eum.

Ibidem capitulo. xx.

· Audite me uiri Iuda: & omnes habitantes Ieruſa/lem. Credite in domino deo ueſtro: & ſecuri eritis Credite prophetis eius & cuncta euenient ꝓſpa.

Eſdra libri. iii. capitulo. xv. Eſdra

· Omnis incredulus in incredulitate ſua morietur.

Prouerbiorum cap°. xx. Prouerbi.

· Multi homines miſericordes uocantur. Virum autem fidelem quis inueniet?

Sapientiã cap°. p°. Sapientie.

· Sentite de domino in bonitate: & i ſimplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem his: qui fidẽ habent in illum.

Eccleſiaſtici cap°. ii. Ecclãſtici.

· Crede deo & recupabit te: & dirige uiam tuam: & ſpera in illum. Eccleſiaſtici Ibidem.

· Qui timetis dominum credite illi: & non euacuabitur merces ueſtra. Ibidem.

Reſpicite filii nationes hominum: & ſcitote: quia nullus ſperauit in dño: & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis eius & derelictus eſt? Aut qs inuocauit eum: & deſpexit illum? Qm̃ pius & miſericors eſt deus: & remittit in die tribulationis peccata: & ꝓtector eſt omnibus exqrentibus ſe in ueritate. Eccleſiaſtici. c. xxxii.

· In ope tuo crede ex fide animæ tuæ: hæc eſt. n. con/ſeruatio mandatoꝝ. Qui credit deo attendit mandatis: & qui confidit in illo non minoratus erit.

Iſaias cap°. xxi. Iſaias.

· Qui incredulus eſt Infideliter agit.

Abacuch capitulo. ii. Abacuch.

· Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semet ipso. Iustus autem in fide sua uiuet.

Matthæ⁹. Matthæus c.xiiii.

Modicæ fidei quare dubitasti? Ibidem.

· Si habueritis fidem sicut granũ sinapis: dicetis mõti huic transi hinc: & transibit: & nihil impossibile erit uobis. Idem capitulo.xxi.

· Si habueritis fidem: & non hæsitaueritis: & si monti huic dixeritis: tolle & iacta te ĩ mare: fiet: Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes accipietis. Marcus cap.viiii.

Marcus. · Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti.

Marcus cap.xi.

Et respondens Iesus ait discipulis. Habete fidẽ dei. Amen dico uobis: quia quicunq; dixerit huic mõti tolle te: & mitte te in mar: & non hæsitauerit in corde suo: sed crediderit: quia quodcunq; dixerit fiat: fiet ei: Propterea dico uobis: omnia quæcũq; orantes petitis credite: quia accipietis & euenient uobis. Marcus cap.xvi.

· Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit: qui uero non crediderit: condemnabitur.

Lucas Lucas cap.viii.

· Ad tempus credunt: & in tempore tentationis recedunt: & hii radices non habent:

Lucas cap.xvii.

· Si habueritis fidem sicut granum sinapis: & dicetis huic arbori moro. eradicare: & transplãtare ĩ mare: obediet uobis. Lucas cap.xviii.

· Respice: fides tua te saluum facit.

Ioannes. Ioannes capitulo primo.

· Dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Ioannes cap. iii.

· Exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipso non pereat: Sed habeat uitam æternã.

Ioannes ibidem.

Qui credit in eum non iudicatur: Qui autem non credit iam iudicatus est. Ioannes cap. iii.

· Qui credit in filium habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio: non uidebit uitã: Sed ira dei manet super eum.

Ioannes cap.v.

· Amen amen dico uobis: quia qui uerbum meũ audit: & credit ei: qui misit me: habet uitam æternã. Et in iudicium non uenit: sed transiet a morte ĩ uitam. Ioannes capitulo.viii.

· Si enim non credideritis: quia ego sum: moriemini in peccato uestro. Ioannes capitulo.xi.

· Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit: uiuet: & omnis qui uiuit: & credit in me non morietur in æternum. Ibidem.

· Non ne dixi tibi: quoniam si credideris uidebis gloriam dei. Ioannes cap.xii.

· Credite in lucem: ut filii lucis sitis. Ibidẽ.

Ego lux in mundum ueni: ut omnis qui credit ĩ me in tenebris non maneat.

Ioannes cap.xx.

· Quia uidisti me Thoma credidisti: Beati qui nõ uiderunt: & crediderunt.

Paulus ad Romanos ca°. iii. Paulus

· Iusticia autem dei per fidẽ Iesu Christi in omnes: & super omnes: qui credunt in eum.

Paulus ad Romanos cap.iiii.

· Credidit Abraham deo: & reputatum est illi ad iusticiam. Paulus ad Romanos cap.viii.

Quod non uidemus speramus.

Paulus ad Romanos cap.x.

· Corde enim creditur ad iusticiam.

Paulus Ibidem.

· Finis enim legis Christus ad iusticiã omni credenti.

Paulus ad Romanos cap.x.

· Fides ex auditu: auditus autẽ per uerbum Christi.

Idem capitulo.xiiii.

· Omne quod non est ex fide peccatum est.

Paulus ad Corynthios primæ cap.ii.

· Fides uestra non sit in sapientia hominum: sed ĩ uirtute dei. Paulus ad Corynthios scdæ c°.vi.

Quæ pars fideli cum infideli?

Idem ad Galatas.cap.iii.

· Omnes enim filii dei estis per fidẽ in Christo Iesu.

Paulus ad Ephesios cap.ii.

· Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex uobis. Dei enim donum est.

Idem ad Ephesios cap.vi.

· In omnibus sumentes scutum fidei: ut possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Paulus ad Tessalonicenses scdæ cap.ii.

· Non enim omnium est fides.

Paulus ad Titum cap.i.

Omnia monda mondis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mõdum: sed inquinatæ sunt eorum: & mens: & conscientia.

Idem capitulo.iii.

· Curent bonis operibus præesse: qui credunt deo.

Paulus ad Hebræos cap.vi.

· Videte fratres ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo uiuo.

Idem ad Hebræos cap.xi.

· Sine fide autem impossibile est placere deo: Credere enim oportet accedentem ad deum: quia est: & inquirentibus se remunerator fit.

Iacobus in epistola cap.i. Iacobus

· Probatio fidei uestræ patientiam operatur.

Iacobus Ibidem.

· Postulet in fide nihil hæsitans: Qui enim hæsitat similis est fluctui maris qui a uento mouetur: & cir

confertur. Iacobus in epistola cap.ii.

· Quid proderit fratres mei: si fidem quis dicat se habere: opera autem nõ habeat? Num quid poterit fides saluare eum?

Iacobus in epistola cap.ii.

Sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita fides sine operibus mortua est.

Petrus apostolus primæ cap.i.

· Probatio uestræ fidei multo precioſior est auro: qd per ignem probatur.

P. apostol⁹ Petrus apostolus Ibidem.

Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili: & glorificata: reportantes finem fidei uestræ salutem animarum uestrarum.

Ioannes Ioannes primæ cap.v.

· Omnis qui credit: quoniã Iesus est Christus: ex deo natus est. Ioannes primæ cap.v.

· Omne quod natum est ex deo uincit mundum: Et hæc est uictoria quæ uincit mundum: Fides nr̃a.

Apocalips. Apocalipsis cap.ii.

· Esto fidelis usq; ad mortem: & dabo tibi coronã uitæ. Augustinus cõtra Manichæos & habetur. Di.xi.cap. Palam.

Augustin⁹ · Palam est: q in re dubia ad fidem & certitudinẽ ualeat authoritas ecclesiæ catholicæ: q̃ ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus usq; ad hodiernũ diem succedentium sibimet: & episcoporum serie: & tot populorum cõsensione firmatur.

Augustinus contra Donatistas: & habetur.i.q.i. Sicut urgeri.

· Si cuius manus esset arida: uerum quidem esset mẽbrum: quiuis sine sanguine: & inefficax esset & mortuum: Sic & fides quum sit uera: tamen sine operibus mortua est. Augustinus de bono coniugali & habetur.xxii.q.iiii. Si ad peccatum.

Si ad peccatum admittendum fides exhibeatur: mirũ si fides appelletur: uerum tamen qualiscũq; sit: si & contra ipsam fit peius est: nisi quum propterea deseritur: ut ad fidem ueram legitimamq; redeatur.i. ut peccatum emendetur uolũtatis prauitate correcta. Tanq̃ si quis: quum hominem solus expoliare non possit: inueniat socium iniquitatis: & cum eo paciscatur: ut simul id faciant: spoliumq; partiantur: quo facinore commisso totum solus auferat: dolet quidem ille & seruatam sibi fidem non esse conqueritur: uerum in ipsa sua querella cogitarẽ debet: potius in bona uita ipsi humanæ societati fidem fuisse seruandam: ne præda iniqua ex homine fieret: si sentit q̃ inique sibi in peccati societate seruata non fuerit. Ille quippe utrobiq; pfidus: ac profecto sceleratior iudicandus ẽ.

Augustinus de unico baptismo. & habetur.xxiii.q.iiii. Forte in.

Forte in populo dei stat iuxta auarus raptor inhiãs rebus alienis: quem nosti talem & fidelis ẽ: uel potius fidelis uocatur: non eum potes de ecclesia pellere: non habes aliquem aditum castigãdo & corripiendo illum corrigere: accessurus est tecum ad altare: noli timere: unusquisq; onus suum portabit. Augustinus super epistolam ad Corynthios. & habetur.xxiii.q.iiii. Infideles.

· Infideles non possumus Christo lucrari: si colloqui um eorum uitamus & conuiuium: unde & dominus cum publicanis & peccatoribus mãducauit: & bibit. In his uero qui intus sunt.i. infideli⁹ putredo resecanda est. Aug. contra Petilianum & habetur.xxiii.q.v. Ad fidem.

Ad fidem nullus est cogendus ut dicitis: sed per seueritatem: immo & per misericordiam dei tribulationum flagellis solet perfidia castigari.

Aug. & habetur.xxiii.q.i. ubi sana.

· Vbi sana fides non est: non potest esse iusticia: quia iust⁹ ex fide uiuit: neq; schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant: quia similiter ubi charitas non est: nõ potest esse iusticia: dilectio enim proximi malum non operatur: quam si hæretici haberent: non dilaniarent corpus Christi: quod ẽ ecclesia catholica. Augustinus lib.i. de Trinitate.

Mentis humanæ acies inualida in tam excellẽti luce non figitur: nisi per iusticiam fidei emendetur.

Augustinus de uerbis Domini.

Nullæ maiores diuitiæ: nulli thesauri: nulli honores. nulla huius mundi maior est substantia: q̃ est fides catholica: quæ peccatores homines saluat: cæcos illuminat: infirmos curat: cathecuminos baptizat: fideles iustificat: pœnitẽtes reparat: iustos augmentat: martires coronat: uirgines & uiduas & coniugales casto pudore cõseruat: clericos ordinat: sacerdotes consecrat: in hæreditate æterna cum sanctis angelis collocat.

Augustinus lib. de ouibus.

Ille apud deum plus habet loci qui plus attulit non argenti: sed fidei. Aug. lib.x. de charitate.

· Cum dilectione fides Christiani: sine dilectione fides dæmonis. Qui autẽ non credunt peiores sunt q̃ demones et tardiores. Aug. super Ioannem.

· Sicut in radice arboris nulla prius apparet pulchritudinis species: & tamẽ quicquid est in arbore pulchritudinis uel decoris: ex illa procedit: sic ex fidei humilitate quicquid meriti: q̃cq̃d beatitudinis anima susceptura est: ex fidei fundamento procedit.

Augustinus Ibidem.

· Quid est fides: nisi credere quod non uides? Vnde & quomodo capitur trinitas: recte o homo interrogas: immo ideo bene creditur quia cito non capitur: nam si cito caperetur: non esset opus: ut cre

deretur quia uideretur. Aug. super Ioanné.
Noli intelligere: ut credas: sed crede: ut intelligas: Intellectus merces fidei est.

Augustinus super Ioannem sermone. xlv.

Ante aduentum Christi præcesserunt iusti credentes: sic eum uenturum: quomodo nos credimus in eum qui uenit: Tempora uariata sunt: non fides. Nos credimus Christum ex uirgine uenisse: i carne passum esse: resurrexisse: in cælum ascendisse: Illi crediderũt nasciturum: passurum: resurrecturum: in cælum ascensurum.

Augustinus super Ioannem sermone. xviii.

Ambula per fidem ut peruenias ad spem: spes non lætificabit in patria: quem fides non cõsolatur in uia. Augustinus sup Ioannem sermone. xxii.

Fides appellata é ab eo quod fit: duæ syllabæ sonãt quum dicitur fides: prima syllaba est a facto: secũda a deo. Intertogo te ergo utrum credas: dicis credo: fac quod dicis: & fides est.

Augustinus de spiritu & littera.

Quod imperatorum lex minando imperat: hoc fidei lex credendo impetrat.

Augustinus de fide ad Petrum.

Fides est humanæ salutis initium: sine hac nemo ad filiorum dei numerum potest pertingere uel peruenire: sine hac omnis labor hominis uacuus est.

Augustinus de Agone. cap. xvii.

Fides est prima quæ subiugat animam deo: deinde pcepta dat uiuẽdi: quibus custoditis spes nostra firmatur: & nutritur charitas: & incipit lucere quod ante tãtummodo credebatur. Quum enim cognitio & actio hominem beatum faciunt: sicut in cognitione cauendus est error: sic in actione cauenda est neqcia. Hier. in osee & hẽtur. i. q. i. Illi. Hierony⁹.

Illi offerũt sacrilegum panem: & dãt eleemosynas: & sectati uidentur humilitatem: quæ ego: si uere fiant: holocausta interpretor: quum autem sciẽtiã dei dereliquerint: frustra truncato capite fidei cætera membra habere se iactant.

Hieronymus super Ezechielem.

Fides hosti etiam seruanda est: nec est considerandum cui: sed per quem iurauerit.

Hieronymus epistola prima.

Credo igitur primo omnium ponitur: sicut Paulus apostolus ad Hebræos. scribens dicit. Credere enim primo omnium accedentem ad deum oportet: quia est: & credentibus remunerator fit. Sed & propheta dicit. Nisi credítis non intelligitis. Vt ergo itelligẽtia auditu patefiat teste: primo omnium te credere profiteris: quia nec mare quis ingreditur: & liquido a profundo se se committit elemẽto: nisi se prius credat posse saluari: nec agricola semina sulcis obruit: & fruges spargit in terram: nisi crediderit uẽturos hymbres: affuturum quoq; solis teporem: quibus terra confota segetes: multiplicata fruge producat: ac uentis spirantibus nutriat: Nihil deniq; ẽ: quod in uita geri possit: si non credulitas ante præcesserit. Quid igitur mirum si accedentes ad deum credere nos primo omnium profitemur: quum sine hoc nec ipsa exigi possit uita communis? Hoc autem iccirco in principijs præmisimus quia pagani nobis obiicere solent: q; religio nostra quia rationibus deficit: in sola persuasione consistat: & ideo ostẽdimus nec agi nec stare aliquid posse: nisi præcesserit ius credendi. Deniq; matrimonia contrahuntur quia creditur successura posteritas: & pueri discendis artib⁹ traduntur: quia magistrorum in discipulos transfundenda creditur disciplina: & imperii insignia unus suscipit: dum credit sibi populos & urbes ac matum etiam exercitum pariturum. Quid si hæc singula nisi prius crediderit futura nullus aggreditur: quomodo non multo magis ad agnitionem dei credendo ueniatur?

Hieronymus epistola prima.

Valde alienus a fide est qui regnum Christi dicit aliquando finiendum. Hiero. epistola. v.

Est autem fides ut diffinit apostolus Paulus: substãtia rex qs speram⁹: & index rex qs nõ uidem⁹. Credere & uidere qs non debet: q; ea q̃ deus promisit potens sit ut promissa sunt facillime praeuenire. Hæc nobis inuisibilia afi oculos posuit: ad hãc ingressi & diaboli & potestatum huius mundi: & harum tenebrarum uniuersa deserim⁹: & deo cũ fiducia proximamus. Credere enim & sperare necesse est quæ deus iussit: Quumq; ea quæ diabol⁹ inseruit abnegamus fidem spes sequitur.

Hieronymus epistola. viiii.

Qui in Christum credimus Christi sectemur exempla. Hieronymus epistola. viiii.

Frustra nobis in eo applaudimus: cuius mãdata nõ facimus. Ambrosius super Marcum & habetur. xxiiii. q. i. c⁹. Non turbatur. Ambrosi⁹.

Ergo non turbatur hæc nauis in qua prouidẽtia nauigat: abest perfidia: fides superat. Quemadmodum enim turbari poterat cui præerat is i quo firmamẽtum ecclesiæ est? Illic ergo turbatio ubi modica fides: Ibi securitas ubi perfecta dilectio. Deniq; & si alíis imperatur ut laxent retia sua: soli tamen Petro dicitur duc in altum: hoc est in profundum disputationum. Quid enim tam altum q̃ altitudinem diuitiarum uider. i. scire dei filium & professionem diuinæ generationis assumere: quam licet mens nequeat humana plenæ rationis inuestigatione comprehendere: fidei tamẽ plenitudo complectetur. Ambro. lib. de uirginitate.

O thesauris omnibus opulentior fides: o uirtutib⁹ corporeis omnibus fides fortior: medicis omnib⁹ salutatior. Ambrosius libro de Trinitate.

Aufer argumenta ubi fides quaeritur: in ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat: piscatoribus creditur non dialecticis.

Ambrosius super Beati immaculati.

Cito fides iexercitata languescit & crebris ociosa tẽtatur incommodis. Remissas excubias callidus insidiator irrumpit assuetum autem bello uiperum hesterna fraus instruit: & gloriosae ꝓuehit palma uictoriae: pax ergo fidei corruptellae materia est.

Ambrosius lib. de Chaim & Abel.

Fides est radix omnium uirtutum: & quod sup hoc fundamentum aedificaueris: hoc solum ad operis tui fructus & uirtutis proficit mercedem.

Ambrosius lib. i. officiorum.

Quis fideles putat quos uel pecunia uel adulatione obligatos sibi crediderit.

Ambrosius lib. i. officiorum.

Liquet etiam in bello fidem & iusticiam obseruari oportere: Fundamentum enim iusticiae est fides.

Idem lib. iii.

Gregorius — Vnusquisq; nihil promittat inhonestum: at si ꝓmiserit tolerabilius est promissum non facere: q̃ facere quod turpe est. Gregorius Theodorico & Theoderoberto regibus Frãchorum & habetur. i. q. i. Fertur Simoniaca.

In sacerdotibus fides sit eligenda cum uita: Si enim uita deest fides meritum non habet: beato Iacobo attestante: qui ait. Fides sine operibus mortua est.

Gregorius in homelia ascensionis super illud Marci: Qui uero non crediderit condẽnabit᷑.

Fortasse unusquisq; apud se dicat. Ego iã credidi: Saluus ero. Verum dicit si fidem operibus tenet. Vera & enim fides est quae in hoc quod uerbis moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit. Qui confitẽtur se nosce deum: factis autem negant. Hinc Ioannes ait. Qui dicit se nosce deũ: & mandata eius non custodit: mendax est.

Gregorius homelia. xxvi.

Diuina operatio si ratione comprehenditur nõ est admirabilis. Nec fides habet meritum ubi humana ratio prebet experimẽtũ. Idem homel. xxviii.

Tunc enim ueraciter fideles sumus: si quod uerbis promittimus operibus adimplemus.

Gregorius super Ezechielem.

Nisi prius fides teneatur: nullatenus ad spiritualẽ amorem attingitur. Nõ enim charitas fidem: sed fides charitatem praecedit. Nemo potest amare, qđ non credidit: sicut nec sperare.

Io. Chrys. — Io. Chrysostomus super illud. Matthaei. xii. Volumus a te signa uidere.

Sicut semper discere: signum est nunq̃ posse perficere: Sic testimonium semper quaerẽ: signum est nõ q̃ uelle credere. Io. Chrysostomus super illud Matthaei. xiii. Inuenta aũt una ꝓciosa margarita.

Vna est ueritas & non partita: Sicut qui margaritã habet ipse nouit quantum diues est: & tamen multis potest esse non cognitus: ita & qui fidei ueritatem detinent: noscunt q; diuites sunt. Infideles autem thesaurum nescientes hunc diuitias nostras ignorant. Ioannes Chrysostomus Ibidẽ.

Similis est natura infidelitatis terrae harenosae: quae quantumcunq; pluuiam susciperet non fructificaret. Ioannes Chrysostomus super illud Matthaei. xx. At illi magis clamabant.

Talis est natura fidei: quanto magis uetatur: tanto magis accenditur. Virtus fidei in periculis secura est: in securitate periclitatur. Quid enim aliud sic laxat uigorem fidei: sicut longa tranquillitas.

Io. Chrysostom⁹ sup Matthaeum. xxv.

Fides lampas ẽ: quia sicut lampas illuminat domũ: ita fides animam.

Idem super illud symboli Credo in deum.

Fides religionis catholicae lumen est animae: ostium uitae: Fundamentum salutis aeternae.

Isydorus in Sinonymis lib. ii. & habetur xxii. q. iiii. In malis. — Isydorus

In malis promissis rescinde fidẽ: In turpi uoto muta decretum: Quod incaute uouisti ne facias. Impia est promissio: quae scelere adimpletur.

Bernardus super cantica sermone. xxv. — Bernard⁹.

Mors fidei est separatio charitatis: Credis in Christum: fac Christi opera: ut uiuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet: actio probet. Non incuruet terrenum opus quem fides caelestinum erigit.

Idem super cantica.

Quid nõ inueniat fides? Attingit inaccessa: depraehendit ignota: comprachendit immensa: apprahẽdit nouissima: Ipsam deniq; aeternitatem suo illo uastissimo sinu quodammodo circũcludit. Ibidẽ.

Dicamus fidem uitem: uirtutes palmites: botrum opus: deuotionem uinum. Idẽ sermone. xii.

Non fidei: sed perfidiae: non confidentiae: sed diffidentiae est in semet ipso habere fiduciam:

Bernardus Ibidem.

Is fidelis est: qui nec sibi credit: nec in se sperat: factus sibi tanq̃ uas perditum: Sed sic perdens animam suam: ut in uitam aeternam custodiat eam.

Bernardus sermone. lxvii.

Transgreditur enim fides rationis fines: humanae naturae usum: experientiae terminos.

Idem de. xii. gradibus humilitatis.

Fides aliquando recipit: quod ratio non praesumit.

· qualis sit cuiusque fides: tribulatio probat.

Leo — Leo papa. & habetur Di. xi. Hoc uestrae.
Hoc uestrae indicimus charitati: ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu: quia multum post hoc esse non poterit: si quisque apostolicas regulas in aliquo crediderit esse negligendas.

Boetius. — Boetius lib. de trinitate.
Eruditi est hominis unum quodque ut ipsum est: ita de eo fidem capere: & tentare.

Seneca — Seneca ad Lucillium epistola. lxxxviii.
Fides sanctissimum humani pectoris bonum est: Nulla necessitate ad fallendum cogitur: nullo corrumpitur praemio. Vre inquit: caede: occide: non prodam. Sed quo magis secreta quaeret dolor: haec illa altius condet. Seneca in prouerbiis.
Fidem nemo unquam perdit: nisi qui non habet.
Seneca Tragoedia. vi.
Non intrat unquam regium limen fides.
Idem Tragoedia. viii.
Precio parata: uincitur precio fides.
Seneca Tragoedia. viiii.
· Teneris in annis haud satis clara est fides.
Idem Tragoedia. x.
· Nam rara Fides: ubi iam melior fortuna ruit.

Cōmenta. — Commētator super. iii. phisicorum.
Fides uulgi fortior est: quam fides philosophorum.

Cicero — Cicero lib. i. Rhoetoricorum ueterum.
Animus sine fide stabilis amicis esse non potest.
Cicero lib. i. officiorum.
Fundamentum iusticiae est fides: dictorum conuentorumque constātia: & ueritas.
Cicero lib. officiorum.
· Nec promissa seruanda ea quae sunt his quibus promisit inutilia: nec si plus ea noceant illi cui promiseris quam prosint. Ibidem.
Nam illis promissis standum quis non uidet? quae coactus quis metu: aut deceptus dolo promiserit. Ibidē.
Nec enim ulla res uehementius rempu. continet: quam fides: quae nulla esse potest: nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.
Cicero lib. de amicicia.
Sed nihil stabile quod est infidum. Ibidē.
In uita tyrannorum nulla fides.
Idem lib. ii. de diuinatione.
Deiotarus uetat expectare fortunam: dum praestetur fides.

Salustius — Salustius in Iughurta.
· Expertus sum parum fidei miseris esse.

Q. Curti. — Quintus Curtius de gestis Alexandri lib. viii.
Fides: stabile & aeternum facit imperium.

Pa. orosius — Paulus orosius de ormesta lib. iii.
In magna malorum multitudine difficillima dictis fides.

Lucianus. — Lucianus.
οὐκ ἔστι κακῶν κεχαλμένον ἀνδρα
τοῖσ ἰδίοισ εἶμαι πιστὸν ἢ ἀλλοτρίοις. ·
· Non est male utentem uirum
Propriis: esse fidum in alienis

Plautus — Plautus in duobus Captiuis.
Fac fidelis sis fideli: caue fidem fluxam geras.

Terentius — Terentius in Andria.
Nulla in re est cuique hominum fides?

Virgilius — Virgilius lib. iiii. Aeneidos.
Nusquam tuta fides.

Lucanus — Lucanus lib. i. pharsaliae.
· Nulla fides regni sociis: omnisque potestas.
Impatiens consortis erit.
Lucanus lib. iii. pharsaliae.
Cum fato conuersa fides. Lucanus lib. viiii.
Nulla fides unquam miseros elegit amicos.
Lucanus lib. x.
· Nulla fides pietasque uiris qui castra sequuntur:
Venalesque manus ibi phas ubi maxima merces.

Ouidius — Ouidius metamorphoseos lib. xv. fabula. xxviii.
Fides rebus tamen est addenda probatis.
Ouidius in epistola Helenae ad Paridem.
Tarda solet magnis rebus inesse fides.
Ouidius epistola Acontii ad Cidippen.
Non boue mactato caelestia numina gaudent:
Sed quae praestanda est: & sine teste fide.
Ouidius Ibidem.
Promittes uotum: scit te promittere falso:
Iurabis: scit te fallere posse deos.
Ouidius lib. i. de arte amandi.
Quos credis fidos: effuge. Tutus eris.
Cognatum fratremque caue: fidumque sodalem.
Praebebit ueros: haec tibi turba metus.
Ouidius lib. iii. de arte amandi.
Prona uenit cupidis in sua uota Fides.
Ouidius Tristium lib. iii. elegia. x.
Vix equidem credar: sed quum sint praemia falsi
Nulla: ratam debet testis habere fidem.
Ouidius Fastorum lib. iii.
Tarda uenit dictis difficilisque fides.

Propertius — Propertius lib. iii. elegia. vii.
Non est certa fides: quam nō iniuria uersat.
Propertius lib. iii. elegia xviiii.
Contineant nobis omnia prima fidem.

Tibullus — Tibullus lib. i. elegia. viiii.
Tu mihi iurabas nullo tibi diuitis auri
Pondere: non gemmis: uendere uelle fidem.

Horatius — Horatius sermonum lib. ii. Epistola. ii.
Multa fidem promissa leuant.

Dantes — Dantes paradisi cap. xxiiii.
Sopra la fede ogne uirtu si funda. Ibidem.
Sel mundo se reuolse al Christianesmo
Dixi io senza miracoli: Questo uno
E tal che gli altri non sonno il centesmo. Ibidē.
Et io respondo. Icredo in uno idio

Solo & æterno che tutol ciel moue
Non moto cum amore & cum disio.
Et a tal creder non ho io pur proue
Phisice & metaphisice ma dalmi
Anco la uerita che quinci pioue.
Per Moise: per propheti: & per psalmi:
Per leuangelio: & per uoi che scriuesti
Poi che lardente spirto ue fe almi.
Credo in tre persone æterne: & queste
Credo una essenza si una e si trina
Che soffera coniuncto sono & este.

Fr. Petrar. — Franciscus Petrarcha cãtilena. xviiii. stantia. iii.

I mi fido in collui chel mundo rege.

Fran. Petrarcha Triumpho amoris cap. iiii.

Lei & ogni mio bene: ogni speranza
Perdere elessi: per non perder fede.

Fran. Petrarcha Triumpho Famæ. cap. ii.

Gite superbi o miseri Christiani
Consumando lun laltro: & non ui caglia
Chel sepulchro de Christo e in man de cani

FIdentia græce: θρασος. ιος. το. & θρασυτης. ητος. ὁ. temerarius dicitur.
Est autem fidẽtia per quam magnis & honestis rebus multum ipse animus in se fiduciæ cũ certa spe collocauit. secũdum Ciceronem in rhoetoricis: unde autem dicat: uide supra in fides.

FIducia græce. παρρησια. ας. ἡ. & παρρησιαζω audacter loquor dicitur.
Est autem fiducia spes futuri auxilii: cõcepta ex dictis aliorum: uel ex his: quæ sunt ĩ se: uel in alio. secundum bea. Tho. scda scdæ. q. cxxviiii. ar. vi. & dicitur a fide.

Fiducia seu confidentia dicit motum irascibilis in æstimatum non excedere facultatem. Et circa bona est spes: sed circa mala est audacia. secundũ b. Tho. iii. sen. di. xxviiii. q. i. ar. iii.

Fiducia est omnium bonorum. Magnaminitas est magnorum secundum Eundem. iii. sen. di. xxxiii. q. iii. ar. iiii. fiducia unde ueniat: uide supra. In fides.

FIgura græce. τυπος. ου. ὁ. & τυποω figuro dicitur. Est autem figura forma quãti. secundũ bea. Tho. prima pte. q. vii. ar. i.

Figura dat terminationem quanti. Forma uero dat esse specificum artificiato. Sunt tamen idem uel propinque. ex. b. Tho. contra gen. iii. c. cv. fi. Figura a fingo: de quo supra. In fictio. Sunt & figuræ quas græci σχηματα dicunt quasi cultus & ornamenta orationis. hinc schemata lexeos & schemata dianœas: hoc ẽ figuræ uerborum & figuræ sententiarum & figuro uerbum & figuratum: unde oratio figurata & figurate. i. p figuram.

FIgmentum græce. πλασματος. τὸ. Est autem idem quod fictio: de quo supra in fictio.

FIlius græce. υἱεύς. ιος. ὁ. uel υἱος. ου. ὁ. & υἱοτης. ητος. ἡ. filiatio dicitur. Appellatione q filiorum: ut Iuriscõsulti sentiũt etiam filiæ continẽtur: sed non eõtrario filiũ ἀπο του φιλου. hoc est ab amore dictum uolunt: q omnium constantissimus amor sit parentum in filios.

Homerus — Homerus in β odissεæ.

παυροι γαρ τοι παιδες ὁμοιοι πατρι πέλονται.
οἱ πλεονες κακιους παυροι δ᾽ ἔτι πατρος ἀρειους.
Pauci certe filii similes parentibus sunt.
Plures peiores. pauci autem patre meliores.

Homerus in δ odissεæ.

πολλα γαρ ἀλγε᾽ ἔχει πατρος παις οἰχομενοιο. ι.
Multos certe dolores sustinet patre fili᾽ absente.

Phocylid. — Phocylides.

μη μεν ἐπ᾽ ἀρσενι παιδι τρεφειν πλοκαμιδας χαιτην.
μη κορυφην πλεξῃς μηδ᾽ ἅμματα λοξα κορυμβων.
ἄρσεσιν οὐκ ἐπεοικε κομᾳν. χλιδαι δε γυναιξι.
παιδος δ᾽ εὐμορφου φρουρειν νεοτησιον ὥρην.
πολλοι γαρ λυσσωσι προς ἄρσενα μιξιν ἔρωτος. ι.
Neq in masculo filio nutrias crinium iubam
Neq uerticem capitis implices: neq uincula obliqua corymborum.
Masculũ ñ dcet coma: Mollicies ɔuẽit mulierib᾽.
Filii pulchri custodias iuuenilem florem:
Multi. n. rabiescũt in masculũ mixtionẽ amoris.

Hesiodus. — Hesiodus.

μουνογενης δε παις σωζοι πατρωιον οἰκον. ι.
Vnicus autem filius seruet paternam domum.

Euripides. — Euripides in Medea.

δουλοι γαρ ἀνδρα κἂν θρασυσπλαγχνος τις ᾖ.
ὅταν ξυνειδῃ μητρος ἢ πατρος κακα.
Redigit. n. in seruitutẽ uirũ & si audacissim᾽ qs sit
Quando conscius sit matris uel patris malorum.

Periander

Periander.
ʽυιονσ παίδευε.hoc est.
Cleobulus Filios erudi. Cleobulus
τουσ τικόντασ ʽυπομονῇ νίκα.hoc est
Parentes patientia uince.
Pittacus Pittacus.
ὅ περ αὐτὸσ τοῖσ γονεῦσι ἐδράσῃ.
τὰ αὐτὰ προσδέχου παθεῖν καὶ ὑπ' τούτων.i.
Quæ ipse erga tuos parentes feceris
Eadem expecta pati & tu. Idem
μὴ ἐρίζε γονεῦσι.κἂν δίκαια λέγῃσ.i.
Noli cōtēdere cū parētibus:& si iusta dicas. Idē.
γονέασ αἰδοῦ.hoc est.
Parentes uenerare.
De hac materia uide infra in Parentes.

Irmamentum græce στερέωμα.ατοσ.τό.& στερεὸω.firmo dicitur: Est cælum stellatum & suprema sphærarum .secundum Aristotelen: non autem.secundum Astrologos modernos.ex bea.Tho.prima parte.q.lxviii.ar.i.ii.iii.

Firmus hoc est stabilis:constans:a ferendo dicitur: q̃ cōstanter omnia ferat:unde firmitas:de qua Infra:hoc est stabilitas:constantia:quæ & firmitudo dicitur.& firmiter aduerbium stabiliter:inconcusse:& firmo uerbum:quod ē stabilio:unde firmator firmatrix firmatio.hinc affirmatio:de qua supra:affirmatiuum offirmo quod est firmo.Infirmo quod est debilito:& Infirmus debilis:& Infirmitas debilitas:refirmo rursus firmo:cōfirmo approbo:confirmator:& confirmatrix:& confirmatio:& confirmatiuum.

Irmitas græce στερέωσισ.εωσ.ἡ.& στερεὸω firmo dicitur.
Est autem firmitas uirtus faciens permanētiam in opere Constantia uero in proposito bea.Tho.iii.sen.di.xxxiii.q.iii.ar.iii.

Iscꝰ ē bursa Cæsaris uel pricipis.xvi.q.vii.Maiores.Proprie tamen significat folicu lum quo testes teguntur: ponitur interdū pro sacculo in quo pecuniæ publicæ recōduntur. unde fiscū aliquando pro ærario accipimus:a quo fiscalis deducitur.

Lagellum græce μαστιξ.γοσ.ἡ.& μάστιγοσ.flagello dicitur.
Flagellum significat nonnunq̃ ramos: seu uirgarum summitatem.uir.in Georg.Ne ue flagella summa petas.eo q̃ crebro uentorū flatu agitetur.estq; flagellum diminutiuum de flagrū.Dicitur uero flagellum etiam quia caro eo percussa conflagrare:hoc est ardere uideatur.Oratiꝰ.Nec scutica dignum horribili Insectere flagello.

Oelicitas græce εὐδαιμονία.ασ.ἡ.& εὐδαιμονοσ.ονοσ.ὁ.ἡ.fœlix dicitur.
Est autem fœlicitas quædam operatio animæ per uirtutem perfectam.secundum Aristotelem lib.i.Ethicorum.

Fœlicitas est quod uitam sufficientem: optabilem: ac nullius Indigam præstat: sed eundem Ibidem.

Fœlicitas est uirtus in uita perfecta.secundum Aristotelem lib.ma.mora.

Fœlicitas est uirtutis operatio: ut usus quidem perfectus.secundum Aristotelem lib.vii.polyticorū.

Fœlicitas est operatio quædam secundum uirtutē perfectam operantem exterioribus bonis.secundum Aristotelen.viii.Ethicorum.

Fœlicitas est uel forma secunda cum uirtute: uel p se sufficientia uitæ: uel uita tuta: & iucūdissima: uel possessionum facultas: & corporis uires cū factiua conseruatiua: amplificatiua: horum uirtute.secundum Aristotelen lib.i.Rhoet.

Menander. Menāder.
δίκαιον εὐ πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ.i.
Iustum est fœliciter agentem recordari dei.Idem.
κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶσ εὐτυχεῖ.i.
Iuxta propriam sententiam nullus fœlix est. Idē.
κοινὸν δὲ καλὸν ἐστι χρηστὸσ εὐτυχῶν.i.
Commune autem bonum est bonus Fœlix. Idē.
οὐκ ἔστιν ὅστισ πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
Nō est qui in omnibus uir fœlix sit. Idem
πολλοί μὲν εὐτυχοῦσιν.ου.φρονοῦσι δέ.
Multi quidē Fœliciter agūt:nō sapiūt ḡuis. Idē.
τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.i.
Fœliciter agentem: & sapere putamus. Idem
τοῖσ γὰρ καλῶσ πράσσουσι πᾶσα γῆ πατρίσ.i.
Bene enim a genti omnis terra patria. Idem
τοῖσ εὐτυχοῦσιν πάντεσ εἰσὶ συγγενεῖσ.
Fœlicium omnes sunt affines. Idem.
ὡσ εὐκόλωσ πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.
Quam facile cadunt splendidæ Fortunæ. Idē.
Lucianus Lucianus.
θεοῦ μὲν ἐκτοσ.οὐδεὶσ εὐτυχεῖ βροτῶν.i.
Deo quidem sine nullus fortunatus est mortalis.
De hac materia uide Infra in Prosperitas.

Oemina θῆλυ.εια.υ.& θῆλυσ.εοσ.ἡ.dicitur.
Mulier autem quæ dicitur fœmina a fœminis mollicie: ut quidam putāt: uel a fœtu: ut credibilius est: A fœmina fit fœmineum: & fœmininum: & diminutiuum fœmella. Et effœmino uerbum: quod in muliebrem molliciem: atq; lasciuiā conuerto: cuius passiuum est effœminor.unde effœminatus mollis: lasciuꝰ: & effœminatio mollicies

& lasciuia. Et effoeminate: hoc est molliter. & lasciue. De hac materia uide infra in Mulier.

FOenus τοκος.ου.ὁ. et τοκιζω foenero. Est autem foenus usura. Sed differunt: quia usura ē lucrum de capitali acceptum: foenus uero est lucrum de usura. uel sic.

Foenus ex solo ipso est. Nam dicitur naturalis fructus terrae. Ouidius. Quae tibi cum multo foenore reddat ager. Et inde ad usuram trāsfertur: quasi pecunia per se fructum producat sicut terra. Ita & foenum: foetum terrae dicimus: & foenus foetū pecūiae. A foenore diminutiuum fit foenusculum & foenero uerbum: quod est pecuniam: sine aliā rē ad foenus mutuo: & cum actō Iungitur: Mar. haec sapit: haec omnes foenerat una deos: hui⁹ passium ē foeneror: unde res foenerata dicitur ad usuram tradita. a foenero foenerator q apud graecos Danista dicitur. & foeneratiti⁹. unde pecunia foeneraticia quae ex usuris est collecta: hinc & foenū dicitur q hærbae eædem manentes quotannis nouas pariant. De hac materia uide infra in Usura.

FOmes graece ἐμπη.ασ.ἡ. dicitur. Et est languor naturae: qui carnis concupiscētia appellatᷣ. ut hēᷣ. xv. q. i. §. ut itaq.

Fomes ē cōcupiscētia habitualis: q̄ puenit ex hoc q rō n̄ hēt uirtuē totaliter inferiores uires refrenādi. scđm b. Tho. in. quaest. dispu. de Ma. q. iiii. ar. vi.

Fomes a fouendo hoc est nutriēdo ignem. Est enim fomes assula ex arbore excussa dum caeditur. Itē quaecunq materia sicca: In qua facile ignis Inflamatur. Virgi. Suscepitq ignē foliis: atq arida circum nutrimēta dedit rap. q. i fo. fl. p methaphorā autem fomitē appellamus quicquid accendit nos: atq excitat ad aliquid agendum. Gellius fomitē esse quaedam dicens & incitabulum Ingenii uirtutisq si mens & corpus homine uino flagraret.

FOrma graece μορφή ἡσ.ἡ. & μόρφωσισ formatio dicitur. Est autem forma quae dat esse specificum artificiatum. Quomodo autem differat a figura: uide supra in figura.

FOrmido graece δειλία.ασ. & δειλόσ.ου.ὁ. formidolosus uel timidus dicitur. Est autem formido uirtus medio mō se habens circa timores & audacias propter bonum. secundum Aristotelen lib. iii. Ethicorum.

Formido est metus permanens. secundum Ciceronem lib. Tus. quaest. Dicitur autem formido a fero fers. & est metus qui uehementius in mouendo ut ab se abeat foras fertur. hinc formido uerbū i. timeo: & formidabile timendnm: & formidolosus qui formidat. Terē. Num formidolosus es mi homo? & formidolose. i. cum timore. Apophoreta uero quae sunt munera quae dari solebant in saturnalibus: quem morem quoq hodie seruamus mēse decembri non a fero. sed a phero graeco: q ab his quos salutabāt: referrentur. nam ἀποφέρειν mō auferre modo referre significat. hinc. Mart. nouissimū sui operis librum Apophoreta Inscripsit: hoc est munera saturnaliorum.

FOrnicatio graece πορνεία.ασ.ἡ. & πορνεῖον.ου.τό. lupanar dicitur. Est autem Fornicatio omnis illicitus coitus: ut habetur xxxii. q. ii. c°. Meretrices. §. Qui ergo. Proprie tamen est inordinatus concubitus naturalis: quo solutus solutam naturali usu cognoscit: solut⁹ inquā quolibet uiculo: cōiugii: cōsāguinitatis: aff. nitatis: ordinis: religionis: seu uoti.

Fornicatio ut habetur. xxxvi. q. i. c. Lex illa. Licet uideatur eē genus cuiuslibet illiciti coitus: qui fit extra uxorem legitimam: Tamen specialiter intelligitᷣ in usu uiduagę: uel meretricū: uel cōcubinagę.

Fornicatio dicitur a fornice. i. ab arcu triūphali ubi Romae fiebat fornicatio: & proprie est soluti cum soluta. secundum bea. Tho. iiii. sen. di. xli. ar. iiii. Fornix dicitur ut nonnulli putant a furno: furnum uero ueteres dixere quasi furuum: & furuū nigrum uel obscurum dicebant. Suntq Fornices loca in arcuum similitudinem aedificata subobscura. Inde fornicor: quod ē meretricor: Quoniā meretrices in fornicibus habitare consueuerunt. Inde fornicator & Fornicatio deducuntur: hoc ē meretricator & meretricatio. De hac materia habes infra ubi luxuria. Exodi capitulo. xxii. Exodi.

· Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam: dormieritq cum ea: dotabit eam: & habebit eam uxorem. Si pater uirginis dare noluerit: reddet pecuniam iuxta modum dotis: quam uirgines dare consueuerunt. Deuteronomii c°. xxii. Deuteron.

· Si inuenerit uir puellam uirginem quae non habet sponsum: & apprąhendens cōcubuerit cum illa: & res ad iudicium uenerit: Dabit qui dormiuit cū ea patri puellae quinquaginta siclos argenti: & habebit eam uxorem: quia humiliauit illam. Nō poterit dimittere eam cunctis diebus uitae suae.

Tobias cap. iiii. Tobias.

· Attēde tibi fili mi ab oī fornicatōe. Prouer. c. xxx. Prouerbi.

· Tria sūt īsatiabilia: et q̄rtum qđ nunq̄ dicit sufficit. Infern⁹: & os uuluae: & terra q̄ nunq̄ satiatᷣ aqua. Ignis uero nunq̄ dicit sufficit. Ecclesiastici. c. xix. Ecclesiastici.

Qui se iungit fornicariis erit neq̄.

Paulus. Paulus primæ ad Corynthios c°.vi.
Nolite errare. Neq; fornicarii: Neq; idolis seruien/
tes: Neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorum
concubitores: neq; fures: neq; auari: neq; ebriosi:
Neq; maledici: neq; rapaces: regnum dei posside/
bunt. Paulus Ibidem.
Fugite fornicationē. Oē.n. peccatū quodcūq; fece/
rit hō extra corpus ē. Qui aūt fornicat᷑ in corpus
suū peccat. Paulus ad Ephesios cap.v.
Fornicatio aūt & oīs immundicia: aut auaricia nec no
minet᷑ in uobis: sicut decet sanctos. Ibidem
Hoc.n. scitote intelligētes: q̄ omnis fornicator: aut
immundus: aut auarus: quod est idolorū seruit᷒ nō
hēbit hæreditatē in regno Christi & dei.
Paulus ad Tessalonicenses cap.iiii.
Hæc ē uoluntas dei sanctificatio uestra: ut abstinea
tis uos a fornicatione: ut sciat unusquisq; uestrum
uas suum possidere in sanctificatione: & honore:
nō in passione desyderii: sicut & gentes quæ igno
Augustin᷒ rant deum. Aug. de conflictu uiciorū & uirtu
tum: & hētur. xxvii.q.i. Nubēdi. §. Fornicatio.
Fornicatio autem nulli impune conceditur.
Aug. sup Exodū: & hēt᷑. xxxii.q.iiii. Meretrices.
Oīs moechia ēt fornicatio dr̄ ī scripturis: sed utrum
oīs fornicatio moechia dici possit ī eisdē: scripturis
nō mihi interim occurrit locutōis exēplum. Sed si
oīs fornicatio ēt moechia dici nō potest: ubi sit ī de
calogo ꝓhibita illa fornicatio: quā faciunt: q uxo/
res nō hēnt cum foeminis: quæ uiros nō hēnt: an
inueniri possit ignoro. Sed si furti nomine bene in
telligitur oīs illicita usurpatio rei alienæ: nō.n. ra/
pinam pmisit: q furtum ꝓhibuit: sed utiq; a parte
totum ītelligere uoluit: qcqd illicite rerū proximi
aufertur: ꝑfecto noīe moechiæ oīs illicitus cōcubi
tus atq; illorum membrorū nō legitimus usus pro/
hibitus debet᷑ intelligi. Aug. de uerbis dn̄i.
Nihil est iniqu᷒: q̄ cā fornicatiōis uxorē dimittere:
si ipse conuincit᷑ fornicari. Occurret.n. illud ī quo
Hierony᷒. alterū iudicas te ipsū cōdēnas. Hiero. epistola ad
Titum: et hēt᷑. xiiii.q.vi.c. Fur autē. §. Quomodo.
In fornicatione non iccirco diuersa sit fornicatio: si
mulier sit pulchra: aut deformis: ancilla: aut inge
nua: paupcula: aut opulēta: sed qlisciīq; illa fuerit
una est fornicatio. Idē & hēt᷑. xxxii.q.i.c. Dixit.
Dixit dn̄s in euāgelio: quicunq; dimiserit uxorem:
nisi ob fornicationem: & aliā duxerit moechatur:
& q dimissam duxerit moechatur. Sola fornicatio
est q̄ uxoris uincit affectum: immo q̄ illā unā car/
nem in aliam diuiserit: & se fornicatione a marito
separauerit: nō debet teneri ne uirū quoq; sub ma
ledicto faciat: dicente scriptura. Qui tenet adulte
ram: stultus & impius est: ubicunq; igitur fornica
tio est: uel fornicationis suspicio libere uxor dimit
titur. Et qa poterat accidere: ut aliqs calumniā fa/
ceret innocēti: & ob secundam copulā nuptialem
ueteri copulæ crimen impingeret: sic priorem di/
mittere iubetur uxorē: ut prima uiuente secundā
nō habeat. Hiero. & hēt᷑. xxxi.q.ii.c. Sicut nō.
Sicut nō oīs cōgregatio hæreticorū Christi ecclesia
dici pōt: nec caput eorū Christus ē: sic nō oē matri
monium quo nō uiro suo scd̄m præcepta Christi
uxor iungit᷑ rite cōiugium appellari potest: sed ma
gis adulteriū. Hiero. & hēt᷑. xxxii.q.iiii.c°. In eo.
In eo fornicator maioris crimis est: qa tollit mēbra
christi: & facit ea membra meretricis: erunt qppe
duo ī carne una: q non est fidelis: nec credit ī Chri
sto mēbra sua facit mēbra meretricis. Ecōtrario in
fidelis in fornicatiōe sua: utrum uiolet: uel ædifi/
cet tēpla idolo nescio. Hiero. ad Damasum papā.
Considerādum pueris ē: ut casti et pudici pmaneat:
& frequēti᷒ ad ecclesias sciāt cōuenire debere: qa fre
quēti᷒ sūt armādi: qb᷒ adhuc pp ætatē min᷒ stabilē
pugna diaboli futura sit grauior. Obseruāda illis
oīa cū timore: & ante oēs cauēdum a fornicatiōe:
quæ initiū ad idolatriā hēt: & necesse ē: ut utrūq;
nouerit: q secut᷒ ē alterū. Ambros. de Fuga sæculi. Ambrosi᷒.
Deus sine peccato est: q non fecit peccatum. hō au/
tem ad imaginē dei ē. Fugite ergo Fornicatiōem:
ꝑsequunt᷑.n. nos illecebræ peccatorū. Persequit᷑ libi
do: Sed tu fuge tāq̄ furiosā dn̄am: q̄ si te cōphēde/
rit: nec de die: nec de nocte te requiescere sinet. Exagi
tat: urit: icēdit. Isydor᷒ & hēt᷑. xxxii.q.vii. Nō solū. Isydorus.
Nō solū de cōmissa fornicatōe peccatū regnat ī ho
mie: sed si adhuc delectat᷑: atq; aium teneat: ꝓcul
dubio regnat. Fornicatio carnis adulteriū ē: Forni
catio ai idolorū ē seruit᷒. Est autē spūalis fornicatio
de q̄ dn̄s ait. Qui uiderit mulierē ad cōcupiscēdū
eā: iā mæchat᷒ est ī corde suo. Oīs imūda pollutio
fornicatō dr̄. Quāuis qsq; diuersa turpitudis uolū
tate ꝓstituat᷑. Ex delectatōe.n. fornicādi uaria gi/
gnunt᷑ flagicia: qb᷒ regnū dei claudit᷑: ut hō a deo
separet᷑. Inter cætera septē uitia: uitiū fornicatiōis
maximū scelus ē: Quia p carnis imūdiciā tēplum
dei uiolat᷑. Isydor᷒ de sūmo bono. li.ii.c.xxxix.
Cui Impulsu dæmonum mens ad delectationē for/
nicationis impellitur diuini iudicii metus æterna
tormēta icēdii aū oculos pponant᷑: Quia oīs poena
grauioris suplicii formidie superat᷑. Sicut.n. clau᷒
clauū expellit: ita sæpe recordatio ardoris gehēnæ
ardorē excludit luxuriæ. Seneca Tragoedia.iiii. Seneca.
Vincit sanctos dira libido.
Laerti᷒ Diogenes de uita & mo. philosophorū. L. Dioge.
Quū qdā stolid᷒ audiēte Pythagora diceret malle se
cū mulierib᷒ eē q̄ cū philosophis cōuersari. Et sues
inqt Pythagoras libēti᷒ ī cæno: q̄ in aqua uersant᷑.
De hac materia uide infra in Luxuria.

FOR titudo Du plex.s.

- Mētalis. 2a2ae. q. cxxiii. ar.ii.b. Tho.
  - Vnomō: ut diffinit Arist. iii. ethicorum: et ē medietas inter audaciā & timorē pp bonā mortē: & hæc ē du (plex.s.
    - Assimulata & fi uera: qa.s.fi hīs fortitudinē uerā opatur fortia: qd fit qncuplicit pp.
      - Passionē
        - Timoris & dr ab Arist. polytica .i. ciuilis: cui⁹ gd⁹.iii. assignāt quoꝝ
          - Prim⁹. Sustiēt uel aggredi ardua et piculosa mortis: nō pp uirtutē: uel bonū cōe: sed ut uitēt icre patōes: et opprobria: uel ut acquirātur honores.
          - Scds ē sustinet uel aggredi ardua: ut supra: timor poenæ futuræ: scdm leges statutas.
          - Terti⁹ ē sustiere uel aggredi: ut supra: coactione pñtis poenæ: ut quū pcipitāt uel occidūt fugiētē.
        - Iræ uel furōis: quū qs pp irā fortiter agit: q̄ scdm stoicos ē cos fortitudis.
        - Spei. Q uū .s. pp multas uictorias acqsitas: nō pp artē: uel armoꝝ expiētiā: fiduciā cōcipiūt: & spē uictoriæ: ut i ebriis otigit: & tales a phō bōæ spei dicunt.
      - Artē. Sic i militib⁹: q pp peritiā armoꝝ: et exercitiū fi reputāt arti suæ fidētes: Vt ait Veget⁹ de re militari. Nēo facere metuit: qd se bñ didicisse cōfidit. guia picula belli
      - Expiētiā: & a phō .iii. Ethicoꝝ dr. Fortitudo militaris.
      - Ignorātiā. Q uū .s. nesciētes picula occurrūt quib⁹ & arduis: & hii minimū de fortitudie hñt.
      - Lucrum. Horati⁹. Impiger extremos curris mercator ad Indos: pmare paupiem fugiens per saxa p ignes.
    - Vera scūdū .b. Tho. & ē ea q̄ fit matarum ut timeat & audeat mori: pp quod: qñ: ubi: & secūdū cæteras circūstātias: Cuius
      - Materia q.cxxiii. ar.v.
        - Circa quā .i. obiectum: & ē terribile circa pericula mortis.
        - In q̄ .i. sm pfectibile p fōtitudinē: et ē irascibilis ps apetit⁹ sesitiui
      - Partes
        - Integles q̄ sūt ea q̄ oportet ocurrere ad pfectū actū fōtis: & sic sē iiii. q̄s pōit Cicero .s. 2a2æ q.cxxviii.
          - Fiducia: q̄ qs in aggredien⁹ picula mortis pmptum hēt aium.
          - Magnificētia: q̄ fortis pstūit i executiōe eoꝝ: q̄ fiducialr icohauit circa picula mortis.
          - Patiētia: qua fortis hois aius nō frangit: aut decidit a sua magnitudine difficultate iminētium malorum.
          - Perseuerātia: Q ua fortis aius nō frāgit: uel decidit a ppria magnitudine: non mō difficultate: sed insup diuturnitate Tolerantiæ imminentiæ malorum.
        - Sbiectiuas fi hēt qa nō diuidit i multas spēs: qa ē circa mām ualde spāle.
        - Potētiales: uel ānexas: & sē
          - Scdm Cic. Magnificētia: Fiducia: Patiētia: Tolerātia.) de qb⁹ (supra.
          - Secūdum Macrobiū
            - Magnāimitas q̄ a Cice. sb fiducia ɔphēdit.
            - Fiducia: & est p quā magnis: & honestis reb⁹ multum ipse aius i se fiduciæ cum spe collocauit scdm Cicero.
            - Securitas: q̄ sub fiducia continetur.
            - Magnificētia: q̄ ē reꝝ magnaꝝ: & excelsaꝝ cū aī q̄dā āpla & splēdida ppositōe cogitatio: atqꝫ admīstratio .i. executio scdm Ciceronem.
            - Cōstantia q̄ a Cicerone sub Magnificētia cōphēdit.
            - Tolerātia: quam Cicero sub patientia ponit.
            - Firmitas quam Cicero uocat perseuerantiam.
          - Secūdum Andronicū
            - Epicia .i. bōa aiositas: & ē idē qd securitas: & sub fiducia cōphēdit: & ē robur aiæ ad pficiēdum opa ipsi⁹.
            - Leuia .i. patiētia uel tolerātia: & est hitus pmptus tribuens ad conari q̄lia oportet: & sustinere q̄ rō dicit.
            - Magnanimitas: quam sub fiducia Cicero cōphēdit.
            - Virilitas: & est hitus p se sufficiens tributus in his: q̄ secundum uirtutem sunt: & est idē cum fiducia.
            - Perseuerantia ut Cicero.
            - Magnificentia ut Cicero.
            - Andragathyma .i. strenuitas. quā Cicero cōphēdit sub Magificētia cui oppōit p.
              - Excessū. Bānausea q̄ sūptio latie dici pōt.
              - Defectū. Paruificētia
      - Act⁹. q.cxxiii.ar.vi.
        - Pricipalis. Sustinere
        - Secundari⁹. Aggredi.
        - qb⁹ oppōn: Timor: Audacia. Intimiditas.
  - Scdomō: ut diffinit Aug. li.lxxxiii. q̄st. dicēs: q̄ Fortitudo ē firmitas aī co rā q̄ temporaliter molesta sunt: & sic est q̄dam generalis conditio cuiuslibet uirtutis & nō est uirtus specialis.
- Corpalis q̄ i .v. consistit .s.
  - Vigorē cōplexiōis.
  - Robore mēbroꝝ.
  - Abundātia cibi.
  - Cōstātia mentis.
  - Expientia bellicæ (artis.

b. Tho. supl. 3a. iii. prin.



Ortitudo graece: 'αν/δρεία.α.σ.ά.& 'αν/δρεῖος.ο.ν.δ.fortis: & uirilis dicitur. Est autem fortitudo aggressio terribilium: ubi mors imminet propter bonum cōmune saluādum. secundum Arist. li°.iii. Ethicorum.

Fortitudo est uirtus quae animum sup periculi metū agit: Nihilq3 nisi turpia timet: tolerat fortiter uel aduersa uel pꝓterea. ꝓstat autem fortitudo magnanimitatem: fiduciam: securitatē: magnificentiam: cōstantiam: tolerantiam: firmitatem. secundum Macrobium.

Fortitudo ē sciētia pferendaꝝ: uel affectio animi in patiendo ac perferendo: summae legi parens sine timore. scd̃m Cice. li. iiii. Tus. quaestionum.

Fortitudo est animi affectio legi summae i perpetiendis rebus obtemperans. Vt ibidem.

Fortitudo est probata: ut dicunt maiores scientia rerum tolerandarum: & non tolerandarum: non excedens modum per immoderatam audaciam: nec deficiens p poenae insensibilitatem: scd̃m Aulum gelium li. xiiii. noctium Atticarum.

Fortitudo est quae gratia rei publicae se exponit: & non caedit: neq3 fugit periculis excrescentibus. s. Thōs. opusculo de regimine pricipum.

Fortitudo est firmitas animi in sustinendis: & repellendis his: in quibus maxime est difficile firmitatem habere pp bonum uirtutis. b. Tho. scd̃a scd̃ae q. cxxiii. art. ii.

Fortitudo est uirtus moderatiua timoris & audaciae pp bonum rei publicae. b. Tho. super Epistola ad Heb. xi. prin.

Fortitudo & magnanimitas conueniunt in modo & forma: & differunt i materia. b. Tho. iii. sen. di. xxxiii. q. iii. ar. iii.

Fortitudo firmat cōtra mala: Magnanimitas est i psecutōe bonoꝝ. b. Tho. scd̃a scd̃ae. q. cxxix. art. v.

Fortitudo moderatur timorem: patiētia: & pseuerātia tristiciā: mansuetudo iram. b. Tho. scd̃a scd̃ae. q. cxxxvi. art. ii.

Fortis proprie est q animum habet infractum: uel q ualidis uiribus praeditus est. Dicitur autē a ferē/do: q3 aequo animo ferat aduersa. A fortis fit fortiter aduerbium: & fortifico. pro fortēfacio. Plaut⁹. Fortifica animum. Et fortesco ꝑ fortis fio. Neuius. Crescit animus: & fortescunt uires. Hinc etiam

Deuteroñ. Forticulus diminutiuum. Deuteronōii. c. xxxi. Viriliter agite: & confortamini. Nolite timere.

Augustin⁹ Augustinus epistola ad Hieronymum.

Qui uera uirtute fortis ē: nec temere audet: nec inconsulte timet. Hierony. sup Isaiam. Hierony⁹.

Fortitudo atq3 constantia uia regia est a qua declinat ad dexteram qui temerarius ē & pertinax: ad sinistram qui formidolosus est & pauidus. Hieronymus super Ioel.

Iusti & fortis uiri est nec aduersis frangi: nec ꝓsperis subleuari: Sed in utroq3 esse moderatū. Ambro. li. i. officioꝝ & hēr. xxiii. q. iii. Fortitudo. Ambros⁹.

Fortitudo q̄ bello tuetur a barbaris patriā: uel domi defendit infirmos: uel a latronibus socios: plena iusticia est. Ambrosius li°. i. de Officiis.

Non mediocris animi est fortitudo: quae sola defendit ornamenta uirtutum omnium: & iusticiā custodit: & quae inexpiabili ꝓlio aduersus omnia uicia decertat: inuicta ad labores: fortis ad pericula: rigidior aduersus uoluptates: ut auariciā effugeret: tanq̄ labem quandam: quae uirtutem effoeminat. Ambrosius li. i. de Officiis.

In duobus generib⁹ fortitudo spectatur animi: Prio ut exteriora corpis pro minimis habeat: & q̄si sup flua despicienda magis: q̄ expetēda ducat. Secundo ut ea quae summa sunt: oēsq3 res in q̄bus est honestas praeclara animi intētione usq3 ad effectum ꝓsequatur. Ambros. sup Beati immaculati.

Fortis propriam contumeliā non dolet: sed aliena peccata: & in sua iniuria lapsum alterius ingemiscens: causam se fuisse deplorat laedētis errori: Nā si iustus sum: & afficior propter charitatem: propter ecclesiae damnum: propter corporis detrimētum. Ambros⁹ in epistola ad Simplicianum.

Stultus ut luna mutat: Sapiens. n. nō metu frāgit: non potestate mutatur: non extollitur ꝓsperis: nō tristib⁹ mergitur: ubi. n. Sapientia: ubi uirt⁹ est: ibi constantia & fortitudo. Sapiens ergo idem est aio: non minuitur: nō augetur reꝝ mutationib⁹: nec ut paruulus fluctuat: ut circumferat omni uento doctrinae: sed manet pfectus in Christo: fundatus charitate: radicat⁹ fide. Grogori⁹. li. v. moralium. Gregorius.

Fortitudo nō nisi i aduersitate ostēditur: Tanto. n. quisq3 in fortitudine potissime se demōstrat: quāto aliena mala robustius tolerat. Nam minus in se conualuit: quem aliena iniquitas sternit: Qui in eo quod ferre non ualet pusillanimitatis suae gladio confossus iacet. Gregorius li. v. moralium.

Fortitudo destruit: nisi p consilium fulciat: qa quo plus se posse cōspicit: eo uirt⁹ sine moderatiōe rationis deteri⁹ i praeceps ruit. Greg. li. vii. moraliū.

Iustoꝝ fortitudo est: carnem uincere: propriis uoluptatibus contraire: delectationem uitae praesentis extinguere: huius mundi aspera ꝓ aeternis praemiis amare: prosperitatis blandimenta contemnere: aduersitatis metum in corde superare. Ibidem.

Reproborum fortitudo est transitoria sine cessatione diligere: contra flagella conditoris insensibiliter perdurare: ab amore rerum temporalium nec ex aduersitate quiescere: ad inanem gloriam etiā cum uitæ detrimento peruenire: maliciæ augmenta exquirere: bonorum uitam nō solum uerbis ac moribus: sed etiam gladiis impugnare: in semetipsis spem ponere: Iniquitatem quottidie sine ullo desyderii defectu perpetrare.

Gregorius Ibidem.

Nonnunq̄ culpa fortium occasio uirtutis fit: & uirtus infirmorum occasio peccati. Sicut influente aqua paulatim consumitur terra: sic leuiter surripiente uitio: mens etiam fortis absorbetur.

Gregorius in quadam homelia.

Fortes facti sunt sancti: carnem domant: uirtutibus coruscant: spiritum roborant: terrena despiciunt: cælestia appetunt: occidi possunt: flecti autē nequeunt: nec sustinere falsa: per infirmitatem metuunt: nec læsi unquam a ueritate conticescunt.

Gregorius super Ezechielē homelia. xxi.

Sancti quorum uita in prosperitate & aduersitate fortiter stat: lapidibus quadris comparantur. Lapis enim quadrus æqualiter stat in quocunq̄ fuerit latere uersus. Quisquis igitur in prosperitate non extollitur: in aduersitate non frangitur: suasionibus ad mala non trahitur: uituperationibus a bono opere non reuocatur: lapis quadrus est: qui quasi ex omni latere statum habet: qui casum in qualibet mutatione non habet.

Bernardus Bernardus li°. de Consideratione.

Fortitudinis mater est prudentia. Non enim fortitudo est sed temeritas: quibus ausis nō paret prudentia. Bernardus ibidem.

Bonus circuitus est: si iusticia quærit: prudentia inuenit: fortitudo uendicat: temperantia possidet: ut sit iusticia i affectu: prudentia in intellectu: fortitudo in effectu: temperantia in usu.

Hugo Hugo de claustro animæ li°. iii.

Sunt quidā qui corpore fortes sunt: debiles autem animo. Parcunt sibi se ipsos amantes. Sequuntur ocium. Vacant fabulis. Tales accusantur de furto: rapina: & mendacio. Sunt enim fures: qui communi necessitati subtrahunt: quod commune fecerunt: quum renunciarent mundo: se ipsos abnegantes. Sunt raptores coram deo: quia eo uidēte: qui nouit occulta cordium: cōmuni uitæ quod sciunt: aut quod possunt uiolēter auferunt. Sunt mendaces coram deo: & hominibus: Quia quod uouerunt reddere possunt: sed nolunt. Sic igitur coram fratribus suis fures: coram deo raptores: coram deo & hominibus mendaces sunt.

Cassiodor. Cassiodorus super ps p°. Beatus uir.

Vir uocatur a uiribus: Quia nescit in aduersis tolerando deficere: aut in prosperis aliqua elatione se iactare: Sed animo stabili defixus & cælestium rerum contemplatione firmatus manet semper impauidus. Boetius de consolatiōe li. iii. metro. v. Boetius

Qui se uolet esse potentem
Animos domet ille feroces.
Nec uicta libidine colla
Foedis submittat habenis.
Et enim licet indica longe
Tellus tua iura tremiscat:
Et seruiat ultima Thyle:
Tamen atras pellere curas:
Miserasq̄ fugare querellas
Non posse: potentia non est. Idē de Con. li°. iiii.

Vir sapiēs moleste fert: quotiēs filium in fortitudine adducitur: ut uirum fortem non decet indignari: quotiēs bellicus increpuerit tumultus. Vtiq̄ huic gulæ propagandæ: illi uero confirmandæ scientiæ difficultas ipsa materia est: ex quo & uirtus uocatur: quod suis uiribus nitens non superatur aduersis. Lactāti° Fir. li°. i. diui. Institutionum. Lactātius.

Ille solus uir fortis debet indicari: qui temperās est: moderatus: & iustus. Idem li. ii.

Timiditas in sapiente esse non debet.

Seneca ad Lucillium epistola. ii. Seneca

Primum argumētum compositæ mentis existimo: posse consistere: & secum morari.

Seneca epistola. xxii. ad Luc.

Turpe est cedere oneri: luctrare cum officio qd̄ semper recepisti. Non est uir fortis & strenuus: qui laborem fugit. Seneca ad Lu. epistola. xxv. de Catone qui se occidit.

Vltima illa nocte Platonis librum legit. C. Cato posito ad caput gladio. Duo hic in rebus extremis perspexerat: alterum ut uellet mori: alterum ut posset. Ibidem.

Stricto gladio ait ad fortunam. Nihil egisti: & impressit mortiferum corpori uulnus.

Seneca ad Lu. epistola. xxxvii.

Fortis & compositus animus est: qui nec ablatum quicquam sibi sentit: nec abiectum: sed in eodem habitu est quocunq̄ res cedunt: siue gerunt: uulgaria bona supra res suas eminent: siue aliquid ex illis: uel omnia casus excusserit minor non fit.

Idem epistola. lviii.

Fortes quidem & paratissimi fundere sanguinē suum: alienum uidere non possunt. Alii gladium facilius recipiunt: q̄ uident.

Seneca ad Lucillium epistola. lxviii.

Sic dolores: molestias: iniurias uirtus sua magnitudine elibit atq̄ opprimit.

Seneca Ibidem.

Quæris an omne bonum optabile sit. Si bonum est inquis fortiter torqueri: & magno animo uti: & patienter ægrotare: sequitur ut ista optabilia sint. Distingue. Tormenta a me abesse uellem: sed si sustinenda fuerint: ut me in illis fortiter: honeste: animoseq̧ geram optabo. Velim non incidere in bellum: sed si incido: & uulnera: & famem: & omnia quæ bellorum necessitas affert: ut generose feram optabo. Itaq̧ non incommoda optabilia sunt: Sed uirtus: qua perferuntur incommoda. Pati tormenta non optabile est: sed fortiter pati.

Seneca ad Lu. Epistola. lxx.

Non quia difficilia sunt: multa non audemus: sed quia non audemus: difficilia sunt.

Seneca ad Lucillium Epistola. lxxiii.

Non mirum est in tráquillitate non concuti. Id mirare ibi extolli aliquem: ubi omnes deprimuntur: ibi stare: ubi omnes iacent. Sapienti uiro nihil mali potest euenire. Stat rectus sub quolibet pondere: nulla illum res minorem facit. Nihil illi eorum quæ ferenda sunt displicet. Nam quicquid cadere in hominem potest in se cecidisse nō queritur.

Seneca ad Lucil. Epistola. lxxxi.

Fortitudo non est inconsulta temeritas: nec periculorum amor: nec formidabilium appetitus: sed est scientia distinguendi quid sit malum: & quid non sit. Diligentissima est in tutellis fortitudo: & patientissima est eorum quibus falsa species malorum est.

Seneca Epistola. lxxviiii.

Quemadmodum hostis est perniciosior fugientibus: sic omne fortuitum incommodum magis instat cædenti q̄ aduerso. Parata tibi est pax: si se in aliquo certamine debellata fortuna est: corp⁹ con ualitudo tenet: non animum.

Seneca Epistola. lxxxix.

Fortitudo contemptrix timendorum est.

Seneca Epistola. lxxxxiii.

Cogitanda ergo sunt omnia: & animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandus: Exilia: tormēta: morbi: bella: naufragia meditare.

Seneca Epistola. cxv.

Fortitudo est munimentum humanæ imbecillitatis inexpugnabile: Quod qui circundedit sibi securus in hac uitæ obsidione perdurat.

Seneca in Hercule furente Tragœdia. i.

Alte uirtus animosa cadit. Ibidem.

Prona est timori semper in peius fides.

Seneca Tragœdia. iii.

Sed flecte mentem: pectus antiquum aduoca: uictasq̧ magno pectore erumnas doma: Resiste: tantis in malis uinci malum est.

Seneca Tragœdia. v.

Haud est uirile terga fortunæ dare.

Seneca Tragœdia. vi.

Iuuenile est uitium regere non posse impetum.

Seneca Ibidem.

Audax uirago non tulit retro gradum.

Seneca Tragœdia. vi.

Fortuna fortes metuit: ignauos premit.

Aristoteles li°. ii. Poetriæ. Aristoteles

Locum medium optimum dicimus in bello: quia fortes tenent locum medium: inter locum timidorum: & audacium.

Aristoteles li° magnorum moralium p°.

Si aliquem ualde facias impauidum: q̄ deos non timeat: non fortis: sed insanus est. Fortis ergo erit: non qui timet omnia: neq̧ qui nihil mensurat timores: sed qui auget fortitudinem.

Aristoteles Ibidem.

Si quis non timet timitiua: aut aliquid quod supra hominem terribilium est: non fortis est: sed insanus. Aristoteles ibidem.

Non utiq̧ absq̧ passione & motu fit fortitudo.

Plutarchus in Apophthegmatibus. Plutarch⁹.

Caius Marius quum utroq̧ in crure uarices paterētur: solutus crus medico exsecandum præbuit: neq̧ ullo emisso suspirio: nec contractis superciliis sectionem pertulit. At quum medicus transitum faceret ad aliud crus noluit: inquiens curationem eo dolore dignā non esse.

Macrobius li°. vi. Saturnalium. Macrobi⁹.

Nam tropheum ferre a forti uiro pulchrum est: si autem uincaris: uinci a tali nullum est probrum.

M. T. Cicero li°. Officiorum. Cicero.

Itaq̧ probe diffinitur a stoicis fortitudo: quum eam esse uirtutem dicunt pugnantem pro æquitate.

M. T. Cicero li°. Officiorum.

Verum animus paratus ad periculum: si sua cupiditate non utilitate communi impelletur: audaciæ potiusq̧ fortitudinis nomen habet.

M. T. Cicero Ibidem.

Fortes & magnanimi sunt habendi non, qui faciunt: sed qui propulsant iniuriam. Vera autem sapiensq̧ animi magnitudo honestum illud quod maxime natura sequitur in factis positum: non in gloria iudicat. Principem esse mauult: q̄ uideri. Idem.

Non est consentaneum: qui metu non frangitur: eum frangi cupiditate: Nec qui se inuictum a labore prestiterit: uinci a uoluptate. Quamobrem & hæc uitanda sunt: & pecuniæ est fugienda cupiditas. Idem.

Fortis uero animi & constantis est: non perturbari in rebus asperis. Idem.

Nam ut aduersas res: sic secundas immoderate ferre leuitatis est. Praeclara est in omni uita aequabilitas: & idem semper uultus: eademq;.frons.

Idem.

Quod eni uiriliter magnoq; animo fit: id dignum uiro: & decorum uidetur: Quod contra fit id ut turpe est: sic indecorum: Quare pertinet quidem ad omnem honestatem: hoc quod dico decorum: et ita pertinet: ut non recondita quadam ratione cernatur: sed sit in promptu. Idem.

Sequamur id quod acutum: & perspicax natura ē. & id quod ad hominum societatem accommodatum: & id quod uaehemens ac forte. Idem.

Nihil autem est quod tam deceat: q̃ in omni re gerenda consilioq; capiendo seruare constantiam.

Marcus. T. Cicero libro.ii. Tusculanarum quaestionum.

Appellata enim est ex uiro uirtus: uiri autem propria maxime est fortitudo. Cui⁹ munera duo maxima sunt: mortis dolorisq; cōtemptio. Vtendum est igitur si uirtutis compotes: uel potius si uiri uolumus esse: quoniam a uiris uirtus nomen est mutuata.

Marcus. T. Cicero libro.ii. Tus. quaestionum.

Caue turpe quicquam languidum: nō uirile: obseruentur species honestae animo: Zenoni praeponatur Eleathes: qui perpessus est omnia potius: q̃ cōscios delendae tyrannidis indicaret: De Anaxarco Democrito cogitetur: qui quum in manus Cyri Nicocrentis regis incidisset: nullum genus supplicii deprecatus est: neq; recusauit. Calanus indus indoctus ac Barbarus in radicibus Caucasi natus sua uoluntate uiuus combustus est. Nos si pes condolunt: si dens (sed fac totum dolere corpus) ferre non possumus. Opinio est enim quaedam effoeminata ac leuis: nec in dolore magis q̃ eadem in uoluptate: qua quum liquescimus fluimusq; molicia: apis aculeum sine clamore ferre non possumus. At uero. C. Marius rusticanus uir: sed plane uir: quum secaretur: ut supra dixi: principio uetuit se alligari: nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse effectus. Cur ergo postea alii? ualuit authoritas. Vides ne igitur esse opinionis non naturae malum: & tamē fuisse acrem morsum doloris idem Marius ostendit: Crus enim alterum non praebuit. Ita & tulit dolorem: ut uir: & ut homo maiorem ferre: sine causa necessaria noluit: totum igitur in eo est ut tibi imperes.

Marcus Tul. Cicero li°.ii. Tusculanarum quaestionum.

Si gemitus in dolore ad confirmandum animum ualebit utemur. Sin gemitus erit ille lamētabilis: si imbecillis: si abiectus: si flebilis: ei qui se dederit: uix eum uirum dixerim. Qui quidem gemitus si leuationis aliquid afferret: tamen uiderem⁹ quid esset fortis & animosi uiri: Quum uero nihil imminuatur doloris: cur frustra turpes esse uolum⁹. Quid est enim flatu muliebri uiro turpius? Ibidē.

Ad ferendum igitur dolorem placide & sedate plurimum proficit toto pectore: ut dicitur: cogitare: q̃ id honestum sit. Sumus enim natura: ut ante dixi: (dicendum est enim saepius:) studiosissimi appetentissimiq; honestatis: Cuius si quasi lumen aliquod aspexerimus: Nihil est: quod ut eo potiamur: non parati simus: & ferre: & perpeti.

Marcus Tulius Cicero li°.ii. Tusculanarum quaestionum.

Nam si omnia fugiendae turpitudinis: adipiscendaeq; honestatis causa faciemus: non modo stimulos doloris: sed etiam fulmina fortunae contemnamus licebit.

Marcus. Tulius Cicero. li.iii. Tusculanarum quaestionum.

Praeterea necesse est qui sit fortis: eundem esse magni animi inuictum: qui inuictus sit: eum humanas res despicere: atq; infra se positas arbitrari. Despicere autem nemo potest eas res propter quas aegritudine affici potest: nisi fortis. Ex quo efficitur fortem uirum aegritudine nunquam affici. Omnes autem sapientes fortes. Ibidem.

Ergo is quisquis est qui moderatione & constantia polleat: quiet⁹ animo est: sibiq; ipsi placat⁹: ut ne tabescat molestiis: nec frangatur timore: nec scienter quid appetens ardeat desyderio: nec alacritate futili gestiens deliquescat. Is est sapiens quē quaerimus. Is est beatus: cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum: aut nimis laetabile ad efferendum uideri potest.

Marcus Tulius Cicero. libro.iiii. Tusculanarum quaestionum.

An fortitudo: nisi insanire coepit: impetus suos non habet? Quid Herculem: quem in caelum ista ipsa quam uos iracundiam esse uultis sustulit: fortitudo: iratum ne censes cōflixisse cum Erymanthaeo apro: aut leone Nemaeo. An etiam These⁹ Marathoni thauri cornua deprehendit iratus? Vide ne fortitudo minime sit rabiosa: sitq; iracundia tota leuitas. Neq; enim est ulla fortitudo quae rationis expers est. Contemnendae sunt humanae res: negligenda mors est: patibiles & labores & dolores putandi.

Marcus Tulius Cicero Ibidem.

Fortitudo est igitur animi affectio legi summae in perpetiendis rebus obtemperans: uel conseruatio stabilis iudicii in eis rebus quae formidolosae uidentur subeundis & repellendis: uel sciētia rege

formidolosarum contrariaq;: aut omnino negligendarum: Conseruans earum rerum stabile iudicium: uel breuius: ut Chrysippus: (nam superiores diffinitiones erant spheri hominis imprimis bene diffinientis: ut putant stoici. Sunt enim omnino omnes fere similes. Sed declarant communis noticiões: alia magis alia.) Quomodo igit Chrysipppus: Fortitudo est inquit scientia perferendarum: uel affectio animi in patiendo ac perferendo summæ legi parens: sine timore.

M. Tu. cicero. li°. ultimo. Tusculanarum quæstionum.

An Lacedemonii Philippo minitanti per litteras se omnia quæ conarentur prohibiturum quæsiuerunt: num se esset etiam mori prohibiturus: Vir is quem quærimus non multo facilius tali animo reperietur: q̃ ciuitas uniuersa: Quid ad hanc fortitudinem de qua loquimur temperantia adiuncta: quæ sit moderatrix omnium cõmotionum: Quid potest ad beate uiuendum deesse ei quem fortitudo ab ægritudine &' a metu uindicet: Temperantia tum a libidine auocet: tum insolenti alacritate gestire non sinat. Hoc efficere uirtutem ostenderē: nisi superioribus diebus essent explicata.

Marcus. Tul. Cicero libro ultimo Tusculanarum quæstionum.

Dolor esse uidetur acerrimus uirtuti aduersarius: Is ardentis faces intentat. Is fortitudinem: animi magnitudinem: patientiam: se debilitaturum minatur. Huic igitur succumbet uirt°. Huic beata sapientis & constantis uiri uita cedet: Quam turpe: O dii boni: pueri spartiatæ nõ ingemiscunt uerberum dolore laniati. Adoloscentium greges lacedemone uidimus ipsi incredibili contentione certantes: pugnis: calcibus: unguibus: morsu: deniq; ut exanimarentur: priusquam se uictos faterentur: Quæ barbaria: India uastior: aut agrestior: In ea tamen gente primum ii qui sapientes habentur nudi ætatem agunt: Et Caucasi niues: hyemalemq; uim perferunt sine dolore. Qui q; ad flammam se applicuerint: sine gemitu aduruntur. Mulieres uero Indiæ: quum est cuiusq; earum uir mortuus: in certamen iudiciumq; ueniunt: quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est uictrix: ea læta prosequentibus suis una cum uiro rogo imponitur. Illa uicta mœsta discedit. Nunquam naturam mos uinceret. Est enim ea semper inuicta: Sed nos umbris: deliciis: ocio: langore: desidia. animum infecimus: opinionibus maloq; more delinitum molliuimus.

Marcus. T. Cicero. li°. Paradoxorum.

Quomodo igitur & cui tandem hic libero imperabit: qui non potest suis cupiditatibus imperare: Refrenet primum libidines: spernat uoluptates: iracundiam teneat: coerceat auariciam: & cæteras animi labes repellat. Tunc incipiet aliis imperar: quum ipse iprobissimis dominis: dedecori aut turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediet: non modo imperator: sed liber omnino habendus non erit.

Marcus. T. Cicero. de oratore libro. ii.

Magna laus & admirabilis uideri solet: tulisse sapienter casus aduersos: non fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem.

Idem Rhætoricorum nouorum li. iii.

Res magnas & excelsas sequi: & appetere oportet: si fortitudinis partibus utemur. Ibidem.

Fortitudini fortuna quoq; adiumento esse solet.

Cicero li°. iii. de fin. bo. & ma.

Is qui magno sit animo: atq; forti omnia quæ cadere in hominẽ possunt despicit: & pro nihilo putat.

Salustius Catilinarius. Salustius.

Necessitudo etiam timidos fortes facit.

Salusthus Iugurtha.

Ego naturam unam: & communem omnium existimo: sed fortissimum quenq; generosum esse.

Salustius i Iugurtha.

Is clarus est qui prælio strenuus est: & bonus consilio: quorum alterum ex prudentia timorem: alterum ex audacia temeritatem consequi plerumq; solet. Salusthus Iughurtha.

Secundis rebus feroces sumus.

Aulus gelius in principio libri secundi Noctium athicarum. A. Gelius.

Inter labores uoluntarios: & exercitia corporis ad fortuitas patientiæ uices firmamentum id quoq; accepimus Socratem facere insueuisse. Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius: atq; pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens: immobilis: iisdem in uestigiis: & ore atq; oculis eundem in locum directis: cogitabundus: tanquam quodam secessu mentis: atq; animi facto a corpore.

Aulus Gellius li°. ii. Noctium Athicarum. capite. x.

Sicinium dentatum qui tribunus plebis: Sp. Tarpeio: Au. Thermo consulibus: scriptum est in libro annalium: plus q̃ credi debeat: strenuum bellatorem fuisse: Nomenq; ei factum ob ingẽtẽ fortitudinẽ: appellatumq; esse Achillẽ Romanum. Is pugnasse in hostem dicitur: centum &. xx. prælis: Cicatricem auersam nullam: aduersas quinq; & quadraginta tulisse. Coronis esse donatum aureis octo: Obsidionali una: muralibus trib°. Ciuicis. xiiii. Torquibus tribus &. lxxx. Armillis plus

centum.lx.Hastis duo de uiginti. Phaleris itē donatus est. Quinquies uicies q; populi militaria habuit multiiuga: in his prouocatoria pleraq;. Triumphauit cum imperatoribus suis triumphos nouem. Aulus gelius li°.ii.capite.v.noc.athic.

A.Gelius. Fortitudo autem non ea est: quae contra naturam monstri uice nititur: ultraq; modum eius egreditur: aut stupore animi: aut immanitate: aut quadam misera & necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione: qualem fuisse accepimus Pherum quendam in ludo Caesaris gladiatorem: qui quum uulnera eius a medicis execabantur: ridere solitus fuit. Sed ea uera & proba fortitudo est: quā maiores nostri sciētiam esse dixerunt: & rerum tolerandarum & non tolerandarum. Per quod apparet esse quaedam intolerabilia: quibus fortes uiri: aut obeundis abhorreant: aut sustinendis.

Val.maxi. Valerius maximus.li°.ii.

Eneruos animos odisse uirtus solet.

Valerius maxi.li°.iii.

Magnum fortitudinis exēplum antiquitas affert.

Idem.

Capi ergo uirtus nescit: Patiētia dedecus ignorat: fortunae succumbere omni fato tristius ducit. noua & speciosa genera interitus excogitat: si qsquā interierit: qui sic extinguitur. Idem.

Vetusto Macedoniae more regi Alexandro nobilissimi pueri praesto erant sacrificanti: e quibus unus thuribulo arrepto ante ipsum astitit: in cuius brachio carbo ardens delapsus est: quo & si ita ureretur: ut adusti corporis eius odor ad circunstantium nares perueniret: tamen & dolorem silentio pressit: & brachium immobile tenuit: ne sacrificium Alexandri: aut concusso thuribulo: aut edito gemitu regias aures aspergeret. Rex quoq; patientia pueri, delectatus hoc certius perseuerantiae experimentum sumere uoluit: consueto enim sacrificauit diutius: nec hac re eum proposito repulit. Si huic miraculo Darius inseruisset oculos: scisset: q eius stirpis milites uinci non possent: cuius in firmam aetatem tanto robore praeditam animaduertisset. Idem.

Non est eiusdem & capere aliquos uelle & timere.

Fortiter se gerere in aduersis rebus quid aliud est? q̄ saeuientem fortunam in adiutorium sui pudore uictam conuertere.

Valerius max.li.iiii.

Multo enim multoq; se ipsum: q̄ hostem superare operosius est: nec aduersa propera festinatione fugientem: nec secunda effuso gaudio apprachendentem.

Valerius max.li°.v.titulo de parentibus qui obitum filiorum forti aio tulerunt.

Ne Anaxagoras quidem supprimendus est: audita naq; morte filii: Nihil inquit mihi inexpectatum: aut nouum nuncias. Ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem.

Valerius maximus.li.vi.

Dux Romanae pudiciciae Lucretia: cuius uirilis animus maligno errore fortunae muliebre corpus sortitus est a Tarquini superbi regis filio per uim stuprum pati coacta: quum grauissimis uerbis iniuriam suam in consilio necessariorum deplorasset: ferro se quod ueste tectum attulerat iteremit: causamq; tam animoso interitu imperium, consulare pro regio permutando populo Romano praebuit.

Quintus Curtius de gestis Alexādri.li.v. Q.Curt°.

Multa exilia patent fugienti: patria est ubicunq; uir fortis sedem sibi elegerit.

Q.Curtius de gestis alexandri.li°.vi.

Canis timidus uehementi° latrat q̄ mordet. Ibidē.

Altissima quaeq; flumina minimo sono labi uidemus. Iulius Celsus de gestis Caesaris li.vi. Iulius Cel.

Nemo est tam fortis: quin rei nouitate pturbetur.

Menander. Menāder.

ἀνδρός τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν. idest.

Viri est accidentia generose ferre.

Plautus in Asinaria. Plautus.

Hem ista uirtus est: quando usui est qui malum fert fortiter: fortiter malum qui patitur: idem post patitur bonum. Virgilius.

Virgilius Aeneidos libro.ii.

Moriamur & in media arma ruamus.

Vna salus uictis nullam sperare salutem.

Virgilius Aeneidos.li°.ii.

Quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus.

Virgilius.Aeneidos.li.vi.

Tunc cede malis: sed contra audentior ito:
Qua tua te fortuna sinet. Ibidem.

Nunc animis opus Aenea: nunc pectore firmo.

Virgilius Aeneidos li°.ix.

Est hic est animus lucis contemptor: & istum
Qui uita bene credat emi quo tendis honorem.

Lucanus pharsaliae.li.vii. Lucanus.

Fortissimus ille est.
Qui promptus metuenda pati: si cōminus instet:
& differre potest.

Ouidius Metamorphoseos li.iiii.fa.x. Ouidius.

In audaces non est audacia tuta.

Idem libro.x.Fabula.xi.

Audentes deus ipse iuuat.

Ouidius tristium tertio.Elegia.ii.

Sufficitq; malis animus: nam corpus ab illo
Accepit uires: uixq; ferenda tulit.

Martialis lib.i.epigrammaton.de Mutio. Martialis.

Dum peteret regem decepta satellite dextra.
Iniecit sacris se peritura focis.
Sed tam saeua pius miracula non tulit hostis:
Et raptam flammis iussit abire manum.
Vrere quam poterat contempto Mutius igne
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Maior deceptae fama est: & gloria dextrae.
Si non errasset fecerat illa minus.

Martialis lib. epigrammaton. de. Portia.
Coniugis audisset fatum quum Portia Bruti
Et subtracta sibi quaereret arma dolor:
Nondum scitis ait mortem non posse uagari:
Credideram satis hoc uos docuisse patrem.
Dixit: & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc: & ferrum turba molesta nega.

Horatius

Horatius Carminum lib. ii. ode. iii.
Aequam memento rebus in asperis
Seruare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Laeticia moriture Deli.


Horatius epistolarum lib. iiii. epistola. iii.
Quod si
Frigida curarum fomenta relinquere posses
Quo te caelestis sapientia duceret: ires.
Hoc opus: hoc studium pui properemus: & ampli:
Si patriae uolumus: si nobis uiuere chari.

Horatius sermonum lib. ii. satyra. ii.
Viuite fortes:
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.

Dantes

Dantes Florentinus. Inferni cant. xvii.
Inanci a bon segnor fa serue forte.

Idem purgatorii cant. v.
Sta comme torre ferma che non crolla
Gia mai la cima per soffiare de uenti.



Ortũa graece τύχη. ... & τυχηρὸς. ... Fortunat' dicit. Est autem fortuna causa per accidens in agentibus a proposito: semper: & frequenter: in his quae pp hoc fiunt: secundum Aristotelem lib. ii. phisicorũ. uel sic.

Fortuna est causa per accidens: ut in paucioribus p̃ter intentionem: in his quae sunt propter finem: & a proposito. secundum bea. Tho. lib. xi. Metaphisicae. lec. viii. si.

Fortuna quid aliud est? quid fors? quid casus? qd euẽtus? nisi quum sic aliquid cecidit: sic euenit: ut uel non cadere atq; euenire: uel aliter cadere atq; euenire potuerit: secundum Ciceronem lib. ii. de Diuinatione.

Fortuna dicitur a fero fers: q; temere: & sine ratiõe feratur.

Est enim fortuna accidentium rerum subitus: atq; inopinatus euentus. haec eadem fors dicitur. Teren. O fortuna. o. fors fortũa: ut nunq̃ es perpetuo bona. Aliud (ait donatus) ẽ fortuna: & aliud fors fortuna. Fortuna dicta ẽ incerta res. Fors fortuna euẽtus fortunae bonus. Nam fors fortuna est: cuius diem festum colunt: qui in arte aliqua uiuunt: huius aedes trans tyberim erat. Sane fortuna uocabulum medium est: sed quum fortunam solam dicimus: Intelligimus foelicitatẽ: unde fortunatos foelices nominamus: Infortunatos uero Infoelices & Infortunium malam fortunam: fortunare est prosperare: & bonis augere. Cicero: Tibi patrimoniũ dii fortunent: hinc fortunae dicũtur diuitiae: & fortunatim aduerbium: prospere: ac foeliciter. Plautus: Fortunatim omnia succedant. Fortunatae etiã Insulae in mari Athlantico ultra gorgodas: sic dictae a fructuum hubertate.

Fortuna & casus sic differunt: q; casus in plus est q̃ fortuna: quia omne quod est a fortuna est a casu: sed non conuertitur.

Casus non solum est in hominibus: qui uoluntarie agunt: sed etiam in aliis animalib': sicut q; equus casu uenit: quando salutem adeptus est: licet causa salutis non uenerit: In his quae simpliciter fiunt cũ alicuius extrinseci: tũc dicim' q; fiunt a casu. Sed a fortuna dicimus illa fieri tantum de numero eorum quae fiunt a casu: quaecunq; accidunt in habẽtibus propositũ. Quare infans: & bestia nihil agit a fortuna. Ex Aristotele. lib. ii. phisicorum.

Augustin'

Augustinus de ciuitate dei lib. iiii. c°. xviii.
Quomodo ergo dea fortuna aliquãdo bona est: aliquando mala? an forte quando mala est: dea nõ ẽ? Sed in malignum daemonem repente cõuertitur?

Boetius

Boetius lib. i. de Consolatione metro primo.
Dum leuibus male fida bonis fortuna faueret:
Poene caput tristis: merserat hora meum.
Nunc quia fallacẽ mutauit nubila uultum:
Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me foelicem totiens iactastis amici?
Qui cecidit: stabili non erat ille gradu.

Boetius lib. i. de Consolatione prosa. iiii.
At uero hic etiam nostris malis cumulus accedit: q; aestimatio plurimorum: non rerum merita: sed fortunae spectat euentum: eaq; tantum iudicat esse puisa: quae foelicitas commendauerit. Quo fit: ut aestimatio bona prima omnium deserat infoelices. Qui nunc populi rumores? q̃ dissonae multiplicesq; sententiae? piget reminisci. Hoc tãtum dixerim ego ultimam ee aduersae fortunae sarcinam: q; dũ miseris aliquod crimen affigitur: quae perferunt

meruisse creduntur?

Boetius lib.i.metro.v.

Cur tantas lubrica uersat
Fortuna uices? premit insontes
Debita sceleri noxia poena.
At peruersi resident celso
Mores solio: sanctaq; calcant
Iniusta uice colla nocentes.
latet obscuris condita uirtus
Clara tenebris: iustusq; tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria: nil nocet ipsis
Fraus mendacii compta colore.
Sed quum libuit uiribus uti :
Quos innumeri metuunt populi:
Summos gaudet subdere reges.

Idem lib.i.prosa.vi.dicente philosophia.

Huncccine inquit mundum temerariis agi : fortui/tisq; casibus putas? an nullum credis ei inesse regimen rationis? At qui inquam nullo aestimauerim modo: ut fortuita temeritate: tam certa mouean/tur. Verum operi suo conditorem praesidere deum scio. Nec unq̃ fuerit dies: qui me ab hac sententiae ueritate depellat. Ibidem.

Postremo aequo animo toleres oportet quicquid intra fortunae aream geritur: quum semel iugo eius colla submiseris. Quod si manendi abeundiq; scribere legem uelis ei quam tu tibi dominam sponte elegisti: non ne tu iniurius fueris? & impatientia sortem tuam exacerbabis : quam permutare non possis. Boetius de Consol.lib.ii.p̃sa.prima.

Si uentis uella committeres: non quo uoluntas pe/teret: sed quo flat⁹ pelleret promoueretis. Si aruis semina crederes: feraces inter se ãnos sterilesq; pẽsares. Fortunae te regendum dedisti: dominae moribus oportet obtemperes: Tu uero uoluentis rotae impetum retineri conaris. At omnium mortalium stolidissime si manere incipit: Sors esse desistit.

Idem lib.ii.metro.i.de fortuna ait.

Haec quum superba uerterit uices dextra
Aestuantis more fertur Euripi.
Dudum tremendos saeua proterit reges.
Humilemq; uicti subleuat fallax uultum.
Non illa miseros audit: aut curat fletus:
Vltro q; gemitus dura quos fecit ridet.
Sicq; illa ludit: sic suas probat uires:
Magnumq; suis monstrat ostentum:
Si quis uisatur una stratus: ac foelix hora.

Boetius de Consolatione lib.ii.prosa.ii.

Haec nostra uis est: hunc cõtinuum ludum ludim⁹: Rotam uolubili orbe uersamus. Infima summis: summa infimis mutare gaudemus. Ascẽde si pla/cet: sed ea lege: ne uti: quum ludicri mei ratio po/scet: descendere iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos? Boetius de Consol.lib.ii.p̃sa.iii.

An tu in hanc uitae scaenam: nunc primum subitus hospesq; uenisti? Vllam ne humanis rebus inesse constantiam reris? quum saepe ipsum hominem uelox hora dissoluat. Nam & si rara est fortuitis manendi fides: ultimus tamen uitae dies mors quaedã fortunae ẽ etiam manentis. Quid ergo referre putas? tu ne illam moriendo deseras: An te illa fugiẽdo deserat. Idem lib.ii.prosa.viii.

Et enim plus reor hominibus aduersam q̃ prosperã prodesse fortunam. Illa enim semper specie foelicitatis: quum uidetur blanda : mẽtitur. Haec semper uera est: quum se instabilem mutatiõe demõstrat. Illa fallit: haec instruit. Illa mendacium specie bo/norum mentes fruentium ligat: haec cognitõe fragilis foelicitatis absoluit. Itaq; illam uideas uentosam: fluẽtem: suiq; semper ignaram. Hanc sobriã succinctamq; & ipius aduersitatis exercitatõe prudentẽ. Boetius de Cõsol.lib.ultimo metro.i.

Sic quae permissis fluitare uidetur habenis:
Sors patitur frenos ipsaq; lege meat.

Seneca ad Lucillium.epistola.viii. Seneca

Munera ista quae fortunae putatis: insidiae sunt.

Seneca ad Lucillium.epistola.xv.

Initia in nostra potestate sunt : de euentu fortuna iudicat. Idem epistola.lxxviiii.

Omnem fortunae licentiam in oculis habe : tanquã quicquid potest facere factum sit.

Idem epistola.lxxxxiii.

Quid est quod non fortuna conuoluat: & florentissimo detrahat? quod q; nõ eo magis aggrediatur: & quatiat: quo speciosius fulget. Quid illi atduũ: quid ne difficile est? Ibidem.

Nihil priuatim: nihil publice stabile ẽ. Tam urbiũ q̃ hominum fata uoluuntur.

Seneca epistola.ciii.

Quid autem stultius: q̃ mirari ullo die factũ: quod omni die potest fieri.

Seneca in hercule furente. Tragoedia.i.

Iniqua raro maximis uirtutibus
Fortuna parcit: nemo se tuto diu
Periculis offerẽ tam crebris potest.
Quem saepe transit: casus aliquãdo inuenit.

Seneca Ibidem.

O fortuna uiris inuida fortibus:
Quam non aequa bonis praemia diuidis?

Seneca in Tantalo. Tragoedia.ii.

Habere regnum casus est: uirtus daẽ. Ibidem.
Ima permutat breuis hora summis.

Seneca in Tantalo Tragoedia.ii.

Nemo confidat nimium secundis.
Nemo desperet meliora lapsis:

Miscet hæc illis: prohibetq; clotho
Stare fortunam: rotat omne fatum:
Nemo tam diuos habuit fauentes:
Crastinum ut posset sibi polliceri. Ibidem.
Res deus nostras celeri citatas
Turbine uersat. Seneca. Tragoedia. iiii.
Res humanas ordine nullo fortuna tegit: spargitq; manu munera cæca: peiora fouens.
Seneca Tragoedia. vi.
Nec turpe puta qcqd miseros fortuna iubet. Ibidē.
Moderata durant: quo q; fortuna altius
Euexit: ac leuauit humanas opes.
Hoc se magis supprimere foelicem decet. Ibidem
Misero datur quodcunq; fortunæ datur.
Seneca Tragoedia. vii.
Fortuna fortes metuit: ignauos premit. Ibidē.
Rapida fortuna ac leuis præcepsq; : regno eripuit: & exilio dedit. Seneca. Ibidem.
Regnorum magnis fallax fortuna bonis In præcipiti dubioq; nimis excelsa loco: Nunq̃ placidā sceptra quietē: Alia ex aliis cura fatigat. Vexatq; animos noua tēpestas. Vt præcipites regum casus fortuna rotat: metui cupiūt: metuiq; timent: Nō nox illis alma recessus præbet tutos: non curarum somnus domitor pectora soluit.
Seneca Tragoedia. viii.
Quicqd in altū fortuna tulit: ruitura leuat. Ibidē.
Cæca est temeritas quæ petit casum ducem.
Aristoteles — Aristoteles lib. ii. phisicorum.
Fortuna non est: nisi in agentibus a proposito: & a uoluntate. Aristoteles Ibidem.
Casus est solum in animalibus irrationalibus & in rebus inanimatis: unde dicitur: q; casu tripoda cecidit & stetit.
Aristoteles lib. vii. Ethicorum.
Fortuna superexcellens impedit foelicitatem.
Aristoteles lib. viii. Ethicorum.
Quanto maior est fortuna: tanto minus est secura.
Aristoteles lib. de bona fortuna
Sine exterioribus bonis: quorum domina est fortuna non contingit: foelicem esse.
Aristoteles lib. de bona fortuna
Vbi plurimus intellectus: & ratio: ibi minima fortuna. La. Diogenes de ui. & mo. philosophorū. — La. Dioge.
Interrogatus Chilo quid ē fortuna? ait ignarus me dicus: multos enim excæcat.
Cicero — Cicero li°. de amicicia.
Non solum ipsa fortuna cæca est: sed etiam eos plerumq; cæcos efficit: quos complexa est.
Cicero lib. ii. de na. de.
Fortuna amica uarietati constantiam respuit.
Cicero lib. iii. de . na. deo.
Fortunam nemo ab inconstantia & temeritate se iū get. Cicero. in Paradoxis.
Cui spes omnis: & ratio: & cogitatio pendet ex fortuna: huic nihil certi esse potest.
Cicero lib. i. de diuinatiōe.
Sic enim se profecto res habet: ut nunq̃ perfecte ueritatem casus imitetur.
Cicero lib. ii. de diuinatione.
Nihil enim est tam contrarium rationi: & constantiæ: q̃ fortuna. Ibidem.
Geminorum formas esse similes: uitam atq; fortunam plerumq; disparem uidemus.
Cicero. Rhoetoricorum uete℞ lib. ii.
Nam fortunam quidem & laudare stulticia: & uituperare superbia est.
Idem Rhoetoricorum nouorum lib. ii.
Fortunam insanam esse: & cæcam: & brutam perhibent philosophi: Saxiq; instar globosi dicunt eē uolubilem. Idē. Rhoetorico℞ nouo℞ lib. iiii.
Ei nō multum potest obesse fortuna: qui sibi firmi⁹ in uirtute: q̄ in casu præsidium collocauit. Ibidem
Nam si quis spei non multum collocarit in casu: qd est q; ei magnopere casus obesse possit? Ibidem.
Quod si i eos plurimom fortuna potest: qui suas rationes omnes in casu collocarunt non sunt omnia cōmittenda fortunæ: ne magnam in nos nimis habeat dominationem. Salustius Catilinarius. — Salustius
Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis q̃ ex uero: celebrat obscuratq;.
Salustius in Iughurta.
Humanarum re℞ pleraq; fortuna regit. Ibidē.
Grauis est casus e regno in seruitium. Ibidem.
Quippe res humanæ ita se habent: In uictoria uel ignauis gloriari licet: Res aduersæ etiā bonos detrectant. Salustius Ibidem.
Res humanæ fluxæ & mutabiles sunt.
Valerius maximus. lib. iiii. — Val. max.
Dominium rerum collabi solet: bona mens præfertur diuitiis: bonæ mentis usurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum.
Valerius maximus lib. v.
Mortalium negocia fortuna uersat:
Valerius maximus lib. vi.
Nemo nimiæ fortunæ credere debet.
Valerius maximus lib. viiii.
Humanæ autem uitæ conditionem præcipuæ primus & ultimus dies continet: Quia plurimum interest quibus auspiciis inchoetur: & quo fine claudatur. Ideoq; demum eum foelicem iudicam⁹: cui & accipere lucem prospere: & reddere placide contingit. Medii temporis cursus: prout fortuna gubernaculum rexit: modo aspero: modo tranquillo motu peragitur: ipse semper minor: dum & cupide uotis extenditur: & fere sine ratione consumi/

tur. Namq; si eo bene uti uelis etiam paruum am/plissimum efficies numerum annorum multitudine operum superando. Enim uero nimio studio retinendum bonum.

Q. Curti⁹ Q. Curtius de gestis alexandri lib. iii.

Etiam naturam plerunque fortuna corrumpit.

Q. Curtius. Ibidem.

Homines quum se permiscuere fortunæ etiam naturam dediscunt.

Q. Curtius de gestis Alexandri lib. iiii.

Fragilitatis humanæ nimia in prosperis obliuio est.

Q. Curtius de gestis. Alexandri. lib. vii.

Versabilis fortuna est. Ibidem.

Fortunam tuam pressis manib⁹ tene: lubrica ē: nec inuita teneri potest.

Idem lib. viii.

Contra obsequia fortunæ non satis cauta mortalitas est. Ibidem.

Quis neget eximiam quoq; gloriam sæpi⁹ fortunæ q̃ uirtutis esse beneficium. Ibidem.

Fortuna rebus famam preciumq; constituit: & militiæ probrum plerunq; uertit in gloriam.

L. Apulei⁹ Lutius Apuleius de asino aureo. lib. i.

Ne tu fortunarum lubricas ambages & instabiles incursiones & reciprocas uicissitudines ignoras?

Iulius Celsus de gestis Cæsaris lib. iiii.

Non est sæpius fortuna tentanda.

Idem lib. vi.

Multum tum in omnibus rebus: tum in re militari potest fortuna. Idem.

Sic & ad subeundum periculum: & ad uitandum multum fortuna ualet.

Iul. Celsus Iulius Celsus lib. vii.

Fortunæ credendum est: & ad utranq; rem se illi offerendum. Idem lib. x.

Fortuna plerunq; eos quos plurimis beneficiis ornauit ad duriorem casum reseruat: Superiorum ipsorum dissimilis. Menander.

Menāder. ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.

Homo existens recordare cōmunis fortunæ. Idē

δοὺς τῇ τύχῃ τὸ μικρὸν ἐκλήψῃ μέγα.

Si dederis fortunæ puū aliqd. accipies magnū. Idē

θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.

Deo pugnare graue est & Fortunæ.

δίς μὲν δίδωσι. οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη.

Aliqbus qdē dat: aliqbus aūt aufert Fortuna. Idē.

τοῖς γὰρ εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.

Oibus quidē bñ sapientibus auxiliat fortuna. Idē

φέρει τύχη παρέργως τῆς τύχης τὰ πράγματα.

Stertunt præsente fortuna negocia. Idem

στρέφει δὲ πάντα τὰν βίῳ μικρὰ τύχη.

Permutat aūt oia quæ sunt i uita parua fortuna.

τύχης τὰ θνητὰ πράγματ' οὐκ εὐβουλίας.

Fortunæ mortalia negocia non consilii. Idem

ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται.

Casus nobis melius consulit. Idem.

τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Mortalia omnia mutationes multas hñt. Idē.

χειμὼν μεταβάλλει ῥᾷδιον ἐς εὐδίαν.

Tempestas mutatur facile in serenitatem. Idē.

ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστι καὶ πλάνον τύχη.

Quam uaria res est: & erratilis fortuna.

Exp⁹ Epi. Ex primo Epigrammaton.

οὐκ ἐθέλουσα τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ,

ὡς ὅτι καὶ μέχρι σοῦ πάντα ποιεῖν δύναται.

Nō ꝑpitia fortuna te ꝓmouit: sed ut ostendat q etiam in te omnia facere potest.

Lucianus. Lucianus.

μὴ πταίων φίλος εἶ. ἢν πταίσῃς φίλος εἶ μακάρεσσι.

καὶ σοι ῥηιδίως ἔκλυον εὐξαμένου.

ἢν πταίσῃς οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος. ἀλλ' ἅμα πάντα

ἐχθρὰ τύχης ῥοπαῖς συμμετὰ βαλλόμενα. hoc est

Non erras: amicus es mortalib⁹: amicus es beatis Et te facile exaudierunt precātem.

Si erraueris: nullus āplius tibi aicus: sed simul oia inimica: fortunæq; momentis commutata.

Sophocles Sophocles in Aiace.

τῆς ἀναγκαίας τύχης

οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.

Immutabili fortuna

Nullum est peius hominibus malum.

Pallades Pallades.

οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε τύχη μερόπων δὲ τυραννεῖ

τοῖς ἰδίοις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη.

κἀλλὸν τοῖς ἀδίκοις ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους

ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν. hoc est.

Non rationem: non legem nouit fortuna: hominibus autem imperat propriis sine ratione fluxibus tracta:

Magis iniustis fauet: odit autem iustos

Veluti ostendens temerariam potentiam

Plautus — Plautus in duobus captiuis.

Sed uiden fortuna humana frāgit artatq; ut lubet: Me qui liber fueram seruum fecit: ex summo infimum. Qui imperare insueuerā: nunc alterius imperio obsequor. Plautus in castellaria.

Immundas fortunas æquum est squalorem sequi.

Plautus in pseudolo.

Profecto hoc sic erit: centum doctorum hominum consilia hæc deuincit dea fortuna: atq; hoc uerū est: proinde ut quisq; fortuna utitur: ita præcellet: atq; exinde sapere omnes dicimus: bene ubi quid discimus cōsilium accidisse: hominem cautū eum esse declaram⁹: stultum autem illum cui uertit male. Stulti autem sumus frustraq; scimus: ut quid i rem sit possimus noscere: certa mittimus dum incerta petimus: atq; hoc uenit in labore: atq; in dolor: ut mors obrepat interim.

Terentius — Terentius comœdia .v.

O sors fortuna: ut nunq̄ perpetuo es bona?

Virgilius — Virgilius in buc.

Sors omnia uersat. Virgilius in .ii. Aeneidos.

Nec si me miserum fortuna Sinonem
Finxit: uanum etiam mendacemq; iproba finget.

Virgilius Aeneidos lib .ii.

Aspirat primo fortuna labori. Idem lib .iii.
Viuite fœlices quibus est fortuna peracta.
Iam sua. Virgilius Aeneidos lib .x.

Et quacūq; uiam dederit fortuna sequamur. Ibidē.
Audentes fortuna iuuat.

Virgilius Aeneidos lib .xi.

Multa dies uariusq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius: multos alterna reuisens
Lusit: & in solido rursus fortuna locauit.

Virgilius lib .xii. Aeneidos.

Forsan miseros meliora sequantur. Ibidem.
Quo deus: & quo dura uocat fortuna sequamur.

Virgilius ibidem.

Sors & uirtus miscentur in unum.

Virgilius in paruo tractatu de Fortuna.

Fortuna potens: tantum
Iuris atrox quæ uendicas:
Euertisq; bonos: erigis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes: & retinet senes:
Iniusto arbitrio tempora diuidens:
Quod dignis adimit transit ad impios:
Nec discrimen habet rectaq; iudicat:
Inconstans: fragilis: perfida: lubrica:
Nec quos clarificat perpetuo fouet:
Nec quos deserit perpetuo premit.

Ennius — Ennius in septimo.

Fortibus est fortuna uiris data.

Ennius in octauo

Multa dies in bello conficit unus
Et rursus multæ fortunæ forte recumbunt
Haud quenq̄ semper fortua secuta ē.

Actius — Actius in Telepho.

Nam si a me regnum fortuna atq; opes
Eripere quiuit: & uirtutem nequiuit.

Lucanus — Lucanus lib .ii .phar.

Sors incerta uagatur
Fertq; refertq; uices: & habent mortalia casum.

Lucanus lib .iii .phar.

Neq; enim iam sufficit ulla
Præcipiti fortuna uiro. Lucanus ibidem.
Seruat multos fortuna nocentes.

Idem lib .viii .phar.

Longi pœnas fortuna fauoris
Exigit a misero.

Ouidius — Ouidius matamorpho. lib .vii. fabula .xxvi.

Flebile principium melior fortuna secuta est.

Idem lib .xiii. fabula .iiii.

Tanta homines rerum inconstantia uersat.

Ouidius metamorpho. lib .xv. fabula .iiii.

Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim: sic ad ferrum uenistis ab auro
Sæcula: sic totiens uersa est Fortuna locorum.

Ouidius metamorpho. lib .xv. fabula .xlii.

Omnia uerti
Cernimus: atq; alias assumere robora gentes:
Concidere has: sic magna fuit censuq; uirisq;
Perq; decem potuit tantum dare sanguinis ānos:
Nunc humilis ueteres tantūmodo Troia ruinas,
Et pro diuitiis tumulos ostendit auorum.
Clara fuit sparte: magnæ uiguere Micænæ.
Nec non & cecropis: nec non amphionis arces:
Vile solum sparte est. altæ cecidere Micænæ
Oedipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant nisi nomen Athenæ?

Ouidius tristium lib .ii.

Quum cœpit quassata domus subsidere partes:
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaq; fortuna rimam faciente dehiscunt:
Ipsa suo & quondam pondere tracta ruunt.

Ouidius ibidem.

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est:
Nec ueniam læso numine casus habet.

Ouidius tristium lib .v. elegia .viii.

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat:
Nunc mendicato pascitur ille cibo.
Passibus ambiguis fortuna uolubilis errat:

Et manet in nullo certa tenaxq; loco
Sed modo læta manet: uultus modo sumit acerbos:
Et tantum constans in leuitate sua est.
Nos quoq; floruimus: sed flos fuit ille caducus:
Flammaq; de stipula nostra breuisq; fuit.
Ouidius de ponto lib. iiii. elegia. iii.
Hæc dea non stabili q̃ sit leuis orbe fatetur:
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio: & quauis incertior aura:
Par illi læuitas perfide facta tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu quæ ualuere ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Cressi:
Nempe tamen uitam captus ab hoste tulit.
Ille syracusia modo formidatus in urbe:
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamen ipse rogauit
Summissa fugiens uoce clientis opem.
Cui q; uiro totus terrarum paruit orbis:
Indigus est factus omnibus ille magis.
Ille Iugurthino clarus Cymbroq; triumpho:
Quo uictrix totiens consule Roma fuit:
In cæno Marius iacuit: cannaq; palustri:
Pertulit & tanto multa pudenda uiro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus.
Et certam præsens uix habet hora fidem.
Idem.
Casus in euentu est.
Ouidius epistola Briseidis ad Achillem.
An miseros tristis fortuna tenaciter urget?
Ouidius
Nempe dat & quodcunq; iubet fortuna capitq;:
Hirrus & est subito qui modo Cressus erat.
Ouidius lib. iii. de arte amandi.
Dum licet: & spirant flamina nauis eat.
Tibullus — Tibullus lib. i. Elegia. v.
Versatur celeri sors leuis orbe rota.
Martialis lib. iiii. Epigr. de puero glatie occiso
Quid non sæua sibi uoluit fortuna licere?
Horatius — Horatius carminum lib. i. ode. xxxiiii.
Valet ima summis
Mutare: & insignem attenuat deus:
Obscura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit. hic posuisse gaudet.
Horatius carminum li°. iii. ode. xxviiii.
Fortuna sæuo læta negocio: &
Ludum insolētem ludere pertinax
Trāsmutat incertos honores:
Nunc mihi nunc alii benigna.
Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas resigno quæ dedit: & mea
Virtute me inuoluo: probamq;

Pauperiem sine dote quæro.
Iuuenalis Satyra. iii. — Iuuenalis.
Ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit: quotiens uoluit Fortuna iocari
Idem Satyra. vii.
Si fortuna uolet: fies de rhœtore consul:
Si uolet hæc eadem fies de consule rhoetor.
Ventidius quid enim? quid Tulius? an ne aliud q̃
Sydus: & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt: captiuis fata triumphos.
Foelix ille tamen: coruo quoq; rarior albo.
Iuuenalis. Satyra. x.
Turba tremēs sequitur fortunam: ut semp: & odit
Damnatos.
Iuuenalis. Satyra. xiii.
Victrix fortunæ sapientia.
Ausonius. — Ausonius.
Fama est fictilibus cænasse Agathoclea regem:
Atq; abacum samio sæpe onerasse luto. & paulo
post.
Fortunam reuerenter habe: quicunq; repente
Diues ab exili progrediere loco.
Fran. petrarcha cantilena: viii. stantia. vii. — Fr. Petrar.
Rade uolte adiuen chal lalte imprese
Fortuna iniuriosa non contrasti:
Cha glanimosi facti mal saccorda.
Fran. Petrarcha Triumpho Famæ
Che puocho ual contra fortuna scudo.

FORū ē exercendaꝝ litium locus: & dr̄ Iudicialis forꝰ a ferēdo: qa illuc cāæ feranť. Et ē foꝝ uenale a ferēdo: qa uenalia illuc ferantur: Et est forum boarium in quo boues uenduntur. forum olitorium: in quo herbæ uēdūtur: quod erat antiquum macellum. forum piscarium in quo pisces ueneunt. Forum cupedinis in quo uēduntur cupedia. Cupes enim & cupedia antiqui lautiores cibos nominabant: Vnde cupedinarii dicti sunt omnes: qui esculenta uendunt: ab eo quod alimenta rebus cupidinis præbeant. Dicitur etiā forum locus in quo cum populo agitur. conciones habentur: lites tractantur: q; ibi Iudicia ferūtur: unde & forenses dicuntur: qui in foro uersantur. Et circumforanei qui circa forum spatiantur uenditantes aliquid: aut ementes: aut sciscitantes: aut tempus maniter terentes. Fori etiam masculino genere: & pluraliter tantum: Sunt tabulata nauium: ab eo q; incessus ferant: Siquidem per eos nautæ discurrunt. Virgi. laxatq; foros. Cicero alii per foros cursitent: Significāt & fori pluraliter tātum: loca erecta: ut ex his spectetur. Et foruli sunt armariola in quibus libri reponuntur. Iuuenalis Hic libros dabit: hic forulos.

FRater: g. ἀδελφὸς οῦ. ὁ. & ἀδελφικὸς οῦ. ὁ. fraternus dicit. Dicitur autem frater quasi fere alter. secundum Au. gelium lib. xii. noc. at. ex sentẽtia. P. Nigidii.

Salustius — Salustius in Iugurtha. Quis autẽ amicior q̃ frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies: si tuis hostis fueris? hinc fratria fratris uxor: fraterculus diminutiuum: & fratrueles duorum fratrum filii.

Sapiẽtiæ — Sapientiæ cap. x.
Per iram homicidii fraternitas deperiit.

Paulus — Paulus ad Hebræos cap. xiii.
Charitas fraternitatis maneat in nobis.

Augustin⁹ — Augustinus & habetur. xiiii. q. v. Immolans.
Qui effundit sanguinem & qui fraudem facit: necessario fratres sunt. Aug. lib. i. de unico baptismo: & habetur Di. lvi. cap. Sponsus.
Ismael ut separetur a populo dei non obfuit mater ancilla: sed obfuit fraterna discordia: nec profuit potestas uxoris: cuius magis filius erat. quia per ipsius iura coniugalia & in ancilla seminat⁹ erat: & ex ancilla susceptus est.

Io. Chrys. — Ioannes Chrysostomus super Matthæum.
Pro se orare necessitas cogit: pro aliis autem charitas fraternitatis hortatur. dulcior autem ante deũ est oratio non quam necessitas transmittit: sed quã charitas fraternitatis commendat.

Rabanus. — Rabanus super Matthæum.
Vera fraternitas est: quæ fratrem ueneratur deuotum: corripit dissolutum: quæ præsenti obsequitẽ: absentem non rodit: sano applaudit: infirmum nõ deserit: placatum non prouocat: iratum ut maiorem metuit.

In col. pa. — In collationibus patrum & Abbatis Ioseph
Hæc est uera fraternitas quæ nullis casibus scinditur: quam non solum dissociare: uel delere: locorum: uel temporum interualla non præualẽt: sed nec mors quidem ipsa diuellit. Ibidem.
Hæc est uera & indirupta fraternitas quæ gemina amicorum perfectione: ac uirtute concrescit: cui⁹ semel initum fœdus: nec desyderiorum uarietas: nec contentiosa dirrumpet contrarietas uoluntatum. Ibidem.
Nihil prodest: Si moribus: ac proposito dissidentes una habitatione iungantur: nec obest pariter uirtute fundatis per locorum interualla disiungi. Apud deum nanq̧ morum cohabitatio: nõ locorum unitas fratres habitatione coniungit. Nec potest unq̃ pacis integritas custodiri: ubi uoluntatum diuersitas inuenitur. Ibidem.
Huius primum fundamentum est substantiam mũdialem incontemptu habere. Iniustum enim atq̧ impium est: si post abrenunciatam mundi: & omnium quæ in eo sunt uanitatem preciosissimæ dilectiõi fratris: supellex uilissima quæ superfluit præferatur. Secundum est: ut unusquisq̧ ita suas resecet uoluntates: ne se sapientem atq̧ consultũ esse iudicans: suis malit q̃ fratris diffinitionibus obedire. Tertium est: ut sciat omnia etiam que utilia: ac necessaria æstimat: postponenda bono charitatis & pacis. Quartum ẽ: ut credat: nec iustis: nec iniustis de causis penitus irascẽdum. Quintum: ut aduersus se iracundiam fratris: etiam sine ratione conceptam: eo modo quo suam: curare desyderet: sciens æqualiter sibi perniciosam alterius esse tristiciam: ac si aduersus alium ipse moueatur: nisi eam quantum in se est de fratris etiam mente depulent. Salustius in Iughurta. — Salustius
Quis est amicior: q̃ frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies: si tu his hostis fueris?

Horatius epistolarum lib. i. elegia. iii. — Horatius.

At uos
Seu calidus sanguis: seu rerum inscitia uexat
In domita ceruice feros: ubicunq̧ locorum
Viuitis: indigni fraternum rumpere fœdus.

FRaus græce ἀπάτη ης. ἡ. & ἀπατηλὸς. οῦ. ὁ. fraudosus & fallax dicitur.
Est autem fraus executio Iniusticiæ in factis. secundum bea. Tho. scda scdæ q. lv. ar. v.
Fraus non potest esse sine dolo: sed bene dolus sin e fraude. Ideo fraudi inest dolus sicut species generi: ex bea. Tho. Ibidem.
Fraus dicitur a ferendo: & ẽ deceptio quæ alicui Infertur. fraus pro periculo quandoq̧ ponitur. Virgi. Quis deus in fraudem: quæ dira potẽtia nostra Egit. Inde fraudo: as & fraudor passiuum. & de fraudo quod est fructum minuo: uel per fraudem aliquid decerpo. Teren. Suum defraudans geniũ comparsit miser. David psalmo. xxx. — Dauid
Erubescant impii: & deducãtur in infernum. Muta fiant labia dolosa.

Ecclesiastici cap. xviiii. — Ecclẽsiastici
Est qui nequiter humiliat se: & interiora eius plena sunt dolo. Hieremias cap. vi. — Hieremias
A propheta usq̧ ad sacerdotem: cuncti faciũt dolũ.

Augustinus de diffinitionibus. — Augustin⁹
Fallacia est per quã motibus deceptoriis ueritas palliata: uel odium alterius: uel proprium commodũ

intendit. Auguſtinus. iii. confeſſionum.
Sunt qui ſeducunt per philoſophiam: magno: blã/
do: & honeſto nomine colorantes: & ſucantes er/
Hierony⁹. rores ſuos. Hieronymus in epiſtola ad
Ruſtichum monachum.
Iudas de apoſtolatus faſtigio in proditionis tartarũ
labitur: nec familiaritate communi: nec intentiõe
bucellæ: nec obſequii gratia frangitur: ne hominẽ
Ambroſi⁹ traddat: quem filium dei nouerit. Amb. ſuper
illud Matthæi. xxvi. Et oſculatus eſt eum.
Inſtrumento pacis mortem irrogat. Seruus domi/
num: diſcipulus magiſtrum ſic prodit: quaſi inquit
per Inſtrumentum pacis perimis ipſam pacem: de
oſculo machinaris ipſam proditionem.
Ambroſius lib. de uirginibus.
· Venena non dantur: niſi melle circũlita: & uitia nõ
decipiunt: niſi ſub ſpecie umbraq; uirtutum.
Gregorius Greg. ſup illud Iob. cõuerebar oĩa opa mea
· Duo timenda ſunt in bonis opibus: deſidia: & fra⁹.
Gregorius lib. viiii. moralium.
Sciendum quoq; ẽ: quod tribus modis fraus ipſa cõ
mittitur. quia per hanc proculdubio aut tacta cor
dis humani gratia: aut fauoris aura: aut res quæli
bet exterior deſyderatur. Grego. ibidem
· Solus in dei opere fraudem non facit: qui quum ad
ſtudia bonæ actiõis inuigilat: nec ad corporalis rei
præmia: nec ad laudis uerba: nec ad humani iudi
cii gratiam anhelat.
Gregorius in moralibus.
Doloſus aduerſarius ferire ſimul nitiť: & aperte ſæ
uiens: & inſidioſe latẽs: Vt dum occulto ſagitta me
tuitur: min⁹ ante faciem haſta timeatur: uel dum
ante faciem haſtæ reſiſtitur: nequaq̃ ex occulto ue
Iſidorus niẽs ſagitta uideatur. Iſidorus ſententia
rum lib. ii. & habetur. xxii. q. v. c°. Quacunq;
Quacunq; arte uerborum quis iuret: deus tamen q
conſcientiæ teſtis ita hoc accipit: Sicut ille cui iura
tur intelligit. Dupliciter autem reus fit: qui & no/
men dei in uanum aſſumit: & proximum dolo ca
pit. Iſidorus in Sinonimis
· Dolus ẽ quum aliud agitur: & aliud ſimulatur. Cal
lidus eſt: qui exitum uirtutis dolo: ac fraude imita
Origenes. tur. Origenes ſuper epiſtolam ad Ro. lib. iiii.
Dolus ẽ: quum aliud quis lingua loquitur: aliud uo
lutat in corde: qđ crimen: neſcio ſi uel nudos quoſ
q; & electos relinquat: ſed puto q̧ alius plus: alius
minus: nemo tamen ſic ad hoc perfecte liber: niſi
ille de quo dicitur: qui peccatum non fecit: nec in/
uentus eſt dolus in ore eius.
Bernard⁹. Bernardus ſuper cantica.
· Diuturna fraudatio ſtudiorum eſt nutrix: ſuſpitio/
num fomes: impatientiæ fax: nouerca amoris: de/
ſperationis mater.

Caſſiodorus lib. v. epiſtolarum. Caſſiodo.
Inſperatum bonum eſt: ſi is ad quem deceptionis p
tinet periculum: ſibi gratiæ procuret augmentũ.
Ius enim exigit ſagittas fraudis redire in doloſum
uerticem ſagittantis.
Seneca in prouerbiis. Seneca
Fraus eſt accipere quod non poſſis reddere. Repelli
· ſe homines facilius: q̃ decipi ferunt.
Seneca Tragœdia.
Fraus ſublimi regnat in aula.
Cicero lib. iii. de na. d. Cicero
Malitia eſt uerſuta: & fallax ratio nocendi.
Cicero officiorum lib. i.
· Quum duobus modis fiat iniuria: aut ui: aut frau/
de. Fraus quaſi uulpeculæ: uis leonis uidetur: utrũ
q; uero ab homine alieniſſimum. Toti⁹ autem in/
iuſticiæ nulla ẽ capitalior: q̃ eorum: qui quum ma/
xime fallunt: id agunt: ut boni uideantur.
Cicero lib. de amicitia.
Maxima culpa ẽ in eo qui & ueritatem aſpernatur:
& in fraudem obſequio impellitur.
L. Diogenes de uita & moribus philoſophoꝝ. L. Dioge.
· Magis amicorum inuidiam: q̃ inimicorum inſidias
cauere debemus: Illud enim apertum: hoc cælatũ
eſt malum. nocendiq; fraus quæ non ſperatur po/
tentior eſt.
Virg. lib. vi. Aeneidos loquens de Inferno. Vergilius.
Hic quibus inuiſi fratres dum uita manebat:
Pulſatuſue parens: & fraus innexa clienti.
Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis:
Nec partem poſuere ſuis: quæ maxima turba eſt.
Ouidius de arte amandi. lib. i. Ouidius
Tuta frequensq; uia eſt per amici fallere nomen:
Tuta frequensq; licet: ſit uia: crimen habet.
Ouidius lib. iii. artis.
Reddite depoſitum: pietas ſua fœdera ſeruet:
Fraus abſit: uacuas cædis habete manus. Catull⁹. Catullus.
Nec fata impia fallacium hominũ cælicolis placẽt.
Fran. Petrarcha triumpho amoris. Fr. Petrar.
· Che ſe prehende dilecto di far frode
Non ſe de lamentar ſaltrui linganna.

FRons græce μέτωπον.ου.τὸ. dicitur.
Et eſt pars faciei: quæ ſub ſincipite poſita
inter ipſum: & oculos eſt. ſecundum Ari/
ſtotelem lib. i. de animalibus. Diciturq; a ferendo
quod indicia animi præſeferat. eſt enim triſticiæ:
hilaritatis: clæmentiæ: ſeueritatis: indicium. Var/
ro tamen illam partem potius uult a foraminibus
oculorum dici. Huius compoſitum bifrons: quod
geminam frõtem habet: & frontoſus: quo nõ nul
li pro Impudente utuntur. Et eſt frons frõdis no
ti ſignificati ſimiliter a ferendo dicta: quoniã fron
des arborum huc & illuc uento ferantur: frondes

proprie tātum arborꝫ sunt: hærbarum uero arborum & florum tam frondes: q̃ folia.

FRugalitas: g̃: λιτότης. ητος. ἡ. & λιτὸς. ου. ὁ. frugalis dicitur. Est autem frugalitas uirtus: quæ motus animi regit: & sedat: moderatamq; in omni re nouit seruare constantiam. Suntq; frugi homines: quos græci χρησίμους dicunt: qui in omni re motus animi moderantur.

Frugalitas uirtus est media inter prodigalitatem: & auariciam: quum: nec nimis parce rebus utimur: nec nimis luxuriose: Est igitur moderata parsimonia cibi & potus. Hinc frugaliter aduerbium: temperate: modeste. Dicuntur autē hæc omnia a frux nominatiuo pro fruge. Varro. Frux: legumen: triticum. Hinc frugi indeclinabile nomen: Suntq; frugi: De quibus supra. Hinc etiam frumentum: quasi frugamētum: & fruor: quasi ex usu frugum delectationem capio. Vnde fruitio: De qua infra.

FRuitio græce ἀπόλαυσις. εως. ἡ. & ἀπολαύω fruor dicitur.

Fruor & utor ita differunt: q; Fruitio ptinere uidetur ad amorē uel delectationem: quam aliquis habet de ultimo expectato: qđ est finis. scđm b. Tho. pria scđæ. q. xi. arti. i. Vti uero si cum homine iungatur cōuersari ē. Si uero cum aliis iungitur est usum habere. Martialis: Vtere lactucis & mollibus utere maluis. Hinc usus fit quod interdum significationem utendi habet: Interdum: cōsuetudinem: cōuersationem: aliquando pro opus est. Hinc utilitas: p qua non nunq̃ usum ponim⁹: & utiliter aduerbium. Item apud iurisconsultos usufructus dicitur: quum res aliqua non nostra ē: sed perinde ex ea fructum: atq; utilitatem capimus: ac si nostra esset: diffiniturq; ab Vlpiano: ut infra in dictione: Vsufructus.

FVcatio a fucus uenit: Fucus uero græce φῦκος. ου. τό. & φυκίδω fuco dr̃. Et est spēs fictionis ad mētiendum pulchritudinem: Ideo semper est peccatum. Sed non est mortale nisi fiat ad lasciuiam uel contemptum dei. Tamen licet occultare turpitudinem causatam ex infirmitate: uel ex alia causa accidētali: ex. b. Tho. scđa scđæ. q. clxviii. ar. ii. Deberet scribi per ph. apud nos quum græca dictio sit: licet consuescat a nonnullis per f scribi.

FVndamentum græce: θεμέλιον. ου. τό. dicit̃: & uenit a fundum di: quod proprie est uniuscuiusq; rei: quæ aliquid in se liquoris contineat: uel ad continendum facta: ut dolii: nauis: aluei: fluminis: lacus: maris. Hinc aduerbium funditus: hoc est a fundo. Et profundus quod proprie imum significat: ut pfundum mare dictum: q; porro habeat fundum. Aliquando etiam pro alto. Virgi. Terras cælumq; profundum. Quippe ferāt rapidi secum. profunde: profunditas: pfundissim⁹: & pfundissime hinc sunt.

FVror græce ὀργή. ῆς. ἡ. uel χόλος. ου. ὁ. dicitur. Et est ira accensa: non differens re ab ira: sed secundum magis & minus. b. Tho. super. ps. xxxvi. co. vi.


Vrtum græce κλοπή. ῆς. ἡ. & κλέπτης. ου. ὁ. fur dicitur. Et est occulta acceptio rei alienæ: scđm. b. Tho. scđa scđæ. q. lxvi. ar. iii. Furtum est minus graue q̃ rapina dupliciter. Primo. quia inuolun tarium per uim est maius q̃ per ignorātiam. Secundo. quia Rapina est in re & i persona. Furtum uero in re tantum. scđm b. Tho. Ibidem. ar. viiii.

Furtum secundum legistas. ff. de furtis. l. prima. Est contractio rei alienæ mobilis & corporalis fraudolosa Inuito domino lucri faciendi gratia: siue ipsius rei: siue usu rei: siue possessionis. Differt autem fur ab abigeo: quia fur generale nomen est: Abigeus speciale: Quid autem abigeus siue abactor sit: uide supra in Abactor: dicitur autem furtum a fur: fur uero a furnum: quod ueteres atrum dicebant: unde furio fuligo. Furtum præterea interdum significat adulterium: Ouid. Hæc tibi nēpe patrē furta dedere Iouem. q; adulteria sicuti & latrocinia furtim hoc est clam soleant perpetrari.

Exodi. cap°. ii. — Exodi.

Non furtum facies. Exodi capitulo. xxi.

Qui furatus fuerit hominem & uendiderit eum cōuictus noxæ morte moriatur. Leuitici c°. xviiii. — Leuitici

Non facietis furtum.

Deuteronomii capitulo. v. — Deuterōii.

Furtumq; non facies. Tobias cap°. ii. — Tobias

Non licet nobis aut edere ex furto aliquid: aut contingere. Isaias cap. xxxiii. — Isaias

Veh qui prædaris: non ne & ipse prædaberis?

Paulus ad Ephesios. cap°. iiii. — Paulus

Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam nō furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Augustinus in sermone de. x. plagis. — Augustin⁹

Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno: uerbi gratia: Qui furatur acqrit uestem: Sed perdit fidem: ubi lucrum ibi damnum: lucrum in arca: damnum in conscientia.

Hierony⁹. Hierony.& hēt.xii.q.ii.c.Gloria.epi.§.Amico.
Amico rapere quippiam furtum est: ecclesiam fraudare sacrilegium est: accepisse pauperibus erogandum: & esurientibus plurimis illud reseruare: uel cautum uel timidum est: aut quod apertissimi sceleris est inde aliqd subtrahere omnium prædonum crudelitatē superat.

Seneca. Seneca ad Lucil.epistola.lxxvi.
Nulli uero etiam cui rapina cessit fœliciter: gaudium recte durauit in posterum.
Seneca in prouerbiis.
· Alienum nobis: nostrum plus aliis placet. Ibidem.
Alienum aes homini ingenuo acerba est seruitus.

Aristoteles. Aristoteles li.ii.Rhœtoricorum.
Omnis fur malignus est.

Cicero. Cicero Officiorum li.iii.c.v.
· Detrahere aliqd alteri: & alterius incōmodo suum commodum augere: magis est contra naturam: q̄ mors: q̄ dolor & cetera quæ possunt corpori accidere. Idem li°.iii.
Si unusquisq; rapit ad se commodum alienum: & distrahit quæ potest emolumenti sui gratia: Societas & communitas hominum euertitur.

Salustius. Salustius in Iughurta.
Oportunitas etiam mediocres uiros spe prædæ trāsuersos agit.

Iul.Celsus. Iulius Celsus de gestis Cæsaris.
Ex pecuniæ cupiditate factiones dissensionesq; nascuntur. Nam & prædæ cupiditas multos longius euocat.

Phocylid. Phocylides.
φώρων μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην· ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας. idest.
A furibus ne suscipias furtiuum uiris depositum: Ambo.n.Fures: & qui recipit: & qui furatus est.

Plautus. Plautus in Penulo.
· Male partum: male disperit.

Catullus. Catullus in Epithalamio.

Iuuenalis. Nocte latent Fures. Iuuenalis Satyra.iii.
Me nemo ministro
Fur erit.

Vturum græce: μέλλων.αὐτοῦ.τό.dicitur. Et est qd nondum aduenit: quum aduenturum sit.

Actus. Actuum apostolorum.c.i.
Non est uestrum nosce tempora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis uirtutē superuenientis spiritus sancti in uos: & eritis mihi testes i Hierusalem: & in omni Iudea: & Samaria: & usque ad ultimum terræ.

Menāder. Menander.
θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω πειρῶ βλέπειν. idest.
Mortalis natus in futurum conare inspicere. Idē.
μένει δ' ἑκάστῳ τοῦθ' ὅπερ μέλλει παθεῖν. idest.
Imminet autē unicuiq; hoc quod debet pati. Idē.
μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομ' ἀλλ' ἃ συμφέρει. idest.
Ne mihi fiant quæ uolo: sed quæ cōducant. Idē.
οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται. idest.
Nullus de futuro tuto deliberat.

Audium græce χαρά. ᾶς. ἡ. uel χάρμα. ατος. τό. uel χαρμονή. ῆς. ἡ. dicitur: & χαίρω gaudeo. Et est gaudium: passio concupiscibilis proueniens ex perfectiōis appetitæ cōiunctione. scdm interiorem apprehensionem sensus uel intellectus. scdm b.Tho.iiii.sen.di.xlviii.q.iii.ar.i. uel sic.
Gaudium est affectio animi alicuius præsentis boni opinione concepta. a quo gaudeo uerbum. Sunt qui uelint gaudium a uerbo græco deduci: Illi.n. γαῦρον superbum dicunt. Differunt autem sic gaudeo & lætor. q lætari est extrinsecus: gaudere uero intrinsecus. Quare propriæ lætus is diicitur: qui hilaritatem quam intus habet: etiam uultu ostendit.
Gaudere & gratulari differunt: ut placet Donato super Terentio: quia gaudem⁹ nobis: gratulamur aliis: uel gaudemus nostris: gratulamur alienis.

Prouerbiorum capitulo.xv. Prouerbi.
· Cor gaudens exhilarat faciem mœror: animi deiicitur spiritus: Animus gaudens ætatem floridam facit. Spiritus tristis exsiccat ossa.

Augustinus li°.ix.confessionum. Augustin⁹
· Est gaudium quod non datur impiis: sed eis qui te gratis colunt. quorum gaudium tu ipse es: & ipsa est beata uita. gaudere te propter te: ipsa est & non est altera.

Augustinus super.ps.lii.
· Temporalibus gaudent qui bona æterna non norunt desyderare.

Augustinus super Ioannem.
Comparemus gaudia ueritatis cum gaudio uanitatis: & si honoremus doleamus: si dolemus oremus: si oramus exaudiamur: si exaudiamur & illos lucramur.

Aug li.de cōflictu uitiorum & uirtutum.
Inepta lætitia dicit: ut quid animi gaudium intus abscōdis? Ingredere in publicum: Lætus dic aliqd foris: Vnde uel tu uel proximi rideant: fac eos lætos tua lætitia.

Hierony⁹.

Hieronymus super Isaiam.

Animi laeticia interdum corporis dolores mitigat: quod si ad aegrotationem corporis accedat aegritudo animi: duplicatur infirmitas.

Gregorius

Grego. li°. xii. moralium.

Dignum est itaq; ut in se semper homo moerores inueniat: qui derelicto errore gaudium in se quaerebat. Gregorius li. xx. moralium.

Saepe a disciplinae metu resoluimus subditos: si nostro regimini hilaritatis frena relaxamus: qa dum nos quasi licẽter laetos aspiciunt: audacius ipsi ad illicita resoluuntur.

Gregorius moralium li. xxiiii.

Iubilum dicitur quando ineffabile gaudium mente concipitur: quod nec abscondi possit: nec sermonibus aperiri: & tamẽ quibusdam proditur motib⁹: quãuis nullis proprietatibus exprimatur?

Gregorius moralium li°. xxviii.

Iubilatio dicitur quum cordis laeticia oris efficacia non expletur: sed quibusdam modis gaudium prodit: quod ipse qui gaudet: nec regere praeualet: nec explere. Ibidem.

Solet laeticia archana mentis aperire: atq; aperiendo amittere: aduersa uero quum nos exterius deprimunt: interius cautiores reddunt.

Boetius.

Boetius de cõsolatione li. i. metro ultimo.

Tu quoq; si uis.
Lumine claro:
Cernere uerum:
Tramite recto:
Carpere callem:
Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spemq; fugato:
Nec dolor adsit:
Nubila mens est:
Vinctaq; fraenis:
Haec ubi regnant.

Seneca

Seneca epistola. lxiii.

Dicimus nos magnum gaudium ex illius consulatu quod non est gaudium: sed ut saepe initium futurae tristiciae. Gaudio enim iunctum est non desinere: nec in contrarium uerti. Omnes tendunt ad gaudium. Sed unde stabile & magnum consequatur ignorant. Ille ex conuiuiis & luxuria. Ille ex ambitione & circumfusa clientum turba. Ille ex amica; alius ex studiorum liberalium uana ostentatiõe: & nihil sonantibus litteris. Omnes istos oblectamẽta fallacia & breuia decipiunt sicut ebrietas quae unius horae hilarem insaniam longi temporis tedio pensat.

Seneca in prouerbiis.

Malum alienum tuum ne feceris gaudium.

Seneca in Hercule furente. Tragoedia. i.

Dum fata sinunt uiuite laeti.
Properat cursu uita citato:
Volucriq; die rota praecipitis uertitur anni.

Cassiodorus li. iiii. Epistolarum. Cassiodor.

Nouum est sub amore principis custodire molestiã: quae tam clara q̃ rara est: quia gaudia semper animos inquietant: modus enim raro laetis rebus interuenit. Cesarius in admonitione. ii. Cesarius.

Verum gaudium non possidetur nisi pax & iusticia teneatur: prima enim est: & quasi radix iusticia: secũda pax: tercia gaudium: De iusticia nascit̃ pax: de pace gaudium generatur.

Hugo li°. iii. de Anima. Hugo

Vis nunquã esse tristis? bene uiue: bona uita semper gaudium habet. Cicero Tus. quaest. li. iiii. Cicero

Gestiensq; laeticia turpis est: ut si ridere concessum sit: uituperatur tamen cachinatio.

Cicero li. iiii. Tus. quaest.

Et ut nimis afflicti molestia: sic animi elati laeticia iure iudicantur leues. Cicero li. iiii. Tus. quaest.

Atq; ut confidere decet: timere non decet: sic gaudere decet: laetari non decet.

Ouidius Metamorphoseos li. vii. fa. xxiiii. Ouidius.

Vsq; adeo nulla est sincera uoluptas
Sollicitumq; aliquid laetis interuenit.

Ouidius Epistola. Herus ad Leandrum.

Longa mora est nobis omnis quae gaudia differt.

Martialis. Epigrãmaton li. p°. ad Iulium. Martialis.

Expectant curaeq; cathenatiq; labores:
Gaudia non remanent: sed fugitiua uolant.
Haec utraq; manu complexuq; assere toto.
Saepe fluunt imo sic quoq; lapsa sinu.
Non est (crede mihi) sapientis dicere uiuam.
Sera nimis uita est crastina: uiue hodie.



Azophylatium dictio est cõposita ex persico & graeco: persico quidem ut Caza quae apud nos opes significat: & φυλάττω custodio. Et est arca: siue quiuis alius locus in quo preciosior suppellex conseruatur.



Enealogia est generatiõis series. Cõponiturq; ex γενεᾶς i. generationis & λόγος sermo.



Eneratio: g̃: γιγνομαι. ιο. α. & γέννάω genero dicitur.

Est autẽ generatio mutatio ex non ente in ens. secundum Aristote. li°. de generatione & corruptione. uel sic.

Generatio est mutatio hui⁹ totius i hoc totum: nullo sensibili manẽte eodẽ: ut subiecto. scd̃m Eundẽ.

Generatiua potentia est actiua: & est in patre perfecte: in matre uero imperfecte. scd̃m. b. Tho. iii. parte. q. xxxii. ar. iiii.

Genitum est quod est ens contingens prius nō esse. scdm Arist. li°. i. de cælo & mundo. Dicitur autem genitus a gigno: & non a genero: & conuenit animatis tantum. scdm. b. Tho. iii. sen. di. viii. q. i. ar. i.

G Enerosus: g: εὐγενής. εος. ὁ. ἡ. Ita differt a Nobili: q̄ Nobile est id quod ex bono pdiit genere: Generosum qd non a sui natura degenerauit: scdm Aristo. li. i. de aialibus. Generosus est præclaro genere natus: unde generositas hoc est nobilitas: & generose nobiliter.

G Enus: græce: γένος. εος. τό. dicitur. Et est quod prædicatur de pluribus differētibus specie in eo quod quid: ut aial prædicatur de homine & asino: quæ specie differunt. secundum Arist. libro prædicamentorum.

Genus multis modis dicitur. Est enim proprie principium uniuscuiusq; generatiōis: uel ab eo qui genuit: uel a loco in quo genitus est: ut Orestes a Tātalo ducit genus. Ouidius. Et genus a magno ducentem forte Gradiuo. Et Plato est atheniensis genere. Patria. n. generationis principium cuicunq; est: queādmodum & parentes. Hinc p methaphoram multitudo dī genus: ut Romanorum genus. Est & genus cui supponitur species ut supra. Diffinitum: q̄ sit quasi pricipium sub se positarum specierum. Genus item uocamus esse per quod alicuius rei qualitas declaratur: ut genus mortis: genus uitæ: genus exempli: genus marmoris: genus coloris: genus uestis. Virgi. Quod gen⁹ hoc hominum. A genus fit generatim: hoc ē per singula genera.

G Eometria dictio: est græca composita ex γῆ quod est terræ & μέτρον mensura: & est terræ mensura: Qui uero huius artis peritiā habet geometra: geometer: geometres dicitur. Iuuenalis. Grammaticus: Rhoetor: geometra: pictor: aliptes: augur: schenobates: medicus: magus: omnia nouit. Ita enim legendū arbitror: non geometer: nec geometres: ut aliq præcepere: Quoniam apud græcos γεωμέτρης. ου. ὁ. geometra dicitur. Quod quum per ω scribatur necessario illud o longatur. Terra autem ab illis modo γῆ. ῆς. ἡ: Modo. γαῖα. ας. ἡ. Mō γαῖα. ας. ἡ. scribitur. Itaq; geometra habebit primā syllabam longam diphthongo. Ita & γαῖαν longauere Homerus & Phocylides. Homerus enim ait in ι odyssee. οὔ τι ἔγωγε

ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. Phocylides.

σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν καὶ πάντα πρὸς αὐτήν. Nec negamus ge in compositione a græcis nonnunq̄ breuiari. Verū dicim⁹. ω. breuiari non posse.

G Ingiuæ a gignendis dentibus dicuntur. secundum Lactantium li°. de opificio dei.

G Laties: g: κρύσταλλος. ου. ὁ. & κρύσταλλος. εος. ὁ. ἡ. glacialis dicitur. Et est coagulatio frigidi & humidi. secundum Aristotelē libro p°. de gñatiōe & corruptiōe. Dicitur autem glaties quasi gelaties: unde glatior uerbum: hoc est in glatiem astringor: & glatialis quod glatiari: hoc est in glatiē astringi potest. Iuuenalis. Et glatialem oceanum.

G Loria græce: δόξα. ας. ἡ. & δοξάζω glorifico: & ἔνδοξος. ου. ὁ. gloriosus dicitur. Est frequens de aliquo fama cum laude. secundum Ciceronē i Rhoetoricis.

Gloria est illustris ac propagata multorum & magnorum: uel i suos ciues: uel in patriam: uel in omne genus hominum fama meritorum. secundum Ciceronem in oratiōe pro M. Marcello.

Gloria est clara noticia cum laude: secundum Ambrosium sup epistola ad Romanos.

Paulus ad corinthios. scdæ. c. i. — Paulus.

Nam gloria nostra hæc est testimonium consciētiæ nostræ. Io. Chrysostomus. homelia. iiii. — Io. Chrys.

Si gloriari cupis gloriam despice: & omnib⁹ gloriosior eris.

Boetius de consolatione li. iii. prosa sexta. — Boetius

Gloria uero q̄ fallax sæpe q̄ turpis est? Vnde non iniuria Tragicus exclamat: O gloria gloria millibus mortalium nihil aliud facta nisi aurium inflatio magna: Plures enim magnum sæpe nomen falsis uulgi opinionibus abstulerunt. Quo quid turpius excogitari potest? Nam qui falso prædicantur: suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Quæ si etiā meritis conquæsitæ sint: quid tamen sapientis adiecerunt conscientiæ: qui bonum suum non populari rumore sed conscientiæ ueritati metitur.

Cassiodorus li. i. epistola. xxiii. — Cassiodor.

Laborem quippe non refugit: qui uirtutis gloriam concupiscit. Cassiodorus. li. i. epistola. iii.

Crescere uirtutes solent ad præconii fastigium.

M. T. Cicero in paradoxis. — Cicero.

Neq; est enim ullum bonum: de quo is qui habeat non possit honeste gloriari.

Fr. Petrarcha de remediis prosperæ fortunæ. — Petrarcha

Gaudeo Inueni magnam gloriā. Rñdeo. Magna exiguo qualiter explicetur: non intelligo. Si tēporum: si locorū angustias metiare: magnā hic gloriam nō posse fateberis: Nā & liquido cernis: q̄ nā sit hæc mortalis: atq; terrenæ gloriæ magitudo. Si

tamen fulgens & digna sit tibi gloria: gaude: non q habeas sed q merui sti.

Q. Curti⁹. Q. Curtius de gestis Alexandri. li. viii.
Quis neget eximiam quoq gloriam saepius fortunae q uirtutis esse beneficium. Val. maxi. li. viii.

Val. maxi. · Nulla est tanta humilitas: quae dulcedine gloriae nō tangatur: Illa uero a claris uiris interdum ex humillimis rebus petita est.

Salustius. Salustius in Iughurta.
Meminisse debemus post gloriam inuidiam sequi. Ibidem.
· Difficile est inuidiam gloria uincere.

Ouidius. Ouidius li⁹. xi. fa. viii. metamorphoseos.
An obest quoq gloria multis?

Martialis. Martialis li. v. epigram. ad Regulum.
Vos tamen o nostri non festinate libelli:
Si post fata uenit gloria: non propero.

Tibullus. Tibullus li. iiii. Elegia. x.
Nil opus inuidia est: procul absit gloria uulgi:
Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.



Loria graece: δόξα. uel κλέος ἐτοσ. & αἰώνιος. aeternus dicitur.
Gloria aeterna quā sancti habēt est magna qn cupliciter. Est enim Intensa: extensa: aeterna: perfecta: & integra. ex. b. Tho. super Isa. c⁹. xxxiiii. in fine.

Esdre. Esdre tertii capitulo. viii.
Hoc saeculum fecit altissimus propter multos: futurum autem propter paucos.

David. David ps. xxiii.
· Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus: & mundo corde: qui non accepit in uano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino: & misericordiam a deo salutari suo. David ps. lxxxiii.
Beati qui habitant in domo tua domine. In saecula saeculorum laudabunt te. David ps. cxlviiii.
· Exultabunt sancti in gloria: laetabuntur in cubilibus suis. Isaias. c. xxxiii.

Isaias. Qui ambulat in iusticiis: & loquitur ueritatem: qui proiicit auariciā ex calumnia: & excutit man⁹ suas ab omni munere: Qui obturat aures suas: ne audiat sanguinem: & claudit oculos suos: ne uideat malum: Iste in excelsis habitabit: munimēta saxorum sublimitas eius. Baruch. c. iii.

Baruch. · O Israel q magna est domus dei? et ingens locus possessionis eius: Magnus est: & non habet finem excelsus & immensus. Matthaeus. c. xiii.

Matthae⁹ · Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Ioannes. c. xvii.

Ioannes. Haec est autem uita aeterna: ut cognoscam te solum deum uerum: & quem misisti Iesum Christum. Paulus ad Romanos. c. viii.

Paulus · Existimo enim: quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam: quae reuellabitur in nobis. Paulus ad Rom. c. xi.
O altitudo diuitiarum sapientiae: & scientiae dei: q incomprehensibilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Aut qs prior dedit illi? & retribuetur ei. Quoniam ex ipso: & per ipsum: & in ipso sunt omnia: Ipsi gloria in saecula amen. Paulus ad Corynthios pria. c. ii.
Oculus non uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: quae praeparauit deus his qui diligunt illum. Idē ad Corynt. scda. c. iiii.
Quae enim uidētur temporalia sunt: quae autē non uidenť aeterna sunt. Paulus ad Coryn. scda. c. v.
Scimus. n. quoniam si terrestris dom⁹ nostra huius habitationis dissoluatur: q aedificationem ex deo habemus domum nō manufactam: sed aeternam in caelis. Aug. de misericordia li⁹. p⁹. c. i.

Augustin⁹ Ex parte cognoscimus q diu in hoc saeculo sumus: sed si ad illam lucem patris lummum ueniemus: nihil in creaturis erit: quod nesciamus.
Augustinus ad Orosium quaestione. xxvi.
· Plus uidetur in deo creatura: q in se ipsa uideatur. Plus in arte: qua facta est: q in se ipsa: quae facta ē.
Augustinus de trinitate li. i. c. ii.
Summum bonum nō nisi mentibus purgatissimis cernitur. Mentis enim humanae acies inualida in tam excellenti luce non figitur: nisi p iusticiā fidei nutrita uegetetur. Aug. sup genesim ad lrām.
Laeticia bonae conscientiae paradisus est: unde & ecclesia in sanctis temperatur: & pie: & iuste uiuentibus paradisus recte dicitur: polens affluētia gratiarum: affluensq deliciis.
Aug. de uerbis domini sermone. xii.
Hoc opus est bonum: quod non potes inuitus amittere. Potes aurum amittere: etiam nolens. Potes deinde honores: & etiam ipsam salutem amittere: Bonum uero: quod uere bonum est: nec initus accipis: nec inuitus amittis.
Augustinus li. xxii. de ciuitate dei.
Ibi quicquid amabitur aderit: nec desyderabitur qd non aderit. Omne quod ibi erit: & quod est: bonum erit: & Summus deus summum bonum erit: omnino beatissimum: Ita semp fore certum erit: Ibi uacabimus & uidebimus: Videbimus: & amabimus: Amabimus: & laudabimus esse quod erit in fine sine fine. Ibidem.

Quod deus præparauit diligentibus se: fide nõ capitur: spe non attingitur: charitate non appræhẽditur. Desyderia & uota transgreditur: acquiri potest: æstimari non potest.

Augustinus li°.xxii.de Ciuitate dei.

Verus honor: qui nulli negabitur digno: nulli defertur indigno: sed nec ad eum ambiet nullus indignus: ubi nullus permittetur esse nisi dignus. Vera pax ubi nihil aduersi: nec a se ipso: nec ab alio quisq̃ patietur: præmium uirtutis erit ipse q̃ uirtutem dedit: eiq̃ se ipsum: quo melius & maius nihil esse possit: promisit. Quid est enim aliud q̃ qd per prophetam dixit: Ergo illorũ deus: & ipsi erunt mihi plebs: ubi ego ero unde sacientur: Ego ero quæcunq̃ ab hominibus desyderantur honeste: & uita: & salus: & uictus: & copia: & gloria: & honor: & pax: & omnia bona. Sic enim & illud recte intelligitur: quod ait apostolus: ut sit deus omnia in omnibus. Ipse finis erit desyderiorum nostrorũ: qui sine fine uidebitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatione laudabitur: hic munus: hic affectus: hic actus proculdubio erit omnibus: sicut uita cõmunis. Aug. de Simbolo li.iii.

Facilius possumus dicere in illa uita æterna: quod ibi non sit: q̃ quod ibi sit. Non est ibi mors: non est ibi luctus: non est ibi lassitudo: non est infirmitas: non est fames: nulla sitis: nullus æstus: nulla corruptio: nulla indigentia: nulla mæsticia: nulla tristicia.

Augustinus super isto psalmo.

Beati immaculati in uia: Tanquam diceret: scio qd uelis: quæris beatitudinem. Si ergo uis esse beatus: esto immaculatus.

Augustinus super ps.xlviii.

Hæreditas inquam Christi qua cohæredes sumus non minuitur copia possessorum: nõ fit angustior numerositate cohærendum: sed tanta est multis: quanta paucis: tanta singulis: quanta omnibus.

Ibidem.

Tantum emit uidua duob⁹ minutis: quantum emit Petrus relinquens retia: quantum emit Zachæus dãdo medium patrimonium. Regnum dei tantum ualet: quantum habueris.

Augustinus super Ioannem homelia.iii.

Talis erit illa delectatio pulchritudinis: ut semper tibi præsens sit: & nunquam satieris: immo semp satieris: & nunquam satieris. Si enim dixero q̃ nõ satiaberis: fames erit: Si dixero: q̃ satiaberis: fastidium. Tunc ibi nec fastidium erit: nec fames: Quid dicam nescio: sed deus habet q̃ exhibeat.

Augustinus super Ioannem.

Non erit aliqua inuidia disparis claritatis: quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis.

Augustinus super Ioannem Homelia
Ego sum pastor bonus.

Ibi Hymnidici angelorum chori: Ibi societas ciuium supernorum: Ibi dulcis solemnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium: Ibi festiuitas sine fine: æternitas sine labe: serenitas sine nube. Augustinus super illud Ioannis. Hæc est uita æterna: ut &c.

Infœlix qui omnia nouit: & te nescit: qui autem te: & illa nouit: non propter illa beatus: sed propter te solum. Augustinus in Epistola.

Diuitiæ si diliguntur: ibi seruentur: ubi perire non possunt. Honor si diligitur: illic habeatur: ubi nemo indignus honoretur: salus si diligitur: ibi adipiscenda desyderetur: ubi adepta nihil timetur. Vita si diligitur: ibi acquiratur: ubi nulla morte finitur. Augustinus ad Diascorum.

Tanto illud quod ualde magnum est: quod nec oculus uidit: quia nõ est color: nec auris audiuit: quia non est sonus: nec in cor hominis ascendit: q̃a cor hominis non debet illuc ascendere: sumemus capacius: quanto illud: & fidelius credimus: & speramus firmius: & desyderamus ardentius.

Augustinus de spiritu & anima.

Ecce uenale est regnum dei: Eme si uis: nec multum existimes de re magna propter precii magnitudinem. Tantum ualet quantum habes. Noli quærere quid habeas: sed qualis sis. Res ista tibi ualet tantum: quantum es: Tu te da: & habebis illam: sed malus sum inquies: & forte me non accipit. Dando te illi: bonus eris.

Augusti.de fide & operibus.

Regnum cælorum uim patitur: Ideo quia reatus quod littera sine spiritu iubendo faciebat: creden do soluitur: & uiolentia spiritus sancti impetrat.

Aug. de Spiritu & littera.

Quid hoc bono melius: quid hac fœlicitate fœlicius uiuere deo: uiuere de deo.

Aug. de uerbis dñi: sermone.xxxii.

Patria nostra sursum est. Ibi hospites non erimus. Nam unusquisq̃ hic: & in domo sua hospes est. Alioquin si non esset hospes: non inde transiret. Si autem transiturus est: uelit nolit: hospes est. Si dimittit illam domum filiis hospes: hospitibus dimittit. Augusti. de uerbis dñi sermone.xiii.

Diuitiæ corporales paupertate plenæ sunt: & semper obnoxiæ casibus. Quales enim diuitiæ sunt: propter quas latronem times: propter quas times seruum tuum: ne te occiso auferat: et fugiat. Si ueræ diuitiæ essent securitatem tibi præstarent. Illæ ergo ueræ diuitiæ sunt: quas: quum habemus perdere non possumus.

Aug. super Ezechielem. Homel.x.

Mentem quam ſpiritusſanctus replet:in amaritudi
ne temporalium:& æternorum dælectatiõe cõmo
uet:Dulce etenim eſt eſſe in rebus humanis: Sed
ei qui adhuc de cæleſtibus gaudia nulla guſtauit:
& quanto minus æterna intelligit: tanto delecta/
bilius in temporalibus requieſcit.

Auguſtinus ultimo de Ciuitate dei.

Quanta erit fœlicitas:ubi nullum erit malum: nul
lum deerit bonum? Ibidem.

Perfecte uacabimus:perfecte uidebimus: quia ipſe
eſt deus:qui eſt finis ætatum & dierum: & ipſe eſt
finis omnium deſideriorum: qui ſine fine uidebi/
tur:ſine fatigatione laudabitur.

Heronyꝰ. Hieronymus ſuper illud ps. Beatus
uir qui non abiit.

Beatus uir:qui non cogitauit: nec fecit:nec docuit
mala:non ſtetit:non perſeuerauit in delicto: ſed p
poenitentiam ad meliora conuerſus eſt.

Hieronymus ſuper ps.lxviii.

Regnum cælorum non eſt dantis:ſed accipiẽtis:nõ
eſt enim perſonarum acceptio apud deum:ſed qui
cunq; ſe talem præbuerit: ut regno cælorum di/
gnus fiat:hic accipiet:q non perſonæ:ſed uitæ pa

Gregorꝰ. rum eſt. Gregorius liꝰ.iiii.moralium.

Quoniam electus in hac uita eſt dilectio operum:
in alia quoq; uita erit proculdubio dignitatum di/
ſcretio:ut quo hic alius alium ſuperat:illic aliꝰ ali/
um retributiõe tranſcendat:& quamuis in illa re/
tributione dignitas eadem non ſit:una tamen om
nibus uita beatitudinis erit.

Gregorius liꝰ.iiii.Dialogorum.

In domo patris mei manſiones multæ ſunt: ſi enim
diſpar retributio in illa latitudine æterna nõ eſſet:
Vna potius manſio:q̃ multæ eſſent. Multæ ergo
manſiones ſunt in quibus & diſtincti bonorum or
dines:propter meritorum conſortium:communi/
ter lætentur:& tamen unum denarium omnes la
borantes accipiunt:quæ in multis manſionibꝰ di/
ſtinguntur:quia & una beatitudo:quam illic per/
cipiunt:& diſpar retributionis qualitas:quam per
opera diuerſa ſequuntur.

Gregorius ſuper Ezechiel. homelia. viii.

Quantalibet intentione ſe humana mens tetende
rit:etiam ſi phantaſias imaginũ corporalium a co
gitatione compeſcat:Si omnes circumſcriptos ſpi
ritus ab oculis cordis amoueat: adhuc tamen in
carne mortali poſita uidere gloriam dei non ualet:
ſicut eſt:ſed quicquid de illa eſt:quod in mente re/
ſplendet:ſimilitudo & non ipſa eſt.

Gregorius in homelia: & Aug. in Enchiridion.

Temporalis uita æternæ uitæ comparata mors eſt
dicẽda potiusq̃ uita. Ipſe enim quottidianus defe
ctus corruptionis quid eſt aliud:q̃ quædam prolixi
tas mortis? Quæ autem lingua dicere? uel quis in/
tellectus capere ſufficit? illa ſupernæ ciuitatis:quã
ta ſint gaudia. Angelorum choris intereſſe. Cum
beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere.
Præſentem dei uultum cernere: Incircumſcriptũ
lumen uidere? nullo mortis affici metu. Incorru/
ptionis perpetuæ munere lætari.

Io.Chryſoſtomus de reparatione lapſi. Io. Chryſ.

Nulla erit in futuro diſcordia: ſed cuncta conſona
cuncta conuenientia. Omnium enim ſanctorum
erit una concordia. Nullus ibi diaboli metus: nul/
læ inſidiæ dæmonum. Terra gehennæ ꝓcul:mors
neq; corporis nec animæ:ſed immortalitatis mu/
nere metus uterq; reſolutus.

Ioannes Chryſoſtomus ibidem.

Intuere cætum non ſolum ex hominibus: ſed ex an
gelis:atq; archangelis:tronis:& dominationibus:
principatibus:ac poteſtatibus cõuocatum. De re/
ge autem:qui horum mediꝰ reſidet dicere uox nul
la ſufficiet. Effugit omnem ſermonem: atq; omnẽ
ſenſum humanæ mentis excedit decus illud: illa
pulchritudo:illa uirtus:illa gloria:illa magnificen
tia. Io.Chryſoſtomus de reparatione lapſi.

Si quottidie oporteret nos tormenta perferre:Si ip
ſam gehennam paruo tempore tolerare pro eo:ut
Chriſtum uidere poſſemus in gloria uenientem:
Sanctorum eius munere ſociari:non erit dignum
pari ratione omne quod triſte eſt modo: ut tãti bo
ni tantæq; gloriæ participes haberemur.

Iſidorus de ſummo bono.lib.i.cap.iiii. Iſidorus

Quibuſdam gradibus per creaturam progreditur
homo ad intelligendum creatorem.i. ab inſenſibi
libus ſurgens ad ſenſibilia:a ſenſibilibus ſurgẽs ad
rationabilia:a rationabilibus ſurgẽs ad creatorẽ.

Iſidorus lib.Ethymologiarum.xiiii.

Paradiſus undiq; ſeptus ẽ romphea flamma & mu
ro igneo:ita:ut eius cum cælo pene iungatur incẽ
dium. Cherubin quoq;.i.angelorum præſidiũ ip/
ſum regit: ut flamma homines angeli dæmones
ſubmoueant.

Caſſiodorus ſuper illud pſal. Extendens Caſſiodo.
cælum ſicut pellem.

Bene dicitur dominum cælum extendere:ubi mere
trices & publicanos cum conſtat admittere: nam
quum ſint per iuſticias cæli iuſtorum: facti ſunt &
gratiæ largitate peccantium.

Caſſiodorus epiſtolarum lib.ii.

In cæleſti beatitudine ueraciter ſine fine gaudium
eſt:ſine aliquo tædio manens ſemper eternitas: &
inſpectio ſola diuinitatis efficit:ut beatius nil eſſe
poſſit: Hæc ueraciter perennitatem præſtãt: hæc
iucunditatem accumulant.

Boetius lib.iii.de conſol.proſa.ii. Boetius

Omnis mortalium cura: quam multiplicium studiorum labor exercet diuerso quidem calle procedit: sed ad unum tamē beatitudinis finem nititur peruenire. Id autem est bonum: quo quis adepto nihil ulterius desyderare queat: quod qdem est omnium summum bonorum: cunctaq; intra se continens bona. Cui si quid abforet summum bonum esse non posset: quoniam relinqueretur extrinsecus: quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione pfectum. Hunc uti diximus diuerso tramite mortales omnes conantur adipisci. Est enim mentibus hominum ueri boni naturaliter inserta cupiditas: sed ad falsa deuius error abducit.

Boetius Ibidem.

Ea uera & perfecta fœlicitas est: quæ sufficientem: potentem: reuerendum: celebrem: lætumq; perficiat. Boetius li. iii. prosa. x.

Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati: beatitudo uera est ipsa diuinitas: diuinitatis adeptione fieri beatos manifestum ē. Sed uti iustitiæ adeptione iusti: sapientiæ sapientes fiunt: Ita diuinitatem adeptos deos fieri simili ratiōe necesse est. Omnis igitur beatus deus. Sed natura qdem unus: participatione uero nihil prohibet esse q̄ plurimos. Ibidem.

Omnium igitur expetendorum summa: atq; causa bonum est. Quod enim neq; re: neq; similitudine ullum in se retinet bonum: id expeti nullo modo potest. Contraq; etiam quæ natura bona nō sunt: tamen si esse uideantur: quasi uera bona sint appetuntᵘʳ. Quo fit: ut summa: cardo: atq; causa expetendorum omnium bonitas esse iure credatur.

Boetius de Consolatione li. iii. metro. x.

Hoc omnes pariter uenite capti:
Quos fallax ligat improbis cathenis
Terrenas habitans libido mentes:
Hic erit uobis requies laborum:
Hic portus placida manens quiete:
Hoc patens unum miseris asylum.

Boetius de consolatione liᵒ. iii. metro. xii.

Fœlix qui potuit boni
Fontem uisere lucidum.

Boetius de Consolatōe. li. iiii. prosa. ii.

Omnes igitur homines boni: pariter ac mali idiscreta intentione ad bonum peruenire nituntur.

Boetius Ibidem.

Sed summum bonum quidē æq; malis bonisq; propositum: boni quidē naturali officio uirtutum petunt: mali uero uariam per cupiditatem: quod adipiscendi boni naturale officium non est: id ipsum conantur adipisci.

Boetius de con. li. iiii. prosa. iii.

Quum ipsum bonum beatitudo sit: bonos omnes eo ipso q; boni sunt fieri beatos liquet. Sed qui beati sunt deos esse conuenit. Est igitur præmium bonorum quod nullus deterat dies: nulliᵘˢ minuat potestas: nullius fuscet improbitas deos fieri. Quæ quum ita sint de malorum quoq; inseparabili pœna dubitare sapiens nequeat. Nam quum bonum malumq;: itē pœna atq; præmium aduersa frōte dissideant: quæ in boni præmio uidemus accidere: eadem necesse est esse in mali pœna contraria parte respondeant. Sicut igitur probis probitas ipsa sit præmium: ita improbis nequitia ipsa supplicium est.

Lactantius liᵒ. iii. Diuinarum institutionum. Lactātius.

Summo labore summum bonum asseq necesse est.

Lactantius Ibidem.

Magnum esse credis uidere cælum? atq; solem? cur non ipsius uirtutem prudentiam: potestatem metiris ante cuius opera miraris. Ibidem.

Necesse est: ut multo mirabilior sit: qui mirabilia fecit. Nam si te quispiam uocasset ad cænam: in ea q; optime accepᵗᵘˢ: esses num sanus uiderere: si pluris faceres ipsam uoluptatem: q̄ authorem. Adeo ad corpus philosophi referunt omnia: nihil prorsus ad mentem: nec uident amplius: q̄ sub oculos uenit. Lactantius Ibidem.

Sed non ideo nascimur: ut ea quæ facta sunt uideamus: sed ut ipsum factorem rerum omnium contemplemur.

Idem libro. vii. Diuinarum institutionum.

At uero morte suscepta quod ulterius bonum spectari potest: nisi æternitas? Superest citare testes quorum auctoritate argumenta firmētur: & omissis testimoniis prophetarum Hermes naturam hominis describēs: ut doceret: quemadmodum esset a deo factus hæc intulit. Et idem ex utriusq; naturis immortali ac mortali unam faciebat naturam hominis: Eundem in aliquo quidem immortalē: in aliquo autem mortalem faciens: & istum ferēs in medio diuinæ immortalisq; naturæ: & mortalis: ac mutabilis constituit: ut uniuersa cernens uniuersa miretur.

Lactantius Ibidem.

Profectum ulterius non requirit: qui ad superna peruenit.

Ricardus de trinitate libro. i. c. xiii. Ricardus.

Quotiens per uisibilium speculationem ad inuisibilium contemplationem assurgimus: quid aliud q̄ quandam scalam erigimus: per quam ad ea: quæ supra nos sunt mente ascendimus.

Rabanus super illud Matthæi. xx. Multi sunt uocati: pauci uero electi. Rabanus.

Ad fidem plures uenīūt: & ad cæleste regnum pau

ci perducuntur: omnes enim canonici uocant ad electionem: sed unus eligitur.

Seneca — Seneca ad lucillium epistola. lxxxviii.

Summum illud bonum suam habet sedem: non nascitur ubi ebur: nec ubi ferrum.

Seneca epistola. ciiii.

Imaginare tecum quantus ille sit fulgor tot syderibus inter se lumen immiscentibus: nulla serenum umbra turbabit: Aequaliter splendebit omne caeli latus. Seneca. Ibidem.

Dies & nox aeris infirmi uices sunt: tūc in tenebris uixisse te dices: quum totam lucem totus inspexeris: quam nunc per angustissimas oculorum uias obscure intueris: & tamē illam procul admiraris.

Seneca Ibidem.

Quid tibi uidebitur diuina lux: quum illam suo loco uideris. Seneca. Ibidem.

Haec cogitatio nihil sordidū animo subsidere sinit: nihil humile: nihil crudele. Deos rerum omnium esse testes ait: illis nos approbari: illis nos in futurū parari iubet.

Aristoteles — Aristoteles lib. i. Ethicorum.

Cognitio finis utilis ē in arte: sicut signum Sagittae.

Aristoteles lib. i. Ethicorum cap. iii.

Simpliciter utiq; summum bonum est secundum se ipsum eligibile semper: & nunq̄ ꝓpter aliud tale. Itaq; foelicitas esse uidetur.

Aristoteles lib. i. Ethicorum cap. iiii.

Optimum & pulcherrimum & delectabilissimum est foelicitas. Non omnino foelix est: qui semp turpissimus est: uel ignobilis est: uel solitarius est sine prole. Ibidem cap. v.

Quid prohibet dicere foelicem bonis sufficienter ditatum. Aristoteles Ethicorum li°. viii. c°. viiii.

Foelicem esse: est bene uiuere: & bene operari:

Aristoteles Ethicorum lib. x.

Cicero — Speculatio ueritatis est ipsa foelicitas. M. T. Cicero lib. v. tusculanarum quaestionum.

Equidem beatos existimo: qui sint in bonis nullo adiuncto malo.

Val. max. — Valerius maximus lib. vii. titulo. Sapienter dicta aut facta.

Solon neminem dū adhuc uiueret beatum dici debere arbitrabatur: q; ad ultimum usq; fati diem ancipiti fortunae subiecti essemus.

Fr. Petrar. — Fr. Petrarcha. de remediis aduersae fortunae.

Mures thalamum infestant. Quid sis an ipsi in thalamo exorti: quem tu forsan peregrin⁹ inhabitas: de te iustius queri possint: qui natale illis aduena solum eripis. Sed omissis iocis horum omniū ratio est una: Iccirco equidem his sestis uitam agitis: ut discatis alteram optare: atq; illuc animum habeatis: ubi nec mures: nec fures: nec araneae: nec tineae: nec damna: nec tedia ulla sunt.

Virgilius — Virgilius Georgicon. lib. iiii.

Foelix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atq; metus omnis: & in exorabile fatum
Subiecit pedibus strepitumq; Acherontis auari.

Dantes — Dantes florētinus purgatorii cant. xv.

Come esser pote chun ben distributo
I piu posseditor facia piu richi
De se: che se da pochi e posseduto.
Et elli a me. Pero che tu refichi
Lamente pur a lecose terrene:
Di uera luce tenebre dispichi.
Quello infinito & ineffabil bene
Che lasu e cusi corre ad amore
Come al lucido corpo ragio uene.
Tanto si da quanto troua dardore
Sicche quantumq; charita si stende
Cresce souressa laeterno ualore.
Et quanta gente piu lassu si tende
Piu ue da ben amar: & piu ui sama:
& come spechio luno allaltro rende.

Dantes Paradisi cant. cap. i.

La gloria di collui che tutto muoue
Per luniuerso penetra e risplende
In una parte piu: e meno altroue.
Nel ciel che piu de lasua luce praehende
Fu io: e uidi cose: che redire
Ne sa ne puo chi di lassu descende.
Per che appressandose al suo desire
Nostro intellecto si profunda tanto
Che dietro la memoria non po ire.

Dantes Paradisi cant. cap. ii.

Accender ne douria piu il disio
De ueder quella essenza in che se uede
Come nostra natura e dio sunio.
Lhi se uedra cio che tenem per Fede
Non dimonstrato: ma fia per se noto
A guisa del uer primo che lhuom crede.

Ibidem cap. iii.

O ben creato spirito chaurai
Di uita aeterna ladolceza senti:
Che non gustata non sintende mai:

Ibidem cap. v.

O bene nato a cui ueder li troni
Del triumpho aeternal concede gratia
Prima che la millitia sabandoni.

Ibidem cap. viiii.

Ahi animae inganate fatue & sempie
Che da si facti ben torceti i cuori:
Drizando in uanita le uostre tempie.

Ibidem cap. x.

Et se lephantasie nostre son basse
A tanta alteza non e marauiglia
Che soural sol non fu ochio chandasse. Ibidē

Ne la corte del ciel ondio renegno
Si troua multe gioie chare e belle
Tanto che non si possun trar del regno.
Ibidem cap.xviiii.
Ad qsto regno: Non sali mai che nõ credete in xpo
Ne pria ne poi chel si chiauasse al legno,
Ma uedi multi cridan Christo Christo
Che sarano in iudicio assai men prope
Allui che tal che non cognobbe Christo.
Et tai christiani damnara letiope
Quando si partirano in duoi collegi
Luno in æterno richo: e laltro inope.
Ibidem cap.xx.
Regnum celorum uiolenza pate
Da caldo amore & da uiua speranza
Che uince la diuina uoluntate.
Non a guisa che lhomo alhom sobranza.
Ma uince lei: per che uol esser uinta
Et uinta uince cum sua beninanza
Dantes Pradisi cant.cap.xxx.

Luce intellectual piena damore:
Amor di uero ben pien di lætícia:
Lætícia che transcende ogni dolzore.
Quiui uedrai luna e laltra militia
Di paradiso: & luna in quelli aspetti
Che tu uedrai allultima iusticia. Ibidem
Lume e lasu che uisibile face
Lo creator a quella creatura
Che solo in lui ueder ha la sua pace.
Franciscus Petrarcha Soneto.clviiii. Fr. Petrar.
Aeterna uita e ueder dio:
Ne piu si brama ne bramar piu lice.
Franciscus Petrarcha Triumpho æternitatis.
Beati spirti che nel sommo choro
Si trouarano o trouano in tal grado
Che fia in memoria æterna il nome loro.
Ibidem.
O fœlice quellanime chin uia
Sonno o sarano di uenire al fine
Di chio ragiono qualunq; si sia.





Lotia uana: Quæ & Inanis gloria appellat: græce κενοδοξία dr. i'.dicitur. Et est uitium capitale: Cui' filiæ sunt septem. s. Inobedientia: Iactatia: hypocrisis: Contentio: discordia: psum ptio nouitatum: & pertinacia: secundum b. Tho. scda scdæ. q. xxi. ar. iiii.

Dicitur autem gloria uana tripliciter: & est peccatum. Primo quando est de non ente: uel de transitoriis: uel de peccato. Secundo quando quæritur ab hominibus: & non a deo. Tercio quando non ordinatur ad debitum finem: secundum bea. Tho. scda scdæ. q. cxxxii. ar. i.

Paulus — Paulus ad Galathas cap. vi.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem puocantes: inuicem inuidentes.

Augustin' — Augustinus lib. de conflictu uirtutū & uitiorū.

Inanis gloria dicit: Age bonum: quod uales: ostēde bonum cunctis: quod agis: ut bonus a cunctis dicaris: ut sanctus & uenerabilis ab hominibus prædiceris: ut dei elect' uoceris: ut nemo te despiciat: sed uniuersi debitum tibi honorem persoluant.

Augustinus libro confessionum.

Sæpe homo de ipso uanæ gloriæ contemptu uanius gloriatur: non enim eam contemnit: dum gloriat intus de gloria: quam amplexatur.

Augustinus super psal. vii.

Qui bene didicit: uel expertus est uitiorum superandorum gradus: intelligit uitium inanis gloriæ: uel solum: uel maxime cauendum esse perfectus: quo primo enim uitio lapsa ē anima hoc ultimum uincit. Augustinus super psal. cxlviii.

Inanis gloria huius sæculi fallax est suauitas: & infructuosus labor: & perpetuus timor: & periculosa sublimitas: initium sine prouidentia: finis cum pœnitentia. Hieronymus ad Nepotianū.

Hierony'. — Ne nimis religiosus uelis uideri: nec plus humilis q̄ necesse est gloriam fugiendo non quæras.

Ambros' — Ambrosius in suo pastorali.

Nō est tanti gaudii excelsa tenere: q̄ti mœroris est de excelsis corruere: nec tantam gloriam seq post uictoriam: quantam ignominiam post ruinam.

Gregorius — Gregorius lib. vi. moralium.

Quum bene uiuitur ualde timendum est: ne mens despectis cæteris de gloria singularitatis eleuetur: Gregorius lib. ii. moralium.

Sub hoste quē prosternit moritur: qui de culpa quā superat eleuatur. Io. Chrysostomus sup

Io. Chrys. — illud. Matthæi. v. Nolite tuba canere.

Tuba est omnis actus: uel sermo: per quam ipsa operis iactantia designatur: Tuba ergo canere ē pompam uanæ laudis appetere.

Ioannes Chrysostomus super Matthæum.

Nihil enim ita pecunias concupiscere facit: ut gloriæ cupido: propter hoc nāq̧ famulorum greges: equos auro opertos: & argenteas mensas expetut: homines: nō ut utilitatem: aut uoluptatem ipleāt: sed ut multis ostendantur.

Io. Chrysostomus super Matthæum.

Dicebant apud se: Si benefecerimus cum pauperibus: quis nos uidet? & si uiderint: non multi uidēt: & si multi uident: pro tempore uident: & transit tēpus: et cum tempore beneficii memoria. Meli' est ergo ædificia facere: quæ aspiciant homines: nō in hoc tempore solo: sed & in posterum. O insipiens quid tibi prodest illa memoria? Si ubi es torqueris: & ubi non es laudaris.

Ioannes Chrysostomus super Ioannem.

Qui omnium pecuniarum contemptum habēt: & nulli imaginationis totius mundi se immiscuerint: & tyrannidas corporum concupiscentias sustinuerunt: hii multotiēs capti a uana gloria omnia perdiderunt. Ioannes Chrysostomus homelia. v.

Vanitas uanitatum &c. Hunc uersiculum si sapèrent: qui in potentia uersantur: in parietibus omnibus: & in uestibus suis scriberent: In foro: In domo: In ianuis: In ingressibus: & ante omnia in cōscientiis suis: ut semper cum oculis cernerēt: & corde sentirent. Isydorus lib. i. de summo bono. — Isidorus

Quisquis ex deteriore iam melior eē cœpit: caueat de acceptis extolli uirtutibus: ne grauius per uanā gloriam corruat: q̄ prius per lapsum uitiorum iacebat. Bernardus super cant. — Bernard'

Non bonæ: sed pax hominibus bonæ uolūtatis: iniquus est qui nequaq̄ pace contētus supbo oculo: & insatiabili corde inquietus anhelat: ad gloriam dicitur: nec pacem inde retinens: nec gloriam apprehendens: nec laus calami est laudabilis scriptura: nec gloria linguæ: aut labiorum sermo bonus.

Petrus. Rauen. in quodam sermone. — Pe. Rauē.

Diuitias si quidem & honores sollicitudo inseperabiliter comitatur. Pompa mundi: & fauor populi fumus est: & aura subito euanascens: quæ si plerū q̧ placeant: pœnitudinem inducunt: & si delectāt ad modicum productione spacio displicebunt.

Boetius lib. iii. de consolatione. — Boetius

Gloria q̄ fallax sæpe: quam turpis est? Non iniuria Tragicus exclamat: gloria in millibus mortalium nihil aliud est: q̄ aurium inflatio magna.

Idem lib. ii. de consolatione.

Sic rerum uersa conditio est: ut demum merito rationis animal: non aliter sibi splendere: nisi inanis supellectilis possessione uideatur.

Seneca — Seneca epistola.lxxxviii.

Qui sordido uehiculo erubescit: precioso gloriabit. Quid ad rem pertinent mulæ saginatæ? Quid ista uehicula cælata? Quid phaleræ deauratæ? Quid monilia demissa pectorib⁹? Ista nec dominum possunt facere meliorem: nec mulam.

Seneca lib. de moribus.

Nunquid fortis se fortem gloriabitur: quem corporis ægritudo efficit infirmum? Ibidem.

Nunquid diues in opibus suis gloriatur? cuius spem fur uel tyrannus arripuit. Ibidem.

Nunquid nobilitas gloriabitur effecta nō nunq̄ indignis & miserabilioribus seruiens.

Seneca in prouerbiis.

Cito ignominia fit superbi gloria.

Val.maxi. — Valerius maximus lib. viii.

Nulla est tanta humilitas quæ dulcedine gloriæ nō tangatur.

Menander. — Menander.

ζήτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκαταλείπειν. i.

Quære tibi ipsi gloriam relinquere. Idem

καλὸν ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλει. i.

Bene audire magis q̄ ditescere uelis. Idem.

κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον. i.

Vana autem gloria nihil miserius.

Tibullus — Tibullus circa Finem.

Procul absit gloria uulgi.

Dantes — Dantes florentinus Purgatorii cant. cap. ii.

O uanagloria de lhumane posse
Con poco el uerde in su lacima dura? Ibidē.
Non e il mundan rumor altro chun fiato
Di uento: chor uien quinci & or uien quindi:
E muta nome: per che muta lato. Ibidē
La nostra nominanza e color dherba
Che uene & ua e quei ladiscolora
Per cui ellescie de laterra acerba.

GNomi græca dictio est: & γνώμη. ης. ἡ. dicitur.

Et est uirtus de agendis ab homine bene iudicatiua: secundum legem naturalem: in illis in q bus lex cōmunis deficit: ut puta: Impugnatori ciuitatis: Non esse reddendum depositum: Ex bea. Tho. prima. scdæ. q. lvii. ar. vi. Et scda scdæ. q. lxi. ar. iiii.

GRadatio græce ἐπιπλοκή. ης. ἡ. & ἐπερχόμενος superueniens dicitur.

Est autem gradatio: apud Rhoetores: quū ex prima sententia secunda oritur: & ex secunda tercia: & ita deinceps complures: sicuti in cathena multi circuli coniuncti alligantur: sic in hoc schemate complures sententiæ connexæ sunt. hoc modo. Domo familiam abstraxit: abstractam tormentis excruciauit: cruciatam uinxit: uinctam in publicum proiecit.

GRadus græce βαθμὸς ου. ὁ. & βαίνω gradior dicitur. Sunt autem gradus hii ex quibus scalæ constant: & per quos ad ædificiorum altiora conscenditur: a gradiendo: hoc ē eundo dicti: q͂ per eos eatur. Et per similitudinem scalarum dicim⁹ gradum cognatiōis: ut Paulus Iurisconsultus affirmat: Et est gradus consanguinitatis: habitudo personarum distantium: qua cognoscitur quanta distantia personæ inter se differant. secundum bea. Tho. iiii. sen. di. xl. ar. ii.

Gradus item est gradientium pedum uicissitudo. Interdum gradus est firmitas stādi: A gradus fit gradatim aduerbium: quod significat per gradus: & ordinate: & lente.

GRammatica est scientia scribēdi: & cognoscendi: quod profertur. secundum Aristotelem. lib. vi. topicorum. Diciturq; a γράμμα. ατος. τό. quod est littera. unde & γραμματεία. ας. ἡ. quod est litteratura: & γραμματικὸς ου. ὁ. litteratorius dicitur.

Grammatica est ars litteraria quæ in emendate loquendo scribendoq; consistit: ut litteræ suas custodiant uoces: & uelut depositum reddant legētib⁹.

GRassator: g̃: ὁδοιδόκος. ου. ὁ. uel φονεύς. έως. ὁ. & φονικός. οῦ. ὁ. mortifer. & φονοκτονεῖ iterficio dr̃. Est aūt grassator q hostiliter graditur. Calistratus. Grassatores: si prædæ causa id faciunt: proximi latronibus habētur. Venit a grassor aris: quod significat gradiendo sæuire. Iuuenalis. subitus grassator agit rem. Nōnūq̄ sumitur pro gradi: & ambulare: quādo quidem est frequentatiuum de gradior. Neuius. Sæpe hac eadem grassatus uia.

GRatia χάρις. ιτος. ἡ. & χάρισμα. ατος. τό. dicitur. & χαριτόω gratia impleo.

Gratia multipliciter accipitur. Aliquando enim ꝓ amore. Aliquando ꝓ concessione beneficii: seu alicuius indulgētiæ: uel authoritatis. Aliquando accipitur pro dono spiritus sancti.

Gratia est in qua amiciciarum: & officiorum alteri⁹ memoria: & remunerandi uoluntas continetur. secundum Ciceronem in Rhoetoricis.

Gratia est per quam dicuntur homines roganti gratis aliquid facere: non pro re alia: nec ut sibi quicq̄ qui faciunt eueniat: sed ut cui faciunt: secundum Ciceronem lib. ii. Rhoetoricorum.

Gratia nihil aliud est: q̄ quædam inchoatio gloriæ

nobis: uel auxilium: quo indiget homo ad beatitudinem consequendam. secundum bea. Tho. secda secdae. q. cxi. ar. iii.

Gratia est uirtus specialis reddens gratiam benefactori. secundum bea. Tho. 2a 2ae. q. cvi. ar. i. eadem Gratitudo dicitur.

Gratiae a graecis χάριτες dicuntur eo quod laetitiam significent. Nam & laetari uidentur: qui dant & accipiunt beneficium. Tris ideo esse finguntur quia & benefici esse in alios debemus: & aliorum beneficia suscipere: & his qui in nobis liberales fuerunt retribuere. Dare autem: & accipere: & retribuere: tres actus sunt in se distincti. Alii dicunt: ideo tres fingi: quia acceptum beneficium cum foenore reddi deoet. Quapropter solebant ueteres ita gratias pingere: ut una earum auersam faciem teneret: quasi a nobis profecta: Duae uero nos aspicerent: ut duplex nobis beneficium rependi debere ostenderent. Nudae preterea pingebatur: quia beneficia sine fucco esse debent: & nullo tegi uelamine. Item connexae: quia insolubiles decet gratias esse: & amiciciae foedus perpetuum esse: Horatius. Segnesque nodum soluere gratiae: has quidem dicunt Ioue patre genitas: quoniam a Ioue omnis procedit gratia. Item matre Eurydomene: uel Eurymone: uel Eurymeduse: Dicitur enim Eurydomene ἀπὸ τοῦ εὐρυκίδου: hoc est ab abunditer dādo. Eurymone ἀπὸ τοῦ ευκοινέμω: hoc est abundanter retribuendo: Eurymeduse uero a ἀπὸ τοῦ ἀσπίκυμέδω: hoc est rego. Quoniam qui liberales & munifici sunt caeteris imparare cōsueuerunt. Alii ex Venere & Marte: Alii ex Venere: & Libero patre: Alii ex herebo & nocte genitas dixere. Finguntur lauari in acidalio fonte Orchomeni urbis boetiae. quoniam pura esse beneficia debent: & nihil sordidum habere: nullamque spem retributionis.

Prouer. Prouerbiorum cap. xxii.

Melius est nomē bonum quam diuitiae multae: super argentum enim & aurum gratia bona.

Paulus Paulus ad Corynthios.

Ait dominus ad Paulum sufficit tibi gratia mea.

Petr9 Petrus apostolus primae. cap. iiii.

Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum: illam amministrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiae dei.

Augustin9 Aug. super Ioannem

Si gratiam ideo tibi dedit deus: quia dedit gratis gratis ama. Noli ad praemium diligere deum: ipse sit praemium tuum. Aug. de uerbis apostolorum.

Si leuis morbus esset contemneretur: medicus non quaereretur. Si medicus non quaereretur: morbus non finiretur. Ideo ubi abundauit peccatum: superabundauit & gratia. Aug. in Enchyridion.

Sola gratia discernit redemptos a perditis: quos in unum coaceruat massa perditionis: ab origine ducta creationis. Aug. lib. de baptismo puulorum.

Dei gratia cur ad istum ueniat: ad illum nō ueniat: occulta causa esse potest: iniusta non potest.

Augustinus de spiritu & littera.

Lex dei ciuitas est. lex data est: ut gratia quaereret. Gratia data est: ut lex impleretur.

Augustinus de libero arbitrio: & habetur de Cō. di. iiii. cap. Gratia.

Gratia quae per Christum datur non solum peccatorum remissionem facit: sed etiam: ut lex impleatur: ut natura liberetur: nec peccatū dominetur.

Spiritus etiam gratiae dat fidem: quae etiam nō petita a deo conceditur: ut homini petenti: & alia cōcedantur. Nam fides non est liberi arbitrii tantū: sed donum dei.

Augustinus in epistola ad Paulinum.

Operibus debitum redditur: gratia datur gratis: unde & nuncupatur: Si autem dixerit: quod gratiam bene operandi fides mereatur: negare non possum9. Immo gratissime cōfitemur. Si autem ex fide quomodo gratis? Quod enim fides meretur: cur non potius redditur: quam donatur? Non dicat hoc homo fidelis: quia quum dixerit: ut merear iustificatiōem habeo fidem: Respondetur ei: quod habes quod non accepisti? Quum igitur fides impetrat iustificationem: sicut unicuique deus partitus est mensuram: & ipsius fidei, non gratiam dei aliquid meriti praecedit humani: sed ipsa gratia meretur augeri: ut aucta mereatur perfici.

Augustinus lib. de natura & gratia.

Christi gratia sine qua nec infantes: nec aetate grandes salui fieri possunt nō meritis redditur: sed gratis datur: propter quod gratia nominatur.

Augustinus de gratia: & libero arbitrio.

Gratia ad hoc datur: ut lex compleatur: ut natura liberetur: & peccatum non dominetur: ut uelim9 sine nobis: operatur incipiens: quod uolentibus cooperatur perficiens. Sine illo autem nihil operante: quum uolumus ad bona opera nihil ualemus.

Ambrosius super lucam. Ambros9.

Huberior est gratia: quam petitio: semper enim domin9 plus tribuit: quam rogatur.

Ambrosius lib. de officiis.

Gratia uehementior est ad diligendum: quam natura. Reddendo uacuatur pecunia: gratia autem: & habendo soluitur: & soluendo retinetur.

Amb. sup illud Matthaei. vi. pr nr q es in celis.

Vide quam breuis ē oratio: & omnium plena uirtutum. primus sermo quantae est gratiae? O homo faciem tuam nō audebas ad caelum attollere: oculos tuos ī terrā dirigebas: & subito accepisti gratiā Christi:

omnia peccata dimissa sunt. Ex malo seruo factus es bonus filius. immo praesume: non de operatiõe tua: sed de gratia dei. Gratia enim saluati estis: ut dicit apostolus: non enim haec arrogantia est: sed fides: praedicare quod acceperis non est superbia: Sed deuotio: Ergo attolle. oculos ad patrem: qui p lauacrum te genuit: ad patrẽ: qui per filium te re/demit: & dic pater noster. bona psumptio: sed mo/derata: patrem dicis quasi filius: Sed noli spiritua/liter tibi aliquid uendicare: solius Christi est pater spiritualis: nobis omnibus in communi est pater: quia illum solum genuit: qui nos creauit.

Gregori⁹. Gregorius lib. viii. moralium.

· Dum nos gratia diuini respectus illuminat: cuncta mentis nostrae nobis abscõdita manifestat.

Io. Chrys. Io. Chrysostomus super epistolam ad hebraeos.

· Aliquando plerique & uitam habentes mundam nõ accipiunt gratiam. Quare: ne in superbiam eleuẽtur: ne inflentur uentositate iactantiae: ne altitu/do muneris negligentiores efficiat.

Bernard⁹. Bernardus de libero arbitrio.

· Gratiam in tribus consistere arbitror. In odio prae/teritorum: contemptu praesentium bonorum: & desyderio futurorum.

Bernardus sermone. lxxvii.

Praeoccupatum quippe saecularibus desyderiis ani/mum declinatio sancta declinat: nec misceri pote/runt: uana ueris: aeterna caducis: spiritualia carna/libus: summa imis: ut pariter sapias: quae sursum sunt: & quae super terram.

Bernardus super cant. sermone: liiii.

· In ueritate didici nihil aeque efficax esse ad gratiam promerendam: retinendam: & recuperandam: q̃ si omni tempore coram deo inueniaris non altum sapere: sed timere: sicut scriptum est. Beatus est homo qui semper est pauidus. Time ergo quum arri/serit gratia: time quum abierit: time quum denuo reuertetur: & hoc est semp pauidum esse. Ibidẽ.

Gratia balsamum purissimum est: & ideo purũ: so/lidum: & profundum uas requirit.

Leo Leo papa. & habetur. i. q. i. c⁰. gratia.

Gratia si non datur gratis: uel accipitur: gratia non est. Simoniaci autem gratis accipiunt. Igitur gra/tiam quae maxime in ecclesiasticis ordinibus ope/ratur: non accipiunt. Si autem non accipiunt: non habent. Si autem non habent: nec gratis: nec non gratis cuiq̃ dare possunt: quid ergo datur: profe/cto quod habent: Quid autem habent? spiritũ uti/que mendacii: quomodo hoc probamus? quia si spi/ritus ueritatis testante ipsa ueritate de qua proce/dit gratis accipitur: proculdubio spiritus menda/cii esse cõuincitur: qui non gratis accipit uel dat.

Menãder. Menander.

καλὸν δὲ θησαύρισμα κειμένη χάρις. i.

Pulcher autẽ Thesaurus collatum beneficiũ. Idẽ

χάριν λαβὼν εὔκαιρον ἐν καιρῷ δίδου. i.

Beneficium quum acceperis tempestiuum in tempore da. Idem.

χάριν χαρίζου καὶ ὅσον ἰσχύεις ὅμως. i.

Gratiam gratis da inquantum potes tamen. Idẽ.

χάριτας δικαίας καὶ δίδου καὶ λάμβα/νε. i.

Gratias iustas & da & cape. Idem.

χάριν λαβὼν μέμνησο καὶ δοὺς ἐπιλά/θου. i.

· Gratiam quum acceperis ĩ memoria habe: & quã dederis obliuiscere.

Lucianus. Lucianus.

ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι. ἢν δὲ βρα/δύνῃ πᾶσα χάρις κενεή. μηδὲ λέγοιτο χάρις. i.

· Celeres gratiae dulciores. Si autem tardauerit Omnis gratia uana: neque diceretur gratia.

Ausonius ita uertit. Ausonius.

Gratia quae tarda est ingrata est. Gratia nanque
Quum fieri properat gratia grata magis.

Idem aliter.

· Si bene quid facias: facias cito. Nam cito factum
Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit.

Dantes florentinus Purgatorii cant. c⁰. xviii. Dantes

El studio de ben far gratia rinuerda.

Fran. Petrarcha triumpho aeternitatis F. Petrar.

Ma tarde non fur mai gratiae diuine:
In quelle spero chen me anchor farano
Alte operatione & pelegrine.

GRatitudo uel gratiarũ actio graece εὐχαρι/στία. ας. ἡ. & εὐχά/ριστος grat⁹. & εὐ/χαριστῶ gr̃as ago. dicitur.

Gratiarũ actio siue gratitudo: Est uirtus specialis reddens gratiam benefactori. secundum b. Tho. secũda secũdae. q. cvi. ar. i. Gratias agere proprie est uerbo ostendere nos memores esse beneficii accepti. Habere gratias ẽ ani/mum: ac mentem gratam habere: & Inuicem gra/tificandi uoluntatem. Referre gratiam ẽ facto be/neficium: aut Iniuriam acceptam compensare. Sane notandum est: quod dicimus habere gratiã: & gra/tias: agere gratias: non gratiam. Referr̃ gratiam: non gratias. Et ita eruditi ac probatissimi autho/res fere semper loquuntur.

Paulus ad Tessalonicenses primae c⁰. v. Paulus.

· Semper gaudete: sine intermissione orate: in oĩbus

gratias agite. Hæc eſt enim uoluntas dei in Chri
Auguſtin⁹ ſto Ieſu in omnibus uobis. Auguſtin⁹ ſu
per illud pſal. Tota die repleatur os meum laude.
Quid eſt tota die .i. ſine intermiſſione laudare: in ꝓ
ſperis: qa cóſolans: In aduerſis: quia corrigis: An
teq̃ eſſem: quia feciſti me: Quum eſſem: quia ſalu
tẽ dediſti: Quum peccaſſem: quia ignouiſti: Quũ
conuerſus eſſem: quia adiuuiſti: Quum perſeue/
raſſem: quia coronaſti. Aug. ſuper pſal.
Cuſtodi animam meam: quoniã ſanctus ſum.
Non eſt iſta ſuperbia elati: ſed confeſſio non ingra/
ti: & habere te cognoſce: & nihil ex te habere: ut
nec ſuperbus ſis: nec ingratus. Dic deo tuo ſanct⁹
ſum: quia ſanctificaſti me: quia accepi: nõ quæ ha
bui: quia tu dediſti: non quæ ego merui.

Auguſtinus in epiſtola ad Marcellinum.

Quid melius: & animo geramus: & ore ꝓmamus:
& calamo explanemus: q̃ deo gratias. Hoc nil dici
breuius: nec audiri lætius: nec itelligi gratius: nec
agi fructuoſius poteſt.

Auguſtinus lib. de uerbis domini ſermone. viii.

Siue nos accuſemus: ſiue deum laudemus: ſemper
illi gratias agere ſtudeamus: a quo gratia gratis da
Ambroſi⁹. tur. Ambroſius ſuper lucam ſermone. v.
Nihil eſt quod dignum referre poſſimus pro ſuſce/
pta carne in Maria. Quid pro uerberibus? Quid
pro cruce obita? & ſepultura reddemus? Licet cru
cem pro cruce: funus pro funere: Nunquid reddi
mus q̀ ex ipſo: & ipſum: & in ipſo habemus oĩa?
Reddamus igitur amorem ꝓ debito: charitatem
pro munere: gratiam pro ſanguine: pro precio pe
cuniam.

Io. Chryſ. Io. Chryſoſtomus ſup Matthæũ homelia. xxv.

Optima beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria bene
ficiorum: & perpetua confeſſio gratiarum.

Io. Chryſoſtom⁹ in Tractatu de Symbolo.

Admoneo uos: ut dominum ſemper benedicatis: Si
uenerint mala benedicite: & diſſoluẽtur mala. Si
proſpera uenerint benedicite: & perſeuerabũt bo
na & proſpera.

Bernard⁹. Bernardus ſuper cantica.

Diſce in ferendo gratias non eſſe tardus: non ſegnis
Diſce ad ſingula dona gratias agere.

Idem ſuper cant. ſermone. xiii.

Non omnis gratiarum actio accepta eſt deo: Niſi q̃
de cordis pudicicia: & uera ſimplicitate procedit.
Pudicam ſane dixero propter eos qui & de malis
actibus ſuis gloriantur: deo gratias dicere ſolent:
quaſi deus in ore ipſorum lætetur. Et infra
Veram adiunxi propter hypocritas qui deum quidẽ
de bonis ſuis uerbotenus gloriãtes: corde retinẽt:
quod ore præbuerunt. Illi impie mala ſua deo: Illi
dei bona fraudulenter intorquent ſibi.

Bernardus Ibidem.

De omni bono appatenti a nobis referãtur deo lau/
des: Id q; non fiat quemadmodum ab hypocritis:
nec ſola conſuetudine: ſicut a ſæcularibus: ſed nec
quadam neceſſitate: ut iumenta ferendis onerib⁹
applicantur: Sed ſicut decet ſanctos ſinceritate ſi
da: deuotione ſollicita: hilaritate grata: Sed non
diſſoluta.

Bernardus ſuper cant. ſermone primo.

Quotiens tentatio ſuperatur: aut uitium ſubiuga/
tur: aut imminens periculum declinatur: aut la/
queus inſidiantis depræhenditur: aut annoſa & in
ueterata quæcunq;: animæ paſſio ſemel perfecteq;
ſanatur: aut multum diuq; cupita: & ſæpius peti/
ta uirtus tandem aliquando dei munere obtinet̃:
totiẽs perſonare debet gratiarum actio: & uox lau
dis. Debet ad ſingula quæq; beneficia bñdici de⁹
in donis ſuis. Alioquin ingratus reputabitur: quũ
diſcuſſio uenerit: qui non poteſt dicere deo: Can/
tabiles mihi erant iuſtificationes tuæ.

Bernardus ad Imericum Cancellarium.

Danti rependi quicq̃ gratius ab accipiente non po/
teſt: q̃ ſi gratum habuerit: quod gratis accepit: Nã
ſpiritum gratiæ contumeliam facit: qui benefi/
cium dantis grata mente non ſuſcipit.

Caſſiodorus ſuper illud. Volũtarie ſacri⁹. tibi. Caſſiodo.

Voluntarie deo ſacrificant qui inter anguſtias paſ/
ſionum iugiter gratias agunt.

Caſſiodorus ſuper illud. Quoniam miſe/
ricordia tua.

Iugiter ſibi ſubuenire facit: cui collatum beneficiũ
ante oculos ſemper aſſiſtit.

Seneca ad Lucillium epiſtola. lxxx. Seneca

Sapiens omnia examinabit ſecum: quantum acci/
pit: a quo & quãdo: ubi: quemadmodum. Itaq; ne
gamus quenq̃ ſcire gratiam referre: niſi ſapientẽ.

Seneca ad Lucillium epiſtola. lxxxiii.

Hoc certe iuſticiæ conuenit: ſuam cuiq; reddere be
neficio gratiam: iniuriæ talionem: aut certe ma/
lam gratiam. Ibidem.
Non omnes grati ſciunt debere beneficium. Poteſt
etiam: & imprudens: & rudis: & unus de turba.
Ignorat autem quantum pro re debeat.

Idem epiſtola. lxxxiii.

Sapienti notum quãti res quæq; taxanda ſit: Nam
ſtultus: & ſi bonæ uoluntatis eſt: aut minus: q̃ de/
bet: aut tempore: aut quo non debet reddit loco:
aut ad quod reddendum eſt effundit atq; abiicit.

Ibidem.

Nemo etiam referre gratiam scit nisi sapiens. Stul/
tus autem quemadmodum potest refert. Scientia
illi potius: q̃ uoluntas deest. Velle non discitur. Sa
piens omnia inter se comparabit: Maius enim aut
minus sit: q̃uis idem sit tempor̃: loco: causa. Ibidẽ.
Gratus sum: non ut alius mihi libẽtius præstet: prio
ri irretitus exemplo: Sed ut rem iucundissimam fa
ciam. Ibidem.
Credamus itaq; nihil esse grato animo honestius.
Omnes hoc urbes: omnes etiam ex barbaris regio
nibus gentes conclamabunt: in omni iudiciorum
diuersitate referendam bene merẽtibus gratiam:
omnes uno ore affirmabunt. In his discors turba
consentiet.

Seneca lib. de beneficiis.

Beneficiorum memoria senescere nõ debet. Ibidẽ.
Acceptum beneficium æternæ memoriæ insigen/
dum est. Ibidem.
Gratus etiam si a seruo suo beneficium accipit: exi/
stimat: non a quo: sed quid acceperit.

Aristoteles Aristoteles lib. iiii. Ethicorum.

Laus & gratiarum actio debetur danti: & non acci
pienti. Aristoteles lib. v. Ethicorum.
Oportet regratiari: uel famulari ei: qui gratiam fa/
cit. Aristoteles lib. viii. Ethicorum.
Retributio possibilis esse debet: non cõdigna: ut pa
tet de deo & pentibus: quibus nõ possumus æqua
le reddere.

Aristoteles lib. viiii. Ethicorum.

Magistris: diis: & parentibus non potest reddi æqui
Cicero. ualens. Cicero lib. ii. de Finibus bono/
rum & malorum.
Volo & esse: & haberi gratus.

Cicero Ibidem.

Nec enim si tuam ob causam cuiq̃ commodes bene
ficium illud habendum est: sed fœneratio. nec gra
tia deberi uidetur ei: qui suam ob causam commo
dauerit.

Cicero Rhetoricorum ueterum lib. i.

Nam si his qui imprudenter læserunt ignosci cõue/
nit: his qui necessario profuerunt haberi gratiam
non oportet.

Idem lib. ii.

Impudens est qui pro beneficio: nõ gratiam: uerum
mercedem postulat. Ibidem.
Contra autem de pecunia ratiocinari sordidum est:
quum de gratia referenda deliberatur.

Cicero in philippicis.

Cui gratia tanta referri non potest: quãta debetur:
habenda tamen tanta est: q̃ maximam animi [illegible]
capere possint.

Plutarchus in Apophthegmatibus. Plutarch'

Cato senior aiebat malle pro collato beneficio gra/
tiam non recipere: q̃ pro illata iniuria supliciũ nõ
subire: & his semper omnib' qui deliquerunt: præ
ter q̃ sibi ueniam dare.

Plautus in Rudente. Plautus

Addecet bene merenti beneferre gratiam.

GRauitas græce βάρος.ους.τό.& βαρύς.
εος.ό.grauis dicitur.
Est autem graue quod est natum ferri ad
medium. secundum Aristotelen lib. i. de cælo &
mundo.
Grauissimum est quod substat omnibus deorsum la
tis. secundum Aristotelen. Ibidem. Et ẽ graue per
abusionem: quod nos grauat: & molestia afficit:
hinc senectus grauis: morb' grauis: dolor grauis:
Quoniam qui talia ferunt: uellent tanq̃ onus gra
ue deponere. Ita & constantem ac prudentia præ/
ditum grauem dicimus: q; nec precib': nec minis:
nec alia passiõe moueatur. a recto. Oppositum fa
ciunt qui leues sunt. Ouidius. Tu leuior foliis: tũc
quum sine pondere succi. Hinc grauitas quæ ẽ fir
mitas: ac constantia animi & In Vultu: moribus:
uerbis: rebus agendis: quædam seueritas.

GVbernare est rem ad debitum finem con/
uenienter perducer̃. secundum bea. Tho.
scda scdæ. q. cii. ar. ii.
Gubernatio est executio Prudentiæ. secũdum bea.
Tho. pria scdæ. q. xxii. ar. i. κυβερνάω. græce gu/
berno latine dicitur.

ar.ii.
Mortale. Quum quis delectationi ciborum & potus inhæret: paratus scili/cet contra præcepta dei agere: ut delectationes huiusmodi consequatur.
Veniale. Quum est immoderata concupiscentia delectabilium gust⁹: Ita ta/men: q propter hoc nihil ageret præter legem dei.

GVLA est inordinatus appetitus delectabilium secundum gustum: & ē Peccatum.
Ex.b. Tho. 2a 2æ. q. cxxxxviii.

Gñale habens spés v. in hoc uersu subscripto cōtētas. Ná ar.iiii.
Quātum ad comestibile: triplex contingit inordinatio
Prima q̄tum ad subām dr laute: quum cibaria nimis preciosa quæruntur. Laute.
Secunda q̄tum ad qualitatem: quum nimis accurata cibaria quæruntur: Studiose.
Tertia q̄tum ad quātitatē dr nimis: quum maior debito quantitas sumitur. Nimis.
Quātum ad modū comestionis & cōtingit inordinatio duplex. s.
Prima quum nimium præuenitur temp⁹ cibi: & dicitur Præpropere.
Secunda: quum non seruatur debitus modus: & dicitur Ardenter.

Capitale q̄ ex inordinato appetitu delectabiliū gustus deordinatur homo. ar.v.et.vi
Ex parte Aiæ. iiii.
Primo acies mentis uel rōnis per fumositates cibor̄: & dicitur. Hebetudo sensus.
Scdo Affectus qui deordinatur consequenter per defectum rationis: & dicitur Inepta lætitia.
Tertio locutio quæ deordinatur supfluis & inhonestis uerbis: & dicitur. Multiloquium: & Turpiloquium.
Quarto. Act⁹ exterior: q deordiaē p defectum rōnis: cui⁹ erat exteriora cōponere: & dr. Iocularitas: uel scurrilitas.
De quibus uide in Gula quid dicat Greg. Nonnulla.
Ex parte Corporis — Consequitur emissio quarundam superfluitatum & dicitur. Immundicia.

Versus.
Præpropere: Laute: Nimis: Ardēter: Studiose.



Gula gr. λαιμαργία dr. & λαίμαργος. ου. ὁ. gulosus & heluo: & λαιμόδορ. ου. ὁ. gut/tur dicitur. Et est gula immoderata cibi auiditas: uel inordinatus appetitus cibi & potus. secundum b. Tho. scda scdæ. q. cxxxxviii. art. i. & Albertum magnum in compendio suo li. iii. ca. xx. Hinc degulo uerbum: hoc est gulæ trado. Plautus. Postq̄ degulato patrimonio pauper est factus. Hinc gulose. i. auide. Hinc etiam ingluuies. i. uentris rapacitas. Exodi cap°. xxxii. Exodi
Et sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Prouerbiorum cap°. xxi. Prouerbi.
Qui diligit epulas i egestate erit. Qui amat uinum: & pinguia: non ditabitur. Prouerbior̄. c°. xxiii.
Noli esse in conuiuiis potator̄: nec in comesationibus eor̄: q carnes ad uescendum cōferunt: Quia uacantes potib⁹: & dantes symbola consumenē.

Ecclástes Ecclesiastes cap.vii.

Melius est ire ad domum luctus: q̃ ad domum conuiuii: In illa enim finis cunctorum ammonet homimum: & uiuens cogitat: quid futurum sit.

Palus. Paulus ad Ro.c.xiiii.

Is qui manducat non manducantem non spernat: & qui non manducat manducantem nõ iudicet.

Augustin⁹ Augustinus li°. de doctrina Christiana: & habetur di.xli. Quisquis.

Quisquis rebus praetereuntibus restrictius utitur: q̃ se se habent mores eorum cum quibus uiuit: aut intemperans: aut superstitiosus est: Quisquis uero sic eis utitur: ut metas consuetudinis bonorum inter quos uersatur excedat: aut aliquid significat: aut flagiciosus est. In omnibus enim talibus non usus eorum: sed libido in culpa est. Quid igitur locis & temporibus & personis conueniat diligenter attendẽdum est: nec temere flagicia reprachendamus. Fieri enim potest: ut sine aliquo uicio cupidinis: uel uoracitatis preciosissimo cibo sapiens utatur. Insipiens autem foedissima gulae flamma in uilissimum holus ardescat.

Augustinus li°. quaestionum euangelii: & habetur di.xii. Illa autem.

Non usus: sed concupiscentia reprachendenda est. Non enim interest omnino quid alimentorum sumas: ut succurras necessitati corporis: dummodo congruat in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum est. Neq̧ quantum sumas interest multum: quum uideamus aliorum stomachum citius saturari cibis: & eos cum illis ipsi paruo quo satientur ardenter: intolerabiliter: & omnino turpiter inhiare.

Aug. in glosa sup illud ad Ro. xiiii. Noli pp escã destruer op⁹ dei: oĩa qdẽ mũda sũt.

Non propter porcum: sed propter pomum mortem primus homo inuenit. Et Esau primatum suum: non propter galinam: sed propter lenticulam perdidit. Augustinus li°. de uerbis domini: & habetur di.xli. Non coguntur.

Non coguntur diuites pauperum cibis uesci. Vtantur consuetudine infirmitatis suae: sed doleant aliter se non posse sustentare. Si consuetudinẽ mutant: aegrotant: utantur superfluis: dent inopibus necessaria: utantur preciosis: dent pauperibus uilia. Aug. li°. ix. confes.

Hoc me docuisti deus: ut quemadmodum medicamenta: Sic alimenta sumpturus accedã. Sed dum ad quietem saciétatis ex indigentiae molestia transeo: in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentiae. Ibidem.

Quum salus sit causa edendi & bibẽdi: adiungit se tanquam pedissequa periculosa iucunditas: quae plaerumq̧ praeire conatur: ut eius scilicet causa fiat quod salutis causa facere me dico: uel uolo.

Aug. li°. sermonum sermone primo.

Caro iumentum est: quod est freno: & fame domãdum: quia de uia quae ducit hierusalem excludere conatur.

Hierony⁹. Hieronymus epistola ad Furiam de uiduitate seruanda.

Non Aethnae ignes: non uulcania tellus: Non Vesuuius: et olympus: tantis ardoribus aestuant: ut iuueniles medullae uino plenae: & dapibus inflammatae.

Hieronymus li°. ii. contra Iouinianum.

Esus carnium: & potus uini uentrisq̧ saturitas seminaria sunt libidinis.

Hieronymus epistola lxxxxv.

Caro domanda: ut sessorem spiritum sanctum moderato atq̧ composito portet incessu.

Hieronymus epistola.lxxx.

Cibus sit holusculum & similia: raroq̧ pisciculi: & ne praecepta gulae longius traham: Sic semper comedas: ut semper esurias: ut statim post cibum possis legere: psallere: & orare.

Hieronimus ad Helbiam.

O miserabiles: quorum palatum non nisi ad preciosos cibos excitatur.

Hieronymus epistola.lxxxxiiii.

Infoelices sunt qui maiorem habent famem: q̃ uentrem.

Hieronymus contra Iouinianum: & habetur de Con.di.v. Ne tales.

Ne tales accipiamus cibos: quos aut difficulter digerere aut comestos magno paratos: & perditos labore doleamus. Holerum: & pomorum: ac leguminum facilior apparatus est: & arte impendiisq̧ coquorum non indiget: & sine cura sustentat humanum genus moderate sumptus: Quia nec auide deuoratur: quod irritamenta gulae non habet: & leuiore digestione decoquitur.

Hieronymus contra Iouinianum..

Haec sunt sibila serpentis antiqui. His consiliis draco de paradiso hominem expulit.

Ambrosius super lucam. li°. v.

Indecorum est homines curare de cibo: qui militãt dei regno. Nouit rex quemadmodum familiã pascat: & uestiat. Et ideo dixit. Iacta cogitatũ tuum in domino: & ipse te nutriet.

Ambros⁹. Ambrosius in sermone de ieiunio.

Male dominae seruitor gulae: quae semper expetit: nunquam expletur. Quid enim insatiabilius uentre? Hodie suscipit: cras exiget. Quum impletus fuerit disputatur de continentia: quum digesserit: uale uirtutibus dicitur.

Idem li°.iii.de officiis.

Conuiuia extraneorum occupationes habent. Subrepunt fabulae: & propter uoluptatem pocula.

Gregorius Gregorius moralium li°.primo.

Nonnulla sunt uitia quae a conuiuiis separari: aut uix: aut nunq̄ possunt. Pene omnes epulas comitatur uoluptas. Nam quum corpus in refectionis delectatione resoluitur: cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptum est. Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Pene semp epulas loquacitas sequitur: Quum q̄ uenter reficitur: lingua effrenatur: Vnde diues apud inferos in lingua cruciabatur:

Gregorius homelia.xi.super illud Matthaei.ii. Per aliam uiam reuersi sunt in reg.suam.

A regione nostra superbiendo: inobediendo: uisibilia sequendo: cibum uetitum gustādo: discessim⁹: Sed ad eam necesse est: ut flendo: obediendo: uisibilia contemnendo: carnis appetitus refrenando: redeamus.

Greg.moralium.li.xxx.

Neq̄ ad conflictum spiritualis agonis consurgitur: Si non prius in nos ipsos hostis positus gulae.s.appetitus edomatur.

Gregorius ibidem.

Incassum contra exteriores hostes i campo bellum geri: si intra ciuitatis moenia insidians ciuis habetur. Gregorius in expositione beati Iob: & habetur de Con.di.v. Quinq̄.

Quinq̄ modis nos uitium gulae tentat. Aliquando nāq̄ indigentiae tempora praeuenit. Aliquando tempora nō praeuenit: sed cibos lautiores quaerit. Aliquando quae sumenda sunt procurari accuratius expetit. Aliquando autem & qualitas ciborum & tempus congruit: Sed ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit. Nonnunq̄ & abiectius est id quod desyderatur: & tamen in ipso aestu immensi desyderii deterius peccat.

Gregorius moralium li.xxx.

Sic uoluptas plaerumq̄ sub necessitate se paliat: ut uix eam perfectus quisq̄ discernat. Nam dum solum debitum necessitas petit: uoluptas explere desyderium suppetit. Et tanto gula securius in praeceps ruit: quanto sub honesto nomine necessitatis expellendae se contegit.

Gregorius in Pastorali.

Coquorum princeps muros Hierusalem destruxit: Quia dum uenter ingluuie tenditur: uirtutes animae luxuria destruuntur.

Bernardus ad Abbatem Cluniacē.epistola.ii.

Bernard⁹. Inter prandia quantum fames dapibus: tantum aures pascuntur rumoribus: quibus totus intentus modum nescias in edendo: & ibidem fercula ferculis apponuntur: & quum pro solis carnibus a quibus aliquotiens abstinetur: grandia piscium corpora apponuntur: & quum prioribus saturat⁹ fueris: si secundos.s.pisces attigeris: uidetur tibi non gustasse pisces: tanta quippe accuratione: & arte coquorum omnia apparantur: quatenus quattuor: aut quinq̄ ferculis deuoratis: priora non impediunt nouissima: nec saturitas minuit appetitum. Palatum quippe dum nouellis seducitur condimētis: paulatim dissuescit ad cognita. Post uenter quidem tumescit: oneratur: Sed uarietas tollit fastidium. Ibidem.

Quis dicere sufficit quot modis: (ut de caeteris taceam:) sola oua uertantur. Versantur: durantur: liquantur: quandoq̄ uertuntur: subuertuntur: diuiduntur: & nunc quidem Frixa: nunc assa: nunc farsa: nunc mixtim: nunc sigillatim apponuntur. Vt quid haec omnia? nisi ut soli fastidio consulatur. Ibidem.

Dum oculi coloribus: palatum saporibus aliciunt: infoelix stomachus: cui nec colores lucent: nec sapores demulcent: dum omnia suscipere cogitur: oppressus magis obruit: q̄ reficitur: & quum crebris ructibus se repletum indicet: nundum curiositas satiatur.

Bernardus sup Cant.homelia.xxxi.sup illud. Qui uoluerit aīam suam saluam facere.

Quid hic uos dicitis obseruatores ciborum: neglectores morum: Hypocras & Socrates docent aīas saluas facere in hoc mundo? Christus & discipuli eius perdere? Quem uos e duobus sequi uultis magistrum? Manifestum se facit q disputat: hoc oculis: hoc capiti: hoc stomacho nocet. Ibidem.

Legumina uentosa sunt. Caseus stomachum grauat: Lac capiti nocet: potum aquae pectus non sustinet. Quare hoc est: ut totis fluuiis: agris: hortis: & cellariis uix inuenire possis quod comedas. Puta quaeso te monachum esse non medicum: nō de complexione iudicandum: sed de professione.

Idem epistola ad Fulconem.

Quomodo ignis & aqua simul esse non possunt: sic spirituales & corporales diliciae in eodem se non compatiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula Christ⁹ senserit: uina sua dulciora super mel & fauum menti propinare dedignatur. Vbi curiosa diuersitas ciborum pascit uentrem: caelestis panis ieiunam deserit mentem.

Hugo li°.de claustro animae. Hugo

Affluentiam ciborum comitari solet insolentia uerborum. Saturitatem uentris sequitur leuitas operis: & uanitas mentis: unde sedit populus manducare: & bibere: & surrexerunt l[...]

Idem in summa discipli[...]

Sunt qui ſuperſticioſum nimis in præparandis cibis ſtudium adhibent infinita frixurarum : & condimentorum genera excogitantes: modo calida: modo frigida: modo aſſa: modo elixa: modo pipere & huiuſmodi ſaporibus condita: ſecundum conſuetudinem mulierum prægnantium deſyderantes.

La. Dioge. Laertius Diogenes de uita & moribus Philoſophorum.

· Interrogatus Diogenes quæ hora eſſet comeſationi congrua: Ait habenti quod comedat hora ē cōgrua: quum ameſcit: non habenti uero: quum habere poteſt.

Seneca Seneca ad Lucillium epiſtola. xxii.

Venter præcepta non audit.

Seneca ad Lucil. epiſtola. lxxxxviiii.

· Multos morbos multa fercula faciunt.

Cicero. Cicero Tuſculanarum quæſt. li. v.

Qum Dioniſius tyrannus coenaſſet: negauit ſe delectatum eſſe in cibo. Reſpōdit coquus. Minime mirum: Quia condimenta deficiunt. Qui quum quæreret: quæ eſſent illa: Reſpōdit: labor: ſudor: curſus: fames: ſitis: Talibus enim lacedemoniorum epulæ condiuntur.

Luc. Apu. Lucius Apuleius de aſino aureo.

Non immerito medici fidi : cibo & crapula diſtētos ſæua & grauia ſomniare autumant.

Lactanti⁹. Lactantius Firmi. li. vi. diui. Inſtitutiōum.

Turpe eſt ſapienti: ſi uentri: & gulæ ſeruiat: Si unguentis oblinitus: aut floribus coronatus incedat: quæ qui faciat utiq; inſipiens : & ineptus : & nihil eſt.

Fr. Petrar. Franciſcus Petrarcha de Remediis utriuſq; fortunæ.

Doleo. Gula ſollicitor. Reſpondeo. Prope id quidē nulla res tam uilles: tā ſollicitos uos hēt. Terrarum tractus: cæli q;: & maris abdita penetratis. Meditati eſtis retia: & hamos: & uiſcum: & laqueos: & rapaces impio parere: & prædari uobis docuiſtis: ad nil aliud: niſi ut gulæ ſatiſfiat: Quam non modo explendo: ſed onerando fatigatis: & anguſtum uentrem uaria arte laxatis: ac punitis obſequēdo: cui aliquanto utilior fames eſſet: utiliſſima uero ſobrietas. Fran. Petrarcha. Ibidem.

Gaudeo. Lautis & multiplicibus utor cibis. Reſpōdeo. propter capulam multi perierunt. Qui autem abſtinēs eſt: adiiciet uitam. Ipſe demum profeſſor uoluptatis Epicurus tenuē uictum: quaſi unicum auxilium ſuæ profeſſionis : & laudauit : & coluit. Cibus enim tenuis: ac modicus ſiccos: ualidos: & aſpectu placidos : ac odore corporis : nec ſibi : nec aliis moleſtos facit. Victus autem crapulæ madidos æſtuantes: tremulos: & olentes & (ut Ciceronis utar uerbis) ſudantes & ructātes facit: ut aſpectu uideatur: quid interſit inter frugalitatē & crapulam. Plautus in Moſtellaria. Plautus.

Aedes plenas eſſe conuiuarum: & mulierum: miſerum eſt opus. Iuuenalis ſatyra prima. Iuuenalis.

Sed quis feret iſtas
Luxuriæ ſordes? quanta eſt gula? quæ ſibi totos
Ponit apros? animal propter conuiuia natum.
Poena tamen præſens quum tu deponis amictus
Turgidus: & crudum pauonem in balnea portas.
Hinc ſubitæ mortes: atq; inteſtata ſenectus.
It noua: nec triſtis per cunctas fabula coenas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Iuuenalis ſatyra. ii. [illegible]

Multos ſæpe uides quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet expectare macelli:
Et quibus in ſolo uiuendi cauſa palato eſt. Ibidē.
Interea guſtus elementa per omnia quærunt:
Nunquam animo preciis obſtantibus. Interius ſi
Attendas: magis illa iuuāt: quæ pluris emuntur.

Ibidem.

Bucæ
Noſcenda eſt menſura tuæ.

Iuuenalis ſatyra. xi.

Nec cupias mulum: quum ſit tibi gobio tantum
In loculis. Ibidem.
Quis enim te deficiente crumena.
Et creſcente gula manet exitus? Ibidem.
Non prematuri cineres: non funus acerbum
Luxuriæ: ſed morte magis metuenda ſenectus.

Ouidius li. iii. artis amandi. Ouidius.

Carpe cibos digitis. Eſt quidam geſtus edendi:
Ora nec immunda tota perunge manu. Ibidē.
Priamides Helenen auide ſi ſpectet edentem
Oderit: & dicet ſtulta rapina mea eſt:

Martialis li°. v. ad Charopinum. Martialis.

Improbius nihil eſt hac Charopine gula.

Martialis li°. viiii. in amicos fictos.

· Hunc quem coena tibi: quē menſa parauit amicum
Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat: & multos: & ſumen: & oſtrea: nō te.
Tam bene ſi coenem noſter amicus eris.

Martialis li°. xii.

Non albana mihi ſit comeſatio tanti:
Nec Capitolinæ: pontificumq; dapes.
Imputet ipſe deus nectar mihi: fiet acetum:
Et uaticani perfida uappa cadi.
Conuiuas alios coenarum quære magiſter:
Quos capiant menſæ regna ſuperba tuæ.

Horatius ſermonum li°. ii. ſatyra. ii. Horatius.

· Ieiunus raro ſtomachus uulgaria temnit.

Horatius ſermonum li. ii. ſatyra. vii.

Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ:
Illuſi q; pedes uitioſum ferre recuſant
Corpus.

Horatius epistolarum li.p°.
Epistola.iiii.
Me pinguem & nitidum bene curata cute uises:
Si ridere uoles Epicuri de grege porcum.
Dantes purgatorii.c°.xxiii.
Dantes Tuta sta gente che piangendo canta:
Per seguitare la gola ultra mesura:
In fame e in sete quhi se rifa sancta.
Franciscus Petrarcha soneto.vii.
Fr.Petrar. La gola:il somno:& lociose piume
Hano del mondo ogne uirtu sbandita.
Et e dal corso suo quasi smarrita
Nostra natura e uincta dal costume.

Habere graece: ἔχειν: & ἔχω habeo dicit. Habere autem dicimus id quo libere uti: uel frui possum⁹: quum uolumus. secdm.b. Tho.prima parte.q.xxxviii.ar.i. Per methaphoram significat,occupare: tenere. Virg. Hostes hēt muros. Interdum habitare. Idem. Quae loca: qui ue habeāt homines. Nonnunq̄ intelligere. Terentius. Habes omnem rem. Aliquando facere. Cicero. Quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone: Eodem inquit: quo tu orbē terrae. Habere rem est coire. Habere rem litigare. Bene habere incolumen esse. Male habere aegrotare. Habere iter proficisci. Habere uerba loqui. Habere rationem respicere. Item habeo conuenire Ciceronem: idest Cicero est mihi conueniendus: & sic de reliquis. Ab habeo fit habito frequētatiuū. Virgi. Atq; humiles habitare casas. hinc etiā habitaculum.

Habilitas est medium inter potentiā uel subiectū: & actum: seu formā. secdm.b. Tho. prima pte.q.xlviii.ar.iiii. Estq; habilitas aptitudo: & uenit ab habilis hoc est pro uiribus aptus. Virg. Nāq; humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix: Et habiliter apte: & habitus: de quo infra: quae omnia ab habeo deducuntur.

Habitus est quaedam ai qualitas acquisita ex frequentatis actib⁹: uel ex uno multum uehementi: quo anima faciliter disponit ad aliquid faciendum. Differt autem a dispositione: quia habitus est de difficili mobilis a suo subiecto. Dispositio uero de facili mobilis. secdm Aristo. li°. praedicamentorum.

Habitus est qualitas de difficili mobilis: qua homo potest uti: quum uoluerit reddens operationē delectabilem. b.Tho.xii.q.xlviiii.ar.ii.& sic est prima species qualitatis.

Habitus: prout est p̄dicamētum importat habitudinem indumenti ad indutum. b.Tho. prima secdae. q.xlviiii.ar.i.

Habitus est corporum: & eorum quae circa corp⁹ sunt adiacentia. secundum Gilbertum porrectanum li.vi.principiorum.

Habitus est secdm quem ad aliquid nos habemus: bene: uel male. secdm.b.Tho. prima parte.q.lxxxiii. ar.ii.& sic est post praedicamentum.

Habitus religionis est obseruantia regularis: pertinens ad tria principalia uota: ut signum obligationis.b.Tho.secda secdae.q.clxxxvi.ar.vii.

Halo est circulus causatus ex uapore humido: existens in aere: circundans solem: uel Lunam: & huiusmodi secdm.b.Tho.Q uo lib.iii.q.xiiii.ar.i.

Haereditas graece κληρονομία. & κληρονομεῖν. Haereditio dicitur. Et est successio in uniuersum Ius quod defunctus habuit: ut.l.Nihil de uer.si.

Haeres graece κληρονόμος.ου.ὁ. dicitur. Et est ille qui principalia alicuius bona percipit: nō autem qui munuscula eius capit. secdm.b.Tho. sup epistolam Pauli ad Roma.viii. lec.iii.co.iiii. Dicuntur autem haereditas: et haeres ab haerendo: hoc est arcte insidendo. Nam qui haeres: est haeret: hoc est proximus est ei cuius est heres licet nonnulli haeredem dictum uelint: q̄ herus fiat: hoc est domin⁹ bonorum quae ad eum perueniunt. Ab haeres fit cohaeres: qui simul haeres institutus est: & exhaeres qui extra haereditatem est: & haereditate priuatur. unde fit uerbum exhaeredo a quo exhaeredatio. Hinc etiam haereditarius: hoc est ad haereditatem pertinens: haereditarius morbus qui parentum uitio nobis obtigit: hinc haeredipeta: qui blanditiis: muneribus: & aliis artibus subornat morituros: ut ab eis haeredes instituantur. Haereo aliquando pro dubito ponitur. quoniam qui in aliqua re dubitant: non mouent. Cuius frequentatiuum haesito: haesitatio dubitatio. Haesitabundus: ualde dubius.

Haeresis graeca dictio est αἵρεσις.εως.ἡ. Dicitur q; ab electiōe: Quoniam unusquisq; eligit disciplinam: quam putat esse meliorem. secdm Hieronymum in epistola ad Galatas: & habetur.xxiiii.q.iii.c°. Haeresis. Videturq; deducta ab αἱρέω: quod est innitor: & firmo latine: uel ab αἱρέομαι: quod est opto: seu eligo.

Haeresis ratione pertinaciae est species peccati in spiritum sanctum: scilicet impugnatio ueritatis. secdm b.Tho.iiii.sen.di.xiii.q.ii.ar.ii.

Hæreticus quid sit: Vide infra in præsenti capitulo authoritates beatorum Augustini & Hieronymi incipientes: Dixit apostolus: Qui in ecclesia: & Hæresis græce.

Augustin' Augustinus in li°. de baptismo. & habetur de Con.di.iiii.c. Non dubito.

Nõ dubito cathecuminum catholicum diuina charitate flagrantem hæretico baptizato antepõere.

Aug. in expositionem ps quarti: & habeť de Con.di.ii.cap°. Prima hæresis.

Prima hæresis in discipulis Christi: uelut in duricia eius sermonis facta est. Quum enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam: & biberit sanguinem meum: non habebit uitam æternam. Illi uero non intelligentes dixerunt ad inuicem. Durus est hic sermo. Quis eum potest manducare?

Aug. & habetur. xxiiii.q.i. Vbi sana.

Vbi sana fides non est: non potest esse iusticia: quia iust' ex fide uiuit. Neq; schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant: Quia similiter ubi charitas non est: non põt esse iusticia. Dilectio.n.proximi malum non operatur: quam si hæretici haberent: non dilaniarent corpus Christi: quod est ecclesia catholica.

Augusi. & habetur. xxiiii.q.iii. Adeo.

Adeo diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit: ut quum interrogant nos ea quæ nescimus: sic discutiamus pigriciam: & diuinas scripturas cupiamus. Propterea apostolus ait: ut probati manifesti fiant. Hii autem a deo probati sunt: qui bene possunt docere.

Aug. & habetur. xxiiii.q.iii. Dixit.

Dixit apostolus hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita: Quia subuersus est huiusmodi: & peccat in se met ipso damnatus. Sed qui sententiam suam: quãuis falsam: atq; peruersam nulla pertinaci animositate defẽdunt: præsertim: quam non audacia suæ præsumptiõis pepererunt: Sed a seductis: atq; i errorem lapsis parentibus acceperunt: Quærunt autem cauta sollicitudine ueritatem: corrigi parati: quum inuenerint: Nequaq̃ sunt inter hæreticos deputandi.

Aug. cõtra Manichæos: & habeť. xxiiii.q.iii. Qui in ecclesia.

Qui in ecclesia Christi morbidum aliqd prauumq; qd sapiunt: si correcti & sanum rectumq; sapiant: resistunt contumaciter: suaq; pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt: sed defensare persistunt: hæretici sunt. Aug. li. ii. cõtra Maichæos.

Ille gladium accepit: qui nulla superiori: ac legitima potestate: uel iubente: uel concedente in sanguinẽ alicuius armatur. Porro illud Hieronymi quo ecclesia negatur aliquem perseq: non ita intelligendum ẽ: ut generaliter ecclesia nullum psequatur: sed q; nullum iniuste persequatur. Non enim omnis persecutio culpabilis est: sed rationabiliter hæreticos persequimur: Sicut & Christus persecut' est eos: quos de templo expulit.

Hieronymus i epistola ad Galatas: & habetur. xxiiii.q.iii. Hæresis. Hierony'.

Heresis græce ab electione dicitur: q;.s. eã sibi unusquisq; eligat disciplinam: quam putat esse meliorẽ. Quicunq; igitur aliter scripturam intelligit: quã sensus spirit' sancti flagitat: a quo scripta licet ab ecclesia non recesserit: Tamen hæreticus appellari potest: Et de carnis operib' est eligens: quæ priora sunt. Hieronymus in Esaia: & habetur de pœni.di.i. Omnis iniquitas.

Omnis inigtas: & oppressio: & iniusticia iudicium sanguinis est. Et licet gladio non occidas uolunta te tamen interficis.

Hieronymus: & habetur. xxiiii.q.iii. Resecãdæ.

Resecandæ sunt putridæ carnes: & scabiosa ouis a caulis repellenda: ne tota domus massa: corpus & pecora ardeant: corrumpantur: putrescant: intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit: sed quoniam statim oppressus non est: per totum orbem eius flamma populata est.

Ioannes Chryso. super Matthæum. Io. Chrys.

Sicut cauendi sunt: qui habẽt speciem bonæ uitæ: propter dogma nequiciæ: Sic & hii qui integræ fidei: & doctrinæ sunt: & turpiter uiuunt.

Bernardus super cantica. Bernardus

Plus longe nocet falsus catholicus: q̃ si uerus appareat hæreticus.

Leo pp. & habetur. xxiiii.q.iii. Quid autem. Leo pp.

Quid autem iniquius est: q̃ impia sapere: & sapientioribus doctioribusq; non credere. Sed in hanc insipientiam cadunt quicunq; ad cognoscendam ueritatem aliquo impediuntur obscuro: non ad propheticas uoces: apostolicas litteras: euangelicas authoritates: Sed ad se met ipsos recurrunt. Et ideo magistri erroris existunt: quia ueritatis discipuli non fuerunt.

Innocentius pp. & habetur. xxiiii. q.i. Hæretici. Innocẽtius

Hæretici: quum a fide catholica desiiterint: perfectionem spiritus quam acceperant amiserunt.

Hylarius li°. ii. de Trinitate. Hylarius

De intelligentia hæresis: non de scriptura est: sensus & non sermo fit crimen.

Ouidius Metamorphoseos li°. p rimo. Ouidius.

Sed immedicabile uulnus.

Ense recidendum est: ne pars syncera trahatur.

Iuuenalis. Iuuenalis.

Sicut grex totus in aruis

Vnius ſcabie cadit & prurigine porci:
Vuaq; contacta liuorem ducit ab uua.

Dantes Dantes inferni.c.viiii.

Maeſtro quali ſonno quelle genti
Che ſepeliti dentro da quelle arche
Si fan ſentire cum ſuſpir dolenti?
Et elli a me: quei ſon lhereſiarche:
Collor ſequaci dogne ſecta: & molto
Piu che non credi ſon le tombe charche.

HEbdomada græca dictio ẽ ἑβδομάς.αδος. Et eſt ſpacium ſeptem dierum. Nam & ἑβδόματος.ου.ὁ. ſeptimus dicitur.

HEbetudo uenit ab hebeo quod græce. ἀμβλύνομαι. & ἀμβλύς.υος.ὁ. hebes & obtuſus dicitur.

Hebetudo ſenſus opponitur acuitati eius. Et eſt debilitas mentis in conſideratione ſpiritualium: Et ẽ peccatum: inquantũ eſt uoluntaria. ſcdm.b.Tho. ſcda ſcdæ.q.viii.ar.vi. Dicitur autẽ hebetudo ab hebeo hebes: hebeo uero dicitur ab hebes nomie: quod propriæ ſignificat obtuſum: & carẽtem acumine. Cicero. alias hebetiora: alias acutiora uideantur cornua: unde per methaphoram hebes ingenium dicimus: ſicuti etiam obtuſum: Ab hebeo fit hebeſco: hoc eſt hebetios fio: ſicut hebeo ſignificat hebes ſum: & hebeto obtũdo: a quo fit hebeteſco: qd ꝓprie de uiſu et oculis dr̃: quum oculoꝝ acies minuitur: tolliturq;: & hebetudo ipſa obtuſitas mentis: ingenii: uiſus: & huiuſmodi.

HErmaphroditus is dicitur qui habet utrunq; ſexum. Maſculinum ſcilicet & fœmininum: diciturq; ab ἑρμῆς.ου.ὁ. quod ẽ Mercurius: & ἀφρὸς.ου.ὁ. ſpuma ideſt Venus: quæ ex marina ſpuma nata dicitur. de hoc Ouidius li°.iiii. Metamorphoſeos.

Mercurio puerum & diua Cythereide natum
Naiades Ideis enutriuere ſub antris:
Cuius erat ſpecies: in qua materq; paterq;
Cognoſci poſſent: Nomen quoq; traxit ab illis.

HIerarchia dictio græca eſt ἱεραρχία.ας. Et eſt ſacer principatus ſcdm.b. Dioniſium.c.vi. cæleſtis hierarchiæ.

HIlaritas græce ἱλαρότης.ητος. Et eſt gaudii: uel exultationis i facie declaratio. ſcdm.b. Tho.iii.ſen.di.xxvi.q.i.art.iii.

HYperdulia eſt potiſſima ſpecies duliæ ex unione ad deum. ſecundum.b. Tho.ſcda ſcdæ.q.ciii.ar.iiii.

Hyperdulia eſt adoratio minor latria: & maior dulia: qua mater Chriſti adorari debet: ut mr̃ Chriſti: dicta ab ὑπέρ quod eſt ſuper: & dulia. Quid autem ſit dulia: & unde dicatur. Vide ſupra: i Dulia. Quid latria: uide infra in Latria.



Ypocriſis græca dictio eſt ὑπόκρισις.εως. & ὑποκρίνομαι ſimulo dicitur. Et eſt ſimulatio alienæ pſonæ. Ideo ſemper eſt peccatum: & eſt uitium Iactantiæ. ſecundum.b. Tho.ſcda ſcdæ.q.iii.ar.ii.

Hypocriſis poteſt a nobis dici diſſimulatio: nã componitur ab ὑπό quod eſt ſub: & κρίσις iudicium: quaſi ſit iudicii ſubtectio: Nam aliud in re: aliud in iudicio hominum ſe oſtendit: qui hypocreſeos crimine laborat.

Hypocrita ὑποκριτής.οῦ.ὁ. Et dici poteſt ſimulator uel diſſimulator. ſecundum Iſidorum libro. Ethymologiarum. Iob.c°.xiii. Iob

Non ueniet in conſpectu dei omnis hypocrita. Iob cap°.xv.

Congregatio hypocritæ ſterilis: & ignis deuorabit tabernacula eorum: qui munera libenter accipiunt: Concepit dolorem & peperit iniquitatem: & uterus eius præparat dolos. Iob.c.xxvii.

Quæ eſt.n.ſpes hypocritæ ſi auare rapiat: & non liberet deus animam eius? Nunquid deus audiet clamorem eius: quum uenerit ſup eum anguſtia? aut poterit in omnipotente delectari: & inuocare deum omni tempore. Eccleſiaſtes c°.viii. Ecclāſtes.

Vidi impios ſepultos: qui etiam quum adhuc uiuerent: in loco ſancto erant: & laudabantur in ciuitate: quaſi iuſtorum operum. Sed & hoc uanitas eſt. Iſaias.c.ix. Iſaias

Omnis hypocrita eſt & neq̃. Eccleſiaſtici c°.p°. Ecclāſtici.

Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum: & nõ ſcandalizeris in labiis tuis. Eccleſiaſtici.c.xix.

Eſt q neqter humiliat ſe: & interiora eius plena ſunt dolo. Hieremias.c.viiii. Hieremias

In ore ſuo pacem cum amico loqtur: & occulte ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his non uiſitabo? dicit dominus: aut in gente huiuſcemodi non ulciſcetur anima mea? Matthæus.c.vi. Matthæ⁹.

Quum ergo facis eleemoſynam noli tuba canerẽ ante te: ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis: & i uicis: ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis: receperunt mercedem ſuam.
Matthæus Ibidem.

Quum autẽ oratis nõ eritis ſicut hypocritæ: q amãt in ſynagogis: & in angulis plateaꝝ ſtantes orare: ut uideantur ab hoibus. Amen dico uobis receperunt mercedem ſuam. Matthæi.c.vii.

Attendite a falſis prophetis: qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Marcus — Marcus cap°.xii.
Cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare: & salutari in foro: & in primis cathedris sedere in synagogis: & primos discubitus in cœnis: qui deuorant domos uiduarum sub obtētu prolixæ orationis: hii accipient prolixius iudicium. Lucas c°.vi.

Lucas — Hypocrita eiice primum trabē de oculo tuo: et tunc pspicies: ut educas festucam de oculo fratris tui.

Augustin° — Augustinus de cōmuni uita clericorum: & habetur.xii.q.i.Nolo ut aliquis.
Qui enim hypocrita: est mortuus est.
Augustinus in sermone: & habetur.xii.q.i.Certe ego.
Nolo habere hypocritas: Malum.n.esse quis nesciat? Malum est cadere a proposito: Sed peius est simulare propositum.
Augustinus in sermone domini in monte.
Quisqs appetit uideri quod non est: Hypocrita est. Simulat.n.se iustum: nec exhibet: Quia totū fructum in laude hominum ponit.
Aug.super illud.Iob.xxvii.Quæ est spes hypocritæ.
Hypocrita qui latine dicitur simulator: auarus est: Qui dum inique agens desyderat de sanctitate uenerari: laudem uitæ rapit alienæ.
Augustinus super ps.lxiii.
Simulata æquitas non est æquitas: sed iniquitas duplex: quia iniquitas est: & simulatio.
Aug.super illud Matthæi.vii.Qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium.
Quum cæperint aliquibus tētationibus ea ipsa uel subtrahi uel negari: quæ illo uelamine consecuti sunt: uel cōsequi cupierunt: Tunc necesse est: ut appareat utrum sit lupus in pelle ouina: an ouis in sua. Hieronym° in epistola ad Filiā Mauricii.

Hierony°. — Sancta magis esse: q̄ uideri stude.
Hieronym° super illud Matthæi.vi. Populus hic labiis me honorat.
Quia strepitu labiorum benedicunt dominum: & immundi mente ueritati interius contradicunt.
Idem super Isaiam li°.vi.
Si castum me simulo & aliud est in conscientia: habeo gloriam mercenariam: sed supplicia peccatoris: & in comparatione duorum malorum: leuius est in alium aperte peccare: q̄ simulare & fingere sanctitatem. Ambrosius li°.de officiis: & habetur.xi.q.iii.Si quis uero.

Ambrosi°. — Veritas ea regula est: ut nihil facias commendandi tui causa: quo minor alius fiat: Neq; si quid boni operis habeas: id ad deformationem alterius: & uituperationem exerceas. Non defendas improbum: & sancta indigno committenda: non arbitreris: neq; iterum arguas & impugnes: cui° crimen nō deprahenderis. Ambro.li°.ii.de Officiis.
Quales haberi uolumus: & tales simus.
Ambro.in sermone habito de Dominica Abraam.& habetur.xxii.q.v.Cauete.
Cauete fratres mendacium. Quia omnes q amant mendacium filii sunt Dyaboli: non solum in falsis uerbis: sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium nāq; est se Christianum dicere & opera Christi non facere. Mendacium est episcopum: sacerdotem: uel clericum se profiteri: & contraria huic ordini operari.
Ambrosius in sermone.
Latet plerumq; sub tristi amictu lasciuia: & deformis horror uili ueste obtegitur: ut secreta petulantium tegantur aioz.
Gregor.li.p°.moralium.

Gregorius — Veh peccatori terram ingredieti duabus uiis. Duabus quippe uiis terram peccator ingreditur: quando: & dei est: quod opere exhibet: & mundi: quod per cogitationem quærit.
Greg.li°.iiii.moralium.
Omnis hypocrita corpus per abstinentiam affiicit: Sed tamen per amorem gloriæ mundo uiuit.
Idem li.viii.Moralium.
Hypocrita paratior est mori q̄ corripi. Redargutione deterior redditur: & quasi diræ percussiōis æstimat iaculum puritatis uerba.
Gregorius Ibidem.
Simon crucem portans nequaq̄ moritur: Quia omnis hypocrita corpus qdem per abstinentiam affiicit: Sed tamen per amorem gloriæ mundo uiuit.
Ibidem.
Non indues uestem ex lana linoq; contextam. Per lanam simplicitas: p linum subtilitas designatur. Et nimirum uestis q̄ ex lana linoq; cōtexitur linū interius celat: lanāq; exterius demonstrat. Vestem ergo ex lino lanaq; contextam induit: qui in locutione: uel actione: qua utitur intus subtilitatē maliciæ cooperit: & simplicitatem foris innocentiæ ostendit. Gregorius.li.viii.moralium.
Quid in cunctis suis operibus hypocrita sperat: nisi reuerentiam honoris: gloriam laudis: a melioribus metui. Sanctus ab omnibus uocari. Ecce quomodo adulteratur liquor balsami.
Gregorius li.xi.moralium.
Hypocritæ quo exterius hominibus placent: eo se interius aspicere negligunt: totos q; se in uerbis proximoꝝ fundunt. Et sanctos se esse existimant: quia sic se haberi ab hominibus pensant.
Grego.li.xv.moralium.
Vult hypocrita scire diuina eloquia: nec tamen facere: uult docte loqui: nec tamen uiuere.
Gregor.li.xvi.moralium.

Hypocritæ ante districtum iudicem excusationē de ignorantia habere non possunt. Quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostē tant: ipsi sibi sunt testimonium: quia bene uiuere non ignorant.

Gregorius lib. xvi. moralium.

Hypocritæ per causas dei intentioni deseruiunt sæ/culi: quia per ipsa quoq; quæ se agere sancta osten dunt: non conuersationem quærunt hominum: sed auras fauorum.

Idem lib. xx. moralium.

Hypocrita ut sine fine crucietur: uiuere sine fine cō pellitur: ut cuius uita hic mortua fuit i culpa: illic eius mors uiuat in pæna. Dicat ergo. Luet quæ fa cta omnia: nec tamen consumetur: quia cruciatur & non extinguitur: moritur & uiuit: deficit & sub sistit: finitur semper & sine fine est.

Gregorius mor. xxiii. & habet Di. xli. Sæpe se.

Sæpe se uitia ingerunt: & se esse uirtutes mention/tur. ut tenacitas parsimonia: effusio largitas: cru/delitas zelus iustitiæ: Remissio pietas uelit uideri.

Gregorius moralium lib. xxxii.

Vitia se simulant sæpe uirtutes. Nam dissoluta re/missio quasi mansuetudo: & pietas habetur. effu/sio misericordia creditur. Malorum pertinacia cō stantia dicitur: timor incompetens humilitas puta tur: uocis superbia uera libertas æstimatur: & pi/gricia quandoq; quasi quietis continentia attendi tur: & inquietudo uigilantia nominatur.

Gregorius in Registro.

Hypocritæ ueste despecti sunt: & corde tument: & quasi in hoc mundo cuncta despiciunt: Et tamen ea quæ mundi sunt cuncta simul adipisci quærūt.

Io. Chrys. Io. Chrysostomus super Matthæum.

Herodes deuotionem promittit: sed gladium acuit: & maliciā cordis depingit colore humilitatis. Hu/ius personam repræsentant hypocritæ: qui dum si ctē deum quærunt: illum nunq̄ merētur inuenire.

Ioannes Chrysostomus super Matthæum. iii. Nisi abundaueritis iusticia.

Phariseorum iusticia erat in ostentatione operis: & non in rectitudine intentionis: in locutione: nō in opere: in corporis afflictione: non in mandatorum obseruatione: in minoribus obseruantiis: relictis grauioribus legis.

Io. Chrysostomus super Matthæum. vii.

Nulla res sic exterminat bonū: sicut simulatio. Nā malum sub specie boni celatum: dum non cogno/scitur: non cauetur.

Io. Chrysostomus super Matthæum. vii.

Lupus tectus pelle ouina per uocem cognoscitur: & per actū: ouis: ballat inclinata deorsum: lupus ulu lat contra cælum. Hoc superbiæ: Illud humilita/tis signum: ouis hærbam manducat: lupus carnē.

Isydorus lib. x. ethymologiarum.

Isydorus Hypocrita græco sermone in latino simulator inter pretatur. Qui dum uitiis malus sit: bonum se esse palam ostēdit. Hypocrita enim falsum criminum iudicium interpretatur.

Isydorus de summo bono lib. iii.

Non semper latent hypocritæ. Nam & si in princi/pio sui quidem non pateant: prius tamen q̄ uita eo rum puniatur: q̄ simulate uixerint detegeť. Om/ne syncerum: syncerum permanet: Quæ autem si mulata sunt: diu esse non possunt.

Isydorus de summo bono lib. iii.

Omnia uitia possunt a simplicib⁹ perpetrari. Simu latio uero & hypocrisis non committuntur: nisi a male astutis per calliditatem ualentibus uitia sub specie uirtutis celare: modo ueram sanctitatē abii cere.

Bernard⁹. Bernardus super cant. sermone. lxvii.

Hypocritæ ueniunt in uestimentis ouium ad demē das oues: & spoliandos arietes. Hii oues sunt habi tu: astucia uulpes. Actu crudelitatem lupi habēt: neq; est apud eos uirtutes colere: sed iniqua tolera re quasi quodam uirtutis intuitu.

Seneca Seneca ad Lucillium epistola. xiii.

Illud te ammoneo ne eorum more qui non profice/re: sed conspici cupiunt facias aliqua quæ in habi tu tuo aut genere uitæ notabilia sint. Asperū cul tum: & uitiosum caput: & negligētiorē barbam: & indictum argento odium: & cubile humi posi/tum: & quicquid ad laudē peruersa uia sequitur: euita.

Seneca epistola. xiii.

Nempe propositum est secundum naturam uiueť. Hoc autem contra naturam est torquere corpus suum & fertiles odisse mundicias: & squalorē ap/petere: & cibis nō tantum uilibus uti: sed horridis.

Seneca epistola. xlii.

Multorum quæ imbecillia sunt latent uitia. Instru menta illis explicandæ nequiciæ desunt: Sic tuto serpens pestifera tractatur: dum riget frigore: non desunt tamen illi uenena: sed torpent. Multorum crudelitas: luxuria: & ambitio: ut pia pessimis au deat fauor fortunæ defuit.

Seneca ad lucillium epistola. lxxx.

Virtutem bona sequitur fide: qui se non exornat & pingit: sed idem siue denunciato uideatur siue im peratus: at subito nihil simulatio proficit. Veritas in omnem partem eadem est.

Seneca ad Lucillium epistola. lxxx.

Vis uideri ab hominibus an non? Nunq̄ bonæ ho/nestatis est longa simulatio. Quid de alienis mori/b⁹: & tuis iudices: multi sunt obligādi: pauci sunt offerendi.

Seneca ad lucilliū epistola. lxxxvii.

Multo magis ad rē ptinet qualis tibi: q̄ qualis aliis

uideans. Seneca ad Lucillium epistola.lxxxvii.
· Nunq̃ bona fide uitia mansuescunt. Tigres & leones nunq̃ feritatem exuunt: aliquãdo submittũt: Et quum minime expectaueris exasperatur toruitas mitigata.
Seneca in prouerbiis.
· Malus ubi se bonum simulat: tunc est pessimus.
Aristoteles Aristoteles lib.viiii.ethicorum.
· Qui fingit se amicum: & non est: peior est eo: qui facit falsam monetam.
Cicero. Cicero lib.i.officiorum.
· Compendiaria est uia ad gloriam: ut qualis quisq̃ haberi uult: talis sit.
Cicero lib.de amicicia.
· Aperte enim odisse uel amare: est magis ingenui: q̃ fronte occultare sententiam.
Cicero lib.de amicicia.
Simulatio in omni re est uitiosa. Tollit enim Iudicium ueri: idq̃ adulterat: tum amicicię repugnat.
Val.max. Valerius maximus lib.vii.titulo. Sapienter dicta aut facta.
Socrates expedita & compendiaria uia eos ad gloriam peruenire dicebat: qui id agerent: ut quales uideri uellent: tales etiam essent: Qua quidẽ prędicatione aperte monebat: ut homines ipsam potius uirtutem haurirent: q̃ umbram eius consectarentur.
L.Diogen. Laertius Diogenes de uita. & moribus philosophorum.
Nullę sunt occultiores Insidię: q̃ hę quę latẽt in simulatione officii: aut in aliquo necessitudinis nomine: Nam eum qui palam est aduersarius: facile cauendo uitare potes: Et troianus equus ieciroo fefellit: quia formam Mineruę mentitus est: Dicebat Diogenes philosophus. Ibidem
Exp° Epi. Inimici pessimi sunt: fronte hylari: corde uero tristi.
Ex primo Epigrammaton.
μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλόν τινα κότα
χειστὸν λόγοισι πολέμιον δὲ τοῖσ τρόποισι.
Odi uirum duplicem natum
Bonum sermonibus: inimicum autem moribus.
Iuuenalis. Iuuenalis satyra.ii.
Frontis nulla fides: Quis enim non uicus abundat.
Tristibus obscęnis? Castigas turpia: quum sis.
Inter Socraticos notissima Fossa cynedos.
Iuuenalis Ibidem.
Hunc ego fatis
Imputo: qui morbum uultu incessuq̃ fatetur.
Horum simplicitas miserabilis: his furor ipse
Dat ueniam. Sed peiores qui talia uerbis
Herculis inuadunt: & de uirtute locuti
Clunem agitant.

Istoria dictio graeca est ἱστορία ασ.α. & ἱστορέω historiam narro dicitur. Est autem historia rerum gestarũ expositio. Differtq̃ ab annalibus: quod historia est genus: annales uero species. Sunt enim annales rerum gestarũ narrationes: & plurium annorum obseruato cuiuscunq̃ ordine anni. Sicuti Diarium est historia: quę per singulos dies scribitur: & a graecis ἐφημερίς dicitur. Iuuenalis. In cuius manib⁹ seu pinguia succina tritas Cernis ephemeridas. Historia uero utrunq̃ comprehendit Ex Aulo gelio. noc. at.lib.v.c.xviii. Seruius tamen super primo Aeneidos aliter sensit: & male ut reor. Praeterea annales maximi dicebantur a pontificibus maximis facti: quibus data potestas erat memoriam rerum gestarum in tabulas referendi.



Omo graece ἀνθρωπος ου.ο.ῆ. dicitur. Est autem homo aial ratiõale: & mortale. Diciturq̃ nõ ab humo: ut Varro Inquit quoniam id est commune omnibus animalib⁹: Sed a concordia: nam ὁμόνοια ασ.α. concordia ẽ. & consensus: & ὁμονοέω quod est concordo: cõsentio. Est enim homo omnium animalium maxime sociabilis. Quare a consortio: & concordia hominem dictum existimam⁹. Nam ὅμοιος.ου. ὁ. similis: & ὁμοιότης.ητος.ἡ. similitudo dicitur. unde homographia similis scriptura: siue pictura. Homonymus eiusdem nominis. Homoptopon similiter cadens. Virgi. Sed neq; currentem: nec se cognouit euntem: Tollentemq̃ manus: saxumq̃ immane mouentem. Homotoleuton similiter desinens: quum plures dictiones in eadem uocem terminantur. Ab homo ueniunt eius diminutiua: Homuncio: Homunculus: & homululus: q graece ἀνθρωπάριον dicitur: & Homicida: homicidium: human⁹ & humanitas: de quib⁹ Infra.
Genesis. Genesis cap.i. dixit deus.
· Faciamus hominem ad imaginem: & similitudinẽ nostram. Genesis cap.viiii.
Ad imaginem dei quippe factus est homo.
Iob. Iob.cap.viii.
· Sicut umbra sunt dies nostri super terram.
Iob.cap.xiii.
· Quasi putredo consumendus sum: & quasi uestimẽtum quod comeditur a tinea.
Iob.cap.xiiii.
· Homo natus de muliere breui uiuẽs tempore repletur multis miseriis: Qui quasi flos egreditur: & cõteritur: & fugit uelut umbra: & nunq̃ in eodem

stato permanet. Iob.cap.xvi.
Ecce enim breues anni transeunt: & semitam p quã non reuertar ambulo. Iob c°.xxv.
Homo putredo: & filius hominis uermis. Iob cap.xxxiiii.
Dauid. Deficiet omnis caro simul: & homo in cinerem re/uertetur. Dauid psal.viii.
Quid est homo? q memor es eius: aut fili⁹ hominis quoniam uisitas eum. Minuisti eum paulo minus ab angelis. Gloria & honore coronasti eum: & cõ/stituisti eum super opera manuum tuarũ. Ibidem.
Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius. oues & boues uni uersas insuper & pecora campi. Volucres cæli & pisces maris: qui perambulant semitas maris. psal.xxxviii.
Vniuersa uanitas omnis homo uiuens: uerum tamẽ in imagine pertransit homo: Sed & frustra cõtur batur. Thesaurizat: & ignorat cui cõgregauit ea. psal.lxxxviii.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies anno/rum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autẽ in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor. psal.cxliii.
Prouer. Homo uanitati similis factus est: dies eius sicut um/bra prætereunt. Prouerbiorum cap.xxvii.
Ne gloriẽris in crastinum commorans: quid supuen tura pariat dies. Prouerbiorum cap.xxxi.
Ecclãstes. Fallax gratia: & uana est pulchritudo. Ecclesiastes cap.i.
Vanitas uanitatum: & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo quo laborat sub sole? Ibidem.
Vidi quæ fiunt cuncta sub sole: & ecce uniuersa ua nitas: & afflictio spiritus. Ecclesiastes cap.v.
Sicut egressus est nudus de utero matris suæ: sic re/uertetur: & nihil auferet secum de labore suo. Mi serabilis prorsus ĩfirmitas. Quomodo uenit: sic re uertetur. Quid ergo prodest ei quod laborauerit ĩ uentum? Cunctis diebus uitæ suæ comedit in tene bris: & in curis multis: & in erumna: & tristicia. Ecclesiastes cap.vi.
Non ne ad unum locum properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non im/plebitur bonis. Ibidem cap.viii.
Nemo est qui semper uiuat: & qui huius rei habeat fiduciam. Ibidem.
Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiũtur hamo: & aues laqueo compræhẽduntur: sic capiũ tur homines ĩ tempore malo: quum eis extemplo tempus superuenerit. Ecclesiastes cap.x.
Ignorat homo quid ante se fuerit: & quod post se fu turum est: quis ei poterit indicare? Ecclesiastici cap.viii.
Ecclãstici. Memento: quoniam omnes in corruptione sum⁹. Ecclesiastici cap.x.
Quum enim morietur homo: hæreditabit serpen/tes: & bestias: & uermes. Ecclesiastici cap.xiiii.
Omnis caro sicut fœnum ueterascet: & sicut foliũ fructificans in arbore uiridi. Alia generantur: & alia deiiciuntur: sic generatio carnis: & sanguinis: alia finitur: & alia nascitur. Omne opus corrupti/bile in fine deficiet: & qui illud operatur ibit cum illo. Ecclesiastici cap.xvii.
Numerus dierum hominum ut multum: centũ ãni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt. Ecclesiastici cap.xl.
Occupatio magna creata est omnibus hominibus: & iugum graue super filios Adam: a die exitus de uentre matris eorum: usq; in diem sepulturæ ĩ ma trem omnium. Ibidem.
Hieremias. Omnia enim quæ de terra sunt in terram conuer/tentur. Hieremias cap.xvii.
Maledictus homo qui confidit in homine. Idem cap.xx.
Paulus. Quare de uulua egressus sum: ut uiderem laborẽ: & dolorem? & consumerentur in confusione dies mei? Paulus ad Corynthios primæ c°.vi.
Nescitis qm corpora uestra membra sunt Christi? Paulus ad Corynthios secđæ.cap.v.
Dum sumus in hoc corpore peregrinamur: a domi no. Per fidem enim ambulamus: & non per speciem.
Augustin⁹. Augustinus lib.de quantitate animæ.
Anima facta est similis deo: quia immortalem: & in dissolubilem fecit eam deus. Imago ergo ad formã pertinet: similitudo ad naturam. Aug.super Ioannem sermone.xviii.
Alia uita pecorum: alia hominum: alia angelorum: Vita pecorum terrenis uoluptatibus æstuat.i.sola terrena quærit: Vita angelorum sola cælestia: Vi/ta hominum media est: inter uitam angelorum: & uitam pecorum. Si uiuet homo secũdum carnem pecoribus coniungitur: Si secundum spiritum an gelis sociatur. Augustinus lib.de Ioseph.
Gregor⁹. Procliuis & mutabilis est in utrunq; humana con/ditio: ut quocunq; intenderit: eo perpendat: & uer gat: uel ad studia uirtutum: uel ad illecebras deli/ctorum. Gregorius lib.iiii.moralium.
Ad hoc homo positus erat in paradiso: ut si ad cõdi toris sui obedientiam uinculis charitatis astringe/ret: ad cælestem angelorum patriam quandoq; si/ne carnis morte transiret.
Io. Chrys. Io.Chrysostomus super Matthæum.
Animalia fecit deus propter hominem: hominem

propter se ipsum: Si ergo animalibus ministrat ꝑ pter hominem: quomodo hominibus nō ministrabit propter seipsum?

Ioannes Chrysostomus Ibidem.

Omnem creaturam sensibilem deus armatã: & munitam creauit. Alios ueloci pedum cursu: alios unguibus: alios pennis: alios cornibus: hominem solum sic disposuit: ut uirtus illius sit ipse deus: & in eo quo inferiorem eum fecit: in ipso fortiorem esse uoluit in se: ut necessitate infirmitatis coact⁹ semper necesse habeat dominum suum requirere.

Idem super Matthæum.x.

Præ omnibus malis hoc ē pessimum malum: Quælibet bestia unum habet: & ꝓprie malum. Homo autem omnia. Diabolus enim ad iustum accedere non audet. sed malus homo non timet: sed cõtemnit.

Bernard⁹. Bernardus lib. Meditationum.

Homo nihil aliud est: q̃ sperma fœtidũ: saccus stercorum: & cibus uermium. Post hominem uermis: post uermem fœtor: & horror. Sic in hãc speciem uertitur omnis homo.

Bernardus lib. meditationum.

Cor hominis sicut molendinum uoluitur uelociter: & nihil respuit: Sed quicquid imponitur mollit. Si autem nihil apponitur: seipsum consumit. Semp est i motu: nunq̃ quiescit. Sed siue dormiat: siue uigilet: somniat: & cogitat quicquid illi occurrit. Et sicut molendinum harenam si imponatur exterminat: pix: inquinat: palea occupat: Sic cor cogitatio amara perturbat: immunda maculat: uana inquietat: & fatigat. & dum futurum non curat gaudium: nec diuinum quærit auxilium: ab amore cælesti elongatur: & inuoluitur in istis uanis: Illud recipit cupiditas: deducit cupiditas: allicit uoluptas: seducit & polluit luxuria: torquet inuidia: turbat iracundia: cruciat tristicia.

Ber. de Consideratione uilitatis humanæ

Septem sunt de essentia hominis: quæ si homo consyderaret: in æternum non peccaret. ℂ. Materia uilis: operatio turpis: Exitus flebilis: Status instabilis: Mors tristabilis. Dissolutio miserabilis: Dãnatio detestabilis: & consyderatio gloriæ ineffabilis.

Idem super cant. sermone. xlviii.

Donec in carne est anima: inter spinas profecto uersatur: & necesse est patiatur inquietudines tentationum: tribulationumq; aculeos: Videat q̃ uigilẽ sollicitamq; esse oporteat super custodia sui: septa undiq; spinis. Hinc inde aculeos intendẽtibus. unde dicitur sicut lilium inter spinas.

Bernardus super cant.

Homo quum in honore esset non intellexit. In quo honore? Habitabat in paradiso: & in loco uoluptatis conuersatio eius: nihil molestiæ: nec indigẽtiæ sentiebat: odoriferis stipatus malis: fulcitus floribus. Gloria & honore coronatus: & constitutus super opera manuum plasmatoris. Magis autem ob insigne diuinæ similitudinis præcellebat: & erat illi sors: ac societas cum plebe angelorum: & cũ omni militia cælestis exercitus. Sed mutauit istã gloriam in similitudinem uituli comedentis fœnum.

Ibidem.

Heu tristis & lachrymosa mutatio: ut homo paradisicola: terræ dominus: cæli ciuis: domestic⁹ domini Sabaoth: super deorum spirituum & cælestium uirtutum cohæres: repentina se conuersione inuenit: & propter infirmitatem iacentem in stabulo: & propter pecorinam similitudinem indigentem fœno: & propter indomitam feritatem alligatum præsepio: sicut scriptum est. In camo & freno maxillas eorum constringe &c.

Bernardus ibidem.

Vide hominem prius quattuor uirtutibus amictũ: Quid huic deerat? quẽ misericordia custodiebat: Veritas docebat: Iusticia regebat: pax fouebat.

Hugo in dydascalicon lib. i. Hugo.

Cortex ambit arborem: Penna tegit uolucrem: Piscem squamma operit: lana ouem induit: Pilus iumenta: & feras uestit: Cõcha testudinem excipit. Ebur elephantem iacula non timere facit. Nec tamen sine causa factum est: ꝙ quum singula animalium naturæ suæ arma habeant secum nata: solus homo inermis nascitur: & nudus. Oportuit enim: ut illis quæ sibi prouidere nesciunt: natura consuleret. Homini autem ex hoc etiam maior experiẽdi occasio præstaretur: quum illa quæ cæteris naturaliter data sunt: propria sibi rõne inueniret: Multo enim magis enitet nunc ratio hominis hæc eadem inueniendo: q̃ habendo claruisset. Nec sine causa prouerbium sonat. ꝙ Ingeniosa fames omnes excuderit artes. Hugo in summa disciplinari.

Diligenter obseruandum est: ut membra singula suum teneant officium: ut neq; manus loquatur: nec os audiat: nec oculus linguæ officium assumat.

Ibidem.

Alii nauigant brachiis incedentes: in duplici quodam monstro: uno tempore pedibus deorsum i terra ambulantes: & lacertis sursum uolant in aera.

Innocentius de miseria humana. Innocẽt⁹.

Formatus est homo de luto: de puluere: & de cinere: quodcunq; est uilissimo: & spurcissimo spermate conceptus in fœtore Luxuriæ: quodq; deterius est in labe peccati natus ad laborem: timorem: dolorem: miserrimus ad mortem. Agit praua quibus offendit deum: offendit proximum: offendit seipsum. Agit turpia quibus polluit famam: polluit ꝑsonam: polluit conscientiam. Agit uana quib⁹ ne/

gligit sana: negligit utilia: negligit necessaria.

Lactanti⁹. Lactantius Firmia. li°.ii. diuinaꝝ Institutionū.

Omnia enim tribus temporibus côtineri necesse ē: præterito, præsenti: & futuro. Præteriti est origo: præsentis substantia: futuri dissolutio. Quæ omnia in singulis hominibus apparent. Incipimus n. quum nascimur: & sumus: quum uiuimus: & desinimus: quum interimus. Vnde etiam tres parcas esse uoluerunt poetæ: Vnam quæ uitam hominibus ordinat: Alteram quæ contexat. Terciā quæ rumpat & finiat: quæ in hoc uersiculo continentur. Clotho colum baiulat: Lachesis trahit: Atropos occat. Lactantius Firmianus lib. ii. cap. i. diui. Insti. aduersus gentes.

Homines autem ipsos miror ad tantam cæcitatem esse deductos: ut uero: ac uiuo deo mortuos anteferant: Terrenos autem in terraq; sepultos: ei qui fundator ipsius terræ fuit. Et tamen huic Impietati hominum posset uenia concedi: Si olno ab ignorantia diuini nominis ueniret hic error. Ibidē.

At uero si qua grauis necessitas presserit: tunc deū recordantur: Si belli terror infremuerit. Si morborum pestifera uis incubuerit: Si alimenta frugib⁹ longa siccitas denegauerit: Si sœua tempestas: Si grando ingruerit: ad deum confugitur: a deo petitur auxilium. Deus ut subueniat oratur. Si quis in mari uento sœuiente iactatur: hūc inuocat. Si qs aliqua ui affligatur: hunc potius implorat. Si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus: uictum precibus exposcit: deum solum obtestatur: & per eius diuinum atq; unicum nomen: hominū sibi misericordiam quærit. Nunquid igitur meminerunt: nisi dum in malis sunt? Postq̄ metus desertunt: & pericula recesserunt: tum uero alacres ad deorum templa concurrunt. His libant: his sacrificant: hos coronāt. Deo autem: quem in sua necessitate implorauerāt: ne uerbo quidē gratias agūt. Adeo ex rerum ꝓsperitate luxuria: ex luxuria uero uitia omnia: sic impietas aduersus deū nascit.

Lactantius Firmianus lib. ii. cap. xii. di. Insti. aduersus gentes.

Deus igitur rerum omnium machinator fecit hominem: quod Cicero: quis expers cælestium litteraꝝ: uidit tamen: qui libro de legibus primo hoc idē tradidit quod ꝓphetæ: cuius uerba subieci: Hoc animal ꝓuidum: sagax: multiplex: acutum: memor: plenum rationis: & consilii: quem uocamus hominem: præclara quadam conditione generatum eē a summo deo solum: Est enim ex tot animantium generibus: atq; naturis particeps rationis: quum cætera sint omnia expertia. Vides ne hominem q̄uis longe a ueritatis noticia remotum? Tamē: quoniam imaginem sapientiæ tuebatur: intellexisse: non nisi a deo hominem potuisse generari.

Lac. Fir. lib. ii. c°. xiii. diui. Insti.

Quum ergo marem ad similitudinem suam primū finxisset: tum etiam fœminam configurauit ad ipsius hominis effigiem: ut duo inter se permixti sexus propagarē sobolem possent: & omnem terram multitudine opplere. In ipsius autem hominis fictione illarum duarum materiarum: quas inter se diximus esse contrarias ignis & aquæ conclusit: ꝑfecitq; rationem. Ficto enim corpori spirauit ei animam de uitali fonte spiritus sui: qui ē perennis: ut ipsius mundi ex contrariis constantis elementis similitudinē gereret. Constat enim ex anima: & corpore. i. quasi e cælo: & terra: quando quidem anima qua uiuim⁹ uelut e cælo oritur a deo: corpus e terra: cuius e limo diximus esse formatum.

Lactantius Firmianus lib. de opificio dei: uel formatione hominis cap. ii.

Dedit enim homini artifex ille noster ac parens de⁹ sensum atq; rationem: Vt ex eo apperet nos eē generatos: quia ipse intelligētia: ipse sensus: ac ratio est. Ibidem cap. viii.

Quum igitur statuisset deus ex omnibus animalibus solum hominem facere cælestem: cætera uniuersa terrena: hunc ad cæli contemplationem rigidum erexit: ibi pedem cōstituit. s. ut eadem spectaret: unde illi origo est. Illa uero depressit ad terrā: ut quia nulla his immortalitatis expectatio est: toto corpore in humum proiecto uētri pabuloq; seruirēt. Hominis itaq; solius recta ratio: & sublimis status: & uultus deo patri communis ac proximus originem suam fictoremq; testatur.

Seneca ad Lucillium epistola. I. Seneca

Punctum est quod uiuimus: & adhuc puncto minus: Sed hoc minimum specie quadam longioris spacii natura derisit. Aliud ex hoc infantiam fecit: Aliud pueriam: Aliud adolescentiam: Aliud inclinationem quandam ab adolescentia in senectutem ad ipsam senectutem: in qua annus totus quosdam gradus posuit: Cuius breuitatem aliquādo cogitemus.

Seneca ad lucillium epistola. lxxvii.

Omnia sub bono constant. Vitem fertilitas commēdat. Vinum sapor: & uelocitas ceruū: q̄ fortia dorso iumenta sint quæris. In cane sagacitas prima ē si feras inuestigare debet: cursus: si consequi: audacia: si mordere: & inuadere. Illud cuiq; optimum esse debet: cui nascitur: quod cēsetur i homine optima quidem est ratio. Hac antecedit animalia cætera: deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est: cætera illi cum animalibus sa tisq; cōmunia sunt. Est fortis? uidelicet & leones. Formosus est? & pauones. Velox est? & equi: Cor/

pus habet: & arbores. Impetum habet & motũ uo
lũtarium: & bestiæ: & uermes. Habet uocem: sed
quanto clariorem canes: acutionem aquilæ: gra/
uiorem thauri: Dulciorem & nobiliorem luscyni:

Seneca ad Lucillium epistola.lxxvii.

Quod in homine proprium: Ratio. hæc recta & cõ
summata fœlicitatem hominis impleuit. Ergo si om
nis res: quum bonum suum perfecerit: laudabilis
est: & finem suæ naturæ tetigit: hæc ratio perfecta
uirtus eademq; honestum est. Id itaq; unum bo/
num in homine est: quod hominis est. Ibidẽ.

Si quis omnia alia habeat: ualitudinẽ: diuitias: ima
gines multas: frequens atrium: sed malus ex cõfes
so sit: improbabis illum. Item si quis nihil quidem
illorum habeat quæ rettuli: careat pecunia: clien/
tum turba: nobilitate auorum: & proauorum se/
rie: si ex confesso bonus sit: probabis illum. Ergo
hoc unum bonum hominis: quod qui habet / om/
nium aliorum copia damnatur ac reiicitur:

Seneca ad Lucillium Epistola.lxxvii.

Quæ conditio rerum: eadem hominum est. Nauis
bona dicitur: non quæ preciosis coloribus picta ẽ:
nec cui argenteum: aut aureum rostrum ẽ: nec cu
ius tutella ebore cælata ẽ: nec quæ fiscis atq; opib⁹
regiis pressa ẽ: sed stabilis: & firma: & iũcturis aquã
excludentibus: spissa: ad inferendum maris incur
sum solida: gubernaculo parens: uelox: & nõ sen
tiens uentos. Gladium bonum dices: nõ cui deau
ratus est baltheus: nec cuius uagina gemmis disti
guitur: Sed cui ad secandum subtilis acies est: &
mucro munimentum omne rupturus. Regula nõ
q̃ formosa: sed q̃ recta sit quæritur: eo quidem lau
datur: cui comparatur: quod illi proprium est. Er
go in homine quoq; nihil ad rem pertinet: quan
tum aret: quantum fœneretur: a q̃ multis salute
tur: q̃ precioso incumbat lecto: q̃ perlucido po/
culo bibat: sed q̃ bonus sit. Bonus autem est: si ra
tio explicita: & recta & ad naturæ suæ uolunta/
tem accommodata. Hæc uocatur uirtus: hæc est
honestum: & unicum hominis bonum.

Seneca ad Lucillium. epistola.lxxvii.

Quid autem sit uir bonus dicam. Vir bonus quod
honeste se facturũ putauerit faciet sine pecunia:
Si laboriosum erit faciet: etiã si damnosum sit: fa/
ciet etiam si periculosum erit. Rursus quod turpe
erit non faciet: etiam si pecuniam afferat: etiam si
uoluptatem: etiam si potentiam: ab honesto nulla
re deterrebitur: ad turpia nulla spe inuitabitur.

Idem epistola.lxxxxviii.

At qui uiuere Lucilli militare est.

Idem epistola.ciii.

Omnis dies: omnis hora: q̃ nihil sumus ostendit.

Seneca in Hercule Furente Tragœdia.i.

At gens hominum fertur rapidis obuia fatis:
incerta sui: Stygias ultro quærimus undas. Ibidẽ
Mortale cælo non potest iungi genus. Ibidem
Nulli iussu cessare licet.
Nulli scriptum proferre diem.

Valerius maximus lib.ii. Val. max.

Thraciæ uero illa natio merito sibi sapientiæ laudẽ
uendicauerit: quæ natales hominũ flebiliter: exe/
quias cum hilaritate celebrat.

Valerius maximus lib.ii.

Persarum admodum probabile institutum fuit: q
liberos suos non prius aspiciebant: q̃ septimum an
num impleuissent: quo paruulorum amissionem
æquiore animo sustinerent.

Aristoteles epistola ad Alexandrum. Aristotelés

O q̃ contempta res homo: nisi supra humum se ere
xerit. Aristoteles li°.i. Metaphisicæ.

Omnes homines naturaliter scire desyderãt. Ibidẽ

Humanum genus arte: & rationibus uiuit.

Aristoteles lib.i. Metaphisicæ.

Humana natura multipliciter est ancilla.

Aristoteles lib.ii. phisicorum.

Nos sumus quodammodo finis omnium.

Idem.viii. phisicorum.

Homo dicitur minor mundus. s. μικρόκοσμος.

Idem lib.ii. de anima.

Nullum animal excellit hominem: in gustando & tangendo. Ibidem.

Homo est prudentissimum animalium.

Aristoteles lib.ii. de anima.

Molles carne aptos mente dicimus: duros autem ineptos. Aristoteles lib. de causa longitudinis: & breuitatis uitæ.

Gentes quæ in calidis regionibus sunt longioris uitæ sunt: q̃ quæ sunt in frigidis regionibus. Ibidẽ

Lõgissimæ uitæ animalium sunt homo & elephas. Ibidem

Vita animalis stat per humidum & calidũ. Ibidẽ.

Masculi: si non coitiui sunt: naturaliter sunt lõgioris uitæ: q̃ fœminæ.

Aristoteles lib. primo de animalibus.

Nobilissimum & altissimum animal est homo.

Aristoteles lib.i. de animalibus.

Frons magna significat declinantem ad stulticiam. Ibidem.

Frons parua significat leuitatem motus. Ibidẽ.

Frons lata significat paruitatem discretionis. Ibidem.

Frons rotunda significat iracundiam. Ibidem

Omne animal habens aures: habet ipsas mobiles præter hominem. Ibidem

Aures multum prominentes: & magnæ significãt stoliditatem: & garrulitatem. Ibidem

· Situs cordis in medio pectoris est. Sed in homine declinat modicum ad latus: ad sinistram partem.
Aristoteles lib.iii.de animalibus.
· Proprium hominis est canescere in senectute. Ibidē
Impubes castrati non barbescunt. Ibidem
Homo inter animalia est multi seminis.
Aristoteles lib.xv.de animalibus.
· Homines natura pingues raro generant. Ibidem
Sperma hominis est superfluum nutrimenti.
Aristoteles lib.xviii.de animalibus.
Viri multorum pilorum apud coxas: & a parte inferiori: sunt multi coitus.
Aristoteles lib.xviiii.de animalibus.
· Homines tantum canescunt: & non alia animalia: Quia homo habet cerebrum ualde humidum.
Aristoteles lib.iii.Ethicorum.
Homo est principium suarum operationum.
Idem lib.i.polyticorum.
Homo naturaliter est animal polyticum & ciuile.
Ibidem
Homini sermonem natura dedit. Ibidem
· Homo solitarius: aut deus: aut bestia. Ibidem
· Sicut optimum animalium est homo lege fruēs: sic pessimum est animalium homo a lege & iusticia separatus. Idem.vii.polyticorum.
Inter omnia animalia solus homo rationem habet.
Ibidem.
· Finis generationis in uiris: ut in pluribus: est numerus septuaginta annorum: In mulieribus autē quinquaginta annorum.
Aristoteles libro de sensu & sensato
· Solus homo sentit: & delectatur odoribus florum.
Plato Plato in Thimeo.
Propter hoc est nobis datus sermo: ut præsto forent mutuæ uoluntatis indicia.
Porphiri⁹. Porphirius lib.uniuersalium.
Homo differt ab asino qualitate essentiali. i.differētia specifica: quæ dicitur rationalis.
Porphirius Ibidem
Sumus enim rationales nos & dii: sed mortale appositum disiungit nos ab illis.
Lucius Apuleius de deo Socratis.
Præstantissimum animal est homo in terris existēs.
Ibidem.
Improuisa pericula hominib⁹ subito oriunt̄. Ibidē.
Nihil est deo similius: & gratius: q̄ uir animo perfecto bonus: qui hominibus cæteris antecellit: quod ipse a diis immortalibus distat.
Cicero lib.i.de oratore.
Cicero Quid tam porro regium? tam liberale? tam munificum? q̄ opem ferre supplicib⁹: excitar̄ afflictos: dare salutem: liberare periculis: retinere homines in ciuitate.

Idem in prologo Rhœtoricorū ueterum.
Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines passim bestiarum more uagabantur: & sibi uictu ferino uitam propagabant: Nec ratione animi quicq̄: sed pleraq; uiribus corporis administrabant. Nundum diuinæ religionis: nō humani officii ratio colebatur. Nemo nuptias uiderat legitimas: non certos quisq̄ aspexerat liberos. Non ius æquabile quid utilitatis haberet acceperat. Ita ꝓpter errorem atq; inscitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam uirib⁹ corporis abutebatur perniciosissimis satellitibus. Quo tempore quidam magnus uidelicet uir: & sapiens cognouit: q̄ materia esset: & quanta ad maximas res oportunitas inesset hominum animis: si quis eam posset alicere: & præcipiendo meliorem reddere. Qui dispersos homines in agris: & in tectis siluestribus abditos: ratione quadam compulit in unum locum: & congregauit: & eos in unā quāq; rem inducens utilem atq; honestam: propter insolentiam primo reclamantes: deinde propter rationem: atq; orationem studiosius audientes ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos.
Cicero lib.de Somno Scipionis.
· Nihil est illi principi deo: qui omnem hunc mundū regit: quod in terris fiat acceptius: q̄ cōcilia cætus q; hominum iure sociati.
Cicero lib.i.de legibus.
· Animal hoc prouidum: sagax: multiplex: acutum: memor: plenum rationis: & consilii quem uocam⁹ hominem præclara quadam conditione generatum est. Ibidem
Itaq; ex tot generibus nullum est animal præter hominem: quod habeat noticiam aliquam dei.
Cicero lib.i.de legibus.
Est igit̄ homini cum deo similitudo: quod quū ita: Quæ tandem potest esse propior certior ue cognatio? Itaq; ad hominum commoditates: & usus tantam rerum hubertatem natura largita est: ut ea q̄ gignuntur donata consulto nobis: nō fortuito nata uideātur. Nec solum ea quæ frugibus atq; baccis terræ fœtu profunduntur: Sed etiam pecudes: quod ꝑspicuum sit: partim esse ad usum hominū: partim ad fructum: partim ad uescēdū ꝓcreatas.
Cicero lib.i.de legibus.
Ipsum autem hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornauit: sed etiam sensus tanq̄ satellites attribuit: ac nuncios: & rerum plurimarū obscurarum necessarias intelligentias enodauit: quasi fundamenta quædam scientiæ: figuramq; corporis habilem: & aptam ingenio humano dedit. Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum: solum hominem erexit: & ad cæli quasi co

gnationis domiciliiq; pristini conspectum excitavit. Tum speciem ita formavit oris: ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti: quemadmodum animo effecti sumus: loquuntur: & is qui appellatur vultus: qui nullo l animante esse praeter hominem potest: indicat mores: cuius vim graeci norunt: nomen omnino non habent. Omitto opportunitates habilitatesq; reliqui corporis: moderationem vocis: orationis vim: quae conciliatrix est humanae maxime societatis.

Ibidem.

Et enim ratio est qua una praestamus belluis: p quã coniectura valemus: argumentamur: refellimus: disserimus: conficimus: concludimus.

Cicero lib. de senectute.

Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana: ut essent qui terras tuerentur: quiq; caelestium ordinem contemplantes imitarent.

Idem de oratore lib. iii.

O fallacem hominum spem: fragilemq; fortunam: & inanes nostras conceptiões: quae mediocri in spacio: saepe franguntur: & corruunt: & cum ipso cursu ante obruuntur: quam portum cõspicere valuerint. Cicero lib. i. officiorum.

Atq; ut placet stoicis: Quae in terris gignuntur omnia ad usum hominum creari: homines autem hominum causa eẽ generatos: ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint. Idem lib. ii. officiorum.

Atq; ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum: atq; consensu: Sic nulla tam detestabilis pestis est: quae non homini ab homine nascat.

Idem lib. ii. de natura deorum.

Omnium animantium formam vincit hominum figura. Ibidem.

Est enim vis tanta naturae: ut homo nemo velit nisi homini similis esse: & quidem formica formicae.

Cicero lib. ii. de natura deorum.

Quorum igitur causa quis dixerit effectum eẽ mũdum? eorum scilicet animantium: quae rõne utuntur. Hii sunt dii: & homines quibus profecto nihil est melius. Ratio est enim quae praestet omnib⁹. Ita fit credibile deorum & hominum causa factum eẽ mundum: quaeq; in eo mundo sint omnia. Facilius q; intelliguntur a diis immortalibus hominib⁹ eẽ provisum: si erit tota hominis fabricatio perspecta omnisq; humanae naturae figura atq; perfectio.

Ibidem.

Ad hanc providentiam naturae tam diligentem tãq; solertem adiungi multa possunt: ex quibus intelligitur quantae res hominibus a diis: q̃ q; eximiae tributae sunt: qui primus eos humo excitatos celsos: & rectos constituit: ut deorum cognitionem: caelũ intuentes capere possent. Sunt enim ex terra homines: non ut incolae: & habitatores: sed quasi spectatores superarum rerum: atq; caelestium: quarũ spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Ibidem.

Sensus autem interpretes: & nuncii rerum in capite: tanq̃ in arce mirifice ad usus necessarios: & facti: & collati sunt. Nam oculi tanq̃ speculatores altissimum locum obtinent: ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere: Et aures quum sonum recipere debeant: qui natura in sublime fertur: recte in altis corporum ptibus collocatae sunt. Itemq; nares: eo q; omnis odor ad superiora fert: recte sursum sunt. Et q; cibi & potionis iudiciũ eorum magnum est: non sine causa vicinitatem oris secutae sunt. Iam gustis: qui sentire eorum quibus vescimur genera debet: habitat i ea parte oris qua esculentis: & poculentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore aequaliter fusus est: ut omnes ictus omnesq; minimos: & frigoris: & caloris appulsus sentire possimus. Atq; in aedificiis architecti avertunt ab oculis naribusq; dominorũ ea: quae profluentia necessario tetri essent aliquid habitura: sic natura res similes procul emendavit a sensibus. Ibidem.

Terrenorum item commodorum omnis ẽ in homine dominatus: Nos campis: nos mõtibus fruimur: Nostri sunt: amnes: nostri lacus: Nos fruges serimus: nos arbores: Nos aquarum inductionib⁹ terris foecunditatem damus. Nos flumina arcemus: dirigimus: avertimus. Nostris deniq; manibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur. Ibidem.

Quid vero hominum ratio non in caelum usq; penetravit? Soli enim ex animantibus nos astrorum ortus: obitus: cursus q; cognovimus. Ab hominũ genere finitus est dies: mẽsis: annus: Defectiones solis & lunae cognitae praedictaeq; in omne posterũ tempus quae: quantae: quando futurae sint.

Cicero. ii. de na. de.

In homine ratio est: qua nihil potest esse praestanti⁹.

Ibidem.

In homine mens est: In bellua quidam simile mentis: unde oriantur rerum appetitus.

Cicero lib. ii. de divinatione.

Quid dissimilitudo locorum non ne dissimiles hominum procreationes habet?

Cicero lib. ii. de finibus bonorum & ma.

Ad maiora. n. natura nos genuit & cõformavit: ut mihi q̃dẽ vr: ac fieri põt: ut errẽ: sed ita p̃sus existimo. Cicero lib. ii. de finibus bonoꝝ & ma.

Hii viderunt: ut ad cursum equũ: ad arandũ bovẽ: ad indagandũ canem: sic hominem ad duas res: ut ait Aristoteles: intelligendũ: & ad agẽdũ eẽ natũ

quasi mortalem deum.

Cicero li°.ii.de fin.bonorum & maloru.

Homines enim & si multis aliis tamen hoc a bestiis plurimum differunt: q rationem habeant a natura menti datam: & acrem: & uigentem celerrime q multa simul agitanté: & : ut ita dicam: sagacé: quæ: & causas rerum: & cõsecutiones uideat: & similitudines transferat: & disiuncta coniungat: & cum præsentibus futura copulet: omnemq complectatur uitæ consequẽtis statum. Eademq ratio fecit hoiem hominum appetentem: cum q his natura: & sermone: & usu congruentem: ut pfectus a charitate domesticorum: ac suoru currat longi⁹: & se implicet primo ciuium: deinde omnium mortalium societate. Atq: ut ad Architã scripsit Plato: nõ sibi se soli natum meminerit: sed patriæ: sed suis: ut perexigua pars sibi relinquatur.

Cicero li.ii.de finibus bo.& maloru.

Et quoniã eadem natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi: qd facillime apparet: quum uacui curis etiam quid in cælo fiat scire' auemus: his initiis inducti omnia uera diligimus.i.fidelia: simplicia: constantia: Tum uana: falsa: fallentia: odimus: ut fraudem: periurium: maliciã: iniuriã:

Cicero.li.ii.de fin.bo.& ma.in fine.

Ad altiora quædam: & mihi crede Torquate: nati sumus: nec id ex animi solum partibus: in quibus inest memoria rerum innumerabilium: uitæ qdem infinita inest coniectura consequentium: nõ multum a diuinatione differens. Inest moderator cupiditatis pudor: Inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia. Inest in perpetiendis laborib⁹: adeundis q periculis firma & stabilis doloris mortisq contemptio. Homerus in ζ Iliados. Homerus.

οἵη περ φύλλων γενεὴ τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν
φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει
ἄλλα δέ θ' ὕλη
τηλεθόωσα φύει ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη
ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει ἡ δ' ἀπολήγει. idest.

Quale foliorum genus: tale & hominum
Folia quidem uentus humi fundit: alia uero silua
Pullulans gignit quando ueris uenit tempus.
Sic hominum quidem genus aliud quidem nascić: aliud autem moritur. Homerus in o Iliados.

ἀργαλέον δὲ
πάντων ἀνθρώπων ῥῦσθαι γενεήν τε τόκον τε. idest.

Difficile autem
Omnium hominum seruari genus & proles.

Idem in ρ Iliadis.

οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀιζυρώτερον ἀνδρὸς
πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει. idest.

Non quidem certe est aliquid miserius homine.
Omnium quæ spirant: & per terram serpunt.

Idem in ψ Iliadis.

οὐδ' ἄρα πως ἦν
ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι. idest.

Nondum profecto accidit.
In omnibus operibus peritum uirum nasci. Ibidẽ.

πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι. i.

Omnes autem deis indigent homines.

Idem in ξ odyssεæ.

ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις. idest.

Alius enim aliis homo delectatur operibus.

Phocylides. phocylides

σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν καὶ πάντα πρὸς αὐτὴν
λυόμενοι κόνις ἐσμέν. ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται. idest.

Corp⁹ enim ex terra habemus: & pœnitus i ipsam
Soluti puluis sum⁹. Aer uero spiritum recipit. Idẽ.

οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον. ἀλλ' ἐπίκαιρον. idest.

Non multum homines uiuimus temp⁹: Sed breue.

Pallades. Pallades.

ἂν μνήμην ἄνθρωπε λάβῃς ὁ πατήρ σε τί ποιῶν
ἔσπειρεν. παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης.
ἀλλ' ὁ Πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειρώσσων
ἐνέφυσεν.
ἀθάνατόν σε λέγων καὶ φυτὸν οὐράνιον.
ἐκ πηλοῦ γέγονας. τί φρονεῖς μέγα. τοῦτο μὲν οὕτως
εἴποι τις κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ.
εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινόν. ἐξ ἀκολάστου
λαγνείας γέγονας. καὶ μιαρᾶς ῥανίδος.

Hoc est.

Si reminiscentiam homo ceperis pater te qd faciẽs
Seminauit: cessabis a superbia.
Sed plato tibi superbiam somnians indidit.
Immortalem te dicens: & plantam cælestem
Ex cæno natus es: quid superbis ualde? hoc qdẽ sic
Diceret utiq aliqs ornãs figmẽto uenerabiliori.
Si autem rationem quæris ueram: ex immodesta
Libidine natus es: & ex fœda gutta. Sophocles

Sophocles in aiace furente. Vlissis uerba.

ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν. i.

Video enim nos nihil esse aliud: præter

Simulacra: quicunq; uiuimus: uel leuem umbram.
Idem. Aiacis uerba.
αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου.
κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται. i.
Turpe enim est uirum longam appetere uitam
A malis qui nihil liberatur. Idem.
οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν
ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσι θερμαίνεται. i.
Non utiq; emerem ne uerbo quidem mortalem
Quicunq; uanis spebus delectatur.
Virgilius li. iii. Georgicorum

Virgilius. Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi: tristisq; senectus:
Et labor: & diræ rapit inclæmentia mortis.
Ouidius li°. p°. Metamorphoseos.

Ouidius. Prona q; quum spectent animalia cætera terram:
Os homini sublime dedit: cælumq; uidere
Iussit: & erectos ad sydera tollere uultus.
Ouidius Metamorphoseos li°. vi. fa. vi.
Proh superi quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent.
Ouidius Metamorphoseos li°. xv. Fa. iii.
Nostra quoq; ipsorum semper: requie q; sine ulla
Corpora uertuntur: Nec quod fuimus ue: sum'ue
Cras erimus. Iuuenalis satyra. xv.

Iuuenalis Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur:
Quæ lachrymas dedit. Vide supra in Clementia.
Sillius Italicus.

Sillius Non ne uides hominum ut celsos ad sydera uultus
Sustulerit deus: ac sublimia finxerit ora.
Quum pecudes uolucrumq; gen' formas q; ferarum
Segnem atq; obscænam passim strauisset i aluum.
Catullus Elegia prima.

Catullus Mens hominum tantis fluctuat usq; malis.
Dantes Paradisi Cant. c°. xi.

Dantes O insensata cura de mortali
Quanto son defectiui Isillogismi
Quei che ti fano in basso bater lali.

Fran. Pet. Fräciscus Petrarcha Soneto. xxvii.
Quanto piu mauicino al giorno extremo
Che lhumana miseria sol far breue
Piu uegio el tempo andar ueloce & leue.
El mio di lui sperar fallace & sceemo.
Idem Sonetto. lxxxi.
Poi che uoi e io piu uolte habiam prouato
Comel nostro sperar torna fallace
Dietro quel sonno ben che mai non spiace
Leuati il cor a piu fœlice stato.
Questa uita terrena e quasi un prato
Chel serpente tra fiori & lherba giace:
Et se alcuna sua uista a gliochii piace
Et per lassare piu lanimo inuescato.
Voi donche se cerchati hauer la mente
Anci lextremo di queta giamai:
Sequiti i pochi & non la uulgar gente.
Franc. Petrarcha Soneto. ccxxx.
O nostra uita che si bella in uista:
Com perde ageuolmente in un matino
Quel chen multi anni a gran pena saquista.
Franc. Petrarcha Soneto. ccxxxii.
La uita fuge: & non sarresta un hora:
Et la morte uien dietro a gran giornate:
E le cose presente & le passate
Mi dano guerra: & le future anchora.
Fran. Petrarcha Sonetto. cclviii.
Veramente sian noi poluere & umbra:
Veramente la uoglia cæca engorda:
Veramente fallace e la speranza.
Idem Soneto. ccciiii.
O tempo: o ciel uolubil che fugendo
Ingani i ciechi e miseri mortali:
O di ueloci piu che uento & strali
Ora ab experto uostre frode intendo:
Ma scuso uoi: & me stesso reprendo:
Che natura a uolar ui aperse lali:
A me dede ochii: & io pur ne mei mali
Li tens: unde uergogna & dolor prehendo.
Idem Soneto. cccxxi.
Et uegio ben chel nostro uiuer uola:
Et chesser non si po piu duna uolta.



Omicidium ĝ: φόνος. ου. ὁ. & φονεύ-τος. ὁ. hemicida dr. Est autē hemicidium hois ab homine facta cessio. Homicidium uoluntarium dr quod animo: & intentione occidēdi hoiem cum effectu' perpetratur. Componunturq; homicida: & homicidiū ex homo, & cædo.

Genesis c°. viiii. Genesis
Quicunq; effuderit humanum sanguinem: fundetur sanguis illius. Exodi. c. xx. Exodi
Non occides: Exodi. c. xxi.
Qui pcusserit hoiem uolēs occidere: morte moriat. Ibidem.
Si quis per industriā occiderit proximum suum: & per insidias: ab altari meo auelles eum: ut morte moriatur. Ibidē. c. xxii.
Si effringens fur domum: siue suffodiens fuerit inuentus: & accepto uulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit: homicidium ppetrauit: & ipse moriatur.

Leuitici Leuitici cap°.xxiiii.

· Qui percusserit: & occiderit hominem morte mo/ riatur.

Numeri Numeri cap°.xxxv.

· Si quis ferro percusserit: & mortuus fuerit: qui per cussus est: reus erit homicidii: & ipse morietur.

Deuterõii. Deuteronomii c°.v.

Matthæus Non occides. Matthæus.c.v.

· Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio.

Augustin° Augustinus li°.ii. contra Manicheos & habetur.xxiii.q.iiii. Ille gladium.

· Ille gladium accipit qui nulla superiori: ac legitima potestate: uel iubente: uel concedente in sanguinē alicuius armatur.

Aug.li.i.de Ci.dei: & hēt.xxiii.q.v. Si nō licet

Si non licet priuata potestate alicui hominem occi/ dere innocentem: cui occidendi licentiam lex nul la concedit: Profecto etiam q se ipsum occidit ho/ micida est: & tanto nocentior: quom se occiderit: quanto innocentior in ea causa fuit: qua se occidē dum putauit. Aug. ad Publicolam: & habe/ tur.xxiii.q.v. De occidendis.

· De occidendis hominibus: ne ab eis quisq̄ occida/ tur: nō mihi placet consilium: nisi forte sit miles: aut publica functione teneatur: ut non pro se hoc faciat: sed pro aliis: uel pro ciuitate: ubi etiam ipse est accepta legitima potestate: si eius congruit per sonæ. August. li.i. de Ciuitate dei.

· Qui sine publica administratione maleficum inter fecerit: uelut homicida iudicabitur: & tanto am/ plius: quanto sibi potestatem a deo nō concessam usurpare non timuit. August. sup Ioannem.

Homicida dicitur diabolus: non gladio armat°: nō ferro accinctus ad hominem uenit. Verbum semi nauit: & occidit. Noli ergo te putare non esse ho/ micidam: quando fratri tuo mala persuades: occi/ dis. Vt scias quia occidis: audi psalmistam. Filii ho minum dentes eorum arma: & sagittæ linguæ eo/ rum: & machera acuta.

Aug. & hētur de poeni. di.i. Homicidium.

Homicidium lege uetitum putabatur nō aliud esse nisi corporis peremptio. Aperuit ergo domin° om nem iniquum motum ad nocendum fratri in ho/ micidii genere deputari.

Augustinus & habetur ibidē Periculose.

· Periculose decipiuntur qui æstimant eos tātum ho micidas esse q manibus hominem occidunt: & nō potius eos per quos consilium: & fraudem: & ex/ hortationem homines extinguntur.

Hierony°. Hieronymus & habetur.xv.q.i. Si quis.

Si quis non iratus: sed propter disciplinam aliquem uerberauerit: uel palā alicui dederit: et casu occide rit: sicut fieri solet: Quantum ad gratiam innocēs est: qa uoluntatem non opus requirit: Quantum autem ad legem reus est: quia opera lex quærit.

Hieronymus in Iona propheta: & habet xxiii.q.v. Non est nostrum.

Non est nostrum mortem arripere: Sed illatam ab aliis libenter accipere. Hieronym° in Esaia & habetur de poeni. di.i. Omnis iniquitas.

Omnis iniquitas: & oppressio: & iniusticia iudici/ um sanguinis est. Et licet gladio non occidas: uo/ luntate tamen interficis. Hieronymus in Io/ na propheta & habetur.xxiii.q.v. Miles.

· Miles quum obediēs potestati sub qua legitime cō stitutus est hominem occidit: nulla ciuitatis suæ le ge reus est homicidii. Immo nisi fecerit reus est im perii deserti atq; contempti. Quod si sua sponte: atq; authoritate fecisset: in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaq; unde punitur si fecerit iniussus: inde punietur si non fecerit iussus.

Hieronymus in Quæstionibus Exodi: & habetur.xxiii.q.v. Quum minister.

Quum minister iudicis occidit eum quē iudex ius/ sit occidi: profecto si id sponte facit homicida est: & si eum occidat: quē scit a iudice debuisse occidi.

Hieronym° Ibidē & habetur Ibidē. Lex.

Lex æterna ita medio quodā loco posuit aliqua: ut in eis usurpandis merito repræhendatur audacia: in exequendis iure laudetur obedientia. Abrahā si spontaneus in occidendo filio motus fuisset: exe crabilis haberetur. At iubenti deo obsecundans famulatus est. Ambrosius li.iii. de Officiis. Ambros°.

· Pythagoræ præceptum fuit: Nisi iussu imperato/ ris.i. dei de statione non discedere. Idest animam e corpore non educere.

Gregor° & hētur.xxiii.q.viii. Si in morte. Gregorius

Si in morte longobardorum me miscere uoluissem: hodie longobardorum gens nec regem: nec ducem haberet. Sed quia deum timeo: in mortem cuiusli bet hominis me miscere formido.

Gregorius super Ezechielem.

Tot occidimus: quot ad mortē ire quottidie tepidi: & tacētes uidemus. Cassiodor° super ps.lxii. Cassiodo.

Non interest quis occidat: si innocentem aliquis oc cidendum esse pronunciet. Pallades. Pallades

ὡς τοῖσ' ἀνδροφόνους ὡσ διμονας ὄντας ὁρῶμεν

ἐν πάνυ κυμαίζωντι ἀεὶ στὶ γέρας.

τὸν γὰρ γυμνώσαντα μιμνάσσω καὶ ὀλέσαντα

κτεῖνεν ἀεὶ ὡς ἀεὶ ὁ κέδνος ἦτορ ὁ ἐτύγχα μῃ ἔθνι.

ἄρτι δὲ τοῦ κτεῖναντος τοῖς τιτῆσι κα/ λάζει

ἐίρμιον ὡς λωτινὴ ὡς τὸ μέγαρον 'ουίε.

Si homicidas fœliceresse uidemus
Non ualde admiror. Iouis est honor.
Genitorem enim odio prosequens & ille
Interfecisset utiq; Si Saturnus mortalis fuisset.
Sed loco cædis cum Titanibus punit
Legatum tanq̃ latronem in barathrum immittẽs.

Ouidius. Ouidius fastorum li.ii.
Ah nimium faciles: qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.
Idem artis libro primo.

Sillius Vacuas cædis habete manus. Sillius li°.iiii.
Cædunq; feros auertite ritus.

Tibullus Tibullus li.iii.Epistola.iiii.
Nec mea mortiferis infecit pocula fucis
Dextera: nec cuiq̃ certa uenena dedi.

Iuuenalis Iuuenalis satyra.x.
Et qui nolunt occidere quẽq̃
Posse uolunt.
Iuuenalis satyra penultima.
Sed iam serpentum maior concordia parcit
Cognatis maculis similis fera. Q uando leoni
Fortior eripuit uitam leo? Q uo nemore unq̃
Expirauit aper maioris dentibus apri?


Onestas græce: σεμνό/τησ.ητοσ.ἡ'. & σεμνῦ/μα honesto dicitur. Est autem honestas mollis compositaq; morositas. secundum Arist.li.ii. Rhœtoricorum. Honestus græce καλὸς.ου.ὁ'.dicitur. Est autẽ honestum id quod tale ẽ: ut detracta omni utilitate: ullis præmiis fructibusq; per se ipsum possit iure laudari. Q uod quale sit: non tam diffinitione: qua sum usus intelligi potest (q̃q̃ aliquantum potest): q̃ communi omnium iudicio: & optimi cuiusq; studiis: atq; factis: qui p multa ob eam causam faciunt: quia decet: quia rectum: quia honestum est: & si nullum consecutorum emolumentum uident. Vt enim consuetudo loquitur: id solum dicitur: honestum: quod est popularis fama gloriosum. secundum Ciceronem li.ii.de Finibus bonorum & malorum.

Honestum idem est quod spiritualis pulchritudo: uel quod est honore dignum: & est idem quod uirtus ex.b. Tho. scda scdæ.q.cxlv.ar.i. Refertur nõ nunq̃ ad corporis pulchritudinem. Terentius. Ita me dii ament honestus est: hoc est formosus.

Ecclẽsiasti. Ecclesiastici.c°.xi.
Paupertas & honestas a deo sunt.

Augustin°. Augustinus li.ii.de ciuitate dei.
Tanta est probitatis uis: & honestatis: ut pene omnis eius laude moueat humana natura: Nec usq; adeo sit turpitudine uitiosa: ut totum amittat sensum honestatis.

Ambros°. Ambrosius.li.ii.de Officiis.
Tantus splendor honestatis est: ut uitam beatam efficiat tranquillitas conscientiæ: & securitas innocentiæ.

Seneca. Seneca ad Lucillium epistola.xx.
Melius probas honesta: q̃ sequaris. Vides ubi posita sit fœlicitas: sed ad illam peruenire non audes.

Cicero. Cicero li. Officiorum.
Nihil turpe faciendum bono uiro: etiam si ex omni parte lateat: etiam si omnes deos: hominesq; celare possimus: Nihil tamen in nobis auare: nihil iniuste: nihil libidinose: nihil incontinenter esse faciendum. Sapiẽtis enim est proprium nihil quod pœnitere possit facere: nihil iniuste: Sed splendide constanter: grauiter: honeste omnia.
Idem officiorum li.i.
Q uod eni uiriliter magnoq; animo fit: id dignum uiro: & decorum uidetur. Q uod contra fit: id ut turpe est sic indecorum. Quare pertinet quidem ad omnem honestatem: hoc quod dico decorum: & ita pertinet: ut non recondita quadam ratione cernatur: sed sit in promptu.
Cicero officiorum libro.i.
Illud enim honestum: quod sæpe dixim°: etiam si in alio cernimus: tamen nos mouet: atq; illi in quo id inesse uidetur amicos facit.
Cicero Ibidem.
Nihil honestum esse potest: quod iustitia uacet.
Idem libro.iii.
Atq; illud quidem honestum: quod proprie uereq; dicitur: id in sapientib° est solis: neq; a uirtute unq̃ diuelli potest. In his autem: in quibus sapientia pfecta non est: ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo esse potest: sed similitudines honesti esse possunt.
Cicero.iii.libro Officiorum.
Q uum igitur id quod utile uidetur i amicicia: cum eo quod honestum est comparatur: iaceat utilitatis species: ualeat honestas. Ibidem.
Tanta uis est honesti: ut speciem utilitatis obscuret. Ibidem.
Honestate igitur dirigenda utilitas est.


Onor: ĝ: τιμή.ῆσ.ἡ'. & τίμημα.ου.ὁ'. honorabilis dr: & τιμάω honoro. Est autẽ honor proprie reuerẽtia: & dignitas: q̃ quouis ex causa alicui exhibetur. Virg. Haud equidẽ tali me dignor honore. Et quoniam

multa sunt: propter quae honorẽ exhibere solemus: factum ẽ: ut p diuersitate subiectae materiae hoc uocabulum diuersa significet: hinc aliquãdo honorẽ pro pulchritudine ponimus. Virg. Frigid⁹ & siluis aquilo decussit honorem. Aliquando pro obseruãtia: et cultu. Virgi. Sẽper honore meo: sem p celebrabere donis. Interdum pro pudicicia. Nonunq̃ pro praemio. Virg. Ipsis pcipue ductorib⁹ addit honores. Q̃ndoq3 p sepultura. Virgi. Cernit ibi moestos & mortis honore carentes.

Honor municipalis ẽ reipublicae. administratio cũ dignitatis gradu: siue cum sumptu: siue sine erogatione contingens. scdm Callistratum Iurisconsultum. Ab honor fit honoro uerbum: qđ est colo: & ueneror: et honorificum: qđ ẽ plenum honoris: & honestum: & honestas. De quibus infra.

Honor est maximum bonorum exteriorum: scdm Arist. li. iiii. Ethicorum.

Honor est benefactiuae gloriae iudicium scdm Arist. li⁹. i. Rhoet. honor ẽ cuiuslibet uirtutis praemium. scdm. b. Tho. scda scdae. q. cxxviiii. ar. iiii.

Prouerbi. Prouerbiorum cap. v.

· Non des aliis honorem tuum.

Paul. Paulus ad Corinthios primae. c⁹. viiii.

· Bonum est enim mihi magis mori: q̃ ut gloriã meã

Augustin⁹ quis euacuet. Aug. li⁹. v. de Ciuitate dei.

Rex gentium: nationumq; impiorum poenes reges erat: quos ad fastigium honoris nõ ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio prouehebat: Aug. li⁹. v. de Ciuitate dei.

Gloriam & honorem non debet sequi uirtus: Sed ipsa uirtutem. Vnde honores quos expetunt multi Cato petere non debuit: Sed eos ciuitas ob eius uirtutem non petenti dare.

Aug. li⁹. viii. de Ciuitate dei.

Non est in hac uita in actione amandus honor: sed opus: quod p eundẽ honorẽ fit: uel potestatẽ: si recta atq; utilis sit. Greg. Eulogio patriarchae Ale

Gregorius xandrino: & hẽtur di. lxxxxix. Ecce in praefatiõe.

Ego non uerbis quaero prosperari: sed morib⁹: Nec honorem esse deputo: in quo fratres meos honorẽ suum perdere cognosco. Meus namq; est honor uniuersalis ecclesiae. Meus honor ẽ fratrum meorũ solidus uigor. Tunc ego honoratus sum: quum singulis quibusq; honor debitus non negatur.

Gregorius Siagrio Epõ: & habetur. Di. ex. Rationis.

Cum honoris augmento cura quoq; sollicitudinis debet excrescere: ut cultui uestium actiõis quoq; ornamenta conueniant. oportet: ut enixius i cunctis studiis se uestra fraternitas exerceat: & circa subiectorum actus sit cura uigilans.

Grego. Mauricio: & hẽtur. xi. q. i. Sacerdotib⁹. Sacerdotibus autem non ex terrena. Vide in Sacerdos. Infra.

Gregorius in Registro.

· Deiecisti eos dum alleuarentur. Quum alleuatur deiicitur: qui honorib⁹ proficit: & moribus cadit.

Io. Chrysosto. & hẽt di. xli. Multi sacerdotes. Io. Chrys.

· Q ui bene sederit super cathedra: honorẽ accipit ca thedrae. Q ui male sederit: iniuriã facit cathedrae.

Io. Chryso. super Matthaeum.

Honoris magnitudo his qui non digno uiuunt honore stimulus incipit esse poenarum. Ibidem.

· Omnes quidem de suo honore solliciti sunt: de honore autem dei nullus.

Io. Chryso. de reparatione Lapsi.

Honor uerus uirtus animi est. Hic honor nec a Caesaribus praestatur: nec adulatione conquritur. nec pecunia praeparaẽ. Nihil fucati in se habet: nihil simulati: Nihil occulti: hui⁹ honoris successor est nullus accusator: nullus ingratus.

Cassiodorus li⁹. iiii. epistolarum. Cassiodo.

Decet quidem cunctos: patriae suae augmenta cogitare. Sed eos maxime quos respublica sibi summis honorib⁹ obligauit: Quia rectum ẽ: ut eum necesse sit plus debere: qui uisus est maiora suscipere.

Cassiodorus Ibidem.

Dignum enim uidetur: ut qui est sciẽtia praeditus: reddatur honore reuerendus.

Boeti⁹ de Consolatiõe philosophica li. iii. Boetius

Q uis illos igitur putet beatos?

Q uos miseri tribuunt honores.

Seneca epistola. lxviii. Seneca

Nemo eorũ quos diuitiae honoresq; i altiori fastigio ponunt magnus est. Quare ergo magn⁹ uidetur. Q uum basi sua illum metiris. Magnus pomilio licet in monte constiterit. Colossus magnitudinem seruabit: etiam si steterit in puteo. Hoc laboram⁹ errore: q̃ neminem aestimamus ex aequo. Q uum uero uelis aestimatiõe hominis inire: & scire qualis sit: nudum respice: ponat patrimonium: honores: & alia fortunae mendacia. Corpus suum exuat: & animum intuere qualis sit quantusq;: Alieno: an suo magnus.

Seneca ad Lucil. epistola. lxxxii.

Abstrahunt nos a certo diuitiae: honores: potentias & caetera: quae in opinione nostra chara sunt: precio suo uilia: Nihil habent magnificum: quo mentes nostras in se trahant: praeter hoc: q̃ mirari illa consueuimus.

Aristoteles li⁹. i. Ethicorum. Aristoteles

Honor maior est in honorante: q̃ in honorato.

Aristo. li. iiii. Ethicorum.

· Honor est maximum exteriorum bonorum.

Ibidem.

Prauus honore nõ ẽ dign⁹. Arist.li.iiii .Ethicorum.
Honor est præmium uirtutis. Ibidem.
Secundum uirtutem solus bonus honorandus est.
Virtuti perfectæ non est condignus honor. (Idẽ.

Cicero — Cicero li.de Amicicia.
Vbi enim istum inuenies: qui honorem amici anteponat suo? Cicero li.ultio Tusculan. quæst.
Contempto igitur honore: Contempta ẽt pecunia: qd relinquitur quod extimescendum sit?

Salustius — Salustius in Catilinario.
Gloriam: & honorem: & impium bonus: & ignau⁹ æque sibi exoptant. Si bon⁹: uera uia nititur huic: sed ignauus: quia bonæ artes desunt: dolis atq; fallacis contendit.

Val.maxi. — Valerius maximus.li.ii.titulo de institutis antiquis.
Nam & uirtutis huberrimum alimentum ẽ honos.

Ouidius — Ouidius li.p⁹. Tristium: Elegia prima.
Donec eram sospes tituli tangebar amore:
Quærendi q; mihi nominis ardor erat.

Horatius — Horatius sermonum li.p⁹. Satyra.vi.
Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis.

Persius — Persius satyra prima.
An erit qui uelle recuset
Os populi meruisse.


Orror: g̃: φρίκη.ης.ἡ .de frigore. et φρίττω horreo dicitur.
Horror futuræ uitæ est filia luxuriæ: Inq̃tũ reputat bonũ æternũ: ut bonũ arduũ: Quia pp delectatiões uenereas nõ appetit (imo fastidit) bona æterna: ac si nõ essent ardua & summa.
Horror pro tremore aliquando ponitur. Plaut⁹ qs hic horror ẽ. quid pauitas? Interdum p aspect⁹ toruitate. Apul. Quæ quum aspexisset: horrore hoĩs deterritus statim retrocessit. Nõnunq̃ p abominatione. Varro. Ira: odium: horror: eos ab incepto retrahit. Nonnunq̃ p ueneratione. Virg. Arboribus suus horror inest. Ab horror horridulus diminutiuum fit. Persius. Scis comitẽ horridulum trita donare lacerna.i.trementẽ. Horridus itẽ asperũ significat. Virg. Et glacie riget horrida barba.


Ospitalitas: g̃: ξενία.ας.ἡ. et ξενοδοχεῖον.ου.τό. Hospitium dr: & ξενίζω hospitor: & ξένος.ου.ὁ. hospes. Est autem hospes qui ẽ extrane⁹ a domo: sicut aduena in ciuitate: secundum.b.Tho.super Epistola Pauli ad Eph. ii.lec.vi.co.i.fin.
Hospes proprie dr: q priuatim & amiciciæ causa: uel recipit: uel recipitur: Vnde & p amico externo capit: & hospitium pro amicicia. Hospitium ẽt diuersorium significat. Cicero. Ex hac uita discedo tanq̃ ex hospicio: non tanq̃ ex domo: Cõmorandi.n. natura diuersorium non habitandi locum dedit. Hinc hospitalitas facilitas: uel benignitas ĩ recipiendo: & hospitaliter aduerbium: benigne: & faciliter.

Paulus ad Hebræos.c⁹.xiii. — Paulus
Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis.

Petrus primę.c⁹.iiii. — Petr⁹ apo.
Ante omnia autem mutuam in uobis met ipsis charitatem habentes continuã: quia charitas operit multitudinem peccatorum: hospitales inuicem: sine murmuratione.

Aug.contra.v.hæreses. — Augustin⁹
Disce Christiane sine discretione exhibere hospitalitatem: ne forte: cui domum clauseris: cui humanitatem negaueris: ipse sit Christus.

Augustinus contra quinq; hereses.
Obsecutus Loth angelis tanq̃ peregrinis consuetudine hospitalitatis liberatus a periculo ciuitatis: & temporale euasit incẽdium: & æternum consecutus est præmium. Aug.de uerbis apostolĩ.
Ille homo dicitur esse human⁹: q se exhibet esse hominem: & maxime hospitio suscipit hominem.

Hieronymus ad Damasum papam: & habetur.xvi.q.i.c⁹.ultimo. — Hierony⁹.
Quoniam quicquid habẽt clerici pauperum est: & domus illorum omnibus debent esse communes: susceptioni peregrinorum: & hospitum inuigilare debent.

Ambrosius libro de Patriarchis: et hẽtur xxxii.q.vii. Offerebat. — Ambrosi⁹.
Præferebat sanctus Loth domus suæ uerecundiæ hospitalem gratiam: & apud barbaras gentes inuiolabilem. Ambrosius li⁹.de Officiis.
Tanta est apud deum hospitalitatis gratia: ut ne potus qdẽ aquæ frigidæ a præmiis remunerationis immunis sit. Vides qa Abraham deum recepit hospitio: dum hospites quærit. Vides qa Loth angelos recepit. Vnde scis an & tu quũ recipis hoĩem: suscipias Christum? Licet in hospite Christus sit: quia Christus in paupere est: sicut ipse ait. Hospes fui: &c. Ambrosius li⁹.de Officiis.
Est publica species humanitatis: ut peregrinus in hospitio non egeat. Suscipiatur officiose: Pateat aduenienti Ianua.

Gregorius Augustino Anglorum epo: & habetur.xii.q.ii. Mos est. — Gregorius
Mos est apostolicæ sedis ordinato episcopo præcepta tradere: ut de omni stipendio: qd accidit: quattuor debeant fieri portiones: una uidelicet epo & familiæ ei⁹: ppter hospitalitatẽ: atq; susceptiõem: Alia clero: Tercia uero pauperibus: Quarta ecclesiis reparãdis. Io.Chrysostom⁹ sup Matthæũ. — Io. Chrys.

Qualem mercedē habet: q pp deum pegrinat: talē habet: q suscipit peregrinātē: & fiunt ambo æquales: & q propter deum refrigerat: & q propter deum laborat.

Virgilius. Virgilius in primo Aeneidos.
Iupiter hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Homerus. Homerus in ζ Odisseæ.
πρὸς γὰρ διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνοί τε πτωχοί τε. idest.
A Ioue enim sunt omnes
Hospites pauperesque. Idem in θ Odisseæ.
ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται
ἀνέρι ὅστ' ὀλίγον περ ἐπιψαύῃ πραπίδεσσι. idest.
Loco fratris hospes & supplicator est
Viro illi: qui etiam mediocriter sit prudens.
Idem in ι Odisseæ.
Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.
Iuppiter est honorator supplicatorumque: hospitumque
Hospitalis: qui hospites uenerabiles simul comitatur.
Idem in ξ Odisseæ.
Ζεύς τοι δοίη ξεῖνε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι
ὅττι μάλιστ' ἐθέλεις, ὅτι με πρόφρων ὑπέδεξο. idest.
Iuppiter tibi det hospes & immortales dei alii
Quodcunque maxime uis: Qui me promptus hospitatus es. Idem ibidem.
ξεῖν' οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι
ξεῖνον ἀτιμῆσαι. πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνοί τε πτωχοί τε. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε
γίγνεται ἡμετέρη. idest.
Hospes non mihi fas est: neque si uilior te ueniat
Hospes inhonorare: a Ioue enim sunt omnes
Hospites que paupes que donum qdē puum sed gratū
Est nostrum. Idem in ο Odisseæ.
χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. idest.

Hesiodus. Oportet hospitem præsentem honorare: sed uolentem discedere: dimittere. Hesiodus.
μηδὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι. i.
Noli hēre multos hospites: neque sis sine hospitibus.

Menander. Menander.
ξένους πένητας μὴ παραδράμῃς ἰδών. i.
Hospites paupes ne subterfugias quos uideris. Idē.
ξένοις ἐπαρκῶν τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ. i.
Hospitib' succurrēs æqualia cōsequeris qñq. Idē.
ξενίας ἀεὶ φρόντιζε μὴ καταφρονεῖν. idest.
Hospitalitatem semper cura: ne posthabeas. Idē.
ξένοισι πιστός. πιστὸς ὢν γίγνου φίλος. i.
Hospitibus fidis: fidus existens sis amicus. Idem.
ξένον ἀδικήσεις μηδέποτε καιρὸν λαβών. i.
Hospitē iniuria afficies nunquā occasionē nact'. Idē.
ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν. idest.
Hospiti maxime conducit modestum esse. Idem.
ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι καὶ πρᾶξεις καλῶς. idest.
Hospes existens icuriosus sis: & facies bene. Idē.
ξένον σιγᾶν κρεῖττον ἢ κεκραγέναι. i.
Hospiti autem tacere melius quā clamare.
ξένους τιμᾶν ὄχους σέβου. (?)
Hospes natus: hospites cole. Idem.
ξένους ξένιζε καὶ σὺ γὰρ ξένος γ' ἔσῃ. i.
Hospites hospitare: & tu.n. hospes eris. Idem.
πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον. idest.
Peregrinatio uestra facit sapientiorem.

Orizon dicitur ab ὁρίζω quod significat definio & distermino: Et est circulus terminans uisum & hemispherium cæli supius: & principium inferioris. scdm. b. Tho. super. li. de Causis lec. ii. fi.

Vmanitas: g̃: φιλανθρωπία. ας. ἡ. & φιλανθρωπος. ου. ὁ. human' dr. Sumitur autē humanitas tripliciter. s. p natura hominis: & p uirtute q̄ cōsistit i exterior subuētione adescēdēdo defectib' aliorū. scdm. b. Tho. sup Epistola Pauli ad Titum. iii. co. iii. fi. Humanitas prætereā significat eruditionem: atque institutioēm in bonas artes: quas qui sinceriter copiūt: & assequuntur: hii sunt maxie humani. Quare & artes ipsæ liberales humanitatis studia appellata sunt. Nā huius sciētiæ disciplina ex uniuersis alalibus: soli hoī data ē. Ab homo ueniunt human' & humātas. Humanum pprie dr: quod hoīs ē: & ad hoīem spectat. Et qa hō iter oīa alalia morti obnoxia maxime mitis ē: ico human' p facilī: miti & tractabili ponit: unde humātas dr quā græci φιλανθρωπίαν uocāt quasi amorem in homines.
De hac materia uide supra in Amor proximi: Clemētia: Elemosyna: & hospitalitas.

Vmiditas græce ὑγρότης. τητος. ἡ. & ὑγρὸς. οῦ. ὁ: humidus dicitur.
Humidum radicale est totum illud: in quo fundatur uirt' speciei: quod pditum nō pōt restaurari: scdm. b. Tho. pria pte. q. cxviii. ar. i.
Humidum nutrimētale est qd nondum hēt pfectā naturā speciei: sed ē in uia: ut sanguis: & huiusmodi: scdm eundē. Ibidem. Ab humeo pariter fit humecto: qd est humidum facio. Vdum ab humido: qdā sic distingunt. Vt udum sit qd intrinsecus hēt humorem: unde quam dictam uolunt. Virgi. Humidus hiberna uenit de glande Menalcas. Humidum uero quod extrinsecus habet humorem.

HVMILITATIS gradus: Quibus opponuntur xii. gradus superbiae.

- **HVMI litatis grad9.**
  - Secundum beatum Bernardum.
    - Scdm .b. Bñdictum i regula sũt xii. quo[rum] aliq ptinẽt
      - Ad exteriora signa: quorũ aliq̃ cõsistũt i
        - Gestibus exterioribus
          - Prim9. Corde & corpore semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus. — Opõit. Curiositas p quã aliqs curiose ubiq; inordinate circunspicit.
          - iii9. Vt non sit facilis aut promptus in risum. — Op. Inepta Laeticia.
        - Verbis
          - ii9. Vt pauca uerba & rõnabilia loquatur: nõ clamosa uoce. — Op. Leuitas mentis p quã homo superbe se habet in uerbo.
          - iiii9. Taciturnitas usq; ad interrogationem. — Op. Iactantia.
        - Factis. — v9. Tenere. s. in suis opib9: quod habet communis monasterii regula. — Op. Singularitas p quã aliquis uult sanctior haberi.
      - Ad aestimatõnem hois sui defectũ recognoscẽtis: & scdm hoc hẽntur. iii. gradus.
        - vi9. Credere & pnunciare se omnibus uiliorem. — Op. Arrogantia p quã homo se aliis praefert.
        - vii9. Ad oia indignum & inutilẽ se confiteri: et credere. — Op. Praesumptiõ. s. p quã aliqs reputat se sufficientem ad maiora.
        - viii9. Cõfessio peccatorum suo[rum]. — Op. Defensio peccato[rum].
      - Ad appetitũ q refrenari debet: ne imoderate tendat ad alta in. s. ppriã excellẽtiam: et secundum hoc est triplex gradus.
        - viiii9. Vt pro obedientia in duris & asperis patientiam amplectatur. — Op. Simulata cõfessio: per quam quis non uult subire poenam p peccatis q̃ simulate cõfitetur.
        - x9. Vt cum obedientia subdat se maiori. — Op. Rebellio.
        - xi9. Vt uoluntatem ppriam non delectetur implere. — Op. Libertas p quam homo delectatur libere facere quod uult.
      - Ad radicem q̃ est Reuerẽtia deo debita. — xii9. Vt deum timeat: & memor sit omnium quae praecepit. — Op. Consuetudo peccãdi quae inducit dei contemptum.
  - Scdũm beatũ Anselmum libro de similitudinib9. sunt septẽ. quorum aliqui pertinẽt ad propriae Abiectionis
    - Opinionem.
      - Hominem se cõtẽptibilem cognoscere.
      - Hoc non dolere.
    - Manifestationem.
      - Hoc confiteri.
      - Hoc persuadere.
    - Voluntatem.
      - Patiẽter sustinere haec dici.
      - Pati cõtemptibiliter se tractari.
      - Hoc idem amare.
  - Secundum Glosam super Matthaeum cap9. iii. Sic enim decet omnem iusticiam: & caetera.
    - Sufficiens. s. — Subdere se maiori: & nõ praeferre se aeq̃li.
    - Abundãs. s. — Subdere se aequali: nec praeferre se minori:
    - Perfecta. s. — Subdere se minori: In quo est ois Iusticia.



VMILITAS . græce ταπεινότης.ητος.ἡ. & ταπεινός.οῦ.ὁ. humilis dicitur. Est autẽ humilitas secũdum Bernardum de gradibus humilitatis uirtus qua uerissima sui cognitione sibi ipsi quilibet uilescit. Humilitas: ut Ibidem: ẽ contemptus propriæ excellentiæ:

Hũilitas. est ex intuitu propriæ conditionis: & sui conditoris: uoluntaria mentis inclinatio in suo imo ordinabili ad suum conditorem. secũdum Aug.

Dauid. Dauid psalmo.ci.

· Respexit dominus in orationem humilium: & non spreuit preces eorum.

Ecclẽsiastici. Ecclesiastici cap.ii.

In humilitate tua patientiam habe: Quoniam in igne probatur aurum: & argentum: homines uero receptibiles in camino humiliationis.

Ecclesiastici cap.iii.

· Quanto magnus es humilia te in omnibus: & corã deo inuenies gratiam. Quoniam magna potẽtia dei solius: & ab hominibus honoratur.

Ecclesiastici cap.vii.

· Humilia ualde spiritum tuum: quoniam uindicta carnis impii ignis & uermis.

Ecclesiastici cap.x.

· Quid superbis terra & cinis?

Ecclesiastici cap.xxxv.

· Oratio humiliantis se nubes penetrabit: & donec ꝓpinquet non consolabitur: & non discedet: donec

Isayas altissimus aspiciet. Isayas cap.lxvi.

· Ad quem respiciam nisi ad pauperculum: & contritum spiritu: & trementem sermones meos?

Iob Iob cap.xv.

Quid tumet contra deum spiritus tuus?

Matthæ⁹. Matthæus cap.xviii.

· Nisi conuersi fueritis: & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum cælorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cælorum.

Matthæus cap.xx.

· Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri: sit uester minister: Et qui uoluerit inter uos primus esse: erit uester seruus. Idem cap.xxiii.

· Qui autem se exaltauerit: humiliabitur: & qui se humiliauerit: exaltabitur.

Marcus Marcus cap.viiii.

· Si quis uult primus esse: erit omnium nouissimus: & omnium minister.

Lucas Lucas cap.xiiii.

· Quum inuitatus fueris ad nuptias: non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & ueniens is qui te & illum uocauit dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.

Lucas ibidem.vii. & c⁰.xviii.

· Omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.

Paulus ad Corynthios.ii.cap.xi. Paulus

Nunquid peccatũ feci me ipsum humilians: ut uos exaltemini? Paulus ad Galathas cap.vi.

· Nam si quis existimat se aliquid eẽ quum nihil sit: ipse se seducit. Paulus ad Ephesios cap.iiii.

· Obsecro itaq; uos ego uinctus in domino: ut digne ambuletis uocatione: qua uocati estis: cum omni humilitate: & mansuetudine: cum patientia supportantes inuicem in charitate.

Paulus ad Philippenses cap.ii.

· Nihil per contentionem: neq; per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes: non quæ sua sunt singuli cõsyderantes: sed ea quæ aliorum. Iacobus in epistola cap.i. Iacobus

· Glorietur autem frater humilis in exhortatiõe sua: Diues aũt in humilitate sua. Quoniam sicut flos foeni transibit. Exortus est enim sol cum ardorẽ: & arefecit foenum: & flos eius decidit: & decor uultus eius deperiit: Ita & diues in itineribus suis marcescit. Petrus apostolus primæ.cap.ii. Petrus

· Subiecti estote omni humanæ creaturæ ꝑpter deũ: siue regi quasi præcellẽti: siue ducibus tanq̃ ab eo missis: ad uindictam malefactorum: laudem uero bonorum. Ibidem.

Serui subditi estote in omni timore dominis: nõ tantum bonis: & modestis: sed etiam discolis.

Petrus apostolus primæ cap.v.

· Omnes inuicem humilitatem insinuate: Quia dominus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Ibidem.

· Humiliamini igitur sub potẽti manu dei: ut uos exaltet in tempore uisitationis. Aug. li⁰. de Catizandis rudibus: & hẽtur Di.xxxviii. Sedulo. Augustin⁹

Sedulo monendi sunt scholastici: ut humilitatem induti Christiana discant non contemnere: quos cognouerint morum uitia magis: q̃ uerborum deuitare: Sed cordi casto linguam exercitatam nec cõferre audeant: quam etiã præferre consueuerunt.

Augustinus ad Auxilium episcopum: & habetur.xxiiii.q.iii. Si habes de hac

· Senex enim a iuuene: & episcopus tot annorum a collega nec dum anniculo parat⁹ sum doceri: quo modo possim uel deo: uel hominibus iustam reddere rationem. Augustinus de uerbis apostoli: & habetur.xxii.q.ii. Quum humilitatis.

Quum humilitatis causa mentiris: si non eras pec/cator: anteq̃ mentireris: efficeris quod euitaras.

Ibidem.

Quomodo est humilitas: ubi regnat falsitas?

Augustinus de uerbis domini.

Discite a me uon mundum fabricare: nõ cuncta ui sibilia & inuisibilia creare: non in ipso mundo mi/racula facere: & mortuos suscitare: Sed quoniam mitis sum: & humilis corde. Cogitas magnam cõstituere fabricã celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis.

Augustinus de uerbis domini.

Omnes delectat celsitudo: sed humilitas gradus est. Quid tendis pedem ultra te? Cadere uis: non ascẽdere. A gradu incipe: & ascendisti.

Augustinus Ibidem.

O medicinam omnibus consulentem: omnia tumẽtia comprimentem: omnia tabescentia reficientẽ: omnia superflua resecãtem: omnia deprauata cor rigentem: quæ superbia sanari potest: si humilita/te filii dei non sanatur. Quæ auaricia sanari põt: si paupertate filii dei non sanatur. Quæ iracundia sanari põt: si patiẽtia filii dei non sanatur.

Augustinus ad Dyascorum.

Excelsa est patria: humilis est uia. Ergo qui quærit patriam: quid recusat uiam?

Augustinus in sermone de superbia.

O sancta uenerabilisq; humilitas: tu dei filium de/scẽdere fecisti in uterum sanctæ Mariæ uirginis. Tu eum fecisti inuolui uilibus pannis: ut nos idue ret uirtutum ornamentis. Tu eum circuncidisti in carne: ut nos circũcideret in mẽte. Tu eum corpo raliter flagellari: ut nos a flagello peccati liberaret. Tu eũ coronasti spinis: ut nos coronaret suis æter uis rosis. Tu eum infirmari fecisti: qui medicus cœ lorum erat: solo uerbo sanans omnia: & uniuer/sa: ut infirmos sanaret. August. de Trinitate li. x.

Quum omnis creatura: aut par: aut inferior sit no/bis: Inferiore utendum est propter deum. Pari au/tem fruendum est: sed in deo.

Augustinus super Matthæum sermone. lviiii.

Magis cogitare debetis quid uobis desit: q̃ quid uo/bis adsit. Quod habes: caue ne perdas. Quod nõ/dum habes supplica: ut habeas. In quantis sis mi/nor est consyderandum: non in quãtis sis maior. Si enim cogitas quãtum præcessisti alterum: time tumorem. Si uero cogitas quantum tibi deest inge miscis. Curaris humilis si eris: Tutior ambulabis: non præcipitaberis: non laberis.

Augustinus super epistola Ioannis c°. viii.

Supra te deus: infra te pecora. Agnosce eum qui su pra te est: ut agnoscant te qui infra te sunt. Ideoq; dum Daniel agnouisset supra se deum: agnouerũt eum supra se leones.

Aug. in prohemio. viiii. libri de Trinitate.

Laudabilior est animus: cui nota est infirmitas pro pria: q̃ qui ea non respecta: mœnia mundi: uias sy derum: fundamenta terrarum: & fastigia cælorũ scrutetur. Hieronymus ad Celantiam. Hierony°.

Humilitatem sequere: non quæ ostẽditur: aut simu latur gestu corporis: aut fracta uoce uerborũ: sed quæ puro cordis affectu exprimatur. Aliud est. n. uirtutem habere: aliud uirtutis similitudinem.

Hieronymus epistola ad Tesiphontẽ.

Hæc est in omnibus sola perfectio: suæ imperfectio nis cognitio. Hierony. epistola ad Rusticũ.

Vilis tunica contemptum sæculi probat: ita dumta xat: ut animus non tumeat: nec habitus sermoq; dissentiant.

Immundus ẽ autem apud deum omnis: qui exaltat cor suum: & qui paulolum fugerant a peccatis: ad suum reuertuntur errorem.

Hieronymus epistola. xxvii.

Multi humilitatis umbram: ueritatem pauci sectã/tur. Ibidem.

Auferantur omnia figmenta uerborum: cessent si/mulati gestus. Virum humilem patientia ostendit.

Hieronymus epistola. lxxxx.

Plus ẽ animum deposuisse: q̃ cultum. Difficilius ar rogantia: q̃ auro caremus: aut gemmis.

Ambrosius super lucam lib. vii. Ambros°.

Qui paupertate contentus est: non est contentus in iuria. Et qui potest ferre uerberum pœnas: exagi/tatur uerbo contumeliæ. Et q potest administratio nes contemnere: dolet sibi aliquem honorificẽtia esse prælatum. Grande ẽ in hominibus tenere hu militatis mensuram. Ambrosius Ibidem

Bona humilitas: nihil appetendo: totum quod con temnit adipiscitur. Ambrosius Ibidem.

Nihil excelsius humilitate: quæ quasi semper supe rior nescit extolli. Quia nemo id affectat quod in fra se indicat. Greg. homel. viiii. super euan/gel. Matthæi. Vni dedit quinq; talenta. Gregorius

Tanto quis debet esse humilior ex munere: q̃to se obligatiorem conspicit in reddenda ratione.

Gregorius super euangelium homelia. xxi. li°. ii super illud Matthæi. xv. Qui uult uenĩ re post me abneget semetipsum:

Tunc nos met ipsos abnegamus: quum mutamus: quod per uetustatem fuimus: & ad hoc nitimur: quo per nouitatem uocamur. Ibidem.

Nisi a semet ipso quis deficiat: ad eum qui supra se est non appropinquat.

Gregorius super Ezechielem lib. i. homelia. x.

Se met ipsum abnegat: qui mutatus in meliora: in/cipit esse: quod non erat: & desinit esse. quod erat.

Gregorius: & habetur .ii.q.vii. Admonēdi.
Admonēdi sunt subditi:ne plus q̄ expedit: sint subiecti. Ne quum student plus q̄ necesse est hominibus subdi: compellantur uitia eorum uenerari.
Gregorius lib.i. moralium.
Intuendum uero est: quia hostis noster tot nos iaculis percutit: quot tentationibus affligit. Quottidie namq; in acie stamus: quottidie tela tentationum eius excipimus. Sed nos contra illum iacula mittimus: & confossi tribulationibus: humilia respōdemus. Gregorius lib.xvii. moralium.
Quia origo uirtutum in nobis ē humilitas: Illa ueraciter pululat: quæ in radice propria.i. in charitate perdurat: a qua nimirū: si abscinditur: arescit: quia in uiuificantes se in intimis humorem charitatis perdit. Gregorius Ibidem.
Qui humilitatem: quæ est mater uirtutū: nesciunt: usum sui perdūt laboris. Et si quæ bona sunt: quæ operari uideantur: quia surgentis fabricæ robusta celsitudo non figitur: quæ nequaq̄ per fundamēti fortitudinem in petra solidatur. Soli igitur ruinæ crescit: quod ædificāt: qa ante molem fabricæ humilitatis fundamenta non procurant.
Gregorius lib.xviii. moralium.
Tanto quis fit uilior deo: quanto est preciosior sibi. Tanto preciosior est deo: quanto propter eum uilior est sibi. Idem lib.xxiii. mor.
Quattuor sunt qualitates quibus iusti uiri anima ī compunctione uehementer afficitur. Quum aut malorum suorum reminiscitur: considerans ubi fuit. Aut iudiciorum dei sententiam metuēs: & se cum quærens considerat: ubi erit. Aut quum mala uitæ præsentis attendens solerter mœrens considerat: ubi est. Aut quum bona supernæ patriæ cōtemplatur: quæ quia nec dum adipiscitur lugēs cōspicit: ubi non est.
Gregorius lib.xxv. moralium.
Quanto quis minus se uidet: tāto minus sibi displicet. Et quanto maioris gratiæ lumen percipit: tanto amplius repræhensibilem se esse cognoscit.
Gregorius lib.xxvi. moralium.
Quum per tentationem humilitas proficit: prospera est illa aduersitas: quæ mentem ab elatione custodit. Idem lib.xxxi. mor.
Cordis sui oculum per elatiōis tenebras extinguit: qui quum recta agit: considerare meliorum merita negligit. At cōtra magno humilitatis radio sua opera illustrat: qui aliorum bona subtiliter pēsat: quia dum ea quæ ipse fœliciter facta sons ab aliis conspicit: eum qui de singularitate intus erumpere nititur superbiæ tumorem premit.
Gregorius lib.xxxiiii. moralium.
Hoc solum solet esse specificum electorum: q̄ de se semper sentiunt infra q̄ sunt. Qui enim nundum se despicit humilem: dei sapientiam non appræhēdit. Gregorius homelia .vi.
Qui sine humilitate uirtutes cōgregat: quasi in uētum puluerem portat.
Gregorius in Registro.
Sic seruanda est uirtus humilitatis: ut non soluantur iura regiminis. Ne dum prælatus plus se: q̄ decet: deiicit: subditorum uitam restringere sub disciplinæ uinculo non possit. Et sic seruanda est disciplinæ seueritas: ne dum plus q̄ necesse est zelus accēditur: Mansuetudo funditus amittatur.
Io. Chrysostomus sup Matthæū. homelia .iii. Io. Chrys.
Velle esse super omnes uituperabile est. Sustinere autem alterum super se nimis gloriosum.
Io. Chrysostomus in Polycraticio lib.iiii.
Quisquis gradus propriæ celsitudinis amat: humilitatis cultū in moribus diligentissime teneat: Nā qui ab humilitatis operibus recedit: a dignitatis fastigio tumoris pondere cadit.
Idem in tractatu de Symbolo.
Est primum hominis sapientiam affectantis contēplari: Quid ipse sit. Quid intra se: Quid extra: qd supra: Quid infra: quid cōtra: quid ante: quid post ea sit. Hæc consyderatio quadripartitū parit Fructum. Vilitatem sui: Charitatem proximi: contēptum mundi: amorem dei.
Isydorus in Synonimis. Isydorus
Esto paruus in oculis tuis: ut sis magn' in oculis dei. Tanto enim eris apud deum preciosior: quāto fueris in oculis tuis despectior.
Isydorus de summo bono lib.iii.
Semper conscientia serui dei humilis debet eē & tristis: ut per humilitatem non superbiat: & per utilē mœrorem cor ad lasciuiam non dissoluat.
Bernardus epistola ad Socrum. Bernard'.
Humilitas meretur: ut hō uirtutes occupet: Quia humilibus deus dat gratiam. Seruet acceptas: Quia non requiescit spiritus sanctus: nisi super quietum: & humilem. Seruatas conseruet. Nam uirt' in humilitate: & infirmitate perficitur. Inimicum omnis gratiæ omnisq; peccati initium superbiam debellat. Idem epistola ad Eugenium.
Recta facere: & inutilem se reputare: apud paucos inuenitur. Bernardus de consyderatione lib.v.
Virtutum stabile fundamentū est humilitas. Quæ si omittitur: uirtutum congregatio: non nisi ruina est. Bernardus super cant.
Nec humilitas præter ueritatem laudabilis est.
Bernardus super cant. sermone.xxxvii.
Scio neminem absq; sui cognitione saluari: de qua nimirum mater salutis humilitas oritur: & timor domini: Qui & ipse sicut initium sapientiæ: ita &

ſalutis eſt. Ber. ſuper cantica ſermone. xlv.
Si quis innocentiam retinet: & nihilominus humi/
litatem iungit: non ne is tibi uidetur geminū ani/
mæ poſſidere decorem. Rara auis i terris. Aut ſan
ctitatem non perdere: aut humilitatem ſanctimo/
nia non excludi:
Leo papa. in ſermone Ioannis baptiſtæ.
Leo Nos uero fratres quantum poſſumus elaboremus:
ut quod ſuperbia tumidum elatumq; reddiderat:
humilitate & manſuetudine complanetur.
Leo in ſermone natiuitatis domini.
Fruſtra appellamur Chriſtiani: ſi imitatores nō fue
rimus Chriſti: qui ideo uiam ſe eſſe dixit: ut cōuer
ſatio magiſtri fieret forma diſcipuli: Et illam humi
litatem eligat ſeruus: quā ſecutus eſt dominus eiꝰ:
qui fuit Chriſtus.
Hugo lib. i. de anima.
Hugo Melior es: ſi te ipſum cognoſcas: q̄ ſi te neglecto cur
ſus ſyderum: uires hærbarum: complexiōes homi
num: naturas animalium: cæleſtium omniū & ter
reſtrium ſcientiam haberes. Multi. n. multa ſciūt:
& ſe ipſos neſciūt: quum ſumma philoſophia ſit:
cognitio ſui. Hugo de animæ clauſtro lib. iii.
In ſpirituali ædificio fundamenti locus eſt in imo. i.
in humilitate quæritur: In latitudine. i. in charita
te diſponitur. In altitudine uero bonorum operū
paries erigitur: & diuinæ protectionis tectum de/
ſuper ponitur. In longitudine autem patiētiæ per/
ficitur. Ibidem.
Diſcite a me: qui mitis ſum & humilis corde: & in/
uenietis requiem animabus ueſtris. Ecce mel hu/
militatis cum dulcedine manſuetudinis. Sicut enī
mel concordat in confectionibus medicinæ cū om
nibꝰ diuerſitatibꝰ ſpecierū: Sic ex humilitatis dul
cedine condiuntur omnia genera uirtutum.
Caſſiodorꝰ ſuper illud pſal. Miſerere mei
Caſſiodo. domine: quoniam infirmus ſum.
Magnus aſcenſus ad deum eſt cognitio infirmita/
tis ſuæ. Caſſiodorꝰ ſup illud Humilia reſpicit.
Erubeſcant elati: ubi credunt locum habere ſuper/
biam: quum cælum & terrā ab humilitate uideāt
occupatam. Caſſiodorus ſuper illud pſal.
humiliatus ſum uſq; quaq;.
Per humilitatem membra Chriſti ſciunt Diaboli ui
ciſſe ſuperbiam. Per hanc fideles ſupra regna pro
ficiunt. Per hāc tyrannica ſuperbia ſuperaſ. Per
hanc in æternum martires coronātur. Nec poteſt
dici perfectus: qui hac uirtute eſt priuatus.
Baſilius. Baſilius in Exameron.
Tria ſunt quæ radicata nutriunt humilitatē. ſ. aſſi/
duitas ſubiectionis: Conſyderatio propriæ fragili
tatis: & conſyderatio rei melioris.
Seneca Seneca in prouerbiis.
Etiam obliuiſci quid ſis interdum expedit. Ibidē
Niſi æſtimatis uiribus aggrediaris ſarcinam: ſubia/
cebis. Seneca Tragoedia. iii.
Quo Fortuna altius euexit: ac eleuauit humanas
opes: hoc ſupprimere magis fœlicem decet.
Laertius diog. de uita & moribꝰ philoſophoꝝ. L. Diog.
Philonenē interrogauit Aeſopus poeta: quid nam
ageret Iuppiter? Reſpondit Chilo. Alta humiliat:
humilia uero exaltat.
Valerius maximus lib. viii.
Nulla eſt tāta humilitas: quæ dulcedine gloriæ nō
tangatur. Franciſcus Petrarcha lib. de Re/ Fr. Petr.
mediis aduerſæ Fortunæ.
Doleo. Nouerca ſuperbiſſima eſt mihi. Reſpōdeo.
Et fœminæ proprium ſuperbia eſt: & nouercæ eſt:
ſi geminæ cauſæ unum pariunt effectum: non eſt
quod ſtupeas: eſt quod feras: teq; priuignum: & fi
lium bonum probes. Nulla autem re: q̄ humilita/
te melius uincitur ſuperbia. Vnde ſi impia: atq; im
portuna eſt tibi nouerca: ſis illi patiens & pius. Pie
tatem patri debes: patientiam fœminæ: Reueren
tiam nouercæ. Nam & ſi tibi iniurioſa eſt: iniurias
contemne: Muliebres enim iniuriæ cōtemptu ma
gis meliusq; q̄ ultione plectuntur.
Fr. Petrarcha li. de Remediis aduerſæ fortunæ.
Quis tot ferat inſolentias? Humilitas eo acceptior:
quo pluribus eſt obſeſſa ſuperbiis.
Ouidius Triſtium lib. i. elegia prima.
Ouidius Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis
Icarus: Icareas nomine fecit aquas.
Ouidius Triſtium lib. iii. elegia prima.
Vſibus edocto ſi quicq̄ credis amico:
Viue tibi: & longe nomina magna fuge.
Viue tibi: quantumq; potes prælustria uita.
Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.
Ouidius Ibidem.
Effugit hybernas demiſſa antēna procellas:
Lataq; plus paruis uela timoris habent.
Aſpicis ut ſumma cortex leuis innatat unda?
Quum graue nexa ſimul retia mergat onus.
Ouidius Ibidem.
Qui cadit in plano: uix hoc tamen euenit ipſum.
Sic cadit: ut tacta ſurgere poſſit humo.
Ouidius Triſtium lib. iii. elegia prima.
Quid fuit ut tutas agitaret dedalus alas?
Icarus immenſas nomine ſignat aquas.
Nempe q; hic alte: demiſſius ille uolabat.
Nam pennas ambo non habuere ſuas.
Crede mihi: bene qui latuit: bene uixit: & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam.
Ouidius Ibidem.
Tu quoq; formida nimium ſublimia ſemper.
Propoſitiq; precor, contrahe uela tui.

Propert⁹. Propertius lib.iii.elegia.iii.
Alter remus aquas: alter tibi radat harenas:
Tutus eris. Medio maxima turba mari est.

Fr. Petrar. Franciscus Petrarcha Soneto.iiii.
Quel chen finita prouidentia & arte
Monstro nel suo mirabil magistero:
Chel creo questo & quellaltro hemispero:
& mansueto piu Gioue che marte:
Venendo in terra alluminar le charte
Chauean molti anni gia celato il uero
Tolsi Giouanni dala rete & Piero
Et nel regno del ciel fece lor parte.
Di se nascendo a Roma non fe gratia.
A Giudea si. Tanto sopra ogni stato
Humilitate exaltar sempre li piaque.

Franciscus Petrarcha Soneto.cclxx.
A cader ua chi tropo sale.

De hac materia habes supra ubi. Contemptus: & Homo: & Infra ubi superbia.

Iactantia graece ἀλαζονεία. & ἀλαζονεύομαι. Iactator dicitur. Est autem Iactantia inanis de se: & stulta praedicatio. uel sic. Iactantia est per quam quis se extollit supra id quod in se est. Secundario autem supra id quod de eo alii opinantur. secundum .b. Tho. secunda secundae .q.cx.ar.ii.

Iactatio est uoluptas gestiens: & se efferens insolentius: secundum Ciceronem lib.iiii. Tus. quaest.

Iactator est: qui plus eis quae sunt sibi et fingens: aut scire: quae non scit. secundum Aristotelem lib. magnorum moralium.

Iactare: unde Iactantia & Iactator ueniunt: proprie est frequenter iacere. Seneca. Dum lapillos iactaret in puteum. Aliquando uoluere. Virg. Atque illa tales iactantem pectore curas. Nonnunque pro fatigare: concutere: uexare: affligere: Virgi. Iactatos aequore toto Troias reliquias danaum: atque immitis Achilli. Et licet Seruius dicat: hoc interesse inter iactari: & Fatigari: quod Iactamur in mari: Fatigamur terris. uirgiliano tamen exemplo satis apparet ridiculum esse huiusmodi differentiam. quum dicat Virg. Terris Iactatis: & alto. A Iacto fit Iactura: quae significat damnum: quo afficiuntur nautae: quum maxima laborantes tempestate merces in mare eiiciunt: ut nauis minori pondere prematur. A Iacto item fit Iactanter aduerbium: hoc est cum Iactantia: & Iactabundus: hoc est gloriabundus: & Inaniter se iactans.

Prouer. Prouerbiorum capitulo.xxvii.
Laudet te alienus: & non os tuum: extraneus: & non labia tua.

Paulus ad Corynthios secundae cap.xi. Paulus
Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes: quum sitis ipsi sapientes.

Augustinus sermone domini in monte. Augustin⁹
Animaduertendum est non solum rerum corporearum nitore atque pompa: sed etiam in ipsis sordibus esse posse iactantiam: & eo periculosiorem: quo sub specie seruitutis dei decipit.

Augustinus lib.xii. de Ciuitate dei.
Iactantia non est uitium laudis humanae: sed uitium animae peruerse amantis humanam laudem: spreto testimonio conscientiae.

Augustinus lib.x. Confessionum.
Qui laudari uult ab hominibus uituperante te non defenditur ab hominibus iudicante te: non eripietur damnante te. Augustinus Ibidem.
Video me non laudibus meis propter me: sed propter proximi utilitatem moueri oportere: & utrum ita sit nescio.

Ambrosius: & habetur .xxiiii.q.i.c⁰. Imitare. Ambrosi⁹
Sciamus neminem iactare se debere: nam si Petrus lapsus est: quia dixit: Et si alii scandalizati fuerint in te: sed non ego: quis alius iure de se praesumat. Denique & Dauid: quia dixerat: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in aeternum: eam sibi iactantiam obfuisse confitetur dicens. Auertisti faciem tuam a me: & factus sum conturbatus.

Gregorius moralium lib.xxvii. Gregori⁹.
Laus sua iustos cruciat: iniquos exaltat: sed iustos dum cruciat purgat: Iniquos dum laetificat reprobos monstrat. Isti enim laude sua pascuntur: quia auditoris sui gloriam quaerunt sua laude cruciatur: ne non sit intus: quod foris dicitur: ne si est etiam quod dicitur: ante dei oculos ipsis fauoribus uacuentur: ne humana laus robur mentis extollat: emolliat eamque in sui delectatione prosternat.

Ioannes Chrysostomus super Matthaeum. Io. Chrys.
Si uis sublime ostendere uirtutis: noli sapere sublime: & tunc illud quod egeris esse monstrabis excelsius. Noli te putare quicque fecisse: quum feceris: & plenissime cuncta fecisti.

Isidorus de summo bono lib.iii. Isydorus
Dum causa iactantiae pauper pascitur: etiam ipsum misericordiae opus in peccatum conuertitur.

Boetius lib.i. de Consolatione. Boetius.
Minuit enim quodammodo se probantis conscientiae secretum: quotiens ostentando quis factum recipit famae precium.

Aristoteles lib.iiii. Ethicorum. Aristoteles
Iactator iustissime & maxime uituperandus est.

Macrob⁹ Macrobius lib. vii. Saturnalium.

Quid duces et milites: q̄ fortiter a se facta dicturiāt: & non tacent arrogantiæ metu. Nonne si ut hæc referant inuitētur: mercedem laboris sibi æstimāt persolutam: remunerationem putantes inter uolētes narrare quæ fecerant. Adeo autem id gen⁹ narrationum: habet quēdam gloriæ saporem: ut si inuidi uel æmuli forte præsentes sint: tales interrogationes obstrependo discutiant: & alias inferēdo fabulas prohibeant illa narrari quæ solent narranti laudem creare.

Val. maxi. Valerius Maximus lib. ii.

Nihil est quod magis minuat laudis præconium: q̄ suos assidue iactare successus: & singulis dieb⁹ anni uēdere diem unum.

Cicero Cicero lib. officiorum.

Deforme etiam est de seipso prædicare: falsa præsertim: & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

L. Apulei⁹ Lucius Apuleius de Magia li°. ii.

Neq̧ facundiæ ostentatio rudi & indocto: neq̧ gloriæ cupido rustico & Barbaro: neq̧ inceptio patrociniorum seni congruit.

Idem floridorum lib. iii.

Potest autem quiuis falso gloriari.

Iuli⁹ cellsus Iulius Cellsus de gestis Cæsaris lib. viiii.

De suis homines laudibus libenter prædicant.

Plautus. Plautus in Epidico.

Nam strenuiori deterior: si prædicat suas pugnas: de illius illæ sunt ore sordidæ: Idem.

Stultus est qui facta infecta facere uerbis postulat.

Ouidius. Ouidius lib. i. artis amandi.

Hei mihi non tutum est: quod ames: laudare sodali.
Quum tibi laudanti credidit: ille subit.

ICon græca dictio est ᾿εικών ὄνος. ἡ. dicitur: & latine Imago dici potest: & est propositio probabilis. Quod enim ex pluribus sciunt sic factum: uel non factum: aut esse: aut nō esse: hoc est Icon. secundum Aristotelen lib. ii. priorum. hinc fit Iconicus: quod significat ita pictum: ut ex eius membris similitudo expressa sit.

IConomia græca dictio est οἰκονομία. ας. ἡ. dispēsatio domestica: & ᾿οικονομέω guberno: & ᾿οικονόμος dispensator rei familiaris dr̄. Hæc autem est prudentia rectiua multitudinis unius familiæ. secundum. b. Tho. scda scdæ q. xlviii. Cuius finis est ultimus totum bene uiuere: secundum domestica conuersationem secūdum eundem. Ibidem. q. li. ar. iii.

IDea dicitur ᾿απὸ τοῦ ᾿εἶδος. qđ est species: & forma. Et ē forma exemplaris: qua res fiunt: et cognoscuntur: quæ est in mente artificis. secundum b. Tho. prima parte. q. xv. Hinc Idolum cum accentu in penultima: cuius diminutiuum est Idolium: similiter cum accentu in penultima: & Idololatria: de quibus Infra: & Idolothysia: hoc est immolatio: q̄ fit simulacris. ᾿ἴδιος ου. ο ᾿. uero dicitur propri⁹: a quo Idiotes: siue Idiota dicitur Indoctus: & Inutilis: quasi sibi tantūmodo: & nulli alii utilis. Lucillius. Quid ni: & tu idē illitteratum me atq̧ idiotam diceres.

IDem græce τὸ ᾿αὐτὸ dicitur. Venitq̧ ab is: & accipitur pro is demum. Aliquando p etiam ponitur. Cicero. Et huic cōiuncta beneficentia: quam eidem: uel benignitatem: uel liberalitatem appellare licet. i. quam etiam.

IDololatria. g̃. dictio est ᾿ειδωλολατρεία. ας. ἡ. et ᾿είδωλον ου. τό. simulacrū dicitur. Et ē cultus deo debit⁹: creaturæ exhibitus. Et dr̄ Idololatria ab ᾿είδωλον: & λατρεία cult⁹: Nam λατρεύω colo dicitur.

Idololatria est exhibere latriam. i. cultum dei creaturæ. secundū. b. Tho. scda scdæ. q. lxxxxiiii. ar. i.

Idololatra est idolorum cultor: licet cōsuetudo per errorem proferat Idolatra. A græcis enim scribit̄ ᾿ειδωλολάτρης. ου. ὁ.

Idola sunt Inanes imagines: secundum Ciceronem lib. i. de finibus bonorum: & malorum.

Genesis cap. xxv.

Iacob conuocata omni domo sua ait: abiicite deos alienos: qui in medio uestri sunt: & mundamini: ac mutate uestimenta uestra. Surgite & ascēdam⁹ in Bethel: ut faciamus ibi altare domino: qui exaudiuit me in die tribulationis meæ: & socius fuit itineris mei. Genesis.

Exodi. cap. xx. Exodi.

Locutusq̧ est dominus cunctos sermones hos. Ego sum dominus de⁹ tuus: qui eduxi te de terra Aegypti: de domo seruitutis: Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile: neq̧ omnem similitudinem: quæ est in cælo desuper: & quæ est in terra deorsum: neq̧ eorum quæ sunt in aqs sub terra: Non adorabis ea neq̧ coles. Ego enim sum dominus deus tuus: fortis: zelotes: uisitans iniquitatem patrum in filios: in terciam: & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me & custodiunt præcepta mea.

Ibidem.

Dixitq̧ præterea dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Vos uidistis quid de cælo locutus sum uobis: non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis uobis.

Exodi. cap. xxiii.

· Non adorabis deos eorum: nec coles eos: non facies opera eorum: sed destrues eos: & cōfringes statuas eorum. Seruietisq; domino deo uestro: ut benedicam panibus tuis: & aquis: & auferam infirmitatē
Leuitici. de medio tui. Leuitici. cap. xviiii.
· Nolite conuerti ad idola: nec deos conflatiles facietis uobis: ego dominus deus uester.
Sapientiæ Sapientiæ cap. xiii.
· Infoelices autem sunt: & inter mortuos spes illorū est: qui appellauerunt deos opera manuum hominum: aurum & argentum artis inuentionem: & similitudines animalium: aut lapidem mutilē opus manus antiquæ. Ibidem.
Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecat: & ꝓ uita rogat mortuum: & in adiutorium inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare nō potest: & de acquirendo: & de operando: & de rerū omnium euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis. Sapientiæ cap. xiiii.
· Iterum alius nauigare cogitans: & per feros fluctus iter facere incipiens ligno portante se fragilius lignum inuocat: Illud enim cupiditas acquirēdi excogitauit: & artifex sapientia fabricauit sua: Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat: quoniam dedisti in mari uiam: & inter fluctꝰ semitam firmissimam: ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare: etiam si sine rate aliquis adeat mare. Ibidem.
Per manus autem quod fit idolum maledictum est: & ipsum: & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est: illud autem quum esset fragile deus cognominatus est. Similiter autem ꝺdio sunt deo: impiꝰ & impietas eius. Etenim quod factum est cum illo qui fecit tormenta patietur: Propter hoc & in idolis non erit nationum respectus: quoniam creaturæ dei in odium factæ sunt: & in tentationem animæ hominum: & in muscipulam pedibus insipientium: Initium enim fornicationis ē exquisitio idolorum: & adinuentio eorum corruptio uitæ ē: Neq; enim erat ab initio: neq; erunt in perpetuum. Ibidem.
Superuacuitas enim hominum hoc adinuenit in orbem terrarum: & ideo breuis illorum finis est inuētus. Acerbo enim luctu dolens pater rapti sibi filii fecit imaginem: & illum: qui tūc quasi homo mortuus fuerat: nunc tanq̄ deum colere coepit: & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia: deinde interueniente tempore: conualescente antiqua cōsuetudine: hic error tanq̄ lex custoditus est. Ibidem.
Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cā est: & initium & finis.

Sapientiæ. xv.
· Malorū amatores digni sunt morte: qui spem habent in talibus: & qui faciunt illos: & qui diligūt: & qui colunt. Ibidem.
Hic enim scit se super omnes delinquere: qui ex terræ materia fragilia uasa & sculptilia fingit. Omnes enim insipientes: & infoelices sunt supra modum animæ suæ superbi inimici populi tui: & imperantes illi: quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt: quibus neq; oculorum usus est ad uidendum: neq; nares ad percipiendum spiritum: neq; aures ad audiendum: neq; digiti manuum ad tractandum: sed & pedes eorum pigri ad ambulādum. Non enim fecit illos: & qui spiritum mutuatus est finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere. Q uū enim sit mortalis mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit: qđ ipse quidem finxit: quū esset mortalis: illi autem nunq̄: sed & animalia miserrimi colunt: Insensata enim comparata his illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex hiis animalibus bona potest conspicere: Effugerunt autem dei laudem & benedictionem eius.
Ecclesiastici cap. xxx. Ecclesiastici.
· Q uid proderit libatio idolo: nec enim manducabit: nec odorabitur.
Isaias cap. i. Isaias.
Et conteret scelestos: & peccatores simul: & qui dereliquerunt dominum consumentur: Confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerunt.
Ibidem cap. ii.
· Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarū adorauerunt quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo: & humiliatus est uir.
Ibidem cap. xlii.
Confundanť confusione: qui cōfidunt in sculptilis qui dicunt conflatiles uos dii nostri.
Ibidem cap. xliiii.
· Nunquid est deus absq; me: & formator: quem ego nō nouerim. Plastæ idoli omnes nihil sunt: & amātissima eorum non proderūt eis. Ipsi sunt testes eorum: quia non uident: neq; intelligunt: ut confundant. Q uis formauit deum: & sculptile conflauit ad nihil utile: ecce omnes participes eius cōfundentur. Fabri enim sunt ex hominibus. Cōuenient: omnes stabunt: & pauebunt: & confundentur simul. Hieremias cap. xxv. Hieremias
· Et nolite ire post deos alienos: ut seruiatis eis adoretisq; eos: neq; me ad iracundiam prouocetis i operibus manuum uestrarum: & non affligam uos.
Ibidem cap. xxxiiii.
· Conuertimini unusquisq; a uia sua pessima: & bona facite studia uestra: & nolite sequi deos alienos

neq; colatis eos: & habitabitis i terra quā dedi uobis: & patribus uestris. Ibidem cap. xliiii.

· Propterea q̄ sacrificaueritis idolis: & peccaueritis domino: & non audieritis uocem domini: & in lege: & in praeceptis: & in testimoniis eius nō ambulaueritis: iccirco euenerunt uobis mala.

Ezechiel Ezechiel cap. xiiii.

· Conuertimini & recedite ab idolis uestris. & ab uniuersis contaminationib⁹ uestris auertite facies uestras. Ibidem cap. xx.

· Vnusquisq; offensiones oculorum abiiciat: & i idolis aegypti nolite pollui. Ibidem.

In praeceptis patrum uestrorum nolite incedere: nec iudicia eorum custodiatis: nec in idolis eorum polluamini.

Paulus Paulus ad Corynthios prima c. x.

· Neq; idolatrae efficiamini: sicut quidā ex ipsis: quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. Ibidē.

Quae immolant gentes: daemoniis immolant: & nō deo. Nollo autem uos socios fieri daemoniorū. Nō potestis calicem domini bibere: & calicem daemoniorum: non potestis mensae domini participes eē: & mensae daemoniorum. Ibidem.

Si quis autem dixerit hoc immolatum est idolis. nolite manducare propter illum qui indicauit: & propter conscientiam: conscientiam autem dico non tuam: sed alterius. ~~Item ad hebraeos cap. x.~~

~~Impossibile est sanguine taurorum & hyrcorum auferri peccata.~~

Ioannes Ioannes prima cap. v.

Filioli custodite uos a simulacris.

Augustin⁹ Augustinus lib. de natura daemonum: & habetur. xxvi. q. iiii. cap. Sciendum.

Sciendum hanc esse naturam daemonum ut aerei corporis sensu: terrenorum corporum sensum facile praecedāt: celeritatem & propter aerei corporis superiorem nobilitatem: non solum cursus quarū libet rerum: ut hominum: uel ferarum: uerum ēt uolatus auium incomparabiliter uincant: quibus duabus rebus quantum ad aereum corpus attinet praediti: hoc est acumine sensus: & celeritate mot⁹ multo ante cogitata nunciant: quae homines pro sensus terreni tarditate mirentur. accessit etiā daemonibus per tam longum tempus: quo eorum uita protendere: rerum longe maior experientia: q̄ potest hominibus: propter breuitatem uitae prouenire. per has efficacias quas aerei corporis natura sortita est: Non solum multa futura praedicunt daemones: uerum etiam multa faciunt: quae quoniam homines dicere non possunt aut facere: eos dignos quidam quibus seruiant: & quibus honores diuinos deferant arbitrantur: instigante maxime uitio curiositatis: propter amorem foelicitatis falsae atq; terrenae & excellentiae temporalis.

Augustinus ad Publicolā: & habetur. xxvi. q. ii. cap. Si de area.

Si de area uel torculari tollitur aliquid ad sacrificia daemoniorum sciente Christiano: ideo peccat q̄a permittit fieri: Vbi prohibendi potestas est: q̄ si factum non comperit: aut prohibendi potestatē non habet: utitur mundis reliquis fructibus: unde illa sublata sunt. Augustinus de bono cōiugali & habetur. xxxii. q. iiii. cap. Sicut.

· Satius est fame mori: q̄ idolaticis uesci.

Hierony⁹. Hieronym⁹ & hētur. xxvi. q. ii. cap. Sed & illud. Est & illud opprobrium Aegypti: q̄ si neglexeris ēt post iordanis transitum: & post baptismi secundā circūcisionem uetustae consuetudinis instinctione suggeritur obseruare auguria: requirere stellarum cursus: & euentus ex hiis futurorum rimari: caeterisq; huiusmodi superstitionibus implicare. Idolatriae namq; magister est Aegyptus: Ex qua certū ē opprobria huiusmodi pullulare: quae si trāsito Iordane susceperis & bis te laqueis rursus illigaueris: tecum sine dubio opprobria Aegypti trahis.

Hieronymus ad Damasum.

Optandus est omnis sermo ad destructionem idolatriae. Hieronymus ad Ripparium.

Acceptis primum litteris tuis non respondere superbiae est: incaute id facere temeritatis. De hiis enim rebus interrogas: quae & proferre: & audira sacrilegum est: Ais uigilantium qui κατά ἀντιφρασιν. hoc uocatur nomine: nam dormitātius rect⁹ diceretur: Os foetidum rursus aperire: & putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum ꝓferre reliquias: & nos qui eas suscipimus appellare cineratios: & idolatras: qui mortuorum hominum ossa ueneremur. O Infoelicem hominem: & omni lachrymarum fonte plangendum: qui haec dicens nō se Intelligit esse samaritanum & Iudaeum. qui corpora mortuorum pro immundis habent: & ēt uasa quae in eadem domo fuerint pollui suspicantur: sequentes occidentem litteram: & non uiuificantem spiritum. Nos autem non dico martirum reliquias: sed ne quidem solem & lunam: non angelos: non archangelos: nō cherubin: nō seraphin: & omne nomen quod nominatur: & in p̄senti saeculo: & in futuro colimus & adoramus: ne seruiamus creaturae: potius q̄ creatori: qui est benedict⁹ · in saecula. Honoramus autem reliquias martirum ut eum cuius sunt martyres adoremus. Honoramus seruos ut honor seruorum redundet ad dominum: q ait. Qui uos suscipit: me suscipit. Ergo Petri & Pauli immundae sunt reliquiae: Ergo Moysi corpusculum immūdum erit: quod iuxta hebraicam ueritatem ab ipso sepultum ē domino. Et quotienscunq; apostolorum: & ꝓphetarum: & oium

martyrum basilicas ingredimur totiens idolorum templa ueneramur? accensi q; ante tumulos eorum cerei idololatriæ insignia sunt? Plus aliquid dicam quod redundet in authoris caput: & insanum cerebrum: uel sanet aliquando: uel deleat: ne tantis sacrilegiis animæ subuertantur. Ergo & domini corpus in sepulchro positum immundum fuit? Et angeli: qui candidis uestibus utebant mortuo cadaueri: atq; polluto prebebāt excubias: ut post multa sæcula Dormitantius somniaret: immo eructaret immundissimam crapulam: & cum Iuliano persecutore sanctorum basilicas: aut destrueret: aut in templa converteret.

Gregorius Gregori° & habetur.xxxii.q.iiii.c°.Salomon. Salomon quippe immoderato usu atq; assiduitate mulierum ad hoc usq; perductus est: ut templum idolis fabricaret: & qui prius templum construxerat deo: assiduitate libidinis: & perfidiæ subtractus idolis templa construere non timuit.

Lactātius. Lactantius Firmianus li.i.c.iii.

Nemo est qui deum sapiat rationem q; secum putet: qui non unum esse intelligat: qui & condiderit omnia: & eadem quæ condidit uirtute moderetur. Quid enim multis opus est: ad mundi regimen sustinendum: nisi forte arbitrentur si plures sint: minus habere singulos neruorum: atq; uirium: Quod quidem faciunt hii qui esse multos uolunt: quia necesse est imbeciles esse: siquidem singuli sine auxilio reliquorum tantæ molis gubernaculum sustinere non possent. Deus autem qui est æterna mens ex omni utiq; parte perfectæ consumatæq; uirtutis est. Quod si uerum est un° sit necesse est. Potestas enim uel uirtus absoluta retinet suam propriam firmitatem. Id autem solidum existimandum est: cui nihil decedere: id perfectum cui nihil possit accidere. Quis dubitet cōtentissimum esse regem: qui totius orbis habet imperium. Neq; immerito: quum illi° sint: quæ ubiq; sunt omnia: quum ad eum solum omnes undiq; copiæ congregentur. At si plures partiant orbem minus certe opum: minus uirium singuli habebunt: quum intra præscriptā portionem se quisq; contineat. Eodem etiam modo: si dii plures sint: minus ualebunt aliis tantundem in se habentibus. Virtutis autem perfecta natura in eo potest esse in quo totum est: q̄ in eo in quo pars exigua de toto est. Deus uero si perfectus est quia perfectus est (ut esse debet) non potest esse nisi unus ut in eo sint omnia. Deorum igitur uirtutes ac potestates inferiores sint necesse est: quia tantum singulis deerit: quantum in cæteris fuerit. Ita quanto plures tanto minores erunt.

Lactantius Firmianus libro primo c°. xv. Diuinarum institutionum.

Quum constet Saturnum Ioue cæterosq; deos homines fuisse: non tamen est obscurum: qua ratio ne dii cœperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnum uel Vranum fuerunt propter hominum raritatem: qui agrestem uitam sine ullo recto re uiuebant: non est dubium: quin illis temporibus homines regem ipsum totāq; gentem summis laudibus ac nouis honoribus iactare cœperint: ut etiam deos appellarent: siue ob miraculum uirtutis: hoc iure putant rudes adhuc & simplices: siue ut solent in adulationem præsentis potentiæ: siue ob beneficia: quibus erant ad humanitatem compositi. Deinde ipsi reges: quum chari fuissent: his quorum uitam composuerant: magnum desyderium sui mortui reliquerunt. Itaq; homines eorum simulacra finxerunt ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solacium. Progressiq; longius per amorem defunctorum memoriam colere cœperunt: ut gratiam referre benemeritis uiderentur: & successores eorum bene allicerent ad imperandū bene cupiditatem: quod Cicero de natura deorum docet dicens. Suscepit autē uita cōsuetudoq; communis: ut beneficiis excellentes uiros in cælum fama ac uoluntate tolleret. Hinc Hercules. Hinc Castor. Hinc Pollux. Hinc Esculapius. Hinc Liber. Et alio loco: atq; alio I plerisq; ciuitatibus: intelligi potest acuendæ uirtutis gratia: aut quo libentius reipu periculum adiret optimus quisq;: uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam.

Lactantius ibidem.

Accesserunt & poetæ: & compositis ad uoluptatē carminibus in cælum eos sustulerunt: Quod malum a græcis ortum est: Quorum leuitas instructa dicendi facultate: & copia incredibile est: quātas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & susceperunt primi sacra eorum: & uniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatatem Sybilla sic eos increpat.

ἑλλας· τί δὴ πεποιθας ἐπ' ἀνδρασι ἡγεμόνας
προς τι δὲ δῶρα ματαια καταφθιμένοις
ἀνατιθῆς.
θυεις εἰδώλοις τις σοι ἐν νῷ πλάνημα
ἐμβάλλειν.
ὥστε σε ταῦτα ποιεῖν μεγάλου θεοῦ προσώπου ἀπό λελειμμένου. Hoc est: Græcia qd cōfidis in uiros principes? ad quid dona inania mortuis ponis? imolas idolis? Qgis tibi I mētē dolorē imposuit? ut hæc pficias magni dei ore relicto. Idē li° i.c.xvi. Diuinarū institutionum.

At isti qui deos asserunt: uideant quomodo respondeant huic argumento: qd inferem⁹. Si duo sunt sexus: deorum sequitur concubitus: si coeunt: & domos habeant necesse est: Nec enim carent uirtute ac pudore: ut promiscue aut in propatulo faciant: sicut multa uidemus facere animalia. Si domos habent: consequens est: ut & urbes habeant: & quidem authore Nasone qui ait. Plebs habitat diuersa locis: a fronte potentes Cælicolæ clariq; suos posuere penates. Si habēt urbes: & agros igitur habebunt: Iam quis non uidet quæ sequantur: arare illos & colere: quod quidem uictus causa fit: ergo mortales sunt: quod argumentum retrouersum idem ualet. Si enim agros non hēnt: ne urbes quidem. Si urbes non habent ne domos quidem. Si domibus carent: ergo & concubitu. Si concubit⁹ ab his abest: & sexus fœmineus. In diis autem uidemus & fœminas esse: ergo dii nō sunt. Dissoluat hoc argumentum: si qs potest. Ita enim res rem sequitur: ut hæc ultima necesse sit confiteri. Sed ne quidem illud dissoluet aliquis. Ex duobus sexibus alter fortior est: alter infirmior. Robustiores eni mares sunt: fœminæ imbeciliores. Imbecillitas autem non cadit in deum: ergo nec fœmineus sexus. Huic additur superioris argumēti conclusio: ut dii non sint: quoniam in diis & fœminæ sunt.

Ibidem capitulo. xxi.

Merito igitur quum hæc a uiris non imperitis ac rudibus fiant. Lucretius exclamat.

O stultas hominum mentes: o pectora cæca:
Qualibus in tenebris uitæ: quantisq; periclis
Degitur hoc æui quodcunq; est. Quis ludibria non derideat: qui habet aliquid sanitatis? Quum uideat homines uelut mente captos ea serio facere: quæ si quis faciat: in lusu nimis lasciuus: & ineptus esse uideatur.

Idem libro. i. c. xxii.

Harum uanitatum apud Romanos author: & constitutor Sabinus ille rex: qui maxime animos hominum rudes atq; imperitos nouis superstitionibus implicauit: quod ut faceret aliqua cum authoritate: simulauit cum dea Egeria nocturnos se habere congressus.

Innocenti⁹ Innocentius de uilitate conditionis humanæ.

Auaricia secundum apostolum est idolorum seruitus: quia sicut idololatria seruit simulacro: sic auarus seruit thesauro. Nā ille cultum idololatriæ diligenter ampliat: & iste cumulum pecuniæ libēter augmentat. Ille cum omni diligentia colit simulacrum: & iste cum omni cura custodit thesaurum. Ille spem ponit i idololatria: & iste spem constituit in pecunia. Ille timet mutilare simulacrum: & iste timet minuere thesaurum.

Franciscus Petrarca libro de uita Solitaria primo. cap⁹. vi. Fr. Petrar.

Inuentores artium quarundam post mortem diuinitatis honore cultos audiuim⁹: grate quidem potius: q̄ pie. Nulla est enim pietas hominis: qua deus offenditur: sed erga memoriam de humano genere bene meritorum inconsulta gratitudo mortalium humanis honorib⁹ non contenta: usq; ad sacrilegas processit ineptias. Hinc Apollinem Cythara: hinc eundem ipsum atq; Aesculapium medicina: Saturnum liberum q;: et Cererem agricultura: Vulcanum fabrica deos facit. Hic Aegyptus Osyrim: Athenæ docta urbs Mineruam coluere: q; ille lini: hæc olei usum: artemq; lanificii reperisse fertur. Longum est singula prosequi: qd apud ueteres huiuscemodi uanitatum nullus est modus: Quas palam damnare nō ausus ille poetarum maximus: atq; cautissimus: ut qui uero paratum forte supplicium uerebat: latenter utiq; nec minus eleganter irridere non metuit: quandoquidem animas eorum inuentas: qui uitam excoluere per artes: quorum nomina uulgus mendax: & omnium fons errorum in cælum: cæli domino indignante locauerat: apud inferos ponit. Nominatim insuper ipsum medicinæ repertorem: omnipotētis dei fulmine detractum ad Stigias undas canit. Verum hæc quæstio inter eos maneat. Apud nos enim nulla est de diis quæstio. Nec uero mirari unq̄ satis possum uiros in cæteris omnibus tam perfectos in solis superstitionibus: tam deliros: & quasi uelocissimos cursores euntes in diuersum: & ante oculos metam positam non uidentes: ut quorum pernicitatem miror: miserear cæcitatem. Sane ut talium rerum primis authoribus honor aliquis debetur: quē deberi magnum: modo humanum modestumq; sit: non inficior.

Sedulius. Sedulius

Heu miseri qui uana colunt: qui corde sinistro
Relligiosa sibi sculpunt simulacra: suumq;
Factorem fugiunt: & q̄ fecere uerentur.
Quis furor est: quæ tanta animos demētia ludit?
Vt uolucrē: turpēq; bouem: toruumq; draconem:
Semihominēq; canē: supplex homo pron⁹ adoret.
Ast alii solem cæcatis mentibus acti
Affirmant rerum esse patrem: quia rite uidetur
Clara serenatis infundere lumina terris:
Et totum lustrare polum: quum constet ab istis
Montibus: instabilem rapidis de cursibus ignem:
Officium non esse dei.

Eiunium g. νηστεία. α. ν: & νήστης. τος. δ. ν. ieiunus: & νηστεύω ieiuno dicitur. Ieiunium corporale est abstinetia a cibo: & potu intuitu satisfaciẽdi: uel uitandi peccatum: uel acquirẽdi uitã æternam: secundum Theologos. iiii. sen. di. xv.

Ieiunium est abstinentia a cibis: secundum ordina/
tionem ecclesiæ: Secundum Gofredum in Sum/
ma: & Panor. super Rubrica extra eodem.

Esdræ. Esdræ primi. c. viii.

Prædicaui ibi ieiunium iuxta flumen hana: ut affli
geremur coram domino deo nfo: et peteremus ab
eo uiam rectam nobis: & filiis nostris uniuersæq;
substantiæ nostræ. Ibidem.

· Ieiunauimus autem: & rogauimus deum nostrum
Thobiæ. pro hoc: & euẽit nobis prospere. Thobiæ. c. xii.

· Bona est oratio cum ieiunio: & eleemosyna: magis
q̃ thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna
a morte liberat: & ipsa est quæ purgat peccata: &
facit inuenire uitam æternam.

Iudith. Iudith capᵒ. iiii.

· Scitote quoniam exaudiet dominus preces uestras:
si manentes permanseritis in ieiuniis: & orationi/
bus in conspectu domini.

Dauid. Dauid psalmo. xxxiiii.

· Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio
Ioel. mea in sinu meo conuertetur. Ioel. c. ii.

· Conuertimini ad me ĩ toto corde uestro in ieiunio:
Isaias planctu: & fletu. Isaias. c. lviii.

· Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissol/
ue caligationes impietatis: solue fasciculos depri/
mentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: &
omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tu/
um: & egenos uagosq; induc in domum tuam.
Quum uideris nudum operi eum: & carnem tu/
am ne despexeris.

Ecclãstici. Ecclesiastici capitulo. xxxiiii.

Qui baptizatur a mortuo: & iterum tangit mortu/
um: quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiu/
nat in peccatis suis: & iterum eadem faciens: quid
proficit humiliando se: orationem illius quis exau
Matthæᵒ. diet? Matthæus. c. v.

Beati q nunc esuritis: qm saturabimini. Idẽ. c. vi.

· Quum autẽ ieiunatis: nolite fieri sicut hypocritæ
tristes: exterminant enim facies suas ut appareãt
hominibus ieiunantes. Amen dico uobis: quia re/
ceperunt mercedem suã. Tu autẽ quum ieiunas:
unge caput tuum: & faciem tuam laua: ne uidea/
ris hominibus ieiunans: sed patri tuo: qui est in ab
scõdito: & pater tuus qui est ĩ abscondito reddet tibi.

Marci. c. ix. Marci.

· Hoc genus dæmoniorum in nullo põt exire: nisi in
oratione: et ieiunio. Augustinus super Ioan Augustinᵒ
nem: et hẽtur ĩ decretis de Con. di. v. cᵒ. Ieiunium.

· Ieiunium autem magnum · et generale est abstine/
re ab iniqtatibus: et ab illicitis uoluptatibus sæcu
li. Vide ĩ Abstinentia.

Augustinus ad Ianuarium. et habetur in
Decretis distinctione. xii. c. Illa autem.

Alia uero quæ per loca terrarum regionesq; uariã/
tur: sicut ẽ quod alii ieiunant Sabbatum: alii nõ:
alii uero communicant quottidie corpori & san/
guini domini: alii certis diebus accipiunt: & si qd
aliud huiusmodi animaduerti potest: totum hoc
genus rerum liberas habet obseruationes: quod
enim neq; contra fidem catholicam: neq; contra
bonos mores esse conuincitur: indifferenter ẽ ha
bendum: & pro eorum: inter quos uiuitur: socie/
tate seruandum est. Ibidem.

Mater mea Mediolanum me secuta inuenit eccle/
siam sabbato nõ ieiunantẽ: cœperat fluctuare qd
ageret: tunc ego cõsului de hac re beatissimæ me/
moriæ Ambrosium epm: At ille ait: Quum Ro/
mam uenio sabbatum ieiuno: quum Mediolani
sum: non ieiuno. Sic & tu ad quãcunq; ecclesiam
forte ueneris: eius morẽ serua: si cuiq̃ non uis esse
scãdalum: nec quẽq̃ tibi. Hoc quum matri renun
ciassem libenter amplexa est.

Augustinus in sermone de Ieiunio.

Ieiunium purgat mẽtẽ: subleuat sensum: carnẽ spi
ritui subiicit: cor facit contritũ & humiliatum: cõ
cupiscẽtiæ nebulas dispgit: libidinum ardores ex/
tinguit. Castitatis uero lumẽ accẽdit. Aug. Ibidẽ.

Ieiunium uerbositatẽ nõ amat: diuitias supfluitatẽ
iudicat: supbiam spernit: humilitatẽ cõmendat.
Præstat homini seipsũ intelligere: qd ẽ infirmum:
& fragilẽ. Aug. liᵒ. de Spiritu & Anima.

Si uolumus deo placita exhibere ieiunia: simus in
oratione continui: in iudiciis iusti: in amicicia fide
les: in iniuriis patientes: in contentionibus tempe
rati: turpiloquia fugientes: aduersus iniqua con/
stantes: in conuiuiis continentes: in charitate sim
plices: inter subdolos cauti: condolentes tristibus:
contumacibus resistentes: in suspitionibus parci:
inter maliloquos taciti: inter humiles coæquales.

Hieronymus. & habetur in Decretis de Hieronyᵒ.
Con. di. v. Non dico.

Sint tibi quottidiana ieiunia: & refectio satietatem
fugiens: nihil enim prodest tibi biduo uel triduo
trãsmisso uacuum portare uentrem: si post pariter
obstruatur. Hierony. Ibidem.

Sint tibi ieiunia pura: continua: moderataq; idest quottidie esurire: & quottidie prandere: Apostolus inquit. Noli adhuc aquam bibere: sed modico utere uino propter infirmitates tuas: curat enim uulnera deliquētis: curatosq; sanctificat ieiuniū.

Hieronymus in epistola ad Demetriaden: & habetur de Con. di. v. Abstinentia.

Sic debes ieiunare: ut non palpites: & respirare uix possis: & comitum tuarum: uel porteris: uel trahanis manibus: sed ut fracto corporis appetitu: nec in lectione: nec in psalmis: nec in uigiliis solito qd minus facias.

Hieronymus ad Demetriaden.

Ieiunium nō solum perfecta uirtus: sed caeterarum uirtutum fundamentum est: & sanctificatio & pudicicia: atq; prudentia: sine qua nemo uidebit deum.

Hieronymus super Marcum.

Non sanat oculum quod calcaneo adhibetur: Ieiunio passiones corporis: oratione pestes sanandae sunt mentis

Hieronymus ad Nepotianum.

Tantum tibi ieiuniorum impone modum: quãtum ferre potes. Sint tibi: pura: simplicia: casta: moderata ieiunia: & non superstitiosa. Quid prodest oleo non uesci: & molestias quasdam: & difficultates ciborum quaerere.

Idem ad Cancel.

Ardentes diaboli sagittae ieiuniorum & uigiliarum frigore restringendae sunt.

Hieronymus in Epistola.

Sint moderata & sancta in omni mentis humilitate ieiunia: quae ita attenuent corpus non mentem eleuent: ne res humilitatis gignat superbiam: & uicia de uirtute nascantur.

Hierony. c. ii. contra Iouinianum.

Quale est illud ieiunium? aut qualis refectio post ieiunium? quum praeclaris epulis distendimur: & guttur nostrum mediator efficitur lachrymarum.

Ambros?. Ambrosius in sermone de ieiunio: & habetur di. xxxv. sexto.

Eo usq; nemo praeuaricari nouerat: quum adhuc orta non esset: quae prima est praeuaricatio: indictum est ieiunium abstinentiae: lex a domino deo: praeuaricatio legis a diabolo: culpa per cibum: latebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo: Firmitatis uirtus in ieiunio: Serpens suasit gulae: dominus ieiunare decreuit: itaq; gula a paradiso regnātem expulit. Abstinentia ad paradisum reuocauit errantem.

Ambrosius de Helia & Ieiunio.

Ieiunium mors culpae: excidium delictorum: remedium salutis: radix gratiae: fundamentum est castitatis. Hoc gradu ad deum citus peruenit: hoc gradu anteq; curru Helias ascendit.

Ambrosius psalmo. xx. & habetur de Con. di. v. Contraria.

Contraria diuinae conditioni praecepta medicinae sunt: quae a ieiunio reuocāt: lugubrare nō sinunt: ab omni intentione meditationis abducunt: ita q se medicinis dederit: seipsum sibi abnegat.

Ambrosius in libro Sermonum. & habetur di. iiii. Quadragessima.

Quadragessima sex septimanas habet: cui addidit Telesphorus Pontifex septimam hebdomadam: & uocatum est hoc tempus quadragessima.

Ambrosius in sermone quadragessimae.

Fames amica uirginitati est: inimica lasciuiae: Saturitas uero prodigit castitatem: nutrit illecebram.

Ambrosius Ibidem.

Ille quadragessimam facit: qui ieiunando: & uigilãdo ascendit ad pascha. Nam sicut reliquo anno ieiunare praemium est: ita in quadragessima non ieiunare peccatum est. Illa enim uoluntaria sunt ieiunia: & ista necessaria. Illa de arbitrio: ueniunt: ista de lege: Ad illa inuitamur: ad ista compellimur.

Ambrosius Ibidem.

Qui constitutum numerum una die mandocando praeterit: non ut unius diei uiolator accusatur: sed ut totius quadragessimae transgressor arguitur.

Ambrosius i Homelia de quadragessima. & hētur di. xxxvi. Quid prodest.

Quid prodest ieiunare uisceribus: & luxuriari uenationibus. Abstinere a cibis: & errare peccatis? An putatis illum ieiunaē fratres: q primo diluculo nō ad ecclesiam uigilat: nō beatorum martyrum sancta loca perquirit: sed surgens cōgregat seruulos: disponit retia: canes producit: saltus siluasq; perlustrat: seruos inquã secum protrahit fortasse magis ad ecclesiam festinantes. Voluptatib' suis peccata accumulat aliena: nesciens reum se futurum: tam de suo delicto: q̃ de proditione seruorum.

Gregorius Augustino Anglorum Epō. & habetur di. iiii. Deniq;. Gregorius

Deniq; sacerdotes: & diaconi: & reliqui omnes quos dignitas ecclesiastici gradus exornat: a quinquagesima propositum suscipiant ieiunandi: quo & aliquid ad pensum sanctae institutionis adiiciant: & eorum qui in laicali ordine consistunt: ob seruantiam sicut loco ita & religione praecellant.

De ipsa uero die dominica haesitamus: quid nam dicendum sit quum omnes laici & saeculares illa die plus solito caeteris diebus accuratius cibos carnium appetant: & nisi noua quadam auidita te usq; ad medias noctes se ingurgitent: non aliter se huius sancti sacri temporis obseruationem suscipere putant: quod utiq; non rationi sed uoluptati: immo cuidã mentis caecitati ascribēdum est:

unde nec a tali cõsuetudie auerti possunt: & ideo cum uenia suo ingenio relinquendi sunt: ne fortę peiores existant: si a tali consuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon. Qui multum emungit elicit sanguinē: & post pauca. Par autem est ut nos qui his diebus a carnibus animalium abstinemus: ab omnibus quoq; quę sementinam trahunt originem carnis ieiunemus: a lacte uidelicet: caseo: & ouis.

Gregorius in Homel. & habetur de Con. di. v.

Quadragessima summa obseruatione est obseruāda: ut ieiunium in ea pręter dies dominicos: qui de abstinentia subtracti sunt: nisi quem infirmitas impedierit: nullatenus soluatur: quia ipsi dies decimę sunt anni.

Gregorius in Pastorali.

Non deo: sed sibi ieiunat: qui quę uentri ad temp⁹ subtrahit: non inopibus tribuit: sed uentri postmo dum offerenda custodit.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus super Matthęum.

Qui peccat: & ieiunat: non ad gloriam dei ieiunat: nec se humiliat: sed suę substantię parcit.

Bernard⁹. Bernardus sermone. xxxviii.

Si sola gula peccauit sola ieiunet & sufficit. Si uero peccauerunt & membra cętera: cur non ieiunent & ipsa? Ieiunet igit oculus: & a curiosis aspectibus: & omni petulantia: ut bene humiliatus coerceatur in poenitentia: qui male liber uagabatur in culpa. Ieiunet auris ęquiter pruriens a fabulis: & rumoribus: & quęcunq; ociosa sunt: & ad salutem minime pertinentia. Ieiunet lingua in detractione: & murmuratione: ab inutilibus: & uaniis: atq; scurrilibus uerbis. Interdum quoq; ob grauitatem silentii ab ipsis quę uideri poterant necessaria. Ieiunent manus ab ociosis signis: & ab operibus omnibus: quęcunq; non sunt imperata. Sed & multo magis anima ipsa ieiunet a uiciis: & a propria uoluntate sua. Et enim sine ieiunio hoc cętera a domino reprobantur sicut scriptum est. Quia in diebus ieiuniorum uestrorum uoluntates uestrę inueniuntur. Ibidem.

Bonum & salutare ieiunium quo redimuntur ęterna supplicia: dum remittūtur peccata. Nō solum autem ablutio est peccatorum: sed etiam extirpatio uitiorum: non solum obtinet ueniam: sed meretur gratiam. Non solum delet peccata prϾterita quę commisimus: sed etiam repellit futura: quę cōmittere poteramus. Ibidem.

Ieiunium orationem: deuotionē: & fiduciā donat. Oratio uirtutem impetrat ieiunandi: & ieiunium meretur gratiam orandi. Ieiunium orationem roborat: oro scificat ieiuniū: & repsentat dño. Ibidē. Oratio iusti (ut ait scriptura) penetrat cęlos. Sint ergo ieiunio nostro: ut facile cęlos penetrent: allę duę: orationis. s. atq; iusticię. Non est magnum si ieiunat cum Christo: qui sessurus est ad mensam patris cum Christo.

Leo papa de Ieiunio septimi mensis. Leo pp.

Non culpatur infirmus ieiunium soluens: a quo cibos accipit pauper esuriens: nec escam sumendo polluitur qui eleemosyna in percipiendo mundatur. Ibidem.

Non in sola abstinentia cibi stat nostri summa ieiunii. Haud fructuose corpori esca subtrahitur nisi mens ab iniquitate reuocetur: Et ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

Leo papa in sermone de aduentu.

Paternitatis affectu dilectionem uestram admonemus: ut ieiunium fructuosum uobis eleemosynarum largitate faciatis: gaudentes: q per uos dominus pauperes suos pascit: ac uestit: quibus utiq; posset eas: quas uobis cōtulit: tribuere facultates. Vbi pro ineffabili misericordia sua: & illos iustificaret de patientia laboris: & uos de opere charitatis.

Leo pp. in sermōe priϾ dñicę quadragesimę.

Quid enim potest esse efficacius ieiunio: cui⁹ obseruantia appropinquam⁹ deo: et resistētes diabolo uitia blanda superam⁹. Semp. n. uirtuti cibus ieiunium fuit. De abstinētia deniq; procedunt castę cogitationes: rationabiles uoluntates: salubriora solatia: & per uoluntarias afflictiones caro, concupiscentiis moritur: uirtutibus spiritus inouatur. Sed quia non solo ieiunio animarum nostrarum salus acquiritur: ieiunium nostrum misericordiis pauperum suppleamus. Impendamus uirtuti quod subtrahimus uoluptati. Fiat refectio paupis abstinentia ieiunantis. Studeamus uiduaꝝ defensioni: pupilloꝝ utilitati: lugentium consolationi: dissidentium paci: Suscipiatur peregrinus: adiuuetur oppressus: uestiatur nudus: foueatur ęgrotus: ut quicunq; uestrum de iustis laboribus authori bonoꝝ omnium deo sacrificium huius pietatis obtulerit: ab eodem regni cęlestis pręmium percipere mereatur.

Origenes super leuitico Homelia. x. Origenes.

Vis tibi ut ostendam quale te oportet ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato: nullum cibum sumas malicię: nullas epulas uoluptatis: nullo uino luxurię concalescas: Ieiuna a prauitatibus: abstine a malis actibus: contine a malis sermonib⁹: immo a cogitationibus pessimis. Noli contingere panes furtiuos peruersę doctrinę. Non concupisces fallaces philosophię cibos: qui te authoritate seducant. Tale ieiunium deo placet.

Cęsarius in admoniti one scda. Cęsarius.

Aliis diebus ieiunare: aut remedium aut praemium est: in quadragesima uero nõ ieiunare: peccatum est. Alio tempore qui ieiunat accipiet indulgentiam: in his diebus qui potest: & non ieiunat: sentiet poenam. Caesarius Ibidem.

Fulgetius. Tale ieiunium sine elemosyna est: quale sine oleo lucerna. Fulgentius ad Probam.

Ieiuniis sic est adhibenda temperies: ut corpus uestrum: nec saturitas excitet: nec media immoderata debilitet.

Maximus Maximus episcopus in natali domini.

Ieiunium Christiani egentis debet esse refectio: ieiunium pacem debet nutrire: non iurgia. Quale illud est: aut q non uesceris carnib⁹: & de ore tuo omni esca sordidius egreditur maledictum? Quale est illud quod sanctificatur nẽter ieiunio: & polluitur lingua mendacio.

Ientaculum graece: ἀκρατισμὸς. & ἀκρατίζω. Iento dicitur. Est autẽ Ientaculum cibus: qui sumi solet anteq̃ homines opera aggrediantur: quod quidam prandiolum: siue prandiculum: quasi paruum prandium dicunt: uenitq; ab Iento tas uerbo: quod a ieiuno descendit: quod tum max'e corpora ieiuna sunt. Martialis.

Surgite: iam uendit pueris ientacula pistor.

Differt a Comesatione: prandio: merenda: & coena: qa iẽtaculum est cibus ante prandium: sicuti merẽda ante coenam: comesatio uero post coenã. De hoc uide supra in Comesatio.

Iesus graeca dictio ἰησοῦς. qui fuit humani generis saluator: qui & Christus χριστὸς. hoc est unctus dictus est. χρίω. ungo. χρῖσις. unctio: & χρίσμα. unguentum dicitur.

Ignis graece πῦρ. & πυρόω. ignesco dicitur. Est autem unum quattuor elementorum: & leuis: & sursum ferri habilior reliquis: et combustiuus: & illuminatiuus. scd'm Ioan. Damascenum li. ii. c°. vii. Diciturq; ut aliq uolunt: q ex eo nihil gignat. Ouidi⁹ Nataq; de flamma corpora nulla uides. Ab igne igneus fit: hoc est quod ex igne est: ut Calor igneus: & ignit⁹ candens: ut ferrum ignitum: & igneo: & ignesco et ignefio eiusdem significati. Ignarius lapis: ex quo excutitur ignis. Ignefacio: ignem accendo. Ignipotens. i. Vulcanus: ignis deus.

Ignominia graece ἀτιμία. & ἄτιμος. ignominiosus dicitur. Est autẽ ignominia: nota nominis. Venit q a nomen. Nam sicut a nomen Cognomines dicuntur: qui eiusdem sunt nominis: sic ignomines: qui laude: et gloria carent: quasi inglorii: et illaudati. Inde deducitur ignominia. Cicero. Censes iudicium nihil ferre damnato nisi ruborem? Ab ignominia fit ignominiosus: hoc est dedecoris: & ignominiae plenus: & ignominiose aduerbium: hoc est turpiter.



Ignorantia: g: ἀγνοια. & ἀγνοέω. ignoro dicitur. Ignorãtia quandoq; significat scientiae priuationem: & tunc ignorantia est carentia scientiae: quum quis natus est habere. Quandoq; est aliquid scientiae contrarium: quae dicitur ignorantia peruersae dispositionis: puta: quum quis habet habitum falsorum principiorum: & falsarum opinionum: ex quibus impeditur a scientia ueritatis. secundum. b. Tho. in quaest. de malo. q. iii. ar. iii. Quomodo autem differant Ignorantia: Nescientia: & Error. Vide supra in Errare.

Ignorãtia a gnoro uenit: ut quidam uolunt: quod ueteres p scio usurparunt: uel a graeco γνωρίζω: quod est notifico: unde & γνωστὸς notus: & γνῶσις noticia dicuntur.

Prouerbiorum cap. x. puerbiorũ.

Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur.

Ecclesiastes. c. x. Eccl'astes.

Cor sapientis in dextra eius: & cor stulti in sinistra illius: sed & in uia stultus ambulans: quum ipse insipiens sit: omnes stultos existimat.

Ecclesiastici. c. x. Eccl'astici.

Rex insipiens: perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur: per sensum prudentiam.

Ibidem.

Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correctus: & inscius non honorabitur.

Matthaeus cap. xv. Matthae⁹.

Caecus autem si caeco ducatum praestet: ambo in foueam cadunt.

Lucas in Euangelio. c. vi. Lucas

Nunquid potest caecus caecum ducere? Non ne ambo in foueam cadent?

Iacobus in epistola. capitulo primo. Iacobus.

Si quis autem uestrum indiget sapientia: postulet a deo: qui dat omnibus affluenter: & non improperat: & dabitur ei: Postulet autem in fide: nihil haesitans: qui enim haesitat: similis est fluctui maris: qui a uento mouetur: & circumfertur. Non ergo aestimet homo ille: q accipiat aliquid a d'no. Vir duplex animo: inconstans est in uiis suis.

Augustin⁹ Augustinus li°. de natura & gratia.
· Non tibi deputabit ad culpam: quod inuitus ignoras. Augustinus in libro quæstionum: & habetur .xxxvi.c°. ultimo.
· Non omnis ignorans: immunis est a pœna. Ille enim ignorans potest excusari a pœna: qui quod disceret non inuenit. Illis autem ignosci non poterit: qui a quo discerent habentes: operam non dederunt.
Aug. & hetur dist. xxxviii. Quamuis errare.
Quamuis errare quanta possumus cura cauendum sit: non solum in maioribus: uerum etiam in minoribus rebus: nec nisi rerum ignorantia possit errari: non est tamen consequens: ut continuo erret: Quisquis aliquid nescit: sed si quis existimet se scire quod nescit: pro uero quippe approbat falsum: quod erroris est proprium: ueruntamen in qua re quisquis erret: interest plurimum: nam in una eademque re: & nescienti sciens: & erranti non errans: recta ratione præponitur: in diuersis autem rebus idest: quum ille scit alia: ille alia: & ille utiliora: & ille minus utilia: uel etiam noxia: quis non in eis quæ ille scit ei præferat nescientem: sunt. n. quædam
· quæ nescire melius est: quam scire.
Aug. de adulterinis coniugiis: & habetur xxxii. q. vii. Quemadmodum.
· Non recte dici pôt: si nescit homo: non peccat: sunt enim peccata ignorantium quamuis minora: quam scientium. Aug. & hetur. vi. q. i. Quæro ergo.
Peccata scientium peccatis ignorantiæ præponuntur.
Ambrosi⁹. Ambrosius super Beati immaculati.
Ordinis ignorantia conturbat negociorum naturam formamque meritorum. Statutis facere contraria non est intelligere: sed ignorare.
Isydorus. Isydorus Soliloquiorum li°. ii. c. xvii.
Summa miseria est: nescire quo tendas.
Bernard⁹. Bernardus de. xii. gradibus humilitatis.
Non est parum scire quod nescias: frustra sibi de infirmitate uel ignorantia blandiuntur: qui ut liberius peccent libenter ignorant. uel infirmantur.
Bernardus super Cantica.
· Vtraque cognitio: dei. s. & tui: tibi est necessaria ad salutem: quia sicut ex noticia tui uenit in te timor dei: atque ex dei noticia itidem amor: sic econtra: de ignorantia tui superbia: ac de dei ignorantia uenit desperatio.
Gregorius Gregorius li°. i. Moralium.
Quum nostram ignorantiam cognoscimus: leuius
· aliena onera toleramus: nunquam deus mentem deserit: quæ in peccatis se ueraciter cognoscit.
Gregorius in moral.
Qui. n. lucem uidet scit quod de tenebris æstimet: nam qui candorem lucis ignorat etiam obscura pro lucidis approbat.

Leo pp. Leo papa. & hetur di. xxxviii. Si in laicis.
Si in laicis uidetur intolerabilis inscitia: quanto magis in his qui præsunt: nec excusatione est digna: nec uenia.
Cyprianus Ciprianus & habetur di. viii. Consuetudo.
Ignosci potest simpliciter erranti: sicut de seipso Paulus dicit: qui primo fui blasphem⁹: & persecutor: & iniuriosus: sed misericordiam merui: quia ignorans feci. Post inspirationem uero: & reuelationem ueritatis factam: qui in eo quod errauerat perseuerat prudens & sciens: iam non in uenia ignorantiæ peccat: præsumptione enim atque obstinatione quadam nititur: cum ratione superetur.
Seneca. Seneca in Prouerbiis.
Tolerabilior est pœna: uiuere non posse: quam nescire.
Cicero Marcus Tulius Cicero Tusculanarum quæstionum li°. iii.
Insipientia nullum maius malum est.
Aristoteles Aristoteles li°. i. Ethicorum.
Conscii propriæ ignorantiæ admirantur homines scientes.
Aristoteles li. iii Ethicorum.
Ignorantia excusat peccatum.
Idem li. ii. Roethorices.
Turpe est ignorare: quod omnibus scire conuenit.
Ouidius Ouidius Methamorphoseos li. vi. Fa. vi.
· Proh superi quantum mortalia pectora cæcæ Noctis habent.
Ouidius Fastorum li. ii.
· Quantum animis erroris inest?
Horatius Horatius li. ii. Carminum Ode. xiii.
Quid quisque uitet nunquam homini satis Cautum est in horas.
Mago græce 'εικὼν δικον.ι°.& φαν/τασтικὸν.ου.ό.imaginatiuus dicitur.
Imago quælibet est similitudo: Et nô econuerso. Quia Imago addit esse expressum ab alio. b. Tho. prima parte. q. xxxv. ar. i.
· Imago tripliciter differt a similitudine. Quia imago pertinet ad formam. s. specialem. Similitudo autem ad naturam. Imago ptinet ad cognitionem ueritatis: quæ est principium demonstrans naturam intellectualem: similitudo autem ad amorem uirtutis. Imago pertinet ad potentias. s. memoriam & intelligentiam: & uoluntatem. Similitudo uero ad habitus consequentes. s. Innocentiam & iniustitiam. ex. b. Tho. prima parte. q. lxxxxiii. ar. ix.
Imago a statua pprie sic differt: quia imago superficiem tantum eius rei refert: cui⁹ est imago: Vnde pictores imagines faciunt colorum diuersitate: & lineamentis quibusdam similitudinem reddentes. Statua uero est: que si non superficiem: sed solidum corp⁹: atque perfectum reddit: statuarii. n. effigies regum lignis: uel marmoribus.

uel ebore: uel metallis exprimentes: quorum ars statuaria uocat. Ab imago fit Imaginor uerbum: quod proprie est alicuius rei similitudinem mente comprehendo: a quo imaginarium dicimus: quod re non est: sed tantum cognitione comprehenditur: & imaginatio actus ipse. & imaginatiua de qua infra.

Imaginatiua est idem quod phantasia. b. Tho. prima parte. q. lxxviii. ar. iiii.

Immisericordia graece ἀνοικτιρμοσύνη. dicitur. Estq; filia auariciae: qua nō subuenitur indigentibus. Differt aūt sic a crudelitate q; Immisericordia est in subtractione beneficii: Sed crudelitas est in excessu puniendi. Et unum aliquādo ponitur pro alio. ex. b. Tho. scda scdae. q. clviii. ar. i.

Immobilis graece ἀκίνητος. ου. ὁ. ἡ. dicitur. Immobile dupliciter dicitur scilicet immutabilitate rei: ut deus: & necessitate ueritatis: ut propositiones necessariae. b. Tho. in quaestionibus de ueritate. q. xvi. ar. i.

Immundicia graece ἀκαθαρσία. ας. dicitur. Et est triplex. s. infidelium: cathecuminorum: & energuminorum. Primam purgat ostiatius: Secundam lector: Terciam exorcista. b. Tho. iiii. sen. di. xxiiii. q. ii. ar. i.

Immundicia etiam est filia gulae: qua quis prouocat se ad uomitum: ut saepius comedere possit: uel tantum comedit: q; necesse habet euomere.

Imperium graece: ἡγεμονία. ας. &c ἐπιτάσσω Impero dicitur. Est autem imperium actus rationis ordinātis cum quadam motione ad aliquid agendum. b. Tho. prima scdae. q. xvii. ar. v. Dicitur autem ab impero as.

Imperare est iubere: dictum ab in particula intentiua: & paro: quasi statim paro: uel prorsus paro:

Imperium nunc iussum significat: Virgi. Luctātes uentos tempestatesq; sonoras imperio premit. Aliquando dominium. Idem: Imperium oceano famam qui terminet astris. nonnunq̄ potestatem: unde Vlpian.: Imperium scribit aut merum dici: aut mixtum. Merum imperium est habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines: qd ēt potestas appellatur. Mixtum est: cui ēt iurisdictio inest. quod praecipue in danda bonorum possessione consistit. De hac materia habes infra ubi Obedientia: & Praeceptum.

Importunitas graece ἀκαιρία. ας. & ἄκαιρος. ου. Importunus dr. Est autem Importunitas euagatio mentis ad illicita: scdm q; in arce mētis residet: uolentis ad diuersa se diffundere. b. Tho. scda scdae. q. xxxv. ar. iiii.

Importunum esse: & importune fieri: quae sunt: siunt ue praeter rationem loci: seu tpis: seu psonae. Virg. Importunaeq; uolucres signa dabāt. Praeterea importunum hominem dicimus procacē: molestumq;: a quo importunitas dicta est. Sicut opportunum econtra dicimus: siue opportune accidere: quod p desyderio nostro accidit: a quo fit opportunitas: quod cōmoditatem significat. Scribiturq; per duplex pp. Nec uenit ab opus: sed ab ob: & portus: Q̄d nauigantib. maxime utiles optabilesq; portus sint.

Improperium graece ὀνειδισμός. ου. ὁ. & ὀνειδίζω Impropero. Est autem Improperium proprie: quando aliquis iniuriose alteri ad memoriam reducit auxilium: quod contulit ei necessitatem patienti. De hac materia uide supra in Exprobratio.

Improuidentia graece ἀπρομήθεια. ας. & ἀπρονόητος. ου. ὁ. Improuidus dicitur. Est autem improuidentia defectus intelligentiae: & solertiae pertinens ad negliḡetiam: & inconstantiam. b. Tho. scda scdae. q. liii. art. ii. De hac materia uide infra in Prudentia.

Imprudētia g. ἀβουλία. ας. & ἀφρων. ονος. ὁ. ἡ. Imprudens dicitur. Imprudētia autem sumitur tripliciter. s. negatiue: priuatiue: & contrarie. Prima non est peccatum. Sed scda est peccatum: ratione negligētiae. Tercia uero secundum se est peccatum mortale: si sit contra preceptum dei. Aliter est peccatum ueniale. ex. b. Tho. scda scdae. q. liiii. ar. i.

Imprudentia est generale peccatum participatiue: non autem essentiale. Cuius sunt triplices partes scilicet Subiectiuae. i. monostica: politica: & iconomica. Potentiales. i. Praecipitatio: seu temeritas: Inconsyderatio: Inconstantia: & negligentia. Et integrales quae reducuntur ad potentiales. ex b. Tho. scda scdae. q. liii. ar. ii.

Sophocles in Aiace. Sophocles

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ. i.

Homines enim malae mentis bonum prae manibus Habentes: non cognoscunt anteq̄ amittatur.

Idem. Ibidem.

βουλῆς γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἔχθιον κακῆς. i.

Consilio enim nihil est peius malo.

De hac matetia hēs infra in Prudētia & stulticia.

Impudentia graece ἀναίδεια. ας. & ἀναιδής. εος. ὁ. Impudens dicitur.

Euripedes in Medea. Euripedes.

ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια. i.

Maximum illorum qui sunt inter homines uitiorū Omnium impudentia est.

Mpudicitia græce ἀσέλγεια .ας.ἡ. & ἀσελγής .ο.ὁ. Impudicus dicit. Est autem Impudicicia circa oscula: tact⁹: & alios actus circunstantes actum uenereum bea. Thomas scda scdæ.q.cliiii.ar.i.

De hac materia habes infra in Pudicicia.

Inanis gloria græce κενοδοξία .ας.ἡ. dicitur. Et est inordinatus appetitus manifestationis propriæ excellentiæ. secundū.b. Tho.scda scdæ.q.cxxxii.

Inanis gloria & superbia sic differūt: q superbia inordinate appetit excellentiam: Sed Inanis gloria manifestationem eius. Ideo non sunt Idem: sed prima causat secundam.ex.bea.Tho.scda scdæ.q.cxxxii.ar.iiii.

De hac materia uide supra ubi Gloria uana.

Incantatio.ğ. ἐπαοιδή .ῆς.ἡ. & ἐπαοιδός .οῦ.ὁ. uel ἐπαοιδὸς ὁ. ου. ὁ. incantator dicitur. Est autem Incātatio sūperstitiosa: & illicita: si continet aliquid ad dæmones pertinens: uel nomina ignota: uel aliqua falsa: uel uana: uel aliqua signa: præter crucem. secundum bea. Tho. scda scdæ.q.lxxxxvi.ar.ii.

Incantare proprie est uerbis solis: uel etiam rebus q busdam adiunctis aliquid supra naturam moliri: unde Incantatio: & Incantamētū. Plynius. Quæstionis semper fuit ualeant ne aliquid uerba: & incantamenta carminum. Carmen etiam nonnunq Incantationem significat: Virg.

Carmina uel cælo possunt deducere lunam. Idē.

Ducite ab urbe domū mea carīa ducite daphnim.

Canto etiam p Incanto nonnunq ponit. Virgi.

Frigidus in pratis Cantando rumpitur anguis.

Leuitici. Leuitici cap.xviiii.

Nō augurabimini: nec obseruabitis somnia. Ibidē. Non declinetis ad magos: nec ab ariolis aliquid sciscitemini. ut polluamini per eos.

Leuitici cap.xx.

Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos: & fornicata fuerit cum eis: ponam faciem meam contra eam: & interficiā eam de medio populi sui.

Deutero. Deuteronomii cap.xviii.

Quando ingressus fueris terram quā dominus de⁹ tuus dabit tibi: caue ne imitari uelis abominationes illarum gētium: nec inueniatur in te q lustret filium suum: aut filiam ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur: aut obseruet somnia: atq auguria: ne sit maleficus: nec incantator: neq phitones cōsulat: nec diuinos: & quærat a mortuis ueritatem. Omnia enim hæc abominat dominus: & pter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Perfectus eris: & absq macula cū domino deo tuo. Gētes istæ: quarum possidebis terram augures: & diuinos audiunt: tu autem a domino deo tuo aliter Institutus es. Augustinus lib.i. de doctrina christiana: & habetur.x xvi.q.ii.Illud. Augustin⁹

Illud quod est secundum institutiones hominū: partim superstitiosum est: partim nō est supstitiosum. Superstitiosum est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda idola: & colēda pertinēs: uel ad colendam: sicut deum: creaturam: partē ue ullam creaturæ: uel ad consultationes: & pacta quædam significationum cum dæmonibus placita: atq fœderata: qualia sunt: uolumīa magicarum artium: quæ quidem commemorare potius q docere solent poetæ: ex quo genere sunt: sed quasi licentiosi uanitate aruspicum & augurum libri. Ad hoc etiam genus pertinent omnes ligaturæ: atq remedia: quæ medicorum quoq disciplina condēnat: si ue imprecationibus: siue i quibusdam notis: quas characteres uocāt. siue in quibusdam rebus suspēdendis: atq ligandis: uel etiam saltandis quodam modo: non ad temperationem corporum: sed ad quasdam significationes: aut occultas: aut manifestas: quæ eminentiore nomine phisicam uocāt: ut quasi non superstitionem implicare: sed naturæ p desse uideantur: sicut sunt in aures: in summo singularum aurium: aut destrutionum ossibus: ansulæ in digitis: aut quum dicitur tibi singultienti: ut dextra manu pollicem teneas. Ibidem.

Omnes igitur artes huiusmodi: uel nugatoriæ: uel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum: & dæmonum quasi pacta infidelis: & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudiandæ: & fugiendæ Christiano. Aug.& habetur.xxvi.q.ultima. Admoneant.

Admoneant fideles sacerdotes populos suos: ut nouerint magicas artes incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum: nihil remedii posse conferre: non animalibus languentibus: claudicantibus ue: uel etiam moribundis: quicq mederi: sed hæc sunt: laqueus: & insidiæ antiqui hostis: quib⁹ ille perfidus: genus humanum decipere nititur: & si quis hæc exercuerit clericus: degradetur: Laic⁹ anathematizetur. Augustinus lib. de natura dæmonum: & habet.xxvi.q.iiii.Igitur.

Igitur genus diuinationis a persis fertur esse allatū. Varro autem dixit: quattuor diuinationum eē genera: terram: aquam: aerem: & ignem. Hinc geomantiam: hydromantiam: pyromantiam: aeromātiam dictam autumat: Diuini dicti sunt: quasi deo

plæni. Diuinitate enim se esse plenos simulant: & astuti a quadam fraudulēta: hominibus futura cōiectant. Augustinus lib. de Ci. dei. & habetur. xxvi. q. v. Nec mirum.

Nec mirum de magorum præstigiis: quorum in tantum prodiere maleficiorum artes: ut etiam Moysi in illis signis resistere: uertentes uirgas in dracões: aquam in sanguinem dicantur. In gētilium etiam libris legitur: q quædam maga Circe socios Vlyxis mutauerit in bestias. Legitur etiā de sacrificio: quod Archades de suo Lyceo immolabāt: Ex quo quicunq̃ sumerent: in bestiarum formas conuerterentur: sed hæc omnia magicis præstigiis potius fingebantur: q̃ rerum ueritate complerētur: ut ergo ipsi errores: ignorantibus manifesti fiant: de eorum proprietate atq̃ inuentoribus: iuxta traditionem maiorum patrum dicere congruum arbitramur. Magi sunt: qui uulgo malefici: ob facinorum multitudinem nuncupātur: hii sunt qui permissu dei: elementa concutiunt: turbant mentes hominum: minus confidentium in deo: ac sine ullo ueneni haustu: uiolentia tantū carminis: interimūt. Vnde Lucanus. Mens hausti nulla sanie polluta ueneni Incantata perit: Dæmonibus enim accitis audent uentilare: ut quoscunq̃ suos perimāt: malis artibus: inimicos: Aug. in lib. de natura dæmonum: & habetur. xxvi. q. iiii. Igitur.

Incantatores dicuntur: qui artem uerbis peragunt. Arioli: qui circa aras idolorum: nepharias preces emittunt: & funesta sacrificia offerunt: Haruspices dicūtur: horarum inspectores: dies enim & horas inagendis negociis: & operibus custodiunt: exta pecudum inspiciunt. Augures sunt: qui uolatum aurium & uoces intendunt: dicitur enim auguriū: quasi auigerium: quod aues gerūt. Phitonissæ a Phitonio .i. Apolline dictæ: quæ dicunt se habere spiritum: per quem possunt futura prædicere. Genesiani qui geneses .i. natiuitates hominum per duodecim signa cæli describunt: ac per hoc: mortes: actus: euentus prædicere conantur. Salitores: qui dum eis membrorum quæcunq̃ partes offenderint: aliquid male prosperū sibi: siue triste significari præsumunt. Sortilegi uero comuni nomine a sorte dicuntur. Augustinus de Ci. dei & habetur. xxvi. q. ii. Qui sine.

Qui sine saluatore: salutem uult habere: & sine uera sapientia: æstimat se prudentem fieri posse: non sanus: sed æger: non prudens: sed stultus in ægritudine assidua laborabit: & in cæcitate noxia stultus: & demens permanebit: ac proinde: omnis inq̃sitio: & omnis curatio: q̃ a diuinis: & magis: uel ab ipsis dæmonibus in idolorum cultura expetitur: mors potius dicenda: q̃ uita.

Augustinus lib. iii. Confessionum.

Illos planetarios: quos mathæmaticos uocant: plane consulere nō desistebam: q quasi nullum eis sacrificium & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur: quod tamen Christiana & uera pietas: consequenter expellit: & dānat. Augustin' & hētur. xxvi. q. vii. Nō obseruetis.

Non obseruetis dies qui dicuntur Aegyptiaci: aut calendas Ianuarii: in quibus cantilenæ quædā: & comesationes: & adinuicem dona donantur: quasi in principio anni boni fati augurio: aut aliquot menses: aut tempora: aut dies: & ānos: aut lunæ solisq̃ cursum: quia qui & has: & quascunq̃ diuinationes: aut facta: aut auguria obseruat: aut attēdit: aut consentit obseruantibus: inutiliter sine cās magis ad sui damnationem: q̃ ad salutem tendit: siue per quosdam numeros litterarum: & lunæ p Pythagoricam nigromantiā ægrotātium uitam: uel mortem: uel prospera: uel aduersa futura inq̃runt: siue qui attendunt somnialia scripta: & falso Danielis nomine intitulata: & sortes: quæ dicūtur sanctorum apostolorū: & auguria auium: aut aliqua pro domo facienda: aut propter coniugia copulanda: aut in collectionibus herbarum carmina dicunt: aut pictaciolas: pro quauis infirmitate scripta: super homines: & animalia ponūt: præter symbolum: & orationem dominicam: aut magicis falsitatibus in grandinariis & tempestatibus credunt: qui autem talibus credunt: aut ad eorum domum euntes: aut suis domibus introducunt: & interrogant: sciant se fidem Christianam: & baptismum præuaricasse: & paganum & apostatam .i. retro abeūtem: & dei inimicum: iram dei grauiter inæternum incurrisse: nisi ecclesiastica pœnitētia emendatus deo reconcilietur. Dicit enim apostolus: siue manducatis: siue bibitis: siue aliquid aliud facitis. In nomine domini nostri Iesu Christi facite: In quo uiuimus: mouemur: & sumus.

Augustinus in Epistola ad Simplicianū.

Non est absurdum credere: aliqua dispensatione p̃missum fuisse: ut non damnante arte magica: sed dispensatione occulta: q̃ Phitonissam: & Samuelem latebat: se ostenderet spiritus Iusti aspectibus regis: diuina eum sententia percussurus: uel non uere spiritus Samuelis a requie sua excitatus est: sed aliquod phantasma: & illusio imaginaria: Diaboli machinationibus facta: quam scriptura Samuelem appellat: Sicut solent imagines rerū suarum nominibus appellari.

Hieronymus super Ionam. Hierony'.

Nō debemus sub exemplo Ionæ: sortibus credere: uel illud de actibus apostolorum huius testimonio copulare: ubi sorte Mathyas in apostolatū eligit.

Hier.& habet.xxvi.q.ulti ma.Dæmonium.
Dæmonium sustinētibus: licet petras uel herbas habere sine incantatione.

Gregorius — Gregorius & habetur.xxvi.q.v.Si quis.
Si quis ariolos aruspices uel incantatores obseruauerit: aut philaterиs usus fuerit: anathema sit.
Gregorius.& habetur.xxvi.q.v.Contra.
Contra idolorum cultores: uel haruspices: atq; sortilegos fraternitatem tuam uehementius pastorali hortamur inuigilare custodia: quod si emendare se a talibus nolle repereris: si serui sunt: uerberibꝰ uolumus castigari: si uero liberi: inclusiōe digni: districtamq; sunt in pœnam dirigendi.

Isydorus — Isydorus Aethimologiarum lib.viii.& habetur.xxvi.q.i.Sortilegi.
Sortilegi sunt: qui sub nomine fictæ religionis: per quasdam: quas sanctorum seu apostolorū uocant sortes: diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcunq; scripturarum inspectione: futura promittunt.

Beda. — Beda super actus apostolorum.
Non exemplo Mathyæ: uel q̄ Ionas propheta: sorte depræhensus sit: indifferenter sortibus est credēdum: quum priuilegia singulorum comunem legē omnino facere non possint. Si qui tamen necessitate aliqua compulsi: deum putant sortibus: apostolorum exemplo esse consulendum: uideant hoc: ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cœtu & p̄cibus ad deum fusis ægisse.


Virgilius — Virgilius in Bucolicis.
Carmina uel cælo possunt deducere lunam.
Carminibus Circe socios mutauit Vlyxis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Virgiliana Dido in.iiii.Aeneidos.
Testor chara deos: & te germana: tuumq;
Dulce caput: magicas inuitam accingier artes.

Ouidius. — Ouidius lib.i.de Remedio.
Deme ueneficiis carminibusq; fidem.

C. Mãliꝰ. — C.Manlius Astronomiæ suæ lib.i.
Linguas dixere uolucrum
Consultare fibras: & rumpere uocibus angues:
Sollicitare umbras.imumq; Acheronta mouere:
In noctemq; dies: in lucem uertere noctes:
Omnia conando docilis solertia uicit.
De hac materia: habes supra ubi Diuinatio: & Infra: ubi Sortilegium.

Incautela græce. ἀφύλαξια ας.ἡ. & ἀφύλακτος.ου.ὁ. Incautus dicitur. Incautella autem: & Incircunspectio icluduntur sub Inconsyderatiōe. be. Tho.scda scdæ.q.liii.ar.ii.

Incendiarius græce ἐμπρηστής.τοῦ.ὁ. & ἐμπρηστος.τοῦ.ἡ. uel ἐμπρησμός.οῦ.ὁ. Incendium dicitur. Est autē Incendiarius: siue Incensor qui authoritate propria ciuitatē: uillam: segetem: domum: uel arbores incendit: uel similia: igne apposito ex odio: uel uindicta.ut habetur.xxiii.q.ultima cap. Pessimā. & .xii.q.ii.Quum deuotissimam.



Incestus dicitur a cingulo Veneris: q̄d κεστός ου.ὁ.dicitur. Est autem Incestus: consanguineorū: uel affinium abusus. Vnde Incestuosi dicuntur: q consanguineis uel affinibus abutuntur.ut habeť.xxxvi.q.i.cap.lex illa.§. Quum ergo.
Incestus est cum persona cōsanguinea: uel affini coitus: prohibitus quadruplici ratiōe. Primo quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus: & per consequens aliis cōsanguineis. Secundo quia personas sanguine coniunctas necesse est adinuicem simul conuersari. Tercio quia per hoc impediretur multiplicatio amicoꝶ. Quarto quia quum naturaliter homo consanguineā diligat: si adderetur amor: qui est ex commixtiōe uenerea: fieret nimius ardor amoris: & maximum libidinis incentiuum: quod castitati repugnat.ex b. Tho.scda scdæ.q.cliiii.ar.i.
Dicimus autem Incestum & Incestus: utroq; enim modo dicitur quasi non castus. Hinc incesto uerbum: quod significat fœdo: polluo: Virgi. Totamq; incestat funere classem. Ab incesto dicitur Incestuosus: qui incestum commisit. Sunt qui uelint Incestum dici a Veneris cingulo quod cestū dicūt: quo uxor quum maritalis illi fides dabatur a marito cingebatur: dicēte Phyllide apud ouidiū epistola ad demophoonta.
Cui mea uirginitas auibus libata sinistris.
Castaq; fallaci zona recincta manu.& ꝑ ipso cingulo est secundæ declinationis. Est & cæstus cum diphthongo & quartæ declinationis: quod arma pugilum significat. Virg.lib.v.Aen. Seu crudo fudit pugnam committere cæstu.& a cædendo dr̄.

Leuitici. — Leuitici cap.xx.
Qui supra uxorem filiam: duxerit matrem eius: scelus operatus est. Viuus ardebit cum eis: nec permanebit tantum nephas in medio uestri.

Augustinꝰ. — Augustinus lib.de adulterinis coniugiis: & habetur.xxxii.q.vii.Adulterii.
Adulterii malum: uincit fornicatiōem: uincitur autem ab incestu: peius est enim cum matre: q̄ cum alia uxore concumbere.
Augustinus lib.i.de adulterinis cōiugiis: & habetur.xxxii.q.vii.Quemadmodum.

Sunt enim in fornicatione gradus: ut ſicut grauius peccat adulter: q̃ fornicator: ſic grauiꝰ delinquit: qui nec ſua dimiſſa aliam ducit: eo qui ſuam dimittit: aliam cognoſcit. Grauius quoq; qui ſuam uxorem habens: ad coniugem proximi ſui accedit: q̃ q non habẽs uxorem torum alterius uiolat: uel uxoratus ad ſolutam accedit: ſed hos omnes inceſtuoſi trãſcendunt: quos uincunt contra naturam delinquentes. Aug. lib. xv. de Ciuitate dei.

Commixtio ſororum & fratrum: quanto ſit antiquior compellente neceſſitate: tanto poſtea facta eſt damnabilior: religione prohibente.

Gregorius — Gregorius ad fœlicẽ Meſſanæ Ciuitatis epiſcopum: & habetur. xxxv. q. iii. Nec eam.

Nec eam quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit: uel aliqua illicita pollutiõe maculauit: in coniugium ducere ulli Chriſtianorum licebit: quia inceſtuoſus eſt talis coitus: & abominabilis deo: & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos uero nullo coniugii nomine deputandos: a ſanctis patribus ſtatutum eſſe legimus.

Seneca — Seneca Tragœdia. viiii.

Inceſta genitrix detrahit generi fidem.

Virgilius — Virgilius lib. vi. Aeneidos. de Inferno loquẽs.

Hic thalamum inuaſit natæ: uetitos q; hymeneos
Auſi omnes immane nephas auſoq; potiti.

Inconſtantia circa abſtinentiam a delectabilibus: ẽ

INconſyderatio græce ἀλογία ασ. ἡ. & ἀλόγιστος ου. ὁ. ἡ. Inconſyderatus dicitur. Eſt autem Inconſyderatio: ſpeciale peccatum imprudentiæ: Et opponitur rectitudini iudicii in moralibus. ex bea. Tho. ſcda ſcdæ. q. liii. ar. ii.

Inconſyderatio eſt defectus iudicii in agibilibus humanis: proueniens ex eo q; contemnit uel negligit attendere ea: ex quibus rectum procedit iudicium ſecundum. b. Tho. Ibidem ar. iiii. Vnde dicatur uide ſupra in conſyderatio.

INconſtantia græce ἀστασία ασ. ἡ. & ἄστατος ου. ὁ. ἡ. Inconſtans dicitur. Eſt autem Inconſtantia ſpeciale peccatum Imprudentiæ deficiens a perficiendo bonum propoſitum: Cuius principium eſt i appetitu: finis autem in intellectu. ex b. Tho. ſcda ſcdæ. q. liii. ar. ii.

Inconſtantia circa abſtinentiam a delectabilibus: ẽ filia luxuriæ: licet etiam quæ eſt in terribilibꝰ: oriatur ex luxuria. b. Tho. Ibidem. ar. v.

Inconſtantia eſt filia luxuriæ: quæ eſt: quando quis non ſtat conſtans in bono propoſito: ſed ſine cauſa rationabili: ex aliqua paſſiõe: præcipue ex amore concupiſcentiæ facit contrarium illius quod deliberauerat. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. liii.

Inconſtantia quid differat a Negligentia: uide īfra in Negligentia. Vnde autem dicatur: uide ſupra ĩ Conſtantia.

INcontinentia græce ἀκράτεια ασ. ἡ. & ἀκρατής τος. ὁ. ἡ. Incontinẽs dicitur. Eſt autem Incontinentia: quum a quibus rebus uoluptatibusq; nos tenerĩ debemus: nõ tenemus. ſecundum Aulum gelium.

Incontinentia proprie eſt circa concupiſcentias tactus. Secundum quid: ẽ circa honores: diuitias: & huiuſmodi. Improprie uero eſt circa uirtutes. Prima eſt peccatum dupliciter. ſ. recedendo a ratiõe: & immergendo ſe turpibus. Secunda tantum primo modo. Tercia uero non eſt peccatum: ſed eſt ꝑfectio uirtutum. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. clv. ar. ii.

Incontinentiæ ſpecies ſunt duæ. ſ. præuolatio conſilii: & debilitas in præconſiliatis. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. clvii. ar. i. Quid incontinens differat ab Intemperante: uide ſupra in Continentia.

INcubus dicitur Dæmon coiens cum muliere: Succubus autem Dæmõ coiens cum uiro. ex. bea. Tho. prima parte. q. li. ar. iii.

INdigentia græce ἔνδεια ασ. ἡ. & δέομαι. Indigeo dicitur. Et Eſt libido inexplebilis: ſecundum Ciceronem lib. Tuſ. quæſtionum. Indigẽtia: hoc eſt inopia: & Indigus: qui indiget alicuius rei: ab egeo ueniũt. Egeo uero: & Egeſtas quid ſint: & unde deſcendant: uide ſupra in Egeſtas.

INdignatio græce ἀγανάκτησις εως. ἡ. & ἀγανακτέω Indignor dicitᷣ. Eſt autem Indignatio dolor perturbãs ꝓpter res ſecundas indigno collatas. ſecundum Ariſtotelen lib. ii. Rhœtoricorum.

Indignatio: ẽt pro filia iræ ſumitur: quia quis nõ ualet uidere: uel audire eum cui iraſcitur. ſecundum bea. Tho. ſcda ſcdæ. q. xxxvii. ar. ii.

Indignatio uenit ab indignus: ita & Indignor iraſcor: & Indignabundus iraſcens: & Indigne hoc ẽ præter merita: & Indignanter per indignationẽ.

INdiuiduum græce ἄτομον. ου. τό. & ἄτομος. ου. ὁ. Indiuiſus dicitur. Indiuiduum eſt: id quod indiuiſum eſt in ſe: & diuiſum a quolibet alio ultima diuiſione. b. Tho. prima parte. q. xxviiii. ar. iiii.

Indiuidua ab Indiuiduis: quot modis differant: uide ſupra in Differentia.

INdiuiſibile ἀδιαίρετον. ου. ὁ. & διαιρέω diuido dicitur. Indiuiſibile autem ſecundum quantitatem: & ſine poſitione: dicitur unitas. ſecundum Ariſtotelen lib. v. metaphiſicæ. Indiuiſibile uero habens poſitionem: dicitur punctum. Venit autem a diuido: unde etiam diuiſibiliter: & Indiuiſibiliter. unde autem diuido

dicatur: uide supra in Diuisibile.

Ndulgentia graece συγγνώμη. ας. & συγγνώμων. Indulgeo dicitur. Est autem Indulgentia: poenae relaxatio: quam quis iuste pro culpis propriis facere debuisset de thesauro ecclesiae ad diuinam iusticiam persoluendam sumpta.

Indulgentia proprie: e mollis & delicata Permissio. Quintilianus. Mollis illa educatio: quam indulgentiam uocamus: neruos omnis: & mentis: & corporis frangit. Est enim Indulgere obsequi: & aliquid delicate concedere. Indulgentiam nonnulli male pro uenia capiunt: & pro ignoscere Indulgere utuntur. In quo Theologi nostri frequentissime labuntur. Non negamus tamen: quin uenia pro Indulgentia aliquando capiatur. Cicero Dabitis mihi hanc ueniam: hoc est indulgebitis: concedetisque mihi.

Ndustria graece φιλεργία. ας. & φιλεργός. ου. ο. Industrius dr. Est autem Industria frequens exercitium circa rem honestam. unde Industrius dicitur: hoc est studiosus: uigilans callidus.

Nfamia graece δυσφημία. ας. & δύσφημος. ου. ο. Infamis dicitur. Est autem Infamia laesae dignitatis qualitas reprobata: quantum ad uitam: & mores: per argumentum a contrario sensu. Sicut fama est Illaesae dignitatis status: uita & moribus comprobatus: & Inullo diminutus. Eandem Infamiam Apuleius infamationem uocat.



Nfernus graece ᾅδης. ου. ο. dicitur. Et e horridus: tenebrosus: et paenalis locus daemonum. b. Th. ii. sen. di. vi. q. iii. Infernus e quadruplex s. damnatorum: puerorum: purgandorum: & sanctorum patrum. In primo sunt tria. s. tenebrae gratiae: & tenebrae gloriae: & poena sensus. In secundo: sola duo prima. In tercio tantum secundum: & tercium. In quarto tantum secundum. ex b. Tho. iii. sen. di. xxii. q. ii. ar. i.

Infernus est in centro terrae. i. in medio terrae. secundum eundem. ii. sen. di. vi. q. iii. ar. ii. & iiii. sen. di. xliiii. q. iii. ar. ii.

Infernus aliquando adiectiuum est: qui infra est: sicut supremus: qui supra. unde Inferne aduerbium: & Inferiae: sacra mortuorum: quae Inferis soluuntur: & furiae Infernae & Infernales. de quibus supra in dictione Alecto.

Prouer. Prouerbiorum cap. xxvii.

Infernus & perditio nunquam replentur: similiter & oculi hominum insatiabiles.

Prouerbiorum cap. xxx.

Tria sunt insaturabilia: & quartum: quod nunquam dicit: sufficit: Infernus: & os uuluae: & terra quae non satiatur aqua. Ignis uero nunquam dicit sufficit.

Matthaeus cap. xiii. Matthae⁹.

Sicut ergo colliguntur zinzania: & igni comburuntur: Sic erit in consumatione saeculi. Mittet filius hominis angelos suos: & colligent de regno eius omnia scandala: & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus: & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

Augustinus in sermone ad eremitas. Augustin⁹

In inferno nulla est redemptio: quoniam qui illic damnatus: & demersus fuerit: ulterius non exibit. In inferno nulla est redemptio: quoniam nec pater ibi potest adiuuare filium: nec filius: patrem. Ibi non inuenitur amicus: uel propinquus: qui ualeat: & argentum: & diuitias dare: quas nunc congregant auari uidentes pauperes inopia tabescere: & prae nimia fame & siti: nuditatem & mortem incurrere: non poterunt sibi praestare aliquod refugium: unde mi seri prae nimia doloris magnitudine amarissime flentes: & prae angustia spiritus gementes: dicent in inferno. Quid profuit nobis superbia nostra? Diuitiae? Honores? Dignitates? Luxuria? Gulositas? & omnes delectationes carnales quid profuerunt nobis? Ecce omnia transierunt: quasi somnia: quasi fumus & umbra: & quasi non fuerunt: & nos cruciatibus deputati sumus: & suppliciis aeternis. In inferno nulla est redemptio: quoniam ibi gemit⁹ sunt: & suspiria: & non est qui misereatur. Ibi est dolor: & planctus: & clamor: & non est qui audiat.

Augustinus de Genesi lib. viii.

Melius est dubitare de occultis: quam litigare de incertis. Illum quippe diuitem in ardore poenarum: & illum pauperem in refrigerio gaudiorum esse intelligendos: non dubito: sed quomodo intelligenda sit la flamma inferni: ille sin⁹ Abrahae: illa diuitis lingua: ille digitus pauperis: illa sitis tormenti: illa stilla refrigerii: uix fortasse a mansuete quaerentibus: contentiose autem certantibus: nunquam Inuenitur.

Augustinus de fide ad Petrum.

In inferno: & si erit stimulus poenitudinis: nulla ibi erit correctio uoluntatis: a quibus ita culpabitur iniquitas: ut nullatenus ab eis possit diligi uel desyderari Iusticia.

Aug. lib. de Agenda cura pro Mortuis.

Ita diuiti illi: qui apud inferos torquebatur: fuit cura de uiuis: quis quid ageret omnino nesciret: quemadmodum est nobis cura de mortuis: quiuis quid

agant:omnino neſciamus.
Gregorius Gregorius lib.iiii.dyalogorum.
Anima illic poſita:bene eſſe perdidit:& eſſe nõ per
didit.Ex qua re ſemper cogitur:ut & mortem ſine
morte:& defectum ſine defectu:& finem:ſine fi/
ne patiatur:quatenus ei:& mors immortalis ſit:&
defectus indeficiens:& finis infinitus.

Gregorius lib.viiii.Moralium.
Horrendo modo fit miſeris mors ſine morte:finis ſi
ne ſine:defectus ſine defectu:quia & mors ſemper
uiuit:& finis ſemper incipit:& defectus deficere ne
ſcit.Mors perimit:& nõ extinguit:dolor cruciat:
ſed nullatenus pauorem fugat:flamma comburit:
ſed nequaq̃ tenebras excutit.

Gregorius lib.viiii.moralium.
Sicut uno ſole omnes tanguntur:nec tamẽ ſub eo uno
ordine omnes æſtuamus:quia iuxta qualitatẽ cor
poris ſentitur etiam pondus caloris.Sic damnatio
una eſt gehenna quæ affligit:& tamẽ non omnes
uno calore comburit:quia quod hic agit diſpar ua
litudo corporum:hoc illic exhibet cauſa meritorum.

Gregorius.viiii.moralium & Dyalogorũ.iiii.
Sicut in domo patris manſiones multæ ſunt pro di/
uerſitate uirtutum:Sic damnatus diuerſis ſuppli/
ciis gehennæ ignibus ſubiicit diſparitas criminis:
quæ.ſ.gehenna quãuis una ſit cunctis:non tamen
cunctos una eademq; qualitate ſuccendit.

Idem.viiii.Moralium.
Illa ultrix flamma uitiorum concremationem & lu
men non habet:quia quo illos gehennæ flãma de/
uorat:a uiſione ueri luminis cæcat:ut foris eos do
lor combuſtionis cruciet:& intus poena cæcitatis
obſcuret:quatenus qui authori ſuo corpore:& cor
de deliquerunt:ſimul corde:& corpore puniãtur:&
utrobiq; poenas ſentiant:qui dum hic uiuerẽt pra
uis ſuis delectationibus ex utroq; ſeruiebant.

Gregorius Ibidem.
Quicquid ad toleranda inferni mala deſcendit:ne/
quaq̃ ulterius ad lucem redibit:Quia nequaq̃ ul/
tra miſericordia parcentis liberat:quos ſemel in lo
cis poenalibus iuſticia iudicantis damnat.

Gregorius Ibidem.
Tunc edax flamma comburit:quos nunc carnalis
delectatio polluit.Tunc infinitum patens inferni
barathrum deuorat:quos inanis elatio nunc exal
tat:atq; qui olim ex uitio uoluntatem hic callidi p
ſuaſoris expleuerunt:tunc cum duce ſuo:reprobi
ad tormenta peruenient.

Gregorius lib.xx.moralium.
Gehennæ ignis:quum ſit corporeus:ut in ſe miſſos
reprobos corporaliter exurat:nec ſtudio humano
ſuccenditur:nec lignis nutritur:ſed creatus ſemel
durat inextinguibilis:& ſucceſſione non indiget:
& ardore non caret.

Idem.xx.moralium.
Iuxta modum culpæ pœna diſtinguitur:& ſecundũ
modum criminis:unuſquiſq; damnatus in inferni
igne cruciabitur.

Gregorius lib.iiii.Dyalogorum.
Vnus gehennæ ignis credendus eſt:ſed nõ uno mo
do omnes cruciat peccatores:Vnuſquiſq; enim q̃
tum exigit culpa:tantum illic ſentiet poenam.

Gregorius ſup illud Matthæi.viiii.Eiiciẽ/
tur in tenebras exteriores.
Eiicientur in tenebras exteriores:ut illic dentes ſtri
deant:qui hic de edacitate gaudebant:nam fletus
de ardore:ſtridor ſolet excitari de frigore.Ibi du/
plex oſtenditur eſſe gehenna.ſ.nimii frigoris:& i/
tolerabilis feruoris.

Gregorius Ibidem.
In inferno erit frigus intolerabile:ignis inextingui
bilis:uermis immortalis:foetor intolerabilis:tene
bræ palpabiles:flagella cædentiũ·horrida uiſio dæ
monum:confuſio peccatorum:deſperatio omniũ
bonorum.Erit enim miſeris mors ſine morte:defe
ctus ſine defectu:quia mors ibi ſemper incipit:&
deficere neſcit. Ioannes Chryſoſtom⁹ ſu Io. Chryſ.
per Matthæum omelia.xxxiii.
Multi gehennam abhorrent:ego autem caſum illi⁹
gloriæ multo amariorẽ gehennæ poena aio.Sequ.
Decem millia quis ponat gehẽnas:nihil tale dicet:
quale eſt a beata gloria excidere:a Chriſto audire:
q; non noui uos:incuſari:q; eſurientẽ uidimus:nec
cibauimus. Idem homelia.xxviii.
Intolerabilis res eſt gehenna:quis neſciat illud ſup/
plicium horribile:tamen ſi mille aliquis ponat ge
hennas:nihil eſt tale dicturus:quale eſt a beatæ il/
lius gloriæ honore propelli:exoſum eſſe Chriſto:
& audire ab illo non noui uos.

Bernardus Sermone.xxxviii. Bernard⁹.
Gehennam enim meruimus:ubi nullus unq̃ cibus
eſt:nulla conſolatio:nullus terminus:ubi guttam
aquæ diues poſtulat:& accipere non meretur.

Iſydorus lib.i.de Summo bono. Iſydorus
Ignis gehennæ lucebit miſeris ad augmentum:ut
uideant:unde doleant:& non ad conſolationẽ:ne
uideant:unde gaudeant.

Idem de meditatione gehennalis ſupplicii.
Intende nunc quaſcunq; ſæculi poenas:quoſcunq;
tormentorum dolores:quaſcunq; dolorum acer/
bitates:& compara totum huic gehennæ:& leue
eſt omne quod pateris·Duplex damnatorum poe/
na eſt in gehenna:nam & mentem urit triſticia:&
corpus flamma. Hugo

Hugo lib.iiii.de anima.
Infernus lacus eſt ſine menſura:profundus ſine fun

do:plenus ardore incomparabili: plenus foetore intolerabili:plenus dolore innumerabili: ibi miseria:ibi tenebræ:ibi ordo nullus:ibi horror æternus: ibi nulla spes boni:nulla desperatio mali.

Lactātius. Lactantius Fir.lib.vii.cap.xxi. diuinarum instit. Primum igitur dicimus tantam dei esse potestatē: ut etiam incorporalia conpræhendat:& quemadmodum uoluerit afficiat. Nam & angeli deum metuūt:quia castigari ab eo possunt inenarrabili quodam modo. Et dæmones reformidant:quia torquētur ab eo:& puniuntur. Quid ergo mirum:si quū sint immortales animæ:patibiles sint deo? Nā quū in se nihil habeant solidum & contrectabile a solidis & corporalibus nullam uim pati possunt:sed quia in solis spiritibus uiuunt:a solo deo tractabiles sunt:cui uirtus & substantia spiritalis est:sed tamen docent nos sanctæ litteræ:quemadmodū pœnas impii sint laturi. Nam quia peccata in corporibus contraxerunt:rursus carne induenť:ut in corporibus piaculum soluant:& tamen non erit caro illa:quam deus homini superiecerit:huic terrenæ similis:sed insolubilis:ac permanens in æternum: ut sufficere possit cruciatibus:& igni sempiterno: cuius natura diuersa est ab hoc nostro:quo ad uitæ necessaria utimur:qui nisi alicuius materiæ fomite alatur:extinguitur. At ille diuinus per se ipsum semper uiuit:ac uiget:sine ullis alimentis:nec admixtum habet fumum:sed est purus:ac liquidus: & in aquæ modum fluidus. Nō enim ui aliqua sursum uersus urgetur:sicut noster:quem labes terreni corporis:& fumus intermixtus exilire cogit: & ad cælestem naturam cum trepidatiōe mobili subuolare. Idem igitur diuinus ignis una eademq; ui: atq; potentia:& cremabit impios:& recreabit: & quantum e corporibus absumet:tantum reponet: ac sibi æternum pabulum subministrabit:qd poetæ in uulturem & Tytium transtulerunt. Ita sine ullo reuiuiscentium corporum detrimēto: aduret tantū:ac sensum doloris afficiet. Sed & iustos quū iudicauerit deus:etiam igni eos examinabit. Tum quorum peccata:uel pondere:uel numero præualuerint:perstringentur ab igni:atq; amburentur. Quos autem plena iusticia:& maturitas uirtutis incoxerit:illum ignem non sentient. Habēt enim aliqd i se dei:quod uim flāmæ repellat:ac reiiciat. Tanta est uis innocentiæ:ut ab ea ignis ille refugiat innoxius:qui accipit a deo hanc potestatem: ut impios urat:iustis obtemperet. Nec tamen quisq̄ putet animas post mortem protinus iudicari. Nā omnes in una communiq; custodia detinentur:donec tempus adueniat:quo maximus iudex: meritorum faciat examen. Tum quorum fuerit proba iusticia:hii præmium immortalitatis accipient. Quorum autem peccata:& scelera detecta:nō resurgent:sed cum impiis in easdem tenebras reconduntur:ad certa supplicia destinati.

Virgilius lib.vi.Aeneidos. de inferno ait. Virgilius.

Respicit Aeneas subito:& sub rupe sinistra
Mœnia lata uidet triplici circundata muro:
Quem rapidus flammis ambit terrentibus amnis
Tartareus Phlegeton:torquetq; sonātia saxa.
Porta aduersa:ingens:solidoq; adamāte colūnæ:
Vis ut nulla uirum:non ipsi excindere ferro
Cælicolæ ualeant:stat ferrea turris ad auras:
Thisiphoneq; sedens palla succincta cruenta
Vestibulum insomnis seruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus:& sæua sonare
Verbera:tum stridor ferri:tractæq; cathenæ.

Ibidem

Tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps:tantum tenditq; sub auras:
Quantus ad æthereum cæli suspectus olympū.

Virgilius lib.vi.Aeneidos.

Hic quibus inuisi fratres dum uita manebat:
Pulsatus ue parens:& fraus innexa clienti:
Aut qui diuitiis soli incubuere repertis:
Nec partem posuere suis:quæ maxima turba est:
Quiq; ob adulterium cæsi:qui q; arma secuti
Impia:nec ueriti dominorum fallere dextras:
Inclusi pœnam expectant:ne quære doceri
Quā pœnā:aut q̄ forma uiros:fortuna ue mersit.
Saxum ingens uoluunt alii:radiisq; rotarum
Districti pendent. Ibidem.
Discite iusticiam moniti: & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam:dominumq; potentē
Imposuit:fixit leges precio:atq; refixit.
Hic thalamum inuasit natæ:uetitosq; hymeneos.
Ausi omnes immane nephas:ausoq; potiti.
Non mihi si linguæ centum sint:oraq; centum:
Ferrea uox:omnes scelerū compræhēdere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

Ibidem.

Ergo exercentur pœnis ueterumq; malorum.
Supplicia expendunt:aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad uentos:aliis sub gurgite uasto
Infectum eluitur scelus:aut exuritur igni.

Ibidem.

Luctificam Alecto dirarum a sede sororum:
Infernisq; ciet tenebris:cui tristia bella:
Iræq; insidiæq;:& crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton:odere sorores
Tartareæ monstrum:tot se uertit in ora:
Tam sæuæ facies:tot pullulat atra colubris.

Ouidius Metamorphoseos lib.iiii.fabula.xii. Ouidius

Est uia decliuis funesta nubila taxo:
Ducit ad infernas per muta silentia sedes.

Stix nebulas exhalat iners: umbræq; recentes
Descēdunt illac: simulachraq; functa sepulchris.
Pallor hyemsq; tenent late loca senta: nouiq;
Qua sit iter manes stygiam quod ducat ad urbem
Ignorant: ubi sit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus: & apertas undiq; portas
Vrbs habet: utq; fretum de tota flumina terra
Sic omnes animas locus accipit ille: nec ulli
Exiguus populo est: turbam ne accedere sentit:
Errant exangues sine corpore & ossibus umbræ:
Parsq; forum celebrant: pars imi tecta Tyranni:
Pars aliquis artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent: aliam partem sua pœna coercet. Ibidē
Inamabile regnum.
Desere: teq; refer cæli melioris ad auras.
Ouidius lib. x. fabula. i.
Omnia debentur uobis: paulumq; morati
Serius: aut citius sedem properamus ad imam.
Tendimus huc omnes: hæc ē domus ultima: uosq;
Humani generis longissima regna tenetis.
Tibullus Tibullus lib. i. Elegia. iii.
At scelerata iacet sedes in nocte profunda:
Abdita quam circum flumina magna sonant.
Tisiphoneq; impexa feros pro crinibus angues
Sæuit: & huc illuc impia turba fugit.
Nunc niger in porta serpentum cerberus ore
Stridet: & æratas excubat ante fores.
Illic Iunonem tentare Ixionis ausi
Versantur celeri noxia membra rota.
Porrectusq; nouem Titius per iugera terræ
Assiduas atro uiscere pascit aues.
Tantalus est illic & circum stagna: sed acrem
Iam iam poturi deserit unda sitim.
Et Danai proles Veneris quæ numina læsit
In cana lætheas dolia portat aquas.
Catul. Catullus Ode. ii.
Per iter tenebrosum
Illuc: unde negant redire quemquam.
Claudian⁹ Claudianus lib. ii. contra Ruffinum.
Est locus infaustis: quo conciliatur in unum
Cocytus flegetonq; uadis: inamænus uterq;
Alue⁹: hic uoluit lachrymas: hic igne redundat.
Turris per geminos flammis uicinior amnes
Porrigitur: solidoq; rigens adamante: sinistro
Proluit igne latus: dextraq; cocycia fundit
Aequora: triste gemens: & fletu concita plangit.
Huc post emeritam mortalia sæcula uitam
Deueniunt: ubi nulla manent discrimina fati:
Nullus honor: uanumq; exutū nomine regem
Perturbat plebeius egens: quæsitor in alto
Conspicuus solio pertemptat crimina Minos:
Et iustis dirimit Sontes: quos nolle fateri
Viderit ad mala mox transmittit uerbera fratris
Nam iuxta Rhedamantus agit congesta sugui
Curriculi: totosq; diu prospexerit actus
Exæquat damnum meritis: & muta ferarum
Cogit uincla pati: truculentos ingerit ursis:
Prædonesq; lupis: fallaces uulpibus addit.
At qui desidia semper: uinoq; grauatus
Indulgens ueneri uoluit torpescere luxu:
Hunc suis immundæ pingues detrudit in artus.
Qui iusto plus esse loquax: archanaq; sueuit
Prodere: piscosas fertur uicturus in undas:
Vt nimiam pensent æterna silentia uocem.
Quos ubi per uarios amnes: per mille figuras
Aegit lætheo purgatos flumine: tandem
Rursus ad humanæ reuocat primordia formæ.
Dantes Inferni cant. cap. iii. Dantes
Quiui suspiri: pianti: & amar guai:
Risonauan per laer senza stelle:
Vndio al cominciar ne lachrymai.
Diuerse lingue: horribile fauelle:
Parolle di dolor: accenti dira:
Voce alte: & fioche: & son di man cō elle. Ibidē.
Ma quelle animæ cheran lasse & nude:
Cangiar color: & dibaterno identi:
Possa chintéson le parole crude.
Biastemauano dio: & lor parenti:
Lhumana specie: il loco: il tempo: il seme:
Di lor semenza: o di lor nascimenti. Ibidē
Ben e che senza termino se doglia:
Che per amor di cosa che non dura
Eternalmente quel amor si spoglia.
Idem cap. vii.
Or poi ueder Figlol lacurta buffa
De ben che son comessi a lafortuna:
Per che lhumana gente si rabbuffa.
Che tuto loro che sotto la luna:
Et che fu gia: di queste anime stanche
Non ne potrebbe far possar pur una. Ibidem
Quanti si tēgon or lha su gran regi:
Che quhi starano: come porci in bragho:
Di se lassando horribili dispregi.

INfidelitas. g̃. 'απιστία. ας'. & 'απιστόσ. ου. ο'. Infidelis dicitur. ueniuntq; a Fides: de qua supra in dictione Fides.
Infidelitatis species sunt tātum tres. s. paganorum: quæ grauis est: Iudeorum quæ grauior: hæreticorum quæ grauissima. Ex. b. Tho. seda sedæ. q. x. ar. v. & vi.

INfinitiuus græce 'απαρέμφατος. ου. ο'. η'. dicitur. Est autē Infinitum cuius sem per secundum quantitatem accipientibus est aliquid accipere. secundum Aristotelem lib. iii. phisicorum.
Infinitum esse actu non est intelligibile. ex. b. Tho.

quolib. viii.i.ſi.
Infinitum eſt quod non habet finem. unde Infini/
tio: & Infinitas deducuntur. hinc etiam uenit In/
finitiuus modus quo grãmatici utuntur: qui nec
perſonis aliquibus: nec numeris finitur. Hæc om
nia a finio deſcẽdunt: a quo pariter præfinio: hoc
eſt præſcribo: & quaſi finem quem non tranſgre/
diaris oſtendo. Vnde præfinitum præſcriptum. In
finite: & infinitum aduerbia ſignificant ſine fine.
A finio ueniunt etiam defunio: & diffinio de qui/
bus ſupra in Diffinitio.

INfirmitas græce ἀρρω/
στία. ας. ἡ. & ἀρρω/
στέω infirmo: & ἀρρω/
στὸς. ου. ὁ. Infirmus.
Eſt autem infirmitas de/
bilitas: & imbecillitas: &
infirmus debilis: Ab in/
firmo quoque deducuntur: quod
eſt debilito. A firmus oĩa
hæc ueniunt: firmus uero a ferendo: quod omnia
conſtanter ferat: Vnde firmitas de qua ſupra in di
ctione Firmitas: & firmitudo eiuſdem ſignifica/
puerbiorꝫ. tionis. Prouerbiorum c°. ii.
Liuor uulneris abſterget mala. Prouerb. c. iii.
Ne fatigeris: quum a deo corriperis.
Ecclẽſiaſtici Eccleſiaſtici cap°. xxx.
Melior eſt pauper ſanus: & Fortis uiribus: quam diues
imbecillis. Eccleſiaſtici. c. xxxvii.
In multis cibis erit infirmitas. Ibidẽ.
Propter crapulam multi periere. Qui autem abſti/
nens eſt: adiiciet uitam. Paulus primæ. Cor. xii.
Paulus · Nam uirtus in infirmitate perficitur. Ibidem.
· Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis.
Auguſtin⁹ Auguſtinus de opera monachorum.
Qui ueram oſtendit corporis infirmitatem huma/
ne tractandus eſt: qui autem falſam prætendit: & cõ
uinci non poteſt: deo dimittendus eſt.
Hierony⁹. Hieronymus in quadam epiſtola
· Corporis debilitas nimia et uires aĩæ frangit: men
tis quoque ingenium marceſcere facit. Quicquid
cum modo: & temperamẽto fit: ſalutare eſt.
Ambroſi⁹. Ambroſius: & hẽtur. xxiiii. q. i. capitulo
Quæ dignior.
Corporales infirmitates populi fidelis ſuſcipere in
ſe debet euangelii prædicator: iuxta quod ſcriptum ẽ:
Quis infirmatur: & ego nõ infirmor?
Gregorius Greg. i paſtorali: & hẽt di. xlviiii. Hinc & .n.
Hinc & .n. ſuperna uoce ad Moyſen dr̃ i leuitico. Lo
quere ad Aaron. Hõ de ſemine tuo per familias: q
habuerit maculam: nõ offerat panes deo ſuo: nec
accedat ad miniſterium ei⁹: ubi repente ſubiungi
tur. Si cæc⁹ fuerit: Si claudus: ſi uel paruo: uel grã
di naſo: uel torto: ſi fracto pede: Si manch⁹: Si lip/
pus: Si gibboſus: Si albuginem hñs in oculo: ſi iu
gem ſcabiẽ: ſi ipetiginẽ i corpore: uel põderoſus.
Greg li. iiii. Moralium.
Conſyderata ĩfirmitas propria nobis excuſat alienã.
Grego. ſup illud Lucæ. xii. Beatus ſeruus
quem quum uenerit.
· Venit dñs: quaſi ad iudicandum properat: pulſat uero:
quum per ægritudinis moleſtias: mortem uicinã de/
nunciat: cui cõfeſtim aperim⁹: ſi hunc cum amore
ſuſcipim⁹. Hugo li. i. de Clauſtro animæ. Hugo
Qui dolorẽ capitis nõ patimur bẽigne: quõ pro chri
ſto capitis abſciſionẽ pateremur? Qui flagellum ti
mẽt: quõ tormẽta ſuſtinerẽt. Seneca Epiſtola. ii. Seneca
Nihil æque impedit ſanitatẽ: ſic ut remediorum crebra
mutatio: nõ conualeſcit planta: quæ ſæpe tranſ/
· fertur: Nihil magis ægris prodeſt: quam ab eo curari:
a quo uoluerit. Seneca Epiſtola. lxxii.
· In omni morbo: tria grauia ſunt: metus mortis: do/
lor corporis: intermiſſio uoluptatis. Idẽ epiſt. ci.
Multos morbos multa fercula faciunt.
Seneca Epiſtola. cxxii.
Nõ uidem⁹: quam multa nos icõmoda exagitẽt: quam male
nobis cõueniat hoc corpus: nunc de capite: nunc
de uẽtre: aut de pectore: aut de faucibus quærimur:
Alias nerui nos: alias pedes uexant: Nunc deie/
ctio: nunc deſtillatio: aliquãdo ſupereſt: aliquãdo
deeſt ſanguis: hinc atque illinc tentamur: & expel/
limur. Ariſtot. li. xiiii. de Aialibus. Ariſtoteles
· Modica alteratio i mẽbro principali facit multam
alterationẽ in toto corpore. Ariſto. ii. Poetriæ.
In ĩfirmo ẽ cõtinua triſticia: & moetor icõſolabilis.

INfœlicitas: g̃: δυστυχία. ας. ἡ. & δυ
στυχής. οῦς. ὁ. Infœlix dr̃. Fœlicitas:
& infœlicitas deſcẽdunt a fœlix: quod eſt qui
recipit fœlicitatẽ: Virg. Viuite fœlices quibus ẽ for
tuna pacta Iam ſua. Aliquñ ſignificat quod dat fœli
citatẽ. Virg. Sis bon⁹ o fœlix que tuis. Fœlix quoque
fœcundum ſignificat quare fœlices arbores fera
ces dicimus: & ĩfœlices fructum nõ ferẽtes. Hinc
ẽt fœlicito uerbum: quod eſt fœlicẽ facio. Cuius op
poſitum infœlicito: hoc eſt infœlicem facio.
Menander. Menãder.
δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. i.
· Quercu cadente omnis uir ligna comburit. Idẽ.
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς. τοὺς
δ' εὐτυχεῖς. id eſt.
Oportet hos quidẽ eſſe infœlices: hos uero fœlices.
Idem.
ἐπεὶ ἀνδρὶ δυστυχοῦντι μὴ πλάσῃς
κακόν. id eſt.
In uirum infœlicem ne obiicias malum. Idem.
ἐξ ἴσου γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν. i.

Ex uoluptate enim nascitur infoeliciter agere.
μὴ 'μβαίμι δυστυχοῦντι. κοινὴ γὰρ ἡ τύχη.i.
Ne insulta infoelici: communis.n. Fortuna. Idem
μὴ δέ ποτ' 'σαυτὸν δυστυχῶν ἀπελπίσῃς.i.
Nunq̃ de te ipso infoeliciter agens desperabis. Idẽ.
μόλις κοινά πάντα δυστυχήματα.i.
Existentia communes omnes infoelicitates. Idem
'οί μοι τό γαρ 'ἄφνω δυστυχῶν μανίαν ποιεῖ.i.
Hei mihi repente infoeliciter agere insaniam gignit. Idem.
τῶν δυστυχούντων 'ευτυχὴς 'ουδεὶς φίλος.i.
Infoelicium fortunatus nullus amicus.

Claudian⁹ Claudian⁹ de uictoria Stilicõis cõtra Alaricũ.
Quæ uindicta prior:q̃ quum formido superbos
Flectit: & assuetum spoliis affligit egestas.

INfortunium græce συμφορά.'άσ.η'. dicitur. Et est quum aliquod magnum malum euenit. secundũ Arist. lib. ii. phisicoꝝ.

INgenium.g̃. 'ευφυΐα ασ.ι'. & 'ευφυής 'εσ.ό'.η'. industrius & Ingeniosus dicitur. Est autem Ingenium extẽsio intellectus ad intellectorum cognitionẽ. Ingenium significat ꝓprie naturam cuiq; ingenitam. Terẽtius. Nã qui cum Ingeniis conflictatur eiusmodi.i. cum hominibus eiusdem naturæ. huius diminutiuum est Ingeniolum. Item ingenuus qui libera matre natus: nec postea seruus factus est: & est relatiuum libertini. hinc etiam Ingenuitas quæ est contraria libertinitati.

Ecclũstici. Ecclesiastici cap. xxv.
Quam speciosa ueteranis sapientia: & gloriosus intellectus: & consilium.

Augustin⁹ Augustinus ad Macedonium epistola. ii.
Nõ ego meo ingenio: uel merito: sed eius dono sum si quid laudabile sum. Nam quædam acutissima: & excellentissima ingenia: tanto in maiori errore errant: quanto confidentius tanq̃ suis uiribus cucurrerint: nec suppliciter: ac ueraciter deũ: ut uiã sibi ostenderet: petiuerunt.

Hierony⁹. Hieronymus super illud Ecclesiasti. xi. Breuis in uolatilibus apis & initiũ dulcoris hẽt fructus ei⁹.
Apis acriter pungit: & mel conficit: sic paruo corpore anima ĩgeniosa: & acerrima uiget: & doctrinæ suauitatem profert.

Gregorius Gregorius super illud ꝓuerbiorum. xxx. Stellio manibus nititur.
Dum ingeniosi per negligẽtiam in malis remanẽt: simplices: quos ingenii penna nõ adiuuat ad obtinenda regni æterni moenia: uirtus operationis leuat.

Ioannes Chrysostomus super illud Matthæi. xxv. Abiens fodit in terram. Io. Chrys.
Abscondere talentum in terra: est acceptum Ingenium in terrenis actibus implicare: & non lucrum spirituale acquirere.

Bernardus in Apologetico. Bernard⁹.
Semper in robusto: & uegetato corpore animus mollior iacet: atq; tepidum cor: & rursum in corpore debili: & infirmo fortior uiget: & prõptior spirit⁹.

Boetius lib. v. de Consolatione. Boetius
Omne quod cognoscitur: non secundum uim sui: sed secundum cognoscentis potius cõprahẽdit facultatem. Ibidem.
Omne quod inest sensibus: si ad rationem referas: uniuersale est: si ad sensum particulare. Vniuersale est dum intelligitur: particulare dum sentitur.

Cassiodorus lib. iiii. Epistolarum. Cassiodo.
Aegrescit profecto ingenium: nisi uigilatione reparetur. Cito expediuntur horrea: quæ assidua nõ fuerint adiectione suffulta: thesaurus ipse q̃ facile profunditur: si nullis iterum pecuniis complet᷑: sic humanus sensus: quẽ alieno nõ farcit᷑ inuẽto: cito põt attenuari de ꝓprio.

Seneca Epistola. lxxvii. Seneca
Potest ingenium fortissimum: ac beatissimum sub qualibet cute latere: põt ex deformi humiliq; corpusculo formosus aĩus ac magn⁹ exire. Non .n. deformitate corpis foedat᷑ aĩus: sed pulchritudine aĩ corpus ornat᷑. Seneca de tranquilitate animi.
Nullũ ingeniũ põt esse magnũ: anteq̃ hẽat aliquid admixtum de furia. Seneca Tragoedia. iiii.
Ingenia melius recta in laudes se ferunt: si nobilem animum uegeta libertas alit.

Aristoteles. ii. Metaphisicæ. Aristoteles
Quicquid intellectus intelligit: idem finit.

Aristoteles lib. xi. Metaphisicæ.
Speculatio est bonum & optimum acceptissimum: & delectabilissimum. Ex lib. Empedoclis. Empedoc.
Tria sunt quæ in tota rerum uarietate excellentissimum diuinæ munificentiæ donum.f. philosophiã extollunt: nobilis affluentiæ cõceptus: futuræ foelicitatis appetitus: mentis illustratio: quorum primo: nihil honestius. z⁹. nihil facilius. iii. nihil ad amborum cõpendiosam adeptionem efficatius.

Salustius Iughurtin⁹. Salustius
Igit᷑ ꝑclara facies: diuitiæ: ad hæc uis corpis: & alia oĩa huiuscemodi breui dilabunt᷑: at ingenii egregia facinora: sicut aĩa: imortalia sunt: postremo corporis: & fortunæ bonorũ: ut initiũ sic finis. Ibidẽ.
Inter bonas artes integrum ingenium breui adolet.

Plautus in Penulo. Plautus

Inuidia nunq̃ in me nata est: neq̃ malicia mala:
bono ingenio me esse ornatam: q̃ auro multo ma
Ouidius. lo. Ouidi⁹ li.vi.metamorphoseos Fabula.vi.
Grande doloris
Ingenium est: miserisq̃ uenit solertia rebus.
Idem li.xv.Fabula.ii.
Carne feræ sedant ieiunia: nec tamen omnes:
Quippe equ⁹ & pecudes: armẽtaq̃ gramine uiuũt.
At quibus ingenium est immansuetumq̃ ferūq̃:
Armeniæ tigres: iracundiq̃ leones
Cumq̃ lupis ursi dapibus cum sanguine gaudẽt.
Idem li.iii.Amorum.Elegia.vii.
An quisq̃ ingenuas etiam nunc suscipit artes?
Aut teneras dotes carmen habere putat?
Ingenium quondam fuerat preciosius auro:
At nunc barbaria est grandis habere nihil.
Ouidius epistola Herus ad Leandrum.
Fortius ingenium suspicor esse uiris.
Vt corpus teneris sic mens infirma puellis:
Ouidius Tristium li.iii.Elegia.vii.
Singula quid referam? Nil non mortale tenemus:
Pectoris exceptis ingeniiq̃ bonis.
En ego quum patria caream: uobisq̃ domoq̃:
Raptaq̃ sint adimi quæ potuere mihi:
Ingenio tamen ipse meo comitorq̃: fruor q̃:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil
Idem.iii.Tristium Elegia ultima.
Ingenium fregere meum mala: cuius & ante
Fons infœcundus paruaq̃ uena fuit.
Sed quæcunq̃ fuit nullo exercente refugit:
Et longo periit arida facta situ.
Idem.iii.Tristium Elegia.xiii.
Adde q̃ ingenium longa rubigine læsum
Torpet. & est multo q̃ fuit ante: minus.
Terentius Terenti⁹ i heautontimorumenos comedia.iii.
Nihil est tam difficile quin quærendo inuestigari
possit.



Ngratitudo g̃: ἀχαριστία.α.ς.ᾱ. & ἀχαριστοςουσ.ο̄. Ingratus dicitur. Est autem ingratitudo qualibet peccatum: quia tollit debitum gratitudinis: quod est debitum honestatis.ex.b.Tho.secũda secũdæ.q.cvii.ar.i.
Veniunt autem ingratitudo: & ingratus a grat⁹: qui est memor beneficii accepti: Cuius contrarium est ingratus: & gratuitum: qd gratis datur Et gratificor: quod est aliud: q̃ gratum facio: licet utrunq̃ a gratum perducatur. Et.n.gratum facere est quiddam minus: & prope idem quod obseq: & inseruire. Gratificari uero ,ẽ quiddam maius: & quasi idem quod beneficum esse: & beneficia cõferre. Quapropter deos non gratũ facere: sed gratificari hominibus dicimus. Ab hoc gratificus: & gratificatio deducuntur.

Prouerbiorum capitulo.xvii. ꝓuerbiorũ.
Qui reddit mala pro bonis: non recedet malum de domo eius. Sapientiæ capitulo.xvi. Sapientiæ
Ingrati enim spes tanq̃ hyemalis glacies tabescet: & dispereet tanq̃ aqua superuacua.
Augustinus in expositione ꝑs.viii. & habetur.xxiii.q.iii.c.Sex differentiæ. Augustin⁹
Sex differentiæ sunt: Reddere bona pro malis: Nõ reddere mala pro malis. Hæc bonorum sunt: & prius melius: Non reddere bona pro bonis: & reddere mala pro bonis. Hæc duo malorum sunt: sed posterius deterius: Reddere bona pro bonis: & pro malis mala: hæc duo mediocrium sunt: prius propinquum bonis: quod Christus nõ arguit: sed plus oportere dicit: quia & ethnici hoc faciũt. Posterius propinquum malis: conuenit tamen et iam bonis: unde & lex modum ultiõis statuit: oculum pro oculo: quæ si dici põt in iustorum iusticia ẽ: nõ quia iniqua est ultio: quam lex statuit: sed quia uiciosa libido ulciscendi: magis ad iudicem pertinet hoc iter homines discernere: q̃ bonum hominem sibi expetere. Hic enim malum ꝓ malo redderet: iudex uero non: sed delectatiõe iusticiæ iustum ꝓ miusto: quod est bonum pro malo: quod etiã deus iudex facit. Augu.li.de Pœnitentia: & habetur: De Pœni.di.v.cap.Consyderet.
Ingratus enim extitit: qui plenus uirtutibus deum non omnino timuit. In hoc enim quisq̃ peccator fit culpabilior: quo est deo acceptior. Ideo.n.Adã plus peccauit: quia omni bono abundauit.
Ioannes Chrysostomus sup Matthæum. Io. Chrys.
Quanto maiora beneficia sunt hoibus constituta: tanto grauiora peccantibus iudicia.
Bernardus super Cantica. Bernardus
Ingratitudo est hostis gratiæ: inimica salutis: quoniam nihil ita displicet deo: quemadmodum ingratitudo. Bernardus Sermone.xxii.
Quanti fecit te deus ex hijs quæ ꝓ te fecit est agnosce: ut appareat tibi benignitas eius in humanitatem. Quanto enim minorẽ se fecit in humilitate: tanto maiorem exhibuit in bonitate: & quãto ꝓ me uilior: tanto mihi charior. Aduerte homo: quia limus es: & non sis superbus: & quia deo iunctus es: non sis ingratus. Bernardus Sermone.xxxv.
Gratiarum cessat discursus: ubi recursus nõ fuerit. Nec modo nil augetur ingrato: sed quod accepit uertitur ei in perniciem: infidelis in modico censetur dignus munere ampliori.

Bernardus Sermone.lii.

Peruer si cordis est occasiones ingratitudinis inuestigare. Nemo id facit:nisi qui etiā gratis est īgratus.

Cassiodor. Cassiodorus li.ii.Epistola.xvi.

Nutriunt præmiorum exempla uirtutes. Non est qsq̄ qui ad morum summam nitatur ascendere: quando irremuneratum relinquitur: quod conscientia teste laudatur.

Idem li⁹.iiii.Epistola.xxi.

Graue nimis est:ut fructu laboris sui fraudetur industrius:& cui debet pro sædulitate conferri præmium:dispendium patiatur iniustu: & malorum omnium probatur extremum: Vt inde quis cogatur detrimenta suscipere:unde credebat auxilia prouenire:molestiam pati sine causa:pœnam sine culpa:damna sine delictis.

Idem li.vii.Epistola.xxii.

Indiscreti hominum mores confusiq; nagarentur: si aut culpa formidinem:aut uirtus præmia nō ha

Lactanti⁹. berent. Lactantius Firmianus.li⁹.ii.Diuinarum insti. Aduersus gentes.

At uero si qua grauis necessitas presserit: tunc dei recordantur: Si belli terror infremuerit. Si morborum pestifera uis incubuit: Si alimenta frugib⁹ longa siccitas denegauit:si tempestas:si grando ingruat:ad deum confugitur: A deo petitur auxilium. Deus ut subueniat oratur. Si quis in mari uēto seuiente iactatur: hunc innocant: Si ad extremam mendicandi necessitatem ductus:uitam precibus exposcit:deum solum obtestatur. Per eius unicum: atq; diuinum nomen hominum sibi misericordiam quærit. Nunquā igitur dei meminerunt:nisi dum in malis sunt. Postq̄ met⁹ defferunt: & picula recesserūt: deo ante quem in sua ipsa necessitate implorauerant:nec uerbo qdem gratias agunt. Lactantius Ibidem.

Nam tum deus ex memoria hominum maxime elabitur:quum de beneficiis eius fruentes: honorem dare diuinæ intelligentiæ debent.

Idem li⁹.iiii.Di.insti. c.iii.

Nam si diuinitas quæ gubernat hunc mundum incredibili beneficio genus humanum sustentat: & quasi paterna indulgētia fouet: uult profecto gratiam sibi referri:& honorem dari: Nec cōstare homini ratio pietatis potest: si cælestibus beneficiis extiterit ingratus:quod non est utiq; sapientis.

Seneca Seneca li.de Beneficiis.

Officium liberalitatis. Vide in liberalitas.

Seneca epistola.lxxxiiii.

Quidā quo plus debēt magis oderunt:leue æs alienum:debitorē facit:graue:inimicum. Ibidem.

Quereris incidisse te in hoiem ingratū: si hoc piculum uitare uolueris:nō dabis bñficia: ita ne apud alium peant:& apud te peribunt. Ibidem.

Ingrati esse uitemus non aliena causa: sed nostra. Seneca Ibidem.

Venenum qd serpentes in alienam perniciem proferunt:sine sua continent:non ita uitium ingratitudinis continetur. Torquet se ingratus: & macerat:oditq; accepta:quia redditurus est:& extenuat iniurias uero dilatat:atq; auget. Seneca Ibidē.

Quid autem ē eo miserius:cui beneficia excidunt: hærent iniuriæ? Ibidem.

Quæris qd sit quod obliuionem nobis acceptorum faciat:cupiditas accipiēdo♃. Cogitamus: non qd impetratum:sed quid petēdum sit:nescimus æstimare res: de quibus non cum fama: sed cum rerum natura deliberandum est. Ibidem.

Eo producturus ē furor:ut periculosissima res sit beneficia in aliquē magna cōferre:nā q̄a putat turpe nō reddere:non uult esse cui credat: habe qd accepisti:non repeto:nō exigo: p̄fuisse tutum est.

Seneca li.de Beneficiis.

Nō referre grām de beneficio turpe est. Ibidem.

Per se fugienda est res ingratum esse: quoniam nil æque concordiam humani generis dissociat:ac distrahit:q̄ hoc uitium. Ibidem.

Vir bonus omnia recte facit. Si omnia recte facit: ingratus esse non potest. Seneca Ibidem.

Gratum hominem semper beneficium delectat:ingratum semel. Seneca Ibidem.

Nec mirum est inter plura maximaq; uitia nullum esse frequētius:q̄ ingrati animi. Id euenire ex causis plurimis uideo. Prima:qa nō eligim⁹ dignos:q bus tribuamus:sed noia facturi diligenter patrimonium:& uitam debitoris inqrimus. Idem.

Quisqs de accipiēdo cogitat:oblit⁹ accepti est: nec ullū hēt malū mai⁹ cupiditas:q̄ q; īgrata ē. Idem.

Sapiēs nō cupit debere grām:sed cupit referre. Errat:si qs leui⁹ bñficium accipit:q̄ reddit. Idem.

Quāto hilarior est q soluit quod mutuat:tanto debet lætior esse:q se maximo ære aliēo accepto exonerat:q̄ quum maxime astringatur: tanto autem plus soluendum est:quāto tardi⁹ soluitur. Ingrat⁹ est q beneficium soluit sine usura. Idem.

Nihil charius æstimamus:q̄ beneficium: qd diu petimus: Nihil uilius:quum accipimus.

M.Tul.Cicero li⁹.i.Officiorum. Cicero.

Vix inueniū:q laboribus susceptis piculis q; additis nō quasi mercedē re♃ gesta♃ desyderet gloriā.

Cicero li.iii.de legibus.

Clarissimi uiri Athenis pulsi careē īgrata ciuitate: q̄ manere ī iproba maluerunt. Cic.li.de Aicicia.

Officia meminisse debet is ī quem collata sunt:nō commemorare is qui contulit.

Val.maximus.li.v.tit.de Ingrat. Val.maxi.

Dandi & accipiendi beneficii commercium: sine quo uita hominum mors est: tollit: quisquis bene/merito parem referre gratiam negligit.

Val. maximus li. v. titulo de Ingratis de: la cedæmoniis erga Licurgum.

Neminem Licurgo: aut maiorem: aut utiliorem uirum Lacædemonia genuit: ut pote cui Apollo Pythius oraculum petenti respondisse fertur: nesci/re se utrum illum hominum: an deorum numero aggregaret. Huic tamen neq; uitæ summa sinceritas: neq; constantissimus erga patriam amor: neq; leges salubriter excogitatæ: auxilio esse po/tuerunt: quo minus infestos ciues experiretur. Sæpe enim lapidibus petitus: aliquando eiectus pu/blico furore: etiam priuatus oculo: ad ultimum ipsa patria priuatus est. Quid aliæ faciēt urbes? ubi etiam illa quæ constantiæ: & moderationis: & gratuitatis sibi laudem eximiam uendicat: tam ingrata aduersus benemeritum extitit.

Menader. Menander.

ἀχάριστος ὅστις εὖ παθὼν ἀμνημονεῖ. i.

Ingratus qui beneficio affectus obliuiscitur. Idem.

ἅμ᾽ ἐλήφθη καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. i.

Simul collatum est & mortuum est beneficiū. Idē.

μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις. idest.

Post dationem celerrime senescit beneficium.

Exp° Epigr̄ Ex p°. Epigrāmatum.

Ouis lupum lactans ait.

τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα

ἀλλά μ᾽ ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.

αὐξηθεὶς δ᾽ ὑπ᾽ ἐμοῦ κατ᾽ ἐμοῦ πάλιν θηρίον ἔσται:

ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται. idest.

Lupum ex propriis mammis nutrio inuita

Sed me cogit pastoris stulticia:

Auctus enim a me contra me rursus fera erit.

Beneficium mutare naturam non potest.

Lucianus. Lucianus.

φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος. ὡς ὅμ᾽ ἀπάσας

ἀντλῶν τὰς χάριτας. ὡς κενὸν ἐξέχεας. idest.

Malus uir dolium est perforatum: in quod omnes Immittens gratias in uanum effudisti.

Sophocles Sophocles in Aiace Furente.

ὅτου δ᾽ ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος οὐκ ἂν γένοιτο πρὸς οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. idest.

Qui autem obliuiscitur beneficio affectus

Nunq̄ utiq; esset hic generosus uir.

Idem in eodem.

ὡς τάχιστα τοῖς βροτοῖς

χάρις διαρρεῖ καὶ προδοῦσ᾽ ἁλίσκεται. i.

Quam cito mortalibus

Beneficium perit: & amissum deprehenditur.

Plautus in Persa. Plautus.

Nam improbus est homo: qui beneficium scit su/mere: & reddere nescit. Plautus in Persa.

Nihil amas: si ingratum amas.

Terentius in Phormione. Terentius

Ad hoc res redit: si quis quid reddit: magna habenda est gratia.

Ouidius in epistola Medeæ ad Iasonem. Ouidius.

Debuit ingratis Scylla nocere uiris.

Franciscus Petrarcha soneto. xliii. Fr. Petrar.

Percheio th'abia guardato di menzogna

A mio poter: & honorato assai:

Ingrata lingua: gia per ho non mhai

Renduta honor: ma facto ira: & uergogna.

Franciscus Petrarcha Cantilena xlii.

Stantia. viii.

Di bon seme mal frutto

Mieto: & tal merito ha: chingrato serue.

Inhumanitas græce ἀπανθρωπία. & ἀπάνθρωπος. ου. δ. Inhumanus dicitur. Est autem inhumanitas obduratio contra misericordiam. ex. b. Thom. secūda secūdæ. q. cxvi. ar. viii. De hac uide supra in Humanitas.

Inimicicia græce ἔχθρα. ας. ἡ. & ἐχθρός. ου. ὁ. inimicus dicitur. Est autem inimicicia ira ulciscendi tempus obseruans. secundum Ciceronem li°. Tus. quæst.

Inimicus est contrarium de amicus: Is uero dicitur amicus qui amat: & indissolubili familiaritatis iure coniunctus est. Differunt autem amicus: & amator: quod amicus ab amando appellatus est: & honesta quidem res est: & eum significat cum quo uera amicicia coniunctus est. Amatorē qppe dicimus: qui ad tempus & uenereе amat.

Ab amico amicicia deriuat: quæ: quid sit. Vide supra in Amicicia. Huius oppositum est inimicicia plurali numero: q̄q̄ ueteres etiam singulari nonnunquam protulerunt. Ennius.

Amiciciā atq; inimiciciam ī frōte, pmptam gero. Ennius

Homerus in χ Iliados uerba sunt Acchillis ad Hectorem. Homerus.

ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά

οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν

ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν

ὣς οὐκ ἔστ᾽ ἐμὲ καὶ σὲ φιλήμεναι. i.


Quemadmodum non est leonibus & homini/bus iusiurandum fidum;
Et neq; lupi & homines concordem animum habent:
Sed mala cogitant utriq; inter se
Sic non erit te & me mutuo amari.

Periander Periander.
'ατυχίαν κεύπτε ἵνα μὴ τοὺς 'εχθροὺς 'ευφεάνῃς .idest.
Infoelicitatem occulta: ne inimicos lęticia afficias.

Pittacus. Pittacus.
μηδὲ τὸν 'εχθρὸν φίλον νόμιζε .idest.
Neq; inimicum amicum tibi existima. Idem.
'έχθραν διάλυε .i. Inimiciciam dissolue.

Menāder. Menander.
'αθάνατον 'έχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν .idest.
Immortalem inimiciciam ne retine mortalis exi/stens. Idem.
'εχθρούς 'αμύνου μὴ 'πὶ τῇ σῇ βλάβῃ .i.
Inimicos ulciscere non in tuo damno. Idem.
'εχθροῖς 'απιστῶν :'ουποτ' 'ανὴ παθοις βλάβην .idest.
Inimicis non credens: nunq̄ utiq; damno afficieris. Idem.
λόγον παρ' 'εχθροῦ μὴ ποθ' ἡγήσῃ φί/λον .idest.
Sermonem ab inimico nunquā putabis amicum.

Iniquitas graece 'ανομία .ας .ή .& 'ανο/μος .ου .ο .ή .iniqu' dicitur. Est autem ini/quitas proprie in proximum: peccatum au/tem in seipsum. Improprie uero sunt idem. ex.b. Tho. prima secundae. q. xxxiii. ar. i.
De hac materia habes infra ubi peccatum.



Iniuria graece 'αδικία .ας .ή .& 'αδικέω iniu/rior dicitur. Est autem in iuria omne quod non fit iure: ut habetur. xiiii. q. iiii. c. Quid dicam.
Iniuriam facere est sim/pliciter aliquem nolētem lędere: & scientem quē: & quo: & quomodo praeter illius uoluntatem. se/cundum Aristotelen. li. v. Ethicorum.
Iniuriam pati est quum a uolētibus iniusta inferun/tur. secundum Arist. li. i. Rhetoricorum.
Iniuriam est sponte praeter leges officere. Vt ibidē.
Iniuria uenit a iure: eo q; non fiat iure.
Iniuria proprie: ut Vlpianus sentit: ē iniquitas atq; iniusticia. Nam quum quis inique uel iniuste sen/tētiam dixit: iniuriam dixisse manifestum ē: quasi non iuriam.
Iniuria etiam aduerbialiter ponitur: hoc ē sine cau/sa: & immerito: quemadmodum iure, p merito ac/cipi solet. Cicero. Neq; id iniuria factum est: hoc est non sine causa: non immerito: Quandoq; pro contumelia ponitur. Plynius. Tot ab eo iniuriis affectus sum: tot conuitiis lacessitus. Quandoq; pro damno ponitur. Pacu. Patior facile iniuriam: si est uacua contumelia. Hinc iniurior: et iniurius: qui alicui iniuriam facit: & iniuriosus: contume/liosus.

Matthaeus.c.v. Matthaeus

Omnis qui irascitur fratri suo: re' erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehennae ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recor/datus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduer/sum te: relinque ibi munus tuum ante altare: & uade prius reconciliari fratri tuo: & tunc ueniēs offeres munus tuum.

Matthaeus capitulo. vi.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: di/mittet & uobis pater uester cęlestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater ue/ster dimittet uobis peccata uestra.

Matthaeus capitulo. xviii.

Accedens Petrus ad Iesum dixit. Domine quotiēs peccabit in me frater meus: & dimittam ei? usq; septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usq; septies: sed usq; septuagesies septies.

Lucas capitulo. vi. Lucas.

Dimittite: & dimittemini: Date: & dabitur uobis: Mensuram bonam: & confertam: & coagitatam: & superfluentem dabunt in sinum uestrum. Ea/dem mensura qua mēsi fueritis remetietur uobis.

Augustinus super ps. cii. & habetur. xi. q. iii. Qui iustus. Augustin/

Qui iustus est: & iniuste maledicitur: praemium il/li redditur.

Augustinus in homelia: & habetur. xiiii. q. v. Forte aliquis.

Forte aliquis cogitat & dicit: multi sunt Christia/ni diuites: auari: cupidi: non habeo peccatum: si suum illis abstulero: & pauperibus dedero. Vnde enim illi nil boni agunt: mercedem habere pote/ro. Sed huiusmodi cogitatio a diaboli calliditate suggeritur: nam si totum tribuat pauperibus: quod abstulerat: addit potius peccatum: q̄ mi/nuat.

Augustinus de uerbis domini tractatu. xxxv. & habetur. xiiii. q. v. Nolite.

Nolite uelle eleemosynas facere de foenore & usu/ris. Aug. & habetur ibidē. Immolans.
Immolans ex iniquo oblatio est maculata: do/na iniquorum non probat altissimus: nec respicit

in oblationibus iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperis: quasi qui mactat filium in conspectu patris sui: panis egentium uita pauperis é. Qui defraudat illum homo sanguinis é. Qui effundit sanguinem: & qui fraudem facit necessario fratres sunt.

Augustinus de uerbis domini: tractans illud apostoli. Donantes uobis met ipsis.

Dicit domin⁹ dimittes & dimittetur tibi: si ego prior dimisi: dimitte illis postea: nam si non dimiseris reuocabo te: & quicquid dimiseram replicabo tibi.

Hierony⁹. Hieronym⁹ lib. iii. super Matthæi. Si peccauerit in te frater tuus.

Nos in dei iniuria benigni sumus: & in nostris côtumeliis exercemus odia. Idem super illud: Si non remiseritis de cordibus uestris.

O formidolosa sententia: si parua fratribus non dimittimus: magna nobis a deo non dimittentur.

Ambrosi⁹. Ambrosius lib. de officiis & habetur. xiiii. q. v. Deniq;

Deniq; si non potest subueniri alteri: nisi alter lædatur: commodius est neutrum iuuari: q̃ grauari alterum. Ideoq; in causis pecuniariis interuenire non est sacerdotale: in quibus non potest fieri: quin alter lædatur frequêter qui uincitur: quoniam intercessoris beneficio se uictum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli noce re: prodesse uelle omnibus.

Ibidem.

Qui non repellit a socio: si potest: iniuriam: tam est in uitio: q̃ ille qui infert.

Gregorius Gregorius Iannario episcopo: & habetur xxiii. q. iiii. Inter querellas.

Nil te cogitare de cælestibus ostendis: sed terrenam te habere conuersationem significas: dum pro uindicta propriæ iniuriæ: quod sacris regulis prohibetur: maledictionem anathematis inuexisti.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus super illud Matthæi. i. Qui dixerit fratri suo Fatue.

Parua uerba multotiens homicidium perpetrauerunt: & ciuitates integras euerterût: nunq̃ paruum æstimes: fratrem stultum uocare: auferens ei prudêtiam: & intellectum: quo homines sumus: & ab irrationabilibus distamus.

Idem super Matthæum.

Quicquid a quolibet hominum passi fuerimus iniuste: aut remissionem accipiemus omnium peccatorum: aut si tanta in nobis delicta non fuerint: clarioribus honorabimur coronis. Ibidem.

Si uindicare uis sile: & funestam ei dedisti plagam. Ibidem.

Discamus exemplo Christi nostras iniurias magnanimiter sustinere: Dei autem iniurias: nec usq; ad auditum sufferre. Nã si in iniuriis propriis patiêtia tenere laudabile est: iniurias autem dei sustinere nimis impium est.

Isidorus. Isidorus

Iniuria est uerbo: uel facto cum aliquo iniuste agere: exprobrare est in faciem maledicere.

Cassiodorus super illud psal. Côculauerunt. Cassiodor.

Grauissimum genus iniuriæ est: usq; ad pedem contumeliæ peruenire. Rabanus super illud Matthæi. v. Gaudete: & exultate. Rabanus.

Nescio quis nostrum possit implere: ut laceretur opprobriis fama nostra: & exultemus in domino: Eleganter enim in quodam uolumine legim⁹: q̃ si nô quæras gloriam: tamen dolebis quum inglori⁹ fueris. Seneca in prouerbiis. Seneca

Viri boni est scire pati nec facere iniuriam.

Ibidem.

Difficile est iniuriam conuenire cum patientia.

Ibidem.

Iniuriarum remedium est obliuio.

M. T. Cicero lib. Rhetoricorum. Cicero

In omni iniuria multum interest: utrum perturbatione animi: an consulte fiat. Perturbatio plerûq; breuis est: & ad tempus. Ideo leuiora sunt: quæ repentino motu accidunt: q̃ ea quæ præmeditata inferuntur.

Idem lib. officiorum.

Qui non defendit: nec obsistit iniuriæ si potest: tam est in uitio: q̃ si parentes: aut amicos: aut patriã deserat. Idem lib. officiorum.

Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda: sed fugienda iniuria semper est.

Ibidem.

Quum autem duobus modis. i. aut ui: aut fraude fiat iniuria: Fraus quasi uulpeculæ: uis leonis uidetur: utrunq; ab homine alienissimum est. Sed fra⁹ odio digna maiore: Totius autem iniusticiæ nulla capitalior est: q̃ eorum. qui quum maxime fallût: id agunt: uti uiri boni uideantur.

Salustius Catilinarius. Salustius

Nulli mortalium iniuriæ suæ paruæ uidêtur: Multi eas grauius æquo habuere.

Idem in Iugurtha.

In omni certamine qui opulentior est: etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest: facere uidet̃.

Valerius maximus lib. iiii. Val. maxi.

Speciosius aliquanto iniuriæ beneficiis uincuntur: q̃ mutui odii pertinacia pensantur.

Aulus gelius noctium at. lib. xviii. A. gelius.

Veterem ferendo iniuriam: uites nouam.

Aristoteles lib. i. Etichorum. Aristoteles

Iniuriam pati melius est: q̃ alteri nocere.

Lucius Apuleius de dogmate Platonis. L. Apulei⁹

Sapientem perfecte esse non posse: dicit Plato: nisi Cæteris ingenio præstet: & artib⁹: & potentiæ partibus imbutus sit: denique sapiens: nec in secundis rebus effertur: nec contrahitur i aduersis: quum se ornamentis suis ita instructum sciat: ut ab his nulla ui segregetur: hunc talem non solum inferre: sed nec quidem referre oportet iniuriam.

Laertius. Laerti⁹ Diog. de Vita & morib⁹ philosophoꝝ.

Iniuria iniuste irrogata eius est infamia: qui facit.

Iuuenalis. Iuuenalis Satyra. viii.

Curandum imprimis ne magna iniuria fiat
Fortibus: & miseris: tollas licet omne: qđ usque est
Auri atque argenti: scutum gladiumque relinques:
Et iacula: & galeam: spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui non est sententia: uerum
Credite me uobis folium recitare Sybillæ.

Iuuenalis Satyra. xiii.

Vindicta
Nemo magis gaudet: q̄ fœmina.

Ouidius. Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem.

Vtilis interdum est ipsis iniuria passis.

Properti⁹. Propertius li. iii. Elegia. vii.

Non est certa fides: quam non iniuria uersat.

Niustitia græce ἀδικία. & ἄδικος. iustus dicitur. Est autem iniustitia: per quam aliena singuli contra leges retinent. secundum Aristotelen li°. i. Rhoetoricoꝝ.

Iniustitia est duplex scilicet Illegalis opposita iustitiæ legali: alia secundum inæqualitatem ad alterum. Prima est generalis intentione: & specialis obiecto. Secunda uero est specialis utroque modo. ex. b. Tho. scđa scđæ. q. lviii. ar. v.

Iniustitia contraria est iustitiæ: quam aliqui dicunt esse habitum animi communi utilitate conseruata dignitatem suam cuique tribuentem.

De hac materia uide Infra in Iustitia.

INnocētia. græce ἀκακία. & ἄκακος. innocēs dicitur. Est autem innocentia puritas animi omnem iniuriæ illationem abhorrens. secundum Ciceronē li°. officiorum.

Innocentia integritas est. Sicut nocētes proprie dicuntur: qui iniuriam: aut maleficium committunt: a noceo uerbo: qđ est obsum: & a maleficio non abstineo. Ita innocētes dicuntur: qui ab omni iniuria: & maleficio abstinent. Inde fit innocenter aduerbium: et Innocuum: quod modo actiue capitur. Virgi. Littus q; rogamus innocuum. Aliquando passiue: pro eo: cui non nocet. Virg. Sedere carinæ Omnes innocuæ.

David. David ps. xxiii.

Innocens manibus: & mundo corde: qui non accepit in uano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino: & misericordiam a deo salutari suo.

Augustin⁹ Augustinus de uera innocentia.

Eam deus innocentiam probat: qua homo non metu pœnæ fit innocens: sed amore iustitiæ: Nam q timore non peccat: quamuis non noceat: cui uult nocere: & abstineat ab iniquo opere: reus tamē fit sola uoluntate.

Aug. & habetur. xxiii. q. v. Non est.

Non est innocentiæ parcendo sinere: ut in malum grauius incidatur: pertinet ergo ad innocentis officium: non solum nemini malum inferre: uerum etiā cohibere a peccato: uel punire peccatum: ut aut ipse qui prius odio habetur corrigatur experimento: aut alii terreantur exemplo.

Idem super. ps. xxxviii.

Vera innocētia est: ubi integritas ē sine peccato: uē ditio est sine debito: flagellum sine merito.

Idem. xiiii. de Ci. dei. c. xxvii.

Cibus aderat ne esuriret: potus ne sitiret: lignum uitæ: ne eum senectus dissolueret: nihil tamen corruptionis in corpore ullas molestias ullis eius sensibus ingerebat. Hieronymus sup illud Matthæi. Quicunque humiliauerit se sicut paruulus.

Hierony⁹. Sicut paruulus non perseuerat in iracundia: nō læsus meminit: non uidens pulchram mulierem delectatur: non aliud cogitat: & aliud loquitur: sic & nos: nisi talem habuerimus innocentiam: & animi puritatem: regna cælorum non poterimus intrare.

Ambrosi⁹. Ambrosius li°. de Officiis. & habetur. xiiii. q. v. Denique si.

Innocens credit omni uerbo. Non uituperanda facilitas: sed laudanda bonitas: hoc est innocentē esse: ignorare quid noceat: & si circumscribitur ab aliquo de omnibus tamen iudicat: qui fidem esse in oībus arbitratur. Ambrosius in Exameron.

Innocentia & integritas leui sorde uiolatur aspersa: & gratiæ suæ munus amittit.

Idem de officiis li. ii.

Vitam beatam efficiunt tranquillitas conscientiæ: & securitas innocentiæ.

Gregorius Gregorius moralium li. ii.

Sic uixi ut accusatorem exterius non timerem. Vtinam sic uixissem: ut intra me ipsum accusatorem conscientiam non haberem.

Bernardus Bernardus super Cant.

Immediocris est titulus uirtutis: inter prauos uiuere bene: & inter malignantes innocentiæ retinere candorem: & morum lænitatem.

Idem ſuper cant.ſermone.xly.

Sed ſi quis innocentiam retinet:& nihilominus hu militatem iungit:non ne is tibi uidetur geminum animæ poſſidere decorem: Rara auis in terris:aut ſanctitatem non perdere:aut humilitatem ſancti/ monia non excludi:& ideo beata quæ utranq; re/

Lactãtius. tinuit. Lactantius Fir.lib.vi.diui.Inſti.

Nihil enim ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſyderat:q̃ ſolam innocentiam:quã ſi quis obtulerit deo:ſatis pie religioſeq; litauit

Idem lib.vii.cap.xxi.

Tanta eſt uis innocẽtiæ:ut ab ea ignis ille refugiat innoxius:qui accipit a deo hanc poteſtatem:ut im pios urat:iuſtis obtemperet.

Cicero. M.T.Cicero lib.officiorum.


Atq; etiam hoc præceptum officii diligenter tenen dum eſt:ne unq̃ innocentem iudicio capitis arceſ/ ſas:Id enim ſine ſcelere nullo pacto fieri poteſt.

Plautus Plautus in Amphitrione.

Quæ non deliquit decet audacem eſſe:confidenter pro ſe:& proterue loqui.

Dantes Dantes Paradiſi cant.xxvili.

Fede & innocentia ſon reperte
Solo ne pargoleti:poi ciaſcuna
Pria fugge che le goancie ſien coperte.



Nquiſitio græce 'επιζή τησισ ιοσ.η'.& επιζη/ τήτησ ου.σ. Inquiſitor dicitur.Eſt autem Inquiſi tio alicuius criminis ma/ nifeſti: ſaltem per famã: ex bono:& æquo iudicis competentis canonice fa cta inueſtigatio.ſecundũ Hoſtiẽſem.

Inquiſitio a quæro deducitur:unde etiã quæſtores. uel quæſitores:qui a populo creati capitalibus re/ bus præerant.Virg.Quæſitor Minos urnam mo uet.Quid autem quærere ſit:& aliqua ab eo deri uata uide Infra in Quærere.

Eſdræ. Eſdræ.ſcdi.ca.viii.

Virtus domini erit cum eis:qui inquirunt eũ in om

Dauid. ni affectu. Dauid pſal.xviiii.

Hii in curribus:& hii in equis:nos autem in nomi/ ne dei noſtri inuocabim'.

Iſaias Iſaias cap.lv.

Quærite dominum dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt: Derelinquat impius uiã ſuã: & uir iniquus cogitationes ſuas:& reuertatur ad dominum:& miſerebitur eius:& ad deum noſtrũ: quoniam multus eſt ad ignoſcendum.

Matthæ'. Matthæus ca.vi.

Petite & dabitur uobis:quærite:& inuenietis:pul ſate:& aperietur uobis.Omnis enim qui petit ac/ cipit:& qui quærit inuenit:& pulſanti aperietur: aut quis eſt ex uobis homo:quem ſi petierit filius ſuus panem:nunquid lapidem porriget ei? aut ſi piſcem petierit:nunquid ſerpentem porriget ei? Si ergo uos quum ſitis mali noſtis bona data dare filiis ueſtris:quãto magis pater ueſter:qui in cælis eſt dabit bona petẽtibus.

Paulus ad Coloſenſes cap.iii. Paulus

Omne quodcũq; facitis in uerbo:aut in opere:om nia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti:gratias agẽtes deo:& patri per ipſum.

Auguſtinus ſuper pſal.ciiii. Auguſtin'

Quærite faciem eius ſemper.Si ſemper quæritur: quando inuenitur? An ſemper dixit in tota uita: qua hic uiuitur.Ex quo hoc debere nos facere co/ gnouimus:quando & inuentus quærendus eſt.Iã deum inuenit fides:ſed adhuc eum quærit ſpes: Charitas autem:& inuenit eum per fidem:& eũ quærit habere per ſpem:ubi tunc ſic inuenitur:ut ultra non quæratur:Forte cum facie ad faciem eũ uiderimus ſicuti eſt:adhuc perquirendus erit:& ſi ne fine quærendus.Quia ſine fide amãdus.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Quæramus inueniendum:quæramus inuẽtum:ut inueniendus quæratur.Occultus eſt:ut inuentus quæratur immenſus eſt.

Idem de Ciuitate dei.

Si homo ita creatus eſt:ut per id quod in eo præcel lit attigat illud quod cuncta præcellit.i.unum ue/ rum optimum ſine quo nulla natura ſubſiſtit.nul la doctrina inſtruit:nullus uſus expedit:ipſe quæ ratur ubi nobis ſecura ſunt omnia:ipſe cernat' ubi nobis omnia certa ſunt:ipſe diligatur:ubi nobis re cta ſunt omnia.

Gregorius lib.xxvii.moralium. Gregorius

Quærite dominum dum inueniri poteſt:modo non uidetur dominus:& prope eſt.In Iudicio uocabit': & prope non erit:nec dum in iudicio apparuit:& ſi quæratur:inuenitur.Nam miro modo cum i iu dicio apparuerit:& uideri poteſt:& inueniri nõ po teſt. Ioannes Chryſoſtomus ſuper illud. Io.Chryſ. Matthæi.xiii.Et uendit uniuerſa.

Si non uendideris omnia:nec emes:& ſi animam non habueris ſollicitam:& quærentem non inue nies.Dico enim oportet adeſſe:& a uitæ huius ne gociis abeſſe:& uigilantem eſſe.

Bernardus de diligendo deo. Bernard'.

Nemo te domine quærere ualet:niſi qui prius inue nerit.Vis ergo inueniri:ut quæraris?quæri:ut In/ ueniaris?Potes quæri & inueniri:nec tamen præ/ ueniri. Idem Sermone.xxiiii.

Si uolumus fruſtra quærere dominum:quæram'ut

raciter quaeramus frequenter: quaeramus perseuc riter: ut nec q̄ram⁹ pro illo aliud: nec cum illo aliud: sed nec ab illo ad aliud cōuertamur. Facili⁹. n. est caelum & terrā trāsire: q̄ ut sic quaerens nō inueniat: sic petēs nō accipiat: & sic pulsanti nō aperiatur. Bernar. de. xii. gradibus humilitatis.

Inquirimus ueritatem in nobis: in proximis: in sui natura: in nobis: nosmetipsos diiudicando: in proximis: eorum malis compatiendo: in sui natura: mundo corde contēplando.

INsensibilitas g̃: 'αναισθησία. ας. ή. & 'αναισθητος. ου. ο. insensibilis: & insulsus dicitur.

Insensibilitas est uitium: quo praetermittuntur necessaria uitae cōtra rōnem. Ideo ē peccatum. ex. b. Tho. 2a 2ae. q. cxlii. ar. i. A sensus uenit sensibilitas: & sensibile: qd significat tā id qd sentit: q̄ qd sentitur. Itē sensificum: quod sensus causam praestat.

INsipiētia g̃: 'αφροσυνη. ης. ή. & 'αφρων. Insipiēs dicitur. Et est idē qd stultitia: & cōtrariat sapiētiae. b. Tho. 2a 2ae. q. lxxxxvi. ar. i.

INstabilitas graece 'αβεβαιοτης. τος. ή. & 'αστατος instabilis dr. Est aūt instabilitas mutabilitas loci: uel propositi. b. Tho. secda secdae. q. xxxv. ar. iiii.

INstans g̃ 'ψυστασις dr. Est aūt duplex instans. s. unum sequēs mobile: idem numero realiter: differens ratione: & aliud continuans tēpus: non idē: sed labens cum eo. ex. b. Tho. Opusculo de instantibus. c. iii. col. iii.

INstantia est propositio propositioni cōtraria: secundum Aristotelem. li. ii. priorum.

INtellect⁹ g̃ συνεσις. εως. ή. & νοέω intelligo dr. Est aūt intellect⁹ uis aiae: q̄ inuisibilia pcipit. scdm. Aug. li. de spiritu: et aia.

Intellect⁹ ē hit⁹ pricipiorum scdm. Ari. li. vi. Ethicorum.

Intellectus est habitus circa principia ītelligibilia: scdm eundem li°. magnorum moralium.

Intelligentia est per quam aīus ea pspicit quae sunt. secundum Ciceronem li°. Rhoetoricorum.

Intelligentia proprie significat actum intellectus: & aliquando significat substantias separatas. s. angelos. scdm. b. Tho. prima parte. q. lxxix. ar. iiii.

De hac materia uide in aīa: & ī arbore de aīa supra.

INtēpantia g̃: 'ακολασια. ας. ή. & 'ακολαστος. ου. ο. intēperat⁹ dr. Est aūt Intēperans ille q oī uoluptate potit': nec ulla se abstinet. Insensibilis uero est: q omnes fugit instar agrestium. secundum Aristotelen. li. ii. Ethicorum.

Inuidia ē tristitia de bono alieō: quo tristāur q̄drupl'.

- Quum quis dolet de bono alterius inquantum ex eo timetur nocumentum: uel sibi ipsi: uel aliis: De qua Gregorius. xxii. moralium ait Euenire plerumq; solet: & reliqua. Vide infra in tractatu de Inuidia.
- Quum tristamur de bono alterius: ex eo q nobis deest bonum: quod alius habet. Et hoc est proprie Zelus. ut dicit philosophus. ii. Rhoetoricorum: & est laudabilis: si sit circa hōesta. Si autem sit de bonis temporalibus: potest esse cum peccato: & sine peccato. q. xxxvi. ar. ii.
- Quum quis tristatur bono alterius: inquantum ille cui accidit ē eo indignus. Et talis tristicia: quia est de diuitiis: & aliis quae dignis & indignis euenire possunt: uocat' a philosopho νεμεσις nemesis: licet apud Aristotelen approbata: prohibita tamen christiana religione.
- Quum quis tristatur bono alterius inquantum eum excedit in bonis: & hoc proprie est Inuidia: & semp mala Quia dolet eo quo est gaudēdū: et est peccatū.
  - Mortale semper: & ex genere suo: quando adest consensus rationis: quia directe opponit' charitati pximi. q. xxxvi. ar. iii.
  - Veniale: qn̄ est in sola sensualitate: non accedente consensu rationis: ut sunt primi motus: q etiā sunt ī uiris pfectis. q. xxxvi. ar. iii.
  - Capitale quia ex ea oriuntur
    - Susurratio. Q si qs quaerit minuere gloriam alterius in occulto.
    - Detractio. Q si qs quaerit apte gloriam alterius minuere.
    - Exultatio in aduersis proximi.
    - Aflictio in prosperis proximi.
    - Odium quo nō solum quis tristatur de supere xcellētia alterius: Sed ulterius uult simpliciter eius mala.

    q. xxxvi. ar. vi.

Ex. b. Tho. 2a 2ae.



Nuidia græce φθόνος. ου. ο᾽. & φλομεγός ου. ο᾽. Inuid⁹ dicit᾽. Est autem Inuidia tristicia de bonis aliẽis: secundum Io. Damascenum.
Inuidia est odium fœlicitatis alienæ: secũdum Hugonem lib. ii. de Sacramentis: & Augustinum: super psal. Conuertit cor eorum.
Inuidia est tristicia in apparenti fœlicitate alicuius: secundum Aristotelen lib. ii. Topicorum.
Inuidia est tristicia de bono alterius: in quantũ æstimatur diminuere gloriam propriam. secũdum. b. Thomam. scda scdæ. q. xxxvi. ar. i.
Inuidentia est ægritudo suscepta propter alteri⁹ res secundas: quæ nihil noceant inuidenti. Nam si qs doleat eius rebus secundis: a quo ipse lædatur: nõ recte dicitur inuidere. Vt si Hectori Agamemnõ. ex Cicerone lib. Tus. quæst.
Inuidia ab Inuidentia sic differt: q̄ Inuidia non solum ad eum: qui inuidet: sed etiam ad eum qui inuidetur referri potest. Inuidentia uero in eum demum cadit: qui Inuidet. Vel Inuidia est actus inuidendi. Inuidentia ipsa ægritudo.
Inuidia dicitur a nimis uidendo: q̄ minus ituemur formam illius de cuius fœlicitate sumus solliciti. deberet autem hoc uerbum regere accusatiuum: quemadmodum: & uideo: uerum consuetudine ꝓhibemur: ut inquit Cicero. Horatius tamẽ ius suũ retinens audacius dixit Inuideor.
Ego cur acquirere pauca
Si possum inuideor? Dicimus præterea Inuideo tibi hanc rem. Virg.
Liber pampineas inuidit collibus umbras.
Ab inuideor passiuo: fit Inuisus: hoc est odio habitus. Et inuidus & Inuidiosus quæ sic differunt: q̄a Inuidus est qui actu alicui inuidet. Inuidiosus qui morbo inuidentiæ laborat: Inuidia aliquando ꝓ odio ponitur. Quintilianus. Ne ei tot scelerum commemoratione concitarem inuidiam. hinc Inuidiosum pro inuiso: & odioso ponimus.
Iob. Iob cap. v.
Paruulum occidit inuidia.
Prouer. Prouerbiorum cap. xxiii.
Ne comedas cum homine inuido: & ne desyderes
Isaias. cibos eius. Isaias. v.
Veh uobis: qui dicitis bonum malum.
Paulus. Paulus ad Galat. v.
Non efficiamini inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes: inuicem inuidentes.
Augustin⁹ Augustinus de uerbis domini sup Matthæũ.
Inuidia est filia superbiæ: sed ista mater superbia nescit esse sterilis. Vbi fuerit continuo parit: suffoca matrem: & non erit filia.
Idem de doctrina Christiana.
Inuidia uitium diabolicũ: quo solo diabolus est re⁹: & inexpiabiliter reus. Non enim diabolo dicit᾽: ut damnetur: adulterium commisisti: furtum fecisti: uillam alienam rapuisti: sed homini stãti inuidisti.
Idem super Ioannem.
Tolle inuidiam: & tuum est quod habeo: tolle inuidiam. & meum est: quod habes.
Idem de Conflictu uitiorũ & uirtutum
Inuidia dicit in quo enĩ minor illo es? cur ergo æqualis uel superior es: multa uales quæ ipsi non ualẽt. Non igitur te: aut superiores: aut æquales esse debent. Fraterna cõcordia respondet. Si cæteros uirtutibus antecellis tutius in loco infimo temet ipm conserua. Semper enim de alto peior ruina est.
Idem super Genesim lib. iii.
Inuidia sequitur superbiam: non præcedit: Nõ enĩ causa superbiendi est inuidia: sed causa inuidendi est superbia. Quum enim superbia sit amor propriæ excellentiæ: inuidia uero sit odium fœlicitatis alienæ: quæ unde nascatur satis in promptu ẽ. Amando enim quisq̧ excellentiam suam: uel paribus inuideat q̄ ei coequantur: uel inferiorib⁹ ne coequentur: uel superioribus: q̄ non eis coæquantur. Superbiendo ergo inuidet: nõ inuidẽdo quisq̧ superbus fit.
Hieronymus ad Demetriadem. Hierony⁹.
Oro te quid delectationis præstat inuidia? quem secretis quibusdam conscientiæ ungulis liuor ipse discerpat: & alienam fœlicitatem eius tormentũ facit. Ambrosius lib. de officiis.
Inter improbum: & inuidum hoc interest: Improb⁹ suo delectatur bono: inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala: hic bona odit.
Gregorius. v. moralium. Gregorius
Inuidere non possumus: nisi eis quos nobis ĩ aliquo meliores putamus: Paruulus itaq̧ est: qui ĩ inuidia occiditur: quia nisi inferior ipse existeret: de bono alterius non doleret. Ibidem.
Nil lætari de propriis libet: quia tabescentem mentem sua pœna sauciat: quam fœlicitas torquet aliena: & quanto operis in altum fabrica ducitur: tanto fundamentum mẽtis liuore profundius suffunditur: ut quo alii ad meliora properant: eo ipso deterius ruat. Idem. v. moralium.
Tanto quis inuidet aliis bona præsentia: q̄to minus ea ipse contempserit.
Gregorius. v. moralium.
Dum electi proficiũt: reprobi ad rabiem furoris excitantur: & bona nascentia quæ uolunt imitari: ꝑ

sequuntur. Gregorius moralium.xxxii.
Euenire plerumq; solet: ut non amissa charitate: & inimici ruina nos lætificet: & rursum eius gloria sine inuidiæ culpa contristet: quia per hoc quosdã bene erigi credimus: & proficiente illo plerosq; opprimi formidamus.

Io. Chrys. Ioannes Chrysostomus super psal.
Inuidia ignis inextinguibilis est: & enim sicut tinea comedit uestimentum: sic & inuidia eum qui zelatur consumit.
Idem super illud Matthæi.xxi. Indignati sunt.
Quemadmodum columna si recta fuerit accepto põdere amplius confirmatur: si autem modice obliquata fuerit: non solum non confirmatur: sed amplius uadit ad latus: sic & cor hominis: si fuerit rectum: uidens opera uiri iusti: audiẽs doctrinam sapientiæ eius: amplius confirmatur. Sed si cor peruersum fuerit: non solum non cõfirmatur: sed magis ad inuidiam excitatur: & magis peruertitur.
Idem super Matthæum.
O Inuidia quæ semper sibi est inimica. Nam qui inuidet sibi quidem ignominiam facit: illi cui inuidet gloriam parit.

Isidorus Isidorus in Syno.
Inuidia cuncta bona deuorat ardore pestifero: Inuidia animæ tinea sensum comedit: pectus urit: mentem affligit: cor hominis quasi quædam pestis depascit.

Cassiodo. Cassiodorus lib.i.epistola.viii.
Quicquid ex inuidia dicitur: ueritas non putatur.
Idem lib.vi.Epistola.xxii.
Maiori cura tractanda sunt: ubi inuidia plus timet.
Idem lib.x.Epistola.xi.
Profectibus quidem proxima est indubitanter inuidia. Inuidia melius tolerantia uincitur: quæ contẽtione semper augetur.

Boetius. Boetius de scholastica disciplina.
Inuidia: si secundum quid aduenerit: ut in discẽdo: gratuita est. Simplex uero est proprii authoris consumptiua. Ibidem.
Ab optimo longe inuidia relegata est.
Idem lib.diuisionum.
Nullus liuor inuidiæ debet obfuscare obliquus morsibus detractionis illud quod arduum est in natura: & digestum est ad legentium utilitatem.

Alanus. Alanus de Contemptu naturæ.
Inuidia quod monstruosius monstrum? aut quod dãnosius damnum? quæ culpabilior culpa? quæ pœnalior pœna? Hæc est erroneæ cæcitatis abyssus: humanæ mentis infernus: contentionis stimulus: corruptionis aculeus. Qui sunt inuidiæ motus? nisi humanæ tranquilitatis hostes: mundanæ tentationis satellites: animi laborãtis uigiles hostes: alienæ fœlicitatis excubiæ.

Prosper. Prosper in lib. qui dicitur uia regia.
Inuidia cuncta uirtutum culmina concremat: cuncta bona pestifere deuorat.
Idem lib.iii. de uitiis & uirtutibus.
Inuidia in suum authorem reciproca est: de bono alterius tabescentis animi cruciatus.

Seneca Seneca epistola.xvii.
Inuidiã effugies: si te non ingesseris oculis: si bona tua non iactaueris: si scieris in sinu gaudere.
Idem lib.xiii.Epistola.i.
Nemo eorum qui in repu. uersantur: quos uincat: sed a quibus uincatur aspicit.
Idem lib.de beneficiis.
Cauere magis amicorum inuidiam: q̃ inimicorum insidias oportet.
Idem in Prouerbiis.
Si nõ inuideris maior eris. Nam qui inuidet minor est: Scito quid est inuidia. Dolor est animi ex alienis commodis. Scito etiam: & illud: Quod nulli inuidet uir bonitate præditus.
Idem lib.de Tranquillitate animi.
Alit liuorem infœlix inertia: & omnes destrui cupiunt: qui se prouehere non possunt.
Idem lib.de Moribus.
Et si multos inimicos tibi faciat iniuria: multos tamen faciet inuidia. Ibidem.
Homo sum: quomodo deuitabo sæcularium rerum inuidiam? Facilius est pauperi contemptum effugere: q̃ diuiti inuidiam. Ibidem.
Vtinam inuidi oculos haberent in omnibus ciuitatibus: ut de omnibus fœlicitatibus torquerentur. Nam q̃ta fœlicium sunt gaudia: tanti inuidorum sunt gemitus.

Aristoteles Aristoteles lib.ii.Rhœtorices.
Similis inuidet simili. Si in hoc q; similis unus excedit alium: unde uulgus odit uulgum: & figulus figulum. Idem lib.ii.Topicorum.
Inuidus est qui tristatur de prosperitate bonorum.
Idem lib.i.Methaphisicæ.
Diuinum ens non inuidet.
La. Diogenes de uita & moribus philosophorũ.
Malum alienum ne tuum feceris gaudiũ: dicebat Socrates. Idem.
Fœlicitas semper subiecta est inuidiæ. Sola ergo miseria inuidia caret: Idem dicebat.

Cicero. Cicero pro Lucio Cornellio.
Est enim huius sæculi labes quædam: & macula uirtuti inuidere.
Idem Philipicorum lib.viiii.
Nemo alterius qui confidit uirtuti inuidet.
Idem Rhœtoricorum lib.ii.
Aphricano iusticia uirtutem: uirtus gloriam gloriosa æmulatione comparauit.

Idem Rhetoricorum lib. iiii. nouorum.
O uirtutis inuidia comes: quae bonos insequeris plerumque: atque adeo insectaris.

Salustius in Iugurtha.
Meminisse debemus post gloriam inuidiam sequi.
Ibidem.
Difficile est inuidiam gloria uicere.
Idem in Catilinario
Plerumque ex opulentia inuidia oritur. Ibidem.
Semper in ciuitate quibus nullae opes sunt bonis inuident: malos extollunt: uetera odere: noua expectare: odio suarum rerum omnia mutari student: turbatione atque seditiõibus sine cura alunt. Quoniam egestas facile sine damno habetur.
Egregii ciues imitari bonos: q̃ inuidere bonis malũt.

Val. maxi. Valerius Maximus lib. iiii. Titulo de amicicia.
Nulla tam modesta foelicitas: quae malignitatis dẽtes uitare possit.

Poggius. Poggius lib. i. de uita Cyrri: ex Xenophõte traducta.
Scio non nullos liuore ductos morbo animi obtemperaturos. Tamen memor nullam unq̃ uirtutem caruisse inuidia (male & enim cum eo agitur: cui nullus inuidet) aequanimiter feram eorum dicacitatem. Solent inuidi: & qui praecipue suo ingenio diffidunt: aut qui pręstant impudentia: alios detrahendo obloquendoque lacessere: uerum utantur suo Instituto ac moribus: modo id sciant maliciam magnam partem ueneni sui bibere.
Idem lib. ii. De uita Cyrri.
Neque enim pericula praebent inuidiae locum ullum aduersus eos: qui aut excellunt armis: aut laudem appetunt: sed diligunt potius: laudantque tanq̃ socios laborum: & cõmunis utilitatis ,ppugnatores.

Q. Curti' Quintus Curtius de gestis Alexandri lib. viii.
Alexander dixit inuidos homines nihil aliud esse: q̃ ipsorum tormenta.

Paul' oro. Paulus Orosius de Ormesta lib. iiii.
Quia inuidi atque maligni uitioso oculo uident quae uident: & confusi caligine nequitiae in id caduntur ut minus uidendo plus uideant: quum tamẽ id qd est ita ut est uidere non possint: in tantum enim captum cor obliquat inuidia: ut rectum natura non uideat.

Phocylid. Phocylides.
μὴ φθονέοις 'αγαθῶν 'ετάροις· μὴ μῶμον 'ανάψῃς.
'αφθονοι 'ουρανίδαι· καὶ 'εν 'αλλήλοις τελέθουσιν.
'ου φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν 'ηλίου 'αυγαῖς.
'ου χθὼν 'ουρανίοις 'υψώμασι νέρθεν 'εοῦσα.
'ου ποταμοὶ πελάγεσσι· 'αεὶ δ' 'ομόνοιαν 'έχουσιν.
Ne inuideas bona sociis: ne maculam contrahas
Sine inuidia caelestes etiam inter se sunt.
Non inuidet luna multo pstantioribus solis radiis,
Nõ tell' caelestib' altitudinib': quã subter ipsa sit.
Non flumina pelagis: Sed sp concordiã habent.

Periander Periander.
μὴ 'επὶ φθόνει.
Nemini inuideas. Idem.
'ώσπερ 'η 'ερυσίβη 'ίδιον 'εστι τοῦ σίτου νόσημα·
'ούτως φθόνος φιλίας 'εστιν 'αρρώστημα.
Quẽadmodũ rubigo ,ppria est frumẽti aegritudo
Sic inuidia amicicie est infirmitas. Idem.
ὥσπερ 'ο 'ιὸς σίδηρον· 'ούτως 'ο φθόνος τὴν
'έχουσαν 'αυτὸν ψυχὴν 'εξανατήκει.
Quemadmodum erugo ferrum: sic Inuidia
Animam illius in quo inest conterit. Idem
'όσω γὰρ 'ὰν φθονῇς· τοσούτω μείζονα γίνει
πρόξενος 'αγαθῶν τῷ φθονουμένῳ.
Quanto magis utique inuidebis: tanto maiorum fies causa bonorum inuiso.

Hesiodus Hesiodus.
καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει· καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει· καὶ 'αοιδὸς 'αοιδῷ.
Et figulus figulo irascitur: & lignario lignarius:
Et pauper pauperi inuidet: & poeta poetae.

Ex. i. Epig. Ex primo Epigrammatum
'ο φθόνος 'εστὶ κάκιστον· 'έχει δέ τι καλὸν 'εν 'αυτῷ
τήκει γὰρ φθονερῶν 'όμματα καὶ κραδίην.
Inuidia est pessimũ qd: Sed hẽt quoddã pulchrũ i se
Consumit enim inuidentium oculos & cor.

Sophocles Sophocles in Aiace furente.
πρὸς γὰρ τὸν 'έχονθ' 'ο φθόνος 'έρπει.
Ad habentem enim Inuidia serpit.

Plautus Plautus in duobus captiuis
Est miserorũ: ut male uolentes sint: atque ut inuideãt bonis. Idem in Truculento
Inuidere alii bene esse: tibi male esse miseria est: si q inuident egent illis quibus inuidetur.

Lucanus Lucanus lib. iiii.
Abscidit nostrae multum sors Inuida laudi.

Ouidius Ouidi' metamorpho. li. ii. ũ Inuidia describẽs.
Pallor in ore sedet: macies in corpore toto:
Nusq̃ recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle uirent: lingua est suffusa ueneno.

Risus abest: nisi quem uisi fecere dolores.
Nec fruitur somno uigilantibus excita curis:
Sed uidet ingratos: intabescitq; uidendo
Successus hominum: carpitq; & carpitur una:
Suppliciumq; suum est. & Paulo infra.
Vixq; tenet lachrymas qa nil lachrymabile cernit.
Idem lib. de Ponto ultimo. Elegia ultima.
Ergo summotum patria proscindere liuor
Desine: neu cineres sparge cruente meos.
Omnia perdidimus. Tantummodo uita relicta ē:
Præbeat ut sensum materiamq; malis.
Quid iuuat extinctos ferrum dimittere in artus?
Non habet in nobis iam noua plaga locum.
Idem lib. i. fastorum.
Lite uacent aures: insanaq; protinus absint
Iurgia: differ opus liuida turba tuum.
Idem lib. iiii.
Quo non liuor adit?
Tibullus — Tibullus lib. iiii. elegia. x.
Nil opus inuidia est: procul absit gloria uulgi:
Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.
Martialis. — Martialis lib. i. Epigrammaton.
Omnibus inuideas Liuide: nemo tibi.
Idem lib. v. Epigrammaton ad Regulum.
Esse quid hoc dicam: uiuis q fama negatur:
Et sua q rarus tempora lector amat.
Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores:
Præferat antiquos semper ut illa nouis.
Sic ueterem ingrati Pompei quærimus umbram.
Et laudant Catuli Iullia templa senes.
Ennius est lectus saluo tibi Roma Marone
Et sua riserunt sæcula Meoniden.
Rara coronato plausere theatra Menādro:
Norat Nasonem sola Coruinna suum.
Vos tamen o nostri non festinate libelli.
Si post fata uenit gloria: non propero.
Horatius lib. ii. Satyra. iii. — Horatius
Inuidiam placare paras uirtute relicta:
Contemnere miser: uitanda est improba Syren
Desidia: aut quicquid uita meliore parasti
Ponendum æquo animo.
Idem epistolarum lib. i. epistola. ii.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Ibidē
Inuidiam siculi non inuenere Tyranni
Maius tormentum.
Idem epistolarum. ii. lib. epistola. i.
Vrit enim fulgore suo: qui prægrauat artes
Infra se positas: extinctus amabitur idem
Franciscus Petrarcha soneto. cxlii. — Fr. Petrar.
O inuidia inimica de uirtute
Cha bei principii uolentier contrasti
Per qual sentier cosi tacita intrasti
In quel bel petto: & cum qual arte il mute.
Idem Triumpho Fame. cap. iii.
Come crebber larti
Crebbe linuidia: & col saper insieme
Nei cori infiati i suoi ueneni ha sparti.

INuocatio græce ἐπικλησις. & ἐπικαλέω inuoco dicitur: Est autem Inuocare: in se uocare per affectum: & deuotum cultum. secundum bea. Tho. super Epistola ad Ro. x. lec. ii. col: ii.



- IRA.
  - Passio q̄ & appetit⁹ sẽsitiuus dicitur Cuius
    - Causa
      - Parui pensio q̄ triplex ē s.
        - Despectus quē maxie significat
          - Obliuio quæ est euidens signum paruipẽsiõis. Nã q̄ magnipẽdim⁹ memoriæ cõmẽdam⁹.
          - Denunciatio tristium: quæ ē signum: q̄ non ueretur quis contristare.
          - Hilaritas ĩ ifortuniis alicuius. Quia signum est q̄ paruifacit bonum uel malum passi.
        - Epireasmus idest. Impedimentum ꝓpositi: uel uoluntatis iplẽdæ: quã ipedimẽti nulla ide ꝓuenit utilitas.
        - Contumelatio: . Quia ea maxime derogat excellentiæ contumeliã passi.
      - Excellentia irascentis: . . Qui iniustius paruipenditur: ut diues in pecunia: & Rhetor in loquendo.
      - Defectus.
        - Irascentis: ut infirmitas: et alia cõtristãtia: q̄a defectib⁹ subiacẽtes facili⁹ lædunt: ut ĩfirmi.
        - Eius: cõtra quem irascimur: uilis & despecti.
    - ptes scd̃m Io. Dama. et Grego. Nicenum
      - Fellea: q̄ cito accẽdit: & cito desistit: & hæc a Cicerone dr̃ Excãdescẽtia.
      - Mania quæ diu in memoria manet.
      - Cotus. i. Furor qui non quiescit donec puniat.
    - Effectus.
      - Delectatio
        - In spe uindicandi ĩ futurũ.
        - Iucundi cũtã de pẽiti inferendo: q̄a sic getat motus iræ.
        - Incõtinua uĩdictæ cogitatiõe in qua ĩmorãdo delectat.
      - Feruor sanguinis & spiritus circa cor ex quo apparere solent secundum Gregorium. hæc
        - Cor palpitans.
        - Corpus tremens.
        - Lingua prepedita.
        - Facies ignescens.
        - Oculi exasperati.
        - Votoꝝ ignorãtia.
        - Clamor irrõnabilis.
        - Verboꝝ ignorãtia.
      - Perturbatio usus rõnis. Virg. Furor iraq̄ mentẽ precipitant.
      - Taciturnitas. Quia in lingua: sicut in facie: & ĩ oculis exp̃ssi⁹ relucet uestigiũ cordis irati.
  - Virtus: Et dr̃ Ira ꝑ Zelum: scd̃m quã appetit uindicta: scd̃m ordinẽ rationis: De qua Hieronym⁹ ad Ripparium: & hẽtur xxiii. q. viii. cap. Legi Sinomastren.
  - Pecc̃m
    - Mortale
      - Quum appetit puniri eum qui non meruit.
      - Quum appetit puniri ultra q̄ meruit
      - Quum appetit puniri non secum legitimum ordinẽ: ut a se uel ab alio q̄ a suo iudice.
      - Quum appetit puniri: sed non propter debitum finem: qui est conseruatio iustitiæ: uel correctio culpæ.
      - Quum ex iræ uehementia quis excidit a dilectione dei & proximi.
    - Vẽiale.
      - Quum appetit uindicta ĩ re parua: quæ si ẽt actu iferret nõ eẽt mortale.
      - Quum motus iræ præuenit iudicium rõnis: & consensus nõ subsequitur.
      - Quum nimis ardenter irascitur interius.
      - Qum nimis manifestat signa iræ exterius.
    - Capitale q̄a ē caput vi. uitioꝝ scd̃m Gregor. xxxi. mo. scd̃m q̄ ira est.
      - In corde orit
        - Indignatio qua irascens indignum putat iniuriantem q̄ contra eum tale quid fecerit.
        - Tumor mentis: quo irascẽs uarias uindictæ uias excogitans animum suum huiusmodi cogitationibus replet.
      - In ore oritur
        - Clamor quo inordinate & confuse q̄s loquẽs uehementẽ irã demonstrat.
        - Blasphemia: qua iratus in uerba iniuriosa cõtra deum prorumpit.
        - Contumelia: qua in uerba iniuriosa contra proximum prorumpit.
      - In ope oritur
        - Rixa: qua intelliguntur oĩa nocumẽta facto proximis illata ex ira.
    - Gñale: q̄a ei species sunt tres scd̃m philosophũ. s. iiii. Ethicorum.
      - Acuta: quæ nimis cito: & ex leui causa insurgit.
      - Amara: quæ iniuria illata diu in memoria permanente diuturnam tristiciam concipit.
      - Grauis uel difficilis: quæ non remittit iram quousq̄ puniat.



Ra græce ὀργή . uel . ὀργίζομαι ira/ scor dicitur. Est autem ira accensio sanguinis circa cor. secundũ Aristotelen. li°.i. de anima. Ira est feruor eius q̃ circa cor est sanguinis: uaporatione fellis: uel perturbatione fiens. secundum Io. Dama. lib. ii. cap. xvi.

Ira est irrationabilis perturbatio mentis. secundũ Hugonem lib. ii. de sacramentis.

Ira est libido puniendi eius qui uideatur læsisse iniuria. secundum Ciceronem lib. iiii. Tus. quæst.

Ira est cupiditas puniendi eius a quo te inique putes læsum. secundum Possidonium.

Iracundia est excessus iræ. Ideo est uitium oppositũ mansuetudini. secundũ. b. Tho. scda scdæ. q. clvii. ar. i. Differtq; ab Ira (ut placet Donato): q; Ira est ex causa. Iracundia ex uitio multum irascétis. Ab ira ueniunt irascor: & Iratus: ac iracũdus: quæ ita differunt: q; Iratus est qui ex aliqua re lacessit° excanduit: Iracundus qui ex quacunq; etiam parua causa mouetur ad irã semper. Alterũ ex causa est: alterum ex moribus. David psal. iiii.

Dauid

Irascimini & nolite peccare.

Prouer. Prouerbiorum cap. xii.

Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam: callidus est.

Prouerbiorum cap. xv.

Vir iracundus rixas prouocat: qui patiens est mitigat suscitatas. Ibidem.

Responsio mollis frangit iram: & sermo durus concitat furorem. Prouerbiorum. xviii.

Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam: spiritũ uero ad irascendum facilem quis poterit sustinere: Prouerbiorum. xxii.

Noli esse amicus homini iracũdo: neq; ambules cũ uiro furioso: ne forte discas semitas eius: & sumas scandalum animæ tuæ.

Prouerbiorum. xxvii.

Graue est saxum: & onerosa harena: sed ira stulti utroq; grauior. Prouerbiorum. xxvii.

Ira non habet misericordiam: nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit?

Prouerbiorum cap. xxviii.

Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignãdũ facilis est: erit ad peccandum procliuior.

Ecclesiastici. viii.

Ecclẽstici Cum iracundo nõ facias rixam. Ecclẽstici. xxviii.

Certamen festinantium incendit lites. Et post.

Si sufflaueris quasi ignis ardebit: & si expueris extinguetur. Paulus ad Ephesios. iiii. Paulus

Sol non occidat super iracundiam uestram. Ibidẽ.

Omnis indignatio & ira tollatur a uobis.

Augustin⁹ super psal. Augustin⁹

Ira inueterata odium est: ira turbat oculum: odium extinguit: ira festuca est: odium trabs. Hoies quotidie irascuntur filiis: non tamen oderunt filios.

Augustinus de uera Innocentia.

Diuina bonitas ideo irascitur in hoc sæculo: ne irascatur in futuro: & misericorditer temporalẽ exhibet seueritatem: ne æternam ultionem inferat.

Augustinus de ciuitate. xiiii.

Non est quærendum utrum quis irascatur: sed quare irascatur: nec utrũ sit tristis: sed quare: nec utrũ timeat: sed quid timeat. Irasci enim peccati: ut corripiatur: contristari pro afflicto: ut liberetur: timere periclitanti: ne pereat: nullus sanæ mẽtis uel cõsyderationis reprehendat.

Augustinus de Conflictu uitiorũ & uirtutum.

Ira dicit quæ æquanimiter erga te ferri nõ possunt: hæc omnino patienter tollerare peccatum est: quanisi eis cum magna exasperatione resistitur: cõtra te deinceps sine mensura cumulantur. Patiẽtia respondet: Si passio redemptoris ad mentem reducitur: nihil tam durum: quod non æque toleretur: Quanta enim sunt hæc quæ patimur in comparatione illius? Ille obprobria: irrisiones: cõtumelias: alapas: Sputa: flagella: spineam coronam: cruceq; sustinuit: & nos miseri uno sermone fatigamur: uno uerbo deiicimur.

Augustinus de uerbis Apostoli.

Iram fratris tunc portabis: quum tu aduersus eum non irasceris: ut rursum eo tempore: quo te ira peroccupauerit ille te lenitate & tranquillitate supportet. Idem ad Dyascorum.

Nulli irascenti ira sua uidetur esse iniusta: Ira enim inueterascens ita fit odium: dum quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eam in uase detinet: donec totum acescat uasq; corrumpatur.

Augustinus ad Vigilantium.

Quando iratus fuero: & aliquid mali i animo meo cogitauero: & me nocturnum phãtasma delectat: basilicas martyrum intrare nõ audeo: ita totus & anima & corpore contremisco.

Hieronymus super Ioel prophetam. Hierony⁹.

Est ira quæ iustitiam dei non operatur: & furori proxima menti suæ uim potestate facit: in tantum: ut labia trement: dentes concrepent: uultus pallore mutetur. Recte illud laudatur Architæ Tarentini: qui quum uilico iratus: iam te inquit occiderẽ: nisi iratus essem.

Hieronymus ad Demetriaden.

Quid iracundo furor suus cõfert: quem seuissimis

exagitatum stimulis conscientiæ: ita ab omni con silio: ac mente deturbat: ut dum irascitur insanire credatur.

Hieronymus libro .iii. contra Ruffinum dicit fuisse Aristotelis sententiam.

Ignē gladio ne confodias: idest iratum & tumidum animum maledictis ne lacessas.

Idem ad Celantiam.

Quid uirtutis habet uinum non bibere: & ira & odio inebriari?

Ambrosi⁹. Ambrosius de sancto Ioseph. & habetur xi.q.iii. Ira sæpe.

Ira sæpe etiam innocentes ad crimen adducit: quia dum iusto amplius irascimur: & uolumus aliena coercere peccata: grauiora committimus. Ideo apostolus ait: non uos uindicantes charissimi: sed date locum iræ: hoc est: declinemus eam: ne nos illa corripiat. Vnde dominus Iesus mittens ad euangelizandum discipulos: misit eos sine auro: sine argento: sine pecunia: sine uirga: ut incentiua litis: & instrumenta eriperet ultionis.

Ambrosius libro primo de officiis.

Resiste iræ si potes: cede si nō potes: si præuenerit: & præoccupauerit mentē tuā iracundia: & ascenderit in te: non relinquas locum tuum. Locus tuus patientia est. Ibidem.

Non mediocre est mitigare iracundiam: non inferius: q̄ animo non commoueri: hoc nostrum est: illud est naturæ.

Ambrosius Ibidem.

Irascimini ubi est culpa: cui irasci debeatis. Nō potest enim fieri: ut non rerum indignitate moueamur. Alioquin nō uirtus sed lænitudo & remissio iudicatur.

Ambrosius. Ibidem.

Qui sibi irascitur: quia cito motus est: desinit irasci alteri: Qui autem uult iram suam probare iustā: plus inflammatur: & cito in iram cadit.

Ambrosius de Iacob & uita beata li.i.

Est ut passio grauissima culpa conscientiæ: quam ratio emollit: & comprimit. Emolliri enim potest: eradicari non potest. Quoniam animus qui est rationis capax: non est suarum passionum domin⁹: sed repræhensor. Neq; enim fieri potest: ut facilis ad iracundiam non irascatur: sed ut ratione se temperet: indignationem cohibeat: a puniendo se reuocet: sicut & propheta docet nos dicens. Irascimini: & nolite peccare: concessit quod naturæ ē: negauit quod culpæ est.

Ambrosius ad Vercellē.

Non iram imperat: sed indulget naturæ: quam homo præuenire non potest: mitigare potest. Igitur & si irascimur: affectus noster motum recipiat: sed secundum naturam: non peccatum præter naturam. Idem super Lucam. li.v.

Præclarum est motum temperare consilio: nec minoris uirtutis dicitur cohibere iracundiam: indignationemq; compescere: q̄ omnino non irasci: quum plærunq; illud leuius: illud fortius æstimetur. Ambrosius libro de Paradiso.

Incentiuum ad male operādum aut iracundia: aut cupiditas esse consueuit.

Ambrosius super Lucam.

Mitiga affectum tuum: ut non irascaris: aut certe iratus ne peccaueris.

Gregorius Mauritio imperatori: & habetur. xi.q.iii. Illa præpositorum. Gregorius

Illa præpositorum sollicitudo utilis est. Illa est cautella laudabilis: in qua totum ratio agit: & furor sibi nihil uendicat. Restringenda sub ratione potestas est: nec quid agendum prius: q̄ concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum putat omne quod fecerit.

Gregorius li°. iii. Moral.

Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Racha in hebrea uox est interiectionis quæ animum irascētis ostēdit: nec tamen plenum uerbum iracundiæ exprimit: Prius ergo ira repræhenditur sine uoce: postea uero ira cum uoce: sed necdum plene uerbo formata: ad extremum ira cum uerbo. Et notandum q̄ in ira prohibet reum esse iudicio: in uoce iræ: quæ est Racha: reum concilio: in uerbo uocis reum gehēnæ: per gradus enim culpæ crescit ordo sententiæ: quia iudicio adhuc causa discutitur: in concilio autem sententia diffinitur: in gehenna uero ea quæ de concilio egreditur sententia expletur.

Idem. v. Moralium.

Per iram sapientia perditur: ut quid quo ue ordine agendum sit nesciatur. Idem.

Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium dicit: ut qui se foris per linguam non exprimit: intus deterius ignescat: ut iratus quisq; collocutionem suam proximo subtrahat: & nihil dicendo q̄ sit aduersus dicat.

Gregorius ibidem.

Plerumq; per silentium clausa ira intra mentem uehementius æstuat: & clamosas uoces tacita forma: uerba sibi quibus exasperetur obiicit: & quasi in causæ examine posita durius exasperata respondet. Ibidem.

Quanta sit iracundiæ culpa pensare possumus: p quam patientia perditur: ut quid quo ordine sit agēdum nesciatur omnino: quia nimirum intelli

gentiæ lucem ira subtrahit: quum mentem per/ mouendo confundit.

Gregorius Ibidem.

Per iram iusticia relinquitur: quia dum perturbata mens iudicium sine ratione exasperat: omne quod furor suggerit rectum putat: Per iram gratia uitæ socialis amittitur: quia qui se ex humana ratione non temperat: necesse est ut bestialiter uiuat. Per iram mansuetudo amittitur. Per iram concordia rumpitur. Per iram lux ueritatis amittitur: quia quum menti iracundia confusionis tenebras incu tit: huic deus radium suæ cognitionis abscondit.

Gregorius. Ibidem.

Per iram spiritus sancti splendor excutitur: qui su/ per humilem & quietum requiescere dicitur: quia quum ira subtrahit quietem suam: spiritui sancto claudit habitationem: cuius recessione anim⁹ ua/ cuus ad apertam morum insaniam ducitur: & usq; ad superficiem ab intimo cogitationum fundamē to dissipatur.

Gregorius. v. moralium.

Nam iræ suæ stimulis accensum cor palpitat: cor/ pus tremit: lingua se præpedit: facies ignescit: exa sperantur oculi: & nequaq̄ recognoscuntur noti: ore quidem clamorem format: sed intus quid lo/ quatur ignorat. In quo itaq; ille ab arrepticiis lon ge est: qui actionis suæ conscius est.

Gregorius Ibidem.

Aliquando iracundus manus non erigit: sed in ma ledictionis iaculum linguam uertit. Fratris nāq; interitum precib⁹ exposcit: & hoc deum perpetra re expetit. Ibidem.

Alia est ira quam impatientia excitat: alia quam ze lus formidat. Illa ex uitio. Hæc ex uirtute genera tur. Ira per uitium oculos mentis excæcat: ira au/ tem per zelum turbat. Si nobis & proximis delin/ quentibus irascimur: non peccamus. Si enim sic proximos: ut nos amare præcipimur: restat: ut sic eorum erroribus: sicut nostris uitiis irascamur.

Gregorius Ibidem.

Quis nouit potestatē iræ tuæ? Potestas iræ dei no/ stra non potest mente compræhendi: Quia ei⁹ dis/ pensatio super nos sæpe nos unde æstimatur dese/ rere: inde nos recipit: et unde nos recipere creditur: inde derelinquit: ne plerunq; hoc fiat gratia: quod ira creditur: & hoc aliquando ira sit: quod gratia putatur. Non nullos enim flagella corrigunt. Nō nullorum in impatientiæ æstum animam perdu/ cunt: & alios prospera quæ demulcent ab insania mitigant: alios quia eleuant: ab omni spe euersio/ nis eradicant.

Gregorius. xxvi. moralium.

Si is qui corrigere nititur ira superatur: opprimit anteq̄ corrigat. Nam dum plus: q̄ debet accendi/ tur: sub iustæ ultionis obtentu ad immanitatem crudelitatis effrenatur.

Greg. super Ezechielem.

Menti furore ebriæ omne quod rectum dicitur per uersum uidetur.

Io. Chrysostomus de laudibus Pauli Homelia. vi. Io. Chrys.

Non commoueri malum est: sed irratiōabiliter nul loq; negocio iusto flagitante commoueri.

Io. Chrysostomus super Matthæum Homelia. xvii.

Sicut ligna ignis materia sunt: sic quæcunq; loqui/ tur quis in ira: facta sunt esca illius.

Io. Chrys. homelia. xviii.

Ira debet uinci patientia. Ignis enim est: sed ignis non extinguitur igne: sed aqua.

Ioannes Chrysostom⁹ super Matthæum Homelia. xxiii.

Non dolere quia peccaueris: magis indignari atq; irasci facit deum: q̄ idipsum quod ante peccaue/ ras. Io. Chrys. super Matthæum. ii.

Coercere omnino nequit animus praua semel uo/ luntate uitiatus. Quia zelus sapere nescit: & ira consilium non habet.

Io. Chrysostomus Ibidem.

Reges siquidem quum ex aliis causis irascuntur: cito placantur: illa autem ira est inextinguibilis: quam regni zelus accendit.

Idem super illud Matthæi. v. Q ď irasci/ tur fratri suo: & cetera.

Nam si ira non fuerit nec doctrina proficit: nec iu/ dicia stant: nec crimina compescuntur: Itaq; qui cum causa non irascitur peccat. Patientia enim irrationabilis uitia seminat: negligentiam nutrit: & non solum malos sed etiam bonos ad malum inuitat.

Cassiodor⁹ sup illud ps. Irascimini & nolite. Cassiodor⁹

Melior est qui uincit iram: q̄ qui capit ciuitatem.

Cassiodorus super Matthæum.

Motum siquidem animi feruidum pp humanam fragilitatem in potestate habere non possum⁹: suf fragante tamen gratia dei ratione disciplinandi continemus. Nam si irascamur: nec dei consydera tione refrenemur: sed a uoto nostro impediamur aliquo necessitatis obiectu: tunc utiq; constat nos facti crimen portare: etiam si nō possumus: quod uolebamus efficere.

Lactantius Fir. li. viii. uel de Ira dei. Lactātius.

Deus itaq; qui irascitur non in totum phibet iram: qa is affectus necessario datus est.

Beda — Beda super epistolam Iacobi. & habetur xi.q.iii.Episcopus.
Ira enim uiri iusticiam dei non operatur: quia qui iratus i aliquam sententiam profert: & si ille qui/tum ad se iustam reportet sententiam: Iste tamen qui non amore iusticiæ: sed liuore odii in eum sen/tentiam dedit: iusticiam dei in quem perturbatio non cadit: non imitatur.
Beda super Parabolas li.ii.
Hæc est natura iræ: ut dilata languescat: & pereat: prolata uero magis ac magis conflagret.
Seneca — Seneca ad Lucillium Epistola.lxxxix.
Quid enim prodest equum regere: & cursum eius freno temperare: & affectibus effrenatissimis ab/strahi? Seneca Epistola.lxxxx.
Quid enim prodest intus æstimata habere, omnia: si sis impetu nimius?
Idem ad Lucillium epistola.
Quidam nunq̃ magis: q̃ quum erubuerint timendi sunt: quasi omnem uerecundiam effuderint.
Seneca libro de Ira.
Nihil æq; profuit iratis: q̃ intueri deformitatem rei idest iræ: Nam in ea facies turbatior: ora pulcher/rima fœdat: toruos uultus ex tranquillitate red/dit: linquit decor omnis iratos. Ibidem.
Qualem putas animum: cuius extra imago tam fœda est. Et sequitur.
Qualia poetæ infernalia monstra finxere succin/cta serpentibus: & igne: & flatu. & cætera. Talem nobis iram figuremus.
Seneca libro.ii.de Ira.
Vindicta sine poena differenda est ad emenda/tionem eius qui debet puniri. Vnde Socrates ser/uo ait. Cederem te nisi irascerer.
Idem de Ira li.iii.de Platone.
Maximum remedium iræ est dilatio: ut primum eius feruor relanguescat: & caligo quæ mentem premit: aut decidat: aut minus densa sit.
Idem libro de Ira.
Immodica ira gignit insaniam: hæc ardescit: affe/ctus ex amore: qui ex odio nascitur. Non uiuim⁹ minus inter feria: q̃ inter lusus & iocos: nec inter/est ex q̃ magna causa irascatur: sed in qualem per ueniat animum. Sic ignis non refert q̃ magnus: sed quo incidat: Ingentis iræ exitus furor est: & ideo ira uitanda est non immoderatiõis causa: sed sanitatis.
Seneca Ibidem.
Nihil inter insanum & iratum est: non unus dies: alter semper insanit: alter semper irascitur.
Seneca in prouerbiis.
Iracundia infœlicitas geminatur. Iracund⁹ quum irasci desierit: tunc irascitur. Sibi respicere nihil confusuit iracundia. Seneca Ibidem.
Quo minus presseris iram: hoc ab ira magis pre/meris: tum enim incipimus aliis irasci: quum no/bis desinimus: Finis iræ initium est pœnitentiæ.
Ibidem.
Ad bonum uirum cito moritur iracundia: breue amans est ipsa iracundiæ memoria: Fulmen ẽ ubi cum potestate habitat iracundia: grauissima est probi hominis iracundia: grauis tamen pœna est: quem post facti pœnitet.
In amore semper mendax iracundia est: iratum bre uiter uites: inimicum diu: Iracundiam qui uincit hostem superat maximum. Iratus etiam facinus consilium putat: Si quis irascitur ab alio: pœnas a se exigit. Ibidem.
Animo dolenti nihil oportet credere.
Seneca Ibidem.
Boni uiri cito morietur iracundia.
Idem in Tantalo Tragœdia.ii.
Quum superat ira sanguine nescit tegi.
Iratus nihil nisi criminis loquitur.
Seneca Ibidem.
Quos amor uerus tenuit: tenebit
Ira cum magnis agitata causis.
Idem Tragœdia.vi.
Sed regi frenis nequit: & ira ardens hostis: & uicto ris commissa nocti quicquid indignum: aut fe/rum cuiquam uideri potuit: hoc fecit dolor tene/bræ: per quas se irritat furor.
Idem Tragœdia septima.
Ira quæ tegitur nocet.
Seneca Tragœdia.viii.
Mixtus dolori subdit stimulos timor. Ibidem.
Quocunq; me ira: quo dolor: quo spes feret: huc ire pergam.
Aristoteles libro.iiii.Ethicorum. — Aristoteles
Irasci in quibus non oportet: Insipientis est.
Aristoteles Ibidem.
Non irasci in quibus oportet: insipientis est.
Aristoteles libro.ii.Rhœtoricorum.
Ad omnem iram sequitur delectatio: propter spem puniendi: unde Homerus dicit: q; ira, est dulcior melle stillante. Aristoteles ibidem.
Infirmi bellantes coeuntes: amantes: sitientes: & uniuersaliter desyderantes aliquid: & non asse/quentes: hii de facili irascuntur:
Aristoteles ibidem.
Multum inopinatum: si non fit ualidum: contrista tur magis. Aristoteles ibidem.
Si quis in Philosophia cupit honorari: irascitur ei: qui eam despicit.

Ariſtoteles Ibidem.
Manſuetudo eſt quietatio iræ.
Ariſtoteles Ibidem.
· Obliuio ſignum eſt paruipenſionis: & propterea fa
ctiua eſt iræ.
Ariſtoteles libro.ii. Rhoetoricorum.
Tempus quietat iram. Ibidem.
Ira factiua eſt inimiciciæ: & odii.
Ariſtoteles libro primo Elencorum.
Homines irati & turbati minus poſſunt conſydera
Plato re orationes. Plato libro de repu.
· Nihil tam cõtrarium reipu. q̃ iræ commotio: & im/
pctus furoris in ciuibus.
Laer.diog. Laertius Diogenes de uita & moribus
Philoſophorum.
Iræ dominari: non capere impoſſibilia: non feſtina
re in uia: loquentem non mouere manum: legib⁹
obedire: dicebat Chilo.
Laertius Diogenes Ibidem.
· Conſilio maxime dicebat Bias contraria ſunt feſti
nantia & ira.
Laertius Diogenes Ibidem.
· Ignem gladio ne fodias.i. iratum & tumidum ani/
mum uerbis maledicis ne laceſſas: dicebat Pytha
goras. Laertius Diog. Ibidem.
Iratus filio ipſe te coerce· dicebat Socrates. Ibidē.
· Interrogatus Plato per quid cognoſcitur ſapiens:
ait ſapiens quum uituperatur non iraſcitur: & nõ
extollitur quum laudatur.
Laertius Diogenes Ibidem.
· Ira immoderata inſaniam gignit: dicebat Epicur⁹.
Cicero. M. T. Cicero libro Officiorum.
Omnis autem & animaduerſio & caſtigatio contu
melia uacare debet. Cauendum eſt etiam ne ma
ior poena: q̃ culpa ſit: & ne iiſdem cauſis alii ple/
ctantur: alii ne appellentur quidem. Prohibenda
eſt autem ira maxime in puniendo: Nunquam
enim iratus qui acceſſerit ad poenam mediocrita/
tem tenebit: quæ eſt inter nimium & parum.
Cicero Ibidem.
Non uero audiendi ſunt qui grauiter inimicis ira/
ſcendum putant: idq; magni animi & fortis uiri
eſſe credunt.
Marcus. T. Cicero.ii. de fine bo. & malo.
Et ſi ſatis clemens ſum in diſputando: tamen inter
dum ſoleo ſubiraſci.
Marcus Tulius Cicero libro.iii. Tuſcu/
lanarum quæſtionum.
Exiſſe ex poteſtate dicimus: qui effrenati feruntur
aut libidine: aut iracundia: quãq̃ ipſa iracundia li/
bidinis eſt pars: ſic enim diffinit̃ Iracundia: ulti/
ſcendi libido. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicun
tur: iccirco dicuntur: quia nõ ſint in poteſtate mē/
tis: cui regnum tot⁹ animi a natura tributum eſt.
Marcus Tulius Cicero libro Tuſcu
lanarum quæſtionum.
Peripatetici multis uerbis iracundiam laudant: co
tem fortitudinis eſſe dicunt: multoq; & in hoſtē:
& in improbum ciuem uæhementiores iratorum
impetus eſſe: Leuis autem iracundia eorum qui
ita cogitant: prælium rectum eſt: hoc fieri conue/
nit dimicare pro legibus: pro libertate: pro patria:
hæc nullam habent uim niſi ira excanduit forti/
tudo. Nec uero: & bellatoribus ſolum diſputant:
imperia ſeuiora eſſe putãt nulla: ſine aliqua acer/
bitate iracundiæ. Oratorem denicq; non modo ac
cuſantem: ſed ne defendentem quidem probant
ſine aculeis iracundiæ: quæ ſi etiam non ſit: ta/
men uerbis atq; motu ſimulandã arbitrentur: ut
auditoris iram oratoris incendat actio: uirumq;
uideri negant qui iraſci neſciat. Ibidem.
An quiſquam poteſt ſine perturbatione mētis ira/
ſci? Bene igitur noſtri: quum omnia eſſent in mor
bis uitia: quod nullum erat iracundia fœdius: ira/
cundos ſolos morboſos nominauerunt. Oratorē
uero iraſci minime decet: ſimulaī nõ dedecet. An
tibi iraſci tum uidemur quum quid in cauſis acri/
us & uæhementius dicimus.
Cicero libro.iiii. Tuſculanarum quæſtī.
· Illud laudatur Architæ: Qui quum uillico fa/
ctus eſſet iratior; quo te modo inquit accepiſſem:
niſi iratus eſſem? Vbi ſunt ergo iſti qui iracundi/
am utilem dicunt? Poteſt utilis eſſe inſania? aut na/
turalis eſt? An quicquam eſſe poteſt ſecundum na
turam: quod ſit repugnante ratione? Quomodo
autem ſi naturalis eſſet ira: alius alio magis ira/
cundus eſſet? aut finem haberet prius q̃ eſſet ulla
ulciſcendi libido? aut quenq̃ poeniteret: quod fe/
ciſſet per iram? Vt Alexandrum regem uidemus:
qui quum interemiſſet Clitum familiarem ſuum:
uix a ſe manus abſtinuit: tanta uis fuit poenitēdi.
Marcus Tulius Cicero Rhoetoricorum
ueterum libro primo.
Nam ab iratis ſi perſpicue pax & beniuolentia pe
titur: non modo ea non inuenitur: ſed augetur at/
q; inflammatur odium.
Saluſtius Catilinarius. Saluſtius.
Quæ apud alios iracundia dicitur: ex imperio ſu/
perbia atq; crudelitas appellatur.
Valerius Maximus libro.i. tit. de Ne/ Valerius
glecta religione.
Deorum ſpreti monitus excandeſcunt: & humana
conſilia caſtigant: ubi ſe cæleſtibus præferunt.
Valerius Ibidem.

Lento enim gradu ad uindictam diuina procedit ira: grauitatem q supplicii tarditate cōpensat. Valerius maxi.li.iiii.

Sumpsissem a te supplicium nisi tibi iratus essem. Idem.

Malo impunitum te dimittere: q̄ propter iram iusto grauius punire.

Poggius. Poggius libro.iiii.de uita Cyrri: ex Xenophonte.

Ira atq indignatio non praestant conturbato animo: quid tutissimum sit: consultandi locum.

Paulus Paulus Orosius de Ormesta li°.ii.

Exps consilii furor dolorem uirtutem putat: quantumcunq meditatur: ita tamen promittit audacia. Idem li°.v.

Consyderationem furor adimit.

Homerus. Homerus in ∫ Iliados.

Διὸς δ᾽ ἀλεώμεσθα μῆνιν .i.

Iouis autem fugiamus iram. Ibidem.

χαλεπὴ δέ θεῶν ἔπι μῆνις.i.

Molesta autem dei est ira.

Idem in i Iliados. Verba Nestoris de Achille irato.

φραζώμεθ᾽ ὥς κεν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθωμεν.

δώροισιν τ᾽ ἀγανοῖσιν ἔπεσσί τε μειλιχίοισι.idest.

Consideremus quomodo ipsum iratum placantes mitigemus.

Donis splendidis uerbisq blandis.

Idem in eodem.

σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν

ἴσχειν ἐν στήθεσσι· φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων.idest.

Tu uero magnam iram

Contine in pectoribus. Humanitas enim melior.

phocylides Phocylides.

μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ᾽ ἄγριον ὀργήν

πολλάκι γὰρ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσας.i.

Ne sis prompt° ad manum: sed frena agrestē iram.

Saepe.n.quum percusseris inuitus caedem patrasti.

Idem.

θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.idest.

Ira animum subiens insaniam perniciosam gignit.

Menāder. Menander.

ἄνθρωπος ὢν γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν.idest.

Homo existens disce irae imperare. Idem.

βλάπτει τὸν ἄνδρα θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών.idest.

Laedit uirum animus in iram cadens. Idem.

ζήσεις βίον κράτιστον ἂν θυμοῦ κρατῇς.idest.

Viues uitam optimam: si irae impaueris. Idem.

ὀργὴ δὲ πολλὰ δρᾶν ἀναγκάζει κακά.i.

Ira autem multa facere cogit mala. Idem.

οὐδεὶς μετ᾽ ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται.idest.

Nullus cum ira tuto deliberat. Idem.

ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον.idest.

Ira amantium paruum durat tempus. Idem.

φεύγειν ἀεὶ δεῖ δεσπότας θυμουμένους. Idest.

Fugere semper oportet dominos iratos.

Plautus in Curculione. Plautus.

Noli amabo uerberare lapidē: ne perdas manum.

Plautus in Pseudulo.

Cauendum est ab hoste irato.

Terentius in Andria. Terentius

Amantium irae amoris reintegratio est.

Idem in ecyra comedia.vi.

Non maximas quae maximae sunt interdum irae inimicicias faciunt.

Terentius Ibidem.

Pueri inter se quam primum leuibus noxiis iras gerunt. Virgil. Aeneidos li.ii. Virgilius

Furor ira q mentem

Praecipitant. Virgilius Aeneidos li.vii.

Ruinanti telum ira facit.

Ouidius metamorphoseos li.viii. Fabula.iiii. Ouidius.

Tangit & ira deos.

Idem libro primo amorum uel de sine titulo Elegia.ii.

Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.

Ouidius Elegia.vii

Sed nunquam dederis spaciosum tempus in iram.

Saepe simultates ira morata facit.

Ouidius libro.iii.de Arte amandi.

Candida pax hominis: trux decet ira feras.

Ora tument ira: nigrescunt sanguine uenae:

Lumina gorgoneo seuius angue micant.

Ouidius Epistola Hypsiphiles ad Iasonē.

Qualibet iratis ipse dat arma dolor.

Idem p° li°.de remedio amoris.

Dum furor in cursu est: currenti caede furori:

Difficiles aditus impetus omnis habet.

Ouidius Epistola Medeae ad Iasonem.

Sed quid praedicere poenam

Attinet: ingentes parturit ira minas.

Propercius libro.i.Elegia.i. Propercius.

Fortiter & ferrum saeuos patiemur & ignes:

Sit modo libertas: quae uelit ira: loqui.

Propertius libro.iii.Elegia.xiiii.
Neſcit ueſtra ruens ira conferre pedem.

Horatius. Horatius Carminum li°.i.Ode.xvi.
Compeſce mentem: me quoq; pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor: & in celeres iambos
Miſit furentem: nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia.

Horatius ſermonum libro.ii.Satira.iii.
Stulticia ne erret nihilum diſtabit an ira
Aiax: immeritos dum occidit.

Idem epiſtolarum li.i.epiſtola.ii.
Ira breuis furor eſt. Animum rege: qui niſi paret:
Imperat: hunc frenis: hunc tu compeſce cathena.

Homerus. Homerus Iliados.viii.
Procul hinc procul ira recedat.
Quæ turbat ſapientem hominem.

Claudian⁹ Claudianus Alloquens Theodoſium.
Si duceris ira
Seruitii patiere iugum: Tolerabis iniquas
Interius leges.

Iuuenalis. Iuuenalis Satyra.vi.de ira mulierum.
Quotiens facit ira nocentes
Hunc ſexum: & rabie iecur incendente feruntur
Præcipites: ut ſaxa iugis abrupta.

Idem Satyra.viii.
Pone iræ frena modumq;.

Dantes Dantes Purgatorii.xvii.
Sentimi quaſi preſſo un mouer dalla
Auentarmi nel uiſo: & dir beati
Pacifici che ſon ſenza ira mala.

Fran. petr. Franciſcus Petrarcha Soneto.clxxxvi.
Vincitor Alexandro lira uinſe
Et fel minor in parte che Philippo. Ibidem.
Ira e breue furor: & chi nol frena
E furor longo: chel ſuo poſſeſſore
Speſſo ad uergogna: & talhor a morte il mena.

IRis græca dictio ἶρις.ιδος.ἡ. Et eſt refractio uiſus a nube rorida ad ſolem. ſecundum Ariſt.li.iii. Metheoro⁊.

IRonia græca dictio εἰρωνεία.ας.ἡ. & ē uitium: quo quis aſſerit minora de ſe: q̃ credat. Ideo ſemper eſt peccatum: Tamen leuius: ut plurimum: q̃ Iactantia. ex.b.Tho. ſcda ſcdæ.q.cx.art.ii.

IRregularitas græce ἀκανονικία.ας.ἡ. & ἀστάθμητος.ου.ὁ. Irregularis dicič. Eſt autem irregularitas impedimētum: ſeu repulſio executionis diuini officii: ſeu ſacramenti: ex canonica conſtitutione proueniens.

IRreligioſitas græce. ἀμυνσέβεια.ας.ἡ. dicitur. Eſt autem irreligioſitas: quæ habet manifeſtam contrarietatem ad religionem per contemptum: & reuerētiam dei uel rei ſacræ. ex.b.Tho.ſcda ſcdæ.q.lxxxxii.prin.

IRriſio græce καταχλεύασμα.ατος.τὸ. dicitur. Irriſio autem: & ſubſannatio conueniunt in fine: ſed differunt in modo: quia prima fit naſo rugato: ſecūda uero fit ore: id eſt in uerbis & cachinnio. ex.b.Thoma. ſcda ſcdæ.q.lxxv.art.i.



ITer Salutis: & perditionis: quo uel in cælum: uel ad īferos itur.

Matthæ⁹. Matthæ⁹.c.vii.
Intrate per anguſtam portam: quia lata porta et ſpacioſa uia ē quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt qui intrāt per eam. q̃ anguſta porta & arta uia ē quæ ducit ad uitam: & pauci ſunt qui inueniunt eam.

Lactant⁹. Lactantius Firmianus Diuinarum inſtitutionum libro.vi.cap°.iii.
Duæ ſunt uiæ per quas humanam uitam progredi neceſſe eſt: ſcilicet una quæ in celum ferat; altera quæ ad inferos deprimat: quas & poetæ in carminibus: & philoſophi in diſputationibus ſuis induxerunt: Et quidem alteram uirtutum eſſe uoluerunt: alteram uitiorum: eamq; quæ ſit aſſignata uirtutibus primo aditu eſſe arduam: & confragoſam: In qua: ſi quis difficultate ſuperata in ſummum eius euaſerit: habere eum decætero planum iter: amœnumq; campum: & omnes laborum ſuoru capere fructus uberes atq; iucundos: Quos autem primi aditus difficultas deterruerit: eos in eam uitiorum uiam labi: atq; deflectere: Quæ primo ingreſſu ſit quaſi amœna: multoq; triſtior. Deinde quum in eam paulo ulterius proceſſerint: amœnitatis eius ſpeciem repente ſubduci. Exoriri autem uiam præcipitem: nunc ſaxis aſperam: nunc obductam ſentibus: nunc gurgitibus interciſam: uel torrentibus lapideam: ut laborare: horrere: labi: cadere ſit neceſſe: Quæ omnia eo proferuntur: ut appareat in uirtutibus capiendis labores eſſe maximos: in perceptis autem maximos fructus: & ſolidas atq; incorruptas uoluptates. Vitia uero quibus delinimentis naturalibus alicere animos hominum: & inanium iucunditatum ſpecie captos: ad acerbas amaritudines, miſeriasq; perducere.

Lactantius Ibidem.
Omnis ergo hæc de duabus uiis diſputatio ad frugalitatem: ac luxuriam ſpectat. Dicunt enim humanæ uitæ curſum. Y. litteræ ſimi/

lem : q̃ unusquisq; hominum:quum primum ado/
lescentiæ limen attigerit : & in eum locum ue/
nerit : ubi se partes uia scindit in ambas : hære/
at mutabundus : ac nesciat in quam se partem
potius inclinet : Si ducem nactus fuerit qui di/
rigat ad meliora titubantem : hoc est aut phi/
losophiam didicerit : aut eloquentiam : aut ali/
quid honestæ artis : quo euadat ad bonam fru/
gem. Quod fieri sine labore maximo non po/
test: honestam ac copiosam uitam disputant per/
acturum . Si uero doctorem frugalitatis non in/
uenerit: ad sinistram uiam quæ meliorem speci/
em mentiatur incedere idest desydiæ:luxuriæ:in/
ertiæ q; se traddere:quæ suauia quidem uidentur
ad tempus uera bona ignoranti. Post autem amis/
sa omni dignitate:ac re familiari in omnibus mi/
seriis uicturum .

Lactantius Ibidem.

Nos igitur melius & uerius:quia duas istas uias cæ
li & inferorum esse dicimus:quia iustis immorta/
litas:iustis pœna æterna proposita est.

Lactantius Ibidem.

Nos autem omnis sexus & generis : & ætatis i hoc
cæleste iter inducimus:quia deus qui eius uiæ dux
est immortalitatem nulli homini nato negat . For
ma quoq; uiarum ipsarum non ita est: ut illi puta
uerunt. Quid enim opus est. Y.in rebus contra/
riis atq; diuersis:sed altera illa melior conuersa ē
ad solis ortum. Altera illa deterior ad occasum :
quoniam q ueritatem ac iusticiam sequitur:is ac/
cepto immortalitatis præmio luce potietur . Qui
autem ab illo malo duce illectus prætulerit uitia
uirtutibus : mendacium ueritati: necesse est ad oc
casum & tenebras deferatur.

Lactan.Fir.li.vi.c.iiii.

Vna est igitur uirtus ac bonorū uia : quæ fert nō in
elysios cāpos(ut poetæ loquuntur). Sed ad ipsam
mundi arcem. At leua malorum exercet pœnas:
& ad impia tartara mittit . Est enim criminatoris
illius qui prauis religionibus institutis auertit ho
mines ab itinere cælesti:& in uiam perditionis in
ducit . Cuius uiæ species & figura sic est composi
ta in aspectu: ut plena & potens omni genere flo/
rum atq; fructuum delectabilis uideatur . In ea.n.
posuit deus omnia quæ pro bonis habentur in ter
ra: opulentiam dico:honorem:quietem:uolupta/
tem:illecebras omnes:sed cum his pariter iniusti/
tiam:crudelitatem:superbiam:perfidiam: libidi/
nem:cupiditatem:discordiam:ignorantiam:men
dacium: stulticiam cæteraq; uicia . Exitus autem
talis est uitæ: quum uentum fuerit ad extremum :
unde iam regredi non licet : quum omni sua pul/
chritudine tam subito præciditur: ut non ante ys
fraudem prospicere possit: q̃ præcipitatus in alti/
tudinem profundam cadat. Quisquis enim præ/
sentium bonorum specie captus : & in his conse/
quendis & fruendis occupatus: non præuiderit ea
quæ post mortē secutura sunt : se q; a deo auerte/
rit : Is uero qui ad inferos deiectus : in æternam
damnabitur pœnam . Via ergo illa cælestis diffi/
cilis & cliuosa proposita est : uel spinis horrētibus
aspera: uel saxis astantibus impedita: ut cum sum
mo labore ac pedum tritu: Cumq; magna caden/
di sollicitudine sit cuiq; gradiēdum. In hac posuit
iustitiam: temperantiam:patientiam:fidem:casti/
tatem:abstinentiam:concordiam:scientiam : ueri
tatem:sapiētiā: cæterasq; uirtutes. Sed simul cum
his paupertatem ignominiam : laborem : dolorē:
amaritudines omnes . Quisquis enim spem suam
porrexerit longi⁹: Et maiora maluerit: carebit his
terræ bonis: ut expeditus ac leuis difficultatē uiæ
superet. Nec enim potest qui se apparatu regio cir
cundederit: aut diuitiis ornauerit : angustias illas
uel ingredi: uel tenere. Vnde itelligitur iccirco ma
lis & iniustis facilius prouenire quæ cupiant quia
prona et decliuis est eorum uia . Bonis autē quæ
optent : difficile procedere : quia difficili & arduo
itinere gradiuntur . Iustus ergo quoniam durum
asperumq; iter ingressus est: contemptui: derisui:
odio sit necesse est. Omnes enim quos cupiditas :
aut uoluptas præcipites trahit: inuident ei: q uir/
tutem capere potuit : & iniq; ferunt id habere ali
quem: quod ipsi non habent. Erit itaq; pauper: hu
milis: ignobilis: subiectus iniuriæ : & tamen om/
nia quæ amara sunt : perferens . Et si sapientiam
iugem ad summum illum gradum finemq; perdu
xerit: dabitur ei corona uirtutis : & a deo pro labo
ribus quos in uita propter iusticiam pertulit : im/
mortalitate donabitur. Ibidem.

Hæ sunt uiæ quas deus humanæ uitæ assignauit :
in quibus singulis : & bona ostendit : & mala: sed
ordine præpostero atq; conuerso. In una eni mon
strauit temporalia prius mala cum æternis bonis :
qui est ordo melior : In altera temporalia prius bo
na cum æternis malis: qui est ordo deterior: ut qui
cunq; præsentia mala cum iusticia elegerit : ma/
iora & certiora bona consequatur : q̃ fuerint illa
quæ spernit. Quisquis autem præsentia bōa præ/
posuerit iusticiæ : in maiora & longiora incidet
mala : q̃ fuerint illa quæ fugit . Hæc enim uita
temporalis : quia breuis est: iccirco & bona eius:
& mala breuia sint necesse est . Illa uero spiritua/
lis quæ huic terrenæ contraria est: qa sempiterna
est: Iccirco & bōa ei⁹ & mala sempiterna sunt: Ita
fit ut et bōis breuib⁹ mala æterna: et malis breuib⁹
bona æterna succedant. Itaq; quum simul propo/

ſita ſint homini bona & mala conſyderare unum
quéq; ſecum decet: quanto ſatius ſit pro perpetu/
is bonis mala breuia penſare: q̃ pro breuibus &
caducis bonis mala perpetua ſuſtinere. Nam ſi/
cut in hoc ſæculo quum.'eſt propoſitum cum ho/
ſte certamen: prius laborandum eſt: ut ſis poſtmo
dum in ocia: eſuriendum: ſitiendum: æſtus: frigo/
ra: perferenda: humi quieſcendum: uigilandum:
periclitandum eſt: ut ſaluis pignoribus: & domo:
& re familiari: & omnibus pacis: ac uictoriæ bo/
nis perfrui poſſis. Sin autem præſens ocium ma/
lueris: q̃ laborem: malum tibi maximum facias ne
ceſſe eſt. Præoccupabit enim aduerſarius non reſi
ſtentem: Vaſtabuntur agri: diripietur domus: in
prædam uxor: ac liberi uenient: Ipſæ interficere:
ac rapiere: Quæ omnia ne accidant: præſens com
modum differendum eſt: ut maius longius q; ra/
piatur.

Lactantius Fir. libro. vi. c°. iiii.

Hæc autem uia quæ eſt ueritatis: & ſapientiæ: &
uirtutis: & iuſticiæ: quorum omnium fons un⁹ eſt:
una uis: una ſedes: & ſimplex ē: q; paribus animis
ſummaq; cōcordia unum ſequamur: & colamus
deum: & anguſta: quoniam paucioribus uirtus
data eſt: & ardua: quoniam ad bonum quod ſum
mum & ſublime eſt: niſi cum ſumma difficulta/
te & labore non poteſt perueniri.

Lactan. Fir. li. vi. c. viii.

Hæc eſt uia quam philoſophi quærunt: ſed ideo nō
inueniunt: quia in terra potius: ubi apparere non
poteſt: quærunt. Errant ergo uelut in mari ma/
gno: nec quo ferantur intelligunt: quia nec uiam
cernunt: nec ducē ſequūt ullum. Eadē nāq; ratio
ne hanc uitæ uiam quæri oportet: Qua i alto iter
nauibus quæritur: quæ niſi aliquod cæli lumē ob/
ſeruent: incertis curſibus uagantur. Quiſquis au
tem rectum iter uitæ tenere nititur: non terrā de/
bet aſpicere: ſed cælum: & ut apertius loquar: nō
hominem ſequi debet: ſed deum: non hiis terreſtri
bus ſimulachris: ſed deo ſeruire cæleſti: nō ad cor
pus inferri omnia: ſed ad mentem: non huic uitæ
dare operam: ſed æternæ. Itaq; ſi oculos in cælum
ſemper intendas: & ſolē qua orit̃ obſerues eumq;
habeas uitæ quaſi nauigii ducem: ſua ſponte in ui
am pedes dirigentur: & illud cæleſte lumen: quod
ſanis mentibus multo clarius ſole eſt: q̃ hic: quem
in carne mortali uidemus: ſic reget: ſic guberna/
bit: ut ad ſummum ſapientiæ uirtutiſq; portum
ſine ullo errore perducat. Suſcipienda igitur dei
lex eſt quæ nos ad hoc iter dirigat: illa ſancta: illa
cæleſtis: quam Marcus Tulius in libro de repub.
tertio pene diuina uoce depinxit: cu⁹ ego ne plu/
ra dicerē uerba ſubieci. Eſt quidem lex: recta ra/
tio naturæ congruens: diffuſa in omnes: conſtās:
ſempiterna: quæ uocet ad officium iubendo: ue/
tando a fraude deterreat: quæ tum neque impro/
bos fruſtra iubet: aut uetat: nec improbos iuben/
do: aut uetando monet.

Cyprianus in epiſtola de malignitate
dæmonis. Cyprian⁹.

Lata & ſpacioſa itinera uiæ lætalis: illic illecebræ:
& mortiferæ uoluptates: illic diabolus blanditur:
ut fallat: arridet: ut noceat: allicit: ut occidat.

Virgilius in paruo tractatu de. Y. littera. Virgilius.

Littera Pytgagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Humanæ uitæ ſpeciem præferre uidetur:
Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem:
Difficilemq; aditum primum ſpectantib⁹ offert:
Sed requiem præbet feſſis in uertice ſummo.
Molle oſtentat iter uia lata: ſed ultima meta
Præcipitat captos: uoluitq; per ardua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus uirtutis amore
Vicerit: ille ſibi laudemq; decuſq; parabit.
At qui deſidiam luxumq; ſequetur inertem:
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores:
Turpis inopsq; ſimul miſerabile trāſiget æuum.

Dantes Florentinus Purgatorii
Cantica Capitulo. iiii. Dītes Flo.

Queſta montagna e tale.
Che ſempre al cominciar di ſotto e graue
Et quanthom piu ua ſu e men fa male.
Pero quandella ti parra ſoaue
Tanto che ſu andar ti fia legiero
Come a ſeconda in giuſo andar per naue.
Allor ſarai al fin deſto ſentiero.
Quiui di ripoſſar laffanno aſpetta.

Dantes Paradiſi Cantica.
Capitulo. v.

Siate Chriſtiani a mouerui piu graui.
Non ſiate come penna ad ogni uento:
E non crediate chogni aqua ui laui:
Haueti il nouo el uecchio teſtamento
El paſtor de la gieſa: che ui guida.
Queſto ui baſti al uoſtro ſaluamento.
Se mala cupidiggia altro ui grida
Homini ſiate e non pecore matte:
Si chel giudeo de uoi tra uoi non rida.
Non fatte comagnel che laſcia il late
De la ſoa madre ſemplice e laſciuo
Seco medeſmo a ſuo piacer combatte.

IVbilatio græce ἀλαλαγμόσ ου. ὁ. &
ἀλαλάζω iubilo dicitur. Eſt autem Iubi/
latio declaratio quædam: & illuſtratio gau
dii concepti. Eadem Iubilum dici poteſt. Sane iubi
lare dicitur a iubare. Iubar enim ꝓprie lucifer di/
citur: q; iubas lucis effundat. Sunt autem iubæ cri

nes a collo animalium pendẽtes: unde iubatos leones dicimus: qui iubas habent: ad differentiam nõ habentium iubas. Hac etiam metaphora non modo ad solẽ: sed etiam ad homines utimur. Claudinus. Per fratris regale iubar. Iubilare aliqui a iuuando deduci uolunt: quasi animi iucunditatem ostendere. Iuuare enim delectare est: unde & iucũditas. Alii uero dicunt iubilare dici a sono ipso uocis. Ita enim dictum est iubilo: ut ouo a uocibus quibus laeti: ac triumphantes uti solemus.

Iubilaeus est laeticia immẽsa: quae uerbis exprimi nõ potest: sed uoce datur intelligi. secũdum .b. Tho. super psal. xxxii, col. ii.

Iucunditas graece χαριτότης .ητος. & χαριτόεις .ου. ό: iucundus dicitur. Est autem Iucũditas gaudium ad exteriora ad eo prorumpens: ut alios excitet ad gaudẽdum. ex bea. Tho. iii. sen. di. xlviii. q. iii. ar. i. uenitq; a iuuo: ut in Iubilatio supra dictum est.

Iudaeus communiter est quicunq; legẽ Mosaicam ad litteram tenet: dicunturq; Iudei a nomine principalis tribus. s. Iudae: qui ẽt prius hebraei dicebantur ab Heber: cuius familia cultum dei tenuit: caeteris idololatria foedatis. Dicuntur praeterea recutiti propter circũcisionem.

Iudex graece κριτής .ου. ό. & κρίνω iudico dicitur. Venitq; a iudico quasi ius dico. & Iudicatio quae est iusti iudicium. secundum Aristotelen lib. i. polyticorum. hinc etiam Iudicium qui est actus Iudicis inquantum Iudex. i. inq̃tum est iusdicens. Ideo est actus Iusticiae. i. executio Iusticiae. secundum. b. Tho. scda scdae .q. lx. ar. i.

Exodi cap. xxiii.

- Non sequaris turbam ad faciendum malum: Neq; in iudicio plurimorum acquiesces sentẽtiae: ut a uero deuies. Pauperis quoq; non misereberis ĩ iudicio. Exodi cap. xxiii. — Exodi.
- Non declinabis in iudicium pauperis. Ibidem.

Insontem & iustum non occides: quia aduersor impium. Nec accipies munera: quae etiam excaecant prudentes: & subuertunt uerba iustorum.

Leuitici. — Leuitici c°. xviiii.

- Nõ facies quod iniquum est: nec iniuste Iudicabis. Non considERES personam pauperis: nec honores uultum potentis: Iuste iudica proximo tuo. Ibidẽ.
- Noli facere iniquum aliquod in iudicio. s. in pondere: in numero: & mensura.

Deutero. — Deuteronomii cap. i.

- Audite illos: & quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille: siue peregrinus: nulla erit distãtia personarum. Ita paruum audietis: ut magnũ: nec accipietis cuiusq̃ personam: quia dei iudicium est.

Ibidem cap. xvi.

- Iudices & magistros constitues in oĩbus portis tuis: quas dominus deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas: ut uindicẽt populum iusto iudicio: nec in alteram partem declinent. Non accipies personam: nec munera: quia munera excaecant oculos sapientum: & mutant uerba iustorum. Iuste quod iustum est persequeris: ut uiuas: & possideas terrã: quam dominus deus dederit tibi.

Deuteronomii cap. xxiiii.

- Non occidentur patres pro filiis: nec filii pro patribus. Sed unusquisq; pro peccato morietur. Nõ peruertes iudicium aduenae: & pupilli: nec auferes pignoris loco uiduae uestimentum.

Deuteronomii cap. xxvii.

- Maledictus qui peruertit iudicium aduenae: pupilli: & uiduae: & dicet omnis populus amen. Ibidẽ.

Maledictus qui accipit munera ut percutiat animã sanguinis innocẽtis: & dicet omnis populus amẽ.

Regum quarti cap. xiiii. — Regum

- Non morient patres pro filiis: nec filii pro patribus. sed unusquisq; in peccato suo morietur.

Paralipomenon lib. ii. cap. xviiii. — Paralip.

- Non enim hominis exercebitis iudicium: sed domini: & quodcunq; iudicaueritis in uos redundabit: sit timor domini uobiscum: & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominum deum nostrum iniquitas: nec personarum acceptio: nec cupido munerum.

Ibidem cap. xxiiii.

Non occidentur patres pro filiis: nec filii pro patribus: sed unusquisq; morietur in peccato suo.

Dauid psal. ii. — Dauid

- Et nunc reges itelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore: & exultate ei cum tremore. Apprachendite disciplinã: nequando irascatur dominus: & pereatis de uia iusta.

Psalmo. lvii.

- Si uere utiq; iusticiam loquimini: recte iudicate filii hominum. Psalmo. lxxxi.
- Deus stetit in sinagoga deorum. In medio autẽ deos diiudicat. Vsq; quo iudicatis iniquitatẽ? & facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno pupillo: humilem & pauperem iustificate. Eripite paupem: & egenum de manu peccatoris liberate.

Prouerbiorum. iiii. — ꝓuerbioꝝ.

Oculi tui recta uideant. Ibidem. c. xvii.

- Qui eni iustificat ipium: & cõdẽnat iustum uterq; abhominabilis apud deum. Ibidem.

Munera de sinu impius accipit: ut peruertat semitas Iudicii. Prouerbiorum cap.xviii.

Accipere personam impii in iudicio non est bonũ: ut declines a ueritate Iudicii.
Prouerbiorum.xxiiii.

· Cognoscere personam in iudicio non est bonum: q . dicunt impio iustus es: maledicent eis populi: & detestabuntur eos tribus.
Prouerbiorum cap.xxviii.

Qui cognoscit in iudicio faciem nõ bene facit. Iste & pro bucella panis deserit ueritatem.

Ecclãstes — Ecclesiastes cap.viii.

· Et enim quia non profertur cito contra malos sententia: absq; timore ullo filii hominum perpetrant mala. Sapientia cap.i.

Sapientia. · Diligite iusticiam: qui iudicatis terram.
Ibidem cap.vi.

Audite ergo reges terræ: & intelligite: discite iudices finium terræ: præbete aures uos: qui continetis multitudines: & placetis uobis in turbis nationum: quoniam data est a domino potestas uobis: & uirtus ab altissimo: qui interrogabit opera uña: & cogitatiões scrutabit: quoniam quum essetis ministri regni illius: non recte iudicastis: nec custoditis legem Iusticiæ: neq; secundum uoluntatem dei ambulastis. Sapientia.xxxiiii.

Cum tranquilitate Iudica.

Ecclãstici. — Ecclesiastici cap.iiii.

· In iudicando esto pupillis misericors: ut pater: & pro uiro matri illorum: & eris tu uelut filius altissimi obediens: & miserebitur tui magis q̃ mater.
Ecclesiastici cap.vii.

· Noli quærere fieri iudex: nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis: & ponas scandalum in agilitate tua.
Ecclesiastici cap.xx.

· Xenia & dona excæcant oculos iudicum: & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum.

Isaias — Isaias cap.i.

· Omnes diligunt munera: sequuntur retributiões: pupillo non iudicant: & causa uiduæ non ingreditur ad illos. Isaias cap.v.

Veh qui dicitis malum bonum: ponentes tenebras lucem: & lucem tenebras: ponentes amarum i dulce: & dulce in amarum. Ibidem.

· Veh qui iustificatis impium pro muneribus: & iusticiam iusti aufertis ab eo: Propter hoc sicut deuorat stipula & lingua ignis: & calor flammæ exurit: sic radix eorum: quasi fauilla erit: & germen eorũ ut puluis ascẽdetur.
Isaias cap.x.

· Veh qui condunt leges iniquas: & scribentes iniusticiam scripserunt: ut opprimerent pauperes in iudicio: & uim facerent causæ humilium populi: ut essent uiduæ præda eorum: & pupillos diriperent. Isaias cap.lviiii.

· Conuersum est retrorsum iudiciũ: & iusticia longe stetit: quia corruit in plateis ueritas: & æquitas nõ potuit ingredi.

Hieremias — Hieremias cap.v.

· Causam uiduæ non iudicauerunt: causam pupilli non direxerunt: & iudicium pauperum non iudicauerunt: Nunquid super his non uisitabo: dicit dominus: aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea? Idem cap.xxii.

· Hæc dicit dominus: facite iudicium & iusticiam: & liberate ui oppressum de manu calumniatoris: & aduenam & pupullum & uiduam nolite contristare: neq; opprimatis iniq;: & sanguinem innocẽtẽ ne effundatis in loco isto.

Lucas — Lucas cap.xi.

Iesus ait. Et uobis legis peritis ueh: quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt: & ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas.

Iacobi. — Iacobi.i.

Ira enim uiri iusticiam dei non operatur.

Augustin' — Aug. lib. de uera religiõe: & hẽtur di.iiii. In istis.

· In istis temporalibus legibus quãq; de his homines iudicent: quum eas instituunt: tamen quũ fuerint institutæ: & firmatæ: non licebit iudici de ipsis iudicare: sed secundum ipsas. Augu. lib. de poeni. & habetur.xi.q.iii. Quãuis.

· Quãuis uera sint quædam: tamen iudici non sunt credenda: nisi certis indiciis demonstrentur.
Augustinus ad Macedonium: & habetur xiiii.q.v. Non sane.

· Non ideo debet iudex uẽdere iustum iudicium: aut testis testimonium uerum: quia uendit aduocatus iustum patrocinium: iurisperitus uerum consiliũ. Illi enim inter utranq; partem ad examen adhibẽtur: isti ex una parte consistunt. Quum autem iudicia testimonia: quæ nec iusta: nec uera sunt uendenda: iniqua & falsa uenduntur: multo scelerati' utiq; pecunia sumitur: quia scelerate etiam q̃uis a uolentibus datur.
Augustinus contra Macedonium.

· Iusti est intercedere recta intentione. Iudicis autem est iudicare iusto ordine: Modus rogandi iudicem est: ut faciat quod salua fide facere potest.

Hierony'. — Hieronymus super epistolam ad Galatas: & habetur.xxiii.q.v. Iudex.

Iudex non est author sceleris homines uincendo.
Hieronym' super Hieremiã & habeť ibi.

Homicidas: sacrilegos: & foenerarios: punire non effusio sanguinis ẽ.

Ambros'. — Ambrosius super beati immaculati: & habetur.iii.q.vii. Iudicet.

Iudicet ille de alterius errore: qui non habet in se ipso quod condemnet: iudicet qui non agit eadem quae in alio putauerit punienda: ne quum de alio iudicat in se ferat sententiam: Iudicet ille: qui ad pronunciandum nullo odio: nulla offensione: nulla leuitate ducatur. Ibidem.

Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit: & proposito domesticae uoluntatis: sed iuxta leges: & iura pronunciat: statutis iuris obtemperat: non indulget propriae uoluntati: nihil praeparatum: & meditatum de domo defert: sed sicut audit: ita iudicat: & sicut se habet natura decernit: obsequitur legibus: non aduersatur: examinat causae merita: nō mutat. Discite iudices saeculi quem in iudicando tenere debeatis affectum: quam societatem: quam sobrietatem: quam synceritatem. Ibidem.

Qui iudicat uoluntati suae obtemperare non oportet: sed tenere quod legum est. Ibidem.

In iudicando cordi magis ē custodia ueritatis: quam obedientia uoluntatis.

Ambrosius lib. de officiis.

· In iudicio gratia absit: causae merita decernantur.

Gregorius Gregorius: & habetur. ii. q. iii. Qui recte.

Qui recte iudicat: & praemium remunerationis expectat: fraudē in deū perpetrat: quia iusticiā quā gratis impartiri debuit: acceptione pecuniae uendidit. Bonis male utitur: qui pro temporali lucro iuste iudicant. Tales quippe ad ueritatem: nō iusticiae defensio: sed amor praemii prouocat: quib[us] si spes nūmi subtrahitur: confestim a iusticiae confessione recedunt. Acceptio nummorum praeuaricatio ueritatis est. unde & pro iusto dicitur. Qui excutit manus suas ab omni munere: iste in excelsis habitabit. Gregorius mor. xviiii.

· Maiora crimina credenda non sunt mox: quum audiuntur: sunt tamen citius punienda: quum uera citer cognoscuntur.

Greg. mor. xviiii. sup illud. Iob. xxviiii. Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabā.

Ad proferendam sententiam nunquam praecipites esse debemus: ne indiscussa temere iudicemus: nec quaelibet mala audita nos moueant: ne passim sine probatione credamus.

Gregorius homel. xxvi.

Plerumque contingit: ut iudicis locum teneat: cuius ad locum uita minime concordat: ac saepe agitur: ut uel immeritos damnet: uel aliquos ipse ligatus soluat: Saepe in soluendis ac ligandis subditis: suae uoluntatis motus non autem causarum merita sequitur: unde fit: ut ipse ligandi aut soluendi potestate se priuet. Gregorius in mor.

Iudicare digne de subditis nequeunt: qui in subditorum causis non merita: sed odium: uel gratiam sequuntur. Isydorus & hētur di. xxviiii. Sciēdū.

Isydorus Sciendum est quod pleraque capitula: ex causa: ex persona: ex loco: ex tempore: cōsyderanda sunt: quorum modi: quia medullitus non indagantur: in erroris labyrinthum non nulli intricando impingū/tur: quum ante iudicant: quam intelligant: ante inculpant: quam iterando lecta perquirant.

Isydorus de summo bono lib. iii. cap. lviii.

· Quattuor mōis humanum peruertitur iudicium: timore: cupiditate: odio: amore. Timore: dum metu potestatis alicuius ueritatem loqui pauescim[us]. Cupiditate: quum praemio muneris alicuius corrumpimur. Odio quum contra quemlibet aduersarium mollimur. Amore dum amico: uel propinquis placere contendimus.

Isidorus Ibidem.

Diues muneribus cito corrumpit iudicem: Pauper autem dum non habet quod offerat: nō solum audiri contemnitur: sed etiam contra ueritatem opprimitur. Cito uiolatur auro Iusticia. Nullam re[us] pertimescit culpam: quam redimere nummis existimat. Idem Soliloquiorum lib. i. cap. i.

Perimit leges auaricia iudicantium: praemia & dona legibus iura tollunt: ubique pecunia uincit: ubique uenale iudicium est.

Cassiodorus lib. i. epistola. iii. Cassiodor.

Facilis recti persuasor est innocens iudex. Excessus tunc sunt in formidine: quum credunt iudicibus displicere. Cassiodorus lib. iii. Epistola. xxviii.

· Tam diu iudex dicitur: quam diu iustus putatur.

Cassiodorus lib. iii. Epistola. xxviii.

Inumbrat publicam formam in consule tenacitatis obscuritas.

Boetius de Consolatione lib. i. Prosa. iiii. Boetius.

Si inflammare sacras aedes uoluissem: si sacerdotes impio iugulare gladio: si bonis omnibus necē struxisse diceremur: praesentem tamen sententia confessum: conuinctumque me punisset.

Allanus de Complanctu naturae. Allanus

Si autem Iudicis uel aduocati sulphuret pecunia: Orphei lyra: carmē Amphiōis: Musa Virgilii uoce pecuniae suffocantur. Quid plura: Vbi numm[us] loquitur: Tulliani eloquii tuba raucescit. Vbi nūmus militat: Hectoreae militiae fulgura compescuntur. Vbi pugnat pecunia: uirtus expugnatur herculea. Nummus uincit. Nummus regnat. Nummus imperat uniuersis.

Innocentius de Miseria hominis. Innocenti[us]

Iudices mali non attēdunt merita causarum: sed pecuniarum merita: non iura: sed munera: non iusticiam: sed pecuniam: non quod ratio dictat: sed quod uoluntas affectat. Non quod lex sentit: sed quod mens cupit. Non inclinant ad iusticiam animum:

sed iusticiam declinant ab animo: nõ ut quod licet hoc libeat: sed ut liceat: quod libet.

Seneca — Seneca Ad lucillium Epistola .lxxxviii.

Prorsus persuasimus: quod multi furto non erubescunt: quod multi adulterio gloriantur. Nam sacrilegia minuta puniũtur: magna in triumphis feruntur. Seneca in Prouerbiis.

· Ad poenitendum properat: qui cito iudicat. In iudicando criminosa est celeritas.

Seneca in Hercule furente.

Iudex futurus sanguine humano abstine quicunq; regnas: scelera taxantur modo maiore nostra.

Seneca Tragoedia .vii.

· Si iudicas cognosce: si regnas Iube. Ibidẽ.

· Qui statuit aliquid parte inaudita altera: Aequum licet statuerit: haud aequus est.

Aristoteles — Aristoteles lib .i. Rhetoricorum.

Litigantis nihil est: nisi ostendere: quia res ẽ: uel nõ est: uel quia facta est: aut quia non facta est: utrum autem sit iusta: uel iniusta oportet ipsum iudicẽ cognoscere: & non discere a litigantibus.

Aristoteles lib .vii. Ethicorum.

Iudex est qui in ciuilibus cõcertationibus inquisita Iudicat. Aristoteles lib. iiii. Topicorum.

· Nemo eligit Iuuenes iudices: aut duces: quia nõ cõstat eos prudentes esse: sed eligit ad fortitudinem.

Aristoteles lib .i. Rhetoricorum.

Amor: & odium: & proprium commodum: saepe faciunt iudicem non cognoscere uerum.

L. Dioge. — Laertius Diogenes: De moribus & uita philosophorum.

· Interrogatus. Solon quid est rex. Respondit fortis potestas. Quid lex? Araneae tela. Quia si in eam inciderit quid debile retinetur: graue autem pertransit tela rescissa. Ibidem.

Iudex bon⁹ nemo erit: nisi qui de se alterum cognouerit iudicari. Laertius Diogenes. Ibidẽ.

· Qui innocentem damnat seipsum uulnerat: quoniam sua sententia semper reus: seipsum punit cõscientia. Laertius Diogenes Ibidem.

· Quum Xenocrates uidisset quendam latronem duci ad patibulum subrisit dicens: q; magni fures minores morte damnabant.

Cicero. — Cicero Rhetoricorum ueterum lib. ii.

In iudiciis quid aequum sit quaeritur. Ibidem.

Non oportet ante supplicium: q̃ iudicium interponere. Cicero Rhetoricorum lib .ii.

Duabus de causis iudicem iudicare oportet: si aut scriptum sit obscure: aut neget aliquid aduersari⁹. Quum & scriptum sit aperte: & aduersarius omnia confiteatur: tunc iudicem legi parere: nõ interpretari legem oportet. Nam summa prudentia ẽ: quum qui contra id quod scriptum sit aliquid probare uelit. Ibidem.

Iudex is uidetur legi obtemperare qui sententiã ei⁹: non qui scripturam sequitur: Si leges duae: aut plures: aut quotquot erunt conseruari nõ possunt: quia discrepant inter se: ea maxime conseruanda putetur: quae ad maximas res pertinere uidetur: & maxime conseruanda est ea lex: quae diligẽtissima & · sancta est: multis etiam in legibus multa praeterita sunt: quae iccirco praeterita arbitrãtur: q; ex caeteris de quibus scriptum est intelligi possint. Nam oportet coniectura ex eo quod scriptum est: ad id quod non sit scriptum peruenire. Nemo enim potest omnes res per scripturam complecti: sed is cõmodissime scribit: qui curat: ut quaedam ex quibusdam intelligantur.

Cicero lib. de Oratore.

Plura multo homines iudicãt odio: aut amore: aut cupiditate: aut iracundia: aut dolore: aut laeticia: aut spe: aut timore: aut errore: aut aliqua promotione mentis: q̃ ueritate: aut praescripto: aut in eis norma aliqua: aut iudicii formula: aut legibus.

Idem officiorum lib .iii. cap .xi.

Ponit enim personas amici: quum induit personam iudicis. Tantum dabit amiciciae: ut uerã amici causam esse malit: & ut orandae litis tempus: quo aliquid per leges liceat accommodet.

Idem officiorum lib .ii. cap .xvi.

· Iudicis est enim semper in causis uerum: patroni autem nonnunq̃ uerisimile.

Valerius Maximus lib .vii. — Val. max.

Quam porro subtiliter Anacharsis leges Araneãrum tellis comparabat: nam ut illas infirmiora animalia retinere: ualentiora transmittere: Ita his humiles & pauperes constringi: diuites & praepotentes non alligari aiebat.

Quintilianus declamatione .x. — Quītilian.

Multum me: uel uos fallit opinio iudices: si ullam causam ita euidenter deferri in forum posse putatis: cui nulla mendacii uelamenta contingant.

Lucius Apuleius de Asino Aureo lib .iii. — L. Apulei⁹

Non ad instar barbaricae feritatis: uel Tyrannicae impotẽtiae damnari debet aliquis inauditus: & in pace placida tam dirum saeculo prodi non debet exemplum. Phocylides. — Phocylid.

πάντα δίκαια νέμειν μηδ' ἐς κρίσιν ἐν χάριν ἕλκειν .i.

Omnibus iusta distribue: neq; iudicium ad gratiam trahas. Idem

μὴ κρῖνε πρόσωπον .i. Noli iudicare faciẽ. Idẽ

ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει .i.

· Si tu male iudicaueris: te de⁹ deinde iudicabit. Idẽ

μὴ δ' ἔποτε κρίνειν ἄδικα μονὰς ἄνδρας ...

Nunq̃ iudicium facere imperitos uiros ꝑmittes.

Cleobulus. Cleobulus.

τὰ δίκαια κρίνει.i. iuſta iudica.

Menãder. Menander.

κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ.i.
Accuſare non licet: & iudicare ſimul. Idem.
ἀνεξέταστον μηδὲ κόλαζε μηδένα.i.
Inexaminatum ne punias ullum.

Ouidius. Ouidius Triſtium lib.i. Elegia.i.

Iudicis officium eſt: ut res: ita tempora rerum
Quærere: quæſito tempore tutus eris.

Idem de ponto lib.ii. Elegia.ii.

· Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

Horati⁹ Horatius carminum lib.ii.

Quotiens bonus atq̧ fidus
Iudex honeſtum prætulit utili:
Reiecit alta dona nocentium
Vultu per obſtantes cateruas
Explicuit ſua uictor arma.

Horatius ſermonum lib.ii.

· Male uerum examinat omnis
Corruptus iudex.

Iuuenalis. Iuuenalis ſatyra.ii.

· Dat ueniam coruis: uexat cenſura columbas.

IVdicium finale erit uniuerſalis ſeparatio bonorum a malis. ex. bea. Tho.iiii. ſen. di. xlvii. q.i. ar.i.
Iudicium generale fiet circa montem oliueti: ubi ẽ uallis Ioſaphath. & circa locũ illũ Chriſtus deſcendet: ſicut inde aſcendit: ut idem eſſe oſtendatur: qui deſcendit & q aſcẽdit. ex. b. Tho.iiii. ſen. di. xlviii. q.i. ar.iiii.

Dauid Dauid pſalmo.lxxxxv.

· Iudicabit orbem terræ: in æquitate & populos in ueritate ſua. Eccleſiaſtes cap.xi. Ecclãſtes

· Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua: & in bono ſit cor tuum: in diebus iuuentutis tuæ: & ambula in uiis cordis tui: & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito: ꝙ pro omnibus his adducet te deus in iudicium. Eccleſiaſtes cap.xii.

· Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium: ꝑ omni errato ſiue bonum: ſiue malum ſit.

Ecclãſtici. Eccleſiaſtici cap.xii.

Et impiis & peccatoribus reddet uindictam cuſtodiens eos in die uindictæ.

Iſaias Iſaias cap.iii.

· Dominus ad iudicium ueniet cũ ſenibus populi ſui: & principibus eius. Ioel cap.ii. Ioel

· Magnus enim dies domini & terribilis ualde: & qs ſuſtinebit eum? Malachias cap.iii. Malachi.

· Et accedam ad uos in iudicio: & ero teſtis uelox maleficis: & adulteris: & periuris: & qui calomniantẽ mercedem mercenarii: & humiliant uiduas & pupillos: & opprimunt peregrinum: nec timuerunt me: dicit dominus exercituum.

Machabeorum lib.ii. cap.xii. Machab.

At uero fortiſſimus Iudas hortabatur populum cõſeruare ſe ſine peccato ſub oculis: uidentes quæ facta ſunt pro peccatis eorum: qui proſtrati ſunt. Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri ꝓ peccatis mortuorum ſacrificium: bene & relligioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant ſperaret reſurrecturos: ſuperfluum uideretur & uanũ orare pro mortuis: & quia conſyderabat ꝙ hii qui cũ pietate dormitionem acceperant optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris ẽ cogitatio pro defunctis exorare: ut a peccatis ſoluantur. Matthæus cap.xiii. Matthæ⁹

· Sicut ergo colliguntur zinzania: & igni comburuntur: Sic erit in conſummatione ſæculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: & colligent de regno eius omnia ſcandala: & eos qui faciunt iniquitatem: & mittet eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.

Matthæus cap.xxv.

· Quum autem uenerit filius hominis in maieſtate ſua: & omnes angeli cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & congregabontur ante eum omnes gẽtes: & ſeparabit eos ab inuicem: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidẽ a dextris: hedos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui enim: & dediſtis mihi manducare. Sitiui & dediſtis mihi bibere. Hoſpes erã & collegiſtis me. Nudus eram: & operuiſtis me. Infirmus erã: & uiſitaſtis me. Incarcere eram & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicẽtes. Domine quando te uidimus eſurientem? & pauimus: ſitientem? & dedimus tibi potum? Quãdo autem te uidimus hoſpitem? & collegimus te: aut nudũ? & cooperuimus te: aut quãdo te uidimus infirmũ? aut in carcere? & uenimus ad te? Et reſpondẽs rex dicet illis. Amẽ dico uobis: q̃diu feciſtis uni de his fratribus meis minimis: mihi feciſtis. Tunc dicet: & hiis qui a ſiniſtris erunt. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum: qui paratus ẽ diabolo: & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare. Sitiui: & nõ dediſtis mihi potum. Hoſpes eram: & non collegiſtis me. Nudus: & non operui

ſtis me. Infirmus & in carcere: & nõ uiſitaſtis me.
Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicẽtes. Domine quã
do te uidimus eſurientem: aut ſitientem: aut hoſpi
tem: aut nudum: aut infirmum: aut in carcere &
non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis di
cens. Amen dico uobis ǭdiu non feciſtis uni de mi
noribus his: nec mihi feciſtis: & ibunt hii in ſup/
plicium æternum: Iuſti autem in uitam æternam.

Marcus Marcus cap. xii.

Quum enim a mortuis reſurrexerint: neq; nubẽt:
neq; nubentur: ſed erunt angeli dei in cælis.

Marcus cap. xiii.

Erunt enim dies illi tribulationes tales: quales non
fuerunt ab initio creaturæ: quam condidit deus uſ
q; nunc: neq; fient. Et niſi breuiaſſet domin⁹ dies:
non fuiſſet ſalua omnis caro. Ibidem.

De die autem illo uel hora nemo ſcit: neq; angeli in
cælo: neq; filius: niſi pater. Videte: uigilate: & ora
te. Neſcitis enim quando tempus ſit.

Marcus Ibidem.

Vigilate ergo: Neſcitis enim: quando dominus do
mus ueniet: ſero: an media nocte: an galli cãtu: an
mane: ne quum uenerit repente: inueniat uos dor
mientes. Quod autem uobis dico: omnibus dico:
Lucas Vigilate. Lucas cap. xvii.

Nam ſicut fulgur coruſcãs de ſub cælo in ea quæ
ſub cælo ſunt fulget: ita erit filius hominis in die
ſua. Lucas cap. xxi.

Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis: & terris preſſu
ra gentium: præ confuſione ſonitus maris: & flu/
ctuum: areſcentibus hominibus præ timore & ex
pectatione quæ ſuperuenient uniuerſo orbi. Nam
uirtutes cælorum mouebuntur. Et tunc uidebunt
filium hominis uenientem in nube: cum poteſtate
magna: & maieſtate. Lucas Ibidem.

Vigilate itaq; omni tempore orãtes: ut digni habea
mini fugere iſta omnia: quæ futura ſunt: & ſtare
ante filium hominis.

Ioannes Ioannes cap. v.

Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo: ſic dedit
& filio habere uitam in ſemetipſo. Et poteſtatẽ de
dit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Noli
te mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in
monumentis ſunt: audient uocem filii dei: & pro/
cedent qui bona fecerunt in reſurrectionem uitæ:
qui uero mala egerunt in reſurrectionem Iudicii.

Ioannes cap. xi.

Scio quia lazarus reſurget in reſurrectione in no/
uiſſimo. Paulus ad Corynthios. i. cap. iii.

Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabi
tur: & uniuſcuiuſq; opus quale ſit: ignis probabit.

Paulus Paulus ad Corynthios. ii. c°. v.

Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal
Chriſti: ut referat unuſquiſq; propria corporis ꝑ
ut geſſit: ſiue bonum: ſiue malum.

Paulus ad Teſſalon. i. cap. iiii.

Nolumus autem uos ignorare fratres de dormienti
bus: ut non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem
non habent. Si enim credimus ꝙ Ieſus mortuus
eſt: & reſurrexit: ita deus eos qui dormierunt per
Ieſum adducet cum eo. Hoc enim uobis dicim⁹ in
uerbo domini: quia nos qui uiuimus: qui reſidui ſu
mus: in aduentu domini non præueniemus eos: q
dormierunt. Quoniam ipſe dominus in iuſſu: &
in uoce archangeli: & in tuba dei deſcendet de cæ
lo: & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.
Deinde nos qui uiuim⁹: qui relinquimur ſimul ra
piemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in ae
ra. Et ſic ſemper cum domino erimus. Itaq; conſo
lamini inuicem in uerbis iſtis.

Paulus Ibidem.

De temporibus autem & momentis fratres non In
digetis: ut ſcribamus uobis. Ipſi enim diligẽter ſci/
tis: quia dies domini: ſicut fur in nocte: ita ueniet.
Quum enim dixerint pax & ſecuritas: tunc repen/
tinus eis ſuperueniet interitus: ſicut dolor in utero
habentis: & non effugient.

Paulus ad Timotheum. ii. cap. iii.

Hoc autem ſcito: quia in nouiſſimis diebus inſtabũt
tempora periculoſa: & erũt homines ſe ipſos amã
tes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſphemi: parentib⁹ nõ
obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectione: ſine pa
ce: criminatores: incontinentes: immites: ſine beni
gnitate: proditores: proterui: Tumidi: & uolupta/
tum amatores magis ǭ dei: habentes ſpeciem qui
dem pietatis: uirtutem autem eius abnegãtes.

Petri Apoſtoli. i. cap. iiii. Petri.

Omnium autem finis appropinquabit: Eſtote itaq;
prudentes: & uigilate in orationibus. Ibidẽ.

Et ſi Iuſtus quidem uix ſaluabitur: impius & pecca
tor ubi parebunt? Itaq; & hii qui patiuntur ſecun
dum uoluntatem dei fideli creatori commendent
animas ſuas in benefactis.

Petri Apoſtoli. ii. cap. iii.

Venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſo/
res Iuxta proprias concupiſcentias ambulantes.

Petrus Ibidem.

Vnus dies apud dominum ſicut mille anni: & mille
anni ſicut dies unus. Non tardat dominus promiſ
ſionem ſuam: ſicut quidam exiſtimant: ſed patien
ter agit propter uos: nolens aliquos perire: ſed om
nes ad poenitẽtiam reuerti. Adueniet autem dies
domini ſicut fur: in quo cæli magno impetu tran/
ſient: elementa uero calore ſoluentur. Terra autẽ
& quæ in ipſa ſunt opera exurentur. Quum igiẽ
hæc omnia diſſoluenda ſint: quales oportet uos eẽ

in sanctis conuersationibus: & pietatibus expectates & properantes in aduentum diei domini: per quem cæli ardentes soluentur: & elementa ignis ardore tabescent. Nouos uero cælos: & nouã terram: & promissa illius expectamus: in quibus Iusticia habitat. Propter quod Charissimi hæc expectantes: satagite immaculati: & inuiolati ei inueniri in pace: & domini nostri Iesu Christi longaminitatem: salutem arbitramini.

Apocalyp. Apocalypsis cap.i.

Ecce uenit Iesus Christus cum nubibus: & uidebit eum omnis populus: & qui eum pupugerunt.

Augustin⁹ Augustinus Homel. xii.

De aduentu sponsi clamor in media nocte fit: quia sic dies iudicii surripit: ut præuideri nõ ualeat: quã do uenit. Augustinus lib. de Ciuitate dei.

Tunc manifestus ueniet inter iustos iudicaturus iuste: Qui occulte uenerat iudicandus ab iniustis iniuste. Augustinus lib. iii. de Simbolo.

Ille iudex nec gratia præuenitur: nec misericordia iam flectitur: nec pecunia corrumpitur: nec satisfactione uel pœnitentia mitigabitur. Hic dum tempus habet agat anima pro se: q̃ diu locus est misericordiæ: quia ibi erit locus Iusticiæ.

Hierony⁹. Hieronymus: & habetur .xi. q. iii. Estimãt qdã. Nec arbitrandum est in die iudicii illos titum a dei filio denegandos: qui in martyrio Christum negauerunt: sed & illos omnes quos operi: uel sermone: uel cognitione Christus negat: uel confessus confitetur: de hac puto confessione qua discipulis præcepit dicẽs: Eritis mihi testes in Hyerusalem: & in omni Iudea: & Samaria: & usq; ad ultimũ terræ.

Hieronymus ad Helyodorum.

Veniet dies illa ueniet i qua corruptum hoc & mortale induat incorruptionem: & immortalitatem: Beatus ille seruus quem inuenerit dominus uigilantem: tunc ad uocem tubæ pauebit terra cũ populis tu gaudebis: Iudicaturo dño lugubris mundus immugiet: & tribus ad Tribũ pectora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur tunc cum prole sua igneus Iupiter: adducetur cum suis stultus Plato discipulis: Aristoteli argumenta non proderunt: tunc tu rusticanus: & pauper exultabis: & dices: ecce Iudex: qui obuolutus pannis in præsepio uagit: hic ẽ operarii: & questuariæ filius: hic qui matris gestatus sinu: deus homo fugit in ægyptum: hic uestit⁹ coccino: hic pungentibus spinis coronat⁹: hic magus dæmonium habens: & samaritan⁹: Cerne manus Iudea quas fixeras: cerne lat⁹ Romane quod foderas: uidete corpus an idem sit: quod dicebatis.

Hieronymus Epistola .xxxiii.

Dicimus quoq; & Iudicium futurum: In quo iudicio unusquisq; recipiat propria corporis pro ut gessit: siue bona: siue mala: quod si homines recepturi sunt pro operibus suis: quanto magis & diabolus: qui omnibus existit causa peccati. De quo sentim⁹ illud quod scriptũ est in euangelio: quia & ipse diabolus: & omnes angeli eius cum iis qui opera eius faciunt: & criminantur fratres: cum ipso pariter æterni ignis hæreditatem patientur. Si quis autẽ negat diabolum ignibus æternis mancipandũ uõ esse partem hæreditatis dei cum ipso: sed eã in igne accipiat: ut sentiat uerum esse quod negauit.

Hieronymus super Matthæum.

Siue comedam siue bibam: siue aliquid aliud faciã: semper uox illa uidet sonare in auribus meis: Surgite mortui: & uenite ad iudicium. Quotiens diẽ iudicii cogito totus corde & corpore contremisco. Si qua præsentis uitæ est lætitia: Ita agenda est: ut nunq̃ amaritudo futuri Iudicii recedat a mẽoria.

Hieronymus super Matthæum.

Non est uostrum nosce tempora .i. non expedit nobis diem iudicii nosce: sed semper incerti de aduentu iudicis sic quottidie uiuam⁹: quasi die altera iudicandi simus. Idem super Matthæum.

In die Iudicii sol & luna obscurabuntur: non diminutione luminis: sed comparatione ueri luminis. Alioquin legimus solem habiturum septuplum luminis sed comparatione ueræ lucis omnia tenebrosa erunt. Ambrosius lib. de officiis. Ambrosi⁹.

Nihil est quod magis proficiat ad uitam honestam: q̃ ut credamus eum iudicem futurum: quem & occulta non fallunt: indecora offendunt: & honesta delectant.

Gregorius: & habetur di. xxv. Qualis.

Qualis hinc quisq; egreditur talis in iudicio apparebit: uel repræsentabitur: sed tamen de quibusdã culpis esse ante iudicium purgationis ignis credẽdus est: pro eo quod ueritas dicit: Quia si quis i spiritum sanctũ blasphemias dixerit: neq; in hoc sæculo remittitur ei: neq; in futuro: in qua sententia datur intelligi quasdam culpas i hoc sæculo: quasdam in futuro posse relaxari. Quod autẽ de uno negatur consequens intellectus pateat: quia de quibusdam cõceditur: Sed tamen: ut prædixi: hoc de paruis minimis q; peccatis fieri posse credendum est: sicut est assiduus & ociosus sermo: immoderat⁹ risus: uel peccatum curæ familiaris: quod uix sine culpa: uel ab ipsis agitur: qui culpam qualiter declinare debeant sciunt: quæ & post mortem grauant: si adhuc in uita positis minime morte fuerit relaxata. Gregorius lib. xxxiiii. moraliũ.

Sunt enim nunc etiam qui iccirco peccatis suis ponere finem negligunt: quia habere quandoq; finẽ futura super se iudicia suspicãtur: quibus breuiter

respondemus. Si quandoq; finienda sunt suppli/cia reproborum: quandoq; ergo finiēda sunt gau dia bonorum. Per se met ipsam namq; ueritas di/cit: Ibunt hii in supplicium æternum: Iusti autē in uitam æternam.

Greg. in Hom. Homo quidam erat diues.

· Ante retributionem extremi iudicii iniusti quosdā iustos in requie conspiciunt: ut eos uidentes i gau dio: non solum de supplicio suo: sed etiam de illoꝝ bono crucientur. Iusti autem in tormentis semper intuentur iniustos: ut hinc eorum gaudium cre/scat: quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt. Tantoq; maiores creatori suo gratias referunt: quanto uident in aliis: quod ipsi perpeti: si essent derelicti: potuerant.

Gregorius homel. xxv.

In extremo die Iudicii: quum apertis cælis. ministrā tibus angelis: consedentibus apostolis: in sede ma/iestatis suæ Christus apparebit: Omnes hunc ele/cti pariter & reprobi uidebunt: ut & iusti de mune re retributionis sine fine gaudeant: & iniusti de ul tione supplicii in perpetuum gemant.

Gregorius super Matthæum.

In illa districtione ultimæ increpationis omne argu mentum cessat excusationis: quippe quia ille foris increpat: qui testis conscientiæ intus animam ac/cusat. Gregorius super illud Matthæi. Omnes capilli uestri numerati sunt.

Sic deus uias nostras consyderat: & gressus dinume rat: ut nec minimæ cogitationes ac uerba minutis sima: quæ apud nos uiguerunt eius iudicio indi/scussa remaneant. Gregorius super illud Matthæi. xxiiii. In nubibus cæli cum maiestate.

In maiestate uisuri sunt: quem in humilitate uidere noluerunt: ut tanto districtius uirtutem sentiant: quanto ceruicem cordis ad eius præsentiam non inclinant.

Io. Chrys. Ioannes Chrisostomus super illud Mat/thæi. xxiiii. Et uirtutes cælorum mouebuntur.

Exurgente rege cælesti iudicare uiuos & mortuos uirtutes angelicæ mouebuntur: terribiles ministri terribilem dominum præcedent.

Ioannes Chrysostomus Ibidem.

· Patrefamilias moriente domus turbat̄: familia plā/git: & nigris se uestimentis induit: sic humano ge nere: propter quod facta sunt circa finem constitu to: cæli mysteria lugent: & candore posito tenebris induuntur. Io. Chrysostom⁹ sup Matthæū.

· In illo die nihil est: quod respondeamus: ubi cælum & terra: aer & aqua: & totus mundus stabit aduer sus nos, in testimonium peccatorum nostrorum: & si omnia taceant ipsæ cogitationes nostræ. & ipsa opera specialiter stabunt ante oculos nostros: nos ante deum accusantes.

Io. Chrysostom⁹ sup. i. ad Corynthios. xv.

Vel uox magna: uox tubæ terribilis: cui omnia obe diunt elementa: quæ petras scindit: inferos aperit: portas æreas frangit: uincula mortuorum dirum/pit: & de profundo abyssi animas liberatas corpo ribus suis assignat. Hæc autem omnia citius cōsu mit in opere: q̄ sagitta transit in aere: dicente apo stolo. In momento: in ictu oculi.

Bernardus super cant. Bernard⁹.

Veniet dies illa in qua plus ualebunt pura corda: q̄ astuta uerba: conscientia bona: q̄ marsupia plena. Quoniam quidem Iudex ille non falletur uerbis: nec flectetur donis.

Lactantius fir. lib. vii. diuinaꝝ cap. xv. Lactant⁹.

Propinquante igitur huius sæculi termino huma/narum rerum statum commutari necesse est: & in deterius nequicia inualescente prolabi: ut iam no stra hæc tempora quibus iniquitas: & malicia usq; ad summum gradum creuit: in illius tamen insa/nabilis mali comparatione fœlicia & prope aurea possint iudicari: Ita & enim iusticia rarescet: ita i/pietas: et auaricia: & cupiditas: et libido crebescet: ut si qui tum forte fuerint boni: prædæ sint scelera tis: ac diuexentur undiq; ab iniustis. Soli autē ma li opulenti sint: boni uero in omnibus cōtumeliis: atq; in egestate iactentur. Cōfundetur omne ius: & leges interibunt. Nihil tūc quispiam habebit: nisi aut quæsitum: aut defensum manu: audacia: & ui omnia possidebunt. Non fides in hominib⁹: non pax: non humanitas: non pudor: non ueritas erit. Atq; ita neq; securitas: neq; regimen: neq; re quies a malis ulla. Omnis enim terra tumultuabi tur: frement undiq; bella: omnes gentes in armis erunt: & se inuicem oppugnabunt.

Lactantius Ibidem cap. xvi.

Quomodo autem id futurum sit: ne quis incredibi/le arbitretur: ostendam: imprimis multiplicabitur regnum: & summa rerū potestas per plurimos dis sipata: & concissa minuetur: Tunc discordiæ ciui les in perpetuum serentur: nec ulla requies bellis exitialibus erit: donec & reges decem pariter exi/stant: qui orbem terræ non ad regendum sed ad cō sumandum partiantur: Hii exercitibus in immē/sum auctis: & agrorum cultibus destitutis: quod ē principium euersionis & cladis: disperdēt omnia: & comminuent: & uorabunt. Tunc repēte aduer sus eos hostis potentissim⁹ ab extremis finibus pla gæ septētrionalis orietur: tunc Asiam obtinebūt: assumetur in societatem a cæteris: ac princeps om nium constituetur. Noua consilia in pectore suo uolutabit: ut proprium sibi constituat iperium. Le ges commutabit: & suas sanciet: contaminabit: di

ripiet: spoliabit: occidet: Deniq; immutato nomi/
ne: atq; imperii sede translata: confusio ac pertur
batio humani generis consequetur. Tam uero de
testabile atq; abominandum tempus existet: q
nulli hominum sit uita iucunda. Euertentur fun/
ditus ciuitates: atq; interibunt: non modo ferro:
atq; igni: uerum etiam terremotibus assiduis: &
eluuie aquarum: & morbis frequentibus: & fame
crebra. Aer enim uitiabitur: & corruptus ac pesti
lens fiet: & modo importunis imbribus: modo in
utili siccitate: nunc frigoribus: nunc aestibus nimi
is: Nec terra homini dabit fructum: nec seges ge/
rmē: non arbor: non uitis feret. Sed quum in flore
spem maximam dederint: in fruge decipient. Fon
tes quoq; cum fluminibus arescent: ut ne potus
quidem suppetat: & aquae in sanguinem: aut ama
ritudinem mutabuntur. Propter haec deficient:
& in terra quadrupedes: & in aere uolucres: & in
mari pisces. Prodigia quoq; in caelo mirabilia mē
tes hominum maximo terrore confundent. Et cri
nes cometarum: & solis tenebrae: & color lunae:
& cadentium syderum lapsus.

Lactantius Firmianus. Diuinarum insti/
tutionum aduersus gentes li. vii. c. xvii.

Sed planius quomodo id eueniat exponam. Immi
nente iam temporum conclusione Propheta ma
gnus mittetur a deo: qui conuertat homines ad
dei cognitionem: & accipiat potestatem mirabi/
lia faciendi. Vbicunq; non audierint eum homi/
nes claudet caelum: & abstinebit imbres: & aquā
conuertet in sanguinem: & cruciabit illos siti: ac
fame: & quicunq; conabitur eum ledere: proce/
det ignis de ore eius: atq; comburet illum. His
prodigiis atq; uirtutibus conuertet multos ad dei
cultum: Peractisq; operibus eius alter rex orie/
tur ex syria malo spiritu genitus: euersor ac prodi
tor generis humani: qui reliquias illius prioris ma
li cum ipso simul deleat. Hic pugnabit aduersus
prophetam dei: & uincet: & interficiet eum: & in
sepultum iacere patietur: sed post diem tercium
reuiuiscet: atq; inspectantibus: & mirantib⁹ cun
ctis rapietur in caelum. Rex uero ille deterrimus
erit quidem: & ipse: sed mendaciorum propheta:
& seipsum constituet: ac uocabit deum: & se coli
iubebit: ut dei filium. Et dabitur ei potestas: ut fa
ciat signa: & prodigia: quibus uisis irretiat homi/
nes: ut adorent eum: Iubebit ignē descendere de
caelo: et solem a suis cursibus stare: & imaginem
loqui: & fient haec sub uerbo eius: quibus mira/
culis etiam sapientium plurimi allicientur ab eo.
Tunc eruere dei templum conabitur: & iustum
populum prosequetur: & erit pressura & contri/
tio: qualis nunquam fuit ab initio mundi. Qui/
cunq; crediderint: & accesserint ei: signabuntur
ab eo tanq̄ pecudes: Qui autem recusauerint no
tam eius aut in montes fugiant: aut comprehen/
si exquisitis cruciatibus necabuntur. Idem iu/
stos homines obuoluet libris prophetarum: atq;
ita cremabit: et dabitur ei desolare orbem terrae
mensibus. xxxxii. id erit tempus quo iusticia ꝑici
etur: et innocentia odio erit: quo mali bonos
hostiliter praedabuntur. Non lex: aut ordo aut mi
litiae disciplina seruabitur. Non canus quisquam
reuerebitur. Non officium pietatis: non sexus:
aut infantiae miserebitur.

Lactantius Firmianus Diuinarum institu/
tionum aduersus gentes li. vii. c. xviii.

Haec ita futura esse tum prophetae omnes ex dei spi
ritu: tum etiam uates ex instinctu daemonum ce/
cinerunt. Hydaspes enim quem superius nomina
ui descripta iniquitate saeculi huius extremi pios
ac fideles a nocentibus segregatos: Ait cum fletu:
et gemitu extensuros ad caelum manus: et implo/
raturos fidem Iouis: Iouem respecturum ad ter/
ram et auditurum uoces hominum atq; impios
extincturum: quae oia uera sunt: praeter unum: q
Iouem dixit illa facturum quae deus faciet: sed et
illud non sine daemonum fraude subtractum est:
Missum iri tunc a patre filium dei: qui deletis om
nibus malis pios liberet.

Lactantius Firmianus Diuinarum insti/
tutionum libro. vii. c. xix.

Oppresso igitur orbe terrae: quum ad destruēdam
immensarum uirium tyrannidem humanae opes
defecerint: siquidem capto mundo cum magnis
latronum exercitibus incubabit. Diuino auxilio
tanta illa calamitas indigebit. Commotus igi/
tur deus: & ancipiti periculo: & miseranda com/
ploratione iustorum mittet protinus liberatio/
nem. Tunc aperietur caelum medium intempe/
sta nocte: & tenebrosa: ut in orbe toto lumen de/
scendentis dei tanquam fulgor appareat: quod
Sybilla his uersibus locuta est. ὁ πόταμ ἔλ/
θῃ πυρέσται σκοτὸς. ἐμ μέσῃ νυκτὶ
μελαίνῃ. idest. Quum uenerit ignis erunt
tenebrae in media nocte obscura. Haec est nox
quae a nobis propter aduentum regis ac dei no/
stri peruigil celebratur. Cuius noctis duplex est
ratio: q in ea: & uitam tum recepit: quum pas/
sus est: & postea orbis terrae recepturus est re/
gnum. Hic est enim liberator: & iudex: & ul/
tor: & rex: et deus: quem nos Christum uo/
camus: qui prius q̄ descendat hoc signum dabit.
Cadet repente gladius e caelo: ut sciant iusti

&

ducem ſanctæ militiæ deſcenſurum. Et deſcēdet
comitantibus angelis in medium terræ: & præce
det eum flamma inextinguibilis: & uirtus angelo
rum tradidet in manus iuſtorum multitudinem il
lam: quæ montem circumſederit: & cōcidetur ab
hora tercia uſq; ad ueſpum: & pluet ſanguis mo/
re torrentis: deletis q; omnibus copiis impius ſo/
lus effugiet: & peribit ab eo uirtus ſua. Hic eſt au/
tem qui appellat̃ Antichriſt⁹: ſed ſe ipſe chriſtum
mentiet̃: & contra uerum dimicabit: & uictus ef
fugiet: & bellum ſæpe renouabit: & ſæpe uince/
tur: donec quarto prælio confectis omnibus im/
piis debellatus & captus: tandē ſcelerum ſuorum
luet pœnas.

Idem libro. *vii*. capitulo. xx.

Poſt hæc aperientur inferi: & reſurgent mortui: de
quibus iudicium magnum ipſe idem rex ac deus
faciet: cui ſummus pater: & iudicandi: & regnan/
di dabit maximam poteſtatem.

Lactantius li°. *vii*. c. xxi.

Primum igitur dicimus tantam eſſe dei poteſtatē:
ut etiam incorporalia compræhendat: & quem/
admodum uoluerit afficiat. Nam & angeli deum
metuunt: quia caſtigari ab eo poſſunt inenarrabi
li quodam modo. Et dæmones reformidant: quia
torquentur ab eo & puniuntur. Quid ergo mi/
rum: ſi quum ſint immortales animæ tamen pati/
biles ſint deo? Nam quum in ſe nihil habeant ſoli
dum: & cōtrectabile a ſolidis & corporalibus nul/
lam uim pati poſſunt: Sed quia in ſolis ſpiritibus
uiuunt a ſolo deo tractabiles ſunt: cui uirt⁹ & ſpi/
ritalis ſubſtantia eſt: Sed tamen docent nos ſan/
ctæ litteræ quemadmodum Pœnas impii ſint la/
turi. Nam quia peccata in corporibus contraxe/
runt: rurſus carne induentur: ut in corporibus
piaculum ſoluant: & tamen non erit caro illa: qui
deus homini ſuperiecerit: huic terrenæ ſimilis:
ſed inſolubilis ac permanens in æternum: ut ſuffi
cere poſſit cruciatibus: & igni ſempiterno: cuius
natura diuerſa eſt ab hoc noſtro quo ad uitæ ne/
ceſſaria utimur: qui niſi alicuius materiæ fomi/
te alatur: extinguitur. At ille diuinus per ſeipſum
ſemper uiuit: ac uiget ſine ullis alimentis: nec ad
mixtum habet fumum: ſed eſt purus ac liquidus:
& in aquæ modum fluidus. Non enim ut aliqua
ſurſum uerſus urgetur: ſicut noſter quem labes
terreni corporis: quo tenetur: & fumus intermi/
xtus exilire cogit: & ad cæleſtem naturā cum tre/
pidatione mobili ſubuolare. Idem igitur diuinus
ignis eademq; ui atq; potentia & cremabit impi/
os: & recreabit: & quantum ex corporibus abſu/
met: tantum reponet: ac ſibi ipſe æternum pabu/
lum ſubminiſtrabit: quod poetæ in uulturem &
Tytium tranſtulerunt. Ita ſine ullo reuiuiſcenti/
um corporum detrimento: aduret tantum: ac ſen
ſum doloris afficiet. Sed et iuſtos: quum iudica/
uerit deus: etiam igni eos examinabit. Tum quo/
rum peccata uel pondere: uel numero præualue/
rint præſtringentur ab igni: atq; comburentur.
Quos autem plena iuſticia: & maturitas uirtutis
incoxerit: illum ignem nō ſentient. Habent enim
aliquid i ſe dei quod uim flammæ repellat: ac reiici
at. Tanta eſt uis innocentiæ: ut ab ea ignis ille re
fugiat innoxius: qui accipit a deo hanc poteſta/
tem: ut impios urat: iuſtis obtemperet.

Lactantius Firmianus Diuinarum inſti/
tutionum aduerſus gentes li. *vii*. c. xxiii.

Non igitur renaſcentur: quod fieri non poteſt: ſed
reſurgent: & a deo corporibus induentur: & prio
ris uitæ factorumq; omnium memores erunt: &
in bonis cæleſtibus collocati: Ac fruentes iocun
ditate inumerabilium copiarum præſenti deo gra
tias agent: quod malum omne deleuerit: q; eos ad
regnum uitam q; perpetuam ſuſcitarit.

Lactantius Firmianus Diuinarum inſtitu/
tionum libro. *vii*. cap°. xxiiii.

Veniet ſummi & maximi dei filius: ut uiuos ac mor
tuos iudicet.

Lactantius libro. *vii*. c. xxv.

Completis annorum ſex milibus mutationē iſtam
fieri oportere: & iam propinquare illum ſum/
mum concluſionis æternæ diem de ſignis quæ di/
cta ſunt a prophetis licet noſcere. Prædixerunt
enim ſigna quibus conſumatio temporum: & ex
pectanda ſit nobis in ſingulos dies: & timenda.
Quando tamen compleatur hæc ſumma docent
hii: qui de temporibus ſcripſerunt: colligentes
ea ex litteris ſanctis: & ex his uariis hyſtoriis quā/
tus ſit numerus annorum ab exordio mundi: qui
licet uarient: & quam aliquantulum numeri eo/
rum ſumma diſſentiat: Omnis tamen expectatio
non amplius q̃ ducentorum uidetur annorum:
Etiam res ipſa declarat lapſum: ruinamq; breui fo
re: niſi q; incolumi urbe Roma nihil iſtius uidetur
eſſe metuendum. At uero quum caput illud or/
bis ciciderit: ῥύμη [illegible] eſſe cæperit quod ſybillæ fo
re aiunt. Quis dubitet uenisse Iam finem rebus
humanis: orbiq; terrarum? Illa eſt ciuitas quæ ad/
huc ſuſtentat omnia: precanduſq; nobis: & ado
randus eſt deus cæli: ſi tamen ſtatuta eius & pla/
cita deferri poſſunt: ne citiuſq̃ putemus Tyran/
nus ille abhominandus ueniat: qui tantum faci/
nus moliatur: ac lumen illud effodiat: cuius inte
ritu mundus ipſe lapſurus eſt.

Origenes. Origenes super epistolam ad Roma.li.ii.
Qqum bona uel mala cogitamus in corde nostro: tam bonarum q̄ malarum cogitationum notae quaedam & signa relinquuntur: quae in die iudicii reuelabuntur.

Anselmus Anselmus de similitudinibus mundi.
A dextris erunt peccata accusantia: a sinistris infinita daemonia: subtus horrendum chaos inferni: desuper iudex iratus: foris mundus ardens: intus conscientia urens: Ibi uix iustus saluabitur. Heu miser peccator sic depraehensus quo fugies? latere erit impossibile: apparere intolerabile.

Lucanus Lucanus in principio libri primi Pharsaliae.
Sic quum compage soluta
Saecula tot mundi suprema coegerit hora:
Antiquum repetens iterum chaos: oia mixtis
Sydera syderibus concurrent: ignea pontum
Astra petent: tellus extendere littora nolet:
Excutiet q; fretum: fratri contraria phoebe
Ibit: & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata diem poscet sibi: totaq; discors
Machina diuulsi turbabit foedera mundi.

Ouidius Ouidius Metamorphoseos.li.i.
Ipse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus
Quo mare: quo tellus: correptaq; regia caeli
Ardeat: & mundi moles operosa laboret.

Fran.petr. Franciscus Petrarcha in Triumpho. Aeternitatis
De guadagni
Veri & di falsi si fara ragione:
Che tuti fien alhora opra daragni.
Vedrassi quanto in uan cura si pone:
Et quanto in darno saffatiga & suda
Come sono ingannate le persone.
Nesun secreto fia chi copra o chiuda.
Fia ogne conscientia o chiara o foscha
Auanti a tuto el mundo aperta & nuda.
Et fia che ragion iudichi & cognosca.
Poi uederē praehender ciascun suo uiagio:
Come fera scaciata si rimbosca.
Et uedrassi in quel puncto di parragio
Che ui fanno ir superbi oro & terreno
Esser stato danno: & non uantagio.


Vdicium temerarium seu suspiciosum ē: quo aliquis iudicat de his quae sunt dubia: uel occulta: propter aliquas leues coniecturas. secūdum. b. Tho. scda secūdae. q. lx. art. ii.

Leuitici Leuitici.c.xix.
Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis.

Ecclisiici Ecclesiastici.c.xix.
Ex uisu cognoscitur uir: & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis: & risus dentium: & ingressus hominis enunciāt de illo.

Matthaeus Matthaeus capitulo.ix.
Vt quid cogitatus mala in cordibus uestris.

Idem capitulo.xi.
Venit enim Ioannes neq; manducans: neq; bibēs: & dicunt daemonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicunt: ecce homo uorax: & potator uini: publicanorum: & peccatorum amicus.

Lucas Lucas capitulo.vi.
Nolite iudicare: & non iudicabimini: Nolite condemnare & non condemnabimini. capitulo.vii.
Venit autem Ioannes baptista neq; manducans panem: neq; bibens uinum: & dicitis daemonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicitis: Ecce homo deuorator: & bibēs uinum amicus publicanorum & peccatorum.

Ioannes Ioannes capitulo.vii.
Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate.

Paulus Paulus ad Romanos capitulo.xiiii.
Is qui manducat: non manducantem non spernat: & qui non manducat manducantem nō iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim de⁹ statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Paulus Ibidem.
Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum ē enim. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebit deo. Itaq; unusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Paulus ad Corinthios primae. capitulo.iiii.
Itaq; nolite ante tempus iudicare quoadusq; ueniat dominus: qui & illuminabit abscōdita tenebrarum: & manifestabit consilia cordium: & tunc la⁹ erit unicuiq; a deo. Ibidem.c.vi.
Sic non est inter uos sapiēs quisq̄: q possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit.

Iacobus Iacobus in Epistola.cap.iiii.
Nolite detrahere alterutrum fratres mei: qui detrahit fratri: aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi: & iudicat legem. Si autem iudicas legem non es factor legis: sed iudex: Vnus est enim legislator: & iudex: qui potest perdere: & liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum?

Augustin' Augu.in Sermone domini in monte: & & hētur.xi.q.iii.c°.Temerarium.

Temerarium iudicium plerunq; nihil nocet ei: de quo temere iudicatur: Ei autem qui temere iudicat: ipsa temeritas necesse est: ut noceat.

Augustinus in epistola ad Parentum comitem Arianum: et habetur.xxxii.q.vi. Iniquum.

Iniquum est: ut quisq; de alio iudicare uelit: & iudicari de se nolit.

Augustinus contra manicheos li.ii.

Nolite iudicare. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo: nisi ut ea facta quæ dubium est quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. Q d enim scriptum est. A fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictum est: quæ non possunt bono modo fieri. Sunt quædam facta media quæ ignoramus quo animo fiant: quia in malo: & bono fieri possunt: de quibus temerarium iudicare: maxime ut condemnemus.

Augustinus Ibidem.

Duo sunt in quibus temerarium est iudicium: cauere debemus: quum incertum est: quo animo: quid factum sit: uel incertum est: qualis futurus sit: qui nunc uel bonus: uel malus apparet.

Augustinus li°.xix.de Ciui.dei.

Ignorantia iudicis plærūq; est calamitas innocētis.

Augustinus de Pasto.

Temerariis iudiciis plēa sunt omnia: De quo desperamus subito conuertitur: & fit optimus: De quo multum præsumpseramus deficit: et fit pessimus. Nec timor noster certus est: nec amor. Quid sit hodie quisquam homo uix nouit. Ipse homo tamen utrunq; ipse nouit quid hodie: quid autem cras nec ipse.

Augustinus in Sermone de modo domini.

Maxime hii temere iudicant: qui de meritis aliorum & facile repræhendunt: qui mage amant uituperare: & damnare: q̄ emendare: & corrigere: quod uicium uel superbiæ est: uel inuidiæ.

Hierony°. Hieronymus epistola.v.

Non enim conscientiæ latebras hominibus scire: aut nudare permissum est: dicente scriptura. Homo in facie uidet: deus autem ī corde. Deus solus intima: & secreta circumspicit: sed manifesta est uox domini monentis: A fructibus eorum cognoscetis eos. Hirony.Epistola.ix.

Vnusquisq; enim non de futuris: sed de præsentib' iudicat.

Ambrosi'. Ambrosius super Beati immaculati.

Iudicet ille de alterius errore: qui non habet in se ipso quod condemnet: Iudicet ille: qui non agit ea dē: quæ in alio putauerit esse punienda: ne quum de alio iudicat in seipsum sententiam ferat. Iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio: nulla leuitate ducitur. Gregorius super illud Ecclesiastici.vii. Noli quærere fieri iudex nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates. Gregorius

Debet quisquis proprias uirtutes perpendere: & p qualitate uirium curā aliorum suscipere: ne dum delectetur loco gloriæ: fiat subditus author ruinæ: & qui grauatur pondere suarum uelit fieri iudex alienarum culparum. Durum enim est: ut qui nescit tenere moderamina uitæ suæ: iudex fiat uitæ alienæ. Grego.Moral.li.xxvi.

Hoc solet esse proprium infirmantium iudicium: ut tanto quempiam existimēt iustum quanto adipisci conspiciunt omne quod appetit: quum uidelicet nouerimus nōnunquam bona terrena iustis subtrahi: quæ largo munere tribuuntur iniustis: Et desperatis ægris medici quicquid poposcerint dari præcipiūt: & eis quos ad salutē reduci præuidēt: quod appetunt dari contradicunt.

Ioannes Chrysostomus. Io.Chrys.

Sunt aliqui qui de omnib' male iudicant: dicunt.n. si quis studet & uacat humilitati: hypocrita est. Si recreationi: gulosus est. Si patientiæ: timidus est. Si iusticiæ: impatiens est. Si simplicitati: fatuus est. Si prudentiæ: maliciosus est. Si maturitati: phlegmaticus est. Si iucunditati: dissolutus est. Si religioni: singularis est. Si societati: sæcularis e. Si silentio & paci: dissimulator est. Si aliorum correptioni: præsumptuosus est. Si instat uigiliis: & orationibus: indiscretus est. Si dormitioni: somnolentus est. Si prædicationi: & aliorum saluti: appetitor laudis est. Si desistat: negligens est. Si habet gratiam hominum: adulator est. Si adulari renuit: dicitur q superbus est.

Isidorus li°.i.Soliloquiorum cap°.xxix. Isidorus.

Animus in corporis habitu apparet: gestus corporis signum est mētis: Occultare potest nec sua uota Venus.

Idem libro.ii.cap°.ii.

Ancipitem diu delibera sententiam.

Idem capitulo.xv.

In Ambiguis deo serua sententiam.

Isidorus soliloquiorum li.viii.c.xxxi.

Sermo uanus uanæ conscientiæ iudex est: Mores hominis lingua pandit. Qualis sermo ostenditur talis animus comprobatur.

Seneca epistola.lv.

Argumentum morum ex minimis licet capere. Impudicum incessus ostendit: Improbum uultus. Insanum risus habitusq;. Seneca

Boetius de philosophica consolatione libro primo. Metro.vii. Boetius

Tu quoq; si uis
Lumine claro
Cernere uerum:
Tramite recto:
Carpere callem:
Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spemq; fugato:
Nec dolor adsit
Nubila mens est
Vinctaq; frenis:
Hæc ubi regnant.

Seneca — Seneca lib. de beneficiis.

Molestius est inter duos amicos. q̃ inter duos inimicos iudicare. Seneca in prouerbiis.

Ad pœnitendum prouocat: cito qui Iudicat.

Seneca in Tantalo Tragœdia. ii.

Multa sed trepidus solet detegere uultus. Ibidē.

Magna nolentem quoq; consilia produnt.

Aristoteles — Aristoteles lib. i. Aethicorum.

Vnusquisq; bene iudicat quæ cognoscit: & horum est bonus iudex.

Aristoteles lib. ii. Polyticorum.

Melius est iudicare secundum leges & litteras: q̃ ex propria scientia: uel sententia.

Aristoteles lib. iii. Polyticorum.

Turba multa melius iudicat: q̃ unus tantum.

Aristoteles lib. prædicamentorum.

Dubitare de singulis non est inutile.

Cicero. — Cicero Rhetoricorum ueterum lib. ii.

Ex uictu multæ trahuntur suspitiones: quum quē/admodum apud quos: & a quibus educat⁹: & eruditus sit quæritur: & quibus cum uiuat: qua ratione uitæ: quo more domestico uiuat.

M. T. Cicero de Oratore lib. ii.

Imago animi est uultus: Indices oculi: Nā hæc sunt una pars corporis: quæ quot animi motus sunt: tot significationes possit efficere.

Fran. petr. — Franciscus Petrarcha lib. i. de uita solitaria.

Esse autem occultissimæ profundissimæq; rei: hu/manæ conscietiæ iudex nolim: & possunt omnes deo largiente bene uiuere.

Terentius — Terentius Comedia. iii.

Ita comparatam esse naturam omnium hominum: ut aliena magis iudicent q̃ sua. Idq; eo fit: q; in re nostra sum⁹ aut gaudio prepediti nimio: aut ægritudine.

Martialis — Martialis. Epygr. li. xii. Ad Priscum

Sæpe rogare soles: qualis sim Prisce futurus:
Si fiam locuplex: simq; repente potens.
Quēq̃ posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi: si fias tu leo: qualis eris?

Martialis Epygr. li. xii. ad Zelotypam.

Quum tibi nota tui sit uita fidesq; mariti
Nec premat ulla tuos sollicitetq; thoros:
Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris?
In quibus & breuis est: & fugitiua Venus.

Hotatius. — Horatius Sermonum li. i. Satyra. iii.

Stultus & improbus hic amor est: dignusq; notari
Quum tua præuideas oculis mala lipp⁹ inunctis:
Cur in amicorum uitiis tam cernis acutum
Qui aut aquila: aut serpens Epidaurius?

Horatius Sermonum libro primo.
Satyra. iii.

Parcius hic uiuit frugi dicatur. Ineptus
Et iactantior hic paulo est? concinis amicis
Postulat ut uideatur. At est truculentior: atq;
Plus æquo liber? simplex fortisq; habeatur.
Caldior est? acres inter numeretur. Opinor
Hæc res & iungit: uinctos & seruat amicos.
At nos uirtutes ipsas inuertimus: atq;
Sincerum cupimus uas incrustare: Probus quis
Nobiscum uiuit? multum demissus hō: illi
Tardo cognomen pingui damus. Hic fugit oēs.
Insidias: nulliq; malo latus obdit apertum:
Quum genus hoc inter uitæ: uersetur: ubi acris
Inuidia: atq; uigēt ubi crimina: pro bene sano:
Ac non incauto fictum astutumq; uocamus.
Simplicior quis & est? qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mœcænas: ut forte legentem
Aut tacitum impellat quo uis sermone molest⁹:
Communi sensu plane caret inquimus: heu heu
Qui temere in nos met legem sancim⁹ iniquam?
Nam uitiis nemo sine nascitur: optimus ille est
Qui minimis urgetur:

Dantes — Dantes Florentinus Paradisi
Cantica cap⁹. iii.

Ne sien le genti anchor tropo sicure
A giudicar: si come quei che stima
Le biade in campo pria che sian mature.
Chi ho ueduto tutol uerno prima
Il prun monstrarsi rigido e feroce:
Poscia portar la rosa in su la cima.
E legno uidi gia forte e ueloce
Correr lo mare per tuto suo camino:
Perir al fine allentrar della foce.
Non creda Monna Berta e ser Martino:
Per ueder: un furare: altro offerere
Vederli dentro al consiglio diuino:
Che quel puo surgere: e quel puo cadere.

Iumentum græce κτῆνος. τος. τὸ. dicitur. Estq; omne animal seruiens homini. secundum. beatum Tho. prima parte. q. lxxii. art. ii.

Iumenti appellatione animalia continentur: quæ uel salmas gerunt: uel currus trahunt: bob⁹ duntaxat exceptis: a iuuando: hoc est auxiliando.



Vramentum siue iusiu randum graece ὅρκος. & ὅμῶ iuro dicitur. Est autem assertio: uel negatio de aliquo licito possibili: & honesto: sacrae rei attestatione firmata. secũdum Gofr. Host. & Archi.

Iuramentum est duplex scilicet assertorium: quod est de praesenti: Et promissorium: quod est de futuro. secũdum. b. Tho. secda secdae. q. lxxxviiii. ar. iiii.

Iuramentum debet habere tres comites. s. Veritatem: Iudicium: & Iusticiam. secundum eundem ibidem.

Iurare est deum in testem uocare: & est actus latriae. Vnde Hieronymus super Matthaeum: Qui iurat: aut ueneratur: aut diligit eum: per quem iurat. ex bea. Tho. Ibidem.

Iuramẽtum a iuro dicitur: iuro autem a iure. Quid enim est aliud iurare: q̃ promittere adhibitis testibus nos ita seruaturos: ac si ius esset. hinc etiã adiuratio de qua supra in Adiuratio.

Leuitici. Leuitici cap. v.

Anima quae iurauerit: & ꝓtulerit labiis suis: ut uel male quid faceret: uel bene & non fecerit: & ipm iuramento: & sermone firmauerit oblitaq; postea intellexerit delictum suum: agat poenitentiam ꝓ peccato: & offerat de gregibus agnam: siue caprã: orabitq; pro eo sacerdos: & pro peccatis eius.

Leuitici cap. xviiii.

Non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen domini dei tui.

Deuteron. Deuteronomii cap. vi.

Non usurpabis nomen domini dei tui frustra: quia non erit impunitus: qui super re uana nomen eius assumpserit.

Ecclesiastes cap. viii.

Ecclãstes. Ego os regis obseruo: & praecepta Iuramenti dei.

Ecclesiastici cap. xxiii.

Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. Nominatio uero dei non sit assidua in ore tuo: & nominibus sanctorum nõ admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue: a liuore nõ minuitur: sic omnis iurans: & nominans in toto a peccato nõ purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate: & non discedet a domo illius plaga.

Paulus Paulus ad hebraeos cap. vi.

Homines enim per maiorem sui iurãt: & omnis cõtrouersiae eorum finis ad confirmationem est Iuramentum.

Iacobus Apostolus in epistola cap. v. Iacobus.

Ante omnia autem fratres mei nolite iurare: neq; per caelum: neq; per terram: neq; per aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem sermo uester: est ẽ: non non: ut non sub iudicio decidatis.

Augustinus de sermone domini: & habetur. xxii. q. i. Ita ergo. Augustin⁹

Ita ergo praecepisse dominum intelligitur: ne iuraretur: ne quispiam sicut bonum appetat iusiurandum: & assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem delabatur: Quapropter qui intelligit non in bonis: sed in necessariis iurationem habẽdam: refrenet se quantum potest: ut non ea utatur: nisi necessitas cogat: uidelicet quum uidet pigros esse homines ad credendum: quod eis utile est credere: nisi iuratione affirmetur.

Augustinus de sermone domini in mõte: & habetur. xxii. q. i. Tu Malum.

Tu malum non facis: qui uteris bene iuratiõe: quae & si non bona: tamen necessaria est: ut alteri psuadeas: quod utiliter persuades: sed a malo est illi⁹ cuius infirmitate iurare cogeris.

Augustinus in decollatione sancti Ioãnis baptistae: & habetur. xxii. q. iiii. quod Dauid.

Quod Dauid iuramentum per sanguinis effusionẽ non impleuit: maior pietas fuit. Video Dauid piũ hominem: & sanctum in iurationem temerariam incidisse: & maluisse non facere: quod iurauerat: q̃ iurationem suam hominis fuso sanguine adimplere. Augustinus Ibidem. & habetur xxii. q. v. Ille qui.

Ille qui hominem prouocat ad iurationem: & scit eum falsum iuraturum eẽ: uincit homicidã: Quia homicida corpus occisurus est: Ille animam (imo duas animas): & eius animam quem iurare prouocauit: & suam. Scis uerum eẽ quod dicis: & falsum quod ille dicit: & iurare cõpellis. Ecce Iurat: ecce periurat: tu quid inuenisti: immo & tu periisti: qui de illius morte satiari uoluisti.

Augustin⁹ in sermone de Periuriis: & habet. xxii. q. v. Qui exigit.

Qui exigit iurationem multum interest: si nescit illum iuraturum falsum: an scit. Si enim nescit & iõ dicit iura mihi ut fides ei sit: non est peccatum: tamen humana tentatio est: si autem scit eum fecisse: & cogit eum iurare homicida ẽ: Ille enim se suo periurio interimit: sed iste manum interficiẽtis impressit: & pressit. Augustinus in sermone. & habetur. xxii. q. v. Ecce dico.

Ecce dico charitati uestrae: & qui super lapidem falsum iurat: periurus est: Vnde hoc dico: quia multi etiam in hoc falluntur: & putant: qa nihil ẽ: p qd iurãt: nõ se crimine teneri piurii: prorsus piur⁹ est:

quia per id quod sanctum nõ putas falsum iuras: Sanctum putat cui iuras: non .n. quando iuras tibi aut lapidi: Sed ꝓximo tuo iuras: hõi iuras ante lapidem: Sed nunquid non ante deum? non te audit lapis loquentem: sed punit deus te fallentem.

Augustinus epistola ad Publicolam: & habetur. xxii. q. i. In nouo.

In nouo testamento dictum est ne omnino iurem⁹: quod mihi quidem propterea dictum esse uidetur: non quia iurare peccatum est: Sed quia periurare immane peccatum est: a quo longe nos eẽ uoluit: qui omnino ne iuremus commouit.

Augustinus & habetur ibidem. Vt noueretis.

Vt noueritis uerum iurare non esse peccatum: inuenimus & apostolum Paulũ iurasse: Quottidie morior per uestram gloriam fratres: quam habeo in Christo Iesu domino nostro: per gloriam uestram iuratio est: non enim sic ait: Per uestram gloriam morior: quasi uestra gloria me facit mori: quomodo si diceretur per uenenum: per gladium: per bestiam: per inimicum mortuus est: intelligeretur faciente inimico: faciente gladio: faciente ueneno mortuus est.

Augustinus ibidem & habetur ibidẽ. Quãuis.

Quanuis dictum sit: ne iuremus nusq̃ me in scripturis sanctis legisse memini: ne ab aliquo iurationem recipiamus.

Aug. ibidem: & habetur ibidẽ. cap. Mouet.

Mouet te utrum eius fide utendum sit: qui ut eam seruet per dæmonia iurauerit: ubi te uolo prius cõsyderare: utrum si quispiam per deos falsos iurauerit se fidem seruaturum: & eam seruauerit: non tibi uidetur bis peccasse: si enim tali iuratione ꝓmissam seruaret fidem: ideo tamen peccasse iudicaretur: quia per falsos deos iurauerit. Illud autem nemo repræhenderet quia fidem seruauit. Nunc uero quia & iurauit: per quos non debuit: & contra pollicitam fecit fidem: quod non debuit: bis utiq; peccauit: At per hoc qui utitur fide illius: quẽ constat iurasse per falsos deos: & utitur non ad malũ: sed ad bonum: & licitum non peccato illius se sociat: qui per dæmonia iurauit.

Augustinus Seuero episcopo: & habetur xxii. q. iiii. cap. Inter cetera.

Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri: ut iniusta iuratio suorum bonorum sit iniuste iurantibus expoliatio: & accipiẽti æterna damnatio. Periurii nanq; percutit poena: & uelut homicida in extremo examine a iusto iudice degrandinabitur: per quem sacrosanctum euangelium ad iniustum: & illicitum: & deo minime amabile quasi testimonium iustæ & humanæ petitionis adducitur.

Augustinus super psal. Domini est terra: & habetur. xxii. q. ii. cap. In Dolo.

In dolo iurat qui aliter facturus ẽ: q̃ promittit: quã periurium sit nequiter decipere credentem.

Augustin⁹ super Epistolam ad Galathas & habetur. xxii. q. i. cap. Non est Cõtra.

Non est contra præceptum dei iuratio: quæ a malo non iurantis est: sed increduli a quo iurare cogit: Nam hinc intelligitur ita dominum prohibuisse a iureiurando: ut quantum in ipso est quisq; nõ iuret: quod multi faciunt: in ore habentes iurationẽ tanq̃ magnum: & suaue aliquid.

Augustinus de uerbis Apostoli sermone xviii. & habet. xxii. q. ii. cap. homines.

Homines falsum iurant: uel quum fallunt: uel quũ falluntur. Putat homo uerum esse quod falsum ẽ temere iurat: aut scit uel putat falsum esse: & tamẽ pro uero iurat: & nihilominus cum scelere iurat.

Augustinus de uerbis Apostoli sermone xxviii. & habetur. xxii. q. i. cap. Si peccatum.

Si peccatum esset iuratio: nec in ueteri lege diceretur: Non periurabis: Reddes domino iuramenta tua. Non enim peccatum nobis præciperetur. Itẽ non uobis dicimus non iurare. Si enim hoc dicim⁹ mentimur. Quantum ad me ꝑtinet non iuro: Sed quantum mihi uidetur magna necessitate cõpulsus: quum uideo: nisi faciam: mihi non credi: & ei qui mihi non credet non expedire: q non credit. Hac perpensa ratione & cõsyderatione librata cũ magno timore dico coram deo: aut testis est mihi deus: aut scit Christus: q sic est in meo animo. Et ideo quod plus est. i. quid amplius est: q̃ est: est: non non: sed hoc quod amplius est a malo est non iurãtis: sed non credentis.

Augustinus lib. de Mendacio.

Dico uobis: Non iurate omnino: ne scilicet iurãdo ad facilitatem iurãdi ueniatur: de facilitate ad cõsuetudinem: de consuetudine in periuriũ decidat.

Hieronymus super Hieremiam: & habetur. xxii. q. i. cap. Et iurabunt. Hierony⁹.

Et iurabũt uiuit dominus in ueritate: & in iudicio: & in iusticia: & benedicent eum gentes: ipsumq; laudabunt: quomodo ergo euãgelium iurare nos prohibet: Sed hic iuramentum pro confessione dicitur: & ad condemnationem Idolarum per quæ iurabat Israel: Deniq; offendicula offeruntur: & iuratur per dominum deum: quod q dicitur Viuit dominus: in testamento ueteri iusiurandum ẽ: ad condemnationem mortuorum deorum: ꝑ quos iurauit omnis idololatria.

Hieronym⁹ super Hieremiam lib. ii. & habetur. xxii. q. ii. Animaduertendum.

Animaduertendum est q iusiurandum hos habeat comites: ueritatem: iudicium: atq; iusticiam

ſi iſta defuerint:nequaquam iuramẽtum erit: ſed periurium.

Hieronymus ſuper Matthæum libro p°. & habetur.xxii.q.i. Conſydera.

Conſydera q ſaluator non per deum iurare prohibuit: ſed per cælum:& terram: & per Hieroſolymam:& p caput tuum:& hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum: ut quomodo uictimas deo immolabant:ne eas immolarent idolis: Sic & iurare permitterentur per deum: non quod recte hoc facerent:ſed q melius eſt deo id exhibere:q̃ dæmoniis.

Hieronymus & habetur ibidem.c°.Habemus.

Habemus in lege dei ſcriptum: non periurabis in nomine meo:nec pollues nomen dei tui i uanum. Ideo admonendi ſunt omnes: ut diligenter caueant periurium:non ſolum in altari ſeu ſanctorum reliquiis:ſed in communi loquella.

Gregorius

Gregorius ſuper illud Matthæi.Nõ piurabis.

Non penitus iurare prohibuit: ſed occaſionẽ periurii:quod perfectius eſt 1euitare docuit.

Io.Chryſ.

Ioan.Chryſoſtomus & habetur.xxii.q.i. capitulo Si aliqua.

Si aliqua cauſa fuerit:modicum uidetur facere:qui iurat per deum: qui autem per euangelium maius aliquid feciſſe uidetur: quibus dicendum eſt. Stulti:propter deum ſcripturæ ſanctæ ſunt: non deus propter ſcripturas.

Ioannes Chryſoſtomus:& habetur.xxii. q.v.c°.Iuramenti.

Iuramenti huiuſmodi cauſa eſt: quia omnis qui iurat ad hoc iurat: ut quod uerum eſt loquatur. Et ideo dominus inter iuramentum:& loquellam noſtram nullam uult eſſe diſtantiã:quia ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam: Ita quoq in uerbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia utrunq:& periurium:& mendacium diuini iudicii pœna damnatur:Dicente ſcriptura:Os qd mentitur occidit animam: Quiſquis ergo uerum loquitur iurat. Quia ſcriptum eſt. Teſtis fidelis non mentietur.

Io.Chryſoſtomus.& habetur Ibidem.

Qui periurare paratus anteq̃ periuret iam piurus eſſe uidetur: quia deus non ex operibus iudicat: ſed ex cogitationibus:& ex corde.

Ioannes Chryſo. ſuper illud Matthæi.v. Dico uobis:Nõ iurare omnino.&cætera.

Nemo eſt qui frequenter iurat: qui aliquando non periuret:ſicut qui conſueuit multa loqui: aliquando loquitur importuna.

Iſydorus

Iſydorus ſententiarum li°. ii. & habetur xxii.q.i.c°.Non eſt contra.

Non eſt contra dei præceptum iurare: ſed dum iurandi uſum facimus:periurii crimen incurrimus.

Iſydorus ibidem.& habetur. xxii.q.v. capitulo.Quacunq.

Quacunq arte uerborum quis iuret: deus tamen qui conſcientiæ teſtis eſt: ita hoc accipit: ſicut ille qui iurat intelligit. Dupliciter autem reus fit: q & nomen dei in uanum aſſumit: & proximum dolo capit. Iſydorus ſoliloquiorum libro.ii.

Aſſiduitas iurandi periurii conſuetudinem facit. Vſus iurandi ad periurium inducit. Veritas iuramento non indiget: firma ſit ſacramenti tui fides.

Hugo de ſancto uictore libro primo parte.ii.capitulo.xiiii. Hugo

Qui malum ſe facturum iurat:peccat: & melius eſt tunc iuramentum frangere: q̃ implere. Ita q & malum caueat:quod iurauit:& nihilominus culpam agnoſcat in eo quod male iurauit.

Origenes ſuper Matthæum. Origenes

Aeſtimo quoniam non oportet: ut uir: qui ſecundum euangelium uult uiuere adiuret alterum. Si enim iurare nõ licet ſecundum euãgelicum Chriſti mandatum: notum eſt: q nec adiurare alterum licet.

Beda in Homelia.xxxxiii. & habetur. xxii.q.iiii.cap°.Si aliquid. Beda.

Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit: qd obſeruatum in peiorem uergat exitum:liber illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus: ac magis inſtante neceſſitate peierandum nobis: q̃ pro uitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum.

Cicero lib.officiorum. Cicero.

Sed in iureiurando non quis metus:ſed quæ uis debet intelligi. Ibidem.

Eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa. Quod autem affirmatiue quaſi deo teſte promiſeris: id tiмendum eſt. Iam enim non ad iram deorum quæ nulla eſt:ſed ad iuſticiam: & ad fidem pertinet.

Cicero lib.officiorum.

Eſt autem ius etiam bellicum fidesq iuſiurandi ſæpe cum hoſte ſeruanda. Quod enim Ita iuratum eſt:ut mens concipiat fieri oportere id ſeruandum eſt. Quod aliter id ſi non fecerit nullum eſt periurium. Ibidem.

Nec fides nec iuſiurandũ debet eſſe commune. Nã falſum iurare periurare eſt.

Phocylides. Phocylid.

μήτ' ἐπιορκήσῃς μήτ' ἀγνώς. μήτε ἑκόντι.i.

Non iurabis:neq pure neq ſponte.

Pythagoras. Pythagor.

σέβου ὅρκον.i.uenerare iuſiurandum.

Periander. Periander

ὅρκῳ μὴ χρῶ.i.Iureiurando ne utaris.

Menāder. Menander.

ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.i.

Viroꝝ aūt maloꝝ iusiurādū in aqua scribe. Idē.

θεὸν ἐπιορκῶν μὴ δόκει λεληθέναι. Idē.

Deum deierans ne putes latere. Idem

ὅρκον δὲ φεῦγε καὶ δικαίως ὀμνύων.i.

Iusiurandum fuge: & si iuste: fugias:

Tibullus Tibullus lib.i.Elegia.viiii.

Ah miser: & si quis primo periuria cælat:
Sera tamen tacitis pœna uenit pedibus.

Iuuenalis. Iuuenalis satyra.xiii.

Nam facile & pronum est superos contēnere testes:
Si mortalis idem nemo sciat: aspice quanta
Voce neget: quæ sit ficti constantia uultus:
Per solis radios tarpeiaq; fulmina iurat.

Iuuenalis Ibidem.

Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponant:
Et nullo credant mundum rectore moueri:
Natura uoluente uices: & lucis: & anni.
Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.

Iuuenalis Ibidem.


Nulla ne periuri capitis: fraudisq; nephandæ
Pœna erit? abrepti crede hunc grauiore cathena.

Iuuenalis Ibidem.

Spartano cuidam respondit Pithia uates.
Haud impunitum quondam fore: q dubitaret
Depositum retinere: & fraudem iure tueri
Iurando: quærebat enim quæ numinis esset
Mens: & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu non moribus: & tñ omne m̄
Vocem adyti dignam templo: ueramq; probauit:
Extinctus tota pariter cum prole: domoq;:
Et q̄uis longa deductis gente propinquis.

IVrgium græce. λοιδορία.ας.ἡ. & λοιδορέω: obiurgor dicitur. Videtur iurgium eē idē cum rixa. secundum bea. Tho. scd̄a scd̄æ. q.xii.ar.ii. Differunt tamen Iurgium: & lis: q Iurgium leuior res est: siquidem inter beniuolos & ꝓpinquos concertatio quædam iurgium dicitur. Inter inimicos autem lis appellatur. Cicero. Admiror non rerum solum: sed etiam uerborum elegantiam. si iurgant inquit beniuolorum concertatio: non lis inimicorum iurgium dicitur. Idem. Iurgare lex putat inter se uicinos: non litigare. Hinc fit iurgiosus: hoc est contentiosus: cōtumeliosus. Obiurgo actiuum: & obiurgor deponens: quod est repræhendo. & obiurgator: hoc est repræhensor: & obiurgatio: hoc est repræhensio inde descendunt.

IVrisdictio est facultas: atq; potestas iurisdicendi. Iusdicere enim est præesse iuridicundo: & legibus gubernare: ac iusticiam ministrare. Ipsaq; iurisdictio etiam forus dicitur in masculino. secundum Isydorum lib. Ethimologiarū. At forum i neutro genere. locū significat: ubi ius redditur. q causæ illuc ferantur. Alii dicunt q Iurisdictio est iudicis dandi licentia. De foro uide supra in Forum.



- IVSTIcia
  - Proprie dicta: & ē hit⁹ scdm quem cōstāti & ppetua uolūtate ius suum unicuiq; redditur: & est duplex. s.
    - Generalis duplr.
      - Causaliter: q̄ pcipiunt: & ordināt actus oium uirtutum ad bōum cōmune: & differt realr ab oia alia uirtute et uocatur Iusticia legalis: q̄ est in
        - Pricipe prio: & q̄si architectonice.
        - Subditis secundo: et q̄si ministratiue.
        - Quib⁹ opponitur Iniusticia legalis.
      - Per prædicationem: & est idē realiter cum omni uirtute.
    - particularis: & est hit⁹ cōstitués æq̄litatē ad alteram singularē psonā. cui⁹
      - Materia
        - Circa quā .i. Obm & ē — Ius qd est op⁹ adæquatum alteri: scdm aliquē æqualitatis modū.
        - In qua .i. Subiectum psectibile p iusticiā. & ē — Voluntas: quam pficit ipsa Iusticia. b. Tho. zzᵉ. q. lxxxiiii. ar. iiii.
      - Actus. — Reddere unicuiq; quod suum est.
      - Partes
        - Subiectiuæ: q̄ sᵗ spēs ei⁹.
          - Distributiua q̄ constituit ex debito æq̄litatē: scdm proportōem. Cui oppōit. — Acceptio psōaꝝ.
          - Cōmutatiua cōstitués ex debito ad alteꝝ æq̄litatē: secūd. q̄titatē. Cui oppōit. — Iniustitia cōmutatiua.
        - Integrales ad pfectū actū iusticiæ ptinētes sᵗ.
          - Gnālis. cui⁹ ptes sᵗ.
            - Declinare a malo.
            - Facere bonum.
          - Legalis
            - Declinare a malo.
            - Facere bonum.
          - Particularis.
            - Facere bonum debitum ꝓximo.
            - Vitare oppositum.
        - Potētiales.
          - Secūdū Cicero.
            - Religio.
            - Pietas.
            - Obseruantia.
            - Veritas.
            - Gratia.
            - Vindicatio.
          - Secūdū Andronicū pipateticū
            - Bona cōmutatio: q̄ hītu custodit æqualitas in cōmutationibus.
            - Legispositiua: qua opatiōes polyticæ ad cōmunitatē referunt.
            - Eugnomosina q̄si bōa gnomin: & ē bona iustificatio: quam hō sponte seruat: non scdm legem scriptam: et ptinet ad iusticiam.
            - Eusebia dr̄ quasi bonus cultus: et ē sciētia dei famulatus: loquēdo more Socratico: Ille eni oēs uirtutes uocabat scientias.
            - Sanctitas.
            - Eucharistia .i. bona gratia.
            - Vindicatiua: ut Cicero
            - Benignitas.
            - Liberalitas.
          - Secūdū Macrobium.
            - Innocētia qua declinat a malo nociuo: pp uirtutem.
            - Amicicia: q̄ hō bene se hēt i exteriori conuictu.
            - Cōcordia in iteriori: & hæc tria ad æquales.
            - Religio: q̄ hō bn̄ se hᵗ ad deū.
            - Pietas: ad p̄riam & parentes. hæc duo ad superiores.
            - Affect⁹: q̄ placēt bōa iferioꝝ.
            - Hūanitas: q̄ subuēit defectib⁹ coꝝ: et hæc duo ad iferiores.
  - Methaphorice dicta: Quæ ē ad se ipsum secundum diuersas partes: Et est rectitudo ordinis in partibus hominis: Vt. s. Irascibilis: & concupiscibilis subdant uoluntati: & uoluntas rōni.



Vsticia graece δικαιοσύνη.ης.ἡ.& δίκαιος.ου.ὁ.iustus:& δικαίως iuste dicitur. Est autem Iusticia habitus per quem iustorum operatiões fiunt: & per quem agunt: & uolunt res iustas. secundum Aristotelē.li°.v.Ethicorū.

Iusticia est uirtus: qua singuli sua: secundum leges possident.secundum Aristotelen.lib.i.Rhoet.

Iusticia est uirtutum praeclarissima: & ipsa ē omnis uirtus.secundum Arist.lib.vi.Ethicorum.

Iusticia est splendor magnus: ex quo uiri boni nominantur: Cuius munus primum est: ne cui quis noceat: nisi lacessitus iniuria. Deinde ut communib⁹ pro communibus utatur: priuatis: ut suis: secundū Ciceronem lib.i.officiorum.

Iusticia est habitus animi communi utilitate conseruatus: suam cuiq; tribuens dignitatem. Eius partes sunt Religio: Pietas: Gratia: Vindicatio: obseruantia: Veritas.secūdum Ciceronē lib.ii. Rhoet.

Iusticia est aequitas ius unicuiq; rei tribuens: pro dignitate cuiusq;.secundū Ciceronē lib. iii. Rhoet.

Iusticia est seruare unicuiq; quod suum est. De Iusticia ueniunt: Innocentia: Amicicia: Cōcordia: Pietas: Religio: Affectus: Humanitas. his uirtutibus uir bonus primū sui: atq; deinde reipu. rector efficitur: secundum Macrobium.

· Iusticia est constans: & perpetua uoluntas ius suum cuiq; tribuens.secundum Vlpianum.

Deuteron. Deuteronomii cap.xvi.

· Quod iustum est: iuste exequere.

David David psal.lxxxxi.

Iustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. psal.lxxxxvi.

· Lux orta ē iusto: & rectis corde laeticia. laetamini iusti in domino: & confitemini memoriae sanctificationis eius. psal.cv.

· Beati qui custodiunt iudicium: & faciunt iusticiam omni tempore. psal.cxi.

· In memoria aeterna erit iustus: ab auditiōe mala nō

Prouerbi. · timebit. Prouerbiorum cap.iiii.

· Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit: & crescit usq; ad perfectam diem.

Prouerbiorum cap.x.

· Nil proderunt thesauri impietatis: iusticia uero liberabit a morte. Non affliget dominus fame animā iusti: & insidias impiorum subuertet.

Prouerbiorum cap.x.

· Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitatem. Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet.

Prouerbiorum cap.x.

· Opus iusti ad uitam: uia autem impii ad peccatum.

Prouerbiorum cap.xvi.

· Initium uiae bonae facere iusticiam: accepta ē apud deum magis q̄ immolare hostias.

Prouerbiorum cap.xx.

Iustus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios relinquit. Ecclesiastes cap.vii. Ecclīstes

· Iustus perit in iusticia sua: & impius multo uiuit tempore in malicia sua. Noli esse Iustus multum: neq; plus sapias: q̄ necesse est: ne obstupescas.

Ecclesiastes Ibidem.

· Bonum est te sustētare iustum: sed & ab illo ne subtrahas manum tuā: quia qui timet deum nihil negligit. Ecclesiastes cap.vii.

· Non est enim homo iustus in terra: qui faciat bonū: & non peccet. Sapientia cap.i. Sapientia.

· Diligite iusticiam: qui iudicatis terram. Ibidē.

Iusticia enim perpetua est & immortalis: iniusticia autē mortis acquisitio.

Sapientia cap.iii.

· Iustorum autem animae in manu dei sunt: & nō tanget illos tormentum mortis.

Sapientia cap.iiii.

· Iustus autem si morte praeoccupatus fuerit in refrigerio erit. Sapientia cap.v.

· Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos: q se angustiauerunt: & qui abstulerūt labores eorū.

Sapientia cap.vi.

· Qui enim custodierint iusticiam iuste iudicabunt: & qui didicerint iusta: inuenient quid respondeāt.

Sapiētia cap.viii.

Et si iusticiam quis diligit: labores huius magnas habent uirtutes. Ecclesiastici cap.iiii. Eccliāstici

· Pro iusticia agonizare: & usq; ad mortem certa pro iusticia: & deus expugnabit pro te inimicos tuos.

Ecclesiastici cap.x.

· Regnum a gente in gentem transfertur: propter iniusticias & iniurias: & contumelias ac diuersos dolos. Io. Apostolus prima cap.ii. Ioannes

· Omnis qui facit iusticiam ex deo natus ē.

Augustinus de uera religione. Augustin⁹

· Haec est uera iusticia qua potius potiora: & minus minora diligim⁹. Ibidem.

Nimia iusticia incurrit peccatum. Temperata iusticia facit perfectos: Salsitudinem correctiōis amor Christi temperet: & dilectionem proximi sal iusticiae condiat. Augustinus ad Macedonium.

Hoc certe alienum nō est quod iure possidetur: hoc autē iure quod iuste: & hoc iuste: quod bene. Omne igitur quod male possidetur alienum est. Male autem possidet q male utitur.

Augustinus de Agone Christi.

Humana iuſticia diuinæ iuſticiæ comparata iniuſti
cia eſt: quia & lucerna in tenebris fulgere cernit:
ſed in ſolis radium poſita tenebratur.

Hierony⁹. Hieronymus ad Demetriaden.

Omnes uirtutum ſpecies uno iuſticiæ nomine con/
tinentur: Hieronymus Ibidem.

Homo deo ſuppoſitus iuſticiam percipit: compara/
tus amittit. Quia quiſquis ſe authori bonorũ cõ/
parat: ſe quod acceperat priuat.

Hieronymus. In epiſtola ad filiã Mauricii.

Iuſticia non aliud eſt q̃ non peccare: non peccare. n.
eſt præcepta legis ſeruare. Præceptorum legis ob
ſeruatio duplici genere obſeruationis cuſtodit: ut
non eorum quæ prohibentur facias: & cũcta quæ
iubentur impleas.

Hieronymus ad Ruſticum monachũ: &
habetur de pœni. di. iii. Septies.

Septies in die cadit iuſtus: & reſurgit: Si cadit quo/
modo iuſtus: ſi Iuſtus quomodo cadit: ſed iuſti uo/
cabulum non amittit: qui per pœnitentiam ſemp
reſurgit: & non ſolum ſepties: ſed etiam ſeptuage
ſies ſepties delinquenti: ſi conuertatur ad pœniten
tiam: peccata donantur: cui plus donatur plus di/
ligit. Ambroſius lib. de Officiis.

Ambroſi⁹. Iuſticia eſt quæ nil alienum uendicat: quæ cuilibet
dat quod ſuum eſt: quæ negligit propriam utilita/
tem: ut ſeruet communem æquitatem: & ſecundũ
ipſum prima iuſticia in deum: Secũda in patriam:
Tercia in parentes: Quarta in omnes.

Ambroſius lib. de officiis.

Sapienti & iuſto totus mundus diuitiarum ẽ. Iuſt⁹
communia pro ſuis habet: & ſua pro communib⁹:
iuſtus ſemetipſum ei prius q̃ alios accuſat: Ille enĩ
eſt iuſtus qui nec ſibi parcit: nec alteri: & occulta
ſua latere non patitur. Ibidem.

Male ſe rectum putat: qui regulam ſummæ rectitu
dinis ignorat. Ambroſius lib. de paradiſo.

Iuſticia magis aliis: q̃ ſibi prodeſt: & utilitates ſuas
negligit: communia emolumenta præponens.

Ambroſius in Exameron.

Vbi prudentia: ibi & malicia. Vbi fortitudo: ibi ira
cundia. Vbi temperantia: ibi impatientia: plerum
q; autem alia uicia. Vbi autem iuſticia eſt: ibi con/
cordia eſt cæterarum uirtutum. Non enim per ſe
pars eſt iuſticia: ſed quaſi mater eſt omnium.

Gregorius Gregorius lib. v. moralium.

Sæpe ipſa noſtra iuſticia ad examẽ diuinæ iuſticiæ
deducta iniuſticia eſt: & ſordet in diſtrictione iudi
cis: quod in æſtimatione fulget operantis.

Gregorius Ibidem.

Sancti uiri quando cum perſonis minoribus contẽ/
tionum negocia ſubeunt: dum grauare uel in mi/
nimis timent. Ipſi contra iuſticiam grauari nequa
q̃ refugiunt. Gregorius Ibidem.

Sicut nonnunq̃ grauius eſt peccatum diligere q̃ per
petrare: ita nequius eſt odiſſe iuſticiã: q̃ nõ feciſſe.

Gregorius lib. viii. Moralium.

Iuſti nec oblata bona pro magno ſuſcipiunt: nec il/
lata mala ualde pertimeſcunt. ſed quum bonis p̃/
ſentibus utantur: uentura mala metuunt: & dum
malis præſentibus gemunt bonorum ſequentium
amore conſolantur. licet temporali refoueant ſub
ſidio ſicut uiator utitur ſtabulo: quõ pauſat: & re/
cedere feſtinat: quieſcit corpore: ſed aliud tẽdit mẽ
te: nonnunq̃ tamen & aduerſa perpeti appetunt:
& in tranſitoriis proſperare refugiunt: ne delecta
tione itineris a patria retardentur: ne greſſum in
uia peregrinationis figant: & quãdoq; ut ad aſpe/
ctum cæleſtis patriæ ſine mora perueniant: gau/
dent deſpici: nec dolent neceſſitatibus affligi.

Gregorius in Regiſtro.

Summum bonum in rebus eſt iuſticiã colere: ac uni
cuiq; ſua iura ſeruare: & ſubiectis nõ ſinere quod
poteſtatis eſt fieri: ſed quod æquum eſt cuſtodiri.

Ibidem.

Turpe eſt mihi defendere quod prius non conſtat
mihi iuſtum eſſe. Quia ego homines propter iuſti
ciam diligo: nõ autem iuſticiam propter homines
poſtpono. Bernardus in ſermõe de Aduẽtu. Bernard⁹.

Iuſticia eſt uirtus quæ ſuum cuiq; tribuit. Redde ſu
periori ſiue prælato obedientiam: ſiue reuerentiã:
quarum altera cordis: altera corporis eſt. Neq;. n.
ſufficit exterius obtemperare maioribus noſtris:
niſi ex intimo cordis affectu ſimiliter de eis ſentia/
mus. Caſſiodorus ſuper illud pſal. Et Caſſiodor.
operatur iuſticiam.

Iuſticia non nouit patrem: non nouit matrem: Veri
tatem nouit: perſonam non accipit: deum imitat.

Boetius de Conſolatione lib. i. pſa. iiii. Boetius

Sed eſſe apud cæteros tutior debui: quæ mihi amo
re iuſticiæ nihil apud Aulicos: quo eſſem tutior
obſeruaui. Idem lib. i.

Obtemperare iuſticiæ ſumma libertas eſt.

Lactantius Firmianus lib. v. diuinarum in Lactant⁹.
ſtitutõm aduerſus gentes.

Nunc de iuſticia: quæ aut eſt ſumma uirt⁹: aut fons
uirtutis: quam non modo philoſophi quæſierunt:
ſed poetæ quoq; qui priores multo fuerũt. Hi pla
ne intellexerunt abeſſe hanc a rebus humanis: eã
q; finxerunt offenſam uitiis hominum receſſiſſe a
terra: in cælumq; migraſſe: ſed imprudenter poe/
tæ eam ad cælum confugiſſe ad Iouis regnum ce/
cinerunt. In conſpectu enim omnium iuſticia eſt:
Suſcipite: ſi poteſtis: eamq; i domicilio ueſtri pecto
ris collocate. Eſtote æqui ac boni: & ſequetur uos
ſua ſponte iuſticia quam quæritis. Deponite oẽm

malam cogitationem de cordibus uestris: & statim uobis tempus illud aureū reuertetur: quod aliter consequi non potestis: q̄ si deum colere coeperitis Cuius quidem iusticiae: quasi uenae sunt pietatis et aequitatis: his enim duobus fontibus constat tota iusticia. Nam fides temperantia: probitas: innocētia: Integritas: & caetera eiusmodi uel natura uel Institutione parentum possunt esse in his hominib⁹: qui iusticiam nesciunt.

Lactantius Ibidem.

Deniq̧ ut concludam disputationem: non posse eūdem stultum esse ac iustum: & eundem sapientem & iniustum: docet ipsa ratio. Qui enim stultus est quid sit bonum ac iustum nescit: & ideo semp peccat. Ducitur enim quasi captiuus a uitiis: nec resistere ullo modo potest: quia caret uirtute: quam nescit. Iustus autem ab omni peccato se abstinet: qd aliter facere nō potest: q̄ si habeat praui recti q̧ notiam. Rectum autem discernere a prauo quis potest: nisi sapiens? Ita fit ut nunq̄ possit iustus esse: qui stultus est: neq̧ sapiens qui fuerit iniustus.

Cyprianus Cyprianus de.xii. Abusionibus.

Iusticia regis pax est populorum: tutamen patriae: Immunitas plebis: munimentum gentis: cura languorum: gaudium hominum: temperies aeris: serenitas maris: terrae foecunditas: solatium pauperum: haereditas filiorum: & sibi metipsi spes futurae beatitudinis.

Anselmus Anselmus lib. Cur deus homo.

Iusticia est animi libertas tribuens unicuiq̧ suam ꝓpriam dignitatem: maiori reuerentiam: pari concordiam: minori disciplinam: deo obedientiam: sibi sanctimoniam: inimico patientiam: aegeno ope rosam misericordiam.

Aristoteles Aristoteles lib.v. Ethicorum.

Praeclarissima uirtutum est iusticia: neq̧ hesperus: neq̧ lucifer est ita admirabilis: Idem cap.v.

Iusticia est habitus secundum quem iustus dicitur: operatiuus secundum electionem iusti: non est iusticia ad seipsum.

Aristoteles lib.i. Polyticorum.

Sicut optimum animalium est homo lege fruēs: sic pessimum animalium ē homo a lege & iusticia separatus. Ibidem.

Saeuissima iusticia est habens arma.

Idem lib. Polyticorum.

Sine iusticia impossibile est habitari ciuitatem.

Aristoteles lib.iii.cap.vii. Polyticorū.

Communicatiuam uirtutem dicimus esse iusticiā: cui necessarium est: omnes alias assequi.

Idem cap.xviiii.

Iustum quaerentes medium quaerunt.

Aristoteles lib.v. Polyticorum.

Politiae maximae dissoluuntur propter iusti trāsgressionem. Aristoteles lib.v.cap.vi.

Quod iustum est aequale uidetur esse.

Aristoteles Polyticorum lib.vi.cap.ii.

Semper quaerunt quod iustum & aequale est: q m inores sunt: praeminentes autem nihil curant.

Aristoteles lib.ii. Topicorum.

Iusticia regentis est utilior subditis: q̄ fertilitas tpis.

Aristoteles lib.ii. Topicorum.

Quod iuste fit scienter fit: quod uero iniuste ignorāter. Aristoteles lib.iii. Topicorum.

Si omnes essent iusti: non utilis esset fortitudo. Sed si omnes fortes essent adhuc utilis iusticia esset. ergo melior iusticia: q̄ fortitudo.

Aristoteles magnorum Moralium li.i.ca.lxi.

Melius est iustum quod secundum naturam est: eo quod est secundum legem. Idem cap.lxiii.

Iniustum pati laedi est.

Plutarchus in Apophtegmatibus.

Agesilaus quum de fortitudine Iusticia q̧ rogaret: utra esset melior? nihil ait Fortitudine indigem⁹: si iusti omnes sumus. Plutarch⁹

Cicero lib. Officiorum.

Meminerimus autem etiam aduersus infimos iusticiam esse seruandam. Est autem infima cōditio ac fortuna seruorum: quibus non male praecipiunt: qui ita iubent uti mercenariis ad opera praebēda: & iusta exhibenda. Cicero

Cicero lib. officiorum.

Quum autē duobus modis .i. aut ui: aut fraude fiat iniuria: fraus quasi uulpeculae: Vis leonis uidetur. Vtrunq̧ ab homine alienissimū est: sed Fraus odio digna maiore. Totius autem iusticiae nulla capitalior est: q̄ eorum qui quū maxime fallunt: id agūt ut uiri boni uideantur. Idem.

Iusticia haec una uirtus sola domina omnium & regina uirtutum. Cicero Ibidem.

Fundamentum autem iusticiae est fides .i. dictorum conuentorum q̧ constantia & ueritas.

Idem lib. officiorum.

Iusticiae mun⁹ primum est: ut ne cui quis noceat: nisi lacessitus iniuria? Ibidem.

Ea animi elatio quae cernitur in periculis aut laboribus: si iusticia uacat: pugnatq̧: non pro salute cōmuni: sed pro suis commodis in uitio est. Itaq̧ probe: diffinitur a stoicis fortitudo quum eam esse uirtutem dicunt pugnantem pro aequitate.

Cicero lib. officiorum.

Praeclarum Illud Platonis: Scientia quae est remota a iusticia calliditas potius: q̄ sapientia est appellanda. Ibidem.

Difficile autem: quum praestare omnibus concupiuerīs: seruare aequitatem: quae est iusticiae maxime proxima. Ibidem.

Et iusta omnia decora sunt. Iniusta omnia cōtra sic indecora sunt ut turpia. Ibidem.

Prudentia sine iusticia nihil ualet ad faciendum fidem. Ibidem.

· Iusticia sine prudentia multum poterit. sine iusticia nihil ualebit prudentia. Idem lib. Officiorum.

· Tanta uis est iusticiæ: ut ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur possint sine ulla particula iusticiæ uiuerẽ. Ibidem.

Qui igitur adipisci ueram iusticiæ gloriam uolent: iusticiæ fungantur officiis. Ibidem. Cicero.

Sublata beneficentia: liberalitas: bonitas: iusticia funditus tolluntur. Quæ qui tollunt etiam aduersus deos immortales impii iudicandi sunt. Cicero lib. de Amicicia.

Facile est iusticiam homini iustissimo defendere. Ibidem.

Fundamentum est perpetuæ commendationis & famæ iusticia: sine qua nihil potest esse laudabile: Cicero Ibidem.

Nihil est honestum: quod iusticia uacet. Cicero lib. i. de legibus.

Nihil ẽ profecto præstabilius: q̄ plane intelligi nos ad iusticiam esse natos: neq; opinione: sed natura esse constitutum ius: & iam patebit: si hominū inter ipsos societatem cōiunctionemq; prospexeris. Cicero Ibidem.

Et enim omnes uiri boni ipsam æquitatem & ius ipsum amant: nec est uiri boni errare & diligere · q̄d per se non sit diligendum & colendum. Per se igiẽ ius est expetendum & colendum. Quod si ius: ẽt iusticia. Sic & reliquæ quoq; uirtutes per se colendæ sunt. Cicero Ibidem.

Iusticia nihil expetit præmii: nihil precii: per se igiẽ expetitur. Cicero Ibidem.

Quod si amicicia per se colenda est: societas quoq; hominum: & æqualitas: & iusticia per se expetenda sunt. quod ni ita est omnino iusticia nulla ẽ. Id enim iniustissimum ipsum est: iusticiæ mercedem quærere. Cicero lib. i. de finibus bonorum & malorum.

Inuitat igitur uera ratio bene sanos ad iusticiam æquitatem fidemq;. Cicero lib. ii. de fini. bo. & ma.

Quā multa uero iniuste fieri possūt: quæ nemo possit repræhēdere. Cicero lib. iii. de natura deorum.

Iusticia suum cuiq; distribuit. Cicero Rhœtoricorum ueteṝ lib. ii.

Iusticia est habitus animi communi utilitate conseruatus suam cuiq; tribuens dignitatem initium iusticiæ est a natura profectum. Deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerūt. Post ea res & a natura profectas & a consuetudine probatas legum metus & religio sanxit. Salustius in Catilinario. Salustius

Omnes homines qui de rebus dubiis consultant: ab odio: ira amicicia: atq; misericordia uacuos eẽ decet. Haud facile animus uerum prœuidet: ubi illa officiunt. Salustius Ibidem.

Labore & iusticia respu. est. Valerius max. lib. vi. titulo. de Seueritate. Val. max.

Iam Cambises inusitatæ seueritatis qui mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam sellæ intendit: in eaq; filium eius iudicaturum considere iussit: Cæterum & rex: & barbarus atroci ac noua pœna iudicis: ne quis postea corrūpi iudex posset ꝓuidit. Valerius max. lib. vi. ti. de iusticia.

Timochares Ambraciensis Fabricio consuli pollicitus est: se Pyrrhum ueneno per filium suum qui potionibus præerat necaturum. Ea res quum ad senatum delata esset: missis legatis Pyrrhum monuit: ut aduersus huius generis insidias cautius se gereret: Memor urbem a filio Martis conditam armis bella non uenenis gerere. Timocharis autẽ nomen suppressit: utroq; modo æquitatem amplexus: qui a nec hostem malo exemplo tollere: neq; eum qui bene mereri paratus fuerat, ꝓdere uoluit. Valerius max. Ibidem.

· Nihil illis etiam iusticiæ exemplis fortius. Seleucus urbe Locrensium a se saluberrimis atq; utilissimis legibus munita: quum filius eius adulterii crimine damnatus secundum ius ab ipso constitutum utroq; oculo carere deberet: ac tota ciuitas ĩ honorem patris necessitatem pœnæ adolescentulo remittere aliquan diu repugnauit. Ad ultimum precibꝰ populi euictus: suo prius: deinde filii oculo eruto: usum utriq; uidendi reliquit: ita debitum supplicii modum legi tradidit æquitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem: & iustū legislatorem partitus.

Ex primo epigrammatum.

ἀνδροφόνω σαθρὸν παρὰ τύχιον ὑπνώοντι.
νυκτὸς ἐπιστήμας φαίνεται Σαράπις.
καὶ χρησμῳδήσας κατακείμενος οὗτος ἀνίστω.
καὶ κοιμῶ μεταβάς ὦ τάλας ἄλλαχόθι.
ὃς δ' ἐξυπνισθεὶς μετέβη τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο.
τυχίον ἐξαίφνης εὐθὺς ἔκειτο χαμαί.
σῶστρα δ' εὐθὺς ἔθυε θεοῖς χαίρων ὁ κακοῦργος.
ἦν δ' ὅτι κοιλίνεται τοῖς θεοῖς ἀνδροφόνοις.

ἀλλ' ὁ σεσωσμένος ἔχειν πόλιν δια νυκτὸς ἐπιστάς
κηδέσθαι μὲ δοκεῖς ἀθλη τῶν ἀδίκων
ἡ μὴ νῦν σε μεθῆκα θανεῖν. ἀθάνατον μὲν ἀλυπον
νῦν ἔφυγες σταυρῷ δ'. ἴσθι φυλαττόμενος. hoc est.
Homicidæ ruinosum iuxta murum dormienti
Nocte astitisse aiunt Serapin in somniis:
Et uaticinatum fuisse iacens tu surge:
Et iace mutatus o miser alibi.
Hic aūt excitatus mutauit locū. Marcidus aūt ille
Murus derepente statim iacuit humi.
Præmia redemptionis autem mane sacrificauit diis gaudens malignus
Delectari putans deum homicidis.
Sed serapis uaticinatus est rursus p noctem astans.
Curam habere me putas miser iniustorum.
Nisi nunc te pmisi mori mortē quidē sine tristicia
Nunc effugisti. Cruci scias te asseruari.
Ex tercio epigrammatum.
ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα.i.
Oculus iusticiæ inspicit omnia quæ fiunt.
Hesiodus Hesiodus.
ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη διὸς ἐκγεγαυῖα
κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν
καί ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων
αὐτίκα πὰρ διὶ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι
γηρύετ' ἀνθρώπων ἀδίκον νόον ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων οἳ λυγρὰ νοεῦντες
ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες. hoc est
Ipsa autem iusticia est uirgo ex Ioue nata
Castaq; ueneranda q; deis: qui olympum habitāt.
Et quando quis ipsam læserit obliq; damnans:
Statim apud Iouem patrem sedens saturnium
Dicit hominum iniustam mentem: donec soluat
Populus iniusticias regum: qui mala sentientes
Alio inclinant iusticias obliq; loquētes.
Menāder. Menander
ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται.i.
Viri iusti fructus non perit. Idem
ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν
ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος οὐ βούλεται.i.
Vir iustus est: non qui non iniuria afficit
Sed qui iniuria afficere potens non uult. Idē
βίου δικαίου γίγνεται τέλος καλόν.
Vitæ iustæ fit finis bonus. Idem.
δίκαια δρῶν σύμμαχον τεύξῃ θεόν.i.
iusta faciens auxiliatorem consequeris deum. Idē
τρόπος δίκαιος κτῆμα τιμιώτατον.i.
Mos iustus possessio preciosissima.
Euripides. Euripides.
δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν.i.
Iusticia enim non est in oculis mortalium.
Plautus in Amphitrione.
Iusta ab iniustis impetrare non decet. Iusta autē ab iniustis petere insipientia est: Quippe illi iniqui ius ignorant neq; tenent.
Terentius comedia ultima. Terentius
Iudices sæpe propter inuidiam adimunt diuiti: aut propter misericordiam addunt pauperi. Ibidē.
Non rete accipitri tenditur: neq; miluo: qui bonis maleficiunt nobis: illis qui nihil faciunt tenditur: quia enim in illis fructus est: in illis opera luditur. aliis aliunde piculum ē: unde aliquid abradi pôt.
Ouidius amoȝ lib. ii. elegia. vii. Ouidius
Atq; ego peccati uellem mihi conscius esse.
Aequo animo pœnam qui meruere ferant.
Horatius Carminum lib. iii. ode. iii. Horatius
Iustum & tenacem propositi uirum.
Non ciuium ardor praua iubentium:
Non uultus instantis Tyranni
Mente quatit solida: neq; auster
Dux inquieti turbidus Adriæ:
Nec fulminantis magna manus Iouis:
Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.
Iuuenalis satyra. vi. Iuuenalis.
Paulatim deinde ad superos Astrea recessit
Hac comite: atq; duæ pariter fugere sorores.

IVs græce δίκαιον. dicitur. Est autem ordinatio ciuilis societatis: secundum Aristotelē. lib. i. polyticorū. uel sic. Ius est quod uel natura: uel ciuitas: uel populus: uel gens: uel cōsuetudo iubet.
Ius naturale est qđ ubiq; eandem habet uim: nō quia sic uideatur: uel nō secundum Arist. ibidem.
Ius naturale est commune omnium nationum: eo q; ubiq; instinctu naturæ non constitutione habetur aliqua. ut habetur Di. prima. prin.

Ius ciuile ē quod est sociale ad uitam: ut sufficiēs sit ad libertatē: & aequalitatem: uel secūdum proportionem: uel secundum numerum. ex Aristotele. lib. v. Ethicorum.

Ius ciuile est quod quisq; populus: uel ciuitas sibi proprium diuina humanaq; causa constituit. ut habetur. Di. i. circa prin.

Ius gentium est sedium occupatio: aedificatio: munitio: bella: captiuitates: seruitutes: postliminia: foedera pacis: induciae: legatorum non uiolandorum religio: cōnubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gentium appellatur: quia eo iure omnes fere gentes utuntur. ut habet Di. prima. Ius gētiū.

Ius militare est belli inferendi solēnitas: foederis faciendiq; nexus: signo dato egressio in hostem: uel pugnae commissio. Item signo dato receptio. ut habetur Di. prima. Ius militare.

Ius primo impositum est ad significandum rem iustam: Secundo artem: qua cognoscitur. Tercio locum. Quarto id quod redditur a iudice. Ex bea. Tho. scda scdae. q. lvii. ar. i.

Ius & aequitas sic differunt: q; ius omnia recta & inflexibilia exigit. Aequitas uero est quae de iure multum remittit. secundum Donatum sup Terentio.

Ius & fas quomodo differant: Vide supra in Fas.

Ius & lex differunt: quia Ius generale nomen ē: lex uero Iuris est species. secundum Isydorū lib. Ethimologiarum: & habetur di. i. prin.

Ius patronatus est potestas praesentādi clericum ad beneficium ecclesiasticum. secundum. b. Tho. iiii. sententiarum di. xxv. q. iii. ar. ii.

IVstificatio graece δικαίωσις. ατος. τ ὁ. & δικαιόω iustifico dicitur. Est autem iustificatio iniustificatiōis correctio. secundū Aristotelen lib. v. Ethicorum.

Iustificatio nominatur a iusticia: ut dicit rectitudinem ordinis hominis ad deum: & partium hominis Inter se: non autem a Iusticia particulari: uel legali. secūdum. b. Tho. prima secundae. q. c. ar. ii.

IVuentus graece νεότης. ητος. ἡ. & νέος. ου. ὁ. iuuenis dicitur. Est autem Iuuentus primae refrigeratiuae particulae augmētatio: secundum Aristotelen lib. de morte & uita. Iuuenis est qui adolescentium aetatem excessit: ut Marcellus testatur. diciturq; a iuuādo: q; ea aetas maxime sit ad laborem tolerandum apta. hinc Iuuenesco. i. iuuenis fio.

Iuuentus nonnunq̄ ipsam aetatem iuuenilem significat. Interdum frequentiam iuuenum.

Homerus in. γ. odyssee. Homerus.

αἰδὼς δ᾽ αὖ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι. i.

Pudor certe iuuenem uirū: seniorem interrogare.

Menander. Menāder.

ἀκμὴ τὸ σύνολον οὐδὲν ἄνθους διαφέρει. i.

Vigor iuuentutis penitus nihil a flore differt. Idē

μέμνησο νέος ὢν ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ. i.

In memoriam redige iuuenis existēs: q; senex eris quandoq;. Idem

νέος πεφυκὼς πολλὰ χρηστὰ μάνθανε. i.

Iuuenis existens multa bona disce. Idem

νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει. i.

Iuueni autem tacere magis: q̄ loqui conuenit.

De hac materia uide supra in Adolescentia.



Abor graece πόνος. ου. ὁ. & πονέω laboro dicitur. Est autem labor functio quaedā: uel animi: uel corporis grauioris operis: uel muneris: secundum Ciceronē lib. ii. Tus. quaest. Antiq dicebant labos sicuti honos: lepos. hinc laboro uerbum deducit: quod nonnunq̄ significat fatigor: & cum labore ago: & metaphoricos male habeo: quare laborare febre: laborare doloribus iliacis: laborare podagra: & huiusmodi dicimus. Interdum idem est quod conor: & enitor: quod etiam significat eius compositum elaboro. Item illaboro quod est labore uaco. Differunt autem inelaboratum: & illaboratū: q; inelaboratum dicitur quod non satis artificio excultū est. Illaboratum uero quod sine labore uidetur factum. Illud uitio dari solet: hoc laudi. Aliquando laborare est componere. Vir. Arte laboratae uestes i. compositae. hinc laboriosus laboris sustinens: & laboriosum quod multo labore perfectum est.

Genesis. iii. Genesis.

· In labore comedes cunctis diebus uitae tuae. Ibidē.

· Multiplicabo erumnas tuas: & conceptus tuos.

Iob. xv. Iob

· Homo nascitur ad laborem.

Paulus ad Tessalonicenses. iii.

· Qui non uult laborare: non manducet.

Paulus ad Corynthios primae cap. iii. Paulus

· Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Lucas. x. Lucas

· Dignus est enim operarius mercede sua.

Augustinus lib. de uirginitate. Gregorius

Diuersis semmibus pectoris tui tolles: fere nunc ali moniis mediocribus: nunc ieiuniis parcioribus: lectione: opere: prece: ut mutatio laboris induciae sint quietis. Gregorius Maximiano Stracusano Epo: & hetur. xii. q. ii. Charitatem.

Gregorius

Iustum namq; est: ut illi consequatur stipendium: qui pro tepore suum comodare repiuntur obsequm.

Gregorius. v. Moralium.

Non desinatis in labore psistere: quia subleuatio laboris est uitio collaborantis.

Greg. xix. Moral. & hetur di. xlvii. Oes.

Oes huius saeculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in caelestibus debiles. Na pro temporali glo/ria usq; ad morte desudare appetunt: & p spe per petua: nec pau in labore qdem subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant: & pro cae/lesti mercede uel tenuissimi uerbi ferre contume/lia recusant. Terreno iudici toto etiam die assiste/re fortes sunt: In orone uero coram domino: uel unius horae momento lassantur. Saepe nuditatem: deiectione: famem: pro acquirendis diuitiis: atq; honoribus tolerant: & earum rerum spe se per ab stinentiam cruciant: ad quas adipiscedas festinat. Superna autem laboriose quaerere tanto magis dissimulant: quanto magis ea retribui tardius pu/tant. Leo Papa in Ieiunio septimi mensis.

Leo. pp.

Libentius suscipitur labor p desiderio uoluntatis: q pro amore uirtutis. Seneca epistola. xxxi.

Seneca.

Generosos animos labor nutrit: laborem si recuses parum esse potes. Non est uiri timere sudorem.

Seneca libro de Prouidentia.

Quis uir est qui non est erectus ad honesta: qui no est laboris iusti appetens: qui non ad officia cum periculo sit paratus. Ibidem.

Nihil infoelicius (ait Democritus) eo cui nil adue/nit unq aduersi. Non licuit illi: se experiri. Male de illo diiudicauerunt. Indign' uisus est: a quo uin ceretur aliquando fortuna: quae ignobilissimum queq; refugit: contumacissimum. i. fortiter obuia tem queq;: & rectum aggreditur: aduersus quem uim suam intendant. Ignem experitur in Mutio: Paupertate in Fabricio: Exilium in Rutilio: Ve/nenum in Socrate: Mortem in Catone.

Cicero. v. Tus. quaestionum.

Cicero.

Socratem ferunt: quum usq; in uesperam conten/tius ambularet: quaesitum q esset ab eo: quare id faceret: respondisse: q melius caenaret: obsonare ambulando famem.

Cicero Tusculanarum quaestionum. li. ii.

Leges licurgi laboribus erudiunt iuuentutem: ue/nando: currendo: natado: esuriendo: sitiendo: alge/do: aestuando.

Cicero. li. i. de Oratore.

Iustus ac honestus labor: honoribus praemiis: splen dore: decoratur.

Ide li. i. de finibus bonorum & mal. prin.

Nam ut Terentian' Chremes non inhuman': qui nouum uicinum no uult fodere: aut arare: aut ali quid ferre deniq;: Non illum ab industria: sed abil liberali labore deterret. Cicero Ibidem.

Quis nostrum exercitationem corporis suscipit la/boriosam: nisi ut aliquid ex ea comodi cosequat.

Cicero li. ii. de fin. bono. & mal.

Suauis est laborum praeteritorum memoria.

Salustius in Iugurtha. Salustius

Audiui saepe numero a sanctis uiris: mundicias mu lieribus: laborem uiris conuenire: hoibus bonis oportere plus gloriae: q diuitiarum esse.

Phocylides. phocylides

οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον.

οὐ δ' αὐτοῖς μακάρεσσι πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει. idest.

Nullum sine labore est hominibus facile opus:

Neq; ipsis beatis. Labor sane uirtute ualde iuuat.

Menander. Menader.

ἔργοις φιλόπονος ἴσθι μὴ λόγοις μόνον. i.

Operib' laboriosus sis: non sermonib' solum. Ide.

ἐκ μυρίων τὰ καλὰ γίγνεται πόνων. i.

In infinitus pulchra fiunt laboribus. Idem.

μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

Laborare necesse uolentibus fortunatos esse. Ide.

φιλόπονος ἴσθι καὶ βίον κτήσῃ καλόν. i.

Laboriosus: & uitam acquires pulchram. Idem.

ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων. i.

Qua suaue sapientibus recordari laborum.

Euripides. Euripides.

μοχθεῖν δὲ θνητοῖσιν ἀνάγκη. i.

Laborare aute mortalibus necesse est.

Sophocles. Sophocles

ὅρα πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ. i.

Vide: labore quidem sine: nihil bene succedit.

Virgilius li. i. Georgicorum. Virgilius.

Labor omnia uincit.

Improbus: & duris urgens in rebus egestas.

Virgi. i. Aeneidos.

O passi grauiora: dabit de' his quoq; finem. Ibide.

Forsan & haec olim meminisse iuuabit. Ibidem.

Durate & uosmet rebus seruate secundis.

Horatius li. i. Epistolarum. Epistola. i. Horatius.

Non possis oculo quantum contendere lynceus:

Non tamen icc irco contemnas lyppus inungi.

Et quia desperes inuicti membre Gliconis:

Nodosa corpus nolis prohibere chyragra.

Est quoddam prodire tenus si non datur ultra.

Ouidius libro artis. Ouidius.

Dum uires anniq; sinunt tolerate labores.
Iam ueniet tacito curua senecta pede.

Horatius — Horatius sermonum p°. Satyra. ix.
Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

C. Manili° — C. Manilius Astronomiæ suæ li. i.
Longa dies acuit mortalia corda:
Et labor ingenium miseris dedit: & sua quæq;.
Aduigilare sibi iu ssit fortuna premendo.



Ac græce γάλα. κτοσ. τό. & γαλα/κτοτροφέω lacte alo dr. Est autē lac san/guis cōcoctus: nō corruptus. scdm Arist. li. iii. de genera. & corrup. Ab hoc noīe γάλα dr Galaxias circulus in cælo: quē Ouidius p° Metamorphoseos uocat lacteam uiam. dicēs. Est uia sublimis cælo manifesta sereno: Lactea nomē habet candore notabilis ipso. Est autem galaxias si ue galactites ignis purus: ꝓpinquus orbi: inflam/matus: & lucidus: in quo loco sunt paruæ stellæ: multæ. s. spissæ: & magnæ propinquæ: luminosæ: Ex coniunctione luminis stellaꝝ sibi inuicem su/scipientium: & splendore solis: insuper adiuncto lumine ignis puri: & inflammati: uidet lumen ob/longum: & qa sunt stellæ fixæ in cælo propterea uidetur in uno loco orbis non recedens ab eo. ex Alber. magno super li. Meteororum.



Achryma græce δάκρυον. ου. τὸ. & δάκρυμα. τος. τό. & δακρυχέω lachry/mor quæ usus obtinuit: ut cum aspiratiōe scri/bātur. Est autē lachry/ma humor ex oculis flē tium manans. Flere autem lachrymas funde/re: unde fletus quādoq; substantiuum & quartæ declinationis. Ennius. Nemo me lachrymis deco/ret: nec funera fletu. Interdum adiectiuum est. s. participium a fleor. Virg. Hic multum fleti ad su/peros. multum fletos posuit: pro nobilibus: quo/rum mortē magna seqtur lamentatio. Hinc flebi/lis dignus q fleatur. Et flebilr: cum fletu. & cō/positum defleo: quod est ualde fleo.

Lachrymæ causantur ex tristicia: & aliquando ex affectus teneritate: præcipue cum cōsyderat dele ctabile cum tristabili: ut ex deuotiōe. ex. b. Tho. scda scdæ. q. lxxxii. arti. iiii. Teren. O lachrymo præ gaudio.

A lachryma diminutiuum fit lachrymula: & lachry mor uerbū: a quo illachrymor: & collachrymor: & lachrymabilis: flebilis: & lachrymabund° flēs: & illachrymabile: hoc est fletu indignum.

David — David ꝑs. cxxv.
Qui seminat in lachrymis: in exultatione metet.

Lucas — Lucas. vi.
Beati q nunc fletis: qa ridebitis.

Augustin° — Aug. li. Solilo quioꝝ: & hētur de Pœnitentia di. i. c. Irrisor.
Freqūēter peccans: & lugens uix ueniam merebit. Nihil prosunt lamēta: si replicant peccata. Nihil ualet ueniam a malis poscere: & denuo iterare.

Augustinus ad Probantium.
Absit ad orone multa ꝑcatio: sed feruēs perseueret intētio. Nā multum loq ē in orādo rē necessariā su ꝑfluis agere rebus. Multum autē precari est eum q ꝑcat diuturna cordis orone pulsare. Nā pleruq; hoc negocium plus gemitib°: q̄ sermonibus agit: plus flatu: q̄ affatu.

Hierony°. — Hierony. sup Isaiam.
Oro deum lenit: sed lachryma cogit: hæc ungit: Il la pungit.

Ambrosi°. — Ambrosius super Lucam: & habe tur de pœni. di. i. c. Petrus.
Petrus doluit & fleuit: qa errauit ut homo. Nō in/uenio qd dixerit: scio q fleuit. Lachrymas ei° lego: satisfactionē nō lego. Sed qd defendi nō pōt: ab/lui pōt. Lachrymæ ueniā nō postulāt: sed merent.

Ambrosius de obitu Valentini.
Pascunt freqūēter lachrymæ & mētē alleuāt flet°: refrigerāt pectus: & mæstum cōsolant. Est. n. ꝓpis affectib° qdā flendi uoluntas: & pleruq; grauis la chrymas euaporat dolor.

Gregorius — Grego. in pastorali: & hētur de pœni. di. iii. Q ui admissa.
Qui admissa plangunt: nec tñ deserunt: cōsydera/re solicite sciant: qa flēdo inaniter se mundāt: q ui uēdo se neqter inqnāt: quum iccirco se lachrymis lauāt: ut mundi ad sordes redeāt. Greg. i Pastor.
Vniuscuiusq; mens tātum pœnitēdo cōpunctionis suæ bibat lachrymas: quantum se adeo meminit amisisse p culpas. Greg. li. viii. Moral.
Sæpe qd torpētes latuit: fletibus innotescit: & affli cta mens certius inuenit malum quod fecerat: & reatum suum cuius secura non meminit: hunc in se commota depræhendit.

Greg. super Ezechielem Homel. vii. sup il lud Holocaustum tuum pingue fiat.
Holocaustum sic quum ē bonum opus qd orōnis la chrymæ nō infundunt. Holocaustum pingue est: quādo hoc quod bene agitur corde humili etiam per lachrymas irrigatur.

Greg. super Axa filia Caleph.
Irriguum superius accipit anima tua: quum se la/chrymis regni cælestis desyderio affligit. Irriguū uero inferius accipit quum inferni supplicia flen/do pertimescit.

Io. Chryſ. — Ioannes Chryso. & hētur de pœni. di. i. c. Lachrymæ.
Lachrimæ lauant delictum: quod pudor est confi/teri. Ioannes Cryso. super Matthæum.

· Sicut post uehaemētes hymbres mundus aer ac pu/rus efficitur. Ita & post lachrymarum pluuias se/renitas mentis sequitur:atq; tranquillitas:

Isidorus Isidorus de summo bono: & habetur de poeni.di.iii.capitulo Irrisor.

Multi.n.lachrymas indesinenter fundunt. & pec/care nō desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad poenitentiam cerno: & affectum poenitentiae non habere: quia inconstantia mētis non recordatione peccati lachrymas fundunt. Nunc uero re/uiuiscente usu ea quae fleuerunt iterādo commit/tunt. Esayas de peccatorib⁹ dicit: Lauamini mundi estote. Lauatur & mundus est: qui & praeterita plangit: & flenda iterum non admittit. Lauatur & non est mundus: qui plangit quae gessit: nec deserit: & post lachrymas ea quae fleuerat repetit.

Bernardus Bernardus super Cantica.

· Lachrymae poenitentium uinum sunt angelorum: quia in illis odor uitae sapor gratiae: gustus indul/gentiae: sanitas redeuntis innocentiae: reconcilia/tionis iucunditas: & serenae conscientiae suauitas.

Bernardus de contemptu mundi.

Foelices lachrymae quas benignae manus condito/ris abstergunt: & beati oculi qui in talibus lique/fieri elegerunt: q̄ elleuari in superbiam: q̄ omne sublime uidere: q̄ auariciae & petulātiae famulari.

Cassiodor. Cassiodorus sup ps. Fuere mihi lachrimae meae.

Fletus est cibus animarum: corroboratio sensuum: absolutio peccatorum: refectio mentium: laua/

Virgilius chrum culparum. Virgil.in Bucolicis.

Nec lachrymis crudelis amor: nec gramina riuis:
Nec cythiso saturantur apes: nec fronde capellae.

Horatius. Horatius in Epodo.

Vos quibus est uirtus muliebrem tollite luctum.

Ouidius. Ouidius de remedio amoris.

Neue puellarum lachrymis moueare caueto:
Vt flerent oculos erudiere suos.

Ouidius in Epistola ad Demophoonta.

Vidi etiam lachrymas: an & est pars fraudis in illis?
Hae quoq; habent artes: quo q; iubentur eunt.

Ouidius li.iii.de Ponto. Elegia ultima.

· Interdum lachrymae pondera uocis habent.

Ouidius metamorphoseos.li.ii. Fabula.ix.

Neq; enim celestia tingi.
Ora decet lachrymis.

LAene graece λείος.ου.ὁ.& λειαίνω lae/nio: polio: explano dicitur. Est autem lae/ne cuius partes in rectum sibi iacēt. scdm Aristot. libro praedicamentorum.

Laene est cuius partes aequaliter porrectae sunt. se/cundum Gilbertum porrectanum.

Laene ē quod tactu nullam asperitatem habet: trās/ferturq; ad animum: & pro modesto accipitur: a quo fit lenio uerbum: quod est mitigo: placo: mulceo. Hinc lenitas: mansuetudo: suauitas: quā etiā ueteres lenitudinē dicebāt. Sunt: qui uelint laene dictum a lento. Lentum.n.inter alias significationes etiam significat tenerū: & facile flexuosum. Virg. Lenta quibus torno facili superaddita uitis. Est & laeue producta prima syllaba: quod non est tactu asperum: ut Iuuēalis. Et pumice laeuis.i.depilatus: politus: & non asper. Parum autem significatiōe laene: & laeue distare uidentur. A laeuis fit laeuigo uerbum: qđ est complano: polio. Hinc etiā laeuigator: & laeuigatio deducuntur. Item laeuor nomen: cuius contrarium est asperitas.


LAenia est idem quod patientia: Et est pars annexa fortitudini. scdm.b.Tho.scđa se/cundae.q.cxxviii. Videtur q; deduci a λάϊνος.ου.ὁ. qđ est lapideus: q & λίθινος.ου.ὁ.dr.


LAetitia graece εὐφροσύνη.ης.ἡ. & εὐ/φραίνομαι laetor dicitur. Est autē laeticia gestientis animi elatio uoluptaria: scdm Cicero.li.iii.de finibus bonorum & malorum.

Laeticia in animo est commotio suauis iucunditatis in corpore. scdm Cicero.li.ii. de fi.bonoꝝ & ma.

Laeticia est exultatio quaedam animi gaudio effer/uentiore euentu reꝝ expetitarum. scdm Aulum Gelium li.ii.noc.at.c.xxvii.

Laeticia ē expressio: uel effect⁹ iterior: scdm q; ipse affect⁹ dilatatur roboratus: & pfectus ex coniun/ctione appetitus: dicitur q; laeticia quasi latitia. ex b.Tho.iiii.sen.di.xlviii.q.art.prio. Quid autē differat laetor: & gaudeo: & de hac materia multa uide supra in Gaudium.


LAmentatio graece θρῆνος.ου.ὁ. et θρηνέω lamētor dicitur. Est autē lamentatio aegri/tudo cū eiulatu. scdm Ciceronē i Rhoet.

Lamentari ē uoce querula: & tristi orōne cladem suā testari: a quo lamētum: & lamētatio descēdūt. Lamētor: ut qbusdā placet: dr a lamero qđ ē scido.


LAscivia g̃. ἀσέλγεια.ας.ἡ. & ἀσελ/γής.ους.ὁ.ἡ. lasciuus: & ἀσελγαίνω lasciuio dr. Est autē lascivia indecens mo/tus dissoluti animi: & corporis ex intēperātia car/nali procedēs: scdm Cassiodorum sup ps.

Lasciuia mollicies ē: petulātia: & nequiae: a lasciuio molliter ago: & lasciue molliter: nequiter.

Lasciuus is dr q placere oibus studet uoluptatis cā: nec ob aliud quicq̄ illud agit. Si uero utilitatē ali/quam inde adipiscitur in pecuniis: aut re pecuniaria adulator est. Ex Aristotele li.iiii. Ethicorum.


LAtitudo g̃: πλάτος.τος.τὸ. & πλα/τύς.εος.ὁ. latus dr. Est autē latitudo di/mēsio magnitudis corpalis. scdm.b.Tho. prima scdae.q.xxxiii.ar.i.

Atria græca dictio eſt: nam λατρεία.ας
ἡ.cultus: & λατρεύω colo dicit͡ : Quid
autē ſit: uide ſupra i Dulia: & Idololatria.

Atro græce λῃστής.ου.ὁ.ἡ.& λῃστεύ/
ομαι latrocinor dicitur. Eſt autem latro/
cinari uias diripiendi gratia obſidere. La/
trocinium ipſa direptio. Latro uel latrocinator: q
ita diripit. Antiqui eos latrones uocabant: q circa
imꝑatorem ſe habere cõſueuerant: quos nunc ſa
tellites uocamus: quaſi laterones. a latrone. Aliqñ
pro uenatore capitur. Virg. Fixumq; latronis im/
pauidus frangit telum. A latrone diminutiuum
fit latrunculus: a quo latrunculatores uocantur
iudices: qui de latrociniis: & aliis maleficiis cogno
ſcunt. Latro ꝓprie diurn⁹ eſt: Fur autē nocturn⁹.
De hac materia habes ſupra: ubi furtum: & infra
ubi Rapina.



Aus græce ἔπαινος.
ου.ὁ. uel αἶνος.ου.ὁ:
& ἐπαινέω uel αἰ/
νέω: laudo dicit͡. Eſt au
tem laus ſermo eluci/
dans magnitudiem uir
tutis: ſecundum Ariſto
telen li.i.&.iii. Rhœt.
&.b. Tho. ſup ꝓs.xvii.
col.iii. Dicitur autem a
laudo uerbo: quod aliquando ſignificat uerbis ex
tollo. Horatius. Laudabunt alii claram Rhodon:
aut Mithilenē. Aliquādo idē quod nomino. Plau
tus. Id ut ſcias Iouē ſupremum teſtem laudo: Vn
de illaudatus: qui ne nominari quidem dign⁹ eſt:
hoc eſt illaudabilis. Virgi. Quis aut Euryſthea du
rum: Aut illaudati neſcit Buſyridis aras? Quidā
tamen putant laudo uerbum a laus deriuari: no/
menq; ipſum dici ἀπὸ τοῦ λαοῦ: hoc eſt a po/
pulo. Quod proprie laus ſit uox populi de aliquo
recta loquentis.

Laus & laudatio ſic differunt: q laudatio eſt oratio
ipſa laudantis laudes cõtinēs ipſius laudati. Laus
uero eſt uirtus ipſa non aliunde proueniēs: ſed ſu/
is nixa radicibus. Virg. Primam merui qui laude
coronam. Hinc laudabile dignum laude: & col/
laudo: ſimul laudo deducuntur.

ꝓuerbioꝝ. Prouerbiorum.c.xxvii.

· Laudet te alienus: & nõ os tuum: extraneus & non
labia tua.

Auguſtin⁹ Auguſtinus de Sermone domini in Monte.

· Laus humana non appetitur a ſapiente: ſed ſubſe/
qui debet ſapientem: & recte facientem: ut illi pro
ficiant: qui etiam imitari poſſunt quod laudant.

Auguſtinus ſuper ꝓs.v.

· Eſſe humilem eſt nole laudari ſe. Qui ergo i ſe lau/
dari appetit: ſuperbus eſſe conuincitur.

Auguſtinus ſuper Geneſim.

Apuleius auditoribus ſuis admirātibus doctrinam
commendabat: non auiditate conſequendæ lau/
dis: ſed charitate ſeminandæ ueritatis.

Auguſtinus ad Diaſcorum.

Ibi eſt a uanitate remota laudatio: ubi etiam uitu/
peratio ad offenſione ſecura eſt. Aug. Ibidem.

Non laudis huius uires ſentit: niſi qui ei bellum in/
· dixerit: qa & ſi cuiq̃ facile eſt laude carere: dum
negatur: difficile eſt ea non delectari: dum offert͡.

Aug. ad Voluſianum.

Hanc opinionem faciliter præſumptam quæſo de/
ponas: tuumq; animum quāuis erga me beniuo/
lentiſſimum ſoluas atq; eruas: ac de me mihi ma/
gis q̃ ulli alteri credas. Auguſt. Ibidem.

Nec ualde gaudere debemus: quando laudamur:
nec cõtriſtari: quando uituperamur: Quia nec de
prauare iniuria: nec coronare poteſt laus aliena.

Aug. de doctrina Chriſtiana.

Quid eſt quod dicis: ego diues: ille pauper: ſarcinā
tuam commemoras: pondus tuum laudas: taceas
laudes tuas: qui miſerias tuas non conſyderas.

Hieronymus ad Nepotianum. Hierony⁹.

Caue ne hominum rumuſculos acceperis: caue ne
offenſam dei in populorum laudes commutes.

Ambroſius in natali ſancti Euſebii. Ambroſ⁹.

Dicit ſermo diuinus. Ne laudaueris hominem i ui/
ta ſua: tāq̃ ſi diceret lauda poſt mortem magnifi/
ca poſt conſumationem. Grego.viii. Moralium. Gregorius

Quum per accepta bona reprobi i ſua laude ſe ele
uant: ipſis muneribus contra largitorem pugnāt.
Inde quippe contra dantem ſuperbiunt: unde ei
amplius humiles eſſe debuerunt.

Gregorius Ibidem.

· Qui ichoatæ uirtutis ab humano honore laudem
recipit: quaſi plantati ligni ante tempus fructum
comedit. Grego.xxii. Moralium.

· Quo arbor altius ad ſupiora ſurrexerit ea uim uen
torum uæhementius ſentit: quia quo plus quiſq;
in bona opera attollitur: eo ampliori ab ore laudā
tium flatu fatigatur. Grego. Ibidem.

Valde perfectorum eſt: ſic oſtēſo opere anthoris glo
riam quærere: ut de illata laude neſciat priuata
exultatione gaudere. Gregor. Ibidem.

· Quaſi latrunculus eſt appetitor laudis humanæ: q
recto itinere gradientib⁹ ex latere iungitur: ut ex
occultis educto gladio gradiētium uita trucidet͡.

Gregorius in paſtorali.

· Neſcit laudem dum ſuppetit fugere: q ad hāc didi/
cit: quum deeſſet anhelare. Grego. ibidem.

Quum.n. ꝓ recto opere laus trāſitoria q̃ritur æter/
na retributiõe res digna uili precio uenundatur.

Gregorius in Pastorali.

Quisquis laudis cócupiscentias calcare nó sufficit: aedificationis fraudem ppetrat: si bona quae egit occultat. Gregorius sup Ezechiel li.i. Homelia.ix.& hétur.xi.q.iii.Inter verba.

Inter uerba laudantium siue uituperantium ad mē tem semper recurrendum est: & si non inuenitur in ea bonum: quod de nobis dr: magnam tristiciā generare debet: & rursum si non in ea inuenit' malum: quod de nobis homines loquuntur in magnā debemus laeticiam prosilire. Quid enim si non omnes homines laudant: & cōsciētia liberos nos demonstret? Habemus Paulum dicētem: Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae. Iob quoq; dicit. Ecce in caelo testis meus: si igitur ē nobis testis in caelo: testis in corde: dimittamus stultos foris loqui quod uolunt. Quid enim aliud detrahētes faciunt? nisi q in puluerē sufflant: & in oculos suos terram excitant: ut unde plus detractionis perflant: inde magis nihil ueritatis uideāt.

Gregorius. Ibidem.

Quid.n.prodest si te omnes laudant: & consciētia te accusat? aut quid obesse potest si omnes te derogent: & conscientia defendat?

Io. Chrys. — Io. Chrys. de laudibus Pauli. Homelia.v.

Extrema dementia est nulla imminente necessitate rerum: & necessitate uiolēta totis laudibus uelle decorari. Nō est secundum deum loqui: Iudicium est potius illud insaniae: Hoc.n.oēm nobis mercedem euacuat. Io. Chryso. sup illud Matthaei viii. Audiens Iesus miratus est.

Non laudatur de fide leprosus: qa in lege doct': hic alienigena.s. Centurio laudatur: qa legis ignar': In modico.n. sermone sapientiae plus laudatur rusticus: q̄ in magno philosophus: & puer si aliquid dixerit sapienter: laudatur: ubi perfectior: nō auditur. Seneca ad Lucil. Epistola.xxxx. — Seneca.

Lauda in illo quod nec eripi possit: nec dari.

Seneca Episto.xxxxi.

In hoie quoq; illud laudandum est qd ipsius est. Familiam formosam habet & domum pulchrā: multum serit: multum foeneratur: nihil hoꝝ in ipso ē: sed citra ipsum laudem in illo: quod nec eripi pōt: nec dari: quod ppriū hominis est. Quaeris qd sit. Aīus: & rō in aīo pfecta. Seneca Ibidem.

Quid stultius est q̄ in hoīe aliena laudare? qd eo demētius q ea miratur q ad alium transferri protinus possunt. Nemo gloriari nisi de suo debet.

Seneca li°. de Moribus.

Bonum est laudari: sed pstantius est esse laudabilē. Neminem cito laudaueris. Neminem cito accusaueris. Vitium ē omnia credere: uitium est nihil credere. Aulus Gelius li.vi. Noctium ati. — Au° Geli°

Turpius dicebat Fauorinus exigue atq; frigide laudari: q̄ insectanter uituperari. Qui.n. maledicit & uituperat: quanto id acerbius facit: tāto p iniquo & pro inimico hētur: & propterea fidem non capit. Sed q infoecunde laudat destitui a cā uidetur: & amicus quidem creditur eius: quē laudat: & ei creditur. Aristot. li.ii. Ethicorum. — Aristoteles

Virtuti debetur laus.

Cicero Rhoetoricorum nouoꝝ li.iii.

Neq; solum laudis causa rectum seq cōuenit: Sed si laus consequtur: duplicatur recti appetendi uoluntas. Cicero Rhoetoricoꝝ nouoꝝ li.iiii. — Cicero.

Vide ne facias impudenter: q tuo nomini uelis ex alioꝝ laborib' libare laudē. Cicero i Paradoxis.

Vt.n. quisq; maxime est boni particeps: Ita & laudabilis maxime. Ibidem.

Quicquid ē laudabile idem & beatum: & florens: & expetēdum uideri decet. Virg. Aeneidos.li.v. — Virgilius

Hii proprium decus: & partum indignant' honorē
Ni teneant: Vitamq; uolunt pro laude pacisci.

Menander. — Menāder.

ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια.

Pro te ipso ne dicas laudes. Idem.

φίλων ἔπαινον μᾶλλον ἢ σαυτοῦ λέγε.

Amicorum laudem magis: q̄ tui ipsius dic.

Iuuenalis Satyra.viii. — Iuuenalis.

Respice quid moneant leges: quid curia mandet.
Praemiaq uanta bonos maneant.



Lectio graece ἀνάγνωσις.ιος.ἡ & ἀναγνώστης.ου.ὁ. lector dicitur. Veniunt autem lectio et lector a lego quod est oculis scripta pcurro.

August. li.ii. de doctrina Christiana. — Augustin°

Quicquid homo extra didicerit: si noxium ē: ibi damnabitur: Si utile est ibi inuenietur. Augustinus epistola.iii.

Nullae litterae comparantur duobus domini praeceptis: in quibus omnis ars est.

Aug. super Ioannem Homelia prima.

Lectio est sicut oleum in flamma: Si est ibi qod nutriatur: nutritur: crescit: & permanet.

Hieronymus epistola.lxxxviii. — Hierony°.

Statue tibi quot horis sacram scripturam legas: nō ad laborem: sed ad delectationem.

Bernardus libro meditationum. — Bernardus

Nihil aliud docet me tota scriptura: nisi religionis unionem seruare.

Cassiodorus li°. de Institutione scripturarum loquens de libris Origenis. — Cassiodor.

Sucos saluberrimos caute & sapienter sumere de/

bemus: ne pariter uenenum perfidiæ sorbeamus.

Seneca. Seneca ad Lucillium Epistola .cviii.

Illud tamẽ prius scribam: quemadmodum tibi ista cupiditas discendi: qua flagrare te uideo digerenda sit: ne ipsa impediat. Nec passim carpẽda sunt: nec auide inuadenda uniuersa. Per partes peruenitur ad totum. Aptari onus uiribus debet: nec plus occupari: q̃ cui sufficere possumus. Non quantum uis: sed quantum capis hauriendum ẽ. Quo plus recipit animus: hoc se magis laxat.

Idem Epistola.xlv.

Lectio certa prodest: uaria delectat. Qui quo destinauit peruenire uult: unam sequatur uiam non p multas uagetur. Non ire illud: Sed errare est.

Seneca ad Lucillium Epistola.xlvi.

Non refert q̃ multos. sed q̃ bonos habeas libros. Lectio certa prodest: uaria delectat. Multitudo librorum onerat: non instruit. Et satius est paucis authoribus te tradere: q̃ errare per multos.

Seneca epistola.xciii.

Quominus legas non te terreo: Dum quicquid legeris ad mores statim referas.

Ouidius. Ouidius libro.ii. Tristium.

Nec tamen est facinus molles euoluere uersus.
Multa licet castæ non facienda legant.

Legatio græce. πρεσβεία.ας.ἡ. & πρεσβευσις.εως.ἡ. legatus dicitur. Est autẽ legatio missio legatorum. Dicuntur q; legatus: & legatio a lego. gas. quod est mando: decerno: delibero. Vnde & legatum: quod est deliberatio quædam hæreditatis: quam testator ex eo: qđ uniuersum hæredis foret: alteri collatum uoluit: ut ait Florentinus Iurisconsultus. Item legatum est quædam donatio testamẽto relicta: secundum Modestinum iurisconsul. Hinc legatarii: quibus aliquid testamento legatum est. Hinc etiam composita allego: hoc est adduco. Delego: hoc ẽ demã do: committo. Suetonius de Nerone. Nulli delegauit officium: ut non addiceret. Vnde subdelegare dicimur delegatas nobis a principe causas: alteri cognoscendas iniungere.

Legispositiua est idem quod uirtus regnatiua.i. principalis species prudentiæ quæ conuenit regi. scđm. bea. Tho. scđa scđæ q.l.art.i.

Legispositiua: & Eugnomosina.i. bona gnomi attribuuntur prudentiæ. secundum directiõem: & attribuuntur iusticiæ: secundum executionẽ. ex b. Tho. scđa scđæ.q.lxxx.

Leno græce πορνοβοσκος.ου.ὁ. & πόρνος.ου.ὁ. scortum: cinædus: catamytus: & πορνοβοσκεῖον.ου.τό. lupanar dicit̃. Est autẽ leno q quæstuaria mãcipia habet. Vel sic. Leno est qui damnatam adulteram ducit: uel q eã sibi reconciliat. secundum Glo.i.§. Quod si i adulterio.xxxii.q.i.

Leuitas græce κουφότης.ητος.ἡ. & κοῦφος.ου.ὁ. leuis dicitur. Est autem leue qđ est natum ferri a medio. secundum Arist. libro.i. de Cælo & mundo. Leuissimum autem quod superfertur omnibus aliis ab eo sursum latis.

Leuitas aliquando dicitur de re sine pondere. Modo pro stultitia: inconstantia: uilitate ponit̃. Hinc leuo as uerbum: hoc est in altum tollo: uelut leue. Modo aufero. Virg. Atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Interdum alleuo: molestiam: laboremq; extenuo. Virg. Sis fœlix nostrumq; leues quæcunq; laborem. Hinc alleuo: hoc est in altum tollo: uel de imo sursum tollo. Item subleuo hoc ẽ defendo: adiuuo: & releuo quod pœne idem significat quod alleuo.



Lex græce νόμος.ου.ὁ. & νομικός.ου.ὁ. legalis dicitur. Est autem lex ratio summa insita i natura: quæ iubet ea quæ facienda sunt prohibet q; contraria. Eadem ratio quum est in mente hominis confirmata: & confecta ẽ lex. ex Cicerone libro.i. de legibus.

Lex est neq; hoium ingeniis excogitata: nec scitum aliquod populorum: sed æternum qddã: qđ uniuersum mundum regeret: imperandi prohibendi q; sapientia. scđm Ciceronẽ li.ii. de legibus.

Lex est recti præceptio: praui q; depulsio: scđm Ciceronem li.ii. de natura deorum.

Lex est constitutio populi: i qua maiores natu simul cum plebib' aliqd sanxerunt. Vt hẽt di.ii.c.Lex.

Lex ẽ regula: & mẽsura actuum agẽdorum: uel omittendorum. ex.b. Tho. prima secundæ.q.lxxxx.ar.i.

Lex dicitur a ligãdo: qa obligat: uel dr̃ a legendo q; publice legatur scđm Isydorum. Ex.b. Tho. Ibidem. Ouidius. Metamorphoseos. Nec uerba minantia fixo Aere legebantur. uel ligabãtur.

Lex est dictamen rationis practicæ. scđm.b. Tho. prima scđæ.q.lxxxxi.ar.i. A lex ueniunt illex: et exlex: q sine lege uiuit: & legislator: & legifer qui legem tulit.

Lex et Ius quomodo differant uide supra in Ius.

puerbiorum. Prouerbiorum.c.xxviiii.

Isayas Qui custodit legẽ beatus est. Isayas.c.x.

Veh qui condunt leges iniquas: & scribentes iniusticiam: ut opprimerẽt in iudicio pauperes.

Paulus Paulus ad Timotheum primæ.c.i.
Bona est lex: si quis ea legitime utatur.
Paulus ad Collocenses.c.iii.
Lex est uinculum pfectiõis. Pau.ad Ro.c.ii.
Gentes quæ legẽ non habent: sed ea quæ legis sunt
faciunt: ipsi sibi sunt lex.
Iacobus Iacobus in epistola.c.ii.
Quicunq; autem totam legem seruauerit: offẽdat
autem in uno: factus est omnium reus. Qui enim
dixit non mœchaberis: dixit & non occides: q si
nõ mœchaberis: occides autem: factus es trãsgres
Augustin⁹ sor legis. Aug.li.viii.de Ciuitate dei.
Omnium legum est inanis censura: nisi diuinæ le/
gis imaginem gerat.
Augustinus ad Macedonium & hẽt. xxiii.q.v.
Non frustra sunt instituta: potestas regis: & cogni/
toris ius: ungulæ carnificis: arma militis: discipli/
næ dominantis: seueritas etiam boni patris. Ha/
bent omnia ista modos: suas causas: rationes: uti
litates: & hæc quum timentur: & mali coercen/
tur: & boni quieti inter malos uiuunt.
Augustinus contra Petilianum: & habe/
tur.xxiii.q.v.capitulo ad fidem.
Nunquid quia mores optimi libertate uoluntatis
eliguntur: ideo mores pessimi non legis integri/
tate puniuntur? Sed tamen ultrix male uiuendi
disciplina præpostera est: nisi cura præcedẽs bene
uiuendi doctrinam prætendat. Sic igitur quæ uer
sus uos leges constitutæ sunt non ut his benefa/
cere cogimini: sed male facere prohibemini.
Augustinus de uera religione: & habe/
tur di.iiii.cap°. In istis.
In istis temporalibus legibus q̃q̃ de his homines iu/
dicent quum eas instituunt: tamen quum fuerint
institutæ & firmatæ: non licebit iudici de his iudi/
care: sed secundum ipsas. Leges instituuntur, pro/
mulgantur: firmantur: quũ morib⁹ utentium ap/
probantur. Sicut enim moribus utentium in con/
trarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt: Ita
moribus utentium ipsæ leges confirmantur.
August. in libro de spiritu & littera.
Quod imperatorum lex minando imperat: hoc fi/
dei lex credendo impetrat. Augusti. Ibidem.
Lex dei charitas est: lex data est: ut gratia quæreretur:
gratia data est: ut lex impleretur.
Hierony⁹. Hieronymus li.iii.contra Ruffinum.
Coronam minime carpendã.i.leges urbium cõser/
Gregorius uandas. Gregorius in registro: & habetur
xxv.q.ii. Imperiali.
Imperiali constitutum est sanctione aperte: ut ea q̃
contra leges fiunt non solum inutilia: sed etiam ꝓ
infectis habẽda sint. Isydor⁹ li.ii.Ethimologiaꝝ.
Isydorus. Factæ sunt autem leges: ut earum metu human.
coerceatur audacia: tutaq; sit inter improbos in/
nocentia: & in ipsis improbis reformidato suppli/
cio refrenetur audacia: & nocendi facultas.
Isydorus ibidem.
Erit autem lex honesta: iusta: possibilis: secundum
naturam: & secundum consuetudinem patriæ:
loco temporiq; conueniens: necessaria: & utilis:
manifesta quoq; ne aliquid per obscuritatem in/
cautum captione contineat: nullo priuato com/
modo: sed pro communi ciuium utilitate conscri/
pta. Ideo in ipsa constitutione ista consyderanda
sunt: quia quum leges institutæ fuerint: non erit
liberum iudicare de ipsis: sed oportebit iudicare se
cundum ipsas.
Isydorus libro.v.Ethimologiarum: & ha/
betur di.iii.Priuilegia.
Priuilegia sunt leges priuatorum: quasi priuatæ le
ges. Nam priuilegium dictum est eo q in priuato
feratur. Isydorus Ibidem: & habet Ibidem.
Omnis autem lex permittit aliquid: ut uir fortis pe
tat præmium: aut uetat: ut sacrarum uirginum
nuptias nulli petere liceat: Aut punit: ut qui cædẽ
fecerit capite plectat. Eius enim præmio aut poe
na uita moderatur humana.
Isydor.li.v.Ethymolo.& hẽt.di.i.i prin°.Decreti.
Oẽs leges diuinæ sunt: aut humanæ: diuinæ natu/
ra: humanæ moribus constant. Ideoq; hæ discre
pant: quoniam aliæ gentibus aliis placent: Fas lex
diuina est: Ius lex humana. Transire per agrum
alienum fas est: ius non est.
Isydorus Ibidẽ: & hẽtur.di.vii.c.Moyses.
Moyses gentis hebreæ primus omnium diuinas le
ges: & sacris lr̃is explicauit. Phoroneus Rex græ
cis primus leges iudicia q; constituit. Mercurius
trismegistus primus leges ægyptiis traddidit. So/
lon quidem primus leges Atheniensibus edidit.
Licurgus primus lacedæmoniis iura ex Apollinis
authoritate confinxit. Numa Pompilius: qui Ro
mulo successit in regno prim⁹ Romanis leges edi
dit. Deinde: quum populus seditiosos magistrat⁹
ferre non possent: decem uiros legibus scribendis
creauit: Qui leges ex libris Solonis in latinum ser
monẽ translatas duodecim tabulis exposuerunt.
Fuerunt autem hii Appius Claudius: Titus Ge/
nutius: Publius Sestius: Luccius Veturius: Caius
Iulius: Aulus Mãlius Publ⁹ Sulpicius: Publius
Curiatius: Titus Romulius. Spuri⁹ Posthumi⁹.
Isidorus li°.Ethymologiaꝝ: & hẽt di.i.c.Ius.
Ius gñale nomen est: lex autem iuris est species: Ius
autem est dictum q̃a iustum est. Omne autẽ ius le
gibus & morib⁹ cõstat. Isidor⁹ li.ii.Ethymologi.
Octo genera pœnarum in legibus contineri Tuli/
us scripsit idest damnum: Vincula: Verbera: Tal/

lionem: Ignominiã: Exilium: Seruitutẽ: & mortẽ.

Valerius. Valerius maximus libro.vii.tit. Sapienter dicta aut facta.

Quam porro subtiliter Anacharsis leges araneatum telis comparabat. Nam ut illas infirmiora animalia retinere: ualentiora trãsmittere: ita his humiles & pauperes constringi: diuites & praepotentes non alligari aiebat.

Aristoteles Aristoteles libro.v.Ethicorum.

Duplex est ius scilicet naturale & legale. Naturale est quod apud omnes habet eandem potestatem. Legale est quod constitutum est lege.

Aristoteles li.vi.Polyticorum.

Non facile est permanere ciuitatem non legibus: & consuetudinibus compositam.

Laer.diog. Laertius Diogenes de uita & moribus Philosophorum.

Interrogatus Solon. Quid est Rex: respondit Fortis potestas. Quid lex: Araneae tela: quia si in eam inciderit quid debile retinetur: graue autem pertransit tela rescissa.

Cicero. Cicero Rhoetoricorum ueterum li.i.

Quamobrem leges seruari oportet: & ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit: hoc est quoniam reipu. seruimus & reipu. cõmodo atq; utilitate interpretemur. Nam ut ex medicina nihil oportet putare proficisci: nisi quod ad corporis utilitatem spectet: quoniam eius causa est instituta: sic a legibus nihil conuenit arbitrari: nisi quod reipu. conducat proficisci: quoniam eius cã sunt comparatae.

Cicero Rhoetoricorum ueterum li.ii.

Nulla est lex: quae aliquam rem inutilem: aut iniquam fieri uelit. Omnia supplicia quae a legibus proficiscuntur culpae aut maliciae uindicandae cã constitutae sunt. Nullae res neq; legibus: neq; scriptura ulla deniq;: neq; in sermone quottidiano: atq; imperiis domesticis possunt administrari: si unusquisq; uelit uerba expectare: & non uoluntatem eius: qui ea uerba habuerit accedere.

M.T.Cicero Ibidem.

Leges nobis charae esse debent: nõ propter litteras quae tenues & obscurae notae sunt uoluntatis: sed propter earum rerum: quibus descriptum est: utilitatem: & eorum qui scripserunt sapientiam & intelligentiam. Cicero lib.i.de legibus In fine.

Profecto sic se res habet: ut quoniam uitiorum emẽdatricem legem esse oportet: commendatricemq; uirtutum: ab ea uiuendi doctrina ducatur.

Cicero lib.ii.de legibus.

Hanc igitur uideo sapientissimorum fuisse sententiam: legem neq; hominum ingeniis excogitatã: nec scitum aliquid esse populorum: sed aeternum qd dam: quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibendiq; sapientia. Ita principem legem illam & ultimam mentem esse dicebant: omnia ratione aut cogentis: aut uetantis dei: ex qua illa lex quam dii humano generi dederunt recte est laudata. Cicero Ibidem.

Sed intelligi sic oportet: & haec & alia iussa hac uetita populorum uim habere ad recte facta uocandi: & a peccatis auocandi: quae uis nõ modo senior est q̃ aetas populorum & ciuitatum: sed aequalis illius caelum atq; terras tuentis & regentis dei.

Cicero. Ibidem.

Nec quia nusquam erat scriptum: ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret: a tergoq; pontem interscindi iuberet: Iccirco minus Coclitem rem gessisse tantae fortitudinis lege atq; imperio putabimus: Nec si regnante Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris: Icirco non contra illam legem sempiternã Sext⁹ tarquinius, uim Lucretiae Tricipitini filiae attulit. Erat enim ratio profecta a rerum natura: & ad recte faciendum impellens: & a delicto auocans: quae non tum demũ incepit lex esse: quum scripta est: sed tunc quũ orta est. Orta est autem simul cum mente diuina. q̃obrem lex uera atq; princeps apta ad iubendum & ad uetandum ratio est recta summi Iouis.

Cicero Ibidem.

Constat profecto ad salutem ciuium ciuitatumq; incolumitatem uitam q; hominum: & quietam: & beatam inuentas esse leges.

Cicero lib.iii.de legibus.

Qum dico legem a me dici: nihil aliud intelligi uolo q̃ imperium: sine quo nec domus ulla: nec ciuitas: nec gẽs: nec hominum uniuersum genus stare: nec rerum natura omnis: nec ipse mundus potest. Menander. Menãder.

ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν ἂν ἄρχοντ' ἔχῃ.i.

Validum quid lex est: si regentem habeat. Idem.

νόμῳ τὰ πάντα γίγνεται: καὶ κρίνεται.i.

Lege omnia fiunt: & iudicantur. Idem.

νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχωρίοις καλόν.i.

Leges sequi regionales pulchrum. Idem.

βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος.i.

Vi praesente nihil potest lex.



iberalitas graece ἐλευθεριότης.ητος.ἡ: & ἐλευθέριος.ου.ὁ. liberalis dicitur. Est autẽ liberalitas uirtus pecuniis benefactiua: cuius contrarium est illiberalitas: secundum Aristo. li°.i.Rhoetoricorum.

· Liberalitas est uirtus beneficiorum erogatrix: quã pro affectu benignitatem: pro effectu beneficentiam dicimus.

Liberalitas est mediocritas circa pecunias dandas. Nam liberalis dabit propter honestatem: & recte: quibus oportet: & quando oportet. ex Aristo. li. iiii. Ethicorum.

Liberalitas est uirtus bene dispensandi diuitias in usus bonos sibi: suisq;: & aliis. ex. b. Tho. scda secundæ. q. cxvii. ar. i.

Liberalitatis duæ sunt comites: humanitas: & clæmentia. secundum Valerium maxi. li°. v.

Liberalitas dicitur a liber; unde liberaliter: large: magnifice: Et liberales disciplinæ libero homine dignæ.

poerbioꝝ. Prouerbiorum. xviiii.

· Diuitiæ scilicet errogatæ addunt amicos plurimos.

Paulus Paulus ad Corinthios. primæ cap. vii.

Matthæus· Hilarem enim datorẽ diligit deus. Matthæus. vi. Nesciat sinistra quid faciat dextera tua.

Augustin⁹ Augustinus super Ioannem parte scda. & habetur di. lxxxvi. Donare.

· Donare res suas hystrionibus uitium ẽ immane: nõ uirtus: & scitis de talibus q̃ sit frequens fama cum laude: quia laudat peccator in desyderiis aiæ suæ: & qui iniqua gerit benedicetur.

Aug de sermone domini in monte.

Dandum est quod nec tibi: nec alteri noceat: & quod negaueris quod petit: Iudicanda est Iusticia: & nõ eam inanem dimittas: & aliquãdo melius aliquid dabis: etiam quum iniuste petentem correxeris.

Hierony⁹. Hieronymus ad Paulinum.

Considera Chrysti substantiam: ne imprudenter offendas. i. ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas: non pauperibus: secundum dictum prudentissimi uiri: liberalitate liberalitas pereat.

Hieronymus lib. de Viduis.

Liberalitas non cumulatione patrimonii: sed largitatis diffinitur affectu.

Ambrosi⁹. Ambrosius super epistola ad Corinthios.

Non solum quæritur quantũ: sed de quanto: & quo animo detur. Ambrosius lib. i. de officiis.

· Dominus non uult simul effundi opes: sed dispensari: nisi forte ut Helyseus boues suos occidit: & pauperes pauit: ex eo quod habuit: ut nulla cura teneretur domestica. Ambrosius Ibidẽ.

Si adiuues eum qui possessiones aliorum eripere conatur: non probatur largitas: Nec illa perfecta est liberalitas: si iactantiæ eam magis: q̃ misericordiæ largiaris. Ambrosius. Ibidem.

Non probatur liberalitas uel largitas: si quod alter largitur: alteri quis extorqueat: si iniuste quærat: & iniuste dispensandum putat.

Ambrosius lib. i. de officiis.

· Perfecta est liberalitas: ubi silentio quis tegit opus suum: & necessitatibus singulorum occulte subuenit: quem laudat os pauperis: & non labia sua. Deniq; perfecta liberalitas fide: causa: loco: tẽpore: commẽdatur: ut principium operis circa domesticos fidei. Ambrosius lib. i. de officiis.

Est alia probanda liberalitas: ut proximum seminis tui non despicias: si egere cognoscas. Melius enim est ut ipse subuenias tuis: quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere: aut alicui postulare subsidiũ necessitati. Ibidem.

Est duplex liberalitas: una: quæ subsidio rei adiuuat i. usu pecuniæ: altera quæ operum collatione impendit: quæ multo frequenter splendidior multoq; præclarior. Quanto utilius regem Pharaonem Sanctus Ioseph consilio prudẽtiæ Instruit: q̃ si cõtulisset pecuniam. Pecunia enim uni⁹ ciuitatis nõ redimeret ubertatem: prospicientia uero totius Egypti per quinquennium famem reppulit.

Ambrosius Ibidem.

Quicquid ex affectu puro ac sincero promittitur: hoc est decorum: non superfluas ædificationes aggredi: non prætermittere necessarias.

Gregorius: & habetur dist. lxxxvi. Gregorius

Fratrem nostrum.

In ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum & personarum: rerum ut non omnia uni: sed singulis quædam præstentur: ut pluribus prodesse possimus: Personarum: ut primum iustis: deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur: non quia homines sunt: sed peccatores.

Greg. xix. Moralium.

Quibusdam inopiam ferre non ualentibus tolerabilius est minus tribuere: q̃ post largitatem suam ex inopiæ angustia murmurare.

Gregorius Ibidem.

· Nunquam est uacua manus a munere: si arca cordis est repleta bona uoluntate.

Leo papa in Apparitione domini. Leo. pp.

Nulli paruus est census: cui magn⁹ est animus: nec de rei familiaris mẽsura pendet mod⁹ pietatis. Maiora quidem sunt impendia diuitum: & minora mediocrium. Sed nec discrepat fructus operum: ubi non deest affectus operantium. Ibidem.

· Si non est omnium æqualis facultas debet esse par pietas: quoniam fidelium largitas: non de muneris pensatur pondere: sed de beniuolentiæ quantitate. Leo papa in Aparitione domini.

Semper illi quod largiatur occurrit: cui bene uelle non deficit.

Boetius libro. ii. de Consolatione. Boetius.

Tunc solum preciosa est pecunia: quando usu lar-

giendi desinit possideri.

Boetius — Boetius lib.ii. Prosa.v.

Diuitiæ ne: uel uestri: uel sui natura preciosæ sunt? Scripta est supra in Diuitiæ.

Seneca — Seneca lib.i.de Clementia.

Non est liberalis: qui de alieno est liberalis: sed ille q quod alteri donat sibi detrahit.

Idem lib.de beneficiis.

Quidam beneficium ab homine duro & aspero datum panē lapidosum uocauit: quem esurienti accipere necessarium est: sed tamen acerbum.

Seneca lib.i.de beneficiis.

Beneficiū siue liberalitas fit dupliciter: aut operas: aut pecunia: altera ex Arca: altera ex uirtute depromitur. Seneca Epistola.lxxxiii.

Refert cuius animi sit qui præstat: non cuius stat? Non est gloriosum quod ab inuito & tergi uersante fit. Nihil facit uirtus: quod necesse est.

Seneca Ibidem.

· Multi sunt qui non donant sed proiiciunt: nō uoco liberalem pecuniæ suæ iratum.

Seneca lib.de beneficiis.

· Omnis benignitas properat: & proprium est libēter facientis cito facere. Qui de die in diem trahens p fuit: non ex animo fecit. Itaq; duas maximas res pdidit: & tempus & argumentum amicæ uoluntatis. Seneca lib.de beneficiis.

Nonnunq̄ magis nos obligat qui dedit parua magnifice: qui regum opes æquauit animo: qui exiguum tribuit: sed qui libenter: qui paupertatis suæ oblitus est: dum in ea respicit: qui occasionem qua prodesset quæsiuit. Seneca Ibidem.

· Multo gratius uenit quod facili: q̄ ex plena manu uenit seu datur. Exiguum est quod in me cōtulit: sed amplius nō potuit. At hoc quod dedit magnū ē: sed dubitauit: sed distulit: sed quū daret gemuit: sed superbe dedit: sed quum contulit ambitioni dedit: non mihi. Seneca Ibidem.

Caue ne beneficium maius sit facultate tua: Inest enim tali liberalitate cupiditas rapiendi: ut ad largiendum suppetant copiæ: sequuntur enim talem largitionem rapinæ: quum enim dando egere cœperint: alienis bonis manus inferre coguntur: & maiora odia eorum assequuntur: quibus ademerunt: q̄ fauores eorum quibus dederunt.

Seneca Ibidem.

· Officium liberalitatis est omni petēti dare: deos imitari: Si deos imitaris da etiam ingratis: nam & sceleratis sol oritur: & pyratis maria patent: Dii rerū omnium optimi authores ignorantibus beneficia dare incipiunt: ingratis perseuerant: non cessant dii beneficia congerere. Unam sortiti intētionē. s. prodesse imitemur illos: demus etiam si multa in irritum data sunt. Ingratus est. non fecit mihi iniuriam: sed sibi: nā gratum beneficium semper delectat: ingratum semel.

Seneca lib.ii.de Beneficiis.

· Ab Antigono Cynicus petit talentum. Respondit plus esse q̄ cynicum deceret petere: Repulsus petit denarium. Respōdit minus esse q̄ quod regem deceret dare. Turpissima huiusmodi cauillatio ē. ' Inuenit enim quomodo neutrum daret: In talento Cynicum: In denario regem respexit: quū posset & denarium cynico dare: & talētum tanq̄ rex.

Seneca Ibidem.

· Melius Alexander quum daret ciuitatem cuidā dicenti non conuenire ciuitatē humili fortunæ suæ: respondit. Non quæro quid oporteat te accipere: sed quid deceat me dare.

Seneca lib.v.de beneficiis.

Sicut non est liberalis: qui sibi donat. Nec clæmens qui sibi ignoscit: nec misericors: qui malis suis tangitur: sed qui aliis: Ita etiam nemo sibi ipsi beneficium dat: sed naturæ suæ parat quæ monet ad refutanda nociua: & appetenda proficua.

Seneca lib.de beneficiis.

Inter multos ac uarios errores temere uiuentium in consulteq;: nihil propemodum uiri optime liberalis: q̄ beneficia nec dare scimus: nec accipere.

Seneca Ibidem.

· Quum beneficia in uulgus largiri institueris: multa perdenda sunt: ut unum bene des. Ibidem.

· Gratissima sunt beneficia: quæ sunt parata: facilia occurrentibus: in quibus nulla mora fuit: nisi accipientis uerecundia. Seneca Ibidem.

Nihil ita uitandum in dando beneficia: sicut superbia. Seneca lib.de officiis.

Dabo egenti: sed non ut ipse egeā. Succurram periturο: sed non ut ipse peream. Ibidem.

Videamus ne mittamus munera superuacua: ut fœminæ arma. Rustico libros: aut studiis dedito retia. Seneca Ibidem.

Videndum est & consyderandum: quid: cui: qualiter: quando: ubi: & quare: sit dandum.

Seneca lib.de officiis.

Turpissimum genus beneficii est inconsulta donatio in dando. Seneca Ibidem.

In dando beneficia eligendus est uir simplex: memor: gratus: alieni abstinens: nō sui auarus: & maxime beniuolus. Seneca in Prouerbiis.

Bis peccas: quum peccanti obsequium accommodas. Cicero lib.i.de legibus. — Cicero.

Quid liberalitas? gratuita ne est: an mercenaria? si sine præmio: benigna est: gratuita: si cum mercede conducta. Nec est dubium quin is qui liberalis benignus ue dicitur: officium non fructū sequat.

Cicero lib.i.officiorum cap.xviii.

· Ea liberalitate utamur quæ amicis psit: nemini no/ceat: nihil enim liberale quod non iustum.

Cicero lib.ii.officiorum.

· Multi patrimonia effundunt: inconsulte largiēdo Quid autem stultius: q̄ quod facis libenter: cura/re ne id diutius facere possis. Ibidem.

Duo sunt largorum genera: quorum alteri prodigi: scilicet qui in epulis & uiscerationibus: & gladiatorum muneribus: ludorum uenationumq; apparatu: pecunias profundunt: & in eas res quarum memoriam aut nullam: aut breuē relicturi sunt. Alii sunt liberales: qui facultatibus suis: aut captos a prædonibus redimunt: aut æs alienum suscipiunt amicorum causa: aut in filiarum collocatiōe adiuuãt: aut opitulantur in re acquirenda: uel augenda.

Cicero lib.officiorum.

Largitio quæ fit ex re familiari fontem ipsum benignitatis exhaurit. Ibidem.

Qui opera.i.uirtute & idustria liberales sunt: & beneficii: primum quo pluribus profuerint eo plures ad benefaciendum adiutores habebūt: deinde cō/suetudine beneficentiæ paratiores erunt: & tanq̄ exercitatiores ad bene de multis promerendum.

Ibidem.

Omnino meminisse debemus id quod a nostris ho/minibus usurpatū sæpissime: iam in prouerbii cō/suetudinem uenit: largitionem fundum non habere: quum & idem qui consueuerunt: & idem illud alii desyderent.

Cicero Ibidem.

· Causa igitur largitionis est: si aut necesse: aut utile.

Cicero Ibidem.

· Gratissima est liberalitas: eo etiam studiosius eã plenq; laudant. Ibidem.

Conueniet autem tum in dando munificum eē: tū in exigendo non acerbum.

Cicero Ibidem.

Est enim non modo liberale: paulum nonnunq̄ de suo iure cedere: sed interdum & fructuosum.

Cicero Ibidem.

Habenda est autem ratio familiaris rei: quam qui/dem delabi sinere flagitiosum est.

Cicero Tus.quæstionum lib.iiii.

Cur misereare potius q̄ feras opē: si id facere possis.

Cicero lib.ii.Rhetoricorum ueterum.

Nam beneficii magnitudo ex utilitate: & honesta/te: aut necessitudine demonstratur.

Cicero in Oratione.

Equidem nil tam proprium hominis existimo: q̄ nō modo beneficio: sed etiam beniuolentiæ significatione alligari. Nihil porro tam immane: tam ferũ: q̄ committere: ut beneficio non dicatur indignus: sed uictus esse uideatur. Valerius Maxi. lib.iiii.cap.viii.ti.de liberalitate.

Val.max.

Liberalitatis duo sunt maxime probabiles fontes: uerum iudicium: & honesta beniuolētia: Nã quã ab his oritur: nunc demum eius ratio constat. do/no autem ipsi gratiam & magnitudo quidem sua: Sed efficatiorem aliquanto oportunitas cōciliat.

Valerius Maximus lib.v.cap.i.ti.de hu/manitate & clæmentia.prin.

· Liberalitati quas aptiores comites quam humani/tatem & clæmētiam dederim? Quoniam idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia: proxima occupatione: tertia ancipiti fortuna præsta/tur: quum q; nescias quam maxime probes: eius tamen commendatio præcurrere uidetur: cui⁹ nomen ex ipso nomine quæsitum est.

Aristoteles lib.iiii.Ethicorum.

Aristoteles

Liberalis dabit honesti gratia & recte: nam quibus oportet: quot oportet: & quando: & alia cuncta q̄ rectam sequuntur dationem: & liber: uel sine mo/lestia. Aristoteles lib.iiii.Ethicorum.

Liberalis unde oportet commoda capiet: puta ex propriis rebus quas possidet: non quia honestum sit: sed quia necessariũ: ut habeat quid donet: nec sua negliget: uolens per illa quibusdam sufficere.

Aristoteles Ibidem.

· Est eius qui liberalis sit uehementer excedere: ita ut sibi ipsi pauciora relinquantur. Nam ad se quidē ipsum non respicere liberalis est.

Aristoteles Ibidem.

· Iuxta facultates liberalitas dicitur: non enim I multitudine datorum: sed in dantis habitu liberalitas consistit. Nec enim quicq̄ prohibet liberaliorē eē: qui pauciora dat: si modo tenuiores ei sunt facul/tates. Aristoteles Ibidem.

· Magis liberales esse uidentur: qui non quæsierunt ipsi: sed ab aliis: ut ex hæreditate acceperũt: Nam indigentiam nunq̄ experti sunt.

Aristoteles Ibidem.

· Non facile est: ut liberalis quisq̄ ditetur. quum neq; cupiat neq; conseruet: sed cōtra eroget: Nec multi per se ipsas faciat pecunias: sed ut aliis dare pos/sit. Itaq; fortuna accusatur: quod qui maxime di/gni sunt: pecunias minime habent. Enim uero id non absq; ratione contingit: fieri enim non potest ut diuitias habeat is qui habere non curat.

Aristoteles Ibidem.

· Liberalis accipiet unde oportet: sequitur enim conuenientem liberalitatem talis acceptio.

Aristoteles Ibidem.

· Molestius feret liberalis si quid quum oportet non erogauerit: quam si erogauerit quod nō oportet.

Aristoteles Ibidem.

Prodigalitas non multum augmentari potest: non enim facile nullatenus: accipientem cunctis largi ri: cito namq; deficiunt patrimonia priuatorum. unde per aetatem indigentia facileq; corrigi: & ad mediocritatem redigi potest.

Aristoteles Ibidem.

Prodigus uidetur non abhorrere a morum probita te: Non enim abiecti neq; ingenerosi est excedere in dando: & non capere dementis est:

Aristoteles Ibidem.

Prodigus multo melior esse uidetur: q̃ auarus: hic enim multis prodest: Ille nemini: nec sibi ipsi qdē.

Aristoteles Ibidem.

Prodigorum dationes liberales non sunt: sed inter/ dum quos pauperes esse conuenit diuites faciunt. Et honestis quidem hominibus nihil dant: assenta toribus autem: aut aliam quampiam uoluptatem afferentibus: multa. Aristoteles Ibidem.

Prodigi quia honestatem non sequuntur in uita: ad uoluptates declinant.

Terentius — Terentius in Adelphis.comoedia.iiii.

Re ipsa repperi nihil esse homini melius facilitate atq; clementia.

De hac materia uide supra in Amor proximi: & i Clementia.



Libertas graece ἐλευθε/ ρία.dr.& ἐλεύθε/ ρος.ου.ὁ.liber dicitur. Est autem libertas natu ralis facultas eius quod cuiq; facere libet: nisi qd ui: aut iure facere prohi betur.ut habetur Insti. de Iure personarū prin. Cuius oppositum ē ser/ uitus.uenitq; a liber.

Libertus pariter inde deriuatur: & is est qui: quum esset seruus: factus est liber. Inde etiam fit Liberti nus quod est adiectiuum nominis: & est relatiuum ingenui: sicut libertus relatiuum patroni.

Libertini sunt qui iusta seruitute manumissi sunt: sicut Ingenui q libera mre nati: nec postea serui fa cti sunt. Inde libertinitas: & Ingenuitas dicunt.

Liberum arbitrium q ad sit uide Infra in liberū ar/ bitrium.

Exodi — Exodi cap.xxi.

Si percusserit quispiam oculum serui sui: aut ancil/ lae: & luscos eos fecerit dimittet eos liberos ,p ocu/ lo: quem eruit. Dentem quoq; si excusserit seruo uel ancillae suae: similiter dimittet eos liberos.

Leuitici — Leuitici cap.xviiii.

Homo si dormierit cū mulier coitu seminis: quae sit ancilla: etiam nobilis: & tamen precio non redē/ pta: nec libertate donata: uapulabūt ambo: & nō morientur: quia non fuit libera.

Ecclesiastici — Ecclesiastici cap.x.

Seruo sensato liberi seruient: & uir prudens & disci plinatus non murmurabit correptus: & inscius non honorabitur.

Paulus — Paulus ad Colocen.cap.iiii.

Domini quod iustum est & aequum seruis praestate: scientes: quoniam & dominum uos hētis in caelo.

Augustin' — Augustinus Donato Presbytero & habe tur.xxiii.q.iiii.Displicet.

Si uoluntas mala semper suae permittenda est liber tati: quare Paulus non ē permissus uti pessima uo luntate: qua persequebatur ecclesiam: sed prostra tus est: ut caecaretur. Caecatus ē: ut mutaret'. Mu tatus est: ut mitteretur. Missus est: ut qualia fece/ rat in errore: talia pro ueritate pateretur. Si uolun tas mala semper suae permittēda est libertati: qua/ re monetur pater in scripturis sanctis filium durū non solum uerbis corripere: sed etiam latera eius tundere: ut ad bonam disciplinam coactus ac do/ mitus dirigatur: unde Idem Salomon dicit. Tu p cutis eum uirga: animam autem ei' liberas a mor te. Augustinus lib.de uera religione.

Quem delectat uera libertas: ab amore rerum mu/ tabilium liber esse appetat: & quem regnare dele/ ctat: uni omnium regnatori deo subiectus sit: plus eum diligendo: q̃ semetipsum.

Augustinus de Correctione & gratia.

Prima libertas uolūtatis erat posse peccare: nouissi ma erit multo magis non posse peccare. Prima im mortalitas erat posse nō mori: nouissima erit mul to magis non posse mori. Prima erat perseueran/ tiae potestas: bonum posse non deserere: nouissima erit perseuerantiae foelicitas: bonum non posse de serere.

Ambrosi'. — Ambrosius in sermone domini de Ieiunio qui incipit. Diuinum ad patrē resultat ora culum: & habetur di.xxxv.cap.vi.

Manebat autem anteq̃ uinum inueniretur omnib' in concussa libertas. Nemo sciebat a consorte natu rae suae obsequia seruitutis exigere: Non esset ho/ die seruus: si ebrietas non fuisset.

Ambrosius de Ioseph.

Ille uero in quauis conditione seruitii liber est: qui amore non capitur: auariciae uinculis non tenet': metu criminis nō obligatur: qui securus expectat praesentia: quem non terrent futura:

Gregorius' — Gregorius Montano: & Thomae: & ha/ betur.xii.q.ii.Quum redemptor.

Quum redemptor noster totius conditor creaturae ad hoc propitiatus humanam uoluit carnem assu mere: ut diuinitatis suae gratia dirrupto quo tene/ bantur captiui uinculo seruitutis: pristinae nos re/ stitueret libertati. Salubriter agitur si hoies quos ab initio natura liberos protulit: & Iusgentiū sub

stituit iugo seruitutis: in ea qua nati fuerant manu mittentis beneficio libertati reddantur.

Bernardus Bernardus de libero arbitrio.

Quum nobis triplex posita sit libertas a peccato: a miseria: a necessitate: hanc ultimo loco positā contulit nobis in conditione natura. In prima restauramur a gratia: media reseruatur nobis in patria: idicatur prima libertas naturæ: secunda gratiæ: Tertia gloriæ: Prima habet multum honoris: secunda plurimum uirtutis: Nouissima cumulum iucunditatis.

Seneca Seneca Epistola. xlvii.

Quid sit libertas quæris? nulli rei seruire: nulli necessitati: nullis casibus fortunæ ab æquo discedei.

Seneca in prouerbiis.

Liber non est quem superbus inflammat aius.

Seneca de breuitate uitæ.

Horum misera conditio est: qui nec suis quidem laborant occupationibus: ad alienum dormiūt somnum: & ad alienum ambulant gradum.

Seneca Tragœdia quarta.

Fortem facit uicina libertas senem.

Seneca Ibidem.

Ingenia melius recta in laudes se ferunt:
Si nobilem animum uegeta libertas alit.

Seneca Tragœdia. vii.

Rara est in dominos iusta licentia.

Cicero Cicero lib. Paradoxorum.

Quid autem est libertas? nisi potestas uiuendi ut uelis.

Quintilia. Quintilianus de clamatione. x.

Genus seruitutis est coacta libertas.

Aristoteles Aristoteles lib. i. polyticorum.

Virtus & malicia determinant seruos: & liberos: nobiles: & ignobiles.

Aristoteles lib. vi. polyticorum.

Opus libertatis est uiuere ut uult aliquis: quia seruus non uiuit ut uult.

Menāder. Menander.

ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς τἀληθῆ λέγειν. i.
Liberi enim uiri uera dicere. Idem
ἐλεύθερον φύλαττε τὸν σαυτοῦ τρόπον. i.
Liberum serua tui ipsius morem. Idem.
σαυτὸν φύλαττε τοῖς τρόποις ἐλεύθερον. i.
Te ipsum serua moribus liberum.

Lucanus lib. iiii. pharsaliæ.

Sed regna timentur
Ob ferrum: & sæuis libertas utitur armis.
Ignorat ne datos quisq̄ ne seruiat enses?

Horatius Horatius sermonū lib. ii. Satyra. vii.

Quis nam igitur liber? Sapiens sibi qui imperiosus:
Quē neq; paupies: nec mors: neq; uincula terrēt:
Responsare cupidinibus: contemnere honores:
Fortis: & in se ipso totus teres: atq; rotundus.
Externi ne quid ualeat per leue morari:
In quem manca ruit semper fortuna.

Horatius epistolarum li°. i. epistola prima.

Ad summam sapiens uno minor est Ioue: diues:
Liber: honoratus: pulcher: rex deniq; regum:
Præcipue sanus: nisi quum pituita molesta est.

Dantes Dantes paradisi cantica. cap. v.

Lo magior don che dio per sua largheza
Fece creando: & alla sua bontade
Piu conformato & quel che piu se appreza:
Fu de la uolunta la libertade
Di che le creature negligenti
E tute sole furo: & son dotade.

Liberum arbitrium ē idem realiter quod uoluntas: secundum q; in ea est uirtus intellectus: unde liberum arbitrium eē dicitur facultas uoluntatis & ratiōis. ex. b. Tho. prima parte. q. lxxxiii. ar. iii. iiii.

Liberum arbitrium non est i brutis. Ibidem. q. lviii. arti. iii.

Ecclēsici Ecclesiasti[illegible] xv.

Deus ab initio consti[illegible] hominem: & reliquit illū in manu consilii sui.

Libido græce ἐπιθυμία. Est autem libido quicquid libet: dicitur q; a labando: secundum Varronē: q; quæ placent in mentem prolabantur. Vnde non modo turpium: sed ēt honestarum rerum uoluntas libido dicitur. Salustius. Magisq; in decoris armis: & militaribus eqs: q̄ in scortis: atq; conuiuiis libidinem habent. Terentius. Neq; tuæ libidini aduersabor: hoc est uoluntati. Si uero libidiem simpliciter dicimus: neq; cuius rei additur: de uenerea intelligimus: hinc libidinosus: hoc est in libidinem propensus: & libidinose: molliter: lasciue descendunt. Libidini subsunt: Ira: excandescētia: odium: Inimicicia: discordia: Indigentia: Desyderium: &c. huiusmodi. secundum Ciceronem lib. Tus. quæst.

Linea. g. γραμμή. -dicitur. Et ē magnitudo quæ ad unū. i. ad unam partem diuidit. secundum Aristotelen. lib. i. de Cæ. & mundo.

Linea est longitudo sine latitudine: & ,pfunditate: Cuius extremitates sunt duo puncta secundum. Marcum Varronem.

Lineam sic diffinit Εὐκλείδης Euclides. γραμμὴ ἐστι μῆκος ἀπλατές. i. longitudo illatabilis.

Linea consanguinitatis est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum: ab eodem stipite descendentium diuersos continens gradus: secundum bea. Tho. iiii. sen. di. xl. q. ii. ar. i.



Ingua græce. γλῶσσα. ω. ν. & γλωσσώδης. ο. ν. liguoſus dicit. Dicitur autem ligua a ligando cibo. ſecundum. M. Varronem.
Lingua dicit a lingẽdo: quia lingit adulãdo: mordet detrahẽdo: ſecundũ Hugonem lib. ii. de anima. Placet tamẽ magis opinio Varronis. lingua enim cibos conglobat: & deprimit ac tranſmittit in uentrẽ: uel dicitur: q ſit dẽtium ſeptis: quaſi muro circum uallata: ac ligata.

Iob. Iob cap. xi.

· Nunquid qui multa loquitur nõ audiet? aut uir uer
Dauid. boſus iuſtificabitur? Dauid pſal. cxxxviiii.

· Vir linguoſus non dirigetur in terra: Virum iniuſtũ mala capient in interitu.

ꝓuerbioꝝ. Prouerbiorum cap. iiii.

· Remoue a te os prauum: & detrahentia labia ſint procul a te. Prouerbiorum cap. viii.

· Arrogantiam & ſuperbiam: & uiam prauam: & os bilingue deteſtor. Prouerbiorum cap. x.

· In multiloquio non deerit peccatum: qui autẽ moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt.
Prouerbiorum capº. xii.

· Propter peccata labiorum ruina proximat malo.
Prouerbiorum. c. xiii.

· Qui cuſtodit os ſuum cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſyderatus eſt ad loquendum: ſentiet mala. Prouerbiorum Ibidem.

Qui detrahit alicui rei ipſe ſe in futurum obligat.
Prouerbiorum. xv.

· Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. Lingua ſapientum ornat ſcientiam: Os fatuorum ebulit ſtulticiam. Ibidem.

· Lingua placabilis lignum uitæ: quæ autem immoderata eſt: conteret ſpiritum. Prouerbioꝝ. c. xv.

· Lætatur homo in ſententia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus. Prouerbioꝝ. c. xvii.

Qui cælat delictum quærit amicicias: qui altero ſermone repetit ſeparat fœderatos. Ibidem.

· Qui moderatur ſermones ſuos doctus & prudens eſt: & pcioſi ſpiritus uir eruditus. Prouerb. xviii.

· Labia ſtulta miſcent ſe rixis: & os eius iurgia prouocat. Os ſtulti contritio eius: et labia ipſius ruina animæ eius. Verba bilinguis quaſi ſimplicia: & ipſa perueniunt uſq; ad interiora uentris. Ibidẽ.

· Qui plus reſpondet q̃ audiat: ſtultum ſe eſſe demõſtrat: & confuſione dignum. Ibidẽ. c. xxiiii.

Labia deoſculabitur qui recta uerba reſpondet.
Prouerbiorum Ibidem.

· Ne ſis teſtis fruſtra cõtra proximum tuum: nec lactes quẽq̃ labiis tuis. Prouerbioꝝ c. xxv.

· Quæ uiderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito: ne poſtea emendare non poſſis: quum dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuã tractes cum amico tuo: & ſecretum extraneo ne reueles. Ne forte inſultet tibi cum audierit: & exprobrare non ceſſet. Ibidem.

· Patientia lenitur princeps: & lingua mollis cõfringet duriciam. Prouerbiorum Ibidem.

· Iaculum: & gladius: & ſagitta acuta: homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium. Prouerbiorum Ibidem.

· Sicut urbs patẽs & abſq; muroꝝ ambitu: Ita uir: q non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.
Prouerbiorum. c. xxvi.

· Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam: ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuã: ne ſibi ſapiens eſſe uideat. Prouerb. c. xxvi.

· Qui imponit ſtulto ſilentium: iras mitigat. Ibidẽ.

· Lingua fallax non amat ueritatem. & os lubricum operatur ruinam. Prouerbiorum. xxix.

· Homo qui blandis: & fictis ſermonibꝰ loquitur amico ſuo: rete expandit greſſibus eius.
Prouerbiorum. c. xxix.

· Totum ſpiritum profert ſtultus: ſapiens differt: & reſeruat in poſtcꝝ. Prouerbioꝝ. c. xxix.

· Vidisti hominem uelocem ad loquendum? ſtulticia magis ſperanda eſt: q̃ illius correctio.
Eccleſiaſtes. c. iiii. Ecclẽſtes.

· Multas curas ſequuntur ſomnia: & in multis ſermonibus inuenietur ſtulticia. Eccleſiaſtici. c. v. Ecclẽſtici

· Si eſt tibi intellectus reſponde proximo: ſin autem: ſit manus tua ſuper os tuum: ne capiaris in uerbo indiſciplinato: & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua uero imprudentis ſubuerſio eſt ipſius: Eccleſiaſtici. c. vi.

· Verbum dulce multiplicat amicos: & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundabit. Eccleſiaſtici. c. vii.

· Noli uerboſus eſſe in multitudine presbyterorum: & non iteres uerbum in oratione tua.
Eccleſiaſtici. c. viiii.

· Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & temerarius ĩ uerbo ſuo odibilis erit. Ecclẽſtici. c. xi.

· Priuſq̃ audias ne reſpondeas uerbum: & in medio ſeniorum ne adiicias loqui: de ea re: quæ te nõ moleſtat. Eccleſiaſtici. c. xiiii.

· Beatus uir qui non eſt lapſus uerbo ex ore ſuo.
Eccleſiaſtici. c. xviii.

· Ante iudicium para iuſticiam tibi: & anteq̃ loquaris diſce. Eccleſiaſtici. c. xix.

· Eſt qui labitur in lingua ſua ſed non ex animo. Quis eſt. n. qui non deliquerit in lingua ſua?

Ecclesiastici.c.xxi.
Narratio fatui quasi sarcina in uia: n m in labiis sen sati inuenietur gratia. Ecclesiastici.c.xxii.
Qui narrat uerbum non audienti: quasi qui exci/tat dormientem de graui somno.
Ecclesiastici capitulo.xxii.
Cum stulto ne multum loquaris: & cum insensato ne abieris. Ecclesiastici.c.xxviii.
Aurum tuum & argentum tuum consla: & uerbis tuis facito stateram: ne forte labaris in lingua: & cadas in conspectu inimicorum insidiantium ti/bi: & sit casus tuus insanabilis in mortem.
Ecclesiastici.c.xxxii.
Vbi auditus non est non effundas sermonē. Ibidē.
Adolescens loquere in tua causa: uix quum neces/se fuerit. Ibidem.
In medio magnatorum loqui non presumas: & ubi sunt senes: non multum loquaris.
Ecclesiastici.c.xxxvii.
Cum uiro irreligioso tracta de sanctitate: & cum iniusto de iusticia: & cum muliere: de his q̄ æmula tur: cum timido de bello: cum negociatore de tra/iectione: cum emptore de uenditione: cum uiro li/uido de gratiis agēdis: cum impio de pietate: cum inhonesto de honestate: cum operario agrario de omni opere: cum operario annuali de consumatio ne anni: cum seruo pigro de multa operatione.
Matthæ⁹. Matthæus.c.xv.
Non quod intrat in os hoc coinquinat hominem sed quod procedit ex ore coinquinat hominem.
Ibidem.
Non intelligitis quia omne quod i os intrat: in uen trē uadit: & i secessum emittitur: Quæ autem pro cedunt de ore de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitatiões ma læ: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: fal/sa testimonia: blasphemiæ: hæc sunt q̄ inquinant
Marcus hominem. Marcus.c.vii.
Nihil est extra hominem introiēs in eum: quod pos sit eum coinquinare: sed quæ de homine proce/dunt illa sunt quæ coinquinant hominem.
Ioannes. Ioannes.c.iii.
Paulus. Qui de terra est: de terra loquitur.
Paulus ad Corint.primæ.c.xv.
Corrumpunt mores bonos colloquia mala.
Paulus ad Ephesios.c.iiii.
Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat.
Ibidem.c.v.
Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis: turpe est & di/cere. Paulus ad Colossenses.c.iiii.
Sermo uester semper in gratia sale sit conditus: ut sciatis quomō oporteat uos unicuiq; respōdere.
Paulus ad Tessalonicenses primæ.c.ii.
Exhortatio enim uestra non de errore: neq; de im mundicia: neq; in dolo: sed sicut probati sumus a deo: ut crederetur nobis euangelium: Ita loqui/mur: non quasi hominibus placentes: sed deo: qui probat corda nostra.
Paulus ad Thimotheum secūdæ.c.iii.
Stultas autem: & sine disciplina quæstiones deui/ta: sciens quia generant lites.
Iacobus. Iacobus in epistola.c.i.
Sit autem omnis homo uelox ad audiēdum: tardus autem ad loquendum: & tardus ad irā. Ibidem.
Si quis autem putat se religiosum esse: nō refrenās linguam suam: sed seducens cor suum: huius ua/na est religio. Iacobus.c.iii.
Si quis in uerbo non offendit: hic perfectus est uir. Potest etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad consen/tiendum nobis omne corpus illorum circumferi mus. Et ecce naues cum magnæ sint: & a uentis ualidis minentur circumferuntur autem a modi/co gubernaculo: ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est: & magna exaltat. Ecce quantus ignis: q̄ magnā sil/uam incendit. Et lingua ignis est uniuersitas ini/quitatis. Petrus apostolus primæ.c.iii. Petrus.
Qui enim uult uitam diligere: & dies uidere bonos coerceat linguam suam a malo: & labia eius ne loquantur dolum. Ioannes primæ.c.iiii. Ioannes
Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur: & mundus eos audit. Iudas Apostolus in epistola. Iudas
Hii sunt murmuratores querulosi: secundum desy dería sua ambulantes: & os eorum loquitur su/perbiam: mirantes personas quæstus causa.
Augustinus in Enchyridion: & habetur xxii.q.ii.c.Is autem. Augustin⁹
Verba propterea instituta sunt: non ut p ea se inui/cem homines fallant: ut eis quisq; in alterius noti ciam cogitationes suas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam: non ad quod sunt instituta pecca/tum est. Augustinus de natura & grā.
Ante te est æquitas: unam linguam habes ad quod uis eā uertes. Quare ergo potius ad iniquitatem: & non ad æquitatem: cibos amaritudinis nō das uentri: & cibos iniquitatis das linguæ tuæ mali/gnæ: sicut eligis quo uescaris: sic elige quod loqua ris. Aug.li.i.de Verbis domini.
Linguam nullus hominum domare potest. Homo domat feram: & non domat linguam. Domat leo nem: et non frenat sermonem. Domat ipse: et nō domat seipsum. Domat quod timebat: nec se do/mat. Non timet quod timere debebat.
Augustinus de Moribus ecclesiæ.
Naturæ ordo ita se habet: ut quum aliquid dicim⁹

rationem præcedat authoritas. Nam infirma ra/
tio uideri potest: quæ quum reddita fuerit autho/
rem postea per quem firmetur assumit.

Hierony⁹. Hieronymus super.xii.prophetas li.ii.
super illud Ezechielis. Filii hominis.

Pro signo sunt interioris hominis uerba erumpen/
tia: quō libidinosum qui sua cælat uerba: & uitia
callide: interdum turpis sermo demonstrat: Mino
ribus.n.maiora monstrantur. Vultuq; & oculis
dissimulari non potest conscientia: dum luxuriosa
& lasciua mens lucet in facie: & secreta cordis mo
tu corporis & gestibus iudicat.

Hieronymus & habetur.xxii.q.v.c. Quotiēs.

Quotiens uero loquimur: aut non opportuno tem
pore: aut non ī opportuno loco: aut nō ut conue
nit audientibus: totiens sermo malus procedit de
ore nostro: ad destructionem eorum: qui audiunt.
Consyderemus itaq; quid loquamur: quia pro om
ni ocioso uerbo reddituri sumus rationē in die iu/
dicii. Hieronymus ad Heliodorum.

Nihil impudentius arrogantia rusticorum: qui gar
rulitatem authoritatem putant: & parati ad lites
in subditos intonant.

Ambrosius super Beati immaculati

Ambrosi⁹. Periculosum est dicere non solum falsa: sed etiā ue/
ra: si is ea non quibus oportet insinuet: quod uiti/
um quadripartitum est: uel adulationis: uel auari
ciæ: uel iactantiæ: uel loquacitatis incautæ.

Ambrosius li.i.de uirginitate.

Ingreditur mors per ostium tuum: si falsum loqua/
ris: si turpiter: si procaciter. Postremo: si ubi non
oportet loquaris. Ambrosius li.i.de Officiis.

Quāplures uidi loquendo in peccatum incidisse:
uix quempiam tacendo: Ideoq; tacere nosse: q̄ lo/
qui difficilius est. Ibidem.

Alliga sermonem tuum ne luxuriet: ne lasciuiat: q
multiloquio peccat: sibi colligat: sit restrictior: &
rippis coerceatur: cito lutum colligit amnis & un
das. Iugum sit uerbis tuis: & statera: atq; mēsura:
Vt sit grauitas in sensu: In sermone pondus: atq;
in uerbis modus. Ambrosius li.i.de Officiis.

Sapiens priusq̄ loquatur: multa consyderat: quid
dicat: cui dicat: quo in loco: & in tempore.

Gregrius. Gregorius li°.v.moralium.

Praui sicut in sensu leues sunt: Ita in locutione præ
cipites. Quia quod leuis conscientia concipit: le/
uior protinus lingua prodit. Greg. Ibidem.

Quum intentionem bonam locutio cauta non se/
quitur: ipsa pietatis propositio: In transgressionis
uitium uertitur.

Gregorius moralium li.vi. In fine.

In omni quod dicitur: necesse est ut causa: tempus:
& persona pēsetur. Si uerba sententiæ ueritas ro/
borat. Si hoc tempus congruum postulat: Si ueri/
tati sententiæ & congruitati temporis non repu/
gnat. Greg. in Homelia.vi.

Omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homi
nes reddent de eo rationem ī die iudicii. Ociosum
quippe uerbum est: quod aut utilitate rectitudi/
nis: aut iustæ necessitatis caret.

Greg. li.vii. Moralium.

Tempus tacendi: & tempus loquendi. Discreta ui
cissitudine pensanda sunt tempora: ne aut quum
restringi debet lingua: per uerba se inutiliter sol/
uat: Aut quum loqui utiliter potest semetipsam
pigre restringat. Ibidem.

Quot superuacuis uerbis mens a silentii sui censu/
ra dissipatur. quasi tot ruinis extra se ducitur: un/
de redire interius ad sui cognitionem non sufficit:
quia p multiloquium exterius sparsa: uim intimæ
consyderationis amittit. Grego.vii. Morali.

Si illatas molestias lingua tranquille diceret: a con/
sciētia dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus
cruciant: quia quum putredo quæ intus feruet
eicitur: ad salutem dolor aperitur.

Gregorius.viii. Moralium.

Lingua sub magni moderaminis liberatione frenā
da est: non insolubiliter obliganda: Ne aut laxata
in uitium defluat: aut restricta etiam ab utilitate
torpescat. Grego. li.xvi. Moralium.

Isti sunt casus culpæ crescentis: ut lingua quum nō
restringitur: nequaq̄ ubi ceciderit iaceat: sed sem/
per ad deteriora descendat.

Gregorius.xviii. Moralium.

Aliquando sancti etiam coram hominibus cōpel/
luntur bona facere: aut etiam hominibus sua fa/
cta narrare. Sed ad eum finē omnia referunt: ut
non ipsi ex eisdem operibus: sed deus glorificetur.
Dum.n. facta pdicant: ipsa eorum prædicatio for
tasse despicit: quorum uita nescitur. Compellun/
tur igitur uitam suam dicere: ut auditorum suorū
ualeant uitam mutare: & facta sua referunt: et ue
nerari appetunt: ut reuerenter audiant. Scriptum
quippe est. Quum eleuarentur animalia; eleuabā
tur simul & rotæ: quia uidelicet quum auditorum
mentes prædicantium uitam conspiciunt: necessa
rio & i prædicatione admirantur: Hinc est q̄ præ/
dicatores boni & honorem propter elationem fu/
giunt: & honorari propter imitationem uolunt.

Idem in pastorali.

Qui dimittit aquam caput est iurgiorum. Aquam
quippe dimittere est linguam in fluxu eloquii rela
xare: quo contra ī bona etiam parte dicitur aqua
profunda: uerba ex ore uiri. Qui ergo dimittit
aquam caput est iurgiorum: quia qui linguam nō
refrenat: concordiam dissipat.

Io.Chryſ.

Ioan.Chryſoſto.ſuper Matthæum.

Malum hominem melius poteſt tacēdo aliquis uincere: q̄ reſpondendo. Quia malicia non inſtruitur ſermonibus: Sed excitatur. Ideo dñs. Recedēdo compeſcere ſtuduit: quos reſpondendo non compeſcuit.

Iſydorus.

Iſydorus ſoliloquiorum li.ii.

Vanus ſermo cito polluit mentem: & facile agitur quod libenter auditur.

Hugo.

Hugo.li.ii.de Anima.

Lingua dicitur quia lingit adulando mordet detrahendo: attrahit mentiendo ligat & ligari non poteſt: labilis eſt: & teneri nō poteſt: ſed labitur & fallit. Labitur ut anguilla: penetrat ut ſagitta: tollit amicos: multiplicat inimicos: mouet rixas: Seminat diſcordias: uno ictu multos percutit: & interficit: blāda eſt & ſubdola: lata & parata ad exhauriēda bona: & miſcēda mala. Qui cuſtodit linguā ſuam: cuſtodit animam: Quoniam mors & uita in poteſtate linguæ eſt.

Caſſiodor.

Caſſiodor⁹ ſup illud ps. Dixi Cuſtodiam.

Quis eſt hominum ſic cautus: ut ſi inter æmulos loquatur nullum eius uerbum incurrat aliquā quæſtionem? Difficilis res eſt in lubrico faucium conſtitutam ueritatis rigidæ tenere menſuram: cui ſi incante frena laxentur: frequenter contra ſe loquitur. Facilius enim culpa tacendo refugitur: q̄ loquendo. Salomon dicit: Ori tuo facito oſtium: & ſeram: & uerbis iugum: atq; ſtateram.

Boetius.

Boetius de Conſolatione li.iii. Proſa.xii.

Platone ſanciente didiciſti cognatos de quibus loquuntur rebus oportere eſſe ſermones.

Origenes.

Origenes ſuper epiſtolam ad Rom.li.iiii.

Dolus eſt: quum aliquid quis lingua loquitur: aliud uolutat in corde: Quod crimen neſcio ſi nudos quoſq;: & electos relinquat. Sed puto q̄ ali⁹ plus: alius minus: nemo tamē ſic ad hoc perfecte liber: niſi ille de quo dicitur. Qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Seneca.

Seneca ad Lucillium. Epiſtola.xxiiii.

Turpe eſt aliud loqui: & aliud ſentire.

Idem epiſtola.xxxviii.

Non multis uerbis opus eſt: ſed efficacibus. Seminis modo ſpargenda ſunt.

Seneca epiſtola.xxix.

Tardiloquum eſſe te iubeo. Seneca epiſt.xl.

Quemadmodum ſapienti uiro inceſſus modeſtior conuenit: Ita oratio preſſa non audax: Summa ergo ſummarum hæc erit tibi. Tardiloquentem te eſſe iubeo. Seneca epiſtola.cvii.

Nemo quod audierit tacebit. Nemo quantum audierit loquetur. Seneca in prouerbiis.

Imago animi ſermo eſt. Qualis uir talis oratio. Magnum eſt uocis & ſilentii temperamentum. Garrulo non reſpondere conuitium eſt.

Seneca Ibidem.

Loquax inimicus: q̄ taciturnus minus offendit.

Seneca libro de moribus.

Vt licentioſa mancipia animi imperio redige linguam: cupiditatemq; opprime: ſi non potes paululum remitte. Sæpe ea quæ ſanari ratione non poterant ſanata ſunt tempore. Seneca Ibidem.

Priuſq̄ promittas delibera: ſed quum promiſeris ſtatim facias. Seneca Ibidem.

In hoc incumbe: ut libētius audias: q̄ loquaris. Auribus frequentius utere: q̄ lingua. Qui neſcit tacere: neſcit loqui. Seneca Tragœdia.iiii.

Curæ leues loquuntur: Ingentes ſtupent.

Seneca Tragœdia.ix.

Animi retine uerba furentis.

Temere emiſſam comprime uocem.

Plato

Plato in Thymeo.

Propter hoc nobis datus eſt ſermo: ut præſto forent mutuæ uoluntatis iudicia.

Ariſtoteles

Ariſtoteles li.i.Ethicorum.

Sermones inquirendi ſunt: ſecundum materias de quibus ſunt. Ariſtoteles li.ii.Ethicoꝝ.

In obſcuris: apertis teſtimoniis oportet uti.

Ariſtot li.iiii.Ethicorum.

Qualis unuſquiſq; eſt: talia dicit: & talia operatur: & taliter uiuit. Ariſtotel.li.x.Ethicorum.

In actionibus humanis minus creditur ſermonib⁹: q̄ operibus. Ibidem.

Quando ſermones diſſonant in operibus ſenſibiliter tunc contemnuntur. Ariſtol.Ibidē.

Sermones conſonantes operibus ſunt acceptandi: diſſonantes uero deſpiciendi ſunt.

Ariſt.li.i.Politicorum.

Nullum aliorum animalium ſermonem habet: niſi homo. Ariſtoteles Ibidem.

Homini natura ſermonem dedit.

Ariſtoteles de Regimine principum.

Exemplis utimur in docendo: ut facilius intelligatur quod dicitur.

Ariſto.Epiſtola ad Alexandrum.

Sic uiue: uel loquere cum deo: tanq̄ hoīes audiant.

Ariſt.li.i.Peryhermenias.

Ea quæ ſunt i uoce ſunt earum quæ ſunt in aīa paſſionum notæ. Ideſt uoces ſunt ſigna conceptuum animæ. Ariſto.li.i.Peryhermenias.

Propter noſtrum affirmare: uel negare nihil ſequitur in re. Ariſt.li.i.Prioꝝ.

Exempla ponimus: non q̄ ita ſint: Sed ut ſentiant adiſcentes. Ariſto.li.ii.Topicoꝝ.

Loquendum eſt ut plures: Sapiendum eſt ut pauciores. Ariſtot.li.v.Topicorum.

Conturbat audientem: quod frequēter dicitur.

La.Diog.

Laer.Dioge.de uita & mor. Philoſophorum.

Noli cito loqui. Est enim insaniæ iudicium dicebat Bias. Macrobius saturnalium li.i.

Macrobi⁹. Oportet enim uersari in conuiuio sermones ut castitate integros: ita appetibiles uenustate. Ibidē.

Nam superfluum uideo inter sapientes nota proferre. Sic etiam loquendum est cum hominibus: tanq̄ dii audiant: & sic loquendum cum diis: tanquam homines audiant. Cuius secunda pars sentit: ne quid a diis petamus quod uelle nos indecorum sit hominibus confiteri.

Macrobius saturnalium li.ii.

Comes facundus in uia pro uehiculo est.

Macrobius saturnalium li⁹.v.

Amænitas intertexta fastidio narrationum medet.

Idem Saturnalium li.vii.

Hæc una de philosophiæ uirtutibus: Quia quum orator non aliter: nisi orando probetur: philosophus non minus tacendo pro tempore: q̄ loquendo philosophatur. Cicero in paradoxis.

Cicero. Nihil est tam incredibile: quin dicendo fiat probabile. Cicero Rhetoricorum nouorum li.ii.

Difficillimum est inuentum expedire: & expedite pronunciare.

L. Apulei⁹ Lucius Apuleius de dogmate Platonis.

Omnium terrenorum nihil homine præstabilius prudentia dedit: cui quidem linguæ: & dentium uallum: & ipsius oculi uetustas accessit: quod quidem aliis animantibus ad explendam uictus necessitatem inferendasq; uentri copias cōparatum est: sed homini promptuarium potius rectæ rationis: & suauissimæ orationis datum est: ut quæ prudentia corde concepit: ea sensu premat oratio.

A. Gelius. Aulus Gelius noctium athicarum.li.i.c.xv.

Qui sunt leues: & futiles: & importuni locutores: qui q; nullo rerum pōdere innixi uerbis humidis & lapsantibus defluunt: Eorum orationem bene existimatum est i ore nasci: non i pectore. Linguā autem debere aiunt non esse liberam: nec uagā: Sed uiclis de pectore imo: ac de corde apertis mo/ ueri: & quasi gubernari. Ibidem.

Hesiodus poetarum prudentissimus linguam non uulgandam: sed recondendam esse dicit perinde ut thæsaurum: eiusq; esse in promendo gratiam plurimam: si modesta: & parca: & modulata sit.

Aulus Gelius Ibidem.

Optimus est homini linguæ thesaurus: & ingens Gratia quæ parcis mensurat singula uerbis.

Aulus Gelius li.xi.c.ii. recitans uerba.

M. Catonis contra quēdā Albinum.

Breuiloquentiam quisq; in dicendo colat.

phocylides Phocylides.

ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου

ὅπλον ἑκάστῳ μὲν θεὸς φύσιν περίφοιτον.

ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ' ἀλκήν τε λέουσι

ταύροις δ' αὐτοχύτοις κέρεσσιν. κέντρα μελίσσαις.

ἔμφυτον ἀλκὰς ἔδωκε. λόγον δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι. idest.

Scutum sane sermo homini potentius est Ferro. Scutum unicuiq; tribuit deus. Naturalē uolatitē Auib⁹ q̄dē multā celeritatē: fortitudinēq; leonib⁹: Tauris autem innata cornua: aculeos apibus Innatū auxiliū dedit. Sermo aūt defēsaculū hoib⁹.

Bias. Bias.

ἄκουε πολλά. λάλει δ' ὀλίγα .i.

Audi multa: Sed loquere pauca. Pittacus. Pittacus.

ἡ γλῶττα μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ.i.

Lingua ne præcurrat mentem. Idem.

μὴ σπεῦδε λαλῶν.i. Noli festinare loquendo.

Hesiodus. Hesiodus.

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος φειδωλῆς. πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.i.

Optimus est homini linguæ thesaurus: & ingens Gratia: quæ parcis mensurat singula uerbis.

Menander. Menāders

πρὸς εὖ λέγοντας οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω. idest.

Aduersus bene dicentes nihil cōtradicere hēo. Idē.

ἰσχυρότερον δέ γ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου.

Potentius autem nihil est sermone. Idem.

λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος. idest.

Sermo enim est tristiciæ remedium solus. Idem.

λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.i.

Sermone me persuasisti remedio sapiētissimo. Idē.

λόγοις ἀμείβου τὸν λόγοις πείθοντά σε.

Sermonibus respōde sermonib⁹ illi q p̄suadet tibi.

Idem.

λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.i.

Tristiciam enim beniuolus scit medicari sermo.

λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ.i.

Sermone administratur mortalium uita solo. Idē.

μέγιστον ἐστιν ὀργῆς φάρμακον λόγος.

Maximum est iræ remedium sermo. Idem.

ὁ λόγος ἰατρὸς ἐστὶ τῶν κατὰ ψυχὴν πάθους.i.

Sermo medicus est: quæ est in alo passionis. Idem.

εἰ μὴ παρὰ καιρὸν ἐκφέρ' ἀνατρέπει βίον.

Verbum cōtra oportunitatē dictum subuertit uitā.

Idem.

εἶπας λόγον τις. οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.i.

Quum emiserit fermonẽ aliqs:nõ refumet rurfus.
Idem.
ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.i.
Animi ægrotantis eft medicina fermo. Idem.
Δίρμοιρος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακηγόρος.i.
Infœlix fis potius q̃ maledicus. Idem.
ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.i.
Viri character ex fermone cognofcitur. Idem.
Apolinarius. Apolinarius.
ἂμ μὲν ἀπόντα λέγῃς μὲ κακῶς οὐδὲν ἀδικεῖς με.
ἂν δὲ παρόντα καλῶς ἴσθι κακῶς με λέγων.i.ideft.
Si ã me abfẽte dixeris malenulla afficis iniuria me
Si de præfente bñ.Scias te male de me dicere.
Theodor. Theodorides.
θνατοῖς ἡ γλῶσσα δολία πάντων κακῶν ἀγχάλιμος.
ἀφροσύνη γὰρ τίκτει πολλάκις δυστυχίαν.i.
Mortalibus in lingua dolofa morbus.effrenis
Stulticia parit fæpe infœlicitatem.
Terentius Comedia.vi.
Nihil eft dictu facilꝰ. Virg.Aeneidos.li.viii.
Varioq; uiam fermone leuabant. Idẽ li.xiii.
Variisq; trahunt fermonibus horas.
Ouidius. Ouidius met amorpho.li.xiii.in principio.
Tutius eft igitur fictis contendere uerbis
Quam pugnare manu.
Ouidius epiftola Medeæ ad Iafonem.
Quis uellet tanti nuncius effe mali?
Ouidius amorum li.ii.Elegia.ii.
Vidi ego compedibus liuentia crura gerentem:
Vnde uir inceftum fcire coactus erat.
Pœna minor merito: Nocuit mala lingua duobꝰ.
Vir doluit:famæ damna puella tulit.
Crede mihi:nulli funt crimina grata marito:
Nec quẽq̃: quamuis audiat illa iuuant.
Ouidius de ponto li.ii.Elegia.ii.
Lingua file:non eft ultra narrabile quicq̃.
Ouidius faftorum li.ii.
Et feruet multo linguaq; corq; mero.
Proptius. Propertius li.ii.Elegia.i.
Nauita de uentis:de tauris narrat arator.
Enumerat miles uulnera:paftor oues.
Propertius li.ii.Elegia.xxxi.
Sed tu non debes inimicæ credere linguæ:
Semper formofis fabula pœna fuit.
Tibullus. Tibullus li.i.Elegia.ii.
Et mea nunc pœnas impia lingua tulit.
Horatius. Horatius in arte poetica.
Decipimur fpecie recti. Breuis effe laboro:
Obfcurus fio. Sectantem lænia nerui
Deficiunt:animiq;.Profeffus grandia turget.
Serpit humi tutus nimium:timidufq; procellæ.
Horatius in arte poetica.
Vt filuæ foliis pronos mutantur in annos.
Prima cadunt:ita uerborum uetus intent ætas.
Et iuuenum ritu florent modo nata:uigentq;.
Horatius Ibidem.
Triftia mœftum
Vultum uerba decent. Iratum plena uinarum:
Ludentem lafciua:feuerum feria dictu:
Format enim natura prius: nos intus ad omnem
Fortunarum habitum:iuuat aut impellit ad irã:
Aut ad humum mœrore graui deducit:& angit:
Poft effert animi motus interprete lingua.
Horatius Ibidem.
Nefcit uox miffa reuerti.
Idem Sermonum libro primo: Satyra prima.
Ridentem dicere uerum
Quis uetat? Idẽ epiftolaꝝ li.i. Epiftola.ii.
Plenius æquo
Laudat uenales qui uult extrudere merces.
Dantes purgatorii cant.capitulo.iiii. Dantes.
Et pero quando fode cofa o uede
Che tenga forte a fe lanima uolta
Vaffene il tempo e lhom non fenauede.
Dantes paradifi cantica.c.i.
Transhumanar fignificar per uerba
Non fi porria pero lexemplo bafti
A cui experienza gratia ferba.
Fran.Petrarcha Triampho mortis.c.ii. Fr.Petrar.
Se dire hai altro ftudia deffere breue:
Et col tempo difpenfa le parole.
De hac materia hẽs multa ĩfra in Taciturnitas.

Litigium ĝ ἔρις.ιδος.ἡ. & ἐρίζω litigo. Eft aũt litigium.ppñe cõtradictio ĩ uerbis: nõ ex defectu amoris aĩos uniẽtis: fed ex hoc q; qs nõ uerec' cõtriftaƌ pfonã.ex.b.Tho.2ª.2ᵉ.q.cxvi.ar.x. Litigium a litigo uenit: Illud aũt a lis deducit. Lis uero(ut qdam uolunt:)a limes dr:q; primæ inter hoies lites de limitibꝰ fuerint: a litigo qd eft difcepto:contendo:uenit litigiofum:hoc eft id de quo lis ẽ. Litigiofus q freq̃nter ĩ litibꝰ uerfat'.

Litteratura græce γραμματικὴ.ῆς.ἡ.& γράμμα.τος.τὸ.littera dr. Eft aũt littera minima pars uocis cõpofitæ: fignificatq; elemẽtum ut A:uel B. Si fingulariter declinaƌ. Si uero pluraliƌ epiftolas fignificat. Poetæ tñ fingularẽ pro plurali nõ nunq̃ utuntur neceffitate carmis: præfertim exametri:uel pentametri:in qbus litteras:uel litteris: locari nõ poffunt. Ouidius. Quã legis a rapta Brifeide littera uenit. Hinc litteratꝰ: qui litterarum ftudiis eruditus eft: cuius contrari um eft illiteratꝰ:hinc etiã litterula diminutiuum: hinc oblittero:quod eft obfcurefacio: & ex homi

num memoria tollo: quasi e litterarum monumentis deleo: ab hoc fit oblitteratio.

Litura non a littera: sed a lino: habet enim primam breuem. Ouid. Quascunq; aspicies lachrymae fecere lituras.

Littera autem: quasi legitera: q legentibus iter praebeat uel (ut alii): a lino quoniam scribendo illinitur: hoc est leuiter inducitur attramentum.

Locatio graece ἐκλοσισ. ιος. ἡ. & ἐκδίδωμι loco dicitur. Est autem locatio per sonae: uel rei ad usum facta concessio mercede in pecunia numeranda conuenta.

Locator dicitur ille qui rei suae usum alteri pro precio concedit: ut loco tibi domum meam: Ego sum locator: Tu uero conductor.

Locare est usum alicuius rei precio concedere: a quo locatio dicitur. Cicero. Vxoris fundus erat colono locatus. Aliquando locare est marito dare. Plautus. Filiam eius pupillam locauit. Vnde illocabilis: quae tradi uiro non potest. Palutus. Virginem habeo grandem: dote cassam: atq; illocabilem. Aliquando significat ponere: quasi in loco constituere. Virg. Hic alta theatri fundamenta locant alii. Aliquando idem est q reponere: unde locatum repositum dicimus. A loco fit locatarius: q domum aut fundum aliud ue simile in locatione conducit.

Locus graece τόπος. ου. ὁ. dicitur. Estq; terminus corporis continentis immobilis primum. secundum Aristo. li. iiii. Physico.

Locus est idem per essentiam: quod superficies corporis locantis. scdm. b. Tho. ii. sen. di. xii. q. v. ar. i.

Locutio graece λαλιά. ᾶς. ἡ. & λαλέω loquor dicitur. Est autem locutio uocis p linguam explanatio. secundum Aristotelen li. iiii. de Animalibus.

Longanimitas graece μακροθυμία. ας. ἡ. & μακρόθυμος. ου. ὁ. longanimus dicitur. Est autem longanimitas uirtus qua habetur animus tendendi in aliquid distans in longinquum. scdm. b. Tho. pria scdae. q. lxx. ar. iii.

Longanimitas magis respicit spem: q timorem: uel audaciam: uel tristiciam: sicut etiam magnanimitas. ex. b. Tho. scda scdae. q. cxxxvi. ar. v.

Luctus graece κλαυθμός. ου. ὁ. & ὀδύρομαι lugeo dicitur. Est autem luctus dolor qui exterius proditur uultu ipso: atq; aspectu: a lugeo. Saepe ipse habitus uultus: atq; uestis luctus dicitur.

Luctus est planctus pro mortuis. scdm. b. Tho. sup ps. xxxiiii. co. x.

Luctus est aegritudo ex eius qui charus fuerat interitu acerbo: scdm Ciceronem li. Tus. quaestionum. De hac materia uide supra in Lachryma.

Lucubratio graece ἀγρυπνία. ας. ἡ. & ἀγρυπνος. ου. ὁ. uigil dicitur. Est autem lucubratio idem quod uigilia: & a lucubro uenit: quod est uigilo. Opus etiam ipsum quod fit lucubrando lucubratio dicitur. Quia haec ad lucernam fieri solent. Huius diminutiuum est lucubratiuncula.

Lucrum graece κέρδος. ους. τό. & κερδαίνω lucror dicitur. A quo uerbo uenit Cerdo donis: q est quicunq; artes illiberales exercet quaestus gratia: q graece κερδοφόρος. ὁ. Hoc est astutus: & quasi κέρδωπα di Cercopa graeci uocant: quem nostri lucrionem uocat. i. lucrari undiq; cupientem.

Cassiodorus epistolarum li. ix. Epistola. iii. Cassiodor.

Aurum sigdem p bella quaerere nefas est: p maria piculum: p familiaritates opprobrium. In sua uero natura honesta sunt lucra: per quae nemo laeditur. Bene quaeritur: quod de nullis dominis abrogatur. Cassiodorus epistola. xiiii.

Commodum debet esse cum modo. Nā si mensuram qualitatis excesserit: uim sui nominis non habebit. Idem li. xi. epistola. viii.

Illud tñ uere possumus lucrum dicere: quod cōstat deum non punire. Plautus i Asinaria. Plautus

Necesse ē facere sumptum: q quaerit lucrum.

Hesiodus. Hesiodus

μὴ κακὰ κερδαίνειν. κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.

Noli male lucrari: Mala lucra aequalia dānis. Menād. Menāder.

βίον πορίζου πάντοθεν πλὴν ἐκ κακῶν. i.

Victum acquire undiq; praeter q ex malis. Idem.

βέλτιστε μὴ τὸ κέρδος ἐν παντὶ σκόπει. i.

Optime noli lucrum in omnibus cōsyderare. Idē.

κέρδος πονηρὸν φεῦγε καὶ κέρδος κακόν. i.

Morem malum fuge: & lucrum malum. Idem.

κέρδος πονηρὸν μὴ λαβεῖν βούλου. idest.

Lucrum malum ne capere uelis. Idem.

κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει. idest.

Lucrum malum: damnum semper fert.

τὰ μικρὰ κέρδη μείζονας βλάβας φέρει. i.

Paruum lucrum maiora damna fert.

τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος. ἂν δίκαιον ᾖ.

Lucrum puta lucrum: si iustum sit.

τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται.

Turpia autem lucra calamitates pariunt.

Sophocles in Aiace. Sophocles

μὴ χαῖρ' Ἀτρείδη κέρδεσιν μὴ καλοῖς. i.

Ne gaudeas Atride lucris non honestis.

Iuue nalis. Satyra. xiiii.
Lucri bonus est odor ex re Qualibet.

LVmen graece φῶς . ωτὸς . τὸ . & φωσ/τήρ . ήρος . ὁ . luminare dicitur. Est autē lumen qualitas inhaerens diaphano: se/cundum quam diaphanum ē actu transparens: secundum Aristotelem li. ii. de Anima.

Lumen est color perspicui: secundum accidens per aliud scilicet a corpore lucido. secundum Aristot. li. de sensu & sensato.

Luminare dicitur esse corpus lucēs: & radios emittens: ut sol: luna: & omnes stellae. Non autem corpus diaphanum: nec opacum. ex. b. Tho. ii. sen. di. xv. q. i. ar. i.

LVx pariter φῶς . ωτὸς . τό . dicitur. Est autem lux non corpus: nec est euidentia coloris: secundum. b. Tho. prima parte. q. lxvii. art. ii.

Lux differt a lumine radio: & splēdore. secundum eundem. ii. sen. di. xiii. q. iii.

LVXVria Peccatum
- Mortale est quandocunq; est cum deliberatione.
- Veniale. quando non adest consensus rationis.
- Generale quia hēt spēs q̄ sunt
  - Fornicatio.
  - Stuprum.
  - Adulterium.
  - Raptus.
  - Incestus.
  - Sacrilegium.
  - Vitium cōtra naturā est a quo ipossibilis est gña/tio plis: & fit. iiii. modis
    - Si procuratur pollutio uenerea delectationis causa absq; concubitu: & dicitur. . . . . Molicies.
    - Si fiat cum illicito concubitu ad rem nō eiusdem spe/ciei: & dicitur. . . . Bestialitas.
    - Si fiat per concubitum ad indebitum sexum: & dicit (Sodomia.
    - Si nō seruetur naturalis modus concūbendi: aut q̄tū ad instrumentum inconueniens: aut q̄tū ad alios bestiales: & monstruosos concumbendi modos: & est . . . . . . Innominatum.

    zz². q. cliiii. ar. i. v.
  - Impudicitia quae pertinet ad act⁹ circunstantes actum uenereum: sicut sunt oscu/la: tactus: & alia huiusmodi.
- Capitale. quia scd̄m. b. Greg. xxxi. mo. inde oriunt. viii. ui/tia: qa ex luxu (tia.
  - Rōnis act⁹ q̄ttuor de/ordinat. s.
    - Simplex intelligētia aprehendens aliquē finē: uel bonum: quae maxime per luxuriam deordinatur: & haec dr̄. Caecitas mētis.
    - Consilium: quod est inquisitio co᷑: q̄ sunt ad finem: Cuius Deor/dinatio dicitur. . . . . . . Praecipitatio.
    - Iudicium de agendis quod est quaedam determinatio iusti eorum q̄ sunt ad finem: & haec deordiatio dicitur . . Inconsideratio.
    - Praeceptum de agendis: quod est quaedā uelox executio co᷑: q̄ prae/consiliamus: uel p̄iudicamus: & dicitur. . Inconstantia.
  - Voluntatis act⁹ q̄tū ad
    - Appetitū fi/nis: Cui⁹ de/ordinationē. (sequitur
      - Amor sui inordinatus: q̄tū aliquis inordinate appetit delectabilia carnis.
      - Odiū dei: qm̄ licet i se cōsyderatū nēo ualeat odis/se: pōt tm̄: inq̄tū p̄hibet: et punit dlectabilia carnis.
    - Appetitū eorū q̄ sunt ad finem seq̄t.
      - Affect⁹ p̄ntis saeculi: inq̄tū. s. aliqs uult frui uolup/tate.
      - Horror futuri saeculi: & hoc sequitur ex priori.



Vxuria græce 'ασω/τία.ας.η'. et 'ασώ/τως. Luxurioſe: & 'ἄσωτος.ου.ὁ'. Luxurioſus dicitur. Eſt autē luxuria ſolutio in uoluptates ſcdm Iſydorū lib. Ethimologiarum. Luxuria eſt concupiſcētia experiēdæ uoluptatis: uel coucubitus deſyderum: ſupra modum: uel contra rationem efferens ſcdm Hugonem lib. de ſacramentis.

Luxuria eſt appetitus inordinatus uenereorū ſcdm b. Tho. ſcda ſcdæ. q. clııi. & in quæſtionibus de malo. q. xv.

Luxuria principaliter eſt circa uoluptates uenereas Secundario autē dicit exceſſum in aliis ex. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. clııi. ar. i.

Luxuria: ſiue luxuries: ſiue luxus: eſt imoderata appetitio cuiuſcunq; rei gratæ: rationi non obtemperans. Capitur q; pro imoderata profuſione: Cicero. Intelligimus q̄ ſit turpe deffluere luxuria: delicate: ac molliter uiuere. Sumitur etiam pro nimia rei abundātia. unde luxuriare quoquo modo profundere: Modo nimium abūdare ſignificat. Virg. Luxuriē ſegetum tenera depaſcit i hærba. Reperitur etiam luxurior aris: & luxor aris in eadem ſignificatōne. Dicun tur autem hæc a luxo: qd ſignificat ſoluo: a quo etiam luxa: & luxata membra dicuntur ſoluta: & ſuis locis mota. Item luxati: quorum membra ſuis locis mota ſunt. Plynius. Alteræ radix decocta luxatis prodeſt.

Exodi. Exodi capitulo. xxii.

Maleficos non patieris uiuere. Qui coierit cum iumento morte moriatur.

Leuitici Aug. ſup illud Leuitici capitulo. xx. & habetur. xv. q. i. Mulier.

Mulier quæ acceſſerit ad omne pecus: & uult aſcendi ab eo interficietis mulierem. & pecus morte moriatur. Rei enim ſunt. Quæritur quomodo ſit reū pecus: quū ſit irrationabile: nec ullo modo capax legis eſt. Item pecora inde credendū eſt iuſſe interfici: quia tali flagitio cōtaminata indignam refricant facti memoriam.

Auguſtin⁹ Aug. de chriſtiana fide: & habetur. xxxii. q. v. capitulo. Nec ſolo.

Nec ſolo affectu: & tactu: ſed aſpectu quoq; appetitur: & appetit concupiſcentia fœminæ. Nec dicatis uos animos habeẽ pudicos: ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus ipudici cordis eſt nuncius: & quum ſe ſibi inuicem etiam tacēte lingua conſpectu mutuo corda nunciant impudica: & ſecundum concupiſcentiam carnis ardore alterutro delectātur: etiam intactis ab imūda uiolatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus.

Aug. li. xii. de ciuitate dei.

Luxuria non eſt uitium corporum pulchrorum: uel ſuauium: ſed animæ peruerſæ amātis corporeas uoluptates neglecta temperantia: qua aptamur ſpiritualibus. Aug. lib. xv. de ciuitate dei.

Sicut iniquum eſt auiditate poſſidendi tranſgredi limitē agrorum. Ita iniquum eſt libidine concūbendi ſubuertere limitem morum.

Aug. li. de doctrina chriſtiana.

Luxuria eſt inimica deo: inimica uirtutibus. perdit omnem ſubſtantiam: & ad præſens uoluptatē deliniens futuram non ſinit cogitare paupertatem.

Aug. li. confeſſionum.

Ex uoluntate peruerſa facta eſt libido: & dum ſeruitur libidini facta eſt conſuetudo: dum conſuetudini non reſiſtitur: facta eſt neceſſitas.

Idem de ſingularitate clericorum.

Quanti & quales epiſcopi & clerici poſt confeſſionum: & uictoriarum calcata certamina: poſt magnalia: & ſigna mirabilia uſq; quaq; mōſtrata: no ſcuntur cum hiis omnibus naufragaſſe: quum uolunt i naui fragili nauigaẽ. Quātos leones domuit una infirmitas delicata. i. luxuria: quæ quum ſit uilis & miſera de magnis efficit prædam.

Hieronymus ad matrem & ad filiam. Hierony⁹.

Qui luxuriatur: uiuens mortuus eſt. Ferreas mentes libido domat: quæ maiorem in uirginibus patitur famē: dum dulcius: omne qd neſciunt: putat.

Hieronymus in epiſtola. xxxxiii.

Ventrē diſtentū cibo uoluptas ſequitur genitaliū.

Ambroſius li. de Abel & Chaim. Ambroſi⁹.

Sæuus criminum ſtimulus libido eſt: quæ nunq̄ manere quietum patitur affectum. Nocte feruet: die anhelat. Greg. li. xxii. moralium. Gregorius

Quælibet alia fiāt bona opera: ſi luxuriæ ſcelus nō abluitur: imenſitate huius criminis obruuntur.

Greg. Ibidem.

Malum luxuriæ aut cogitatiōe ppetratur: aut opere. Callidus enim aduerſarius noſter: quū ab effectu operis expellitur: ſecreta cogitatione polluere nititur. Ioānes Cryſ. ſup Matthæum. Io. Chryſ.

Vitium libidinis facile ex uacantia & ocio naſcitur. Nā diffinitio amoris hæc ē: animæ uacātis paſſio. Item dicit Poeta. Ocia ſi tollas piere cupidinis arcus. Cōtemptæ q; iacēt & ſine luce faces.

Iſydorus de ſūmo bono li. ſcdo capitulo. xxxviiii. Iſydorus

Principaliter his duob⁹ uitiis diabolus humano generi dominaẽ. i. ſupbia mētis: & luxuria carnis: unde Iob de diabolo dicit: ſub umbra dormit i ſecreto thalami: & locis humentibus: per thalamū inanis ſuperbia: & per loca humētia carnis luxuria demonſtratur.

Bernardus. Bernardus super Cantica.

Luxuriae currus quadriga uoluitur. Vitiorum iglu uiae: uidelicet uentris: Libidine coitus: Mollicie uestium: ociiq; saporisq; resolutione. Trahitur equis aeque duobus: prosperitate uitae: & rerum abundantia: & qui his praesidet: duo: ignauiae torpor: & infida securitas:

Boetius. Boetius de Scholastica disciplina.

Meretrix nonaria: est inferni ianua: uia iniquitatis: Scorpionis percussio: Viscerium scelerum: Puteus interitus.

Seneca. Seneca Tragoedia .iiii.

Vincit sanctos dira libido. Idē Tragoedia .viii.

Totum per orbem maximum est exortum Malum luxuria pestis blanda.

Aristoteles. Aristot. li. iii. de animalibus.

Omne animal multae pinguedinis ē pauci seminis. Arist. li. v. de animalibus.

Leporis foemina equitat marē in coitu. Ibidem.

Vir appetit coitum in hyeme: mulier in aestate. Aristoteles Ibidem.

Mutatio uocis est signum motus ad coitum. Idem li. vi. de animalibus.

Gallinae multum ouantes cito moriuntur. Aristoteles Ibidem.

In omnib⁹ animalibus est appetitus & dilectio coitus. Idem ibidem.

Omne quadrupes magis desyderat in uere coitum: q̄ in alio tempore. Idem li. xv. de aīalibus.

Sperma est superfluum nutrimenti. Aristot. li. vii. de animalibus.

Accidit hominibus: & quadrupedibus coitum desyderantibus ad tactum & uisum subito spermatizare. Aristot. li. animalium. xviii.

Viri multorum pilorum ad coxas: & a parte inferiori sunt multi coitus. Aristot. Ibidem.

Mulier & equa super omnes foeminas diligunt coitum. Arist. li. xviii. de animalibus.

Puberes plus delectātur in coitu q̄ caeterae aliae aetates: & quanto plus assuescunt: tāto plus appetunt.

Cōmētat. Commentator sup li⁹. de cā longitudis & breuitatis uitae.

Qui multum coeunt parum uiuunt. Vnde castrati plus uiuunt: q̄ non castrati. Ibidem.

Propter paucitatē coit⁹: plus uiuit mulus: q̄ equus: & masculꝰ: q̄ foemīe. L. Diog. de uita et mo. phil.

L. Diogen. Demosthenes stomachum Laidis nobilissimae meretricis iocando suppalpitās: & quaeritans: hoc quāti: tum: illa dicente mille denariis: respōdit: Ego poenitere tanti non emo. Cicero li. officiorum.

Cicero. Atq; etiam si consyderare uolumus: quae sit in natura hois excellētia: & dignitas: intelligemus q̄ sit turpe defluere luxuria: & delicate: ac molliter uiuere: q̄ q; honestum parce: continenter: seuere ac sobrie. Cicero li⁹. Officiorum.

Luxuria uero quum oi aetati sit turpis: tum maxie senibus foedissima est. Cic. Rhaet. nouo. li. ii.

Maius est maleficium stuprare igenuam: q̄ sacrum legere: quum alterum propter egestatem: alterum propter intemperatam superbiam fiat. Cicero in li. de senectute.

Libidinosa intempansq; adolescentia effoetum corpus tradit senectuti. Macrobi⁹ saturnaliū. li. iii. Macrobi⁹.

Viros triumphales uictores gentium luxuria uicit. Valerius maxi. li. ix. titulo de Luxuria. Val. maxi.

Blandum est malum luxuria: quā accusare aliquāto facilius est: q̄ uitare. Ibidem de Annibale.

At cāpana luxuria p quā utilis ciuitati nrae fuit: inuictum .n. armis Annibalē illecebris suis cōplexa uincēdum romano militi tribuit. Claudianus. Claudian⁹

Luxuries predulce malum: quae dedita semper Corporis arbitriis hebetat caligine sensus. Ouidius li. ii. de remedio amoris. Ouidius.

Nec minus erucas aptum est uitare salaces:
Et quicquid Veneri corpora nostra parat.
Vtilius sumas acuentes lumina rutas:
Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Ouidius epistola Briseidis ad Achillem.

Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis:
Praesentesq; oculos admonuisse sinu.

Propertius li. iii. Elegia. xii. Propertius

Certa qdem tantis causa est manifesta ruinis:
Luxuriae nimiam libera facta uia est.

Martialis li. ix. ad Ponticum. Martialis.

Pontice q; nunq̄ futuis: sed pellice laeua
Vteris: & Veneri seruit amica manus:
Hoc nihil esse putas: scelus ē (mihi crede) sed igēs:
Quantum uix animo concipis ipse tuo.
Nempe semel futuit generaret Horatius ut tres.
Mars semel: ut geminos Ilia casta daret.
Omnia perdiderat: si mastrubatus uterq;
Mandasset manibus gaudia foeda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum
Istud: quod digitis Pontice perdis: homo est.

Horatius sermonum li. i. Satyra. i. Horatius.

Desine matronas sectarier: unde laboris
Plus haurire mali est: q̄ ex re decerpere fructus.

Iuuenalis Satyra prima. Iuuenalis.

Sane mercedem sanguinis: & sic
Palleat: ut nudis pressit qui calcibus anguem:
Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram:

Iuuenalis Satyra sexta.

Quod enim non excitet inguen
Vox blanda & neq̄ digitos habet.

Dantes inferni cant. c. v. Dantes.

I uenni in loco dogne luce mutto:
Che mugia come fa mar per tempesta:

Che da contrario uento e combatuto.
La buſſera infernal che mai non reſta
Menar li ſpiriti cum la ſua rapina:
Voltando & percotendo gli moleſta.
Et quando egiongon inanzi alla ruina:
Quiui le ſtrida: col pianto: & lamento:
Biaſteman quiui la uirtu diuina.
Inteſi chal cuſi facto tormento
Eran damnati ipeccator carnali:
Che la ragion ſometten al talento.



Agiſter graece διδάσκαλος.ου.ο.. dicit. Et is appellatur qui alicuius rei præ ceteris curam gerit ſecundũ. Hoſtien. Magiſtri proprie dicuntur artium praeceptores: transfertur tñ hoc nomen ad omnes: quibus praecipua cura rerum incumbit. Dicuntur: autem uel a monendo: uel monſtrando: uel φ magis cæteris poſſint: uel φ magis: q̃ cæteri diligentiam: & ſollicitudinem rebus: quibus præſunt: debent. A. magiſter: magiſtro: hoc eſt moderor: guberno. & Magiſterium: quod nõnulli pro ipſa magiſtri dignitate uſurpit.

Iacobus. Iacobus in epiſtola capitulo. iii.

· Nolite plures magiſtri fieri fratres mei: ſciẽtes quoniam maius iudicium ſumitis.

Auguſtin⁹. Auguſtinus li. iiii. de Ciuitate dei.

· Non debet curare qui docet: quanta eloquentia doceat: ſed quanta euidentia. Propter quod aliquando negligat uerba cultiora. Nec curet q̃ bene ſonet: ſed quid quomodo indicet: quod offerendo intendit. Aug. li. iiii. de doctrina Chriſtiana.

· Doctor in ſuo ſermone mallet rebus placere q̃ uerbis. Nec exiſtimat dici melius: niſi quod dicit uerius: Nec doctor uerbis ſeruiat: ſed uerba doctori.
Idem libro. iiii. de doc. Chriſtiana.

· Bonus doctor uulgi more loquatur: ut ambiguitas obſcuritasq; uitentur: Non ſic dicat: ut a doctis: ſed ab indoctis dici ſolet. Quid enim prodeſt locutionis integritas: quam non ſequitur intellect⁹ audientis. Hieronymus ſuper illud Mat/

Hierony⁹. thæi. xxii. Magiſter ſcimus quia uerax es.

Magiſtrum uocant: ut quaſi laudatus myſterium cordis ſui ſimpliciter aperiat: eoſq; uelit habere diſcipulos. Hierony. ſuper epiſtola ad Titum ſuper illud. Non iracundum: &c.

Nihil eſt foedius praeceptore furioſo: qui quom debeat eſſe mãſuetus & humilis ad omnes ex diuerſo: toruo uultu: trementibus labiis: rugata fronte: effrenatis conuiciis facie inter pallorem & ruborem uariata clamore perſtrepitat: & errantes nõ tã a bono retrahit: q̃ ad malum ſua ſæuicia praecipitat. Hieronymus epiſtola. xxxvi.

· Habet neſcio quid latentis Energiæ uiua uox: & in aures diſcipuli de doctoris ore transfuſa fortius ſonat. Hieronymus epiſtola. lxxxviiii.

Magiſter probæ ætatis & uitæ eruditioniſq; eligendus eſt. Nec puto erubeſcit doctus uir illud facere in propinqua uel nobili uirgine quod fecit Ariſtoteles in Philippi filio: ut ipſa librorum uarietate: · initia monſtraret litterarum. Non ſunt contemnenda quaſi parua: ſine quibus conſtare magna non poſſunt. Hieronymus Ibidem.

· Græcorum narrat hyſtoria Alexandrum potentiſſimum regem moribus & inceſſu Leonidis Pedagogi ſui non potuiſſe carere uitiis: quibus adhuc paruulus fuerat infectus.
Hieronymus epiſtola. lxxxviiii.

Procliuis enim eſt malorum æmulatio: & quorum uirtutes aſſequi neſcis uitia imitaris.
Gregorius in paſtorali. c. i. Gregorius

· Sunt pleriq; qui metiri ſe neſciunt: quæ non didicerint docere concupiſcunt: qui pondus magiſterii tanto leuius exiſtimant: quanto uim magnitudinis illius ignorant:
Io. Chryſo. ſuper illud. xxii. Matthæi. Magiſter quod eſt magnum mãdatum in lege. Io. Chryſ.

Magiſtrum uocat: cuius non uult eſſe diſcipulus. De mãdato magno interrogat: qui nec minimum ſeruat. Iſydorus in Sinonymis. Iſydorus.

Dioniſius magiſtrum ſibi in grammatica elegit Donatum: in Rhoetorica Victurinum: in Theologia Gregorium Nazanzenum. Similiter ſibi Theophraſtus elegit Ariſtotelẽ: Ariſtoteles Platonem: Plato Socratem: Regina auſtri ſapientiſſimum Salomonem.
Boetius libro de Scholaſtica diſciplina. Boetius.

Doctor debet eſſe eruditus. Prius enim oportet: ut diſcat: q̃ doceat. Debet eſſe manſuetus: prout opportunum eſt. Debet eſſe rigidus: ut lites diſſoluat: oblatrantes remordeat: obloquentes reprimat: proteruiẽtes caſtiget. Debet eſſe diligẽs. Nã ſicut in uno quoq; opere mater conſtantia inuenitur: ita uniuerſæ doctrinæ nouerca eſt negligentia. Ibidem.

Sit in ſermone uerax: in iudicando iuſtus: in conſilio prouidus: in comiſſo fidelis: & conſtans in uultu: pius in aſpectu: uirtutibus iſignis: bonitate laudabilis. Boetius Ibidem.

Qui non nouit ſe ſubiici nunq̃ ſciet magiſtrati.
Boetius Ibidem.

Miſerum eſt enim eſſe magiſtrum: qui nunq̃ nouit ſe eſſe diſcipulum.

Boetius li. de Scholastica disciplina.
Discipulus debet esse beniuolus animo: attent' ad audiendum: docilis ad intelligendum: beniuolus ad retinendum. Boetius Ibidem.
Non est dignus scientia: qui scientiæ insurget præceptori. Boetius Ibidem.
Oportet q prius quis discat q̄ doceat.
Bernardus. Bernardus de præcepto & dispensatione.
Melius est obedire deo: q̄ hominibus: & ipsis melius magistris: q̄ discipulis. Porro in magistris melius nostris q̄ extraneis: quibus autem melius constat obedire: ipsis proculdubio non obedire est detestabilius. Seneca epistola. vii.
Seneca. Plus homines oculis q̄ auribus credunt. Longum enim iter per percepta: efficax & breue per exempla. Zenonē enim Cleantes non expressisset: si tātum eum audisset. Obseruauit illum: ut ex forma uiueret. Seneca epistola. lxv.
Multum egerunt q ante nos fuerunt: Sed nō peregerunt: Suscipiendi tamē sunt & ritu deorum colendi quam uenerationem præceptoribus meis debeo: eadem illis præceptoribus generis humani a quibus tanti boni initia fluxerunt: Si cōsulem uideo: aut prætorem: omnia quib' honor haberi solet faciam: equo desiliam: caput adaperiam: Semitam cedam. Quomodo ergo Marcum Catonem: & Lelium sapientem: & Socratem cum Platone in animum meum sine dignatione summa recipiam: Ego illos ueneror & tantis nobilibus assurgo.
Aristoteles. Aristoteles li. ix. Ethicorum.
Magistris diis & parentibus non potest reddi æquiualens. Aristoteles li. de morte & pomo.
Docentes alios mentiri non debent.
Iuuenalis. Iuuenalis Satyra. vii.
Nosce uolunt omnes: mercedem soluere nemo:
Mercedem appellas: quid. n. scio? culpa docentis
Scilicet arguitur: q læua in parte mamillæ
Nil salit arcadico iuueni. Ibidem.
Hos inter sumptus sextercia Quintiliano
Vt multum duo sufficient. Res nulla minoris
Constabit patri q̄ filius. Ibidem.
Pœnituit multos: uanæ sterilisq; cathedræ.
Iuuenalis Satyra. vii.
Dii maiorum umbris tenuem: & sine pōdere terrā:
Spirantesq; crocos: & in urna perpetuum uer:
Qui præceptorem sancti uoluere parentis
Esse loco. Iuuenalis Satyra. vii.
Rara tamen merces: quæ cognitione tribuni
Non egeat: sed uos sæuas imponite leges:
Vt præceptori uerborum regula constet:
Et legat hystorias: authores nouerit omnes
Tanq̄ ungues digitosq; suos: ut forte rogatus
Dum petit aut thermas: aut phœbi balnea: dicat
Nutricem Anchisæ: nomen patriamq; nouercæ
Archemoli: dicat quot Acestes uixerit annos:
Quot siculus phrygibus uini donauerit urnas.
De hac materia habes supra: ubi Disciplina: & Doctrina.


Agnanimitas græce μεγαλοψυχία . . . & μεγαλόψυχος . . . magnanimus dicitur. Est autē magnanimitas uirtus quæ uersat' circa magna secundum. Arist. li. iiii. Ethicorum.
Magnanimitas est uirtus magnorum beneficiorum effectiua: Cuius cōtrarium est pusillanimitas, secundum Aristo. li. i. Rhœtoricorum.
Magnanimitas importat extensionem animi: uel ad magna absolute: uel secundum proportionē: ex. b. Tho. secūda secūdæ. q. cxxviiii. ar. i.
Magnanimitas est uirtus tendens ad maxima: secundum rectam ratiōem. ex. b. Tho. Ibidē. ar. iii.
Magnanimitas quid differat a fiducia: Vide supra in Fiducia. Quid differat a Fortitudine: Vide supra in Fortitudo.
Ambrosius ad Simplicianum. Ambrosi'.
Sapiens non metu frangitur: non potestate mutat' non extollitur prosperis: non tristibus mergitur.
Seneca in epistola. lxxxxiii. Seneca.
Cogitanda ergo sunt omnia: & animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandus: exilia: tormēta: morbi: bella: naufragia: meditare.
Seneca de quattuor uirtutibus.
Si magnanimus fueris: nunq̄ indicabis tibi contumeliā fieri: De inimico dices non nocuit mihi: sed animum nocendi habuit: & quum illum in potestate tua uideris: uindictam putabis uindicare potuisse. Scito enim magnum & honestum uindictæ esse genus ignoscere. Seneca Ibidem.
Magnanimitas autem si ultra modum suum se extollat: faciet uirum minacē: inflatum: turbidum: inquietum: & in quascunq; excellentias dictoy: atq; factorum neglecta honestate festinum: qui momentis omnibus supercilia subrigens: ut bestiarius ingetat: excitat: alium ferit: alium fugat: sed talis aut miserum appetit finem: aut erumnosam sui memoriam derelinqt. Mēsura ergo magnanimitatis est: nec timidum esse hominem: nec audacem: Seneca de quattuor uirtutibus.
Eris magnanimus: si pericula non appetas: ut temerarius: nec formides ut timidus. Nam timidum non facit animum: nisi repræhensibilis uitæ conscientia. Seneca Ibidem.

Magnitudo aūt animi: si a comitate humana sit re/
mota feritas quædā erit: & immanitas.
Seneca in epistolis.
Pauper fiam? inter plures ero? exul fiam? me na/
tum putabo quo mittar. Non sum uni angulo na/
tus: patria mea totus mundus est.
Seneca epistola.xxxvii.
Magnanimi est magna contemnere: & mediocria
malle: q̄ nimia. Seneca epistola.xxxx.
Animū excellentē: moderatum omnia tanq̄ mino/
ra transeuntem: quicquid timemus: optamusq; ri
dentem cælestis potentia agitat. Non potest res tā
ta sine adminiculo numinis stare: quemadmodum
radii solis contingunt quidem terram: sed ibi sunt:
unde mittūtur: Sic animus magnus ac sacer con/
uersatur quidem nobiscum: sed hæret origini suæ.
Seneca epistola.lxvi.
Animus intuendus: ut pariter fugiendorum ac pe/
tendorum: non ex opinione: sed ex natura precia
rebus imponēs: asperis blandisq; pariter inuictus:
neutri se fortunæ submittēs: supra omnia quæ cō
tingunt acciduntq; eminēs: imperturbatus: intre
pidus: quem nulla uis frangit: quem non attollunt
fortuita: nec deprimūt: talis animus uirtus est: hæc
est eius facies. Seneca. Ibidem.
Magnanimo de rebus magnis iudicandum est: for
tunacior est qui omnia rerum diuersarum onera ri
gida sustollit ceruice: eo qui supra fortunā extat.
Non mirum est in tranquillitate non cōcuti. Illud
mirare: ibi extolli aliquem: ubi omnes deprimun/
tur? Ibi stare: ubi omnes iacent.
Seneca epistola.lxxii.
Magnanimus stat rectus sub quolibet pōdere? Nul
la illum res minorem facit. Nil illi eorum quæ fe/
renda sunt displicet: quicquid cadere in hominem
potest: in se cecidisse nō queritur: uires suas nouit:
uincit fortunā uirtute. Seneca li. de moribus.
Nihil magnū est in rebus humanis: nisi magno ani
mo despicias. Seneca. Ibidem.
Proprium enim est magnanimitatis ueræ se nō sen
tire percussam: In magnis enim fera & magna ad
latratum canum lenta respicit.
Cicero. Gicero li.i. de officiis.
Viros fortes magnanimos esse: eosdem uolumus ue
ritatis amicos: minimeq; fallaces. Cicero. Ibidē.
Ad magnanimū pertinet neq; perturbatiōi animi:
neq; hominis: neq; fortunæ succumbere.
Cicero Ibidem.
Ad magnanimum pertinet ea quæ uidentur acer/
ba ita ferre: ut nihil a statu naturæ discedat: nihil a
dignitate sapientis. Cicero Ibidem.
Magnanimitas est uirtus spontanea difficilium ag
Lucanus. gressio & rationabilis. Lucan' li.ii. pharsalie.

Sit subitum quodcunq; paras. Ibidem.
Sed Cæsar in omnia præceps:
Nil actum credens: quum quid superesset agendū:
Instat atrox.

Magnificentia græce μεγαλοπρέπεια. ασ.α. & μεγαλύνω magnifico dicitur.
Est autem Magnificentia magnarum re/
rum: et excelsarum cum animi ampla quadam: &
splendida propositione cogitatio: atq; administra
tio. secundum Ciceronem in Rhet.
Magnificentia est uirtus magnitudinis sumptuum
effectiua: Cuius contrariū modicitas: scd̄m Arist.
lib.i. Rhet.
Magnificētia est uirtus factiua magnoꝝ. Et est uir
tus generalis: si sumatur facerē communiter. s. pro
omni opere. Si uero proprie scilicet pro operatio/
ne exteriori est uirtus spālis. ex. b. Tho. scda scdæ
q.cxxxiiii. art.i.

Maiestas græce δόξα. ησ.α. dicitur. Est q;
decus: amplitudo: & dignitas: uel populi:
uel senatus: uel magistratus: uel principis:
uel imperatoris: aut etiam priuati magni uiri: uel
alterius etiam rei inanimatæ.
Maiestatis crimen: iurisconsulti diffiniunt: esse qd
aduersus populum Romanum: uel aduersus secu
ritatem eius committitur.
Maiestas est summa potestas scd̄m b. Tho. sup epi/
stolam ad Hebræos. lec.ii. fin.

Malicia græce κακία. ασ.α. & κακός. ου. ο
malus dicitur. Est autē
malicia mētis atq; ani/
mi deprauatio: a trami
te ueritatis deuia scd̄m
Ambrosium in Exa/
meron.
Malicia est uersuta: &
fallax ratio nocendi. secundum Ciceronem. li.iii.
de natura deorum. Differt autem malicia a uicio/
sitate: q; malicia certi cuiusdam uicii nomen est:
Viciositas omnium.
Regum primi capitulo.xxii. Regum.
Si perseueraueritis in malicia: & uos: & rex uester
pariter peribitis. Sapientiæ capitulo.xvi. Sapientia.
Homo autem occidit quidem p maliciā animā suā.
Ambrosius in Exameron. Ambros'.
Mala non sunt nisi quæ crimine mētem implicant:
& conscientiā ligant. Gregorius sup Ioelem. Gregorius
Sicut ignis amoris mentem erigit: ita ignis maliciæ
inuoluit: Quia & spiritus sanctus cor quod replet
eleuat: & ardor maliciæ ad īferiora semp īcuruat.
Gregorius li.xii. moralium.
Mens praua semper in laboribus est: quia aut molli

tur mala quæ inferat: uel metuit ne sibi ab aliis inferantur: & quicquid contra proximos excogitatur: hoc contra se cogitari a proximis formidat.

Gregorius Nazizenus in apologitico.

Velocius maliciæ parua scintilla consumitur: q̄ uirtutis ignibus concalescere possimus: Nam & mel si plurimo parum absynthii iniectum uelocē amaritudinem tradidit: mellis etiam si duplum iniicia tur absynthio non poterit eius obtineri dulcedo.

Io. Chrys. Ioānes chrysostomus super Matthæum capitulo .ii.

Coerceri omnino nequit animus praua semel uolūtate uitiatus: quia zelus sapere nescit: & ira consilium non habet.

Io. chrysostomus super Matheū capitulo .xxii.

Sicut ignis quanto amplius ligna susceperit in maiorem flammā erigitur: sic anima mala quanto magis ueritatem audierit: eo amplius in malicia excitatur. Io. Chrysostomus. Ibidem.

Aetate minores: malicia pares. Nam pulli serpētiū statura breuiores sunt: ueneno autem æquales: catuli luporum: & si uenatione nocere non possunt: iam tamen sanguine gaudent: & moribus lædūt.

Io. Chrysostom' sup Matthæū capitulo .xxii.

Debuerūt Saducei timere Phariseoꝝ exemplo: ut ne similiter interrogantes confundantur. Sed ardens malicia dum se satiare festinat: rei exitum nō aspicit: maliuolentia enim & liuor nutriūt impudentiam.

Bernardus Bernardus super cantica.

Habet malicia cursum suum rotis quattuor consistentem: sæuicia: impatientia: audacia: impudentia. Valde enim uelox est currus iste ad effundendum sanguinem: qui nec innocētia sistitur: nec patientia retardatur: nec timore frenatur: nec pudore inhibetur. Trahitur autem duobus pernicibus equis: & ad omnem perniciem paratissimis: Terrena potentia: & sæculi pompa: porro præsident his duob' equis aurigæ duo: Timor: & Liuor. Timor quidem pompam: liuor patientiam agit.

Cassiodor. Cassiodorus sup illud. Anni eorū sicut Aranea.

Malignitatē uitæ nostræ similitudo declarat. Aranea est animal debile ac tenuissimum: quod transeuntib' muscis quædam retia dolosa contexit: sic anni illoꝝ qui sceleratis operibus dediti sunt: insidiis & subdolis machinationibus occupantur.

Ricardus. Ricardus de uerbis apostoli super illud. Nō in fermento maliciæ & nequitiæ.

Malicia est ex proposito & deliberatione malo cognito prono animo consentire.

Seneca Seneca epistola .lxxxii.

Malicia ipsa maximam partem ueneni sui bibit: at uenenum quod serpētes in alienam perniciem perferunt sine sua continent: non est huic simile: hoc habentibus pessimū est.

Seneca in Prouerbiis.

Male facere qui uult nusq̄ nō inuenit causam: maliuolus semper sua natura nititur.

Seneca Tragœdia .vi.

Capienda rebus in malis præceps uia. Ibidem.

Nil ratio & usus audet in magnis malis: tenet horror artus. Menander. Menāder.

ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην. idest.

Ducit diuinitas malos ad iudicium. Idem.

θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός. i.

Dei autem fugam non euitat mortalis. Idem.

λήσειν δὲ τέλους μὴ δόκει πονηρὸς ὤν. i.

Latere usq; in finem ne putes quum sis malus. Idē.

ὀξὺς θεοῦ ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πᾶν ὁρᾶν.

Acutus dei autem oculus ad omnia īspicieda. Idē.

ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ κἂν εὐτυχῇ. i.

Vir malus infœlix est: & si fœlix sit. Idem.

ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνουσίαν ἀεί. i.

Viri mali fuge concilium semper. Idem.

ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται. idest.

Viri mali cor non mitigatur. Idem.

δύσμορφος εἶναι μᾶλλον ἢ καλὸς κακός.

Deformis sim magis: q̄ pulcher malus.

τὸν δόλιον ἄνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον. idest.

Dolosum uirum fuge per totam uitam. Idem.

θεοῦ δ' ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.

Dei uituperium malos beneficio afficere.

καὶ ζῶν ὁ φαῦλος καὶ θανὼν κολάζεται. i.

Et uiuens malus: & mortuus punitur.

κακῷ σὺν ἀνδρὶ μὴ δ' ὅλως ὁδοιπορεῖ. i.

Malo cum uiro neq; omnino iter facias. Idem.

πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον. i.

Malum uirum nunq̄ facias amicum.

φασὶν κακίστους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς.

Dicunt pessimos mali illos qui sunt boni. Idē.

οὐ σ' ἔργον εὖ ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν. i.

Q uā difficile bene uiuere inter malos mores.

Ex p° Epigrammaton. Ex p° Epig.

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει. i.

Nullus hominum iniustorum pœnam non soluet.

De hac materia habes infra ubi Peccatum.

Malignitas græce κακία. ας. & πονηρός. οῦ. ὁ. malignus dicitur. Malignus uero dicitur q̄si malus ignis. i. praui habēs intentionem. secundum. b. Tho. super ps. xxxvi. prin°. Est enim malignus asper: difficilis: inuidus: auarus. Hinc malignam uiam quæ angusta: atq; ardua est. Virgilius. Aditusq; maligni.

Aliuolenti a græce κακόνοια. ας. ἡ. uel χαιρεκακία. ας. ἡ. & κακόνοος. ου. ὁ. maliuolus. Est autem maliuolentia uoluptas ex malo alterius: sine suo emolumēto: scdm Ciceronem li. Tus. quæst.

Malum græce. κακόν. ου. τό. dicitur: Et nihil est aliud q̄ boni priuatio. sicut tenebræ sunt priuatio luminis scdm Io. Damascenum li. ii. capitulo. iiii.

Malum nihil aliud est: q̄ bonum imperfectum: scdm b. Tho. scdo sen. di. xxxiiii q. i. De hac materia uide supra in malicia. Et infra in Peccatum.

Alluuium græce χειρόνιπτρον. ου. τό. dicitur. Et est uas in quo manus lauantur: ut pelluuium in quo pedes lauantur: qd etiam peluis appellatur. Hæc eadem feminino quoq3 genere malluuiæ & pelluuiæ dicuntur.

Anifestatio græce ἐπιφάνεια. ας. ἡ. & φανερός. οῦ. ὁ. manifestus dicitur. Est autem manifestum id qd: uel per confessionē uel probationem legitime notum fuerit: aut euidentia rei: quæ nulla possit tergiuersatione cælari. ut habetur in. c. quum olim de uer. signi.

Manifestum: hoc est clarum: apertum: quasi ad manus foris stans: hinc manifesto uerbum: & manifeste aduerbium: hoc est clare: & manifestarius: qui uulgo notorius dicitur. Plautus. Capio fustem: ob trunco gallum furem manifestarium.

Ansuetudo g. πραότης. τητος. ἡ. & πρᾶος. ου. ὁ. mãsuetus dicitur. Est autem mãsuetudo mediocritas circa iram: secundum Aristotelem li. iiii. Ethicorum. Mãsuetudo est depressio atq3 sedatio iræ: secū dum eūdem li. i. & ii. Rethori.

Mansuetæ feræ dicūtur cicures. Nam cicurare antiqui dicebant mansuefacere: secundum. M. Varronem: Et quicquid a fero discretum est dicit' cicur. Cicur ingenium dicimus mite atq3 mãsuetum: Videtur quæ deductum a cico. Nã cicū ueteres dicebãt mēbranã tenuē: quæ ē i malo punico discrimē.

Mansuetudo quid a clæmentia differat: uide supra in clæmentia.

Mãsuetudo qd a fortitudine: uide supra ĩ Fortitudo

Mansuetus & mitis quo differãt: uide infra ĩ Mitis.

Matthæ'. Matthæus. c. v.

Iacobus. · Beati mites quoniã ipsi possidebunt terrã. Iac. c. i.

· Abicientes omnem immundiciam & abundantiã maliciæ: in mansuetudie suscipite insitum uerbū: quod potest saluare animas uestras.

Augustinus sermone dñi in monte. Augustin'

Mites sunt qui credunt in probitatibus: & non resistunt in malo: sed uincunt in bono malum.

Ambrosius super Lucam li. v. Ambrosi'

Quum deposuero omne peccatum: & eruero omnē malicia: & simplicitate contentus fuero: inops malorum: superest ut mores temperē. Quid enim mihi, pdest carere sceleribus: nisi fuero mitis: atq3 mã suetus. Gregorius moralium li. xix. parte iiii. c. xxiii. & habetur di. xxxxv. c. Sunt nãq3. Gregorius

Sunt nãq3 non nulli ita districti: ut & omnē mãsuetudinem benignitatis amittãt: & sunt nõnulli ita mãsueti: ut perdant districti iura regiminis: Vnde · cunctis rectoribus utraq3 summopere sunt tenenda: ut nec in disciplinæ uigore benignitatem mansuetudinis: nec rursus in mansuetudine districtionem deserant disciplinæ: Quatenus nec a compassione pietatis obdurescant: quum cõtumacem corrigunt: nec disciplinæ uigorem molliant: quum in firmorum animos consolantur. Regat ergo uigor disciplinæ mansuetudinem: & mansuetudo ornet sermone uigorem. Et sic alterum commēdetur ex altero: ut nec uigor sit rigidus: nec mãsuetudo dissoluta. Io. Chrisostomus sup Matthæum. Io. Chrys.

· Ille uero mansuetus est: qui, quum prouocatus fuerit: nec malum cogitat facere: nec facit.

Bernardus super cant. Bernard'.

· Sunt quidam mites: sed q̄diu nihil dicitur: uel agitur: nisi pro eorum arbitrio. Patebit autem q̄ longe sint a uera mãsuetudie: si leuis oriatur occasio.

Isydorus soliloquiorum li. ii. Isydorus

Magna ē uirt': si nõ lædas a quo læsus es. Ibidē.

Magna est fortitudo: si etiã læsus remittas. Ibidē.

Magna est gloria: si cui potuisti nocere parcas.

Cassiodorus super ps. xxxiii. Cassiodor.

Mansueti lætentur: non dixit lege docti: non ieiunantes: non psalentes: sed mansueti lætentur: qui charitate præcipua habere omnium rerum temperantiam consueuerūt. Cassiodorus super ps. xxxvi. Mansueti hæreditabunt terram.

Mansuetos appellamus manu consuetos. idest patientes & mites: qui alienas iniquitates tolerant: nec aliquem grauare præsumunt.

Seneca in Hercule furente tragœdia prima. Seneca

Quisquis est placidæ potens dominus quæ uitæ.
Seruat innocuas manus:
Et incruentum mitis imperium regit.
Animæ quæ parcit: longa permensus diu
Fœlicis æui spacia: uel cælum petit:
Vel læta fœlix nemoris Elisii loca.

De hac materia uide supra ĩ clæmentia.

Anducatio dicit tria. s. fractionem: deglutitionē: & nutritionē scdm. b. Tho. iiii. se.

di.xii.q.i. ar.iii.

Anducatio dicit tria scilicet fractionē:de/
glutitionem: et nutritionem scdm.b.Tho.
iiii.sen.di.xii.q.i.ar.iii.

Anumissio ē libertatis datio .scdm Vlpia/
num:ut habetur insti.de liber.§.i.&.xii.q.
ii.Q uum redemptor.

Anus graece χτις.ρον.ν̄ς.dicitur.Est au
tem manus organum organorum:quia fa
cit omnia instrumenta:& est loco omnium
instrumētoꝶ:scdm.b.Tho.tertia parte.q.lxxxiii.
ar.v.Dicitur autem a manando ut(qdam uolunt)
ꝙ a brachiis manet: & ab ea digiti manent: est
q; membrum decentissimum. Manus interdum
significat multitudinem.Virg.Hic manus ob pa/
triam pugnando uulnera passi.Aliquādo pro pote
state.Ouidius.An nescis longas regib⁹ esse man⁹.

Are graece θάλασσα.σσ.ν̄ς.& θαλάσσι/
ος.ου.ο̄ς.marinus dicitur.Q uod autē ma/
re fluat & refluat:ē ex motu lunæ:cui aqua
naturalr subdit scdm.b.Tho.pria parte.q.cv.ar.vi.

Aria interpretatur stel
la maris:uel illumina/
trix.Et siro sermone do
mina ex.b.Tho.super
Matth.col.xxiiii.
Maria debet ꝓferri pe
nultima breui:ut Ma
rius:Ita & lucia profer
ri debet penultima bre
ui:quemadmodum: &
Augustin⁹ Lucius:licet usus oppositū usurpet apud plerosq;.

Augustinus in sermone assumptionis.

Auctrix peccati Aeua: auctrix meriti Maria.Aeua
occidendo obfuit.Maria uiuificādo profuit. Illa ꝑ
cussit.Ista sanauit.

Aug.in sermone de natiuitate beatæ Mariæ.

Aue maria gratia plena domin⁹ tecum:tecū in cor/
de: tecum in uentre: tecum in utero: tecum in au/
xilio. Aug.Ibidem.

Exultauit Maria:& matrem se læta miratur:& de
spiritu sancto se protulisse gaudet. Nec quia pepe
rit innupta terretur:sed quia genuit cum exulta/
tione miratur. Aug.in sermone annūtiatiōis.

Vera ratione censeo confitēdum: Mariam in Chri
sto:& apud Christū esse:In Christo: quia i ipso ui
uimus:mouemur & sum⁹:apud Christū:quia glo
riose ad æternitatem assumpta benignitate chri/
sti honoratius susceptam cæteris:atq; ad cōmunē
utilitatem non additam post mortem putredini
uidelicet uermi & pulueri.

Augustin⁹ in sermone de assumptione.

A maledictione Aeuæ excipit Maria:cui dictū est
in dolore paries filios:quia ipsa in lætitia parturi/
uit dominū.Igit similiter a maledictione Adæ ex/
cipi debuit:cui dicitur puluis es:& in puluerem re/
uerteris:Ergo non debuit incinerari:licet mortua
sit.Præceptum enim est honorare patrem & ma/
trem. Quum ergo Christus in uita præcæteris ho
norauerit matrem:Pium est credere ipsum in mor
te speciali gratia ipsam præceteris honorasse. Ca/
ro christi:caro uirginis est:& multo specialius est q̄
Ioseph:Iudæ cæterorumq; fratrum: q dicebat fra
ter & caro nostra est.Vnde sicut caro Christi nō ui
dit corruptionem:sic nec caro uirginis. Tronū dei
& thalamū domini:& tabernaculū Christi dignū
est ibi esse:ubi ipse:preciosissimum thesaurum di/
gnum est in cælo seruari q̄ in terra.Tantam igitur
integritatem merito incorruptibilitas non putre/
dinis ulla resolutio sequitur.

Augustinus Ibidem.

Facta est Mariæ humilitas scala cælestis:per quam
deus descendit ad terram.Q uid enim est dicere re
spexit humilitatem:nisi approbauit? Multi enim
uidentur in conspectu hominum humiles esse:sed
eorum humilitas a domino nō respicitur. Si enim
ueraciter humiles essent:non ab hominibus lau/
dari se uellent:non in hoc mundo:sed in deo spiri/
tus eorū exultaret. Aug.li.de natura & gr̄a.

Excepta uirgine Mariæ de qua propter honorē do
mini nullam prorsus haberi uolo questiōem : Inde
enim scimus:ꝙ ei plus collatum fuit gratiæ ad uin
cendum omni ex parte peccatum : quia cōciperet
ac parere meruit eum:quem constat nullū habuis/
se peccatū: Hac ergo uirgie excepta:si omnes san
ctos & sanctas:quum hic uiuerent cōgregare pos
sem:& iterrogare utrum essent sine peccato:quid
fuisse respōsum putamus?nisi quod ait Ioānes:Si
dixerimus quia peccatum non habemus &c.

Augustinus li.de uirginitate.

Foelicior part⁹ spiritualis: q̄ carnalis:Beatior enim
Maria fuit concipiēdo Christū fide:q̄ carne:Ma/
terna enim propinquitas nihil ei profuisset:nisi foe
licius ipsum fide:q̄ carne gestasset. Idē super il
lud Lucæ.xi.Beati qui audiunt uerbū dei &c.

Hoc est dicere . Mater mea quam appellatis foeli/
cem:Inde foelix est:quia uerbum dei custodit:non
qa in illa uerbum caro factum est.

Augustinus li.contra duas hæreses.

Sicut in trāsitu meo Mariæ non est corrupta uirgi/
nitas:sic mea ibi non est maculata maiestas.

Augustinus Ibidem.

Vnde sordes in Maria?quæ nec in concipiendo libi
dinem:nec in pariēdo est passa dolorem?Vnde sor
des in domo?in qua nullus habitator terræ acces/
sit.Solus ad eam eius fabricator:& dn̄s uenit.

Aug. Ibidem. Quomodo fiet istud.

Aeua inobediens meruit poenam. Maria obediens consecuta est gratiam. Illa gustando prohibitum maledicta: hæc credendo angelo benedicta.

Aug. li. de uirginibus.

Quod profecto non diceretur nisi deo uirginem se ante uouisset. Sed qa hoc Israelitarum mores adhuc recusabant: desponsata est uiro iusto: non uiolenter ablaturo: sed potius contra uiolantes custodituro quod illa iam uouerat.

Hierony⁹. Hieronymus in sermone de assumptione.

Aue maria gratia plena dominus tecum &c. Talibus nāq; decebat uirginem opignerare munerib⁹: Vt esset gratia plena: quæ reddidit cælis gloriā: terris deum: pacem q; refudit: fidem gentibus: finem uitiis: uite ordinem: moribus disciplinam:

Hieronimus Ibidem.

Quod natura non habuit: usus nesciuit: ignorauit ratio: mens non capit humana: pauet cælum: stupet terra: creatura omnis etiam cælestis miratur. Hoc totum est qđ per Gabrielem Mariæ diuinitus nūciatur.

Ambrosi⁹. Ambrosius sup Lucam.

Non mirum si dominus redempturus mūdum operationem suam tunc inchoauit a Maria: ut p quā salus omnibus parabatur: eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore.

Ambrosius super Lucam li. ii.

Maluit dominus aliquos de suo ortu q̄ de matris pudore dubitare: Sciebat enim teneram uirginis uerecūdiam: & lubricam famam pudoris. Nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis astruendam. Seruatur itaq; sanctæ Mariæ: sicut pudor̄ integra: ita inuiolabilis opinione uirginitas. Oportet enim sanctos & ab his testimonium habere: qui foris sunt: Nec decuit sinistra uirginis opinione uiuentib⁹ uelamen excussationis relinqui: qđ infamata mater quoq; domini uideretur.

Ambrosius, Ibidem.

Surgens maria &c. Non quasi incredula de oraculo: nec quasi incerta de nuncio: nec dubitis de exēplo: sed quasi læta pro uoto: religiosa pro officio: festina pro gaudio: in montana perrexit: Quo enim iā deo plena nisi ad superiora cum festinattione conscenderet? Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia.

Ambrosius sup Lucam li. x.

Seruatur itaq; sanctæ Mariæ sicut pudor̄ integra: ita inuiolabilis opinione uirginitas. Nec decuit uirginibus sinistre uiuentibus uelamen excusationis relinqui: q; infamata quoq; mater domini uideretur. Quid autem iudæis. Quid herodi posset ascribi: si natum uideretur ex adulterio prosequi: Quēadmodū ipse diceret: nō ueni soluere legem: sed adimplere: si uiderentur incipere a legis iniuria: quā partus innupte legæ damnaretur.

Ambrosius de uirginitate.

Quicūq; sibi Mariæ optat præmium: imitetur exēplum.

Ambrosius Ibidem.

Virgo Maria erat non solum corpore: sed & mēte: quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectū: Corde humilis: uerbis grauis: animo prudēs: loquendi parcior: legendi studiosior: nō incerto diuitiarum: sed in prece pauperum spem ponens: intenta opere: uerecunda sermone.

Ambrosius de uirginibus.

Quid nobilius dei matre? quid splendidius ea quam splēdor elegit? Quid casti⁹ ea quæ corpus sine corporis cōtagione generauit.

Ambrosius Ibidē.

Arbitrium mentis non hominem: sed deum quærere nullum lædere: omnibus bene uelle: maioribus assurgere: æqualibus nō inuidere: Iactantiam fugere: rationem sequi: ueritatē amare: Quādo ista fastidiuit humilem? quādo risit debilem? quādo uitauit inopem: Nihil in oculis toruum? Nihil i uerbis procax: nihil in actu inuerecundum: non gestus fractior: non incessus solutior: non uox petulantior: Vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mētis: figura probitatis: talem hanc euangelista monstrauit: talem angelus reperit: talem spiritus sanctus elegit: Quid enim in singulis morer? Quæ digna fuit ex qua dei filius nasceretur.

Ambrosius de uirginibus li. ii.

Quantæ in una uirgine species uirtutum emicant? secretum uerecundiæ: uexillum fidei: deuotionis obsequium: uirga intra domum: comes ad ministerium: mater ad templum.

Ambrosius de uirginibus li. ii.

Sit igitur nobis tanquā in imagine descripta uirginitas uita Mariæ: in qua uelut in speculo refulget species castitatis: & forma uirtutis: Hinc sumatis exempla uirtutis: ubi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis: quid corrigere: quid fugere: quid tenere debeatis ostendunt.

Ambrosius libro de uirginitate.

Talis fuit Maria: ut eius unius uita omnium disciplina sit.

Ambrosius in sermone de natiuitate beatæ uirginis.

Beata Maria priusquam conciperetur: uel nasceretur erat prænunciata: & designata miraculis: nata uero de progenie diuinitus ordinata priuilegio uirtutum insignis emicuit: saluatorem condidit: a quo glorificata in cælis nunquam terrigenis patrocinari desistit.

Ambrosius Ibidem.

Ipsa conteret caput tuum: Virgo sibi caput contriuit in eo q; humilitatem & uirginitatem deo sanctificauit: Virginitate namq; seruata probatur extinxisse concupiscentiam mentis: sicq; principali suggestione diaboli uicta uitiosum caput uirtutis

pede contriuit. Non tamen hoc ſolo: ſed eo q̃ maxi
me triumphauit: q̃ de ſua mundiſſima carne com
parata ſapientia uincit.

Ambroſius i ſermone natiuitatis beate uirginis.

Beata Maria nõ fortuitu: aut ſolum placito: ut qui
dam putant: ſed diuina diſpenſatione nomẽ acce/
pit: Ita ut ipſa quoq; uocabuli ſui figura magnum
quoddam innueret: Interpretatur enim ſtella ma/
ris. Nautis enim mare tranſeuntibus uocare eſt
opus ſtellam maris longe a ſupremo cæli cardine
coruſcantẽ: & ex reſpectu illius dirigere curſum:
ut poſſint portum deſtinatum appræhendere. Si/
mili modo fratres oportet uniuerſos chriſticolas in
ter fluctus huius ſæculi: Hanc enim Mariam quæ
ſupremo rerum cardine deo proxima eſt: & reſpe/
ctu exempli eius curſum uitæ dirigere. Quod qui
fecerit non iactabitur uanagloriæ uento: nec fran
getur ſcopulis aduerſorum: nec abſorbebitur uo/
ragine uoluptatum: Sed proſpere ueniet ad quie/
tis æternæ portum.

Grego. Gregorius in Regiſtro.

Dum unigenitus dei exiſtẽs ante ſæcula ex Mariæ
utero natus eſt homo: inueſtigabili miraculo facta
eſt: & ancilla hominis per deitatem: & mater uer/
bi per carnẽ. Greg. mor. ſup illud: Virtꝰ al
tiſſimi obrumbabit tibi.

Quia umbra non aliter exprimitur: niſi per lumen
& corpus: uirtꝰ altiſſimi Mariam obumbrat: quia
in eius utero lux icorporea corpus ſumpſit: ex qua
uidelicet obumbratione omne in ſe refrigeriũ mẽ/
tis accepit. Gregorius Ibidem.

Chriſtus non operante coitu: ſed ſpiritu ſancto ſu/
perueniente cõceptus eſt. Natus autem materna
uiſcera: & fœcũda exhibuit: & icorrupta ſeruauit

Io. Chry. Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

O ineſtimabilis Mariæ laus & Ioſeph: plus credi/
dit caſtitati: q̃ utero intumeſcẽti: plus gratiæ: q̃ na
turæ: cõceptionem uidit: ſed fornicationẽ non exi
ſtimauit: poſſibiliꝰ credebat mulierem ſine uiro cõ
cipere: q̃ Mariam poſſe peccare. Ibidem.

Comeſatrix ac uinolenta nunq̃ Maria fuit: qa oĩs
mulier quæ uinolẽta ẽ & comeſatrix: meretrix eſt.
Non leuis: non iocoſa: non cantatrix: non turpi/
um uerborum amatrix: ſicut ſolent plerunq; puel
læ: quæ libenter talia: aut loquũtur: aut audiunt:
Nõ ſuper uirũ oculos ſuos extulit: aut infixit aſpe
ctum. Ioãnes Chryſoſtomus ſuper Matthæũ.

Ideo fabro lignario deſponſata fuit: quia Chryſtus
eccleſiæ ſponſus omnem ſalutem hominum per li
gnum crucis operaturus erat.

Bernar. Bernardus in ſermone. li. ii.

Virgo regia ipſa eſt uia per quam ſaluator aduenit:
procedens de ipſius utero tanq̃ ſponſus de thala/
mo ſuo. Per te acceſſum habeamus ad filium: o be
nedicta iuentrix gratiæ: genitrix uitæ: mater ſalu
tis: ut per te ſuſcipiat nos: qui per te datus eſt no/
bis. Excuſet apud ipſum itegritas tua: culpam no
ſtræ corruptiõis: & humilitas deo grata noſtræ ue
niam impetret uanitati. Copioſa charitas tua no/
ſtrorum cooperiat multitudinem peccatorũ: & fœ
cunditas glorioſa fœcunditatem nobis cõferat me
ritorum. Bernardus Ibidem.

Ad beatam uirginem ſic ad medium ſicut ad archa
num dei: ſicut ad rerum cauſam: ſicut ad negociũ
ſæculorum reſpiciũt: & qui in cælo ſunt: & qui in
inferno habitãt: & qui nos præceſſerũt: & nos qui
ſumus: & qui ſequuntur: & nati natorum: & qui
naſcentur ab illis: & qui in inferno: ut eripiantur:
& qui præceſſerũt: ut prophætæ fideles inueniãtᷣ:
& qui ſequuntur: ut glorificentur.

Idem in ſermone. xcviii.

Per te uirgo ſancta cælum, impletum eſt. Infernus
euacuatꝰ eſt. Inſtauratæ ruinæ cæleſtis Hyeruſalẽ
miſeris expectãtibus pdita uita data eſt. Ibidẽ.

Maria facta eſt omnibus ſapientibus & inſipienti/
bus: copioſiſſima charitate. Debitricẽ ſe fecit: oĩ/
bus miſericordiæ ſinum aperuit: ut de plenitudĩe
eius accipiãt uniuerſi: captiuus redẽptiõem: æger
curationem: triſtis conſolatiõem: peccator ueniã:
iuſtus gratiam: angelus lætitiam: deniq; [illegible]trini
tas gloriam: filii perſona carnis huma[illegible] ſubſtan
tiam: ut non ſit qui ſe abſcondat a calore eius.

Bernardus ſuper miſſus eſt.

Maria uirginem ſe oblita gloriatur de humilitate:
& tu negligendo humilitatem blãdiris tibi de uir/
ginitate. Bernardus.

O peccator ad filium dei non audes accedere? qua/
re? non liquefias ut cera a facie ignis. Vade ad ma
trem peccatorũ: & oſtende ei tua facinora: & ipſa
oſtendet pro te filio pectus & ubera: & filius oſten
det patri latus & uulnera. Pater non negabit filio
poſtulanti: & filius non negabit matri interpellan
ti: Mater non negabit peccatori ploranti.

Bernardus in ſermone de Conceptione.

Dico uirginem glorioſam de ſpiritu ſancto cõcepiſ
ſe: non cõceptam fuiſſe: dico peperiſſe uirginẽ: nõ
tamen partam a uirgine. Alioquin ubi erat præ/
rogatiua matris domini? qa ſingulare creditur ex/
ultare & munere prolis: & integritate carnis. Si tã
tum dederis & matri eius: non eſt uirginem hono
rare: ſed honori detrahere. Quum igitur hæc ita
ſe habeant: quæ non erit feſtiuitas conceptionis?
Quo ue pacto aut ſanctus aſſeretur cõceptus: qui
de ſpiritu ſancto non eſt: aut feſtus habebitur: qui
minime ſanctus eſt.

Bernardus in ſermone de Aduentu.

Christus flos campi: & non horti. Campus.n.sine
omni humano floret adminiculo: non seminatus
ab aliquo: non defossus sarculo: non impinguatus
fimo. Sic omnino uirginis aluus floruit: sic inuiola
ta & casta Mariæ uiscera: tanq̄ pascua æterni ui/
toris floruerunt. Cuius pulchritudo non uidit cor
ruptionem. Flos in perpetuum non marcescet.

Bernardus in sermone de beata Virgine.

Ecce coram tremendo iudice peccatores assistimus:
cuius manus terribilis: gladium iræ suæ uibrat su/
per nos. Et quis auertet eam? Nemo domina tam
idoneus: ut gladio domini obiiciat manū: ut tu dei
amantissima: per quam primum in terris suscepi/
mus misericordiam de manu domini.

Bernardus in sermone de Aduentu.

Domina nostra: mediatrix nostra: aduocata nostra
filio tuo nos reconcilia: & repræsenta patri: o bene
dicta per gratiam quam inuenisti: ut qui mediante
te fieri dignatus est particeps infirmitatis nostræ:
& miseriæ nostræ te quoq; intercedente participes
nos faciat suæ gloriæ.

Bernardus in sermone de natiuitate.

Aduocatam uis habere ad Christum: Ad Mariam
recurre. Exaudiet itaq; matrem filius. Cæterū qc
quid illud est qd offerre paras Mariæ commenda/
re memento: si non uis sustinere repulsam.

Bernardus Ibidem.

Si pie a nobis pulsata fuerit & inuocata compatie
tur nobis: nec deerit necessitati nostræ: si quidem
nec facultas deesse poterit: nec uolūtas: quoniam
regia cælorum misericors est: & mater misericordiæ.

Bernardus super Can.ti.iii.

Est sagitta electa amor Christi: quæ Mariæ animā
non solummodo confixit: sed etiam pertransiuit:
ut nullam i pectore uirginali particulam uacuam
relinqueret: sed tota uirtute: toto corde: tota ani/
ma diligeret: & esset gratia plena: aut certe pertrā
siuit eam: ut ueniret usq; ad nos: & de plenitudine
illa omnes acciperemus: & fieret mater charitatis.
Cuius pater est charitas deum parturiens: & in so
le ponens tabernaculum: ut scriptura impleretur:
quæ dicit. Dedi te in lucem gentium: hoc est imple
tum per Mariam quæ in carne uisibili ædidit quæ
ne inuisibilem: nec de carne: nec cū carne suscepit.

Bernardus Ibidem. sermone.xxxii.

Virtus altissimi obumbrauit tibi: uere uirtus in car
ne Christi: quæ uirtus obumbrauit: ut qd impossi
bile erat mortali foeminæ obiectam uiuifici corpo
ris præsentiam maiestatis: & lucē sustineret inac/
cessibilem. Virtus plane i qua unius fortitudo cō
traria debilitata est: & uirtus: & umbra fugans dæ
mones: tutans homines: aut certe uirtus negetās:
& umbra refrigetās. Bernardus ser.lv.

Christus transiliuit Gabrielem: & peruenit ad uir
ginem eodem archangelo attestante: qui ait. Aue
gratia plena dominus tecū. Quid quem modo re
liquisti in cœlo in utero reperis? Transiliit te: qui
præmisit te: unde dicitur. Exultauit ut Gygas ad
currendam uiam. Ber.li.v.de Consyderatōe.

Mulier euāgelica: quæ commiscuit tria sata farinæ
fuit beata uirgo: quæ incarnatione fermento fidei
suæ cōmiscuit tria sata: nouum: antiquū: & æter/
num: secundū animam de nouo creatam: Corpus
de natura Adam: & æternū in uniōe diuinitatis.

Bernardus ad canonicos Lugdonenses.

Magna fuit sanctificatio Hieremiæ: qua potuit ui/
tare faciliter culpam mortalium. Maior sanctifi/
catio Ioannis baptistæ: qua potuit uitare frequen
tiam uenialiū: Maxima uirginis Mariæ: qua po/
tuit uitare (immo uitauit) omne peccatum.

Bernardus super missus est.

Hæc est uirgo carne & mente: uirgo professiōe: uir
go denique qualem scribit Apostolus: mente & cor
pore sancta. Bernardus super illud Apocha/
lipsis habebat in capite coronam stellarum.xii.

Quod triennis in templo præsentata est beata uir/
go: & in conturbernio uirginum posita: nondum
plene uerba formabat: & iam gressu maturo ince
debat: ut non infantula putaretur: sed grandæua:
horas sic discernebat: q mane usq; ad terciam ora
tioni uacabat: a tercia usq; ad nonam texebat: uel
nebat ad cultum templi: nona autem orationi insta
bat: donec angelus ueniebat: de cuius manu cibū
sumebat: cibum uero: quem cum aliis uirginibus
sumebat. Origenes super illud Matthæi.i. Io Origenes.
seph quum esset iustus.

Ioseph iustus erat uerbo: iustus in facto: iustus in le
gis cōsumatione: iustus in initio gratiæ. Ideo eam
dimittere uolebat: quoniam uirtutem mysterii: &
sacramentum quoddam magnificum in ea esse co
gnoscebat: cui approximare se indignum æstima/
bat: exemplo Petri lucæ.v. Recede a me: quia ho
mo peccator sum. Petrus Damianus in ser Petr' Da.
mone super euangelio Liber generationis.

Hinc fratres: hinc ergo perpēdite: quibus laudibus
digna sit beata & gloriosa uirgo Maria: quæ illū
de castissimis suis uisceribus nobis genuit: qui nos
de tam profundo gutture auidissimi draconis eri/
puit. Ad eius nunq; digna efferenda præconia nō
Rhætoricorum diserta facundia: non Dialeticorum
subtilia argumenta: non acutissima philosophorum
apta reperiuntur ingenia. Et quid mirum: Si hæc
ineffabilis uirgo in suis laudibus modum huma/
næ uocis exuperat: quum & ipsam humani gene/
ris naturam excellentium meritorum dignitate trā
scendat. Idē in sermone natiuitatis btē uirginis.

Quo pacto eius festiuitatem digne celebrare potest infirmitas hominum? quæ gaudium parere meruit angelorum? Qualiter eam laudare potuerit mortalis hominis transitorium uerbum: quæ illud de se protulit uerbum: quod manet in æternum? Quæ lingua in eius laude inuenitur idonea? quæ illum genuit: cui omnia benedicunt: & cum tremore obediunt elementa.

Anselmus

Ansel. de laudibus Mariæ.

O fœmina mirabiliter singularis: & singulariter mirabilis: per quam elementa renouantur. Angeli reintegrantur: Inferna euacuantur: Homines saluantur. O fœmina plena: & superplena gratia: de cuius plenitudinis exundantia respersa resultat omnis creatura. O uirgo benedicta per cuius beatitudinem benedicitur omnis creatura: & non solum creatura a creatore: sed etiam creator a creatura laudatur. O Maria dulcissima semperque beatissima. Si omnis peccator ad te conuersus: & a te sit despectus: necesse est ut intereat. Si omnis peccator ad te conuersus: & a te conspectus: impossibile est ut pereat.

Anselmus de conceptu beatæ uirginis Mariæ.

Si Ieremias qui lugentibus erat propheta futurus in uulua est sanctificatus: & Ioannes in spiritu & uirtute Helyæ uenturus seruus est in utero matris spiritu sancto repletus: quis dicere audeat singulare toti⁹ sæculi propiciatorium: & filii dei unicum reclinatorium mox in suæ conceptionis exordio spiritus sancti gratia destitutum?

Anselmus de conceptu uirginali. c. xii. & xiii.

Decebat ut illius hominis conceptio de matre purissima fieret: Nempe decens erat: ut ea puritate: qua maior sub deo nequit intelligi uirgo illa niteret: cui deus pater unicum filium: quem de corde suo æqualem sibi genitum: tanquam se ipsum diligebat: ita dare disponebat: ut naturaliter esset un⁹ idemque communis dei patris & uirginis filius.

Anselmus ibidem.

Nihil tibi Domina est æquale: nihil comparabile. Omne enim quod est: aut supra te est: aut infra te est. Quod supra te est: solus deus est. Quod infra te est: est omne quod deus non est.

Anselmus ibidem. c. xxvi.

O domina: si tuus filius factus est per te frater noster: non ne tu per illum facta es mater nostra? Ecce inquit dominus mater tua. O peccator homo gaude: & exulta. Non est unde desperes: Non est unde formides: id quod iudicabitur de te totum dependet ex sententia fratris tui: & matris tuæ.

Idem in orationibus.

O beata fiducia: o tutum refugium: mater dei est mater nostra. Iudex noster est frater noster. Qua igitur certitudine debemus sperare? qua consolatione possumus timere quoque: siue salus: siue damnatio de boni fratris: & de bonæ matris pedet arbitrio.

Anselmus Cur deus. c. i.

Oportebat ut sicut per hominis inobedientiam mors in humanum genus intrauerat: ita per hominis obedientiam uita restitueretur: et quemadmodum peccatum: quod fuit causa nostræ damnationis: initium habuit a fœmina: sic salutis author nasceretur de fœmina: ut sicut diabolus per gustum ligni suauis hominem uicerat: sic per passionem: quam intulit ab homine uinceretur.

Dantes Paradisi cantica. c. ultimo. Dantes

La tua benignita non pur succorre
A chi domanda: anci multe fiate
Liberamente al domandar precorre.
In te misericordia: in te pietade:
In te magnificentia: in te se aduna
Quantunche in creatura e di bontade.

Baptista Mantuanus Carmelita Parthenices li. i. c. ii. Bap. man.

Nulli adeo uiuax animi solertia: nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ:
Vt Mariæ possit laudes æquare loquendo.
Quæ data sunt illi nunquam mortalibus ullis
Autea concessit: nec post concedet olympus.



Artyrium græca dictio est. Nam μαρτύριον, ου, τὸ. testimonium significat: & μάρτυς, υρος, ὁ. testis dicitur. Est autem martyrium actus uirtutis quadruplicis scilicet fortitudinis: ut elicientis principaliter. Patientiæ uero: ut elicientis consequenter. Sed charitatis: ut imperantis. Et fidei: ut finis. ex. b. Tho. scda scdæ. q. cxxiiii. ar. i. & ii.

Martyrium est actus maximæ perfectionis: non quidem secundum se: sed ut imperatur a Charitate: & ut eam ostendit. ut Ibidem. ar. iii.

Mors est de ratione martyrii: ut Ibidem. ar. iiii.

Matthæus in Euangelio. c. xi. Matthæus

A diebus autem Ioannis Baptistæ usque nunc regnum cælorum uim patitur: & uiolenti rapiunt illud. Aug. super ps. Augustin⁹

Sæculi homines infoeliciter foelices sunt: Martyres autem foeliciter infoelices erant.

Augustinus contra Petilianum: & habetur. xxiii. q. v. c. Tu dixisti.

Neque enim ueneramur nomine martyrum: eos qui sibi collum ligauerunt.

Augustinus de uerbis Apostoli.

Iniuria est pro martyre orari: cuius debemus oratio nibus commendari.

Hierony⁹. Hieronymus in Iona propheta: & habetur .xxiii.q.v. Non est nostrum.

Non est nostrum mortem arripere: sed illatam ab aliis libenter accipere: unde & persecutionibus non licet mihi propria perire manu absq; eo ubi castitas periclitatur: sed percutienti colla submittere.

Ambrosi⁹. Ambrosius: & habetur .xxiii.q.viii.c. Conuenior.

Vultis in uincula rapere? Vultis in mortem? uoluntas est mihi. Non ego me uallabo circunfusione populorum: nec altaria tenebo uitam obsecrans: sed pro altaribus gratis immolabor.

Gregorius Gregorius in Homelia de uirginibus.

Martyr pro Christo mori non potuisset corpore: nisi prius desyderiis terrenis mortuus non fuisset in mente. Erectus nanq; uirtutis animus culmen: tormenta despicit: praemia calcauit: ante armatos reges: & praesides ductus imperterritus stetit: ferien te robustior: Iudicante sublimior.

Gregorius super euang. Homel. iii.

Quamuis occasio persecutionis deest: habet tamē & pax nostra martyrium suum: quia & si carnis colla ferro non subdimus: spirituali tamen gladio desyderia in mente trucidamus.

Gregorius in Homelia.

Duo sunt quippe martirii genera: unum in publico: aliud in mente simul & in actione. Itaq; esse martyres possumus: etiam si nullo ferro percutiētium trucidemur. Idem in Homelia.

Mori a persequente martyrium ī aperto opere est. Ferre uero contumelias: & odiētem diligere: martyrium est in occulta cogitatione.

Gregorius Homelia .xxxv.

Si adiuuante nos domino uirtutem patiētiae seruare contendimus: & in pace ecclesiae uiuimus: & martirii palmam tenemus. Gregor. Ibidem.

Nos sine ferro & flamine martyres esse possumus: si patientiam ueraciter in animo custodiamus.

Io. Chrys. Ioannes Crysostomus super Matthaeum.

In praeliis sensibilibus, qui paratior est ad occisionē: probior est: & hostibus terribilior: quiuis eum rex non possit suscitare post mortem: quanto magis hic ubi tanta spes resurrectionis est?

Bernard⁹. Bernardus in Sermone.

Quod martyrium grauius: q̄ inter epulas esurire? inter uestes multas preciosas algere: paupertate premi: inter diuitias: quas offert mundus: quas ostentat malignus: quas desyderat noster appetitus. Propterea pauperibus pariter & martyribus regnum caelorum promittitur: quia paupertate quidem emitur: sed in passione pro Christo absq; dilatione percipitur. Hugo de Claustro animae. Hugo

Fortissimus Habraam: sed beatus Laurentius fortior fortissimo: Audiamus qualiter Habraam sua dimisit: & Laurentius sua dispersit: & dedit pauperibus. Habraam filium suum deo obtulit: Laurētius seipsum pro filio dei. Hic ignem parat: collo ligat filium: gladium euaginat: sed angelum audit prohibentem: ne perficiat. Ille ad ignem positus Christum praedicat: carnifices uero urgentes carbones ministrando: uerbis non exasperat: efficitur holocaustum domino idest totum incensum intus igne charitatis: exterius uero flāma tribulationis. Hic quia obediens efficitur filium recipit incolumem. Ille quia perseuerat in tormentis: a dei filio recipit ad salutem.

M Athematica graeca dictio est. Nam μαθηματική .i. dicitur: & est scientia quadriuialis: Periti uero hui⁹ sciētiae μαθηματικοί dicuntur. Iuuenalis. Nota mathematicis genesis tua. Diciturq; mathematica: quoniam ueteres graeci: Geometriā: Musicā: Arithmetricam: & Astrologiam: disciplinas altiores: μαθήματα appellabant. Vulgus autem Caldaeos quoq; magos mathematicos uocat. Exinde autem his scientiis ornati ad perdiscenda mundi opera & principia naturae procedebant: ac tunc deniq; φυσικοὶ physici idest naturales nominabantur.



Atrimonium graece συζυγία .α.ν.ᾶ. & σύζυγος .ου.δ.ᾶ. coniunx dicitur. Est autem matrimonium legitima societas inter uirum & foeminam: in qua ex pari cōsensu semet ipsum alteri debet. secūdum Augustinum li. de Virginitate beatae Virginis.

Matrimonium est uiri mulierisq; coniunctio maritalis inter legitimas personas uitam indissolubilem retinens. secundum Magistrum senten. iiii. sen. di. xxvii.

Matrimonium est coniunctio maris: et foeminae: inter personas legitimas indiuiduam uitae cosuetudinem retinens: ut habetur .xxii.q.ii.§.i.

Matrimonium est uiri: & mulieris coniunctio indiuiduam consuetudinem uitae retinens: ut habetur insti. de patria potest. §. Nuptiae.

Matrimonium dicitur quasi matris munium idest officium: uel quasi matrem muniens: uel mouens

uel quasi mater uiuus: uel quasi a matre & nato. Dicitur autem magis a matre: Quia magis pertinet ad rationem eius: q̃ pater: Nam mulier principaliter facta est propter hoc: nõ autem uir. Et mulier circa prolem est magis officiosa. ex bea. Tho. iiii. sen. di. xxvii. q. i. ar. i.

Matrimonium contrahẽdum impedientia: & iam contractum dirimentia sunt quæ continentur in his uersibus.

Error: Condicio: Votum: Cognatio: Crimen:
Cultus: Disparitas: Vis: Ordo: Ligamẽ: Hõestas:
Si sis affinis: Si forte coire nequibis:
Hæc socianda uetant connubia: facta retractant.

Tobias. Tobias capitulo. vi.

Angelus Raphael: dixit Tobiæ. Audi me: & ostendam tibi: qui sunt quibus prævalere potest Dæmonium. Hi namq; qui coniugium ita suscipiunt: ut deum a se: & a sua mente excludant: & suæ libidini ita uacent: sicut equus & mulus in quibus non est intellectus: habet potestatem Dæmonium super eos. Tu autem quum acceperis eã igressus cubiculum per tres dies continẽs esto ab ea: & nihil aliud nisi orationibus uacabis cum ea.

Prouerb. Prouerb. capitu. xix.

Domus & diuitiæ dantur a parentibus. A domino autem proprie uxor prudens.

Ecclesiasti. Ecclesiastici capitu. vii.

Noli discedere a muliere sensata & bona: quam sortitus es in timore domini: gratia enim uerecundiæ illius super aurum.

Ecclesiastici capitulo. vii.

Tradde filiam: & grãde opus feceris: & homini sensato da illam.

Ecclesiastici capitulo. xxv.

In tribus placitum est spiritui meo: quæ sunt probata coram deo & hominibus: Concordia fratrum: Et amor proximorum: Et uir & mulier sibi bene consentientes. Ecclesiastici capitulo. xxv.

Beatus qui habitat cum muliere sensata.

Matthæ⁹. Matthæus capitulo. v.

Dictum est autem: quicũq; dimiserit uxorem suam det ei libellum repudii. Ego autem dico uobis: qa omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornicatiois causa facit eam mæchari: & qui dimissam duxerit adulterat.

Matthæus capitulo. xix.

Accesserunt ad Iesum, Pharisei tentantes eum & dicentes: si licet homini dimittere uxorem suam quacunq; ex causa? Qui respondens ait eis. Non legistis quia qui fecit ab initio hominem masculũ & fœminam fecit eos. Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Itaq; iam nõ sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet.

Matthæus capitulo. xix.

Quicunq; dimiserit uxorem suam: nisi ob fornicationem: & aliam duxerit: mœchatur. Et qui dimissam duxerit mœchatur.

Lucas capitulo. xvi. Lucas.

Omnis qui dimittit uxorem suam & alteram ducit mœchaẗ: & qui dimissam a uiro ducit mœchaẗ.

Paulus ad Romanos capi. lxx. Paulus.

Nam quæ sub uiro est mulier uiuente uiro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit uir ei⁹: soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera: si fuerit cum alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius: liberata est lege uiri: ut non sit adultera: si fuerit cum alio uiro.

Paulus ad Corinthios. p⁹. c. vii.

Bonum est homini mulierem nõ tangere: Propter fornicationem autem unusquisq; suam uxorẽ habeat. Vxori uir debitum reddat. Similiter autẽ & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet: sed uir. Similiter autem & uir sui corporis potestatem nõ habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus: ut uacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum: ne tentet uos Sathanas: propter incontinentiam uestram. Ibidem.

Quod si non se continent nubant. Melius est enim nubere q̃ uri. His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio: non ego: sed dominus: uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit manere innuptam: aut uiro suo reconciliari.

Paulus ad Corinthios pri. c. lxx.

Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem non peccasti: & si nupserit uirgo non peccauit. Paulus Ibidem.

Reliquum est: ut & qui habent uxores: tanq̃ nõ habentes sint: & qui flent: tanq̃ nõ flentes: & q gaudet: tanq̃ non gaudentes: & qui emunt: tanq̃ non possidentes: & qui utuntur hoc mundo: tanq̃ non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est sollicitus est quæ domini sunt: quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est sollicitus quæ sunt mũdi: quomodo placeat uxori & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo cogitat q̃ domini sunt: ut sit corpore sancta & spiritu. Quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mundi: quomodo placeat uiro. Ibidem.

Si quis autem turpem se uideri existimat super uir/

gine sua q sit supadulta: et ita oportet fieri: Quod uult faciat. Non peccat si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem: potestatem autem habens suæ uoluntatis: & hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam: bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginē suā: bene facit: & qui nō iungit melius facit.

Paulus. Paulus ad Corinthios prima.c.xi.

Volo autem uos scire q omnis uiri caput Christus est: caput autem mulieris uir: Caput uero Christi deus est. Paulus ad Ephesios.c.v.

Mulieres uiris suis subditæ sint: sicut domino. Quoniam uir caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ: Ipse saluator corporis eius: sed sicut ecclesia subiecta est Christo: Ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras sicut & Christus dilexit ecclesiam: & seipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret. Mundās eum lauachro aquæ in uerbo uitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam: aut rugam: aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sācta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas: ut corpora sua. Qui suam uxorē diligit se ipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam: sicut & Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius: de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico i Christo & in ecclesia. Veruntamen & uos singuli unusquisq uxorem suam: sicut se ipsum diligat. Vxor autem timeat uirum suum.

Paulus ad Collossen.c.iii.

Mulieres subditæ estote uiris: sicut oportet in domino. Viri diligite uxores uestras: & nolite amari esse ad illas. Paulus ad Titum.c.ii.

Adolescentulas decet ut uiros suos ament: filios suos diligant: prudentes: castas: sobrias: domus curam habentes: benignas: subditas uiris suis: ut non blasphemetur uerbum dei.

Paulus ad Hæbreos.c.xiii.

Honorabile connubium in omnibus: & thorus immaculatus: Fornicatores enim: & adulteros iudicabit deus. Paulus apostolus prīa.c.iii.

Similiter & mulieres subditæ sint uiris suis.

Aug. Aug. & habetur.xxvii.q.i.Nuptiarum.

In coniugali quippe uinculo: si pudicicia non seruatur: damnatio non timetur.

Aug. & habetur.xxv.di.v.Ad eius.

Ad eius uero concubitum uir suus accedere non debet quousq qui gignitur ablactetur. Praua autem consuetudo in coniugatorum motibus irrepsit: ut filios quos gignunt nutrire mulieres contemnant: eosq ad nutriendum aliis mulieribus tradāt. Quod uidelicet ex sola carnis incōtinentia uidetur fuisse inuentum: quia dum se continere nolunt: despiciunt lactare quos gignūt. Nec autem sciant quæ filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradunt: nisi purgationis tempus prius transierit uiris suis non debent admisceri. Quippe & sine partus causa: quum in menstruis consuetis detinentur uiris suis misceri prohibentur: ita ut lex sacra morte illum feriat: si quis uir ad menstruatam mulierem accedat.

Aug. habetur.xxxii.q.v.Si uxorem.

Si uxorem quis habeat sterilem: siue corpore defotmem: siue debilem membris: uel cæcam: uel claudam: uel surdam: uel si quid aliud: siue morbis: siue laboribus doloribusq confectam: & quicquid excepta fornicationis causa cogitari potest uehementer horribile: pro societate fideq sustineat.

Aug. & hēt.xxxiii.q.iiii.Quantumcunq.

Quotiēscunq aut dies natalis domini: aut reliquæ festiuitates aduenerint: non solum ab infidelium concubinarum cōsortio: sed etiam a propriis uxoribus abstinere debemus. Aug. & habetur.xxxv.q.iii.Si uir.

Si uir & uxor nō iam duo: sed una caro sunt: nō aliter est nurus deputanda q̄ filia.

Aug. libro de bono coniugali.

Quidam nubentes post uotum asserunt adulteros esse: ego aūt dico uobis: q grauiter peccant: qui tales diuidunt.

Ibidem & habetur.xxvii.q.ii.Coniunx uocatur.

Coniunx uocatur a prima desponsationis fide: quā concubitu nō agnouerat: nec fuerat cognitura: Nec perierat: nec mendax manserat coniugis appellatō: ubi nec fuerat: nec futura erat carnalis uel la commixtio: propter quod fidele coniugium ambo parentes Christi uocari meruerunt: nō solum illa mater: uerum & ille pater eius: sicut & cōiunx matris eius: utrunq mente: non carne.

Aug. Ibidem & habetur ibidem. Omne.

Omne itaq nuptiarum bonum impletum est in ipsis parentibus Christi: proles: fides: sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dominum: Fidem: quia nullum adulterium: Sacramentum: quia nullum diuortium: Solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non potest sine pudenda concupiscentia carnis: quæ accidit ex peccato: sine quo uere concipi uoluit qui futurus erat sine peccato.

Aug. Ibidem & habetur.xxxii.q.ii.Quicqd.

Quicquid inter se coniugati immodestum: inue/recundum: sordidum ue gerunt: uitium est ho/minum: non culpa nuptiarum. Iam in ipsa quo/que immoderata exactione debiti carnalis: quam eis non secundum imperium praecepit: sed secun dum ueniam concedit apostolus: ut etiam prae/ter causam procreandi sibi misceantur: & si eos praui mores ad talem concubitum impellunt: nuptiae tamen ab adulterio seu fornicatione de/fendunt: Neque illud propter nuptias admittitur: sed propter nuptias ignoscitur: Debent ergo sibi coniugati: non solum ipsius sexus sui commiscen di fidem liberorum procreandorum causa: quae pri ma est humani generis ista mortalitate societas: uerum etiam infirmitatis inuicem excipiendae ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodam/modo seruitutem: ut etiam si alteri eorum conti/nentia perpetua placeat: nisi ex alterius consen/su fieri non possit. Non autem datur praesentia sancti spiritus tempore quo coniugales actus ge/runtur. Augustinus de bono coniugali: & habetur.xxxii.q.vii. Interueniente.

Interueniente diuortio non absoluetur confoede/ratio nuptialis: Ita ut sibi coniuges sint etiam se/parati: cum illis etiam committitur adulterium: quibus etiã fuerint post suum repudium copulati.

Aug.& habetur ibidem. Tantum.

Tantum ualet uinculum sociale: ut quum causa pro creandi colligitur: ut nec ipsa causa procreandi dissoluatur: posset enim homo sterilem dimittere uxorem: & aliam ducere de qua filios haberet: & tamen non licet.

Ibidem & habetur Ibidẽ. Vsque adeo.

Vsque adeo inter uiuentes maneant inita iura nup/tiarum: ut potius inter se sint cõiuges etiam sepa rati: quam cum his quibus adhaeserunt.

Augustinus de Adulteris coniugiis li.i.& habetur.xxxii.q.vii.c°. Quẽadmodum.

Quemadmodum non recte dici potest: si nescit ho mo non peccat: sunt enim peccata ignorantium quamuis minora quam scientium. Ita etiam non recte dici potest: si causa fornicationis dimiserit uxo/rem uir: & aliam duxerit nõ moechatur: Est enim moechatio & eorum qui alias ducunt relictis pro/pter fornicationem prioribus: sed utique minor: quam eorum qui non propter fornicationem dimittunt.

Augustinus de Adulterinis coniugiis: & habetur.xxvii.q.ii.c. Si tu abstines.

Si tu abstines sine uxoris uoluntate tribuis ei forni candi licentiam & peccatum illius tuae imputabi/tur abstinentiae. Augu.li.iiii. Confessio/num: & habetur.xxvii.q.ii.c. Institutum est.

Institutum est ut sponsae iam pactae non statim trad dantur: ne uilem habeat maritus datam: quam suspirauerit sponsus dilatam.

Augustinus de Adulterinis coniugiis: & habetur.xxxii.q.i.c. Non erit.

Non erit turpis neque difficilis etiam post patrata at/que purgata adulteria reconciliatio coniugii: ubi per claues regni caelorum non dubitatur fieri re/missio peccatorum: non ut post uiri diuortium adultera reuocetur: sed ut post Christi consorti/um adultera non uocetur.

Augustinus de Adulterinis Coniugiis li.p°.& habetur.xxxiii.q.vii. Adulterii malum.

Adulterii malum uincit fornicationem. Vide in So domia. Augustinus de Adulterinis Con iugiis li.ii & habetur.xxxii.q.vii. Licite.

Licite dimittitur uxor ob causam fornicationis: sed manet uinculum prioris: propter quod fit reus adulterii quicunque duxerit dimissam ob causam fornicationis.

Augustinus de Adulterinis Coniugiis: & habetur.xxxiii.q.iiii.cap°. Apostolus.

Apostolus nec ad tempus: ut uacent orationi: nisi ex consensu uoluit coiuges: nec carnali inuicem fraudari debito.

Augustinus in sermone domini: in Monte: & habetur.xxxii.q.vii.cap°. Fieri potest.

Fieri potest: ut uir dimittat uxorem causa fornica/tionis quã excepti dominus esse uoluit. Iam ue/ro si nec illi nubere conceditur uiro suo a quo re/cessit: neque huic alteram ducere uiua uxore sua quam dimisit: multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere.

Augustinus Ibidem: & habetur Ibidem. cap°. Dominus ad illud.

Dominus ad illud confirmandum ut non facile di/mittatur uxor: solam fornicationis causam exce pit: caeteras uero innumerabiles & uniuersas mo/lestias: si quae extiterint: iubet pro fide coniugali & pro castitate fortiter sustineri.

Augustinus ad Valentium de nuptiis uel Cõ/cupiscentiis: & hẽtur.xxxi.q.i.c. Denique.

Denique mortuo eo cum quo fuerit uerum connu/bium: fieri potest coniugium cum quo praecessit adulterium.

Augustinus.li.ii. Contra aduersarium legum & prophetaru: & habet Ibidẽ. Deus masculum.

Deus masculum & foeminam propagandi gene/ris causa nuptiali castitate coniunxit: & secundas nuptias quae in unoquoque testamento permittun tur licitas esse monstrauit.

Aug.li.qstionũ Gen.& hẽt.xxxiii.q.v. Est ordo.

Eſt ordo naturalis in hominibus ut ſeruiant fœ/
minæ uiris: & filii parentibus: quia in illis hæc iu/
ſticia ut maiori ſeruiat minor.

Auguſtinus in quæſtio. numeri & habe/
tur Ibidem. c. Manifeſtum.

Manifeſtum eſt ita legem uoluiſſe fœminam ſub
uiro eſſe: ut nulla eius uota quæ abſtinentiæ cau/
ſa uouerit reddantur ab ea: niſi author uir fuerit
permittendo.

Auguſtinus ſuper primam epiſtolam ad Co/
rinthios: & habetur. xxxi. q. i. c. Quod ſi.

Quod ſi dormierit uir eius non dicit primus uel ſe/
cundus uel quartus. Nec nobis diffiniendum eſt
quod non diffinit Apoſtolus: unde nec ullas de/
beo damnare nuptias: nec eis uerecundiam infer
re numeroſitatis.

Auguſtinus ad Heditiam: & habetur. xxxiii.
q. v. capitulo. Secundum uerba.

Secundum uerba apoſtolica etiam ſi uir cōtinere
noluiſſet: & tu noluiſſes: tibi debitum reddere co/
geretur: & illi deus imputaret continentiam: ſi nō
ſuæ: ſed tuæ cederet infirmitati: ne in adulterium
caderes. Aug. de Fide ad Petrum.

Quia ægritudini ſemper conſulendum eſt: propte/
rea ſi contigerit primo priuari coniugio: ſi uolue/
rit ſecundas uel tertias inire nuptias: nullum de il
lis peccatum habebit: ſi eas caſte ſeruauerit.

Auguſt. de Baptiſmo puerorum.

Bene utitur malo concupiſcentiam reſtringens cō/
nubio. Auguſtinus ſuper ps. cxlvi. & habe/
tur. xxxiii. q. v. Si dicat.

Si dicat uir continere uolo: nolo autem uxor: nō po
teſt: Quod enim tu uis non uult illa. Nūqd per cō
tinētiam tuam debet illa fornicaria fieri ſi alii nup
ſerit te uiuo: adultera erit: non uult deus tale dam
num tali lucro compenſari. Redde debitum: & ſi
non exigis redde pro ſatiſfactione perfecta deus ſi
bi computabit: ſi non tibi quod debetur exigis: ſed
reddis qđ debetur uxori.

Hieronymus in epiſtola Pauli ad Corinthios
Herony'. & habetur. xxxii. q. i. In Coniugio.

In Coniugio quis poſitus quæcunq; peccata fecerit
non propriam infuſcant coniugem: ſed fornicatio
uxorem coinquinat: ut iam non ſit uiro ſuo licita:
ſed adultera. Hieronymus de uirginibus
& habetur. xxxi. q. i. Quomodo.

Quomodo uirginibus fornicationis periculo conce
dit nuptias: & excuſabile facit quod per ſe non ap
petitur: Ita eodem fornicationis periculo cōcedit
uiduis ſecunda matrimonia contrahere. Melius
eſt enim licet alterum & tercium unum uirum noſ
ſe q̄ plurimos: id eſt tolerabilius eſt uni homini pro
ſtitutam eſſe: q̄ multis. Siquidem & illa in euange
lio Samaritana ſextum maritum habere ſe dicens
arguitur a domino q; non ſit uir eius. Vbi enim nu/
merus maritorum eſt: ibi uir qui proprie unus eſt:
eſſe deſiſtit: una coſta a principio in unam uxorem
uerſa eſt: & erunt inquit duo in carne una: non di
xit tres neq; quattuor: alioqn non duo: ſed plures.

Hieronymus ad Pammachium: & habe
tur. xxxi. q. i. Aperiant.

Aperiāt quæſo aures obtrectatores mei: & uideant
me ſecundas nuptias & tercias in domino conceſ/
ſiſſe: qui ſecundas & tercias nuptias non damna/
ui: primum potui damnare matrimonium? Ibidē.

Non damno bigamos immo nec trigamos: & ſi dici
poteſt octogamos. Idem. Ego nunc uoce procla/
mo libera non damnari in eccleſia bigamiam: im/
mo nec trigamiam: & ita licere quinto & ſexto &
ultra: Quomodo & ſecundo marito nubere.

Hieronymus ad Oceanum de morte ſa/
beollæ & habetur. xxxii. q. v. Præcepit.

Præcepit dominus uxorē non debere dimitti exce/
pta cauſa fornicationis: & ſi dimiſſa fuerit mane/
re innuptam quicquid uiris præcipitur: hoc conſe
quenter redundat ad fœminas: neq; enim adulte/
ra uxor dimittenda eſt: & uir mœchus retinēdus
eſt. Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum.

Sicut boni filii adulterorum nulla eſt defenſio: ſic
mali filii coniugatorum nullum crimen eſt matri/
monii: quia non in ſeminibus: ſed in uolūtate na
ſcentis cauſa uitiorum eſt atq; uirtutum.

Hieronymus ad Damaſum.

Iuuenes uero hoc ſunt admonendi modo: ut ſi uxo
res habeāt doceantur caſte uiuere cum uxoribus
ſuis alienā ſciant ſceleratum eſſe contingere:

Hieronymus contra Iouinianum. ca. xv.

Nemo enim meli' ſcire poteſt quid ſit uxor uel mu/
lier illo qui paſſus eſt.

Hieronymus Ibidem.

Quæ enim mihi incumbet neceſſitas uenire in du/
bium utrum bōa an mala futura ſit: quā duxero?
Melius eſt inquit habitare in terra deſerta: q̄ cum
uxore litigioſa & iracunda: q̄ rarum ſit uxorem ſi
ne hiis uitiis inueniri: nouit ille qui duxit uxorem:
unde pulchre. Vari' geminus ſublimis orator: qui
non inquit litigat celebs eſt: Melius eſt habitare
in angulo tecti q̄ cum uxore maledica in domo cō
muni? Si domus cōis ē mariti & uxoris: erigit uxo
rem in ſupbiā: & cōtumeliā uiro facit: q̄to magis ſi
ditior uxor fuerit: & in domo eius uir mā ſerit? Inci
pit enim nō uxor: ſed domina eſſe: & uiro ſi offen
derit migrādū eſt. Stilicidia eiiciunt hominē de die
hyemali ē domo ſua: ſimilī & mulier maledica de

propria domo assiduis quippe iurgiis & quottidiana garrulitate facit perfluere domum eius: & eiicit eum de aedibus suis idest de ecclesia.

Hieronymus contra Iouinianum. c. xxvii.

Veniam ad maritatas quae mortuis uel occisis maritis suis supuiuere noluerunt: ne cogerent secũdos nosse concubitus: & quae mire unicos amauerunt maritos ut sciamus bigamiam apud Ethnicos etiam reprobari. Dido soror Pygmalionis multo auri & argenti pondere congregato Aphricã nauigauit: Ibiq; urbẽ Charthagiẽ cõdidit: & cũ Hyarba rege libiae in coniugium peteretur: paulisper distulit nuptias: donec conderet ciuitatem: nec multo post extructa in memoriam mariti quondam Sichei pyra maluit ardere q̃ nubere. Casta mulier Carthaginem condidit: & rursum eadem urbs in castitatis laude finita est: Nam Hasdrubalis uxor capta & incensa: quum se cerneret a romanis capiendã esse: aprahensis ab utroq; lateř paruulis filiis in subiectum dom⁹ suae deuolauit incendium. Quid loquar Nicerati coniugem quae impatiens iniuriae uiri mortem sibi ipsa consciuit: ne triginta Tyrãnorum quos lysander uictus Athenis imposuerat libidinem sustineret.

Hieronymus contra Iouinianum.

Fertur Aureolus Theophrasti liber de nuptiis in quo quaerit: an uir sapiẽs ducat uxorem: & quum definisset si pulchra esset: si bene morata: si honestis parentibus: si ipse sanus ac diues: sic sapienter aliquando mire matrimonium statim intulit: haec autem in nuptiis raro uniuersa concordant. Non est ergo uxor ducenda sapienti. Primum enim impediri studia philosophiae: nec posse queq̃ libris & uxori pariter inseruire. Multa esse quae matrimoniorum usibus necessaria sunt: preciosae uestes: Aurum: gemmae: sumptus: ancillae: supellex uaria: lecticae: & exedra deaurata: deinde p noctes totas garrulae conquestiones: Illa ornatior procedit in publicum: haec ornatur ab omnibus: ego inconuentu foeminarum missella despicior. Cur aspiciebas uicinam? Quid cum ancillula loquebaris? De foro ueniens quid attulisti? Nõ amicum habere possumus: non sodalem: alterius amorem suum odium suspicatur. Si doctissim⁹ praeceptor in qualibet urbium fuerit: nec uxorem linquere: nec cum sarcina ire potest: pauperem alere difficile est: diuitem ferre tormentum. Adde quoniam: nulla est uxoris electio: sed qualiscunq; obuenerit habenda: Si iracunda: si fatua: si deformis: si superba: si foetida: quodcunq; uicii est post nuptias discimus: equus: Asinus: bos: canis & uilissima mancipia: uestes quoq; & lebetes: sedile ligneum: calix: & urceolus fictilis probãtur prius: & sic emuntur. Sola uxor non ostenditur: ne ante displiceat q̃ ducatur.

Hieronymus Ibidem.

Legimus quẽdam apud Romanos nobilem: quum eum amici arguerent quare uxorem formosam & castam: & diuitem repudiasset: protẽdisse pedem & dixisse eis: & hic sotularis quem cernitis uidetur uobis nouus & elegans: sed nemo scit praeter me ubi me premat. Scribit Herodotus q̃ mulier deponat cum ueste & uerecundiam: & noster comicus fortunatum putat qui nunq̃ uxorẽ duxerit.

Hieronymus cõtra Iouinianum li. i. c. ultimo.

Amor formae rationis obliuio est: & insaniae proximus: foedum minime q; conueniens animo sospiti uitium: turbat consilia: altos & generosos spiritus frãgit: a magnis cogitationibus ad humilimas detrahit: querulos: iracũdos: temerarios: dure impiosos: seruiliter blandos: omnibus iutiles: ipsi nouissime amori facit. Namquum fruendi cupiditate insatiabilis flagrat plura tempora suspitiõibus: lachrimis: conquestiõibus perdit: odium sui facit: & ipse nouissime odium est. Tota amoris infectatio apud Platonem posita est: & omnia eius incõmoda Lysias explicat: quod non iudicio sed furore ducatur: & maxime uxorum pulchritudini grauissimus custos accubet.

Hieronymus Ibidem.

Refert praeterea Saeneca cognouisse se quendã ornatum hominem: qui exiturus in publicum fascia uxoris pectus colligabat: & ne puncto quidam horae praesentia eius carere poterat: potionemq; nullam sibi: nisi alternis tactã labris uir & uxor hauriebant: Alia deinceps non minus inepta facientes in quae improuida uis ardẽtis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honesta erat: sed magnitudo deformis. Nihil autem interest q̃ ex honesta causa quis insaniat: Vnde & Sextus in sententiis: Adulter est inquit in suam uxorem amator ardentior. In aliena quippe uxore omnis amor turpis est: in sua nimius. Sapiẽs uir iudicio debet amare coniugem: nõ affectu. Reget impetus uoluptatis: nec pceps feretur i coitum. Nihil est foedius: q̃ uxorem amare quasi adulteram.

Hieronymus Ibidem.

Certe qui dicunt se causa reipublicae & generis humani uxoribus iungi & liberos tollere imitentur saltem pecudes: & postq̃ uxorũ uenter intumuerit: non perdant filios: nec amatores uxoribus se exhibeant: sed maritos.

Hieronymus Ibidem.

Multa sunt quae praeclara ingenia nobilitent: Mulieris uirtus propriae pudicicia est. Haec Lucretiam Bruto aequauit: nescias an etiam praetulerit

quoniam Brutus non posse seruire a foemina di/
dicit. Hæc æquauit Cornelli Graccho. Hæc Por/
tiam alteri Bruto. Notior est marito suo Tanaql.
Illum inter multa regum nomina iam abscondit
antiquitas. Hanc raro inter foemias uirtus altius
sæculorum omnium memoriæ: quam ut excedere
Ambrosi⁹. posset infixit. Ambrosius li. de uirgini/
bus: & habetur. xxvii. q. ii. Quum initiatur.

Quum initiatur coniugium: coniugii nomen asisci
tur: nam defloratio uirginitatis non facit matri/
monium: sed pactio coniugalis: deniq; quum mu
lier coniungitur uiro coniugium est: non quum
puella uiri admixtione cognoscitur.

Ambrosius li. i. de Patriarchis: & habetur
xxvii. q. ii. In omni.

In omni matrimonio coniunctio intelligitur spiri/
talis: quam confirmat & perficit coniunctorum
commixtio corporalis.

Ibidem & habetur. xxx. q. v. Nec illud.

Nec illud ociosum: q; quum ueniret Rebeca uidit
Isaac deambulantem: & quum interrogasset qs
esset: cognito q; ipse esset cui duceretur uxor: de/
scendit: & caput obnubere suum coepit: docēs ue/
recundiam in nuptiis præire debere: Inde enim &
nuptiæ dictæ: q; pudoris gratia se puellæ obnube/
rent. Ambrosius ad paternum: & hētur
xxvii. q. ii. Si quis desponsata.

Si quis desponsata sibi & traddita utatur rite con/
iugium uocatur.

Ambrosi⁹: & habetur. xxxii. q. i. Nuptiæ.

Nuptiæ terram replent. Virginitas paradisum.

Ambro. & hētur. xxxiii. q. ii. An quod in.

An quod in subditos nephas est: in comparem fas
est? Dimittis ergo uxorem quasi iure sine crimine:
& putas hoc tibi licere: quia lex humana nō pro/
hibet: sed prohibet lex diuīa: Qui hominibus ob
sequeris: deum uerere: audi legem domini: cui ob/
sequuntur: & qui leges fecerunt: quos deus con/
iunxit homo non separet.

Ambr. ad Sabinū: & hēt de poeni. di. ii. Quādo.

Quando Adam solus erat: non est præuaricatus:
quia mens eius adhærebat deo.

Ambrosius in sermone de aduentu domi
ni: & habetur. xxxiii. q. iiii. Fratres.

Fratres non solum debetis ab omni immunditia ab
stinere: sed etiā ab uxoribus propriis studiosissime
cōtineatis: Nullus omnino uxori suæ ieiuniorum
diebus coniungatur.

Ambrosius super epistolam primam ad
Corinthios: & hētur. xxxiii. q. iiii. Si causa.

Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor: nō
multum tēpus cōcessum uidetur ad ipsum usum:
quia & dies festi & dies professionis: & ipsa ratio
cōceptus & partus iuxta legem cessare usum car
nis his debere temporibus demonstrant.

Ambrosius li⁹. de uiduis.

Propemodum non inferioris uirtutis est: eo abstine
re coniugio: quod aliquando delectauerit: quam
coniugii oblectamenta nescire. Copula nuptia/
lis non est quasi copula uitanda: Sed quasi necessi
tatis sarcina declinanda.

Gregorius Tenticio patricio: & habetur Gregorius
xxvii. q. ii. Sunt qui dicunt.

Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere
dissolui: uerum sciendum est: si hoc lex humana
concessit: lex tamē diuina prohibuit: Per se enim
ueritas dicit: quos deus coniunxit homo non sepa
ret: qui etiam ait. Non licet dimittere uxorem ex/
cepta causa fornicationis: quis ergo hui⁹ latori le/
gis contradicat? Scimus quia scriptum est: erunt
duo in carne una. Gregor. in registro: &
habetur. xxvii. q. ii. Decreta.

Decreta legalia desponsatam si conuerti uoluerit:
nullo modo censuerunt damno mulctari.

Gregorius li. xii. Moralium.

Bonum est coniugium: sed mala sunt quæ circa il/
lud ex huius mundi cura succrescunt: dum ergo
tenetur quod non nocet ex rebus uix positis: com
mittitur plærunq; quod nocet. Sicut sæpe rectum
mundum q; in iter pergimus: & tamen ortis iuxta
uiam uepribus per uestimenta retinemur. In uia
quidem munda non offendimur: sed a latere no/
scitur quo pungamur. Gregor. Ibidem.

Qui tentationum procellas cum difficultate tole/
rant coniugii portum petant. Melius est nubere q̄
uiri. Sine culpa enim ad coniugium ueniunt: si ta
men nec dum meliora deuouerunt. Io. Chrys.

Ioannes Chrysostomus super Matthæum:
& habetur. xxxii. q. i. c. Sicut.

Sicut crudelis & iniquus est q castam dimittit uxo/
rem: Sic fatuus est & iniustus qui retinet meretri/
cem. Patronus enim turpitudinis est qui cælat cri
men uxoris.

Io. Chrys. & habetur. xxxii. q. i. Si quis.

Si quis uxorem suam inuenerit adulteram: & po/
stea deinceps placuerit habere eam in matrimo/
nio: duobus annis poeniteat: ideo quia cum adul/
tera mixtus sit: quæ adhuc crimine suo nō est pur
gata. Aut abstineat se a matrimonio eius: donec
expleatur satisfactō criminis poenitētiæ suæ. Ideo
quia post satisfacionem poenitentiæ non meretur
uocari adultera: Similiter si uirum suum uxor in/
uenerit adulterum non ad imparia iudicantur.

Io. Chrysostomus super Matthæum: &
habetur. xxvii. q. ii. Matrimonium.

Matrimonium quidem non facit coitus: sed uolun

tas: & ideo non soluit illud separatio corporis: sed uoluntatis: Ideo qui dimittit coniugem suã: & aliã non accipit adhuc est maritus. Nam & si corpore separatus est: tamen adhuc uoluntate coniunctus est: quum ergo aliam acceperit: tunc eam plene dimittit. Non ergo qui dimittit moechatur: sed qui alteram ducit. Io. Chry. super Matthaeum. xix. Quos deus coniunxit homo non separet.

Quemadmodum si uideas hominem assidue amicitias medicorum colentem: ex hoc statim intelligis q infirmus est: sic & quum uideas siue uirum siue mulierem de dimittẽdis uxoribus: aut uiris legem interrogantes: cognosce quia uir ille lascinus est: & mulier illa meritrix est. Isydorus li. ix. ethymologiarum: & habetur. xxvii. q. ii. coniuges.

Isydorus

Coniuges uerius apellantur a prima desponsatiõis fide quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus. Isydorus ibidem & habetur. xxxii. q. iiii. Liberi.

Liberi dicti sunt: qui ex libero matrimonio orti sũt. Nam & filii ex libero & ancilla seruilis sunt conditiõis: Semper enim qui nascitur deteriorem partẽ sumit: Naturales autem filii dicũtur ingenuarum concubinarum filii: quos sola natura genuit non honestas coniugii. Hii uero qui non sunt de legitimo coniugio: matrem potius: q̃ patrem sequuntur. Isidorus ethimologiarum li. xi. & habetur. xxxv. q. iiii. ca. consanguinitas.

Consanguinitas dum saepe paulatim propaginẽ ordinibus dirimens: usq ad ultimum gradum se subtraxerit: & propinquitas esse desierit: tunc primũ lex in matrimonii uinculum eam recipit: & quod amodo reuocabit fugientem. Ideo autẽ usq ad sextum generationis gradum consanguinitas statuta est: ut sicut sex aetatibus mundi generatio & hominis status finit: ita propinquitas generis tot gradibus terminet.

Isydorus super eo uerbo Matthaeus.

Quos deus coniunxit homo nõ separet: quaeris quo modo: subaudi uiolenter: sine lege: absq ratione. Quos deus coniunxit homo nõ separet: non enim homo separet quos poena cõdemnat: quos reatus accusat: quos maleficium coartat.

Isydorus & habetur. iii. v. q. v. c. Series.

Series consanguinitatis. vi. gradibus hoc modo dirimit: filius & filia: quod est frater & soror: sit ipse truncus illis seorsum seiunctis ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi: nepos neptis prim^9: pronepos proneptis secundus: abnepos abneptis terci^9: adnepos adneptis quartus: trinepos trineptis quintus: trinepotis filius & trinepotis filia sextus. Leo & habetur. xxxi. q. i. nullus.

Leo.

Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio Seneca Tragedia. ix.

Vince obsequendo potius immitem uirum. Seneca.

Aristoteles li. I. conomicorum.

Cõmunicatio uel coniunctio uiri & foeminae in animalibus irrationabilib^9 est solum gratia prolis procreandae: In hominibus autem non solũ istius gratia: sed etiam gratia alterius utilitatis: ut iuuẽtur a filiis potẽtibus parentes impotentes in senio effecti: & ut quae parentes potentes existentes facere filiis ipotentibus: recipiant a potẽtib^9 senio effecti.

Aristoteles lib. I. conomicorum. Aristoteles

Natura fecit unum animalium coniugalium forte scilicet masculum: ut ulciscatur prae fortitudine si bi illata: aliud uero fragile. s. foeminam: ut magis se custodiat prae timore.

Aristoteles Ibidem.

Oportet uirum puellã ducere i uxorem: ut doceat eam bonos mores. Ari. li. vii. polyticorum.

Mulieres coniugari congruit circa aetatem annorũ xviii. Viros uero circa aetatem. xxxvi. annorũ.

Aristoteles lib. ii. priorum.

Dilectio magis eligẽda est q̃ coitus: quia dilectio fit secundum bonam uoluntatem: & coitus secundũ actum corporalem. Plato in Memnone. Plato

Decet domum mulierem bene dispensare: salua facientem omnia quae intrinsecus: & obsequentem esse uiro. Laertius Diogenes de uita & moribus phylosophorum. La. Dioge.

Virgines sine dote nubere Lycurgus iussit: ut uxores non pecuniae causa eligerentur: seuerius q matrimonia sua uiri coercerent: quum nullis frenis dotium tenerentur. Idem.

Nulla tam bona uxor est in qua nõ inuenias quid: Sicut nihil superius benigna coniuge: Ita nihil in festa muliere crudelius: Est igitur uxor aut tutum refugium: aut poenale tormentum. Idem.

Quum quidam laetanter diceret Diogeni: se de nouo duxisse uxorem: ait illi. Paruum solatium: & magnã sollicitudinẽ es lucratus. Idem.

Euripides: ut ait Boetius: carẽtẽ liberis infortunio dicebat esse foelicem.

Plutarchus in Apopthegmatibus Plutarch^9.

Obiurgatus Hyero tyrãnus a quodam: q sibi os foeteret: suae id uxori crimini dabat: ut pote quae nihil unq hac de re dixisset: At illa ait existimabam enim uiros omnes ita olere.

Valerius Max. li. iiii. c. de Amore coniugali. Val. maxi.

Tuos quoq castissimos ignes Portia. M. Catonis filia cuncta saecula debita admiratione prosequẽtur: quae quum apud philippos uictum & interemptum uirum tuum Brutum cognosceres: quia ferrum non dabatur ardentes ore carbones haurire nõ dubitasti: muliebri spiritu uirilẽ patris exitum

imitata: sed nescio an hoc forti⁹: q̄ ille usitato tu no uo genere mortis absumpta es.

Valerius Max. lib. vii.

Vnicæ filiæ pater Themistoclen cōsulebat: utrum eam pauperi sed ornato: an locupleti parum probato collocaret: Cui is malo iquit uirum pecunia: q̄ pecuniam uiro indigentem. Quo dicto stultum mouit ut generum poti⁹: q̄ diuitias generi legeret.

L. Apulei⁹ Lucius Apuleius de Magia lib. ii.

Virgo formosa: & si sit oppido pauper tamen abunde dotata affert quippe ad maritum nouam animi indolem: pulchritudinis gratiam: floris rudimentum: ipsa uirginitatis commendatio: iure: merito: omnibus acceptissima est maritis. Nā quodcunq; aliud i dotem acceperis potes quum libuerit ne sis beneficio obstrictus omne ut acceperas retribuere: pecuniam remunerare: mancipia restituere: domo demigrare: prædiis cedere: sola uirginitas accepta est: reddi nequit: sola apud maritum ex rebus dotalibus remāet: Vidua autem qualis nuptiis uenit: talis diuortio digreditur: nihil affert impossibile: sed uenit iam alio perflorata.

Lu. Apuleius de dogmate Platonis.

Dites īferiores nuptias nō recusent: & locupletum consortia inopes consequantur: & si uires opum non congruunt: ingenia tamen diuersa miscenda esse ut iracundo tranquilla iungatur: & sedato homini incitatior mulier applicetur: ut talibus obseruationum remediis soboles natura discrepante cōfecta: morum prouētu meliore coalescat: & ita cōpositarum domorum opibus ciuitas augeatur.

A. Gelius. A. Gelius lib. i. noctium athicarum refert uerba Marcelli.

Si sine uxore possemus Quirites esse: omnes ea molestia careremus. Sed quoniam natura ita tradidit: ut nec cum illis satis commode: nec sine illis ullo modo uiui possit: saluti perpetuæ potius q̄ breui uoluptati consulendum est.

Varro. Varro in satyra quæ scribitur Manipea.

Vitium coniugis aut tollendum est aut ferendum. Qui tollit uitium cōmodiorē coniugem præstat. Qui fert se ipsum efficit meliorem.

Home. Homerus in α Iliados Verba sunt Iouis ad Iunonem.

μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους εἰδήσειν .i.

Non sane omnes meos speres sermones scire.

Idem in ι Iliados.

ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων τὴν αὐτοῦ φιλέει καὶ κήδεται .i.

Quicunq; bonus maritus & prudens suam amat & curat. Homerus in ζ Iliados uerba Hectoris ad Andromachen.

ἀλλ' οὔ μοι τρώων τόσσον μέλει ἄλγος ὀπίσσω

οὔτ' αὐτῆς ἑκάβης, οὔτε πριάμοιο ἄνακτος

οὔτε κασιγνήτων, οἵ κεν πολέες τε καὶ ἐσθλοὶ

ἐν κονίῃσι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν

ὅσσον σεῖ' ὅτε κέν τις ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων

δακρυόεσσαν ἄγηται .i.

Sed non mihi tātum curæ ē troianoꝝ dolor futu⁹

Neq; ipsius Hecubæ: neq; Priami regis:

Neq; fratrum: qui multi & boni

In pulueribus cadant sub uiris inimicis

Quantum tui o Andromache: q̄n aliquis græcorum armatorum.

Lachrymantem trahat. Hommerus in α Iliados uerba Iouis de Iunone.

αἰεὶ γάρ μοι ἔπειτα ἐνὶ ἀθανάτοισι νεικεῖ .i.

Semp. n. mihi cōsueuit pturbare quodcūq; cogitē.

Phocylides.

στέργε τεὴν ἄλοχον. τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄρειον

ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονῇ φίλα γήραος ἄχρι

καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ, μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος .idest.

Ama tuam uxorem: quid enim suauius & melius q̄ quum uiro uxor cōueniat amice usq; ad senectutem

Et marit⁹ suæ uxori: neq; incidat inter eos cōtētio.

Idem.

μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι

δὸς τι φύσει καὐτὸς, τέκε δ' ἔμπαλιν ὡς ἐλοχεύθης .i.

Ne maneas sine nuptiis: ne sine nomine pereas

Des aliquid naturæ & ipse: gigne & tu rursus: sicuti genitus es. Idem.

ἵππους μὲν κριοὺς δ' ἐπιζητοῦμεν κατὰ οἶκον

ταύρους δ' ὑψιτένοντας, ἀτὰρ σκυλάκων παράγειους

γῆμαι δ' οὐκ ἀγαθὴν κείδαινομεν ἀφρονέοντες .idest.

Equos autem nobiles quærimus habere in domo:

Taurosq; altæ ceruicis: & catulos uenatorios:

Ducere autē ī uxorē malā fœminam contendimus insipientes

Neq; post primas nuptias: nuptias alias celebres dānum supra damnum. Hesiodus.

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι

ἀλλ' ὅτι τριάκοντα ἐτέων μάλα πολλὰ ἀπολείπων
μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά. γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος. i.
Tempestiuus autẽ mulierem tuã ad domum ducas
Neq; natus plures triginta annos
Neq; multũ pauciores. Nuptiæ. n. Tẽpestiuæ istæ.

Idem.

παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς. idest.
Virginẽ autẽ duc in uxorẽ: ut mores castos doceas.

Idem.

Τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίει
πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών. μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς. i.
Hanc autẽ maxime duc i uxorem: q̃ prope te hitat
Omnia ualde circunspiciens: ne uicinis gaudia sint tuæ nuptiæ.

Exp⁹. Epi. — Exp⁹. Epigrãmatum.

εἴ τις ἅπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει
ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον. i.
Si qs semel duxerit uxorẽ: rursus scda cubilia seqt̃ᵉ
Naufragus nauigat bis ꝓfundum difficile. Ibidẽ.
οὐκ ἔστι γήμας ὅστις οὐ χειμάζεται
λέγουσι πάντες καὶ γαμοῦσιν εἰδότες. i.
Non est ducens uxorẽ qui non tempestatib⁹ agitet̃:
Dicunt omnes: & ducunt uxorem scientes.

Dionisius. — Dionisius.

ὥρα ἐρᾶν. ὥρα δὲ γαμεῖν. ὥρα δ' ἀναπαύσασθαι. idest.
Tempus amãdi: tp̃s ducendi uxorẽ: tp̃s q; qesc̃edi.

Menãder. — Menander.

ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου. i.
Sine tristitia habebis uitam sine nuptiis. Idem.
γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται. idest.
Ducere uxorẽ q̃ est futurus i pœnitẽtiã uadit. Idẽ.
γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν.
Nuptiæ. n. hominib⁹ desyderatum malum. Idẽ.
ἦθος προκρίνειν χρημάτων γαμοῦντα δεῖ. idest.
Morẽ præponere pecuniis ductũq; uxorẽ oportet.

Idem.

νόμιζε γήμας δοῦλος εἶναι τοῦ βίου. i.
Tibi persuade: si duxeris uxorẽ seru⁹ esse uitæ. Idẽ.
ὁ μὴ γαμῶν ἄνθρωπος οὐκ ἔχει κακά.
Qui non ducit uxorem hõ nõ habet mala. Idẽ.
ῥᾷον βίον ζῇς ἂν γυναῖκα μὴ τρέφῃς. i.
Facilem uitam uiues: si uxorẽ nõ nutriueris. Idẽ.
ὡς τρισκακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ. i.
Quam ter infœlix qui existens paup̃ ducit uxorẽ.

Plautus in Aululatia. — Plautus.

Dum morata recte ueniat: dotata est satis: hæ sunt atq; aliæ multæ in dotibus magnis incommoditates: sumptusq; intolerabiles. Nam quæ indotata est ea in potestate est uiri: dotatæ mactant & malo & damno uiros. Ibidem.
Laudant sapienter factum & consilio bono opulentiores: pauperum filias ut indotatas ducant.

Plautus in Sticho.

Bonas mulieres æquum est facere: ut absentes uiros perinde habeant quasi p̃sentes sint. Ibidẽ.
Stulticia est uenatum ducere iuitos canes: hostis est uxor inuita: quæ ad uirum nuptui datur.

Ouidius epistola Hermiones ad Orestem. — Ouidius.

Nec turpe marito.
Aspera pro charo bella tulisse thoro.

Ouidius epistola Deyaniræ ad Herculem.

Quam male inæquales ueniunt ad aratra iuuenci:
Tam p̃mitur maguo cõiuge nupta minor. Ibidẽ.
Si qua uoles apte nubere nube pari.

Ouidius lib. ii. artis amandi.

Lite fugant nuptæq; uiros: nuptas q; maritis
Inq; uicem credunt rem sibi semper agi.
Hoc decet uxores: dos est uxoria lites.
Audiat optatos semper amica sonos.

Ouidius Tristium li. v. elegia ultima.

Esse bonã facile est: ubi qd̃ uetet esse remotum est.
Et nihil officii nupta qd̃ obstet habet.
Quum deus intonuit nõ se subducere nymbo.
Id demum est pietas: id socialis amor.

Propertius li. ii. elegia. vi. — Proptius.

Fœlix Admeti coniunx & lectus Vlixis.
Et quæcunq; uiri fœmina limen amat.

Catullus in Epithalamio. — Catullus

Et tu nec pugna cum tali coniuge uirgo:
Non æquum est pugnare pater cui tradidit ipse:
Quum par connubium maturo tp̃e adepta es:
Virginitas non tota tua est. Ex parte parentum.
Ipse pater cum matre quibus parere necesse est.
Tercia pars matri data: ps data tercia patri:
Tercia sola tua est. noli pugnare duobus:
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Catullus Elegia prima.

Sed magis o nuptæ: semper concordia uestras
Semper amor sedes incolat assiduus.

Catullus Ode. xlii.

Aufillena uiro contenta est uiuere solo
Nuptarum laus est laudibus eximiis.

Martialis li. primo. — Martialis.

Coniugis audisset fatum quum Portia Bruti
Et subtracta sibi quæreret arma dolor:
Nundum scitis ait mortem non posse negari.
Crediderim satis hoc uos docuisse patrem.

Dixit & ardentes a uido bibit ore fauillas.
I nunc & ferrum turba molesta nega.
Martialis lib.i.ad Flaccum.
Qualem Flacce uelim quæris nolim ue puellam?
Nolo nimis facilem difficilemq; nimis:
Illud qd medium est: atq; inter utrunq; probatur.
Nec uolo qd cruciat: nec uolo qd satiat.
Martialis li.vi.de Telassina.
Quæ nubit totiens: non nubit: adultera lege est.
Martialis lib.vii.de Galla.
Difficile est uero nubere Galla uiro.
Martialis lib.viii.ad Priscum.
Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit Prisce marito.
Non aliter fiunt fœmina uir q; pares.
Martialis lib.xi.in uxorem.
Vxor uade foras: aut moribus utere nostris.
Iuuenalis. Iuuenalis satyra.vi.
Veniunt a dote sagittæ:
Libertas emitur: Coram licet innuat: atq;
Rescribat: Vidua ē locuplex q̄ nupsit auaro. Ibidē.
Facies uon uxor amatur. Iuue. satyra.vi.
Nulla ne de tantis gregibus tibi digna uidetur?
Sit formosa: decēs: diues: fœcunda: ueteres
Porticibus disponat auos: incātior omni
Crinibus effusis bellum dirimente Sabina;
Rara auis i terris: nigroq; simillima cygno. Ibidē.
Quis feret uxorem cui constat omnia: malo
Malo uenusinam: q̄ te Cornelia mater
Gracchorum: si cum magnis uirtutibus affers
Grāde supercilium: & numeras in dote triūphos.
Iuuenalis satyra.vi.
Huius enim rari summiq; uoluptas
Nulla boni. Iuuenalis satyra.vi.
Nil unq̄ inuita donabis coniuge: uendes
Hac obstante nihil: nihil hæc si nolet: emetur.
Hæc dabit affectus. Ibidem.
Nulla unq̄ de morte hominis cunctatio longa est:
O demens: ita seruus homo est: nil fecerit: esto:
Hoc uolo: sic iubeo: sit pro ratione uoluntas.
Imperat ergo uiro. Iuuenalis satyra.vi.
Semper habet lites alternaq; iurgia lectus
In quo nupta iacet. Minimum dormitur in illo.
Au. Geli⁹. A. Gelius noc.ath.li.v.c.xi.
Quum rogatus esset a quodā Bias. deberet ne uxorem ducere? an ut ipsam agere cælibem? inqt ἤτοι καλὴν ἄξεις ἢ αἰσχράν. καὶ εἰ καλὴν ἕξεις κοινήν. εἰ δὲ αἰσχρὰν ἕξεις ποινήν: οὐδέτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν. οὐ ληπτέον ἄρα. Aut pulchram duces: aut deformem. Si pulchrā: habebis communem. Si turpē habebis pœnam: Neutrum autem bonum. Non est igitur ducenda uxor.

Edicta græce ἰατρεία ... & ἰάομαι medeor: & ἰατρός .... medicus dicitur. Est autem duplex medicina. s. remouēs morbum: & promouēs ad perfectam sanitatem. Prima conuenit infirmis: secunda uero sanis. ex. b. Tho. tercia parte. q.lxxx.ar.iiii. Ars medicinæ duplex scilicet speculatiua & pratica. Idem in quæstionibus de ueritate.q.ii.ar.viii.

Matthæ⁹. Matthæus capitulo.ix.
Non est opus ualentibus medicus: sed male habentibus.
Marchus. Marcus capitulo.ii.
Non necesse habent sani medico: sed qui male hn̄t. Nō.n.ueni uocare iustos sed pctōres. Lucas.c.v. Lucas.
Non egent qui sani sunt medico: sed qui male hn̄t. Non eni ueni uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam. Lucas capi.viii.
Medice cura te ipsum. Hierony. sup Hiere. li.ii. Hierony⁹.
Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem: sed postea fructus doloris sanitate monstratur.
Am brosi⁹. Amb. sup ps.cxxx. & hēr de cō. di.v. Cōtrarie.
Contraria diuinæ conditioni præcepta medicinæ sunt: quæ a ieiunio reuocant: lucubrare non sinunt: ab omni intentione meditatiōis abducunt: Ita qui se medicinis dederit se ipsum sibi abnegat.
Gregori⁹. Gregorius in Pastorali.
Improbus & imperitus est medicus: qui alienū mederi appetit: & ipse uulnus quod patitur nescit.
Gregorius in Pastorali.
Mors medicinalis est ut sæpe feruorē uiscerum in pruriginem cutis trahat: & plerunq; inde interius curat: unde exterius sauciat. Ita nō nunq̄ diuinæ dispensatiōis medicamine agitur: ut exterioribus doloribus internum uulnus ordinetur.
Gregorius in homelia.
Modus medicinæ est ut aliquando similia simlib⁹: aliquando contraria contrariis curet: calidis frigida: frigidis calida curare consueuit. Veniens ergo ad nos desuper medicus noster: tantis q; inueniēs langoribus pressos quoddā nobis simile: & quoddam nobis contrarium apposuit. Ad homies quippe homo uenit: & ad peccatores iustus: concordauit nobiscum in ueritate naturæ: sed discordauit uel discrepauit a nobis in uigore iustitiæ.
Idem in Homelia de uno martire.
Sicut arte medicinæ calida frigidis: frigida calidis curantur: ita dominus nostra contraria opposuit medicamenta peccatis: ut lubricis continentiam:

tenacibus largitatem: iracundis mansuetudinem:
Io. Chrys. elatis properet humilitatem. Io. Chrysosto mus super illud Matthaei. viii. Ostende te sacerdo ti & offer munus.

Spirituali medico spiritualem offerebat mercedē. nam omnes medici pecuniis: iste autem solis ora/
Isydorus tionibus placat'. Isydo. li. iiii. Ethimologiarum.

Nomen medicinae a modo ac temperamento impo situm existimatur: ut non satis: sed paulatim adhi beatur: nam in multo contristatur natura: medio criter autem gaudet. Vnde & qui pigmenta & an tidota assidue biberint uexantur: immoderatio enim omnis non salutem: sed periculum affert.

Bernard'. Bernardus in Apologetico.

Delicata nimis medicina est prius allegari q̄ uulne/ rari: membrum non percussum plangere: & non/ dum suscepto ictu admouere manum: fouere un/ guento ubi non dolet: emplastrū adhibere ubi scis sura non est. Bernardus super cant.

Vnde irrepsit morbus: inde remedium intret: & per eadem sequatur uestigia: uita mortem: tenebras lux: uenenum serpentis antidotum ueritatis: & sa nat oculum qui turbatus ē ut serenus uideat: quē turbatus aurus prima mortis ianua prima aperiat
Boetius. & uitae. Boetius lib. i. de Con.

· Si operam medicantis expectas: oportet ut uulnus
Anselmus tuum detegas. Anselmus super ps. vi.

Medicus aegroto confitenti suam infirmitatē me/ dicinam negare non debet: ut persuadeat animae in quae mala se praecipitauit: & ideo & ut ex diffi/ cultate sanatiōis magis sibi caueat: Quod. n. faci
Seneca le sanatur nō multum cauet'. Seneca i puerbiis.

Crudelem medicum intemperantia facit: male se/ cum agit aeger: qui medicum haeredem facit.

Seneca li. de beneficiis.

Grauissima infamia est medici: opus quaerere.
Aristoteles Aristoteles li. ii. Ethicorum.

· Medicinae fiunt per cōtraria. Ari. li. i. Topicorum.

· Rhetor non semper persuadebit: nec medicus sem per sanabit.

S. Sulpici' Seruius Sulpiti' epi. ad Ciceronē cōsolatoria.

Noli imitari malos medicos: qui i alienis malis pro fitentur tenere se medicinae scientiam: ipsi se cura
Cicero. re non possunt. Cicero li. ii. de diuinatione.

At hoc ne homines quidem probi faciunt: ut ami cis impendentes calamitates praedicent: quas illi effugere nullo modo possint. At medici quamq̄ in telligunt saepe: etamen nonq̄ aegris dicunt illo mor bo eos esse morituros. Omnis enim praedictio ma li tum probatur: quom ad praedictiōem cautio ad iungitur. Cicero li. i. de fin. bo. & ma.

Medicorum scientiam non ipsius artis sed ualitudi nis causa probamus.

Homerus in λ Iliados. Homerus.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλ λων. idest.

· Medicus enim uir multorum aequiualēs aliorum.

Menander. Menāder.

ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νό σος. idest.

· Medicus garrulus aegrotanti alius morbus. Idem.

πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός με ἀπώλεσεν. i.

· Multorum medicorum ingressus me perdidit.

Euripides in Hippolyto. Euripides.

Κρεῖσσον δὲ νοσεῖν ἢ θεραπεύειν
τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν. τῷ δὲ συνάπτει
λύπη τε φρενῶν χερσίν τε πόνος. idest.

· Melius autem est aegrotare: q̄ curare aegrotum.
Illud quidem est simplex: huic uero adiungitur
Tristitia q; mentium: manuumq; labor.

Horatius sermonum li. primo. Horatius.

· Quod medicorum est
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

Horatius epistolarum li. i. Epistola. xii.

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Ouidius li. i. de remedio amoris. Ouidius.

Temporibus medicina ualet. Data tpe prosunt:
Et data non apto tempore uina nocent.

Ouidius Metamorphoseos li. i.

Sed immedicabile uulnus
Ense recidendum est: ne pars sincera trahatur.

Ouidius de Ponto li. iii. Elegia. iiii.

Ad medicam dubius confugit aeger opem.

Ouidius de Ponto li. iii. Elegia. vii.

· Curando fieri quaedam maiora uidemus
Vulnera: quae melius non tetigisse fuit.

Iuuenalis Satyra. xii. Iuuenalis.

· Curentur dubii medicis maioribus aegri.



Ediocritas graece μετ/ριότης. ητος. ἡ. & μέτριος. ου. ὁ. me/ diocris dicitur. Est au/ tē mediocritas existens inter excessum & defe ctum. Nam medium: unde descendit: est qd participat de utroq; ex tremorum. Seneca Tragoedia. x. Seneca

Quisquis medium defugit iter
Stabili nunquam tramite curret.

Arist. li. ii. Ethicorum. Aristoteles

Facile non est attingere medium: Sed ipsum attin/ gere difficile est. Medium in omnibus est lauda/ bile. Aristote. li. iiii. Polyticorum.

Quanto magis aliquid accidit ad medium: tanto melius: q̄to magis distat a medio: tanto peius est.

Cicero. Cicero li. de senectute.
Moderatio modo uirium adsit: & tātum quantum quisq; potest nitatur.

Menāder. Menander.
ἀμφιέσαι ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκε ἀεί. idest.
Hominem esse te ipsum recordare semper. Idē.
ἴσος μὲν ἴσθι πᾶσι κἂν προὔχῃς βίῳ. i.
Aequalis quidem sis omnibus: & si praestes diuitiis.

Ex.i.Epig. Ex primo Epigrammaton.
πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον. ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιὸς
ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή. idest.
Omne superfluum ītēpestiuū: qm̄ sermo ē antiquus:
Quod & mellis nimium est bilis.

Iulianus. Iulianus.
οἶκος καὶ πατρὶς βιότου χάρις. αἱ δὲ περισσαὶ
φροντίδες ἀνθρώποις οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος. idest.
Domus & patria uitae gratia: Superfluae autem
Curae hominibus: non uita: sed labor.

Bassus. Bassus.
μή με χειμῶνι πόντος ἄγοι θεαρίου δ᾽ ἐν γαλήνῃ
ἀεργοῖν ἀσπαζόμην τὴν πολυυμνίαν.
αἱ μεσότητες ἄρισται ὅπου δέ τι πρῆξις
ἔργ᾽ ἀγαθῶν
καὶ μάλα μέτρον ἐγὼ τὸ ἱκανὸν ἐστέρξα μόνον.
Τοῦ τ᾽ ἄρα πάντα φίλει λάμπι κακὰς δ᾽ ἀλέου θυέλλας
ἐστὶ τι μέσον πενίης καὶ βιότου ζέφυροι. i.
Neq; me tempestate mare ducat concitatum: neq; tranquillitatem
Ociosam amaui omnino uentis carentem.
Mediocritates optimae: ubi autem actiones uirorum
Et ualde mensuram ego sufficientem amaui.
Hoc ama chare lampi: malas fuge procellas.
Sunt quidam mansueti & uitae Zephyri.

Pallades. Pallades.
ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον ἐπὶ τὰ μὲν ἀκρα πέφυκε
κινδύνους ἐπάγειν. ἔσχατα δ᾽ ὕβριν ἔχει. idest.
Mediocritas enim optimum quid: quoniam summa quidem apta sunt
Pericula inducere: extrema uero cōuicium hēnt.

Plautus. Plautus in Penulo.
Hoc unum tibi cogito. Modus oib⁹ reb⁹ optimus est habitu. Nimia oia nimium exhibent negocium hominibus ex se.

Terentius. Terentius in Andria.
Apprime in uita hominis utile est: ut ne qd nimis.

Horatius. Horatius.
Est modus in rebus: sunt certi deniq; fines:
Quos ultro citroq; nequit consistere rectum.

Ouidius. Ouidius Metamor. li. ii.
Medio tutissimus ibis. Ibidem.
Inter utrunq; tene. Ouidius metamor. li. viii.
Inter utrunq; uola.

Martialis. Martialis Epigrāmaton li⁹. i. ad Flacum.
Illud quod medium est: atq; inter utrunq; ꝓbatur.
De hac materia uide isra i Mēsura. & Paupertas.

Meditatio graece μελέτη. ης. & μελετάω meditor dicitur. Quid autē sit: & quomodo differat a Consyderatione: cogitatiōe: & cōtēplatiōe: uide supra i Cogitatio. Sane: ut etiam ait Seruius super Bucolicis per antistichon dicimus conuersione. l in d.

Melancolia graeca dictio est apud illos enim μελαγχολία. ας. insania dicitur: & μελαγχολάω insanio: & μελαγχολικὸς ου. o. insanus uocatur. Est autē Melancholia atra bilis: hoc est cholera.

Memoria grece μνήμη. ης. & μνήμων. ονος. o. memor: & μνημονεύω memoror di citur. Est autem memoria per quam animus repetit ea quae fuerunt: secundum Ciceronē in Rhetoricis.
Memoria est iterata resumptio alicuius apprehensi sensu: uel intellectu. secundum Aristotelem lib. de memoria: & Reminiscentia.
Memoria est in multis aliis animalibus: Reminiscētia tm̄ in hominibus. Differūt enim memorari: & reminisci: primo secundum tempus. Quia licet utrunq; sit circa praeteritum: Tamen reminiscentia requirit obliuionem in tempore intermedio: qd non requirit memoratio. Itē memoratio bene conuenit aliis animalibus ab homine: Reminiscentia uero non. ex Aristo. Ibidem.
Memoria est pars integralis Prudentiae: Quia ad eam requiritur experimentum multorum: quod haberi non potest absq; memoria praeteritorum. Quia ut dicit philosophus primo Metaphysicae. Experimentum est ex pluribus memoriis.

Aristoteles Arist. li⁹. de memoria & reminiscentia.
Memoria non est futurorum: nec praesentium: sed praeteritorum tantum: Vnde sensus est praesentium: spes futurorum: memoria praeteritorum.
Ibidem.
Reminiscentia tantum hominibus inest: sed memoria inest multis aliis animalibus.

Dantes. Dantes paradisi cant. c. v.
Apri la mente a quel chu ti paleso
Et ferma lui entro: che non fa scienza
Senza loretenere hauer inteso.

- **MENDACIVM.**
  - Perniciosũ
    - In doctrina religionis:quod est contra fidem: uel contra bonos mores.
    - Quod nulli prodest:et alicui obest.
    - Quod uni prodest: & alii obest.
  - Iocosum.
    - Quod fit sola mendacii libidine. Aristoteles libro.iiii. Ethicorum dicit:φ mẽdax: quia talis est, secundum habitum ipso mendacio gaudet.
    - Quod fit cupiditate placendi suaui eloquio.
  - Officiosũ siue benignũ
    - Quod nulli obest: & alicui prodest ad pecuniam ei⁹ seruandam.
    - Quod nulli obest: & alicui prodest: ad uitam corporis seruandam.
    - Quod nulli obest: & alicui prodest: ut ab immundicia corporis aliquem tueatur.

Ex Aug.li. de Mendacio.

Mendacium graece. ψευ/δοσ.εοσ.τὸ.& ψευ/στησ.ου.ὁ.mẽdax: & ψεύδομαι mentior dr̄. Est autem mendacium falsa uocis significatio cum intentiõe fallendi: secundum Augusti.lib. de Mendacio.

Mentiri est concretum: & mẽdacium est abstractũ. Ideo dicens uerum contra opinionem eius: mentitur: Sed qđ dicit non est mendacium.ex;be. Tho. iii.sen.di.xxxviii.q.i.

Mentior a mente deriuatur: qđ est contra id: qđ est in mente:loquor. Differt φ a mẽdacium dico. Nã qui mentitur non ipse fallitur:sed alterum fallere conatur. Qui uero mendacium dicit ipse fallitur: quum credat se uerum dicer̃. Vnde Negidius. Vir bonus inquit praestare debet:ne mentiatur. prudens:ne mendacium dicat. Illud a mente deducitur: hoc a Menda:qđ errorẽ significat. Vnde mendosum librum dicimus:plenũ erroribus:hinc emẽdo:corrigo:& Emendator:& Emendatrix. A mẽdacium mendax:mendaciter:mendacius: mendacissimus descendunt. Exodi capi.xxiii.

Exodi. Non suscipies uocem mẽdacii: nec iunges manum tuam:ut pro impio dicas falsum testimonium.

Leuitici. Leuitici capitulo.xix.

Non mentiemini:nec decipiet unusquisq; proximũ suum. Iob.capitu.xiii. Iob.

Nunquid deus indiget uestro mendacio: ut pro illo loquamini dolos. Prouer.capi.vi. Prouerb.

Sex sunt quae odit dominus:& septimum dtestatur anima eius: Oculus sublimes: Linguam mendacem: Manus effundentes innoxium sanguinem: Cor machinans cogitationes pessimas: Pedes ueloces ad currendum in malum. Proferentem mẽdacia:Et eum qui seminat inter fratres discordias. Prouerbiorum capi.viii.

Arrogantiam & superbiam:& uiam prauam:& os bilingue detestor. Prouer.cap.x.

Qui nititur mendaciis:hic pascit uentos: Idem aũt ipse sequitur uentos uolantes. Pro.ca.x.

Abscondunt odium labia mendacia:qui profert cõtumeliam insipiens est. Prouer.cap.xii.

Qui quod nouit loquit̃: index iusticiae est: Qui autem mentitur testis est fraudulentus. Prouerbiorum capi.xii.

Abominatio est domino labia mendacia: Qui autẽ fideliter agunt: placent ei. Pro.capi.xix.

Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mẽdacia peribit. Sapientiae capi.i. Sapientiae.

Sermo obscurus in uacuum nõ ibit:os autem quod mentitur occidit animam. Ecclesiastici .c.iiii. Ecclesiasti.

Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo: & de mendacio ineruditionis tuae confundere. Ecclesiastici capitu.vii.

Noli amare mendacium aduersus fratrẽ tuũ. Neq; in amicũ similiter facias: Noli uelle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. Paulus ad Ephesios capi.iiii. Paulus

Deponẽtes mendacium: loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo: Quoniam sumus inuicẽ membra. Iacobus in epistola capi.iii. Iacobus

Nolite gloriari:& mendaces esse aduersus ueritatem. Aug.in Enchyriodon.& habet̃.xx.q.ii. Augustin⁹

Is autem qui mentitur: contra id quod animo sentit, loquitur : uoluntate fallendi . Et utiq; uerba propterea instituta sunt: non ut per ea se inuicem homines fallant: sed ut eis quisq; in alterius noticiam cogitatiões suas proferat: Verbis autem uti ad fallaciam: non ad quod sunt instituta: peccatũ est: Aug. Ibidẽ & habetur Ibidẽ. In ipsarũ.

In ipsarum consyderatione rerũ: quae dicuntur tantum interest: quia siue quis fallatur: siue mentiatur: ubicunq; falli: q̃ mentiri minus est malũ: quãtum pertinet ad hominis uoluntatem: tamen longe tolerabilius est in his quae a religione seiuncta sunt mentiri: q̃ in his: sine quorum fide uel noticia deus caeli non potest falli. Augu. Ibidem : & habetur Ibidem. Mihi autem.

Mihi autem non absurde uidetur omne quidẽ men

dacium eſſe peccatum: ſed multū intereſt quo animo: & de quibus rebus quiſq; mētiatur. Nō enim ita peccat qui conſulendi: quomodo ille qui nocendi uoluntate mentitur: Nec tantum nocet qui uiatorem mentiendo in aduerſum iter mittit: quantū is qui uiam uitæ mendacio fallente deprauat.

Auguſtin⁹ Augu.li.quæſt. Geneſis & habetur.xxii. queſtio.ii.Quod ait.

Mendacia enim a mendacibus ſerio aguntur: non ioco. Quum autem quæ non ſunt tamq̄ ioco dicūtur: non deputentur mendacia.

Augu.lib.de conflictu uitiorum & uirtutum: & habetur.xxii.q.ii.Nec artificioſo.

Nec artificioſo mendacio: nec ſimplici uerbo oportet quemq̄ decipere: quia quomodolibet mentitur quis: occidit animam. Augu.de uerbis apoſtoli.& habetur.xxii.q.ii.Homines falſum.

Intereſt quemadmodum uerbum procedat ex animo: Ream lingua n non facit: niſi rea mens.

Aug. Ibidē & habet' Ibidē. Quū humilitatis.

Quum humilitatis cauſa mentiris: ſi nō eras peccator anteq̄ mentireris mentiendo efficeris quod euitaras. Augu.ad cauſulanum.& habetur.xi. q.iii.Quis quis.

Quis quis metu cuilibet poteſtatis ueritatem occultat: iram dei ſuper ſe prouocat: Quia magis timet hominem: q̄ deum: & poteſt pauca. Vterq; reus eſt & qui ueritatem occultat: & qui mēdacium dicit: quia & ille prodeſſe non uult: & iſte nocere deſyderat. Augu.ſuper Ioannem.

Quomodo deus pater genuit filium ueritatem: ſic diabolus lapſus genuit quaſi filium mendacium.

Aug.ſuper epiſtola ad Galathas.

Quicquid figurate fit: aut dicitur: non eſt mēdaciū.

Hierony. Hieronymus ſuper Hieremiā lib.ii.

Aliud eſt iurare falſum: aliud iurare in dolo. Non enim omnis qui aliter facturus eſt: q̄ promittit in dolo iurat: Licet enim apoſtolus Corinthiis promitteret: ueniam ad uos: non tamen in dolo iurauit: aut mendaciter promiſit. Ille autem in dolo iurat aut mendaciter promittit: in cuius mēte eſt nō ſic ſe facturum: ut promittit. Ille autem qui promittit falſum: quod putat uerum: nec ī dolo iurat: nec mendaciter promittit. Hiero.ſup Micheā.

Congregationem diuitiarum ſequitur mēdacium: Manus enim aſſueta theſauros condere fraudulētam linguam poſſidet: Veritas paupertatem: mendacium diuitias parit. Ambro.in ſermone de dominica de Abraā: & habetur.xxii.q.v.Cauete.

Ambroſi⁹.

Cauete fratres mendacium: quia omnes qui amant mendacium: filii ſunt diaboli: non ſolum in falſis uerbis: ſed etiam in ſimulatis operibus mēdacium eſt. Mendacium namq; eſt ſe chriſtianum dicere: & opera chriſti non facere: Mendacium eſt epiſcopum: ſacerdotem: uel clericum ſe profiteri: & contraria huic ordini operari. Gre.viii.li.moraliū.

Non nunq̄ peius eſt mendacium meditari: q̄ loqui. Nam loqui plerūq; præcipitationis ē: meditari uero ſtudioſæ prauitatis. Grego.Ibidem. Gregorius

Mendacii quoq; genus perfecti uiri ſummopere fugiunt: ut nec uita alicuius per eorum fallaciam defendatur: ne ſuæ animæ noceant: dum præſtari nituntur carni alienæ: quanq̄ hoc peccati genus facillime credamus relaxari. Nam ſi qualibet culpa ſequenti ſolet pia operatione purgari: quanto magis hoc facile abſtergitur: qd mater boni operis ipſa pietas admittit. Io.Chryſo.ſup Matthæū. Io.Cryſo.

Conceſſum eſt diabolo interdū uera dicere: ut mendacium ſuum rara ueritate commendet

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæū.xxi.

Mendacia ſi non habent quem decipiant: ipſa ſibi mentiuntur: ſicut ait pſalmus. Mentita eſt iniquitas ſibi. Iſydorus in ſynonymis: & habetur. Iſydorus xxii.quæ.ii.omne genus.

Omne genus mendacii ſummopere fuge: nec caſu: nec ſtudio loquaris falſum: nec ut præſtes mentiri ſtudeas: nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas: caue mendacium in omnibus.

Bernardus ſuper cant.ſermone.xviii. Bernard⁹

Aliud eſt ſub incerto: hoc uel illud opinando ſentire: aliud eſt temere affirmare: quod neſcias. Eſt.n. qui dubie profert mendacium: nec mentitur: Eſt qui ueritatem quam neſcit affirmat: & mentitur: Nā & ille non quidem qd nō eſt eſſe: ſed ſe quod credit crederē dicit: & uerum dicit: & ſi hoc uerum non ſit quod credit. Is quum ſe certum unde certus non eſt dicit: uerum nō dicit: ēt ſi uerum ſit de quo aſſerit. Boetius li.i.de cōſolatōe pſa.iiii. Boetius

Sed ſi ſemper mentiens imprudentia rerum merita non poteſt immutare. Nec mihi Socratico decreto fas eſſe arbitror: uel occuluiſſe ueritatē: uel conceſſiſſe mendaciū. Lactantius.firmi.li.ii. Lactantius diuinarum Inſti.

O q̄ facile eſt redarguere mendacia.

Ariſtoteles li.ii.Phiſicorum. Ariſtoteles

Abſtrahentium non eſt mendacium.

Ariſtoteles lib.iiii.Ethicorum.

Omne mendacium prauū eſt: & fugiendū.

Ariſtoteles li.Elenchorum.

Duo ſunt opera ſapientis: quoq; unū eſt non mentiri de quibus nouit: alteq; uero mentientē manifeſtare poſſe. Laertius Diogenes de uita & moribus Laertius philoſophorum.

Qui in mendacio confidit: cito deficiet.

Fran.Petrarcha li.i.c.i.de uita ſolitaria. Fran.Pet.

Vt enim immortalis eſt ueritas: ſic fictio & menda/

cium non durant: simulata illico patescunt: & magno studio cōpta cæsaries uēto turbat̄ exiguo: & oposa licet impressus fucus sudore diluit̄: & argutum quoq; mēdacium uero cædit: corāq; pressius intuente dyaphanum est: optum omne detegitur: Abeunt umbræ: natiuusq; rebus color manet: & latere diutius magnus est labor. Nemo sub aquis diu uiuit: Erumpat oportet: & frontē quā cælabat aperiat. Poggius li.ii. de uita Cyrri.

Poggius — Nā mendacem esse maximum scis esse impedimentum ad ueniā ipetrādā. Homerus in ι Iliados.

Homerus. — ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν

ὅς χ᾽ ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ. i.

Exosus enim mihi ille ueluti inferni portæ

Qui aliud quidē occultū hēt i mēub⁹: aliud uero ore profert. Homerus in Γ. Odysseæ. Verba sunt palladis de Nestore.

ψεῦδος γὰρ οὐκ ἐρέει. μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί. i.

Mendacium. n. non dicet: Valde. n. prudēs est.

phocylides — Phocylides.

ψεύδεα μὴ βάζειν. τὰ δ᾽ ἐτήτυμα πάντ᾽ ἀγορεύειν. i.

Mendacia noli dicere: sed uera oīa loquere. Idē.

μὴ δ᾽ ἕτερον κεύθειν κραδίῃ νόον. ἀλλ᾽ ἀγορεύειν. i.

Noli aliā occultare i corde sententiā: & aliā pferre.

Cleobulus — Cleobulus.

ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς φρόνιμος καὶ σοφός.

Mendacium odit omnis prudens: & sapiens.

Menāder. — Menander.

ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον. i.

Mentiens nullus latet ad multum tēpus. Idem.

ψευδοῦς διαβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται. i.

Mendacii crimen uitam lædit. Idem.

ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος.

Mendacium autē odit oīs sapiens & utilis.

Ouidius. — Ouidius li. xiii. metamorphoseos.

Sed quid mihi fingere prodest.

Dantes — Dantes inferni. c. xvi.

Sempre a quel uer cha facia di menzogna.
De lhom chiuder le labra quanto puote.
Pero che senza colpa fa uergogna.

Dantes inferni. c. xxiii.

Io udi gia dire a bologna
Del Diauol uitii assai: Tra quali udii
Chelli e bugiardo e padre de menzogna.

MEnsis g. μήν. μηνὸς. ὁ. dr̄ ἀπὸ τῆς μήνης: qd est luna. Nā lunæ rōne mēsis constitutus est. Vñ M. Varro. Mēsis a lunæ motu dictus: dum ab sole pfecta rursus redit ad eum luna. Aegiptii quoq; teste Herodoto Menā uocauere lunā. A mensis fit menstruus adiectiuū: ut opus mēstruū: hoc ē op⁹ uni⁹ mēsis. Itē Mēstrua substātiuum numeri pluralis tantum: qd significat supfluum illum humorē: quē singulis mēsib⁹ mulieres nisi grauidæ sint emittunt: quo tpe coit⁹ mariū cū his exitiales: & pestiferi sunt: pserti in silēte luna: quā purpurā quoq; ab his pollui tradūt.

MEns g. νοῦς & φρόνησις νοῦ. ου. ὁ. dr̄. Venitq; a metiēdo: uel a memini. scdm. b. Tho. prima parte. q. lxxix. ar. ix.

MEnsura g. μέτρον. ου. τὸ. & μετρητός. οῦ. ὁ. mēsurabilis dr̄. Est aūt mēsura illud p qd cognoscit̄ q̄titas rei. scdm. b. Tho. pria secundæ. q. lxxxx. ar. i. & Post. lec xxxvi. Mēsura est duplex. s. intrinseca & extrinseca. Pria est i quolibet mēsurato subiectiue. Scda uero in uno solo. scdm Eundem. ii. sen. di. ii. q. i. & i. quæst. de ueri. q. i. ar. v.

Phocylides. — phocylides

πάντων μέτρον ἄριστον. ὑπερβασίαι δ᾽ ἀλεειναί. i.

Oium mēsura optimā: trāsgressiōes aūt euitabiles.

Idem.

μέτρῳ καὶ φαγέειν. καὶ πιεῖν. καὶ μυθολογεύειν. i.

Cū mēsura comede: & bibe: & loqre. Pythagoras. — Pythagor.

μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. i.

Mensura in omnibus optima.

Hesiodus. — Hesiodus.

εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος. εὖ δ᾽ ἀποδοῦναι

αὐτῷ τῷ μέτρῳ. καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι

ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς. i.

Bona mēsura mutuo sumes a uicino: bonaq; redde
Eadem mensura: & melius si potes:
Vt si alias indigneris & sumministrantē inuenias.

De hac materia habes supra in Mediocritas.

MErcatura g̃ ἐμπορεία. ας. ἡ. & ἔμπορος. ου. ὁ. mercator: et ἐμπορεύομαι mercor dr̄. Est autem triplex mercatura. s. Nauigatio: Deuictio. i. fœneratio: & Negociatio scdm Arist. li. i. Politycorum. Negociatio de

ſe nõ ẽ uitioſa: licet hẽat turpitudinẽ. Ideo licita ẽ ſi ſit ad finẽ honeſtũ: uel neceſſarium.i.q negociator lucreẽ moderate.ſ.uel ad ſuæ familiæ ſuſtẽtatõnẽ: uel paupum: uel cõitatis: ſi i feſto: iuſto cõtractu: & nõ ad cautelã.ſcdm.b.Tho.q.lxxvii.ar.iiii.

Mercatura dr̃ a mercor: illud uero a mereo: ẽ.n.merere lucri gr̃a aliqd opari: ut merere militare. Lucanus. Aere merẽt paruo. Differunt aũt Merx: et Mercatura: q Merx eſt ſpecies ipſa quæ emitur: uenditur ue: a quo mercimoniũ: & comerciũ: q̃ſi cõtractiatõ q̃dã merciũ ueniunt. Mercatura uero eſt actus ipſe emẽdi: ac uendẽdi merces. Mercem Varro a merendo ære dictã uult. Mercis appellatio: ut uult Vlpianus: ad res tantum mobiles pertinet. Leuitici.c.xix.

Leuitici · Statera iuſta: & æqualia ſint pondera: Iuſtus modius: æquus ſeſtarius. Eccleſiaſtici.c.xxvi.

Ecclẽſtici. · Difficile exuitur negocians a negligentia: & nõ iuſtificabitur caupo a peccatis labiorum.

Eccleſiaſtici.c.xxvii.

Inter medium emptionis & uenditionis anguſtiabitur peccans. Eccleſiaſtici.c.xxxvii.

· Cum negociatore tracta de traiectiõe: & cum emptore de uenditiõe. Aug.de ci.dei.li.xiii.c.iii.

Auguſtin' · Oẽs uolũt uiliter emeẽ: et care uẽdere. Aug.ſup.pſ. Deſyderio tuo locũ facis diabolo. Ecce.n.diabol' poſuit lucrum: & mutuauit ad fraudẽ: Lucrũ hr̃e nõ poteris: niſi fraudẽ feceris: ſed lucrũ eſca ẽ: fra' laque': ſic attẽde eſcã ut uideas & laqueum: qa lucrũ hr̃e nõ poteris: niſi fraudẽ feceris: fraudẽ autẽ ſi feceris: capieris. Ambro.li.iii.de Officiis.

Ambroſi'. In cõtractibus uitia eorũ q̃ ueneunt prodi iubẽt: at niſi intimauerit uẽditor q̃uis in ius emptoris tranſierint doli actione uacuãtur. Io.Chryſo.ſup

Io. Chryſ. Matthæum: & hẽtur di.lxxxviii. Eiiciens.

· Eiiciẽs dñs uendentes & emẽtes de tẽplo ſignificauit: qa mercator nuuq̃ põt deo placere: & iõ null' chriſtiãus debet eſſe mercator: aut ſi uoluerit eſſe piiciatur de eccleſia dicente propheta: qa nõ cognoui negociatões introibo in potẽtias dñe: Quẽadmodum.n.q ambulat inter duos inimicos uolens ambobus placere ſine alloq̃o mali eẽ nõ põt: neceſſe ẽ ut iſti male loquaẽ de illo: & illi male de iſto: Sic mercator ſine mẽdatio & piurio eſſe non põt: Sed ſubſtãtia talium ſtabilis eſſe nõ põt: neq ad bonum pficit: q de malo cõgregaẽ. Quẽadmodum.n. · Si triticum aut aliud tale cernas i Cribro: dum huc & illuc iactatur oĩa grana paulatim deorſum cadunt: & tãdẽ in Cribro nil remanet niſi ſtercus: Sic de ſubſtãtia negociatorũ nouiſſime nil remanet niſi peccatum.

Leo. Leo pp̃.& hẽtur de poeni.di.v. Qualitas.

Qualitas lucri negotiantẽ aut accuſat aut arguit: quia eſt & honeſtus q̃ſtus & turpis. Verũtñ poenitenti utilius eſt diſpẽdia pati: q̃ piculis negociationis aſtringi: · Quia difficile eſt inter ementis & uẽdentis comercium non interuenire peccatum.

Cicero li.iii.Officiorũ. Cicero.

Quid ſtulti' q̃ uẽditorẽ uitia rei quã uẽdit narrare: & q̃ſi præco pdicere: domũ peſtilẽtiæ uẽdo. Ibidẽ.

Hoc gen' celãdi qs nõ uideat: Certe nõ apti: nõ ſimplicis: non igenui: nõ iuſti: nõ boni uiri: ſed potius uerſuti: obſcuri: aſtuti: fallacis et calidi. Cic.li.offi.

Primum improbanẽ hii quæſtus qui in odia hominum incurrunt: ut portitor & fœnerator.

Cicero li.Officiorum.

Illiberales & ſordidi quæſtus ſunt mercẽariorũ omnium: quorũ opa: non quorũ artes emunẽ. Eſt.n. illiberalis ipſa merces auctoramẽtum ſeruitutis.

· Sordidi ẽt putãdi q emunt a mercatoribus: qd ſtatim can' uẽdant. Nihil.n.pficiunt: niſi admodum mẽtianẽ. Nec uero qcq̃ eſt turpius uanitate: Neq .n.qcq̃ ingenuum hr̃e põt officina. Ibidẽ.

Marcatura autẽ ſi tenuis ſordida putanda eſt: Sin copioſa: & magna: & multa undiq portans multiſq ſine uanitate impartiens: non eſt admodum uituperanda. Ariſt.li.vi.Polyticorum. · Ariſtoteles

· Neceſſarium eſt in omni ciuitate aliqd uendi: & aliquid emi. Horatius epiſtolarũ li.i.Epiſtola.i. Horatius.

· Impiger extremos curris mercator ad indos
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa: per ignes.

Horatius li.ii.epiſtolarum ad Iulium florum.

Plenius æquo
Laudat uenales qui uult extrudere merces.

De hac materia uide ſupra in Auaricia: & infra in Nauigatio:

MErces g̃. μισθὸσ.οῦ.ὁ. & μισθωτόσ.οῦ.ὁ. mercenarius dr̃. Eſt autẽ Merces id qd recõpenſatur p opis retributione. Ideo reddere mercedẽ eſt actus iuſticiæ: Sicut reddere pciũ rei emptæ.ſcdm.b.Th.pria ſcdæ.q.xiiii.ar.i. Mercenarius uero actus is dr̃ q fit pp mercedẽ: nõ aũt q ẽ circa eã.ex.b.Tho.iii.ſen.di.xxvi.q.ii.ar.i. Vtrũq dr̃ a mereo d q' ſupra i dictõe Mercatura.



Eritum g̃ ἀξία.ασ.ἡ. & ἀξιόομαι mẽreo dicitur. Eſt autem meritum actio: qua iuſtum eſt ut agenti aliqd deẽ. ſcdum.b.Tho.tercia parte.q.xlviiii.arti.vi. Differunt autem Mereri et cõmereri: q Mereri dicimur bona: Commereri uero mala. ex Donato ſuper Terentio. Dicunturq hæc a mereo de quo in Mercatura: Vnde etiam meretrices dicun

tur mulieres: q̃ sordidissimi quæstus gr̃a prostant: & quaꝝ turpitudo uenalis ẽ: a qb⁹ meretricium: ars ipa dr̃ meretricia: & meretricor: scortor: & meretricius cia cium: quicquid quæstum facit corpore suo. Ecclesiastici.c.xvi.

Ecclesiastici. · Omnis misericordia faciet locũ unicuiq; scd̃m meritum operum suorum: & scd̃m intellectum peræ grinationis ipsius. Paulus ad Titum.c.iii.

Paulus. Non ex operibus iustitiæ: quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

Augustin⁹ Augustinus li. de libero arbitrio.

· Deus author est meriti: qui & uoluntatem applicat opr̃: & op⁹ explicat uoluntati. Aug. li. cõfessi.

Quisqs tibi enumerat uera merita sua: qd tibi enumerat: nisi menta tua. Aug. sup Matthæũ.xi.

Simplices & indocti regnum cælorum rapiunt: & nos cum litteris nostris ad infernum descendim⁹.

Gregorius Gregorius Homelia.x.

Non est magni meriti: si quid foris erga nos agatur in corpore: sed magis pensandum est quid agatur in mente. Nã præsentẽ mundum despicere: transitoria non amare: mentem medullitus in humilitate deo: & proximis sternere: contra illatas contumelias patientiam seruare: & custodita patientia dolorem maliciæ a corde repellere: egenis propria tribuere: alia minime ambire: amicum in deo diligere: & propter deum: & eos q̃ sunt inimici amare: de afflictione proximi lugere: de morte inimici non exultare: hic est noua creatura.

Io. Chryſ. Io. Chrys. de compunctione Cordis.

· Et si milies oriamur: & si omnes uirtutes animæ expleamus: nihil dignum gerimus ad ea quæ ipsi a deo percipimus. Idẽ de reparatione lapsi.

Vidimus aliquotiens nonnullos cæpisse postremos: & factos merito priores. Idẽ Homelia.lxx.

Quicqd gesseris paꝝ est: qcquid feceris minus est: Omne. n. meritum breue est cõparatione donorum. Numera beneficia si potes: & tunc considera qd mereris. Io. Chryso. Ibidem.

Si totum tẽpus uitæ huius occupãt obseqa: laudes teneant: gratiaꝝ actiones insistant. Non poteris pensare qd debes. Io. Chrys. Ibidem.

Sit licet excellẽs hominum meritum: sit naturæ iura cõseruãs: sit legũ iussis obtẽperans: Fidẽ impleat: Iusticiã teneat: Virtutes exerceat: dãnet uitia: peccata repellat: Exẽplum semet imitãtib⁹ præbeat: nihil est respectu eiusdẽ. Io. Chrys. Ibidẽ.

Cum diuinis muneribꝰ actus pprios meditare: nec dignum te iudicabis eo quod fueris: si intelligas quod mereris. Idem sup Matthæum.xi.

Grandis uiolẽtia est in terra nasci: & cælum rape: & hẽre p uirtutẽ: quod non possumus hẽre p naturã. Regnum cælorum uim patit: qa gloria dẽ Israel patribus debita a pphetis nunciata: a Christo oblat a fide gentiũ occupat: & rapit: Dum per pœnitentiã quã Ioannes prædicauit: reuiuiscunt ad cæleste patriã quasi in alienum locum redeuntes. Bernardus super cantica.

Bernardus · Præposterus ordo est ante meritum exigere præmium: & ante laborẽ sumere cibũ. Ber. sermõe.liii.

Hoc totum hois meritum: si totã spẽ ponat in eo: q totum saluum fecit: sufficit ad meritum scire q non sufficiant merita.

Metus g̃ φόβος.ου.ὁ. & φοβοῦμαι metuo dr̃. Est autẽ metus expectatio mali. secundum Arist. li.iii. Ethicorum.

Metus est opinio magni mali ĩpedentis: Cui subiiciunt̃ Pigricia: Terror: Timor: Pauor: Exanimatio: Conturbatio: & Formido. Metuo scd̃m. M. Varronẽ: dr̃ a quodã motu animi: quum id qd malum casuꝝ putat mens refugit. Metus facit ei⁹ diminutiuum meticulus.

De hac materia Vide infra in Timor.

Millitaris prudentia: est uirtus qua regitur multitudo exercitus ad tuitionem totius boni communis. scd̃m.b. Tho.2a 2æ.q.xlviii.c.iiii.

Milles g̃ στρατιώτης.ου.ὁ. & στρατιά ᾶς.ἡ. millitia: & στρατεύω millito dr̃. Venitq; a mille: quasi millesimus quisq;: hoc est quisqs ex millenario numero fuerit. Legio .n. primo: ut Varro inqt: trium millium fiebat: & singulæ tribus Tatiẽsium: Rãnium: & Lucerum mille millitum mittebãt. Hinc millito uerbũ: hoc est millitiã exerceo: & millitariter: more militum. & Cõmillito cõmillitonis: q simul millitat: hoc ẽ socius in bello. Et cõmillitium ipsa belli societas.

Millitiæ gñia apud ueteres tria erant. Alii. n. euocati dicebantur: q non millites: sed p millite erãt. Alii tumultuarii: qui necessitate aliqua electi: ad unum dũtaxat bellum millitabãt. Alii sacramento religati: q post electionẽ in tempu. iurabant: qd millitare sacramentum dicebatur. Hi plenã millitiam hẽbant: Erãtq; qnq; & uiginti ãnis obligati.

Millitiæ instrumenta sunt Galea: in qua conus: & crista: Thorax: Lorica: Baltheus cingulum: Scutum: Clypeus: Parma: Cætra scutũ breue: ocrea: Tragula: Gladius: Ensis: Sparus: Gessa: Verrutum: Pilũ: Aclides: Pugio: Scorpius: Catapulta: Concitus: Glandes plumbeæ: Phalarica: Semiphalarica: Solliferrea: Lancea: Rumigeruli: Falcest Bipennes: Frameæ: Rõphæa: Ansaculæ: Cateiæ: Sciboņes: Sudes: Siccæ: Macheræ: Hemispathæ: Veruinæ: Ligulæ: Climaculæ: Vanabulũ Sarissæ: Saxa: Cetrategmen: Pelta: Vehicula: Currus: equi: In aquis Gauli: Corbitæ: Caudicæ: Naues longæ: Biremes: Triremes: Lembi: Naues

oneraria: Hippagines: Cercuri: Celoces: Oxiæ:
Schediæ: Remiculi: Scaphæ: Lyntres: Actua/
riæ: Prosumiæ: uel Gesseoretæ: uel orioles: Cat/
tæ: Pontones Nuctuciæ: Mediæ: Phaselli: Paro/
nes: Myoparones: Caupulica: Mareplacidæ: Ci/
darum: Ratariæ: Catascopium: Cymba: Pistrix:
Horia: Liburni: Hæc omnia militiæ usui esse pos/
sunt. Sunt & alia ut Testudo: Centones: Vineæ:
quas Cattos uocabulo barbaro uocant: Pluteï:
Ad murorum defensionē: Agger: musculi: Turres am
bulatoriæ: Scalæ: quibus muros primus Capane/
us dicitur ascēdisse: Exostra pons: Tellenon: Sclo
pitum: præteruolans: Bombarda: alia quid id genus.
De hac materia hēs supra in Bellum.

Mille g̃ χιλια.τά. & χιλιοστὸς.οῦ.ὁ.
millesimus dr̃. Est autē mille numerus cubus:
cuius radix est decē. scd̄m. b. Tho. iiii. sen
di. xliii. q. i. ar. iii.

Myoparo onis dictio græca est: Illi. n. μυο/
παρώνων. μυοπ. ο. dicunt. Est autē myopa
ro nauigii genus pyratarum. Cuius Vale.
max. fecit mētionem li. iii. titulo. De Iure trium/
phandi. Qui ex desertis montibus myoparonibusq;
pyraticis rostris laudis inopes lauteæ ramulos fe/
stinabunda manu decerpserunt.

Miraculum g̃ θαῦμα.
τος.τό. & θαυμα/
στὸς.οῦ.ὁ. mirabilis.
Est autem miraculum
res: quæ unde manaue
rit: aut qua rōne consti
terit dignoscere est ar/
duum. Vt elicitur ex
plogo ultimi capituli
primi libri Valerii maximi. Vel sic.

Miraculum est quicquid præter naturæ usum eue/
nit: & ideo in admirationem nos trahit. Venit au/
tem miraculum a miror. Mirari autē proprie est
re aliqua: tanq̃ noua obstupefieri. Aliquando mi/
rari est cum uoluptate: et delectatōe intueri. Virg.
Seu qs Olypiacæ miratus præmia palmæ. Aliquā
do mirari est uenerari. Virg. Ille operum custos: il
lum admirantur: & omnes circunstant. Hinc ad/
mirabile. i. admiratōe dignum: & admirabundus
admiratiōe plenus.

Augustin' Augusti. & habetur. i. q. i. c. Teneamus.
Teneamus fratres mei unitatem. Præter unitatem
& q facit miraculum nihil est. In unitate erat po/
pulus Israel: & nō faciebat miracula Præter uni/
tatem: erant Magi Pharaonis: & faciebant simi/
lia Moysi: Populus Israel ut dixi nō faciebat mi/
racula. Qui erant saluandi apud deū: q faciebant
miracula: an qui non faciebant? Petrus apostolus
resuscitauit mortuum: Simon magus fecit multa.
Erant quidā Christiani qui non poterant facere
quod faciebat Petrus: nec quod faciebat Simon:
sed idem gaudebant: quia nomina eorum scripta
erant in cælis. Aug. li. x. de Ciuitate dei.

Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo: profe/
cto minus est q̃ totus hic mundus idest cælum: &
terra: & omnia quæ in eis sunt: quæ certe deus fe/
cit. Nam & omni miraculo quod fit per hominē
maius miraculum est homo. Quāuis igitur mira/
cula uisibilium naturarum uidendi assiduitate ui
lescant: tñ ea quum sapienter intuemur inusitatis
simis rarisq; maiora sunt.

Augu. li. xxi. de Ciuitate dei.

Sicut non fuit deo impossibile quas uoluit institue/
re: sic ei non est impossibile in quicquid uoluerit quas
instituit naturas mutare. Aug. li. xxii. de. ci. dei.

Miracula leguntur in populis: ut credātur: Nec in
populis tamen nisi credita legerentur. Hæc autē
ubicunq; fiunt: uix a tota ciuitate ipsa sciunt: uel
a quocunq; cōmanentium in loco. Nā plerunq;
fiunt ignorantibus cæteris: maxime si magna sit
ciuitas: & quando alibi aliisq; narrantur: tāta ea
commēdat authoritas: ut sine difficultate: uel du/
bitatione credantur: quāuis Christianis fidelibus
indicentur. Aug. lxxxiii. quæstionum.

Aliter magi faciunt miracula: aliter boni Christia/
ni: aliter mali. Magi per priuatos cōtractus cum
dæmonibus: boni Christiani p publicā iustitiā: ma
li Christiani per signa publicæ iustitiæ.

Augustinus Ibidem.

Ideo non omnibus sanctis ista miracula attribuun/
tur: ne pniciosissimo errore decipiantur infirmi:
æstimantes in talibus factis esse maiora bona: q̃ in
operibus iustitiæ: qbus uita æterna cōparatur.

Augustinus li. confessionum.

Eunt omnes admirari alta montium: & ingētes flu
ctus maris: & latissimos lapsus fluminum: & ocea
ni ambitum: & gyros syderum: & relinquunt seip
sos: nec mirantur: Nā & omni miraculo; quod fit
maius miraculum est homo.

Hieronymus super illud Matthæi. vii. Nōne Hierony'.
in nomine tuo uirtutes multas feci. &c.

Prophetare: & uirtutes facere: & dæmonia eiicere
interdum non est meriti qui opatur: sed uel inuo/
catio Christi hoc agit: uel ob cōdēnationē eorum: q
inuocant: uel utilitatē eorum: q uidēt: & audiunt.

Ambro. de Sacris. & hēt de Con. di. ii. Re uera. Ambrosi'.

Re uera mirabile est: q deus manna plueret patri/
bus: & quottidiano cæli pascebantur alimēto: Vn
de dictum est. Panem angelorum manducauit hō.

Io. Chrys. super principio Matthæi. Io. chrys.

Quattuor mirabiles imitatores fecit deus: De pi/

scatore primū ecclesiæ pastorē: De psecutore magistrū gētium: & doctorē: De publicano primum euāgelistam: De latrone primū cælicolā. Ibidē. Tria totus mundus mirabatur: Christum post mortē resurrexisse: Cū carne in cælum ascēdisse: & p xii. apostolos piscatores totum mundum cōuertisse. Hui⁹ autē quadruplex fuit cā.s. pecuniæ contēptus: gloriæ despectus: sæcularium occupatiōum segregatio: & terribiliū ppessio. Idē sup Matth.

· Mirabili⁹ est uidere hominē cōuitia passum: & nō motum: q̄ hoiem uulneratum: & pcussum nō cadentem. Isydorus li⁹.i. de Summo bono.

Miracula in signum sunt: nō fidelibus: sed infidelibus. Quia signum fidelibus nō est necessarium: q iam crediderunt: sed infidelib⁹: ut cōuertant. Nā Paulus pnon credentium infidelitate patrē Publii de infirmitate febrium uirtutibus curat: Infirmantē uero Thimotheum fidelē non oratiōe: sed medicinaliter temparet: ut noueris miracula p incredulis: nō p fidelib⁹ fieri.

Hugo. Hugo de opatiōibus trium dierum.

Res multis modis apparēt mirabiles: aliquando ex magnitudine: aliquādo ex paruitate: aliquādo quia raræ: aliquādo quia pulchræ. Hugo Ibidem.

Miramur ēt quare Crocodillus mādu cans inferiorem molam nō mouet: & quō Salmandra in igne illesa pmanet: Quis dedit eritio spinas: & docuit eum: ut se pomis turbine discussis inuoluat: qbus onustus incedēs stridet: quasi plaustrum: & formica hyemis supuenturæ præscia: granis horrea sua replet. Aranea quoq; de uiscerib⁹ suis laqueos nectit: ut prædā capiat: Isti sunt testes Sapiētiæ dei.

Dantes Dantes paradisi.c.xxiiii.

· Sel mondo se reuolse al Christianesmo
Dixi io senza miracoli: questo uno
E tal: che gli altri non sono el centesmo.

Miseratio græce 'οικτιερμός'. dicitur: & est usus seu effectus misericordiæ: quæ est uirt⁹. scdm.b. Tho. sup ps.xxiiii. co iii. Dicitur q a miseror aris: quod ita differt a misereor eris: q Misereri passiuum affectum hēt: Est.n. corde anxium esse ex alicuius miseria: Miserari uero actiuum: Est q uerbis aut lachrymis: aut ope dolorē: quē ex alicuius misena habemus: ostēdere. A misereor fit Misericordia q est ægritudo cordis ex miseria alicu⁹ iniuste laborantis suscepta. Nā dolor ex parricidæ: aut proditoris: aut alterius scelerati supplicio suscept⁹: mollicies quædam animi: nō misericordia ē. A miseror fit Miseratio: q̄ est significatio misericordiæ: qua ex alicuius infœlicitate mouemur. Itē a miserendo fit misericors: q ex alicuius calamitate dolorē aio suscipit. A miserando Miserator: q opus aliquod misericordiæ exhibet: cui⁹ miseretur. Itē misereor genitiuo uel datiuo. Ouidius. O Virgo miserere mei: Miseror accusatiuo. Virg. Aut miseratus amātem est. Hæc omnia a miser ueniunt.



Miseria græce 'ταλαιπωρία'. et 'δειλός'. miser dr. Est autē miseria copia tribulatōnis: & inopia consolationis: quando multifarie quis patitur: & a nemine releuatur. scdm Aug. li. diffinitionum.

Ecclesiastici.c.xl. Ecclisiasti.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus: & iugum graue sup filios Adam: a die exitus de uentre matris eorum: usq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Aug. li⁹. de uerbis domini. Augustin⁹

Qui nequiter uult uiuere nō ne tanto miserior esse cōuincitur: quāto facilius mala eius uoluntas implentur. Aug. de libero arbi.

Consydera quantum potes: q̄ magnum bonum sit ipsum esse: quod & beati: & miseri uolūt: Nam si hoc bene consyderaueris: uidebis in tantum esse te miserum: Inquātum non appropinquas: quod summum est. Greg. super Ezechielem. Gregorius

Peccantes quoq; tunc consyderem⁹ amplius miseros: qñ eos cōspicimus in culpa sua sine flagello derelictos. Boeti⁹ li.ii. de Cōsolatiōe. Prosa.iiii. Boetius

Quis est.n. tam cōposite fœlicitatis: ut non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur: Anxia enim res est humanorū cōditio bonorū: & quæ uel nunq̄ tota prouēiat: uel nunq̄ perpetua subsistat. Huic census exuberat: sed est pudori degener sanguis: Hunc nobilitas notum facit: sed angustia rei familiaris inclusus mallet esse ignotus. Ille utroq; circumfluus uitā cælibē deflet. Ille nuptiis fœlix: orbus liberis: alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus: filii filiæ ue delictis mœstus illachrymat. Iccirco nemo facile cum fortunæ suæ conditione concordat. Inest.n. singulis quod inexptus ignoret: exptus exhorreat.

Innocētius de uilitate conditionis humanæ. Innocētius

Quis ergo det oculis meis fōtem lachrymarum: ut fleam miserabilē humanæ conditiōis ingressum: culpabilem humanæ conuersionis pgressum: dānabilē humanæ dissolutiōis egressum. Cōsyderaremerim igitur cum lachrymis de quo factus est hō: qd faciat hō: qd facturus sit hō. Sane format⁹ est hō de terra: cōceptus in culpa. Natus ad pœnam. Agit praua q̄ nō licent: turpia quæ nō decent: uana q̄ non expediunt. Seneca Tragœdia.ii.

Proprium hoc miseros sequitur malum:

Nunq̃ rebus credere lætis.
Reddat fœlix fortuna licet:
Tamē afflictos gaudere piget. Seneca Trag.iii.
Miseros magis fortuna cōciliat suis. Idē Trag.vi.
Nec turpe puta quicquid miseros fortuna iubet.
Seneca — Seneca Tragœdia.vii.
Virgilius. — Miserias lenit quies. Virg. Aeneidos li.xii.
Forsan miseros meliora sequantur.
Lucanus — Lucanus pharsaliæ li.iii.
Et tantū miseris irasci numina possunt. Idē.li.viii.
Longi pœnas fortuna fauoris.
Exigit a misero.
Ouidius. — Ouidius epistola Briseidis ad Achillem.
An miseros tristis fortuna tenaciter urget?
Ouidius de Ponto lib.i.Elegia.iiii.
Siue pium uis hoc: seu uis muliebre uocari:
Confiteor misero molle cor esse mihi.
Ouidius de ponto.li.ii.Elegia.viii.
Quia res timida est ois miser. Idē li.iiii.Elegia.xii.
Crede mihi miseros prudentia prima relinquit.
Et sensus cum re consilium q̧ fugit.
Ouidius Metamorphoseos li.vi.
Iuuenalis. — Miserisq̧ uenit solertia rebus. Iuuenal.Sat.vii.
Curandum imprimis ne magna iniuria fiat
Fortib⁹: & miseris. Tollas licet omne quod usq̃ est
Auri atq̧ argenti: gladium scutumq̧ relinques:
Et iacula: & galeam. Spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui non est sententia. Verum
Credite me uobis folium recitare Sibyllæ.



Isericordiā græce ʾέλεοσ.έτοσ.τὸ.& ʾελεημωσ.ονοσ.ό. miseri/cors dicim⁹. Est autem Misericordia ægritu/do animi ob alienaꝝ miseriarum speciem. secundum Senecam li°. de Clæmentia.

Misericordia est tristicia in alienis malis. scdm Io. Damascenum li.ii.c.xiiii.

Misericordia est ægritudo ex tristicia alterius iniu/ria laborantis. Nemo.n. Parricidæ: aut proditoris supplicio misericordia commouetur. scdm Cicer. li. Tus.quæstionum.

• Misericordia est alienæ miseriæ in nr̃o corde com/passio: Qua utiq̧: si possumus: subuenire cōpelli/mur. scdm.b. Augustinum li.ix.de ciuitate dei: & b. Tho prima parte.q.xxi.ar.iii.

Misericors a compatiendo alienæ miseriæ uocabu/lum ē sortit⁹: & hinc appellata ē misericordia: q͞a miserum cor facit aliena miseria. scdm Isydorum li. Ethimologiaꝝ. Veteres ēt misero ꝑ miseror: & misereo ꝑ misereor dicebant. Enni⁹. Miserete ma/nus: date ferrum: quo me anima priuem.

Miserabilis ita differt a Miser. q̧ Miser est in mise/ria constitutus: Miserabilis uero miseratione di/gnus. Ouidius. Sisq̧ miser semper: nec sis misera/bilis ulli. A misereo uerbo antiquo fit miseresco: hoc est moueor misericordia. Virgilius.
His lachrymis uitā dam⁹: et miserescimus ultro.
A miseror ēt uenit Commiseratio: quæ est quum: uel aspectu alicuius: uel oratiōe: uel ēt cogitatio/ne adducimur: ut ei⁹ misereamur. A misericorde: fit misericorditer: & a misero: miseriter.

Misereor & Miseror quomodo differāt uide supra in Miseratio. Prouerbiorum.c.xx. — Prouerbi.
· Misericordia & ueritas custodiunt regē: & robora/tur clæmentia tronus eius. Prouerb.c.xxix.
Rex.n.iustus erigit terrā suā. Sapiētiæ.c.xi. — Sapiētiæ
· Misereris omniū dñe: & nihil odisti eoꝝ quæ feci/sti. Matthæus in Euangelio.c.v. — Matthæus
· Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiam conse/quentur. Matthæus.c.ix.
Euntes dicite: quid est misericordiam uolo: & nō sa/crificium. Ioānes primæ.c.iii. — Ioannes:
· Qui uiderit fratrē suum necessitatē habere: & clau/serit uiscera sua ab eo: quomodo charitas dei ma/net in eo? Ambrosius li.i.de officiis: & hētur xxiii.q.iiii. Est iniusta. — Ambrosi⁹.

Est iniusta misericordia. Deniq̧ in lege scriptum est de quodā: non misereberis illius: & in libro regum legitur: Quia Saul contraxit offensam: q͞a misera/tus est Achab hostium regem: quē prohibuit diui/na sententia seruari: Itaq̧ si q̄s latronē filiis depre/cantibus motus: & lachrymis coniugis eius infle/xus absoluēdum putat: cui adhuc latrocinādi aspi/rat affectus: non ne innocētes traddet exitio? qui liberat multoꝝ exitia cogitātē? Certe si gladium reprimit: uicula dissoluit: laxat exilium: cur latro/cinandi qua potest clæmētiori uia nō eripit facul/tatē: q uoluntatē extorquere non potuit.
Ambr. li.de officiis: et hēt.di.lxxxvi.c. Est ꝓbāda.

Est ꝓbanda & alia liberalitas: ut proximos seminis tui ne despicias: si egere cognoscas: Melius est.n. ut ipse subuenias tuis: qb⁹ pudor est ab aliis sum/ptum deposcere: aut alicui postulare subsidium inusitatis. Ambrosius Ibidē.c. Pasce.
· Pasce fame moriētē: q̄sq̄s.n. pascēdo hominē serua/re poteris: si nō paueris fame occidisti.
Ambrosius li.de officiis.
· Misericordia largior ubi fides promptior: Nihil tā commendat Christianum: q̄ miseratio charitatis.
Ambrosius li.de officiis.
Vasa sacroꝝ uendere opus est: ut q̄s fide sincera: & perspicaci prudentia misericordiæ munus imple/at. Sane si aliquis in sua declinat emolumenta

crimen est: si uero pauperibus erogat: captiuum redimit. misericordia est. Ambrosius super epistola Pauli ad Timotheū .iiii. Pietas ad oia utilis ē.
Omnis summa disciplinæ christianæ in misericordia & pietate est: quam aliquis sequens: si lubricū carnis patitur sine dubio uapulabit. Ambrosius in sermōe domini in dominica de Abrahā: & habetur de poeni. di. i. c. Medicina.
Medicina misericordiæ tollit peccata magna. habemus plura subsidia: quibus peccata nostra redimimus: Pecuniam habes redime peccatum tuū. Nō uenalis est dominus: sed tu ipse uenalis es peccatis tuis: Venundatus es: redime te operibus tuis: redime te pecunia tua. Vtilis est pecunia: sed preciosa est misericordia. Eleemosyna inquit a peccato liberat. Crimina ergo eleemosynis redimuntur.

Gregorius Gregorius morali .li. xxviii. pte. iiii. ca. xi. & habetur di. xlv. Disciplina.
Disciplina uel misericordia multum destituitur: si una sine altera teneatur: sed circa subditos iesse debet rectoribus: & iuste consulens misericordia: & pie sæuiens disciplina. Hinc est qui semiuiui illius uulneribus: qui a Samaritano ī stabulum ductus est: & adhibetur uinum & oleum: ut per uinum medeantur uulnera: per oleum foueantur: quatenus unusquisq; qui sanandis uulneribus præest in uino morsum districtionis adhibeat: in oleo mollitiem pietatis. Per uinum mundantur putrida: p oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate. Faciendum est igitur quoddā ex utroq; temperamentum: ut neq; multa asperitate exulcerentur subditi: neq; nimia benignitate soluantur.

Gregorius. & hēt. di. l. c. Consyderandum.
Consyderandum nobis est cur omnipotēs de' eum quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat: ancillæ uocem pertimescere: & se ipsum negare permisit. Quod nimirum magna esse actum pietatis dispensatione cognoscimus: Vt is qui futur' erat pastor ecclesiæ: in sua culpa disceret: qualiter aliis misereri debuisset: prius itaq; eum ostendit sibi: & tunc præposuit cæteris: ut ex sua infirmitate cognosceret: quam misericorditer alienas infirmitates toleraret. Io. Chrys. super Matthæum.

Io. Chrys. Iusticia sine misericordia non est iusticia: sed crudelitas. Sic misericordia sine iusticia non est misericordia: sed fatuitas. Idē super Matthæum.
Misericordia est salutis præsidium: fidei ornamentum propiciatio peccatorum. Hæc est quæ iustos probat: sanctos roborat: dei cultores ostendit.

Lact. Fir. Lactantius Firmianus li. vi.
Captiuorum etiam redemptio magnum atq; præclarum iusticiæ munus est: quod idē Tulius approbauit. Atq; hæc benignitas inquit: etiam reipublicæ est utilis: Redimi a seruitute captiuos: Locupletare tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis largitioni muneṛ longe antepono. Hæc est hominum grauium: atq; magnorum. Proprium igitur iustorum est opus: alere pauperes: ac redimere captiuos: quum apud iniustos etiam qui hæc faciant graues: & magni appellentur. His. n. maximæ laudis ē benefacere: quos nemo sperauit esse facturos. Nam qui bene facit: vel consanguineo: uel proximo: uel amico: aut certe nō magnā laudem meretur: quia facere debet: scit q; ipsi' ac detestabile nisi fecerit: id quod ab eo & natura ipsa & necessitudo exigit: & si facit non tam gloriæ assequendæ repræhensionis uitandæ gratia facit. Qui autem facit alieno & ignoto: is uero dignus est laude: quoniam ut faceret sola ductus est humanitate. Ibi ergo Iusticia est: Vbi ad benefaciendum necessitatis uinculum ullum non est.

Lactantius Ibidem.
Non minus magnum iusticiæ opus est: pupillos: & uiduas destitutos: & auxilio indigentes tueri: atq; defendere: qd a deo uniuersos diuina lex illa præscribit: qsi quidem boni quiq; iudices ad officium suum iudicant pertinere: ut eos humanitate naturali foueant ac prodesse nitantur.

Cicero Rhetoricorum ueterum li. ii. Cicero.
Eorum misereri oportet: qui propter fortunam: nō propter crimen in miseriis sunt.

Cicero in oratione pro Quinto ligario.
Nulla de uirtutibus plurimis admirabilior nec gratior misericordia: Homies. n. ad deos nulla re propius accedunt: q̄ salutem hominibus dando: nihil habet fortuna maius: q̄ ut possit: nec natura melius: q̄ ut uelit seruare. Salustius in Cathilinario. Salustius.
Omnes homines qui de rebus dubiis consultant ab odio: amicicia: ira: atq; misericordia uacuos esse decet. Nam animus haud facile uerum prouidet: Vbi illa officiunt. Val. maximus. li. v. Val. maxi.
Nam & si ægregium est hostem abiicere: non minus tamen laudabile infœlicis scire misereri.

Phocylides. phocylides
πλαζόμενον τι κοτον καὶ ἀλιτεθρον μηδὲ ὑπταλύξαι
βελτίον ἀντ' ἐχθρου τυχέιν φίλον ἰυμμήδιον τοι.
Erratē q; mortalē, & naufragum ne subterfugias: Melius est: q̄ inimicum: illum amicum beniuolum.

Ouidius li. ii. de Ponto. Ouidius
Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.

Iuuenalis Satyra. viii. Iuuenalis.
Miserere inopum sociorum. Idē Satira. xv.
Mollissima corda.

Humano generi dare se natura fatetur:
Quae lachrymas dedit haec nri pars optima sensus.


Statius — Statius Thebaidos li.
· Pulchrum est uitam donare petenti.

Dantes. — Dantes li.ii.c.iii.
· Horribil furon li peccati mei:
Ma la bonta infinita ha si gran bracia
Che prende cio che se riuolge a lei.

De hac materia hes supra in Amor proximi: Clementia: Eleemosyna: & Liberalitas.

Missa g̃ λιτουργία.ας.ἡ. & λιτουργέω ministro dr̃. A nobis uero Missa dr̃ q̃si trãsmissa eo: quia a populis p ministerium sacerdotis: q mediatoris uice fungitur iter deum & homines: preces: uota: oblationes deo trãsmittuntur. secundum Hugonem de sacramentis li.xi. Missa dr̃ quasi trãsmissa. s. a populo: & econuerso. Vel dr̃ ab emissione cathecuminorum: & excõicatorum. scdm. b. Tho. iii. parte. q. lxx xiii. ar. iiii.

Mitis g̃. πρᾶος. ου. ὁ. et πραΰνω mitigo dr̃. Is autẽ dr̃ mitis: q semp fuit sine ira. s. pius & humilis. Mansuet⁹ uero: q de feritate reducitur ad hoc. scdm. b. Tho. sup ps. xxiiii. co. vi. Mitis proprie dr̃ lenis: clemẽs mansuetus: Cuius cõtrarium est imitis: hoc est asper saeuus: crudelis. Hinc per Metaphorã mitis p tranqllo accipitur. Virg. Mitis ut in morẽ stagni: placidaeq; paludis. Item mitis pro maturo Virg. Sunt nobis mitia poma. A mitis fit mitesco: hoc est mansuesco: ut ferae domi educatae mitescunt. Interdum trãquillor. Apulei⁹. Cõflaccescũt fluctus: mare mitescit. Aliquando maturesco. Plynius. Reliquorum pomorum uelocitas cito mitescentium transuolat. hinc mitigo: quasi mitem ago.



Modestia grece σωφροσύνη. ης. ἡ. & σώφρων. ονος. ὁ. modestus dicitur. Est autem Modestia in animo cōtinens moderatio cupiditatum. secundum Cicero. li. iii. Rhetoricorum nouorum.

Modestia est per quā pudor honestatis claram & stabilem comparat authoritatem. secundum Ciceronem in Rhet. Modestia est scientia earum rerum: quae aguntur: aut dicuntur collocandarum. secundum Ciceronem li. i. officiorum.

Modestia est uirtus moderatiua passionū. Ideo adiungitur temperantiae: ut uirtuti principali: quia est circa difficillima. ex. b. Tho. 2a 2e. q. cxliii.

Modestia a moderor: qđ modo cum accusatiuo: modo cum datiuo iungitur: descēdit. hinc etiam Moderatio: quae scđm. b. Tho. 2a 2e. q. clvii. ar. iii. prouenit ex quadam dulcedine affectus: qua quis abhorret omne quod potest alium cōtristare. Et ideo dicit Seneca: q Temperantia est quaedam lenitas animi. Nam austeritas animi e contrario uidetur esse in eo: qui non ueretur alios cōtristare. Cicero Temperantem graeci σώφρονα uocant: eiusq; uirtutem σωφροσύνην: quā soleo equidem cum tēperantiam: tum moderationem appellare: nonnūq̄ ēt modestiam. A moderor fit moderator: hoc est rector: gubernator. Moderor aūt a mod' uenit.

Ecclesiasti. Ecclesiastici capitu. xix.

Amictus corporis: & risus dentiū: & gestus oris enūciant de eo. Paulus ad collossenses ca. iiii.

Modestia uestra nota sit omnibus hominibus.

Ambros?. Ambrosius officiorum li. i.

Est in ipso motu: gestu: incessu: tenēda uerecundia: Habitus enim mentis i corporis statu cognoscitur: hinc homo cordis nostri abscondit': aut leuior aut iactantior: aut turpior: aut cōgruuior: constātior & purior: & maturior aestimatur. Itaq; uox quaedam est animi corporis motus.

Ambrosius Ibidem.

Est gressus probabilis in quo sit species authoritatis grauitatis q; pōdus: tranquillitatis uestigium: Ita tamen ut studium desit: atq; affectio: sed motus tibi sit purus: ac simplex. Ambro. Ibidē.

Sicut molliculum & infractum aut uocis sonū aut corporis gestum non probo. Ita neq; agrestē: neq; rusticū imitemur: Effigies enim forma disciplinae: forma honestatis est. Ambrosius Ibidem.

Hoc est pulchritudinem uiuendi tenere 'conuenientia cuiq; sexui & personae reddere: hic ordo gestorum optimus: hic ornatus ad omnem actionem cōmodus Ambrosius Ibidem.

Motū natura informet: Si quid sane in Natura uitii est industria emendet. Ibidem li. iii.

Sermōes proferamus libra iusticiae examinatos: ut sit grauitas in sensu: in sermone pondus: atq; i uerbis modus: temperantia cordis habeat animi mundiciam: Iusticia misericordiam: Prudēcia pacem: Fortitudo mansuetudinē. Cicero officiorum li. iii.

Nihil turpe faciendum bono uiro: ēt si ex omni parte lateat. Cicero Rhetoricorum nouorum li. iii. Cicero.

Modestiae partibus utimur si nimias libidies honoris: pecuniae: similiumq; rerum uituperabimus: Si unam quanq; rem certae naturae termino diffiniemus: si quoad cuiq; satis sit ostendemus: & si nimium progredi dissuadebimus: & modum unicuiq; rei statuemus. Cicero de fi. bo. & ma. li. ii.

Honestum igitur id intelligimus quod tale est: ut detracta omni utilitate ullis praemiis fructibusq; per se ipsum possit iure laudari: quod quale sit: non tā diffinitione: qua sum usus: itelligi potest: (quanq̄ aliqintum potest): q̄ cōmuni omnium iudicio: & optimi cuiusq; studus atq; factis: Qui p multa ob eam causam faciūt: quia decet: quia rectum: quia honestum est: & si nullum consecuturum emolumentum uident. Cicero lib. ii. de finibus bonorum & malorum.

Vt enim consuetudo loquitur: id solum dicitur honestum: quod est populari fama gloriosum.

Cicero Ibidem.

Non potest iucunde uiui: nisi honeste.

Cicero libro officiorum.

Si uero inest in oratione modestia & grauitas: nihil admirabilius fieri pōt: eoq; magis ea si sunt in adolescente Iulius Celsus libro. vii. Iul? Cel.

Non minus in milite modestia: q̄ uirtus atq; animi magnitudo desyderanda est. Laertius Diogenes de uita & moribus Philosophorum. L. Dioge.

Loquentem nonmouere manum: Chilo uolebat.

Fran. Petrarcha de uita sol. lib. i. c. ii. Frā. Petra.

Constat enim animi uirtutes praecipueq; modestiā sanitati multum conferre corpore: & frequenter qui plus corpori seruiunt: plus obesse.

Menander. Menander

ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστι σωφροσύνη μόνη. i.

Promptuarium uirtutis est modestia sola.

Euripides in Medea. Euripides

στέργοι δέ με σωφροσύνα
δώρημα κάλλιστον θεῶν. i.
Amet autem me modestia
Donum pulcherrimum deorum.

Idem in Hippolyto.

φεῦ φεῦ. τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλόν.

καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.
Heu heu modestia quomodo ubiq; pulchrũ quid
Et gloriam bonam inter mortales affert.

Moechia g̃ dictio ẽ μοιχεία.ας.ἡ.& adul
teriũ significat.& μοιχός.οῦ.ὁ.Moech⁹
di. Et idem est: qd adulter. hinc moechor
uerbum: hoc est adulterium cõmitto. De hac ma/
teria uide supra in Adulterium.

Mollicies g̃ ἁπαλότης.τος.ἡ.& ἁπαλὸς.οῦ.ὁ.mollis dr. Est autem molle qd
cedit in se ipsum secundum superficiem:
non econtra circunstando. secũdum Aristotelem
lib.iiii. Metheororum.

Mollicies opponitur perseuerantiæ. Est enim mol/
lis qui recedit a bono propter tristicias causatas ex
defectu electionum: quasi cedens debili mouenti.
secundum Aristotelem li.vii. Ethicorum.

Mollicies est etiam contra castitatem: quæ alio no/
mine dicitur Immundicia: seu uoluntaria pollu/
tio. De qua uide supra in Luxuria.

Molle iunctum cum homine modo laudem⁹ signifi
cat: modo uituperationem. Laudem: ut molle in/
genium: quod facile discit: facile q; insculpitur.
Vituperationem: ut mollis homo. idest effoemi/
natus: non seuerus: non fortis: non animi constan
tis: resistẽtisq; fortunæ. Per metaphoram autem:
quoniam ea: quæ tenera sunt pro uoluntate nostra
facile tractamus: & quocunq; libet ducimus: mol
lem aliquando pro domito ponimus. Virg. Belgi/
ca uel molli meli⁹ feret Esseda collo. Vel pro facili:
pro maturo: ꝓ opportuno ac tẽpestiuo: ꝓ remisso
& cõtemnẽdo: ꝓ placido: Hinc fiũt mollicies: Mol
lesco: Mollifico: Mollefacio & Mulceo: qd ẽ deli/
nio: q̃si mo. liceo: uł demulceo: & malle⁹: q̃si mol/
leus q; ea q̃ dura sunt molliunt̃ ad ignẽ: ut malleis
flagellentur: cuius diminutiuum malleolus: quod
modo paruum malleum: modo nouellum palmitẽ
innatum prioris anni flagello cognominatum: ab
ipsius mallei similitudine: quia ex ea parte quæ de
cidit ex ueteri sarmento prodiens utrinq; mal/
leoli speciem prebet. Hinc etiã mulier: quasi mol/
lier dicitur. De qua in dictiõe foemina: & infra in
mulier dicemus.

Momẽtũ græce ῥοπὴ.ῆς.ἡ.uel ἄτομον.οῦ.τό. dicitur. Sumitur q; dupliciter: Pro
instanti: & pro tempore imperceptibili. se/
cundum.b.Tho. sup epi. Cor.i.c.xv.lec.ix.co.i.

Momentum propriẽ significat exiguam quandam
mutationem: & poene indiuisibilem. Veteres hoc
etiam Momen dicebant. Lucretius. Momine si a
paruo possunt impulsa moueri. Capitur nõnunq̃
pro quocũq; minimo. Plynius. Comitialibus mor
bis Oesypũ cum Myrrhæ momento prodest. hinc
momentaneum: hoc est caducum: & quod facile
mutatur: ac deficit. Deriuantur autem a moueo:
unde & mobilis: qui facile mouetur: Mobilitas:
Mobiliter: & Motio.

Monachus græca dictio
est μοναχός.οῦ.ὁ.
& solitariũ significat:
dicitq; a μόνος.ου.
ὁ. solus. Et is est qui ui
uit separatus ab homi
num conuersatione. A
monos pariter uẽit Co
narcha μονάρχης.
ου.ὁ. idest unicus princeps a μόνος: & ἀρχός
princeps. Ita & Monarchia: hoc est unius princi/
patus. Item Monarchia quæ est singulare certa/
mẽ a μόνος. solus & μάχη.ης.ἡ. pugna. ex his
componitur μονομαχία.ας.ἡ.& μονόμα/
χος.ου.ὁ. gladiator.

Augustinus ad Aurelianum & habetur xvi.q.i. legi. §. Nimis. Augustin⁹

Nimis dolẽdum est: si ad tam ruinosam superbiam
monachos subgerimus: & tam graui contumelia
clericos dignos putamus: in quorum numero su/
mus: quum aliquando bonus etiam mõachus uix
bonum clericum faciat: si adsit ei sufficiens conti/
nentia: & tamẽ desit instructio necessaria: aut per
sonæ regularis integritas. Hier. ad Bustochiũ. Hierony.

Quotiens constitutus in illa uasta solitudine q̃ exu
sta solis ardoribus horridum mõachis præstat ha
bitaculum: putabam me Romanis interesse deli/
tiis. Sedebam solus: quia amaritudie repletus erã:
horrebãt sacco membra deformia: & squalida cu/
tis situm Ethiopissæ carnis obduxerat. Quottidie
lachrymæ: quottidie gemitus: Et si quando repu/
gnantem me somnus imminens oppressisset: nu/
da humo uix ossa hærẽtia collidebam. De cibis ue
ro & potu taceo: quum etiam languentes mõachi
aqua frigida utantur: & coctum aliquid accepis/
se luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehennæ me/
tum tali me carcere damnaueram: scorpionum ti
tum socius & ferarum: sæpe choris itereram puel/
larũ. Pallebãt ora ieiuniis: mensq; desyderiis æstua
bat: & in frigido corpore sola libidinum incendia
pululabant: Itaq; omni auxilio destitutus ad Iesu
iacebam pedes: rigabã lachrymis: crine tergebã:
& repugnantem carnem edomabam: Inediæ sub
iiciebam: Memini me clamantem diẽ crebro iun/
xisse cum nocte: nec prius a pectoris cessasse uer/
beribus q̃ a domino rediret increpante tranquilli
tas: Ipsamq; cellulam meam: quasi cogitationum
consciam pertimescebam: & mihi iratus sola deser
ta penetrabam. Sicubi concaua uallium sicubi mõ

tium prærupta cernebam: me ibi in oratione loca
bam: & ut mihi teſtis eſt deus: poſt multas lachry
mas: poſt cælo oculos inhærentes: nonnunq̃ uide
bar agminibus intereſſe angelorum.

Hierony. Hieronymus ad Riparium & Deſideriũ
& habetur.xvi.q.i.Monachus.

Monachus non docentis: ſed plangentis habet offi
cium: qui uel ſe: uel mundũ lugeat: & domini pa/
uidus præſtolẽtur aduentum.

Hieronymus ad Paulinum.

Laudatur iure monachus: qui uenerationi habet ſa
cerdotes: & nõ detrahit gradui: per quem factus
eſt Chriſtianus. Hieronymus ad Ruſticum.

Tu ſi monachus eſſe uis: nõ uideri: habeto curam:
non rei familiaris: cui renunciando hoc eſſe cæpi/
ſti: ſed animæ tuæ. Monachum non loquendo &
diſcurrendo: ſed tacendo: & ſedendo quiſq; noue/
rit. Hieronymus Ibidem.

Egyptiorum monaſteria hunc morẽ tenent: ut nul/
lum abſq; opere & labore ſuſcipiant: non tam pro
pter uictus neceſſaria: q̃ propter animæ ſalutem:
ne uagetur cogitationibus pernicioſis.

Hieronymus ad Heliodorum.

Conſtat monachum in ſua patria perfectũ eſſe non
poſſe. Hieronymus Ibidem.

Quid facit monachus in cellis fœminarum? quid ſi
bi uolunt priuata & ſola colloquia? & arbitros fu/
gientes oculi? Sanctus amor impatientiam nõ ha
bet. Hieronymus ĩ epiſtola ad Pãmachium.

Prima uirtus monachi eſt contemnere hominũ iu/
dicia: & ſemper apoſtoli recordari dicentis. Si ho/
minibus placere[m]: Chriſti ſeruus non eſſem.

Io.Chryſ. Io. Chryſoſtomus ſuper Ioannem.

Ioannes eſt princeps monachorum. Ipſe monachus
ſtatim ut natus eſt in eremum iuit: In eremo nutri
tur. Chriſtum expectat in ſolitudine.

Io. Chryſoſtomus ſup epiſtola ad Hebreos.

Qui monachũ profiteris: qui crucifixus es: qui de/
bes lugere: rides: Dic mihi ubi Chriſtus hoc fecit?
Audiſti hoc alicubi? nuſq̃: ſed ↄtriſtatũ ſæpiꝰ legiſti.

Iſydorus. Iſydorus de ſum. bo. lib. i.

Summa monachi uirtus: humilitas: ſummũ uitium
eius ſuperbia eſt. Iſydorus Ibidem.

Tunc autem ſe monachus quiſq; iudicet: quãdo ſe
minimum æſtimauerit: etiam quum maiora uirtu
tum opera geſſerit. Iſydorus Ibidem.

Multi monachorum amore parentum non ſolum
terrenis curis: ſed etiam forenſibus iurgiis inuolu
ti ſunt: & pro ſuorum temporali ſalute ſuas aĩas p
Bernardꝰ. diderunt. Bernardus ſup cãtica. ſermone. iii.

Legumina inquit uentoſa ſunt. Caſeus ſtomachum
grauat: lac capiti nocet. Potum aquæ non ſuſtiet
pectus. Caules nutriunt malencholiam: Colleriã
porri accendunt: Piſces de ſtagno aut de lutoſa
aqua meæ penitus complexioni non congruunt:
Quale eſt hoc: ut in omnibus fluuiis: agris: hortis
cellariis: reperiri uix poſſit quod comedas? Puta te
quæſo monachum eſſe: non medicum: nec de cõ/
plexione iudicandum: ſed de profeſſione.

Hugo de clauſtro animæ li. i. Hugo.

Monachi ſibi clauſtra faciunt: quibus homo exte/
rior teneri poſſit: ſed utinam clauſtra facerent: qui
bus homo interior ordinate teneretur.

Hugo Ibidem.

In choro ſum corpore: & alio negocio mente. Nũc
intus maneo: nunc foris exeo. Aliud canto: & ali/
ud cogito. Pſalmodiæ uerba profero: & pſalmo/
diæ ſenſum non attendo: ſed mente uagus: huc &
illuc proſpiciens: quæcunq; ibi geruntur: pluſtro:
& perſpicio: habitum monachi non conuerſatio/
nem habens: in magna corona & ampla cuculla
ſalua mihi omnia exiſtimo.

Hugo de Clauſtro animæ lib. v.

Si monachus es: quid facis in turba? Si amas ſilen/
tium: cur declamantibus aſſidue intereſſe delecta
ris? Tu ſemper ieiuniis & fletibus inſiſtere debes:
& tu philoſophari quæris. Simplicitas monachi
philoſophia eius eſt: Sed docere inquis alios uolo:
non eſt tuum docere ſed plangere. Si tamẽ doctor
eſſe deſyderas: audi quid facias. Vilitas habitus
tui: & ſimplicitas uultus: innocentia uitæ: & ſan/
ctitas conuerſationis tuæ docere habent alios.

MOnſtrũ græce τέρας.ατος.τό & τερα/
τώδης.εος.ὁ ἡ. monſtroſus dicitur. Dif/
ferunt autem ſic Monſtrum: Prodigium:
Portentum: Oſtentum. q̧ Monſtra proprie ſunt:
quæ contra naturam fiunt: ut ſi homo cum bruti
capite: pedibus ue naſcatur. Hæc & promõſtra ali
quando dicuntur: quaſi porro aliquid monſtrãtia:
ſiue monentia. Portenta: quæ licet naturalia ſint:
raro tamen ſe oſtendunt: & futurum aliquid cum
temporis interuallo denunciant. Oſtenta uero: quæ
ſtatim futurum aliquid indicãt: ut ſunt: ſereno die
facta tonitrua: Cometæ: Mulæ partus: & huiuſ/
modi. Prodigia: quæ & ſi naturaliter fiunt: ac ſæpe
eueniunt: ſemper tamen aliquid præſagiunt mali:
Quapropter prodigium quidam dictum uolunt:
quaſi porro agendum. ~~Tales ſunt Bubonis eiula/
tus: abeunti obuia muſtella: Corui cantus: & ſimi
lia:~~ Hæc tamen ſæpe confunduntur ab authori/
bus: & pro eodem ſignificato omnia capiuntur: p
eo q̧ futurum aliquid oſtendunt dicta ſunt.
Monſtrum a monſtrando: quaſi moneſtrum: quod
moneat aliquid futurum: Prodigium quaſi præ/
dicium: quod prædicat: uel a porro agendo. Portẽ
tum q̧ portendat: Oſtentum q̧ oſtendat.

Onumentum græce μνημεῖον.ου.τὸ. Vel μνῆμα.ατος.τό.dicitur. Est auté monumētum quicquid mortui causa ædificatum est: uel quicquid ad memoriam alicu' est factum. Vnde sepulchra: statuæ: tituli: libri: cæteraq; quæ nos rei alicuius præteritæ moneant monumenta dicuntur a monendo. Virg. Accipe: & hæc manuum tibi quæ monumenta mearum sint puer. Metaphoricos etiam monumenta aliquando dicuntur meretricum cellulæ quasi sepulchra sint. Martialis: Abscōdūt spurchas & monumēta lupas. Munimētū uero ἀσφάλισμα.ατος.τὸ & ἀσφαλίζω munio dicit'. Est aūt munimentū idem: quod munitio: quum scilicet castra: oppida: turres: castella: alia ue huiusmodi contra aduentū hostium muniuntur: siue uallo: siue fossa: seu alio quouis modo. Et a munio dicitur Munimētum: & Munitio.

Orb' græce νόσος.ου.ὁ'. & νοσώδης.ος.ὁ.ἡ'. morbosus dicitur. Est autem morbus habitus cuiusq; corporis contra naturam: qui usum eius facit deteriorem. Ita dicit Cecilius Sabinus: in libro quem de edicto ædiliū curulium composuit: Labeonem iurisconsultum diffiniuisse. ex Aulo gelio li.iii.c.ii. noctiū atticaæ.

Morbus & uitium ita differunt: q morbus cum accessu: discessuq; est: ut febris: insania quæ a græcis phrenesis dicitur. Vitium uero perpetuum est: ut Cœcitas: claudicatio: uecordia.

Orositas græce ἀυθάδεια.ας.ἡ'. & αὐθάδης.ος.ὁ'.ἡ'. morosus dicitur. Est auté morositas animi quædam displicētia: quū iugi: & subrustica asperitate commouetur: quādo non ita ad unguem: & ex eius sentētia actum est: quod postulabatur.

Morosus is est qui est peruersis moribus'. Cicero. At sunt morosi: & anxii: & iracundi: & difficiles senes. A morosus morositas deducitur. Differt q moratus a moroso: q moratus: qui bonis moribus præditus est. Morégerere uero est obsequi: obedire: & quasi ad alterius uoluntatem mores suos formare. hinc est morigeror uerbum: quod ē morem gero: & moriger siue morigerus: hoc est obsequēs: obediens: ac facile morem gerens. hinc morigeratio: obedientia: & obsequētia. Quæ omnia a mos moris deriuātur. Mos græce ἔθος.ους.τό. pcō suetudine: & ritu: a quo ἦθος.ους.τὸ. deducitur: quod morem: hoc est habitum ac rationē animi denotat. unde ἠθικὰ hoc est moralia deducuntur: hinc est Cacoethos κακοήθης.ος.ὁ'.ἡ. hñs malos mores. & κακόηθος: malus mos. Iuuenalis. Laqueo tenet ambitiosi consuetudo mali: tenet īsanabile multos scribēdi Cacoethos: & ægro in corde senescit. Et ita legendum est: nō cacœthos ut multi: & male legunt. scanditurq; Scriben: di/ca co: ethos &: ægro: cordese: nescit.



Ors græce θάνατος.ου.ὁ'. & θνήσκω morior dicitur. Est autem mors recessus animæ a corpore secūdum Aristotelen. li. de morte & pomo. A mors fit morior terciæ: & quartæ coniugationis: Mortalis morti subiect'. Mortiferū: quod mortē affert. Morticinus exanguis: corruptus: ut caro morticina: quæ in ulcere: est fere corrupta.

David psalmo.lxxxviii. David

Quis est homo qui uiuet: & non uidebit mortem? eruet aiam suam de manu inferi. Regū.c.xiiii. Regum.

Omnes enim morimur: & quasi aqua dilabimur super terram. Sapientia ca.vii. Sapiētia.

Vnus ergo introitus est omnibus ad uitam: & similis exitus. Ecclesiastici ca.vii. Ecclesia.

In omnibus opibus tuis memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis. Ecclesiasti.c.xi.

Ante mortem ne laudes homiem queq̄. quoniam in filiis suis agnoscitur uir. Eccle.ca.xiii.

Memor esto: quoniam mors non tardat: & testamētum inferorum: quia demonstratum est tibi.

Ecclesiastici capitu.xxx.

Melior est mors: q̄ uita amara: & requies æterna: q̄ languor perseuerans. Eccle.ca.xliiii.

Vere enim mors peccato℞ pessima. Iob cap.x. Iob.

Nunquid non paucitas dierum meo℞ finietur breui? Paulus ad hebreos ca.iiii. Paul.

Statutū est hōibus semel mori. Matthæ.c.xxiiii. Matth.

Vigilate: quia nescitis qua hora dominus ueniet.

Lucas capitulo.xii. Lucas.

Ideo & uos estote parati: quia qua hora nō putatis filius hominis ueniet.

Augustinus super Gene.ad litteram. Augusti.

Illo die Adam & Eua mori cœperūt: quo mortis legem qua in senium inueterascerent acceperunt.

Augustinus li.de agen.cura pro mortuis.

Vocantur ante tempus boni: ne diutius uexentur a noxiis: Mali uero & impii tollūtur: ne diutius bonos persequantur. Augusti.in Enchyridion: & habetur.xiii.quæ.ii.tempus.

Tempus quod inter hominis mortem: & ultimam resurrectionem īterpositum est: animas abditis receptaculis continet: sicut quæq; digna est: uel requie: uel erumna: pro eo quod sortita est in carne: dum uiueret. Neq; negandum est defuncto℞ animas pietate suorum uiuentium relenari: quum p

illis sacrificium mediatoris offertur: uel eleemosy
næ fiunt in ecclesia. Sed hæc eis prosunt: qui quū
uiuerent: hæc sibi: ut postea possent prodesse: me/
Augusti. ruerunt. Augu. li. de natura & gratia.

Si de diuitiis & honoribus: & morum nobilitate te
iactas: de patria & pulchritudine corporis: & ho/
noribus qui tibi ab hominibus exhibentur: Respi
ce te ipsum: quia mortalis terra es: & i terram ibis.
Circūspice qui similibus fluxere splēdoribus. Vbi
sunt quæ ambiebant currum potestates? Vbi insu
perabiles imperatores? Vbi sunt qui conuentus di
sponebāt: & festa? Et equorum splēdidi nutritores?
Vbi nunc uestes: & ornamēta peregrina? ubi ser/
uorum turba? ubi iocus: & læticia? ubi exercituū
duces? Vbi satrapæ & tyranni? Non ne omnia pul
uis & fauilla? Non ne in paucis uersibus eorum ui
tæ patet memoria? Respice eorum sepulchra? & uide
qui seruus: & qui dominus: qui diues: qui pauper.
Discerne si potes uinctū a rege: fortem a debili: pul
chrum a deformi: Vide si est aliquod in eo signum
iactantiæ suæ. Memorare utiq; naturæ ne extola/
ris. Augustinus li. i. de Ciuitate dei.

Mala mors putanda nō est quam bona uita præces/
sit. Neq; enim facit malam mortem: quod sequi/
tur mortem. Non itaq; multum curandum est eis
qui necessarie morituri sunt: quid accidat ut mo/
riantur: sed moriendo quo ire cogantur.
Augu. li. de disciplina Christiana.

Latet ultimus dies: ut obseruentur omnes dies. Se/
ro parantur remedia quum mortis imminet peri/
culum. Augu. de doctrina Christiana li. ii.

Timor de futura morte mentem necessario concu/
tit: & quasi clauus carnis omnes motus superbiæ
ligno crucis effigit. Aug. de doctrīa Christiana.

Non potest male mori qui bene uixerit: & uix bene
moritur: qui male uixit. Aug. super Ioannē.

Quid est mors? relictio corporis? depositio sarcinæ
grauis: sed si alia sarcina non portetur: qua homo
præcipitetur in gehennam. Ibidem

Qui desiderat dissolui: & esse cum Christo: non pa
tienter moritur: sed patienter uiuit: & delectabili/
Hierony⁹. ter moritur. Hieronymus ad Heliodorum.

Inter eos qui decem uixere annos: & illum qui mil/
le: postq̄ idē finis uitæ aduenerit irrecusabilis mor/
tis: necessitas translatum omne timendum est: nisi
q magis senex onustus peccatorum fasce proficisci/
tur. Hieronymus Cypriano.

Memento mortis tuæ: & nō peccabis. Qui se quot
tidie recordatur esse moriturum: contemnit p̄sen
tia: & ad futura festinat. Hiero. ad Heliodorum.

Xerses ille magnus rex potentissimusq; qui subuer
tit montes: maria constrauit: quum de sublimi lo/
co infinitam hominum multitudinem: & innu/
merabilem uidisset exercitum fleuisse dicitur: q
post centum annos nullus eorum quos tunc cerne
bat superfuturus esset. Sed si possemus super talē
ascēdere speculam: de qua uniuersam terram sub
pedibus cerneremus. Iam tibi ostenderē totius mū
di ruinas gentes: gētibus: reges regibus: regna re
gnis collisa: Alios torqueri: Alios necari: Alios ob
sorberi fluctibus: Alios in seruitutē trahi: Hic nu/
ptias: Ibi planctū: Illos nasci: Istos mori: Alios afflue
re diuitiis: Alios mendicare: Et non tantum: Xer/
sis exercitum: sed totius mundi homines: qui nūc
uiuunt in breui spacio defuturos. Vincitur sermo
rei magnitudine: & minus est quod dicimus. Re/
deamus igitur ad nos: & quasi e cælo descenden/
tes paulisper nostra uideamus: Sentis obsecro te
quando infans? quando puer? quādo senex factus
sis? Quottidie morimur: quottidie commutamur:
& tamen æternos nos esse credimus.
Hieronymus in epistola ad Heliodorum.

Platonis sententia est omnem sapiētum uitam me
ditatiōem esse mortis: Debemus igitur & nos ani
mo præmeditari: quid aliquando futuri sumus: &
qđ uelimus nolimus longius abesse non potest.
Hieronymus ibidem.

Nihil æque tibi proficiet ad temperātiam omnium
rerum q̄ frequens cogitatō breuis æui: & huius in
certi: Quicquid facies: respice mortem.
Hieronymus super Ioannem.

Non est nostrum mortē arripere: sed illatā ab aliis
libenter accipere. Vnde & in persecutionibus nō
licet propria manu perire.
Ambrosius in Exameron. Ambrosi⁹

Nudi omnes nascimur: nudi morimur: nulla distin
ctio iter cadauera mortuorum: nisi forte quia gra
uius foetent diuitum corpora distenta luxuria.
Ambrosius super Lucam lib. v.

Mors triplex est: Naturæ de qua dicitur: q̄rent ho
mines mortem: & non inuenīet: Hæc mors est nō
metuenda fortibus: desyderanda sapientibus: mi/
seris expectanda. Culpæ: de qua dicit: anima quæ
peccauerit ipsa morietur. Gratiæ quæ sæcularium
aufert interitum uoluptatum: in qua non natura:
sed delicta moriuntur. Hanc mortem subimus cō
sepulti cum Christo cum baptismo.
Greg. in homelia. Sint lumbi uestri. Gregori⁹.

Sic mors ipsa quum uenerit uincitur: si priusq̄ uēiat
semper timeat. Greggo. li. xii. moralium.

Ad hoc autem conditor noster latere nos uoluit fi/
nem nostrum: diemq; nostræ mortis esse incogni/
tum: ut dum semper ignoratur: semper proximus
esse credatur: & tanto quisq; sit feruentior in ope/
ratione: quanto & incertus est de uocatione: ut dū
incerti sumus quando moriamur: semper ad mor

tem parati debeamus uenire.

Gregori⁹ Gregorius lib.xii.moralium.

Qui conſyderat qualis erit in morte: ſemper paui/
dus erit in operatione: atq; inde in oculis ſui condi
toris uiuet. Greg.lib.xxiiii.moralium.

Iuſtorum animæ leuibus quibuſq; contagiis ipſo ſæ
pe mortis pauore purgantur: & æternæ retributõ
nis gaudia iam ab ipſa carnis ſolutione percipiũt.
Pleriq; uero contemplationis internæ: & priuſq̃
carne ſpoliẽtur hylareſcunt: & dum uetuſtatis de
bitum ſoluũt: noui iam muneris lætitia pfruunẽ.

Gregorius li.iiii.Dyalogorum.

Interdum contingit iuſtis: ut in morte ſua ſanctorũ
præcedentium uiſiones aſpiciãt: ne ipſam mortis
ſuæ ſententiam poenalem pertimeſcant: ſed dum
eorum menti ciuium internorum ſocietas oſtendi
tur: a carnis ſuæ copula ſine doloris: & formidinis
fatigatione ſoluantur: Aliquãdo in conſolatione
egredientis animæ ipſe apparere ſolet author: &
retributor uitæ. Gregorius ſuper illud Mat/
thæi.x. In teſtimonium illis & gentibus.

Mors iuſtorum bonis eſt in adiutorium: malis in te
ſtimonium: ut inde peruerſi ſine excuſatione pere
ant: unde electi exemplum capiant ut uiuant.

Gregorius in Regiſtro.

Vita noſtra ſimilis eſt nauiganti. Is namq; qui naui
gat ſtet: ſedeat: iaceat: uadatq; impulſu nauis du/
citur. Ita ergo & nos ſumus. Quia ſiue uigilãtes:
ſiue dormientes: ſiue iacentes: ſiue ambulantes: ſi
ue uolentes: ſiue nolentes: per momenta temporũ
quottidie ad finem ducimur.

Gregorius li.ix.moraliũ & Dialogorũ.iiii.

Fit miſeris mors ſine morte: finis ſine fine: defectus
ſine defectu: quia & mors uiuit: & finis ſemper in
cipit: & deficere defectus neſcit.

Io.Chryſ. Io.Chryſo.ſuper Matthæum.x.

Mors munus neceſſarium eſt naturæ iã corruptæ:
quæ nõ eſt fugienda: ſed potius amplectenda: &
iterum fiat uoluntarium: quod futurum eſt neceſ
ſarium: Offeramus deo pro munere: quod pro de/
bito tenemur reddere. Idẽ in ſermõe de Patiẽtia.

Moriens cunctos ſalutat: donec ſuæ mentis domi/
nus eſt: donec ſua lingua poterit loqui. Valete in/
quit amici mei: & deum pro me orate. Iter enim
pergam extraneum: quod nunq̃ ambulaui: in re/
gionem longinquam: quam nemo uidit: et in ſæcu
lum alterum animarum: unde nullus reuerſus: &
in regiones metuendas: per quas nullus me comi/
tatur: & ante iudicem terribilem: ubi neſcio quid
Iſydorus mihi cõtingat. Iſydorus li.iii.de ſummo bono.

Illi deplorandi ſunt in morte quos miſeros īfernus
ex hac uita recipit: non quos cæleſtis aula lætificã
do includit. Iſydorus ſoliloquiorũ li.i.ca.i.

Mors calamitatis terminum præbet omnem cala/
mitatem mors adimit. Melius ẽ bene uiuere: q̃ ma
le mori. Bernardus de Tranſitu Malachie. Bernard⁹

Mors peccatorum peſſima: quorũ & natiuitas ma/
la: & uita peior. Sed precioſa mors ſanctorũ: pre/
cioſa plane: tanq̃ finis laborum: tanq̃ uictoriæ cõ
ſeruatio: tanq̃ uitæ ianua: & perfectæ ſecuritatis
ingreſſio. Hugo de Clauſtro animæ.ii. Hugo

Tres ſunt nuncii mortis: Caſus: Infirmitas: Sene/
ctus: Caſus dubia. Infirmitas grauia: Senect⁹ cer
ta denunciat. Caſus nunciat mortem latẽtem. In
firmitas apparẽtem. Senectus præſentem. Ex hac
incertitudine: mortis timor. Ex grauitate: dolor.
Ex certitudine ſenectutis: non obſtinatio: ſed hu/
militas: & afflictio ſequi debet. Caſſiodo.

Caſſyodorus ſuper Beati immaculati.

Quis mortem temporalem metuat: cui æterna ui/
ta promittitur? Quis labores carnis timeat: quum
ſe in perpetua requie nouerit collocandum?

Boetius de Conſolatione li.i.Met.i. Boetius

Mors hominum foelix quæ ſe nec dulcibus ãnis
Inſerit: & moeſtis ſæpe uocata uenit.
Heu heu q̃ ſurda miſeros auertitur aure:
Et flentes oculos claudere ſæua negat.

Boetius li.iii.Proſa.xi.

Omne nãq; animal tueri ſalutem laborat: mortem
uero pernitiẽq; deuitat. Boetius Ibidem.

Nam ſæpe mortem cogentibus cauſis: quam natu/
ra reformidat: uoluntas amplectitur.

Lactantius Firmi.diuinarum inſtitu.li.iii. Lactanti⁹
Aduerſus gentes.

Si quis nos īterroget: utrum ne bonum ſit mors: an
malum: Reſpondebimus qualitatem eius ex uitæ
ratione pendere: Sicut ipſa uita bonum eſt: ſi cum
uirtute uiuatur: malum ſi cum ſcelere: ſic & mors
ex præteritis uitæ actibus ponderanda eſt. Ita fit:
ut ſi uita in dei religione tranſacta ſit: mors malũ
non ſit: quia trãſlatio eſt ad immortalitatem: ſi ali/
ter: malum ſit neceſſe eſt. Quoniã ad æterna ſup/
plicia tranſmittit. Lactantius diuinarum
inſtitu.lib.vi.capi.iiii.

Eſt enim criminatoris illius qui prauis religionibus
inſtitutis auertit homines ab itinere coeleſti: ut in
uiam perditionis inducat. In ea enim poſuit deus
omnia quæ pro bonis habentur in terra: opulen/
tiam dico: honorem: quietem: uoluptatem: illece/
bras omnes. Sed cum his pariter iniuſticiam: cru/
delitatem: ſuperbiam: perfidiam: libidinem: cupi/
ditatem: diſcordiam: ignorantiam: mendaciũ ſtul
ticiam: cæteraq; uitia. Exitus autem huius uitæ ta
lis eſt. Quum uentum fuerit ad extremum: unde
iam ingredi non licet: cum omni ſua pulchritudi
ne: tam ſubito proceditur: ut non ante quis frau/

dem prospicere possit: q̃ præcipitatus in altitudinē
Lactātius in profundum cadat. Lactantius Firmianus
diuinarum institu.li.vii.

Deseratur si fieri potest uia perditiōis & fraudis: &
quanto quisquis annis in senectute uergentibus:
appropinquare cernit illum diem: quo sit ei ex hac
uita migrādum: cogitet q̃ purus abscedat: q̃ inno
cens ad iudicium ueniat. Non ut faciunt quidam
cæcis mentibus: qui iam deficientibus corporis ui
ribus: in hoc admonentur instātis ultimæ necessi/
tatis: ut cupidius & ardentius hauriendis libidini/
bus intendāt: qua ex uoragine liberet se quisq;: dū
licet: dum facultas adest: seq; ad deum tota mente
conuertat: illum diem securus expectet: quo præ/
sens dominus mundiq; deus de singulorum factis
Seneca cogitationibusq; iudicabit. Seneca. epi. xvii.

Nemo nostrum aliter: q̃ quomodo natus est: exit a
uita: falsum est. Peiores morimur: q̃ nascimur: no/
strum istud: nō naturæ uitium est. Quid enim tur
pius q̃ in ipso lumine securitatis esse sollicitum.
Seneca epistola. xxiiii.

Quottidie morimur: quotidie demitur aliqua ps
uitæ: & tūc quoq; quum crescimus uita decrescit.
Infantiā amisimus: deinde pueritiam: deinde ado/
lescentiam: usq; ad extremum: quicquid trāsut tē/
poris periit. Hunc ipsum quem agimus diem cum
morte diuidimus. Seneca epistola. xxiiii.

Inquietam nobis uitam facimus metu mortis: & tā
ta est hominum demētia: ut quiddam timore mor
tis cogant ad mortem. Firmandi sumus ne nimis
amemus uitam: & ne nimis oderimus mortem. Et
quum ratio suadet finire: sed non timere. Vir for/
tis: & strenuus non fugere debet de uita: sed exire:
Et ante omnia ille quidē uitetur effectus: quia mul
tos occupauit libido moriendi. Seneca epi. xxv.

Incertum est quo loco mors te expectat: itaq; tu il/
lam oī loco expecta. Seneca ad Lucillū epi xxv.

Meditare mortem: qui hoc didicit meditari liberta/
tem iubet: qui mori didicit: seruire dedidicit.
Seneca epistola. xxix.

Is ait tam stultum esse qui mortem timeat: q̃ qui se/
nectutem: Viuere uoluit: qui mori non uult.
Seneca epistola. xxix.

Vita data est cum exceptione mortis. Ad hāc itur:
quam ideo timere dementius est: quia certa expe/
ctantur dubia metuuntur. Mors necessitatem ha
bet æquā & inuitam. Seneca epistola. xx ix.

Non ne gratias agere ille omnibus diis debet: q̄ sa/
tiatus ad requiem homini necessariā lasso gratam
perductus est. Seneca epistola. xxix.

Mortem ueniētem nemo hilaris excipit: nisi qui se
ad illā diu cōposuerit. Seneca epistola. xxix.

Non mortem timemus: sed cogitatiōes mortis. Ab
ipsa enim semper tantundem absumus. Ita si timē
da mors est semper est timēda. Seneca epi. xxx.

Bassus senes: si quid incōmodi: aut metus in mor/
te est morientis uitium esse dicebat: non mortis.
Seneca epistola. lv.

Illum lauda & imitare: quem non piget mori: quū
iuuet uiuere: quæ enim ē uirtus: quum eiiciaris exi
re: Idem epistola. lvi.

In hoc regno mi Lucilli ni fallor erramus: q̄ mortē
iudicamus sequi: quum illa & præcesserit: & secu/
tura sit: quicquid ante nos fuit mors est.
Idem epistola. lxiii.

Ante senectutem curaui: ut bene uiuerem. In sene
ctute: ut bene moriar: bene autem mori: est libēter
mori. Seneca epistola. lxv.

Itaq; assidue cogitemus tam de nostra: quā de omni
um quos diligimus mortalitate. Seneca epi. lxv.

Cogitemus itaq; Lucilli charissime cito eo nos per
uenturos: quo illum peruenisse mœremus.
Seneca edistola. lxv.

Quorundam uitam mors in medio flore præcidit:
aliorum interrupit ipsa principia: alius inter cœnā
dissolutus est: alterius cōtinuata mors somno est:
aliquem concubitus extinxit. Seneca Ibidē.

Quæ latebra est in quam non intret metus mortis:
quæ tā emunita & in altum subducta uitæ quies:
quam dolor non territet. Seneca epi. lxxi.

Si quis in mortē ante primos annos delatus est: non
magis conqueri debet: q̃ qui cito nauigauit.
Seneca epistola. lxxi.

Nil melius æterna lex fecit: q̃ quod unum introitū
nobis ad uitā dedit: multos exitꝰ. Seneca Ibidē.

Nemo nostrum cogitat: q̄ quandoq; sibi ex hoc do
micilio exeundum sit: ueteres inquilinos indulgē/
tia loci: & cōsuetudo etiam inter iniurias detinet.
Vis aduersus hoc corpus liber esse: tanq̃ migratu
rus: habita. Propone tibi: quandoq; hoc cōtuber/
nio carendum. Fœlicior eris ad necessitatem exe/
undi. Seneca epistola. lxxii.

Certum est uitam mortemq; per uices ire & compo
sita dissolui: & dissoluta compōi. Omne humanū
genus: quodcunq; est: quodcunq; erit morte dam
natum est. Omnes q̃ usq; quaq; ponuntur urbes:
ubi fuerunt aliquando quæretur: & uario excidii
genere tollentur: alias destruēt bella: alias desidia:
paxq; ad inertiā uersa cōsumit: & magnis opibus
exitiosa res luxus. Seneca epistola. lxxv.

Non affligitur sapiens liberorum amissione: nō ami
corum. Eodē enim animo fert illorum mortē: quo
suam spectat Seneca epistola. viii.

Non est magna res uiuere: omnes serui tui uiuunt:
omnia animalia. Magnum est honeste mori: prudē
ter: fortiter. Ibidem

Nō ne tibi uidebit' stultissimus oīm : q fleuit qđ ań
annos mille nō uixerat. Aeque stultus est: qui flet
quod post annos mille non uiuet: Hæc paria sunt:
Seneca non eris: nec fuisti : utrunq; tempus alienum est.
Seneca Ibidem.

Nullū sine exitu iter est. Seneca Ibidem.

Nemo tā imperitus est: ut nesciat sibi quandoq; mo
riendum: tamen quum prope accesserit: tergiuersa
tur: fremit: & plorat. Quid fles miser? Quid trepi
das? omnes hac necessitate ducuntur: Eo ibis quo
omnia eunt. Ad hanc legem natus es. Hoc patri
tuo accidit. Hoc matri. Hoc maioribus. Hoc omni
bus ante te. Hoc oībus post te. Quantus te popu/
lus moriturorum sequentur. Quantus comitabi/
tur: fortior: ut opinor: esses: si multi tibi cōmorerē
tur. Multa millia hominum hoc ipso momento:
quo tu mori dubitas animā uariis generibus emit/
tunt. An non putabis te ad id aliquando peruētu
rum ad quod semper ibas. Ibidem.

Mors non est gloriosa: sed fortiter mori: gloriosum
est. Nemo mortē suā laudat: sed eum cuius mors
abstulit animum. Interest utrum malicia illi: non
uirtus: manum admouerit. Mors enim quæ in Ca
tone gloriosa est: in Bruto turpis: & erubescenda.
Cato illa hōestissime usus est: turpissime Brutus.
Seneca Ibidem.

Massa per se nec callida: nec frigida in fornacē con
iecta concaluit. In aquā remissa refrixit. Mors ho
nesta est per id quod honestū est: & animus extre/
ma contēnens. Seneca epistola. lxxix.

Si fines bonorum & malorum cognouerimus. Ita
demū nec tedio uita erit: nec mors timori: si mors
accedit & uocat: licet immatura sit: licet mediam
præcidat ætatem: cognita est illi ex magna parte:
natura scit tempore honesta non crescere.
Seneca epistola. lxxxviii.

Hic plus erit: ille minus: quid refert? Vterq; tā satur
est: hic plus bibit: ille minus: Quid refert? uterq;
non sitit: hic pluribus annis uixit: hic paucioribus
nihil interest: si tam illum multi anni beatum fece
runt: q̄ hunc pauci. Seneca epistola. lxxxviii.

Quum multum ambulaueris: & diu redeundum.

Stultum est timere quod non possis uitare: mortē
non effugit qui etiā distulit. Moriar: nec primus:
nec ultimus: omnes me antecesserunt: omnes se/
quentur: hac conditione intraui: ut exirem.
Idem ad Lucil. epistola. ciiii.

Datrahentur tibi hæc circumiecta nouissimum ue
stimentum tuæ cutis: detrahetur caro: & suffusus
sanguis discurrensq; per totum. Detrahētur ossa
neruiq; fluidorum ac lambentium: dies iste quem
tanq̄ extremum formidas æternitatis est: depone
onus. Seneca ad Lucillum epistola. cxix.

Nihil mihi uidetur turpius: q̄ optare mortem.
Seneca epistola ad Lucillium. cxxv.

Mors malum non est: quod si quæris? sola uis æquū
generis humani. Seneca de clæmētia li. iii.

Vndecunq; ad inferos una uia est: nulla est aliena
pṗria mortuo. Seneca in Hercule furēte Trag. i.

Nulli iussu cessare licet: nulli scriptū proferre diē.
Seneca Trag. iii.

Eripere uitā nemo nec homini potest: at nemo mor/
tem. Mille ad hanc aditus patent
Seneca Tragœdia. iiii.

Prohibere nulla ratio periturū potest: ubi quis mo/
ri constituit: & debet mori. Ibidem.

Mori uolenti deesse nunq̄ mors potest.
Seneca Tragœdia. vi.

Magnifica uerba mors prope admota excutit.
Seneca Tragœdia. viii.

O q̄ miserum est nescire mori. Idē Tragœ. x.

Nunq̄ est ille miser. cui facile est mori.
Aristoteles in li. de Morte & uita. Aristoteles

Vita & mors sunt communia omnibus aīalibus.
Aristoteles Ibidem.

Mors senum finis tristiciæ ē: quia multo dolore eis
contingente moriuntur. Aristoteles lib. de
Iuuentute & senectute.

Cor primum fit in animali: unde ipsum est primum
uiuēs: & ultimū moriēs. Aristo. li. iii. Ethicoꝝ.

Qualis unus quisq; est: talis ibi debetur finis.
Aristoteles Ibidem.

Terribilissimū omniū est mors. Idē. xv. Ethicoꝝ.

Lex prohibet seipsum interficere. Laerti' Dio/ L. Dioge.
genes de uita & moribus philosophoꝝ.

Nullū malū est gloriosum. Mors est gloriosa: mors
ergo malum non est: dicebat Zeno philosophus
stoicus. Diogenes Ibidem.

Ab Adriano imperatore secundus philosophus in
terrogatus quid est mors: Respōdit: Aetern' som/
nus: dissollutio corporum: diuitum pauor: paupe/
rum desyderium: ineuitabilis euentus: incerta pe
rægrinatio: latro hominis: somni pater: fuga uitæ:
uiuorum discessio: resolutio omnium.
Cicero li. i. Tus. quæstionum. Cicero.

Moriendum est enim omnibus. Ibidem.

Quæ enim potest i uita esse iucōditas? quum dies &
noctes cogitandum sit iam iāq; esse moriendum.
Cicero Ibidem.

Cato autem sic abiit e uita: ut causam moriendi na
ctum se esse gauderet: uetat enim dominās ille in
nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare.
Cicero Ibidem.

A malis igitur mors abducit: nō a bonis: ueꝝ si quæ
rimus: hoc quidem a Cyrenaico hegesia sic copio/
se disputatur: ut is a rege Ptolomeo prohibit' esse

dicatur illa in scholis dicere: quo multi his auditis mortem sibi ipsis cōsciscerent. Calimachi quidem Epygramma in Ambraciotam Theumbratum est quem ait: Quum nihil ei accidisset aduersi e muro se in mare abiecisse lecto Platonis libro.

Ibidem.

Certe si ante obissemus mors nos a malis: non a bonis abstraxisset. Sic igitur aliquis: qui nihil mali habeat: nullum a fortuna uulnus acceperit. Metellus ille honoratus quattuor filiis: at quinquaginta Priamus: quibus decem & septem iusta uxore natis in utroq; eandem habuit fortuna potestatem: sed lusa in altero est. Metellum enim multi filii: filiæ: nepotes: neptes: in rogum imposuerunt: Priamum antē in tāta progenie orbatum: quum in aram confugisset hostilis manus interemit. Hic si uiuis filiis: incolumi regno occidisset: astante ope barbarica: tectis cælatis laqueatis: Vtrum tandem a bonis an a malis discessisset? Tum profecto uideretur a bonis. At certe ei melius euenisset: nec tam flebiliter illa canerentur. Hæc omnia uidi inflammari: Priamo ui uitam eripi: Iouis aram sanguine turpari.

Cicero li.i. Tusculanarum quæstionum.

Non deterret sapientem mors: quæ propter incertos casus quottidie imminet: & propter breuitatem uitæ nunquam longe potest abesse.

Cicero Tusc. quæst. li.i.

Habes somnum imaginem mortis: eamq; quottidie induis & dubitas: quin sensus i morte nullus sit: Quum in eius simulacro uideas esse nullum sensum. Pellantur ergo istæ ineptiæ pœne aniles ante tempus mori miserum esse: Quod tandem tēpus? naturæ ne? At ea quidem dedit usuram uitæ tanq̄ pecuniæ: nulla p̄stituta die. Quid est igitur quod querere: si repetit: quum uult. Ea enim conditione acceperas. Idem si puer paruus occidit æquo animo ferendum putant: si uero in cunis ne conquerendum quidem.

Cicero Tusc. quæstionum li.i.

Proh dii immortales q̄ optabiliter iter illud ineundum esse debet: quo confecto nulla reliqua cura: nulla sollicitudo futura sit.

Cicero libro.i. tusc. quæst.

Sed quid duces: & principes memorē: quum legiones scribat. Cato sæpe alacris in eum locum profectas: unde redituras se non arbitrarentur. Pari animo Lacedæmonii in Termophylis occiderunt. In quo Simonides dic hospes sparte nos te hic uidisse iacentes. Dic sanctis patriæ legibus obsequimur. Cicero Ibidem.

Qualis tandem lacæna? quæ quum filium in prælium misisset: & interfectum audisset: Iccirco inqt genueram: ut esset qui pro patria morte non dubitaret occumbere.

Cicero li.i. Tusculanarum quæstionum.

Quid Cyreneum Theodorum Philosophum non ignobilem: non ne miramur: Cui quum Lysimachus Rex crucem minaretur: istis quæso inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest: humi ne: an sublime putrescat. Ibidem.

Durior Diogenes: & id quidem sentiens: sed ut Cynicus asperius proiici se iussit inhumatum. Tum amici uolucribus ne et feris? Minime uero inquit: sed bacillum prope me quo abigam ponitote: qui poteris? illi non enim senties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?

Cicero li.i. Tusc. quæst.

Omni autem ratione illud certe perfectum est: ut mortem non ducerem in malis.

Cicero. Ibidem.

Sed Herodoto authore: aliisq; pluribus: primum Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur. Nota fabula est: Quum enim illam ad solemne & statutum sacrificium curru uehei ius esset satis longe ab oppido ad fanum: morerentur iumenta: tunc iuuenes ii quos modo nominari uesle posita oleo corpora perunxerunt: ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum: quum currus esset ductus a filiis precata deam dicitur: ut illis præmium daret pro pietate quod maximum homini donari posset a deo. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse: mane inuentos esse mortuos. Simili precatione Trophonius & Agameudes usi dicuntur: Qui quum Apollini Delphis templum exædificauissent uenerantes eum petierunt mercedem: non paruam quidem operis: & laboris sui. Nihil certi: sed quod optimum homini: Quibus Apollo se id daturum ostendit: post eius diei diem tercium: qui ut illuxit mortui sunt reperti. Iudicasse deum dicunt: & eum quidem deum cui reliqui dii concessissent: ut præter cæteros diuinaret: mortem esse optimum homini. Cicero Ibidem.

Nam si supremus ille dies non extinctionem: sed commutationem affert loci: quid optabilius? Si autem perimit ac delet omnino: Quid melius: q̄ in mediis uitæ laboribus obdormiscere: & ita cōniuentem somno consopiri sempiterno.

Cicero Ibidem.

Itaq; unum illud erat insitum priscis illis: quos cascos appellat Ennius: esse i morte sensum: neq; excessu uitæ sic deleri hoiem: ut funditus interiret. Idq; cum multis aliis rebus: tū & pōtificio iure: & cerimoniis & sepulchrorū intelligi licet: quas ma

ximis ingeniis prediti: nec tanta cura coluissent: nec uiolatas tam inexpiabili religione sansissent: nisi haereret in eorum mentibus: mortē: non interitum esse omnia tollētem: atq; delentē: sed quandam quasi migrationem: commutationem q; uitae: quae in claris uiris & foeminis dux in caelum soleret esse. Cicero li.i. Tus.quaest.

Teneam' ut nihil censeamus esse malum: quod sit a natura datum hominibus.

Cicero li.ii. Tus.quaest.

Nam qui id quod uitari non potest: metuit: Is uiuere animo quieto nullo modo potest. Sed qui: non modo: quia necesse est mori: uerum etiam quia nihil habet mors: quod sit horrendum mortem non timet: Magnum is sibi praesidium ad beatā uitam comparat. Cicero Ibidem.

Te natura excelsum quendam uidelicet: & altum: & humana despicientem genuit. Itaq; facile i aīo forti contra mortem habita insedit ratio.

Cicero li.iii. Tus.quaest.

Theophrastus autem moriēs accusasse naturam dicitur: q; Ceruis & Cornicibus uitā diuturnā: quorum id nihil interesset: hominibus quoq; maxime interfuisset: tam exiguam uita ñ dedisset: quoq; si aetas potuisset esse longinquior: futurum fuisse: ut omnibus pfectis artibus omnium doctrina hominum uita erudiretur. Querebatur igitur se tum quum illa uidere coepisset extingui.

Cicero li. de Senectute.

Mors autem negligēda est: si aliquo ducit: ubi sis futurus aeternus. Cicero li. de Senectute.

Mortem omni aetati communem esse sentio.

Cicero Ibidem.

Quod cuiq; tempus ad uiuendum datur: eo debet esse contentus. Ibidem.

Omnia uero quae secundum naturā fiunt sunt habenda in bonis. Quid enim tam secundum naturam: q̄ emori senibus. Ibidem.

Sic uitam adolescētibus uis aufert: senibus maturitas. Cicero li. de Sectute.

Vt nauem & aedificium idem destruit facillime: q struxit: sic hominem: eadem optime quae cōglutinauit natura dissoluit.

Cicero libro de Senectute.

Nemo censet lugendam esse mortem: quam Imortalitas sequatur. Iam sensus moriēdi aliquis: si esse potest: is q; ad exiguum temp' praesertim est seni: post mortem autem sensus nullus optandus est.

Cicero li. de Senectute.

Sed hoc meditatum ab adolescentia esse debet: mortem ut negligamus: sine qua meditatione: tranquillo esse animo nemo potest. Ibidem.

Moriēdū.n. certū ē: sed id incertū an ipso die. Ibidē.

Mortē igitur oībus horis impēdentē timēs qs poterit animo cōsistere. Cicero li. de Senectute.

Nec uero clarorum uirorum post mortem honores permanerent: si nihil eorum ipsorum animi efficerēt: quo diutius memoriā sui teneremus.

Cicero. li. de Senectute.

Iam uero uidetis nihil esse tam morti simile: q̄ somnium. Ibidem.

Commorandi enim natura diuersoriū nobis: nō habitandi dedit. Cicero li. Paradoxorum.

Mors terribilis est hiis: quorum cum uita omnia extinguntur: non his quorum laus emori non pōt.

Salustius Cathilinarius. Salustius

In luctu atq; miseriis mortē erumnarum requiem: non cruciatum esse duco. Val. Max. li.ii. Val. maxi.

Traciae uero illa natio merito sibi sapientiae laudem uēdicauerit. Quae natales hominum flebiliter: exequias cum hilaritate celebrat. Haec sine ullis doctorum pceptis uerum conditiōis nostrae habitum puidit. Remoueatur itaq; naturalis omnium animalium dulcedo uitae. Quae multa & facere: & pati turpiter cogit: si ea mortua eius aliquanto foelicior: & beatior finis reperietur.

Quintilianus declamatione.iii. Quitilian'

Omnis nos hora per tacitos fallentes q; cursus applicat fato: & in hac perpetuitatis turpissima cogitatione descripti per exigua festinantis aeui momēta praemorimur. Homerus in ζ Iliadis. Homerus.

μοῖραν δ' ὄυτινα φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν

ὀυ κακὸν ὀυδὲ μὲν ἐσθλόν. ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. idest.

Mortem nullum assero euitasse uirorum:

Neq; timidum: neq; fortem: postea q̄ genitus sit.

Homerus in γ Odisseae.

ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον ὀυδὲ θεοί περ

Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν ὁππότε κεν δὴ

μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο. i.

Sed certe mortem quidem molestam neq; ipsi dei

Et amico uiro possunt remouere: quando

Fatum pniciosum asperae mortis illum attraxerit.

Menander. Menāder.

θνητοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. i.

Mortalibus omnibus mori necesse est. Idem.

ζωῆς πονηρᾶς θάνατος ἁιρετώτερος. i.

Vita mala mors eligibilior. Idem.

ἢ ζῆν ἀλύπως. ἢ θανεῖν ἐυδαιμόνως. i.

Vel uiuere sine tristicia: uel mori foeliciter. Idē.

καλὸν τὸ θνήσκειν οἷς ὕβριν τὸ ζῆν φέρει. i.

Pulchrum mori: quibus uitupium uita fert. Idē.

κρεῖσσον τὸ μὴ ζῆν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως. i.

Melius non uiuere est: q̄ uiuere misere. Idem.
'ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸς 'αποθνήσκει νέος .i.
Quem enim amat deus moritur iuuenis. Idē.
'ουκ ὄντως 'ὠφέλησε πολυτελὴς νεκρὸν.i.
Nunq̄ beauit sumptuosum mortuum. Idem.
τὸ γὰρ θανεῖν οὐκ αἰσχρόν. 'αλλ' 'αισχρῶς θανεῖν. idest.
Mori.n.non turpe est: Sed turpiter mori.

Agathius.

Agathius.
Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε τὸν 'ησυχίης γενετῆρα
τὸν παύοντα νόσους καὶ πενίης 'οδύνας.
μοῦνος 'άπαξ θνητοῖσι παραγίνεται. 'ουδέ ποτ' 'αυτὸν
εἶδέ τις θνητῶν δεύτερον 'ερχόμενον.
'αι δὲ νόσοι πολλαὶ καὶ ποικίλαι. 'άλλοτ' 'επ' 'άλλον
'ερχόμεναι θνητῶν καὶ μεταβαλλόμεναι.i.
Mortem quid timetis quietis genetricem:
Sedantem morbos: & paupertatis dolores.
Sola.n.semel ad mortales accedit: nunquam ipsam
Vidit quis mortalium secundo uenientem.
Morbi uero multi & uarii interdum ad alium
Euntes mortalium & permutati.

pallades.

Pallades.
πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα καὶ τρεφόμεσθα
'ως 'αγέλη χοίρων σφαζομένων 'αλόγως.i.
Omnes morti seruamur: & nutrimur
Tāq̄ grex porcoꝵ interfectorum sine ratione. Idē.
σῶμα πάθος ψυχῆς. 'άδης. μοῖρ' 'άχθος. 'ανάγκη.
καὶ δημος κρατερὸς. καὶ κόλασις βάσανον.
'αλλ' 'όταν 'εξέλθῃ τοῦ σώματος. 'ως 'από δεσμῶν.
τοῦ θανάτου. φεύγει πρὸς θεὸν 'αθάνατον.idest.
Corpus passio animæ: infernus: onus: necessitas:
Et populus concitatus: & pœna torturarum.
Sed quando egressa fuerit e corpore: tāq̄ a uinculis
Mortis: fugit ad deum immortalem.

Ex.i.Epig̃.

Exp° Epigrammaton.
Χαίρει τις θεόδωρος 'επεὶ θάνον. 'άλλος 'επ' 'αυτῷ
χαιρήσει. θανάτῳ πάντες 'οφειλόμεθα.i.
Gaudet quidam Theodorus: quoniā mortu' sum: alius sup ipso
Gaudebit. Morti omnes debemur. Ibidem.
Κάτθανον. 'αλλὰ μένω σε. μενεῖς δὲ τε καὶ σύ τινὰ 'άλλον
πάντας 'ομῶς θνητοὺς 'αίδης 'εἶς δέχεται. idest.

Mortuus sum: sed expecto te: expectas autem: & tu quēdā alium. omnes simul mortales unus Pluto suscipit.

Lucanus

Lucanus li°.v.
Sæuicia est uoluisse mori. Idem li.vi.
Ah miser extremum cui munus mortis iniquæ
Eripitur non posse mori. Idem li.viii.
Quisq̄ ne secundis
Traddere se fatis audet: nisi morte peracta.
Lucanus li.viii.
Mors ultima pœna est
Non metuenda uiris.

propertius

Propertius li.iii. Elegia.x.
Venturam melius præsagit nauita mortem.
Vulneribus didicit miles habere metum.

Tibullus

Tibullus li.i. Elegia.x.
Quis furor est atrā bellis accersere mortem?
Imminet: & tacito clam uenit illa pede.

Catulius

Catullus Ode.iiii.
Soles occidere & redire possunt.
Nobis quum semel occidit breuis lux:
Nox est perpetua una dormienda.

Martialis.

Martialis ad Paulum.
Mortis Paule timor tibi uitæ gaudia tollit:
Nam moriens uiues: dum metuendo peris.
Inter naturæ si ponas munera mortem:
Te de morte metus sollicitare nequit.
Martialis Epigrammaton. li.ii. ad Neuolum.
Non metuas mortem Neuole: sed timeas.
Martalis de Cœnatione Michæ.
Frange thoros: pete uina: rosas cape: tigere nardo.
Ipse iubet mortis te meminisse deus.
Martialis de Fannio.
Hostem quum fugeret: se Fannius ipse peremit:
Hic rogo: non furor est: ne moriare: mori.
Martialis libro.iiii. Epigrammaton
ad Colinum.
O cui tarpeias licuit contingere quercus:
Et meritas prima cingere fronde comas.
Si sapis: utaris totis Coline diebus:
Extremum q; tibi semper adesse putes.
Lanificas nulli tres exorasse puellas
Contigit: obseruant quem statuere diem.
Diuitior Crispo: Thrasea constantior ipso:
Lautior & nitido sis meliore licet.
Nil adicit penso Lachesis: fusosq; sororum
Explicat: & semper de tribus una necat.
Martialis de Curitio.
Nullo fata loco possis excludere: quum mors
Venerit: in medio tybure Sardinia est.
Martialis li.xi. de Canace.
Non licet hic uitæ de breuitate queri:
Tristius est læto læti genus.

Horatius. Horatius li.i. Carminum ad Sextium.
Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas:
Regumq; turres o Beate Sexti.
Vitae summa breuis spem nos uetat inchoare lõgã.
Iam te premet nox: fabulaeq; & manes.
Horatius li.i. Carminum. Ode. xxviii.
Mixta senum ac iuuenum densantur funera: nullũ
Saeua caput Proserpina fugit.
Horatius Carminum li. xxii. Ode. iii.
Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur urna serius: ocius
Sors exitura: & nos in aeternum
Exilium impositura Cymbae.
Idem Carminum li. ii. Ode. xiii.
Improuisa laeti.
Vis rapuit: rapietq; gentes. Ibidem. Ode. xvii.
Ibimus ibimus: utcunq; praecedes.
Horatius Carminum li. iii. Ode prima.
Aequa lege necessitas
Sortitur insignes: & imos.
Omne capax mouet urna nomen.
Horatius Carminum li. iii.
Mors & fugacem persequitur uirum:
Nec parcit imbellis iuuentae
Poplitibus: timido ue tergo.
Horatius Carminum li. iii. Ode. xxiiii.
Si figit adamantinos.
Summis uerticibus dira necessitas
Clauos: non animum meto:
Non mortis laqueis expedies caput.
Horatius in Arte Poetica.
Debemur morti nos: nostraq;. Ibidem.
Mortalia facta peribunt.
Horatius libro primo Sermonum.
Mors ultima linea rerum est.
Horatius epistolarũ li. ii. epistola. ii.
Lusisti satis: edisti satis: atq; bibisti:
Tempus abire tibi est.
Fr. Petrar. Franciscus Petrarcha. Soneto. viii.
Ma del misero stato oue noi semo
Condutte da la uita alta e serena
Vn sol conforto de la morte hauemo.
Franc. Petrarcha. Soneto. cxii.
Bel fin fa chi ben amando more.
Idem Soneto. cxxii.
Ben po nulla chi non po morire.
Idẽ Soneto. ccx.
Morte fura
Prima i migliori: & lassa star i rei.
Idem Sonetto. ccxxxi.
Corte mha liberato unaltra uolta
Et rotol nodo: el foco ha spento & sparso:
Contra laqual non ual forza nengegno.

Franciscus Petrarcha Sonetto. cxxxyi.
Morte biasmate: anzi laudate uoi
Che lega: sciolge: e un punto: apre: & serra
Et dopo l pianto: sa far lieto altrui.
Idem Soneto. cxxviii.
Ai morte ria: come aschiantar se puella
Il frutto de moltanni insi poche hore.
Idem Soneto. clxxxv.
Ma la fama el ualor che mai non more:
Non e in tua forza: habiti ignude lossa.
Idem Soneto. cccxviii.
Non po far morte il dolce uiso amaro:
Ma dolce uiso dolce po far morte:
Che bisogna morir ben altre scorte
Quella mi scorge ondogni ben imparo.
Et quel che del suo sangue non fu auaro
Che col pe rupe le tartaree porte
Col suo morir par che me riconforte
Dunq; uien morte: il tuo uenir me caro.
Franc. Petrarcha Cantilena. xxyiii. Stãtia. v.
Vn bel morir tutta la uita honora.
Ibidem Stantia. vii.
Ben more chi morendo esce di doglia.
Fran. Petrarcha Cãtilena. xxxviiii. Stãtia. iiii.
Che tal mori gia tristo et sconsolato:
Cui pocho manco era l mori beato.
Ibidem. Stantia. vii.
Che morte al tempo e non duol ma refugio:
Et chi ben po morir non cerchi indugio.
Franc. Petrar. Triumpho mortis. c. i.
O tu donna che uai
Di iuuentute & di belleza altera:
Et de tua uita il termino non sai.
Io son colei si importuna & fera
Chiamata son da uoi & sorda & ciecha
Gente: a cui si fa nocte inanci sera.
Iho condocta al fin la gente Graeca:
Et la Troiana a lultimo: i Romani
Cum la mia spada laqual punge & seca.
Popoli alteri: Barbareschi: & strani:
Et giungendo quandaltri non maspecta:
Ho interrotti molti pensier uani.
Hora ad uoi quandol uiuer piu dilecta
Drizo il mio corso: inanzi che fortuna
Nel uostro dolce qualche amaro metta.
Franciscus Petrarcha. Triumpho mortis capitulo primo.
Da India: dal Carthagio: Marrocho: & Spagna
El mezo hauea gia pieno & le pendici:
Per molti tempi quella turba magna.
Iui eran quei che fur decti foelici:
Pontifici regnanti: emperatori
Hor sono ignudi miseri & mendici.

Vson le richeze? uson gli honori?
Et le gemme: & li sceptri: & le corone?
Et le mitre cum purpurei colori?
Miser chi speme in cose mortal pone.
Ma chi non ue la pone? & sei si troua
Alla fine inganato: e ben ragione.
O ciechi il tanto affaticar che gioua?
Tuti tornati ala gran madre antica:
El nome uostro a pena si ritroua.
Pur de le mille un utile faticha:
Che non sian tute uanita palesi:
Chintende i uostri studi in si mel dica.
Che uale a subiugar tanti paesi?
Et tributarie far le gente strane:
Cu glanimi al suo damno sempre accesi.
Fran. Petrarcha. Triumpho mortis. c. ii.
Dimi se el morir e si gran pena?
Rispose: Mentre al uulgo dietro uai
Et allopinion sua ceca & dura:
Esser Foelice tu non po giambai.
La morte e fin dona preggion oscura
Aglianimi gentil: aglialtri e noia
Chano posto nel fango ogni lor cura.
Et hora el morir mio che si tanoia
Ti sarebbe allegrar se tu sentissi
La millesima parte di mia gioia. Ibidem.
Negar disse non posso che laffanno
Che ua innanzi al morir non doglia forte:
Ma piu la tema del aeterno damno.
Ma pur che lalma in dio se riconforte
El cuor chen se medesmo forse e lasso:
Chaltro che un sospir breue e la morte.

Motus graece κίνησις. ioτ.α᾽. & κίνησιο moueo dicitur. Est autem motus actus entis in potentia. scdm Aristo. li. iii. Ethicoru. Idem motus motio etiam di. Hinc terraemotus: cuius causa sunt uenti in cauernis terrae inclusi. Ouidius Metamor. li. vi. si. dicente Borea.
Solicito manes: totumq; tremoribus orbem.

Motiua uis sensitiua duplex est. f. naturalis: & animalis. Vis motiua naturalis est: quae non mouet per apprahensionem: nec est subiecta imperio ratiois. Et talis est uirtus uitalis: & pulsatiua: quae mouet arterias: & cor scdm dilatationem: & constrictionem. Et huiusmodi uirt⁹ est in corde: sicut in proprio organo: Vnde solum habet esse in animalibus perfectis pulmonem: & cor habentibus. Et haec uis per spirationem: & respirationem est principium contemperandi calorem cordis & corporis. Vis motiua animalis e quae mouet per apprahensionem: & est triplex: qa quaedam mouet per modum dirigentis: quaedam p modum imperantis: & quaedam per modum exequentis. Ex. b. Tho. opusculo de potentiis animae. c⁰. v. De his uidere potes latius supra i Arbore Animae.


Mulier g. γυνή. αικοσ. i. & γυναικεῖος. α. ο. mulebris dicit. Est autem mulier illa quae amplius uirgo non est. Quare cicero obiurgatibus eum nonnullis: q Sexagenarius Popiliam uirginē duxisset: respondit: Cras mulier erit. Mulieris appellatiōe: ut uult Caius iurisconsultus: etiam uirgo uiri potens continetur: hoc est quae matura uxoriam pleris nubilis annis. De hac uide supra in Foeminae & in Mollicies. Prouerbiorum. c. v.
Ne intenderis fallaciae mulieris: Fauus enim distillans labia meretricis: & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara: quasi absinthyum: & lingua eius acuta: quasi gladius biceps: Pedes eius descendunt in mortem: & ad inferos gressus eius penetrant: Per semitam uitae non ambulit: Vagi sunt gressus eius: & inuestigabiles. Nūc ergo fili audi me: & ne recedas a uerbis oris mei. Longe fac ab ea uiam tuam: & ne appropinques foribus domus eius. Prouerbiorum. c. vi.
Mulier autem uiri preciosam animam capit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo: ut uestimenta illius non ardeant: aut ambulare super prunas: ut non plantae comburantur eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui: non erit mundus: quum tetigerit eam.
Prouerbiorum. c. xii.
Mulier gratiosa inueniet gloriā. Prouerb. c. xii.
Circulus aureus in naribus suis: mulier pulchra & fatua. Prouerbioru. c. xiiii.
Sapiens mulier aedificat domum suā: insipiens extructam quoq; manibus destruet.
Prouerbiorum. c. xviii.
Qui inuenit mulierem bonam: inuenit bonum: & hauriet iucunditatē a dno. Qui expellit mulierem bonā: expellit bonum: q autē tenet adulterā stultus est: & insipiens. Prouerbioru. c. xix.
Dolor patris filius stultus: et tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier. Prouerbioru. c. xxi.
Melius est habitare in terra deserta: q̄ cum muliere rixosa: & iracunda. Prouerb. c. xxiii.
Fouea. n. profunda est meretrix: & puteus angustus aliena. Insidiatur in uia: quasi latro: & quos incautos inuenerit interficiet. Prouerbioru. c. xxvii.
Tecta perstillantia in die frigoris: & litigiosa mulier comparantur. Qui retinet eam quasi qui uentum teneat: & oleum dextrae suae euacuat.

Prouerbiorum.c.xxviii.
Qui nutrit scortum perdet substantiam.
Prouerbiorum capitulo.xxxi.
Ne dederis mulieribus substātiam tuam. Ibidē.
Mulierē fortē quis inueniet? procul & de ultimis fi
nibus precium eius. Prouerbiorum cap.xxxi.
Mulier timens dominum ipsa laudabitur.
Ecclsiastici. Ecclesiastici.c.ix.
Non des mulieri potestatem animae tuae: ne ingre/
diatur in uirtute tua: & confundaris. Ibidē.
Auerte faciem tuam a muliere compta. Ibidem.
Propter speciē mulieris multi perierunt. Idē.c.xix.
Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes: &
arguunt sensatos: & qui se iungit fornicariis erit
neq̄. Ecclesiastici.c.xxv.
Non est caput nequius super caput colubri: & non
est ira super iram mulieris. Ecclsiastici.c.xxv.
Breuis omnis malicia super maliciam mulieris: sors
peccatorum cadat super illam. Ibidem.
A muliere initium factum est peccati: & per illam
omnes morimur. Ecclesiastici.c.xxvi.
Mulieris bonae beatus uir: numerus enim ānorum
illorum duplex. Ibidem.
Dolor cordis & luctus mulier Zelotypa: in muliere
Zelotypa flagellum linguae omnibus communi/
cans. Ecclesiastici.c.xxvi.
Mulier ebriosa ira magna: & cōtumelia: & turpitu
do illius non tegetur. Ibidem.
Gratia mulieris sedulae delectabit uirum suum: &
ossa illi⁹ ipinguabit. Disciplina illi⁹ datū dei ē. Idē.
Mulier sensata: & tacita non est immutatio erudi/
tae animae: Gratia sup gratiā mulier sancta & pu/
dorata. Ecclesiastici.c.xxxvi.
Qui possidet mulierē bonā inchoat possessionē: ad
iutorium scdm illum ē: & colūna: & reges. Ibidē.
Vbi non est sepes diripietur possessio: & ubi non est
mulier ingemiscit egens.
Paulus Paulus primae ad Corinthios.c.xiiii.
Mulieres in ecclesiis taceant: Nō.n.permittitur eis
loqui: sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si qd au/
tem uolunt discere: domi uiros suos interrogent:
Turpe est.n.mulieri loqui in ecclesia.
Augustin⁹ Augustinus in li° quaestionum Genesis: &
habetur.xxiii.q.v.Est ordo.
Est ordo naturalis in hominibus: ut seruiant foemi
nae uiris: & filii parentibus: qa in illis haec iusticia
est: ut maiori seruiat minor.
Augustinus in quaest.no.& ueter.testa.&
habetur.xxiii.q.v.Haec imago.
Haec imago dei est in hoie: ut unus factus sit dñs: ex
quo caeteri orīantur: habēs impium dei: quasi Vi/
carius eius: qa uni⁹ dei habet uir imaginē. Ideoq̧
mulier ad imaginem dei nō est facta: sic etenim di
cit: & fecit deus hoiem: ad imaginē dei fecit illum:
hinc ēt apostolus. Vir qdē ait nō debet uellare ca/
put: qa imago: & gloria dei: Mulier iō uellet: qa
non est imago: aut gloria dei. Hierony⁹.
Hieronymus in epistola ad Nepotianum.
& habetur di.xxxiii.Hospitiolum.
Hospitiolum tuum: aut raro: aut nunq̄ mulieris pe
des terant: omnes puellas & uirgines Christi: aut
aequaliter dilige: aut aeqliter ignora: Nec sub eodē
tecto cum muliere manseris: nec in praeterita casti
tate cōfidas: Nec Sansone fortior: nec Dauid san
ctior: nec Salomone poteris esse sapientior.
Hieronymus ad Rustichum Monachum.
Matrem tuā ita uide: ne pillā alias uidere cogaris:
quarum uultus cordi tuo haereant: Et tacitum uiuat
sub pectore uulnus. Ancillulas quae illi in obsequio
sunt tibi scias esse in insidiis: & q̄to uilior est earum
conditio: tanto facilior est ruina.
Hieronymus ad Rusticum Monachum.
Nunq̄ de mulierum formis disputes: nec quid in cu/
iusq̄ domo agatur: alia domus pro te nouerit Foe/
minae nomē tuum nouerint: uultum tuum nesciāt.
Hieronymus contra Iouinianum.
Vxorem pauperē alere difficile est: diuitē ferre tor/
mentum est. Quid prodest diligēs custodia? quum
uxor seruari ipudica nō possit: pudica nō debeat.
Infida enim custos castitatis est necessitas: & illa
uere pudica dicenda est: cui licuit peccare: sed no/
luit. Hieronymus Ibidem.
Pulchra cito adamatur: foeda nō facile cōcupiscit:
difficile custoditur quod plures amant. Molestum
est possidere quod nemo habere dignetur: Mino/
re tamen miseria deformis habetur: q̄ formosa ser
uatur. Hieronymus contra Iouinianum.
Nihil tuum est in quo totius populi uota suspirant:
Alius forma: alius ingenio: alius facetia: alius li/
beralitate sollicitat. Aliquo modo expugnatur:
quod undique incessit. Hieronymus epist.viii.
Illae oculos christianos scandalizāt potius: quae pur
purisso: & quibusdā fucis ora oculosq̧ depingunt:
quarum facies aegiptiacae nimio candore defor/
mes: Idola mentiunt: quas nec numerus annorum
potest docere q̧ uetulae sint: quae capillis alienis
uerticem struunt: & praeteritam iuuentutē in ru/
gis anilibus poliunt. Erubescat mulier christia/
na si naturam cogit in decorem: sed carnis curam
facit in cōcupiscentiis. Hiero.epistola.lxxxxviii.
Quid i facie christianae purpurissus facit: & cerusa?
Hieronymus Epistola.lxxxxviii.
Ignis iuuenum & fomenta libidinum: impudicae
mentis indicia. Ornatus iste non dei est uelamen:
sed Antichristi. Ambro. li°. quaestionū no. & Ambrosi⁹.
uete. testamēti: & habetur. xxxiii. q. v. Mulierē.

Mulierem constat subiectam dominio uiri esse: & nullam authoritatem habere: nec docere potest: nec testis esse: nec fidem dare: nec iudicare.

Ambros. Ambrosius in Examerõ in tractatu diei iiii. & habetur. xxxiii. q. v. Adam.

Adam per Euam deceptus est: non Eua per Adam quẽ uocauit ad culpã mulier: Iustum est ut eam in gubernatione assumat: ne iterũ fœminea facilitate labatur. Ambro. sup primã epistolam ad Corint. & habetur. xxxiii. q. v. Mulier.

Mulier debet uellare caput: quia nõ est imago dei: sed ut uiro ostẽdatur subiecta: & quia præuaricatio per illam inchoata est: hoc signum debet habere in ecclesia: propter reuerẽtiam epalem: nõ habet caput liberũ: sed uellamine tectum: nõ habeat potestatem loquẽdi: qa Eps habet psonã Christi: q̃si ergo ante iudicem Christum: ita ante Epm sit qa uicari⁹ domini est: ppter peccatum originale subiecta debet uideri. Ambrosius in li°. de paradiso: & habetur Ibidem. Nec illud.

Nec illud ociosum est: q: non de eadẽ terra in qua plasmatus est Adam: sed de ipsius Adæ costa facta sit mulier: ut sciremus unam in uiro: & in muliere corporis esse naturã: unum fontẽ generis humani. Ideo nõ duo a principio facti uir & mulier: nec duo uiri neq; duæ mulieres: sed primum uir: & deinde ex eo mulier: Vnam. n. naturã uolẽs hominum constituere deus ab uno principio creaturæ hoc incipiens multarum & disparium naturarum eripuit facultatẽ. Ambro. in li. i. de Dauid.

Sanson ualidus & fortis leonẽ suffocauit: sed amorem suum suffocare nõ potuit: Vincula soluit hostium: sed suaũ non soluit nexus cupiditatũ: Messes incendit alienas: sed unius ipse mulieris accensus igniculo: messem suæ uirtutis amisit.

Ambrosius li. i. de officiis.

Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta p mittitur conuersatio. Ianua diaboli: uia iniquitatis: scorpionis percussio: nocuumq; genus est fœmina. Quum proximat ignem accẽdit. Flammigero igne pcutit conscientiam pariter laborantis: & exurit fundamenta montium. Si cum uiris fœminæ habitent: uiscatium nõ deerit Diaboli. Ibidẽ.

Si pudicam quæris fœminam: quã berie uideris cõuersantem mente dilige: non corporali accessu frequentes. Nemo miles cum uxore pergit ad bellũ.

Fœminæ cum uiris habitantes germinãt spinas: & arcana mentium acuto mucrone percutiunt.

Io. Chrys. Io. Chry. in sermone decollatiõis Io. baptistæ.

Quid enim quis dicat: aut quomodo qs enarret mulierem illam crudelem: maliciosam: Ego quidẽ existimo nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilẽ mulieri malæ. Quid inter quadrupedia aialia leone sæuius: sed nihil hac ferocius. Quid in serpẽtibus dracone acrius? Nec hoc qdẽ cum muliere mala cõferri põt. Nã leo: & draco i malo inferiores sunt. Danielẽ leones i lacu ueriti sunt: Iustum uero illum Naboth Iezobel interfecit. Cetus Ionam in uentre custodit: Dalida Sansonẽ circumuẽtum illecebris: raso ẽt capite deformatum alienigenis tradidit. Ioannẽ baptistã in deserto uiuẽtẽ dracones: & aspides cornutæ subdita feritate tremuerunt: Heroida uero eidẽ caput abscidit: & tanti uiri mortẽ in preciũ saltationis accepit. O malum summũ: & acutissimũ telum diaboli. Ibidem.

Per te bella fiunt: p te sapiẽtes se pdunt: Per te sancti occisi sunt: p te ciuitates cõbustæ sunt. Per te uita pdita est: p te mors inuẽta est: p te diuites paupe res: p te pulchri turpes: p te fortes debiles: p te ueraces mendaces: p te casti luxuriosi: p te humiles supbi: p te pœnitẽtes inobediẽtes: & deo odibiles fiunt. Hæc ẽ mulier antiqua malicia: quæ Adam eiecit de paradisi deliciis: hæc humanũ gen⁹ mersit in infernũ. Hæc uitã abstulit mundo: p unius arboris pomũ. Hoc malum hoies ducit ad mortem.

Ioannes Chrysost. sup illud Matthæi. xix.

Nõ expedit nubere.

Quid ẽ mulier: nisi amiciciæ inimica: ineffugabilis pœna: Necessarium malum: naturalis tẽtatio. Desyderabilis calamitas: Domesticum piculum: delectabile detrimẽtum. Io. Chryso. sup ps. l.

Quid est speciosa mulier: Sepulchrum dealbatum: nisi fuerit sobria: casta: pudica: Pulchritudo autẽ sine his uirtutib⁹ est præcipitium patẽs: uenenum inspicientibus compositum.

Isydorus: & habetur. xxx. q. v. Fœminæ. Isydorus.

Fœminæ dum maritantur ideo uellantur: ut se nouerint semper maritis suis subditas esse: & humiles. Lactantius Fir. diuin. insti. li. iii. Lactãtius.

At nulla uehementior discordiaæ est causa: q̃ uni us fœminæ a multis maribus appetitio.

Seneca Tragœdia. x. Seneca

O q̃ cruentus fœminas stimulat dolor:
Vna quum patuit pellici ac nuptæ domus.

Seneca in Medea.

Nulla uis flammæ: tumidiq; uenti
Tanta: nec teli metuenda torti:
Quanta quum coniunx uiduata tædis
Ardet & odit. Seneca Tragœdia. iiii.
Sed dux malorum fœmia: & scelerũ artifex. Ibidẽ.
Sileantur alæ: Sola coniunx Aegei
Medea reddet fœminas dirum genus. Idem.
Detestor omnes: horreo: fugio: execror:
Sit ratio: sit natura: sit dirus furor.
Odisse placuit. Ibidem.
Instruit omnis fraude fœminea dolos.

Aristoteles

Aristoteles lib.iii.de animalibus.

Lac mulierum nigrarum melius est: & pluris cibi q̃ albarum. Aristoteles li.v.de animalibus.

In annis nubilibus mamillæ incipiunt ingrossari.

Aristoteles libro.vi.de animalibus.

Nulli animalium accidit menstruum sicut mulieri.

Idem libro.viii.de animalibus.

Mulier melioris est pietatis: & compassionis: q̃ uir: Sed maioris inuidiæ: & diligit lites: & maliciosior: & de facili decipitur. Aristo.li.ix.de aialibus.

Imprægnatio accidit mulieribus naturaliter post menstruum. Ibidem.

Foeminæ post partum cito crescunt. Ibidē.

Mulieribus tpe partus accidit fortis calor. Ibidē.

Menstruum in mulieribus cessat post quadraginta quattuor annos. In aliquibus uero remanet usq; ad quinquaginta. Aristo.li.x.de aialibus.

Mulieres lactantes omnino non menstruantur: uel modicum. Aristoteles li.xv.de aialibus.

Foetus non fit ex permixtiōe duorum spermatum: Vnde & mulier imprægnatur sine effusione spermatis. Ibidem.

Mas est principium motus in generatione. Foemla uero est sicut materia. Ibidem.

Foemina non generat per se: quia indiget principio motus: quod est mas. Aristoteles li.xvi.

Foemina est mas occasionatus.

Aristoteles libro.xviii.de animalibus.

Mulier & equa super omnes foeminas, diligunt coitum. Ibidem.

In hōibus citi⁹ formanť mares: q̃ foeminæ. Ibidē.

Foeminæ debiliores sunt maribus: quia sunt frigidioris naturæ. Aristoteles li.i.Polyticorum.

Consilium mulieris est inualidum: pueri autem imperfectum. Aristoteles li.iii.polyticorum.

A mulieribus male regitur ciuitas. Ibidem.

Melius est mulieris dotem modicam: uel mediocrē esse: q̃ magnam. Aristoteles li.vi.polyticorum.

Finis generationis in uiris: ut plurimum est numerus.lxx.annorum: In mulieribus aūt quinquaginta.

L.Diog.

Laerti⁹ Diogenes de uita & mo. philosophorum.

Duo lachrymarum genera sunt in oculis mulierū (dicebat Pythagoras) Veri doloris unum: Insidiarum uero aliud. Ibidem.

Mulier speciosa & pulchra templum est super cloaca ædificatum: dicebat Socrates. Ibidem.

Interrogatus Secundus philosophus quid esset mulier? Respondit: hominis confusio: Insatiabilis bestia: Cōtinua sollicitudo: Indesinēs pugna: Quotidianum damnum: Solitudinis impedimentū: Viri incontinentis naufragium: Adulterii uas: Perniciosum prælium: Animal pessimum: Pōdus grauissimum. Aspis insanabilis: Humanū mancipiū.

Cicero Rhetoricorum nouorum li.iiii. Cicero.

Maiores nostri: si quam unius peccati damnabant mulierem: simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant: Quo pacto? Quoniā quam impudicam iudicarant: eam ueneficii quoq; damnatam existimabant. Quid ita? Necesse est eam quæ suum corpus addixerit cupiditati timere permultos. Quos? Istos: uirum: parentes: ad quos uidet sui dedecoris īfamiam pertinere. Quid postea? Eos quos tantopere timeat: necesse est: ut quoquo modo possit ueneficio petat. Cur? Quiā nulla potest honesta ratio retinere: quam magnitudo peccati facit timidam: intemperantia audacē: natura faciat necesse est inconsyderatam.

Cicero Rhetoricorum ueterum li.i.

Mulierum genus est auarum. Val.maximus li.ii. Val.maxi.

Vini usus olim Romanis foeminis ignotus fuit: ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur. Quia proximus a libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consueuit. Ibidem.

Veneficii quæstio: & moribus: & legibus Romanis ignota complurium matronarum patefacto scelere orta est: quæ quum uiros suos clandestinis īsidiis ueneno perimerent: Vnius ancillæ indicio protractæ: per senatum capitali iudicio damnatæ cētum &.lxxx.numerum expleuerunt.

Euripides in Medea. Euripides

γυνὴ γὰρ τ' ἄλλα μὲν φόβου πλέα
κακή τ' ἐς ἀλκὴν. καὶ σίδηρον εἰσορᾶν
ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ.
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα. i.

Mulier enim in aliis quædam timore plena
Timida autem in pugnam: & ferrum inspicere.
Sed quando circa lectum iniuria affecta fuerit:
Non est alia mens magis homicida.

Idem Ibidem.

γυναῖκες ἐς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. idest.

Mulieres sumus ad bona consilii pauperrimæ:
Malorum autem omnium artifices sapientissimæ.

πάντων δ' ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα καὶ γνώμην ἔχει
γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν. i.

Omnium autem quæ sunt animata: & mentē hn̄t
Mulieres sumus misertima planta.

Hesiodus. Hesiodus.

μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω
αἱμύλα κωτίλλουσα. τεὴν διφῶσα καλιήν. idest.

Neq; mulier ornans nates tuam mentem decipiat
Blanda loquens: tuam euacuans domum. Idem.

ὅσ δὲ γυναικὶ πίστευσε· πιστεύει ὅτι φι λήταισι.ideſt.
Qui mulieri credidit: credidit ille deceptoribus.

Menander

Menander.
χειμὼν κατ' οἴκους ἐστὶν ἀνδράσι γυ/ νή. ideſt.
· Tempeſtas in domibus eſt hominibus mulier. Idē.
ὡσ ἐστὶ ἄπιστον ἡ γυναικεία φύσις.i.
Quã eſt infidum muliebris natura. Idem.
βίου σεβάσματα πέφυκεν ἀνδράσι γυνή.i.
Vitæ ſanitas eſt hominibus mulier.
γυνὴ δικαία τοῦ βίου σωτηρία. ideſt.
Mulier iuſta uitæ ſalus. Idem.
γυναικὸσ ἐσθλῆσ ἐπιτυχεῖν οὐ ῥάδιον.
Mulierem bonam conſequi non facile. Idem.
γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσον ἐστὶν ἢ γαμεῖν.
· Mulierem ſepelire meli' eſt q̃ ducere in uxorē. Idē.
γυνὴ τὸ σύνολον ἐστὶ δαπανηρὸν φύσει.
Mulier penitus eſt ſumptuoſum qd natura. Idē.
γυναικὶ μὴ πίστευε τὸν σαυτοῦ βίον.i.
Mulieri ne crede tui ipſius uitam. Idem.
γυνὴ γὰρ οὐδὲν οἶδε πλὴν ὃ βούλεται.i.
· Mulier.n. nihil nouit præter quod uult. Idem.
γυνὴ δὲ χρηστὴ πηδάλιον ἐστὶ οἰκίασ.i.
Mulier autem bona temo eſt domus. Idem.
γυνὴ γυναικὸσ οὐδὲν διαφέρει.i.
Mulier a muliere unq̃ nihil differt. Idem.
ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν.i.
In mulieribus.n.fidem non licet uidere. Idē.
θησαυρόσ ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.i.
Theſaurus eſt malorum mala mulier. Idem.
θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα κακὴ γυνή.i.
Feris omnibus agreſtior mala mulier. Idem.
θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ κακὰ τρία.i.
· Mare & ignis & mulier mala tria. Idem.
ἰὸσ πέφυκεν ἀσπίδοσ κακὴ γυνή. ideſt.
Venenum eſt aſpidis mala mulier. Idem.
ἴσον λεαίνησ καὶ γυναικὸσ ὠμότησ. ideſt.
Aequalis leenæ & mulieris crudelitas. Idem.
καλὸν γυναικὸσ ὁρᾶν καλοὺσ τρόπουσ.i.
Pulchrum mulieris inſpicere pulchros mores.
καλὸν φυτὸν πέφυκεν ἐν βίῳ γυνή.i.
Pulchra planta eſt in uita mulier. Idem.
λύπη παροῦσα πανταχοῦ ἐστιν ἡ γυνή.i.
Triſticia præſens ubiq; eſt mulier. Idem.
νύμφη δ' ἄπροικοσ οὐκ ἔχει παρρησίαν.i.
· Sponſa ſine dote non habet audaciam. Idem.
ῥύπος γυνὴ πέφυκεν ἠργυρωμένοσ.ideſt.
Sordes mulier eſt argentata. Idem.
τερπνὸν κακὸν πέφυκεν ἀνδράσι γυνή.i.
· Delectabile malum eſt hominibus mulier. Idē.
ὑπερήφανον πρᾶγμ' ἐστὶν ὡραία γυνή.i.
· Superba res eſt pulchra mulier.

Pittacus.

Pittacus.
γυναικὸσ ἄρχε.i. Mulieri impera.

Plautus.

Plautus in Aſinaria.
Satis dicacula eſt amatrix: lingua poſcit: corpus q̃/ rit: animus orat: res monet. Idē in Caſina.
Non matronaꝝ par ē officium: ſed meretricū: uiris alienis ſublandiri. Plautus in Muſtellaria.
Mulier quæ ſuam ætatem ſpernit: ſpeculo eluſa ē.
Mulier recte olet: ubi nihil olet: Nā iſtæ ueteres: quæ ſe unguentis unctitant: uetulæ: edētulæ: quæ uitia corporis fuco occultant: ubi ſeſe ſudor cū un guentis conſociauit: illico itidem olent: quaſi una cum multa iura confundit corpus.
Plautus in Muſtellaria.
Purpura ætate occultanda eſt: Aurum turpi mulie ri: pulchra mulier nuda erit: q̃ purpurata pulchri or. Poſtea nequicq̃ exornata eſt bene: ſi morata eſt male. Plautus in Muſtellaria.
Aedes plenas conuiuarum & mulierum miſeꝝ eſt opus. - Plautus in perſa.
Omnes ſunt lænæ leui fide. Neq; ſtipulæ leui' pon dus eſt: q̃ fides lenonia. Ibidem.
Virgo atq; mulier nulla erit: quin ſit mala quæ reci tet: ſi quid peruerſe fieri uidet. Idē in Rudente.
Tacita mulier eſt bona ſemper: q̃ loquens.
Plautus in Stycho.
Qui poteſt mulieres uitare uitet: ut quottidie pridie caueat: ne faciat quod pigeat poſtridie.
Plautus in Milite glorioſo.
Quid muliere peius? atq; audacius? Nā neq; equeſ: neq; pedes præfectus quiſq̃ eſt tanta audacia.
Plautus in Mercatore.
Nulla mulier bona eſt. Plautus Ibidem.
Ecaſtor lege dura uiuunt mulieres: multoq; iniquio res miſeræ q̃ uiri. Nam ſi uir ſcortū duxerit clam uxore ſua: id ſi reſciuit uxor: impune ē uiro. Si clā domo egreſſa eſt foras: fit cauſa: exigitur matrimo nio. Plautus in Penulo.
Bono ingenio me eſſe ornatam: q̃ auro multo ma/ lo. Plautus in Penulo.
Multa ſunt mulierum uicia: ſed hoc'e multis maxi mum eſt: quum ſibi nimis placent: nimiſq; operā dant: ut placeant uiris. Plautus in Bachide.
Miſerius nihil eſt: q̃ mulier. Ibidem.
Viſus merus meretricum eſt blandicia. Ibidem.
Iuuenili ætati non conducit mulier: nec latebroſus locus. Plautus in Bachide.
Iſthoc illecebroſius fieri nihil poteſt: nox: mulier: uinum: homini adoleſcentulo.
Plautus in Menechinis.
Meretrix tantiſper blanditur: dum illud quod ra/ piat uidet.

Terentius

Terentius in Heautontumerumenos.

Nosti'n mores mulierum? Dum molliunt: dum co/
Terentius muntur: annus est. Terentius Comedia.v.
Omnes mulieres eadē æque student: uoluntq; om/
nia. Ibidem.
Itaq; adeo uno animo omnes socrus oderūt nurus:
uiris esse aduersas æq; studium est: similis pertina
cia est. In eodem mihi uidētur omnes ludo doctæ
ad maliciam. Ibidem.
Censes ne te posse reperire ullam mulierem quæ ca
reat culpa: Terentius Ibidem.
Virgilius Mulier mulieri magis cōgruit. Virg li.iiii.Aene.
Varium & mutabile semper
Fœmina. Idem libro.v.Aeneidos.
Notumq; furens quid fœmina possit.
Ouidius Ouidius Metamorphoseos li.x.fa.viii.
Viderat offensus uitiis: quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit. Oui.amoꝶ li.i.eleg.ii.
Casta est: quam nemo rogauit.
Aut si rusticitas si uetat: ipsa rogat. Idē li.ii.ele.xv.
Verba puellarum foliis leuiora caducis
Irrita q; ut uisum est: uentus & aura ferunt.
Ouidius li.i.artis amandi.
Spectatum ueniunt: Veniunt spectentur ut ipsæ.
Inuenit artem Ibidem.
Fœmina: qua cupidi carpat amātis opes. Ibidē.
Fallite fallentes. Ex magna parte prophanum
Sunt genus. In laqos quos posuere cadāt. Ibidē.
Vim licet appelles: grata est uis ista puellis.
Quod iuuat inuitæ sæpe dedisse uolunt.
Ouidius li.ii.artis amandi.
Illæ mundiciis annorum damna rependunt.
Et faciunt cura ne uideantur anus.
Ouidius libro.iii.artis amandi.
Cura dabit faciem: Facies neglecta peribit:
Idaliæ similis sit licet illa deæ. Ibidem.
Fœmina caniciem germanis inficit hærbis.
Et melior uero quæritur arte color.
Fœmina procedit densissima crinibus emptis:
Proq; suis alios efficit ære suos. Ibidem.
Scitis & inducta candorem quærere coera.
Sanguine q̄ uero non rubet: arte rubet. Ibidem.
Rara tamen menda facies caret: occule mendas:
Quaq; potes uitium corpis abde tui. Ibidē.
Cui grauis oris odor: nunq̄ ieiuna loquatur:
Et semper spacio distet ab ore uiri. Ibidem.
Quo nō ars penetrat? Discūt lachrymare decēter.
Quo q; uolunt plorant tpe: quo q; mō. Ibidē.
Non nimium uobis formosa ancilla ministret:
Sæpe uicem dñæ pbuit illa mihi. Ibidem.
Nil igitur matrona leget: quæ carmine ab omni
Ad delinquendum doctior esse potest.
Ouidius epistola Herus ad Leandrū.
Vt corpus teneris: sic mens infirma puellis.

Propertius li.ii.elegia.vi. Propertius
Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest.
Quam peccare pudet cynthia: tuta sat est.
Propertius libro.ii.elegia.viii.
Sed uobis facile est uerba & cōponere fraudes.
Hoc unum didicit fœmina semper opus.
Non sic incerto mutantur flamine syrtes:
Nec folia hyberno tam tremefacta nothor:
Quā cito fœminea non constat fœdus in ira:
Siue ea causa grauis: siue ea causa leuis.
Idem elegia.xvi.
Formosis leuitas semper amica fuit.
Propertius li.iii.elegia.xviii.
Obiicitur totiens a te mihi nostra libido.
(Crede mihi) uobis imperat illa magis.
Vos ubi contempti rupistis fræna pudoris:
Nescitis captæ mentis habere modum.
Tibullus libro.i.elegia.ix. Tibullus
Tu procul hinc absis: cui formam uendere cura est.
Et precium plena grande referre manu.
Tibullus libro.iii.elegia.iii.
Ah crudele genus: nec fidum fœmina nomen:
Ah pereat didicit fallere si qua uirum. Catullus
Catullus elegia.v.
Dicit. Sed mulier cupido quod dicit amanti
In uento: & rapida scribere oportet aqua.
Martialis epigrāmaton li.vi.de Thaide. Martialis
Omnia quā faciat Thaide Thais olet. Idē li.ii.
Scire suos fines matronæ & fœmina debet.
Iuuenalis satyra sexta. Iuuenalis
Quid q; & antiquis uxor de moribus illi
Quæritur: o medici mediam ptundite uenam:
Delicias hominis. Tarpeium limen adora
Pronus: & auratam Iunoni cæde iuuencam:
Si tibi cōtigerit capitis matrona pudici. Ibidē.
Iusta pericli.
Si ratio est: & honesta: timent: pauidoq; gelantur
Pectore: nec tremulis possunt cōsistere plantis.
Fortē aium præstāt rebus quas turpibus audent.
Si iubeat cōiunx: durum est conscendere nauim:
Tūc sentina grauis: tunc summus uertitur aer.
Quæ mœchum seqr̄ stomacho ualet. Illa maritū
Conuomit: hæc inter nautas & prandet: & errat
Per pupim: & duros gaudet tractare rudentes.
Faciunt grauiora coactæ. (Ibidem.
Imperio sexus: minimū q; libidine peccāt. Ibidē.
Scilicet expectas: ut tradat mater honestos:
Atq; alios mores q̄ quos habet? Ibidem.
Nulla fere causa est in qua non fœmina litem
Mouerit. Ibidem.
Quæ fugit a sexu uires amat. hæc tamen ipsa
Vir nollet fieri. Nam quantula nostra uoluptas.
Nihil est audacius illis (Ibidem.

Depræhenſis. Irã atq; aíos a crimie ſumūt. Ibidē.
Iam fas eſt admitte uiros: dormitat adulter.
Illa iubet ſumpto iuuenem properare cucullo.
Si nihil eſt ſeruis incurritur. Abſtuleris ſpem
Seruorum? ueniet conductus aquarius: hic ſi
Quæritur: & deſint hões: mora nulla per ipſam
Quo minus iposito clunē ſupponat aſello. Ibidē.
Iamq; eadem ſummis pariter minimiſq; libido.
Nec melior pedibus ſilicem quæ conterit atrum:
Quã quæ longorum uehiť ceruice ſyrog. Ibidē.
Multis res anguſta domi. Sed nulla pudorem
Paupertatis habet: nec ſe metitur ad illum:
Quem dedit hæc poſuit q; modū. Tñ utile qd ſit
Proſpiciunt aliquãdo uiri. Frigusq; famēq;
Formica tandem quidem expauere magiſtra.
Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum:
Ac uelut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Nummus: & ex pleno ſemper tollatur aceruo:
Non unq̃ reputãt quãti ſua gaudia cõſtēt. Ibidē.
Intolerabilius nihil eſt q̃ fœiā diues. Ibidem.
Ad mœchum lota ueniunt cute. Quando uideri
Vult formoſa domi? Ibidem.
Quæ non faciet quod principis uxor?

Dantes — Dantes Florentinus.
Per lei aſſai di la ui ſi compræhende
Quanto in fœmina foco damor dura.

F.Petrar. — Franc. Petrarcha ſoneto.clii.
Fœmina e coſa mobil per natura.
Vndio ſcio ben chuno amoroſo ſtato
In cor di donna picol tempo dura.

Idem ſoneto.ccxxvii.
Charita de ſegnor: amor di dona
Son le cathenæ: oue cum multi affanni
Ligato ſum per chio ſteſſo me ſtrinſi.

MVltiloquium græce πολυλογία.ας.ἡ. & πολυλόγος.ου.ὁ. multiloqu⁹ diciť. Eſt autem multiloquium multitudo locutionis cum ſuperfluitate: uel præter utilitatem: uel neceſſitatem. Et ſic intelligitur prouer.x. In multiloquio non deerit peccatum. ex Alex. de Ales ſecunda ſecundæ tractatu de multiloquio.
Multiloquiũ ē filia gulæ: ſcdm.b. Tho. ſcda ſcdæ. q.cxlviii.ar.vi.
Quid ãt differat a ſcurrilitate uide ĩfra in Scurrilitas. Multiloquium ēt Multiloquentia dici poteſt.

MVnd⁹ græce κόσμος.ου.ὁ. & κοσμικός.ου.ὁ. mundanus dicitur. Eſt autem Mũdus qui conſtat ex cælo: terra: & terrenis: cœleſtibus q; naturis: ut ait Poſidonius in Meteoris. Siue qui conſtat ex dĩis & hominibus: iiſq; rebus: quæ horum gratia conditæ ſunt. ab ornatu q; dicitur quem græci κόσμον uocant. Eſt etiam Mundus ornatus muliebris: quaſi munitus: q̃uis alii a mouendo dictum uelint: quoniam mundus id genus ornatus ſit: qd ſumunt mulieres ac deponũt. Mũdum etiam neutro genere ueteres dixerũt Lucilius. Legauit quidam uxori mundum omne penum q;. Hinc fit mundus. da. dum. hoc eſt purus: terſus: politus: a quo Immundus: impurus: obſcœnus: & Mundo: & Mundifico uerba: hoc eſt depuro: detergo: & Mundicia: quæ & Mundicies dicitur: hoc eſt lauticia: & contrarium eius Immundicia uel Immundicies: & aduerbia Munde: & Immunde. Mundus uero muliebris: ut placet Vlpiano: eſt quo mulier mundior fit: quo dicit contineri ſpeculum: matulas: unguenta: uaſa unguentaria: & ſi qua ſimilia: unguenta uero gratia ualitudinis mundo muliebri dicuntur non contineri.

Ioannes primæ can. capi.ii. — Ioannes
Nolite diligere Mundum: neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum: non eſt charitas patris in eo. Quoniam omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt: & concupiſcẽtia oculorum: & ſuperbia uitæ: quæ non eſt ex patre: ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit: & concupiſcentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei mãet in æternũ.

Augu. de uerbis domini: ſermõe. xiii. — Auguſtin⁹
Sæculum eſt quaſi mare. Vnicuiq; autem ſua cupiditas eſt tempeſtas. Amas deum? Ambulas ſupra mare: Sub pedibus tuis eſt ſæculi timor. Amas ſæculũ: Abſorbet te. Amatores ſuos uorare nouit: nõ portare: Sed quum fluctuat cor tuum cupiditate: inuoca Chriſti diuinitatem: ut uincas tuam cupiditaté. Aug. tractatu de contẽptu mundi.
Si Chriſtus pro te de cæleſti ſede deſcendit: tu propter ipſum fuge terrena. Si dulcis eſt mũdus: Dulcior eſt Chriſtus. Si amarus eſt mundus: omnia p te ſuſtinuit Chriſtus.

Boeti⁹ de philoſophica cõſolatiõe li.ii. pſa.vii. — Boetius
Omnem terræ ambitum: ſicut aſtrologicis demonſtrationibus accepiſti: ad cæli ſpacium puncti conſtat obtinere rationem: ideſt ut ſi ad cæleſtis globi magnitudinem cõferatur: nihil ſpacii protſus habere iudicetur. Huius igitur tã exiguæ in mundo regionis quarta fere portio eſt: ſicut Ptolomeo teſtante didiciſti: quæ ab nobis cognitis animãtibus incolatur. Huic quartæ: ſi quantũ maria: paludes q; premunt: quantum q; ſiti uaſta neſtra regio diſtenditur cogitatione ſubtraxeris: uix anguſtiſſima inhabitandi hominibus area relinquiť. In hoc igitur minimo puncti puncto circumſepti: atq; concluſi de puulganda fama: & proferẽdo nomẽ

ne cogitatis. At quid habet amplum magnificum quam gloria tā angustis exiguisque limitibus arctata.

Cyprianus

Cyprianus de.xii.abusionibus.

Mundi amor: & dei: pariter in uno corde habitare non possunt: quemadmodum oculi pariter cælū: & terram nequaquam conspiciunt.

Cassiodor⁹

Cassiodorus super ps.xliiii.

Mari iuste comparatur hic mundus: quia salsitatibus amarus est: fluctibus diabolicis quatitur: uitiorum tempestatibus commouetur.

Lactantius

Lactantius Firmi.di.In.li.vii.c.v.

Is artificem rerum omnium: is uerum patrē suum debita ueneratione prosequitur: qui uirtutem maiestatis eius de suorum operum inuentione: inceptione: perfectione metitur. Quod planius argumentum proferri potest & mundū hominis: & hominem sui causa deum fecisse: q̃ quod ex omnibus animātibus solus ita formatus est: ut oculi eius ad cælum directi: facies ad deum spectans: uultus cum suo parente communis sit: ut uideatur hominem deus: quasi porrecta manu alleuatum ex humo ad contemplationem sui excitasse.

Seneca

Seneca ad Lucillium epistola.xxvii.

Ideo nulli loco animum adiicere debemus: cū hac persuasione uiuendum. Non sum uni angulo natus: patria mea totus est mundus.

Plato

Plato in Thymeo.

Mundus a deo factus est. Ibidem.

Charitas dei causa fuit factionis mundi: & originis omnium rerum.

Aristoteles

Ari.li.i.de Cælo & mundo.

Non sunt plures mundi: nec est possibile esse plures mundos. Aristoteles li.viii.physicorum.

Motus est æternus: Mundus est æternus.

Aristoteles de gen.& corruptione.

Terra est frigida: & sicca. Aqua frigida: & humida. Aer calidus: & humidus. Ignis calidus: & siccus.

Cicero

Cicero li.i.de legibus.

Vniuersus hic mundus una ciuitas communis deorum atque hominum existimanda est. Idem.li. primo de natura deorum.

Sin alia causa est cur mortalem fecerit mundū: non quemadmodum Platonici dicūt sempiternū: Ab utroque autem sciscitor: cur mundi ædificatores repente extiterint: innumerabilia autem sæcula dormierint. Non enim si mundus nullus erat: sæcula non erant. Sæcula nunc dico non ea: quæ dierum noctiumque numero annuis cursibus efficiuntur: Nā fateor ea sine mundi cōuersione effici non potuisse: Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas: quam nulla circunscriptio temporis metiebatur: spatio tamē qualis ea fuerit intelligi nō potest: quod ne in cogitationem quidem cadit ut fuerit tempus aliquod: nullum quum tēpus esset. Isto igitur tā imenso spacio quæro Balbe cur Pronoea uestra cessauerit. Laborem ne fugiebat? At iste nec attingit deum: nec erat ullus: cui omnes naturæ numini diuino cælū: ignes: terræ: maria parerent. Quid autem erat: quod concupisceret deus mundū signis & luminibus tāq̄ ædilis ornare: si ut deus ipse melius habitaret: antea: uidelicet tēpore infinito in tenebris tāq̄ in gurgustio habitauerit: post autē uarietate ne eum delectari putamus: quia cælum & terra exornatas uidemus? Quæ ista potest esse oblectatio deo? Quæ si esset: non ea tā diu carere potuisset. An hæc fere: ut dicitis: hominum causa a deo constituta sunt? Sapientū ne? Propter paucos ergo tanta est facta rerum mollitio. An stultorum? At primū causa non fuit: cur de improbis bene mereretur. Deinde quidem assecutus: quum omnes stulti sint sine dubio miserrimi: Maxime quod stulti sunt. Miserius enim stultitia quid dicere possumus?

L.Apulei⁹

Lucius Apuleius de dogmate Platonis.

Quid enim mundo præstantius? lauda quam putas speciem: portio a te laudabitur mundi.



Vnus græce δῶρον .ου. τό. dicitur. et est rei alicuius donatio: atque honoris signum: secundum Ari.li.i.Rhet. Munus autē: Donum: & præmiū (ut placet Donato) sic differunt quod Donū: & munus tā ante factum: q̄ post factum datur. Præmiū non nisi post factum. Donū uoluntarium est: Præmium debetur. Donum diis datur: Munus hominibus: Præmiū uiris fortib⁹. Donū a liberali homie: Præmiū a præclaro. Inter donū & munus hoc iterest: secundum eundē Donatū: quod munus est id quod necessario subimus lege: more: imperio eius qui iubendi habet potestatē: Donum autē: quod nulla necessitate iuris: sed sponte præstatur: Et si non præstatur nulla repræhensio: & si præstatur plerunque est laus.

Munus: ut placet Varrōi: dicitur: quia qui mutuo animo sunt: id dant officii gr̄a: nec a dono differt: nisi quum per metaphorā: uel pro officio ponitur: quoniā officia aut a principibus: aut a rebus publicis muneris loco dari consueuerunt: uel pro ludis: qui a principe populis quasi muneris loco exhibētur. A munus fit Imunis: qui absque onere liber est: & imunitas exēptō ab onere. Hinc remunero: hoc est retribuo: redono: & Munificus liberalis: quasi munera large præbens: Et Munificentia: liberalitas: Et munifice liberaliter.

Deutero.

Deuteronomii capitu.xvi.

Non accipies psonā nec munera. Quia munera ex

excæcant oculos sapientũ: & mutant uerba iustoꝝ.
Prouerbio. Prouerbioꝝ capitu.xvii.
Munera de sinu impius accipit: ut peruertat semitas iudicii. Ecclesiastici.ca.xx.
Ecclesia. Xenia & dona excæcant oculos iudicum.
Isaias Isaias capitulo.i.
Omnes diligunt munera: sequuntur retributiones.
Idem capitulo.v.
Veh qui iustificatis impiũ pro mũeribus: & iusticiã iusti aufertis ab eo. Amb.sup epi.ad Corint.i.
Ambrosi⁹ Libertatem arguẽdi amittit: & peccat: qui ab eo accipit: qui ideo dat: ne corrigatur. Ibidem.
Munera excæcant oculos iudicum: & uim authoritatis inclinant. Gregori⁹ in tractatu euãgelioꝝ & habetur.i.q.i.Sunt nonnulli.
Gregorius Quum uiꝝ iustum propheta describeret: ait. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere: non dixit solum a munere: sed ab omni munere. Quia aliud est munus ab obsequio: Aliud a manu: aliud a lingua. Munus ab obsequio est seruitus indebite impensa. Munus a manu pecunia est. Munus a lingua fauor. Idẽ li.xxii.moral.
Non Habel ex muneribus: sed ex Habel mũera ob lata placuerũt. Io.Chry.i tractatu de Symbolo.
Io.Cryso. Quis non erubescat dicere: Quid mihi dabis: ut tibi iusticiam faciã? Non ne simile est ac si dicatur? Quid mihi uultis dare ut me ipsum abnegẽ: officium perdam: & deum uendã: Ibidem.
Quo beatus Eugenius munera cautius abigebat: ad eum undiq; multiplicius cõfluebãt. Hoc quoq; fere ubiq; accidit: ut fugiant: dum quæruntur: dum fugantur: accelerent.
Isydorus Isydorus li.i.de summo bono.
Tres sunt muneꝝ acceptiones: quibus contra iusticiam humana uanitas militat. Fauor amiciciaꝝ: Adulatio laudis: & corporalis acceptio mũeris. Facilius autem peruertitur animus rei corporeæ muneris: q̃ gratiæ: laudis ꝗ fauore.
Isydorus: & habetur.xi.q.i.Pauper.
Pauper: dum non habet quod offerat in iudicio: nõ solum audiri contemnitur: Sed etiam contra ueritatem opprimitur. Cito uiolat auro iusticia: Nullam ꝗ reus pertimescit culpam: quã redimere nũmis existimat. Cicero li.ii.de legibus.
Cicero Donis impii ne placare quidem audeant deos. Platonem audiant: Qui uetat dubitare quã sit mente futuros deus quum uir nemo bonus ab improbo se donari uelit. Periander.
Periander δωρεὸν ὀκὼ χρησιμωτ.i. Suscipe dona cum tua utilitate. Homerus in γ Iliados.
Homerus οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. idest.
Non abiicienda sunt deorum gloriosa dona.

Idem in σ Odysseæ.
οὐ γὰρ καλὸν ἀπαρνησθαι δόσιν ἐστίν.i.
Non enim honestum negare donum est.
Hesiodus. Hesiodus.
καὶ δόμεν ὅς κεν δῶ. καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῶ
δώτῃ μέν τις ἔδωκεν. ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν.i.
Da tibi qui dederit: qui non dederit tibi ne da.
Danti aliquis dedit: at nõ danti non dedit ullus.
Menander. Menãder.
κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.idest.
Mali enim uiri dona utilitatem non habent.
Euripides in Medea. Euripides.
πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος.i.
Persuadere dona & deis fama est.
Terentius comœdia.iii. Terentius.
Quam iniq; comparatum est: ut hii qui minus habent semper addant aliquid ditioribus.
Ouidius epistola Oenones ad Paridẽ. Ouidius.
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Ouidius li.iii.artis amandi.
Munera (crede mihi) placant hominesq; deosq;.
Placatur donis Iuppiter ipse datis.
Quid faciet sapiens? Stultus quoq; mũere gaudet.
Ipse quoq; accepto munere mitis erit.
Martialis ad Emilianum. Martialis.
Semper eris pauper: si pauper es Emiliane.
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.
Martialis li.ix.ad Ruffum.
Dum me captares mittebas munera nobis.
Postq̃ cæpisti das mihi Ruffe nihil.
Vt captum teneas: capto quoq; munera mitte:
De cauea fugiat ne male passus aper.
De hac materia uide supra in donum & infra in liberalitas.

Murmuratio g̃. γογγυσμὸς.οῦ.ὁ.& γογγυσμα murmuro & γογγυστής.οῦ.ὁ. murmurator dicit̃. Est autem murmuratio oblocutio indebito modo facta contra deum: uel factum alicuius.
Murmuratio est quædam querella cum impatiẽtia in his quæ homo deberet patienter ferre: secundũ Apostillam quãdam super illud sapientiæ primo. Custodite uos a murmuratione.
Murmuro uerbum facticium ẽ: proprieq; de aqua dicitur Murmur enim leuis aquæ strepitus appellatur: ponitur tamen pro quocunq; strepitu. Acci

pitur plerunq; murmuro pro eo quod est secreto obloquor: & maledico: unde Murmurator: Murmuratio: Murmurabundus descendunt.

Prouerb. Prouerbiorum capi. vi.

· Sex sunt quae odit dominus: Et septimū detestatur anima eius: Oculos sublimes Linguam mendacē: Man⁹ effundētes innoxium sanguinem: Cor machinans cogitationes pessimas: Pedes ueloces ad currendum in malum: Proferentē mendacia: Testem fallacē: & eum qui seminat iter fratres discordias. Prouerbiorum capi. xxvi.

· Susurrone subtracto iurgia conquiescunt.

Augustin⁹ Augustinus super Ioannem.

· De nulla re magis deum offendisse ille populus Iudaicus dicitur: q̄ contra deum murmurando.

Gregorius Gregorius in moralibus

· Qui contra supra positam sibi potestatem murmurat: liquet q̄ illum redarguit: qui eandem potestatem homini dedit. Gregorius Ibidem.

· Quisquis pro peccato percutitur: nisi murmurādo renitatur: eo ipso iam iustus esse incohat quo ferētis iusticiam non accusat.

Isydorus Isydorus lib. iii. de summo bono.

· Discat non murmurare qui mala patitur: ēt si ignorat: cur mala patit̄? Per hoc quisq; se iuste pati arbitretur: quia ab illo iudicatur: cuius nunq̄ iniusta iudicia sunt.

Musica dictio graeca est μουσική. κῆς. & μουσικός. οῦ. ὁ musicus dicit̄. Est autem Musica peritia modulationis sono cantu q̄ cōsistens. Tria sunt genera: quae circa artem musicam uersantur. Vnum genus est quod instrumentis agitur. Aliud quod fingit carmina. Tertiū quod opus carmenq; diiudicat. Secundum genus profecto poetarū est: quod non potius speculatione ac ratione: q̄ naturali instrumento fertur. secundum. Alpharabium.

Mutatio graece μεταβλαλή. ῆς. & μεταβολικός. οῦ. ὁ. mutabilis dicitur. Est autem mutatio quae est in eadem spetie altera tio in magis & minus. secundū Aristo. li. v. physic.

Mutatum esse est pars motus discreti: & terminus motus continui. secundum. bea. Tho. prima parte quaest. liii. arti. ii.

Mutare a quo supradicta ueniunt proprie est transferre. Varro. Fac ut te aliquo cū omni familia mutes. Item uariare. unde mutare animū: mutare sententiam dicimus. A muto fit mutabile: quod facile mutatur. Virgilius: Varium & mutabile semper Foemia. Item immutabile quod nullo modo mouetur: ac flectitur. Cōmuto pariter: simul muto: Cōmutabile. Ver. Cōmutare uerba est litigare. Terētius. Nunq̄ hodie tecum cōmutatur patrē unum esse uerbū. Ita permuto: pmutabile hinc ueniunt.

Mutuatio graece δανεισμα. ατος. τό. & δανείζω mutuo dicitur. Mutui datio dicitur ab eo: q̄ de meo fiat tuum: & ideo si nō fiat tuum non nascitur obligatio. Mutuum dare est mutuare: Mutuum damus: ut Paulus iurisconsultus inquit: non eandem speciem recepturi: quā dedimus: hoc enim Cōmodatum aut depositum est: sed idem genus. Nam si aliud gen⁹: ueluti pro tritico uinum recipiamus: non erit mutuum. Mutui datio in his rebus est: q̄ pondere: numero: mensura ue consistunt. Quoniā in his non idem specie redditur: sed genere: quum in caeteris rebus aliud pro alio inuito creditore reddi non possit. Mutuatio autem est actus ipse mutuandi

Mutuum a foenore sic separat Marcellus: q̄ Mutuum sine usuris: Foenus est cum usuris. Plautus. Nā si mutuo nō potero: certum est sumā foenore.

Mutuo: & Mutuor ita differunt: q̄ qui pecuniam dat mutuo: is mutuare dicitur. Qui uero accipit: is pecuniā mutuatur. Mutuus. tua. tuum. pro uicario accipitur. Apuleius. Mutuā tibi operā praestiti. Idē. Fac me mutuo diligas: hoc est uicissim ames. Venit autē Mutuo aduerbium a mutuus.

Nanus graeca dictio ἐνάνος. ου. ὁ. Sunt autem Nani homines paruulae staturae: paululum q̄ supra terram extantes: hos latini pomilios: siue pomiliones uocant: & foeminas pomilias. Pomiliones graeci uocāt nanos: quo niā illi Nanum uas aquarium uocāt humile & cōcauum: quod uulgo fitulum barbatum appellāt. Hinc mala nana dicuntur: quae alio nomine melimella uocātur: q̄ sint melli saporis: Nana autem ab arboris paruitate. Eadē musteā a nonnullis appellantur a nascēdi celeritate: prima. n. puenit.

Naris graece ῥίν. νός. ὁ. ἡ. dicitur. Et ideo dicitur naris: quia per eam uel odor uel spiritus nare non desinit. secundum Lactantiū libro de opificio dei.

Natura graece φύσις. εως. ἡ. & φυσικός. οῦ. ὁ. naturalis dicit̄. Est autem natura principium: & causa mot⁹: & quietis in eo: in quo est p se: & nō secundum accidens. secundum Aristo elen li. ii. physicor.

Natura dicitur a nascēdo. secūdum. b. Tho. i. pte. q. xxix. ar. i. Ea enim facit nasci omnia. Natura interdum ponitur pro ui: unde haerbarum arbor; q̄ naturas dicimus. A natura fit naturale: quod est secundum naturam: & Naturales filii dicunt̄ ille

gitimi: q sola natura: non coniugali lege sint orti.
Naturale est quod conuenit rei: secundum substantiam eius idest quod per se inest ei. secundum bea. Tho. prima secundae. q. x. ar. i.

Iacobus — Iacobus in epistola Canonica. c. iii.

Omnis enim natura bestiarum: & uolucrum: & serpentium: & caeterorum domantur: & domita sunt a natura humana. Augu. confessionum li. iii. & habetur. xxxii. q. vii. Flagicia.

Augustin⁹ — Flagicia quae sunt contra naturam ubique: & semper repudianda: atque punienda sunt: quasi sodomitarum fuerunt: quae si omnes gentes facerent: eodē criminis reatu diuina lege tenerētur: quae non sic fecit homines: ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas: quae cum deo nobis eē debet: quum eadem natura cuius ipse author ē libidinis peruersitate polluitur. Augu. contra Ioninianum: & habetur. xxxii. q. vii. Vsus.

Vsus naturalis & licitus est: sicut in coniugio: & illicitus: sicut in adulterio. Cōtra naturam uero semper illicitus: & proculdubio flagiciosior: atque turpior: quē sanctus apostolus & in masculis: & in foeminis arguebat: damnabiliores uolens intelligi: q si in usu naturali: uel adulterando: uel fornicando peccarent. Ambrosius li. de patriarchis: & habetur. xxxii. q. vii. Offerebat.

Ambrosius — Offerebat sanctus Loth filiarum pudorem. Nam & si illa quoque flagiciosa ipuritas erat. Tamē minus erat secundum naturam coire: q aduersus naturam delinquere. Praeferebat domus suae uerecūdiae hospitalem gratiam: etiā apud barbaras gētes inuiolabilem. Ambrosius li. de Ioseph.

Vince naturā diligentia: Exclude corporis somnum. Naturā nobis formare nō possumus: possumus diligētiā. Cassiodor⁹ epistolarum li. iiii. epi. xxxviii.

Cassyodo. — Repugnante natura quaelibet cedit industria.

Boetius — Boetius de philosophica cōsolatiōe li. i.

Paucis minimisque natura cōtenta est. Idē lib. ii.
Cessa non tandem ualuit potestas
Vertere praui rabiē Neronis. Idē li. iii. psa. xi.
Dat cuique natura quod conuenit: & ne dum manere possunt intereant elaborat. Boetius Ibidē.
Iam uero quanta est naturae diligentia: ut cuncta se mine multiplicato propagentur: quae omnia non modo ad tempus manendi: uerum generatim quoque quasi in perpetuum permanendi ueluti quasdam machinas esse quis nesciat? Seneca li. de Ira.

Seneca — Naturā mutare difficile est. Idē ad lucillium epi. ii.
Nulla sapientia naturalia corporis: aut animi uitia deponuntur. Quicquid infixum: & in genitum ē leuiter arte non uincitur.
Seneca ad lucillium.
Tenenda est uia: quam natura praescripsit: nec ab il la declinandum. Illam sequentibus omnia facilia & expedita sunt. Contra illam uiuentibus non alia uita est: q contra aquam nauigantibus.
Seneca li. de beneficiis.
Omnibus enim natura fundamenta dedit semenque uirtutum. Ibidem.
Insita sunt omnium artium nobis semia: Magister q ex occulto deus pducit ingenia. Natura (inqt) hoc mihi praestat. Non intelligis te quum dicis mutare nomen deo. Quid enim est aliud natura: q̄ deus: & diuina ratio toti mundo partibusque eius inserta. Ergo nihil agis ingratissime mortalium: qui te negas deo debere: sed naturae. Quia nihil natura sine deo est: nec deus sine natura. Sed idem est uterque: nec distat officio.

Aristoteles — Aristoteles li. ii. Metaphysicae.
Sicut se habet oculus nycticoracis ad lumen diei: sic se habet animae nostrae intellectus ad manifestissima naturae. Ibidem.
Natura agit propter finem.
Aristoteles libro. i. de caelo & mundo.
Deus & natura nihil faciunt frustra.
Idem li. ii. de caelo & mundo.
Natura ex possibilib⁹ semp facit qd optimū ē. Ibidē.
Natura nihil irratiōabiliter: uel frustra facit. Ibidē.
Mirabilia naturae multa sunt.
Aristoteles li. ii. de gen. & cor.
Natura semp desyderat: qd meli⁹ est. Idē. iii. de aīa.
Natura nihil facit frustra: nec deficit in necessariis: nec abundat in superfluis.
Aristoteles li. de respiratiōe & expiratiōe.
Naturam nihil uidemus frustra facere.
Idem libro. viii. de animalibus.
Natura dat unicuique quod sibi conueniens est.
Idem libro. xv. de animalibus.
Infinitum natura respuit. Idē li. xvi. de aīalibus.
Natura est sicut rectificator & rector.
Idem libro xvii. de animalibus.
Omne quod facit natura est secūdum ordinem.
Aristoteles lib. i. Ethycorum.
Ratio: uel natura semper deprecatur ad optima.
Aristoteles lib. iii. Ethicorum.
In naturalibus desyderiis pauci peccant.
Aristoteles epistola ad Alexandrum.
Natura modicum petit: opinio immensum.

Cicero — Cicero li. i. Tus. quaestionum.
Teneamus ut nihil censeamus esse malum: quod sit a natura datum hominibus.
Idem libro. i. de legibus.
Et quidē natura duce errari nullo pacto pōt. Ibidē.
Nec est quisque gētis ullius: q ducem naturā nactus, ad uirtutem uenire non possit.
Idem libro. ii. de legibus.

Natura norma legis e. Cicero li i.d natura deo℞.
Non uides q̄ blanda cōciliatrix: & q̄ sollicita sui sit foetus natura? Cicero li.i.de natura deo℞.
Itaq; nulla ars imitari solertiam naturæ potest.
Idem li.ii.de natura deorum.
Zeno igit' naturā sic diffinit: ut eā dicat esse ignē artificiosum ad gignēdā pgredientē uia. Ibidē.
Natura a Zenone dicit' consultrix & prouida utilitatum oportunitatum q; oium. Ibidem.
Sequitur ut doceam omnia subiecta naturæ: eaq; ab ea pulcherrime regi. Sed quid sit ipsa natura explicandum est ante breuiter: quo facilius id quod docere uolumus intelligi possit. Namq; alii naturam esse censent uim quandam sine rationē cientem motus in corporibus necessarios. Alii autem uim participem rationis: atq; ordinis tanq̄ uia progredientem declarantē q; : quod cuiusq; rei causa efficiat: quid sequatur: Cuius solertiam: nulla ars: nulla manus: nemo opifex cōsequi possit imitādo.
Cicero li.ii.de diuinatione.
An uero illa nos terrent: si quando aliqua portētosa: aut ex pecude: aut ex homine nata dicuntur: Quorum omnium ne sim longior una ratio est. Quicquid enim oritur qualecunq; est: causam habeat a natura necesse est: Vt iam si præter consuetudinem extiterit: præter naturam tamen nō possit existere. Cicero li.de senectute.
Vt nauem: & ædificium idem destruit facillime: qui struxit. Sic hominem eadem optime quæ conglutinauit natura dissoluit. Cicero li.de senectute.
Omnia uero quæ secūdum naturam fiunt sunt habenda in bonis.
Cicero Rhetoricorum nouorum li.iii.
Docet nos ipsa natura quid oporteat fieri.
Menāder Menander.
ἡ δοῦσα πάντα καὶ κομίζεται φύσις. i.
Quæ dat omnia & colligit natura. Idem.
ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ. i.
Natura omnibus doctrinis imperat. Idem.
ἡ φύσις ἑκάστου γὰρ γένους ἐστὶ πατρίς. idest.
Natura uniuscuiusq; enim generis est patria. Idē.
φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον. i.
Naturam malam mutare non facile. Idem.
ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει. idest.
Mores mali naturam permutant.
Propertius Propertius li.ii.elegia.xxii.
Vnicuiq; dedit uitium natura creato.
Horatius Horatius in arte poetica.
Tu nihil inuita facies dices q; minerua.
Horatius in arte poetica.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunaru℞ habitum: iuuat: aut impellit ad iram.
Horatius sermonum li.ii.satyra.ii.
Nam propriæ telluris herum natura: neq; illum
Nec me: nec quēq; statuit. Nos expulit ille.
Illum aut nequicies: aut uafri inscitia iuris:
Postremum expellet: certe uiuacior hæres:
Nunc ager Vmbreni sub nomie nuper ofelli
Dictus: erit nulli proprius: Sed cedet in usum
Nunc mihi: nunc alii. Idem.
Naturam expelles furca: tamen usq; recurret.
Iuuenalis satyra.xiiii. Iuuenalis
Nunq̄ aliud natura: aliud sapientia dicet.

Naufragiū græce ναυάγιον.ου.τὸ.& ναυάγιον naufragor: & ναυαγός.οῦ.ὁ. naufragus dicit'. Est aūt Naufragiū naue fracta re℞ & corporū submersio: quod plerunq; contingit casu fortuito: pp̄ter uim tempestatis: uel fulminis. Dicit' q; a nauis & frango. Nauis uero græce ναῦς.νηός.ναός.ἡ. dicitur. unde Nauale in quo naues stant: seu fiūt. & Nauus celer: cuius contrariū est ignauus: a quo Ignauia desidia ipsa: & Ignaue aduerbium desidiose: & nauo uerbum: quod est aliquid strenue facio. & Naumachia idest nauale prælium: a ναῦς nauis: & μάχη prəliū: unde & Monomachia singulare certamen a μόνον solum: & μάχη pugna. de qua supra in dictiōe Monach'. A nauis pariter fit Nauarchus idest nauis princeps: & Nauclerius qui nauem regit: qui & nauicularius dicitur: & Nauigo: hoc est naui iter facio: & Nauigiū ipsa nauis: & nauigatio ipsa profectio: & Nauicula parua nauis. Nauta siue Nauita: qui in mari agenda se exercet. De aliquibus nauigationis instrumentis uide supra in Militaris prudentia.
Plautus in Rudente. Plautus
Qui homo sese miserum: & mendicum dolet: Neptuno credat se se. atq; ætatem suam.
Terentius comedia.iiii. Terentius
O fortunate nescis quid mali præterieris: qui nunq̄ ingressus es mare.
Horatius Carminum lib.i.ode.iii. Horatius
Illi robur: & æs triplex
Nirca pectus erat: qui fragilem truci
Kommisit pelago ratem
Primus: Nec timuit præcipitem aphricum:
Decertantem Aquilonibus. Ibidem.
Nequicq̄ deus abscidit
Prudens: oceano dissociabili
Terras: si tamen impiæ

Non tangenda rates transiliunt uada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per uetitum nefas.

Iuuenalis. Iuuenalis Satyra.xii.
I nunc & uentis animam committe dolato
Confisus ligno: digitis a morte remotus
Quattuor: aut septem: si sit latissima taeda
Mox cum raeticulis: & pane: & uentre lagenae
Aspice sumendas in tempestate secures.

Iuuenalis Satyra.xiiii.
Parcat tunicis licet atq; lacernis:
Curatoris eget qui nauem mercibus implet:
Ad summum latus: & tabula distinguitur uda.

Necessitas siue necesse graece ἀνάγκη. ... & ἀναγκαῖον ... necessarius dr. Est autē Necessarium qđ non pōt aliter se hre. scdm Arist. li. iiii. Metaphysicae. Vel sic. Necesse est quod ui aliqua cogente fieri opus ē. Dicuntur aut Necesse: Necessum: Necessarius: Necessitas: Necessitudo a cesso: quod est ab opere uaco. Virg. Et si quid cessare potes requiesce sub umbra. Cesso uero a cedo uenit.

Necessitas & necessitudo eiusdē significati: modo pro ui quadam urgente accipiuntur: modo pro uinculo quodā religiosae coiunctionis: a quo Necessarii dicuntur: q iure affinitatis coiuncti sunt: q nulla inter eos cessatio: hoc est separatio fit: Vel q necessaria inter eos officia cōferāt. Aristo. li. i. Rhet.

Aristoteles De necessariis: & impossibilib⁹ aliter se habere non confitamur: Sed de cōtingētib⁹: quae possunt aliter se hre: q i potestate nrā sunt. Val. Max. li. ii.

Val. Max. Humanae imbecillitatis efficacissimum duramen/tum est necessitas. Menander.

Menāder. ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦνται ταχύ.
Prae necessitate oīa rediguntur i seruitutē cito. Idē ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.
Prae necessitate multa facimus mala.

Negatio ꝑ ἄρνησις ... & ἀρνέομαι nego dr. Est autē negatio enūciatio alicui⁹ ab aliquo. scdm Arist. li. i. Perihermenias. Differt aūt Negatio a priuatiōe. Quia negatio est remotio alicui⁹ simpliciter. Priuatio ē reōtio alicui⁹ i subiecto apto nato ad illud. scdm Arist. li. iiii. Metaphysicae. Dr aūt Negatio a nō & ago: qđ pōit̄ p dico. Negar̄ nihil aliud ēq dicer̄ aliqđ fi eē.

Negociatio ꝑ πραγματεία ... & πραγματεύομαι ... negociator: & πραγματεύομαι negocior dr. Negociatores uidēt̄ sc ui q praepositi sunt negocii exercendi cā: ueluti q ad emēdum: aut ad locādum: & cōducēdum praepositi sunt. Cubicularii aūt: uel obsonatores nō ui dētur negociatōis appellatōe cōtineri. scdm Labeoné. Sūt igit̄ negociatores: q i alioꝝ negociis se exercēt. Veniūt aūt Negociatio: & Negociator a negociū: Illud uero dr̄ qsi ñ ociū. Ecclāstici.c.xiii.

Ecclāsici Qui tetigerit picem inqnabitur ab ea: Et q cōmunicauerit supbo: induet supbiam.

Prouerbiorum.c.xxiii.
puerbioꝝ Noli esse amicus homini iracundo: neq; ambules cum homine furioso: ne discas semitas eius.

Ioannes in euangelio.c.viii. Ioannes.
Nolite facere domum patris mei domum negociationis. Gregorius li. v. Mora. super illud Iob. v. Non Silui.

Gregorius Silere est a terrenorum desyderiis cor restringere.
Gregorius Moral. li. v. super illud Iob. iii.
Non ne quieui.

Nequaq mens ad superna attollitur: si curarum tumultibus occupatur. Greg. Mora. xvii. sup illud Iob. xxvi. Ecce gigantes gemunt sub aquis.

Ipsa occupatio saecularium dignitatum faciliorib⁹ uitiis tanto premitur: quāto maioribus curis grauatur. Greg. Mora. xxiii. sup illud Iob.
Per somnum in uisione nocturna.

Quum mens ab actionibus sopitur: tunc plenius mandatorum dei pondus agnoscitur.
Idē. xxxi. Mor. sup illud. Mare logē nō ē mecū.

Quid maris nomine: nisi saecularium metuum inquietudo s̄gnatur? Greg. Mor. xxv. sup illud Iob. xxxv. Neq; ī hois potestate ē: ut ad deum ueniat.

In his uisibilibus cor nostrum spargitur: & quid de se intrinsecus agatur: obliuiscitur. Greg. Mor. xxvi. sup illud Iob. xxxv. Suspicae caelum et ituere.

Sparsis foris mentibus: ad se ipsas redire difficile ē.
Greg. super Ezechielem. Homelia. ii. li. i.

Anima quanto magis circa terrena angitur: tāto in his quae sunt caelestia minus uidet: eoq; curis suis extra se ducitur. Seneca li. iii. de Ira. Seneca

Queadmodum per frequentia urbis loca in multos incursandum est: & aliquando ab illis retineri: & luto spargi necesse est: ita & uago homini multa impedimenta: & multae querellae incidunt.
Seneca ad Lucillium epistola. vii.

Auarior redeo: ambitiosior: luxuriosior: crudelior: inhumanior: quia inter homines fui. Ibidem.
Nihil damnosius bonis moribus: q̄ in spectaculis residere: quia tunc facilius uitia subrepunt.

Laer. Diogenes de uita & mo. Phylo. La. Dioge.
Age sic alienū negocium: ut nō obliuiscaris tuum:
Dicebat Socrates.

De hac materia habes supra in Conuersatio.

Negligentia græce ἀμέλεια.ας.ἡ.& ἀμέλησις.εως.ἡ. & ἀμελής.έος.ὁ.ἡ. negligens: & ἀμελῶ negligo dicitur. Est autem negligentia defectus debitæ sollicitudinis: secundum interiorem actum .ex.be.Tho.scda secundæ.q.liiii.arti.prio. Differt autem sic a Pigritia: & Torpore: q Pigricia est tarditas in exequendis præceptis prudētiæ. Torpor est remissio in executione: postq̄ qs cœpit. Negligens dicitur quasi nec eligens. scdm Isydo.: &.b.Tho.Ibidem .ar.ii.

Negligentia tunc est peccatum mortale: quando prætermittitur actus de necessitate salutis: uel circunstantia eius. Vel quom uoluntas ē adeo remissa in his quæ dei sunt: ut totaliter deficiat a charitate dei. Quod sit solum per contemptum. Si secus est ueniale. De hac materia hēs supra ubi Acidia & infra ubi Pigricia.

Neophytus græca dictio est. Et.n. νεόφυτος.του.ὁ.ἡ. idem est quod nouella planta. Quare Neophytus is dicitur q nouus ē i fide: uel religione. Vt hētur di.xlviii.c. Quoniam.

Nix græce χιών.όνος.ἡ.& χιονώδης.εος.ὁ.ἡ. niuosus dicitur. Est autē nix aqua congelata: sicut pruina est ros congelatus. scdm.b.Tho.super Iob.c.xxxviii.col.vii.



Nobilitas græce εὐγένεια.ας.ἡ.& εὐγενής.έος.ὁ.ἡ. nobilis dicitur. Est autē Nobilitas quædam maiorum claritas. scdm Arist.li.ii. Rhet. Nobilitas est honorabilitas progeniei. Nā attenditur secundum uirtutem generis. scdm Aristot. Ibidem.

Nobilitas siue ingenuitas est uirtus & diuitiæ antiquæ: secundum Arist.li.iiii.Polyticorum.

Nobilitas est quædam laus ueniens de meritis parētum. secundum Boetium li.iii.Prosa.vi.de consol. Philoso.

Nobile est id quod ex bono prodiit genere: Generosum autē quod non a sui natura degenerauit.

Nobile aliquando significat excellens: & dignum noticia: aliquando significat notum: unde nobilitas deducitur: uenitq; a noscoa quo notus: cognitus: Noticia cognitio: quæ & noticio dicitur. & notifico: notum facio. Ecclesiastici.c.x. — Ecclesiastici.

Quid superbis terra: & cinis? Iob.c.xxxi. — Iob.

Nunqd nō i utero fecit me: q & illum? Oseas.c.ix. — Oseas

Gloria eorum ab utero: & partu.

Augusti.& habetur di.lvi.c. Vndecunq;. — Augustin.

Vndecunq; homines nascantur: si parentum uitia non sectātur: honesti: & salui erunt. Semē.n.hois ex qualicunq; hoie dei creatura est: & eo male utētibus male erit. Aug.& hēt Ibidē.c.Sponsus.

Sponsus ille qui uocaturus erat ad nuptias bonos & malos congruens inuitatis: nasci etiam uoluit de bonis & malis. Quo exemplo discant parētum suorū filii migtates sibi obesse nōposse. Aug. li.i.de unico baptismo: & hēt.di.lvi. Ismael.

Ismael ut separetur a populo dei: nō obfuit mater ancilla: sed obfuit fraterna discordia. — Hierony.

Hieronymus: & habetur di.lvi. Dñs nr̄.

Dñs noster Iesus Christus uoluit non solum de alienigenis cōmixtionibus: Sed ēt de adulterinis nasci: nobis magnam fiduciā præstans: ut qualicūq; modo nascamur: dumtamen uestigia eius imitemur: ab ipsius corpore non separamur cuius p filiē mēbra effecti sumus. Idē epistola ad Celātiā.

Sola apud deum libertas est non seruire peccatis. Summa apud deum nobilitas est clarum esse uirtutibus. Ibidem.

Nulli te unq̄ de generis nobilitate præponas: nec obscuriores quaslibet: & humili loco natas te inferiores putes. Nescit religio nostra personas: Nec conditiones hoium: Sed animas inspicit.

Ambrosius: & habetur di.xl.c.Illud. — Ambros.

Illud autē animaduerte: q extra paradisum uir factus ē: Intra paradisum mulier. Vt aduertas q nō loci: nō generis nobilitate: sed uirtute unusquisq; gratiam comparat sibi. Deniq; extra paradisum: hoc est in inferiori loco uir factus: melior inuenitur: & illa quæ in meliori loco: hoc est in paradiso facta est: inferior inuenitur.

Ambrosius in Exameron in tractatu primi diei: & habetur.xv.q.i.Illa cauenda.

Cæterum paupertatem: & ignobilitatem: ægritudinem: & mortem nemo sapiens mala dixerit: nec in malorum sorte numerauit.

Gregorius: & habetur di.xl. Adam. — Gregorius

Adam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est: hoc est: Quia dei nobilitatem a se deiecit: nobilitate loci priuatus est.

Gregorius in dialogo primo.c.xvi.

Non nullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis: Vt minus se in hoc mundo despiciant: q plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt.

Io.Chrysostomus sup Matthæum Homelia.iiii.& hētur di.lvi. Nunquam. — Io. Chrys.

Nunq̄ de uitiis erubescamus parentum: Sed illud unum quæramus semper amplectamur: uirtutem uidelicet. Huiusmodi ēt si alienigenā hēt mrēm: ēt si fornicatiōe pollutā: uel quolibet huiusmōi dedecore sordidatā: nil tñ de eius aut uilitate fuscabit: aut erie polluet. Q ð si fornicatorē ipm ad meliora cōuersum nequaq̄ prior uita cōmaculat: Multo

magis ex meretrice natus: & adultera: si propria uirtute decoretur: parentum suorum nec dedeco ratur oppropriis. Io. Chrys. homelia. v.
Nobilitas uel bonitas cognatorum non ualet: nisi fuerimus nos ipsi boni.
Ioannes Chrysostomus super Matthaeum.
Ille clarus: ille sublimis: ille nobilis: ille tunc integra nobilitatem suã putet: si dedignetur seruire uitiis: & ab eis non superari. Io. Chrys. sup illud Matthaei. iii. Patrem habemus Abraam.
Quid enim prodest ei quem sordidant mores: generatio clara? Aut quid nocet illi generatio uilis: quē mores adornant? Ipse enim se uacuum ab omnib' bonis ostendit: q gloriatur in patribus.
Bernardus. Bernardus ad Eugenium.
Genus apostolorum est non aliunde nobile: q̃ mo[illegible] ingenuitate: & fidei fortitudine.
Cassiodor. Cassiodorus epistolarum li. ix. Epistola. viii.
Doctrina facile exornat generosum: Quae etiã ex obscaeno nobilem facit.
Boetius. Boetius de Philosophica cõsol. li. iii. Prosa. vi.
Iam uero q̃ sit inane: q̃ futile nobilitatis nomen qs non uideat? quae si ad claritudinem refertur aliena est. Ibidem.
Splendidum te: si tuam non habes: aliena claritudo nõ efficit. Boeti' de phica con. li. iii. metro. vi.
Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater est:
Vnus cuncta ministrat. Ibidem.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proauos strepitis?
Si primordia uestra
Authorem q deum species:
Nullus degener extat:
Ni uitiis peiora fouens
Seneca. Proprium deserat ortum. Seneca li. de morib'.
Nobilitas est hominis generosus animus.
Seneca epistola ad Lucil. xxxi.
Generosos animos labor nutrit.
Seneca ad Lucil. epistola. xxix.
Quum uolueris ueram hominis aestimationem uidere: & scire qualis sit: nudum inspice: deponat patrimonium: deponat honores: & alia fortunae mēdacia. Corpus ipsum exuat: & animum intuere: qualis quantusq sit: alieno an suo magnus.
Seneca ad Lucil. epistola. xxxvii.
Habet hoc proprium generosus animus: q concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii uiz humilia delectant: & sordida.
Seneca li. de beneficiis.
Erigite audacter animos: & quicqd in medio sordidi iacet: transilite. Expectat uos in summo magna nobilitas. Idē in Hercule fur. Tragoe. i.
Qui genus laudat suum: aliena laudat.
Aristoteles li. i. Rhetor. Aristoteles
Nobilitas singularis est: quae a uiris: aut mulieribus fit propter diuitias: aut uirtutes: aut pp aliquid: pp quod aliqs honorat. Arist. li. ii. Rhetor.
Nobilitas siue nobile attenditur: scdm uirtutem genus: Aristot. Ethicorum li. iiii.
Nobiles dignificantur honore.
Laer. diog. de ui. & mor. Philosophoz. Laer. Dio.
Anacharsis exprobranti sibi Attico: q Scytha eēt: At nihil quidem ait probro est patria: Sed prae tu.
Plutarchus in Apophthegmatibus. Plutarch'
Iphicrates: qm cerdonis esset fili': ad Hermodium: qui sibi ignobilitatem exprobrauit: Meum inquit genus a me ipso initium sumit: Tuum autē in te finit. Salustius in Iughurta. Salustius.
Quanto uita maiorum praeclarior est: tanto posterorum secordia flagitiosior.
Lucius Apuleius de Deo socratis. L. Apulei'
Si laudas aliquem: quia generosus est: parentes ei' laudas. Menander. Menãder.
'ἀνὴρ ἄριστος οὐκ ἂν εἴη δυσγενής.
Vir optimus non utiq esset ignobilis.
Sophocles in Aiace furente. Sophocles
'ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή.
Sed uel bene uiuere: uel bene mori
Generosum oportet. Idem.
ζῆν αἰσχρὸν. αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι.
Viuere turpiter: turpe bene natis.
Ouidius li. iii. Tristium. Elegia. iiii. Ouidius.
Quo quisq est maior: magis est placabilis irae:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem: quum iacet hostis: habet.
At lupus: & turpes instant morientibus ursi:
Et quaecunq minor nobilitate fera est.
Ouidius li. xiii. metamorphos. Fabula. i.
Nam genus & proauos: & quae non fecimus ipsi:
Vix ea nra uoco. Idē de Põto li. i. Elegia pēultia.
Non census: nec clarum nomen auorum:
Sed probitas magnos ingenium q facit.
Horatius Carminum li. iiii. Ode. iiii. Horatius.
Fortes creantur fortibus: & bonis
Est in iuuencis: est in equis patrum
Virtus: Neq imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.
Doctrina sed uim promouet insitam:
Rectiq cultus pectora roborant.
Vtcunq defecere mores.

Dedecorant bene nata culpæ.
Idem sermonum li.i. Satyra.vi.
Non quia Mecœnas lydorum quicquid ethruscos
Incoluit fines: nemo generosior est te:
Nec q auus tibi maternus fuit atq; paternus:
Olim qui magnis regionibus imperitarunt:
Vt plerią; solent: naso suspendis adunco
Ignotos: ut me libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum.
Quum referre negas quali sit quisq; parente
Natus: dum ingenuus: Persuades hoc tibi uere.
Horatius sermonum.li.ii.Satyra.v.
Et genus: & uirtus: nisi cum re: uilior alga.
Horatius epistolarum li.i.epistola.xxi.
Maiores pennas nido extendisse loqueris:
Vt quantum generi demas: uirtutibus addas.
Properti⁹. Propertius li°.i.Elegia.v.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti.
Nescit amor priscis cedere imaginibus.
Iuuenalis. Iuuenalis Satyra.viii.
Stemmata quid faciunt? Quid pdest Pontice lõgo
Sanguine censeri: pictos q; ostendere uultus
Maiorum. Iuuenalis Satyra.viii.
Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria: Nobilitas sola est atq; unica uirtus. Ibidē.
Quis.n.generosum dixerit hunc: qui
Indignus genere: & præclaro nomine tantum
Insignis. Nanum cuiusdam Atlanta uocamus
Aethiopem cygnum: Paruam extortamq; puellã
Europen: Canibus pigris scabieq; uetusta
Læuibus: & siccæ lambentibus ora lucernæ
Nomen erit tigris: pardus: leo. Si quid adhuc est
Quod fremat in terris uiolentius. Ibidem.
Sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim: Sic ut nihil ipse futuræ
Laudis agas. Miserum ẽ alioꝶ incumbere famæ.
Omne animi uitium tanto cõspecti⁹ in se (Ibidē.
Crimen hẽt: q̃to maior q peccat hẽt. Ibidem.
At uos troiugenæ uobis ignoscitis. Et quæ
Turpia cerdoni Volusos: Brutosq; decebũt. Ibidē.
Libera si dentur populo suffragia: quis tam
Perdit⁹: ut dubitet Senecã pferre Neroni? Ibidē.
Malo pater tibi sit Thersites: dummodo tu sis
Aeacidæ similis: uulcania q; arma capessas:
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.
Dantes Dantes Florẽtinus Paradisi cant.c.xvi.
O pocha nostra nobilta di sangue:
Se gloriar de te la gente fai
Qua giu: doue la affecto nostro langue.
Fr.Petrar. Franciscus Petrarcha.
Solo oue io era tra boscheti: & colle
Vergogna hebbe di me. Chal cor gentille
Basta ben tanto: & altro spron non uole.

Nocumẽtum. g. βλάβη. βλάπτω. & βλάπτω noceo dicitur: a noceo q; deducitur.

Prouerbioꝶ.c.xxvi. Pᵘerbioꝶ. Sicut noxius ẽ qui mit. tit sagittas & lãceas in mortẽ: ita uir qui fraudulenter nocet amico suo: & cum fuerit deprahensus: dicet. Ludẽs feci.

Augustinus super Ioannem. Augustin⁹
Facinus est quod agit indomita cupiditas: ut noceat alteri. Aug. de cura agenda p mortuis.
Nec aliquid nocet fidelibus: negata eoꝶ corporib⁹ sepultura: nec si exhibeatur: aliqd infidelib⁹ prodest. Hieronymus.viii. Epistola. Hierony⁹.
Quantum ad peccati rationẽ ptinet: nocuit qui nocere disposuit. Hieronymus ad Celantiam.
Aliud quoq; est nocere: quod semp potes: aliud pdesse quum possis: aliud nõ facere: aliud non optari bonum: Illud tibi rursus occurrit: nõ sufficere Christiano: si unam partẽ iusticiæ impleat: quum utranq; præcipit.
Io.Chrys. De reparatione lapsi. Io.Chrys.
Et si oẽs: q mare: & terram habitãt: cõueniãt ad lædendum: nocere nequaq̃ poterunt ei: q a semet ipso nõ læditur. Isydorus de Summo bono li.i. Isydorus.
Raro læditur homo ab extraneis: si sui eum nõ lædant: magis enim insidiis nostroꝶ: q̃ alioꝶ periclitamur. Bernardus in sermone. Bernardus
Sed utinam soli impugnarent nos maligni spiritus cum suggestionibus suis: & nihil nocerent hoĩes perniciosis exemplis: psuasiõibus importunis sermonibus adulationis: uel detractionis: atq; aliis mille modis. Seneca in Epistolis. Seneca
Ridiculum est aliquẽ odio nocentis: innocentiã suã pdere. Insidiosissime nocet: cui gratiæ aguntur p iniuria. Lactan. Fir. diui. institu. li.v. Lactãtius.
Homo q scientiam boni ac mali habet: abstinet se a nocendo: ẽt cum incommodo suo: quod animal irrationale facere non põt: Et ideo iter summas hominis uirtutes inocentia numeratur: Quib⁹ reb⁹ apparet: sapiẽtissimum esse: q̃ mauult pire: q̃ nocere: ut id officium: quo a mutis discernit̃ seruet.

Noticia græce γνῶσις. γνωριστικός. & γνωστός. notus: & γνωρίζω notifico dicitur. Dicitur autem noticia quadrupliciter. s. natura: potentiis: habitus: & actus cognoscendi. ex.b. Tho. quol. vii. uel. viii. uel. xi. iiii. c.

Paulus Paulus.ii.ad Cor.c.ultimo.
Ipsi uos probate: ante cognoscatis uos met ipsos.
Augustin' Augustinus in principio Soliloquiorum.
Nouerim te domine: nouerim me.
Augusti.de Ciuitate dei li.iiii.
Scientiam cælestium & terrestrium rerum magis æstimare solet genus humanum: in qua profecto meliores sunt: qui huic scientiæ præponunt nosce seipsos. Augu.li.iii.de Trinitate.
Laudabilior est animus: cui nota est infirmitas sua: q̃ qui ea non respecta uias syderum scrutatur: etiã cogniturus eas: aut qui iam cognitas tenet.
Gregorius Gregorius sup Ezechielem li.i.homel.xi.
Sicut concussa aqua imaginem respicientis nõ red dit: sed solum quum est quieta: Sic anima non deprehendit se: nisi quum est quieta.
Gregorius Moral.super illud Iob.xxiiii. Perfodiunt in tenebris domos.
Quid domorum nomine: nisi conscientiæ designantur: in quibus habitamus: contrectando agimus. Greg.Moral.li.xxxi.
Cognoscere se non potest anima: quæ tota apud se non est: & nisi etiam diuinæ luci appropinquet.
Bernardus Bernardus super Cantica.Homel.xxxvi.
Volo pinde animam primo omnium scire seipsam. Quod postulat ordo rationis: quoniam quod nos sumus primum nobis est. Ibidem.
Superbiam tibi parit ignorantia tui: quum meliorem q̃ sis decepta & deceptrix tua te cogitatio esse mentitur. Bernardus ad fratres de Monte.
Alia est cella interior: alia exterior. Exterior est domus ubi habitat anima cum corpore. Interior conscientia quam habitare debet spiritus sanctus. Diligis cellam exteriorem: dilige potius interiorem.
Cassiodor' Cassiodorus super ps. Miserere mei domine quoniam infirmus sum.
Magnus accessus ad deum est cognitio infirmitatis suæ. Locis corpora continentur. Animi autem locus est affectio sua: Magna est utilitas seruo dei propriam infirmitatem recognoscere: atq; in suis uiribus: & meritis nullam fiduciam habere.
Hugo Hugo li.i.de Claustro animæ.
Melior es: si te ipsũ cognoscas: q̃ si te neglecto cursus syderum: uires hærbarum: complexiones hominum: naturas animalium: cælestium omnium & terrestrium scientiam hẽs. Multi enim multa sciunt: & se ipsos nesciunt: quum summa philosophia sit cognitio sui.
Boetius Boetius de philosophica.con.li.ii. Prosa.v.
Humanæ quippe naturæ ista conditio est: ut tum tantum cæteris reb': quum se cognoscit: excellat. Eadẽ tamen infra bestias redigatur: si se noscere desierit. Nã cæteris animatib' se se ignorare natura ẽ: hoibus uero uitio uenit. Pittacus: & Chilon. Pittacus
γνῶθι σαυτόν .i. Nosce te ipsum.
Iuuenalis Satyra.xi. Iuuenalis.
Figendum: & memori tractandum pectore: siue Coniugium quæras: uel sacri in parte senatus Esse uelis. Nec.n.loricam poscit Achillis Thersites: in qua se traducebat Vlixes. Ancipitem seu tu magno discrimine causam Protegere affectas: te consule: dic tibi quis sis: Orator uehemẽs: an Curtius: an Matho: Buccæ Noscenda est mensura tuæ: suspectaq; rebus In summis minimisq;. Persius. Persius.
Tecũ habita: & noris q̃ sit tibi curta supellex. Ibidẽ. Nec te quæsiueris extra.

Nouacula g̃. ξυρὸς.ου.ὁ. & κουρεὺς.ἐως.ὁ. tonsor di. Et est culter rasorius: q; noua/re: hoc est nouum facere uideatur.

Nouerca g̃. μητρυιά.ᾶς.ἡ.di. Et ea est: quã qs liberis sublatis nouã uxorẽ ducit arcẽdæ familiæ gr̃a: scdm Pompeium. Di autẽ q; noua a pře superinducat'. Ita & Vitricus q̃si nouit.icus: q; nouus superinducat' a mře. Est.n.mihi Vitric' mũs mea uir. Menãder. Menãder.
δεινότερον οὐδὲν ἄλλο μητρυιᾶς κακόν.i. Grauius nihil aliud nouerca malũ. Ex prio Epig. Ex.i.epig.
μητρυιάν προγόνοισιν αἰεὶ κακὸν οὐδὲ φιλοῦσαν σῶζουσι. φασὶν ἐλαφρὸν καὶ ἱππόλυτον.i.
Nouercæ priuignis semper malum: neq; amantes Saluant. Phædram inspice & Hippolytum.
Ouidius li.i.Metamorphoseos. Ouidius
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

Bedietia g̃. πειθώ.οῦς.ἡ. uel πειθαρχία.ας.ἡ. & πειθόμενος.ὁ. obediens: & πείθομαι obedio di. Est autẽ obediẽtia: uolũtatis ppriæ subiectio: scdm Io.Damas. li.iii.c.iiii.
Obedietia hoĩs ad deũ: e affectio uoluntatis cõiunctæ deo: scdm.b.Anselmum. Obediẽtia hoĩs ad hoiem ẽ debita reuerẽtia minoris ad maiorẽ. Obedio idẽ ẽ qd pareo: & cõponitur ex ob & audio. Veteres ẽt dicebant obaudio pro obedio. Genesis.c.xxvi. Genesis.
Dixit dñs ad Isaac. Tibi & semini tuo dabo uniuersas regiones has: Spõdẽs: cõplens iuramẽtum: qd spopõdi Abrahã pr̃i tuo: & multiplicabo semẽ tuũ

sicut stellas cæli: Daboq; posteris tuis uniuersas regiones has: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: eo q; obedierit Abraham uoci meæ: & custodierit præcepta: & mandata mea: & cerimonias legesq; seruauerit.

Ecclãstes Ecclesiastes cap.viii.

Qui custodit præceptum: non experietur quicquã mali.

Regum Regum.c.xv.

Melior est obedientia: q̃ uictimæ.

Prouerbiorũ Prouerbiorum.c.xxi.

Vir obediens loquetur uictorias.

Paulus Paulus ad Ephesios.c.vi.

Serui obedite dominis carnalibus cum timore: & tremore i simplicitate cordis uestri: sicut Christo. Non ad oculum seruientes: quasi hominibus placentes: sed ut serui Christi facientes uoluntatem dei: ex animo: cum bona uoluntate seruientes: sicut domino: & non hominibus.

Paulus ad Collosenses.c.iii.

Serui obedite dominis carnalibus per omnia: non ad oculum seruientes: quasi hominibus placẽtes: sed in simplicitate cordis: timentes dominum.

Petrus Petrus Epistola.i.c.ii.

Castigantes animas nostras in obediẽtia charitatis.

Actuum Actuum apostolorũ.c.v.

Obedire oportet deo magis: q̃ hominibus.

Augustin⁹ Aug.& hẽtur.xi.di.iii.c.Non semper.

Non semp malum est: nõ obedire præcepto: quum dominus iubet ea quæ sunt contraria deo: tunc ei obediendum non est.

Augustinus: & habetur.xi.q.iii.c. Ita corpons.§.Qui resistit.

Qui resistit potestati: dei ordinatiõi resistit: Sed qd: si illud iubeatur: quod nõ debeas facere? Hic sane contemne potestatem: ipsos humanarum legum gradus aduerte: Si aliquid iusserit curator: faciendum est: tamen si contra pconsul iubeat nõ utiq; contemnis potestatem: Sed eligis maiori seruire: Nec hinc debet minor irasci: Si maior prælat⁹ est: Rursus si ipse cõsul aliquid iubeat: & aliud iubeat imperator: uel si aliud iubeat imperator: & aliud deus: quid iudicas? Maior potestas deus. Da ueniam o imperator: tu carcerem: ille gehennam minatur. Hic iam tibi assumẽda est fides tua: tãquam scutum: in quo possis omnia ignea iacula inimici extinguere. Aug.donatistis: & habetur Ibidem.c.Imperatores.

Imperatores si i errore essent (quod absit) & pro errore suo contra ueritatem leges darent: per quas iusti comprobarentur: & coronarentur: non tamen faciendum: quod illi iubent: quia deus prohibet: sicut iusserat Nabuchodonosor: ut aurea statua adoraretur: quod qui facere noluerunt: deo talia prohibenti placuerunt: quando autem Imperatores ueritatem tenent: pro ipsa contra errorem iubent: quod quisquis contempserit: ipse sibi iudicium acquirit. Nam inter homines pœnas luit: & apud deum frõtẽ nõ habebit: quia hoc facere noluit: quod ei per cor regis: ipsa ueritas iussit.

Augustinus scdo confessionum: & habetur di.viii.c.Quæ contra.

Generale quippe pactum est societatis humanæ obtemperare regibus suis: quanto magis deo regnatori uniuersæ creaturæ suæ: ad ea quæ iusserat: sine dubitatiõe seruiendum est: Sicut enim in potestatibus societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur: ita deus omnibus.

Augustinus de opere Monachorum.

Quid iniquus: q̃ uelle sibi obtemperari a minorib⁹: & nolle obtemperare maioribus.

Augustinus in libro quæstionum Genesis: & habetur.xxiii.q.v.c.Est ordo.

Est ordo naturalis in hominibus: ut seruiant fœminæ uiris: & filii parentibus: quia in illis hæc iustitia est: ut maiori seruiat minor.

Hieronymus in epistola ad Ephesios: & habetur.xi.q.iii.c.Si dominus. Hierony⁹.

Si dominus ea iubet quæ non sunt aduersa sanctis scripturis: subiiciatur domino seruus: Si uero contraria præcipit: magis obediat spiritus: q̃ corporis domino.

Gregorius: & habetur.x.q.iii.c. Quid ergo. Gregorius

Quid ergo mirum: si peccator homo obedientiæ in præsentis uitæ breuitate se subiicit: quando hanc mediator dei tenuit: & tenẽdã præcepit: & quam obedientes remunerat: non relinquit. Sciendum tamen est nunq̃ per obedientiam malum fieri: aliquando autem per obedientiam debet bonum: qd agitur intermitti: neq; in paradiso arbor mala extitit: quam deus homini ne cõtingeret interdixit: Sed ut melius per obedientiæ meritum homo bene conditus cresceret. Dignum fuerat ut etiam a bono prohiberetur: quatenus tanto uerius hoc qd ageret uirtus esset: quanto & a bono cessans authori suo se humilem: & subditum exhiberet.

Gregorius li.xii.Moralium.

Obedientia non seruili metu: sed charitatis affectu seruanda est: nõ timore pœnæ: sed amore iustitiæ.

Gregorius li.xxxv.moral.tractans illud. Melior est obedientia: q̃ uictimæ.

Obedientia sola uirtus est: quæ menti cæteras uirtutes inserit: insertasq; custodit: Melior est obedientia q̃ uictimæ: obedientia uictimis iure præponitur: quia per uictimas aliena caro: per obedientiã uero propria uoluntas mactatur.

Bernardus in sermone de Epiphania. Bernardus

Si uis esse sapiẽs esto obediens: Sic.n. scriptum est.
Concupiscis sapientiam? S: rua mãdata: & domi
nus dabit illã tibi. Bernardus super cantica.
Bonus obediens dat suum uelle: & suum nolle: ut
possit dicere. Paratum cor meum deus: Paratum
cor meum: Paratum quodcunq; praeceperis face/
re: paratum ad nutum citius obedire: Paratum ti
bi uacare proximis ministrare: me ipsum custodi/
re: & in caelestium contemplatione requiescere:
Amabilis sociis omnib⁹ est officiosus: & nulli one
rolus: deuotus ad deum: Benign⁹ ad proximum:
Sobrius ad mundum: Domini seruus: proximi so/
cius: mundi dominus: Superiora habet ad gaudi/
um: aequalia ad consortiũ: inferiora ad seruitium.
Bernardus de praecepto & dispensatione.
Perfecta obedientia legem nescit: terminis non ar/
tatur: Nec contenta angustiis professionis largio/
ri uoluntate fertur in latitudine charitatis: & ad
omne quod iungitur spontaneo uigore liberalis:
alacrisq; animi motum non consyderans in infi/
nitam libertatem extenditur. Bernar. Ibidem.
Melius est obedire deo: q̃ hominibus: & ipsis meli/
us magistris: q̃ discipulis: Porro in magistris meli/
us notiris: q̃ extraneis: quibus autem melius con/
stat obedire: ipsis proculdubio non obedire est de/
testabilius. Bernardus Ibidem.
In obediendi ratione haec generalis regula tenea/
tur: ut in difficilioribus quidem agendis obeditio:
q̃ praeuaricatio grauior iudicetur: & in faciliori/
bus minusq; onerosis contẽptus damnabilior aesti
metur. Bernardus Ibidem.
Solum censuerim fregisse uotum: uiolasse proposi/
tum: praeuaricasse pactum: qui & praeceptum cõ/
tempserit: & remedium. Nam illum sane dico secu
rum: qui etiam si interdum obedire praeterierit: cõ
silium non respuit poenitentiae. Bernar. Ibidẽ.
Si iubente seniore: ut sileam: uerbum mihi forte
per obliuionem elabitur: reum me confiteor obe/
dientiae: sed uenialiter: Si ex contemptu sciens: &
deliberans spõte in uerba prorupero: & rupero si/
lentii legem: praeuaricatorem me constituto: & cri
minaliter: & si impoenitẽs perseuero usq; ad mor/
tem: peccaui damnabiliter.

Leo papa. Leo papa: & habetur. ii. q. vi. c. Qui scit.
Qui scit quibusdam praepositum: non moleste ferat
aliquem sibi esse praelatum: sed obedientiam quã
exegerit etiam ipse rependat: et sicut non uult gra
uis oneris sarcinas ferre: ita non audeat aliis im/
portabile pondus imponere: Discipuli.n. sumus
humilis & mitis magistri dicẽtis: Discite a me: qa
mitis sum: & humilis corde.

Hugo. Hugo de. xii. abusionibus.
Inobedientiae morbus ex superbiae tumore proce/
dens: sicut sanies ex ulcere: Sic ex superbia contẽ
ptus manat: Hoc autem tribus modis mederi so/
let: uidelicet emplastro: unguento: & ferro. i. exẽ/
plo boni operis: uerbo exhortationis: & discipli/
na correctionis. Quum enim ulcus nõ emittit per
confessionem saniem: uel ex commotione non p
mittit emendationem: restat ut ferri recipiat infu/
sionem. i. correctionem disciplinae.

Cyprianus de. xii. abusionibus. Cyprianus
Sicut fructus non inuenitur in arbore in qua flos
prius non apparuit: sic in senectute honorem le/
gitimum consequi non potent: qui in adolescen/
tia disciplinae alicuius exercitatione non labora/
uit: Disciplina igitur absq; obedientia qualiter fie
ri poterit? Adolescens ergo sine obedientia: adole/
scens sine disciplina est.

Homerus in α Iliados. & sunt uerba Nestoris ad Achillem: & Agamemnonem. Homerus.
ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες. ἐπεὶ πείθεσθαι
ἄμεινον. i.
Sed obedite & uos Qm̃ obedire melius est.

Pythagoras. Pythagor.
πρεσβύτεροι δ' ὑμῖν λόγοις ἱεροῖσι τε ἐνσοφιλ/
μοις. i. idest.
Mitibus pare sermonibus: operibus conducibilib⁹.

Periander. Periander
ἄρχουσιν εἶκε. i. Principibus pare. Idẽ.
εἶκε μεγάλοις. i. Cede magnis uiris.

Pittacus. Pittacus.
νόμοις πείθου. i. Legibus pare.

Seneca Tragoedia. vii. Seneca
Aequum atq; iniquum regis imperium feras.

Plautus in Sticho. Plautus.
Faciendum est id nobis: quod parentes imperant.

Virgilius in Bucolicis Aegloga. v. Virgilius
Tu maior: tibi me est aequum parere Menalca.

Virgilius Aeneidos li. ii.
Tu ne qua parentis
Iussa time: neu praeceptis parere recusa.

Dantes Flor. Paradisi Cantica. xxvi. Dantes
Or figliol mio: non il gustar del legno
Fu per se la cagion di tanto exilio:
Ma solamente il trapassar del segno.

Obiectus q̃ ἀντίθεσις. & ἀντίθεσις
obiicio dr̃. Est autẽ obiect⁹ oppositio cuius
cunq; rei: ac ẽt uerbo℞. Ita & obex: hoc ẽ
obiectio cuiuscunq; rei. Virgil. Intra se uasti Pro/
the⁹ tegit obiice saxi: Philosophi tñ obiectũ uocãt
qcqd cerni põt: hoc ẽ qcqd oculis obiicit̃. uel sic.
Obiectum non est materia ex qua: sed ẽ materia
circa quã: Et obiectum hẽt rationẽ formae: inquan
tũ dat speciẽ. scdm. b. Tho. pria scdae. q. xviii. ar. ii.
Ab obiicio quod est oppono haec deducuntur.



Bturgatio graece λοιδορία, ας, ἡ. & λοιδορέω obiurgo dicitur. Est autem obiurgatio idem quod reprahensio: unde uero dicatur uide supra in Iurgium.



Blatio graece προσφορά, ᾶς, ἡ. & προσφέρω offero dicitur. Est autē oblatio omne quod exhibetur in cultu dei. Sacrificiū uero: si inde fiet aliquod sacrum consumendū. secundum .b. Tho. scda scdae. q. lxxxv. ar. iii.



Bligatio graece δεσμός, οῦ, ὁ. & δεσμώτης, ου, ὁ. ligatus: & δεσμόω ligo dicit̃. Est autem obligatio iuris uinculum: quo necessario astringimur ad aliquid dandum: uel faciēdum: ut habetur Instit. de ob. in prin.

Obligo idem est quod deuincio: unde obligatus & obligatio ueniunt.



Bliuio graece λήθη, ης, ἡ. & ἐπιλανθάνομαι obliuiscor dicitur. Est autē obliuio praeteritorum: aut futurorum laborum ꝑ laudem compositorum: aut componendorum uoluptaria & uoluntaria: ac grata iucunda q; praetermissio: omnium q; honestarum rerum ignaua perdita q; negligentia. Hinc obliuiosus qui facile obliuiscitur.



Blocutio graece κακολογία, ας, ἡ. & κακολογέω maledico dicitur. Quid aūt sit: & quomodo differat ad exprobratione: uide supra in Exprobratio.



Bseruantia graece παρατήρησις, εως, ἡ. & παρατηρέω obseruo. Est autem obseruantia per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignamur: secundum Ciceronem in Rhetoricis. Huius contrarium est despicientia: inobseruantiaq; cum quadam animi auersione.

Obseruantia est sub pietate: Sicut pietas est sub Religione. Et est uirtus specialis per quam honorantur personae in dignitate constitutae. ex. bea. Tho. secunda secundae quae. lxxx.

Obseruare aliquando est callide aduertere. Ter. in Andria. Obserues filium quid agat: quid cum illo consilii captet. Compōitur autem ex ob & seruo: unde uenit asseruo: quod est custodio.



Bscuritas gr̃ce ζόφος, ου, ὁ. & ζοφόω obscuro dicitur. Veniunt q; obscuritas & obscurus a cura: q; ea quae lumine carent: curam nobis obiiciāt. Estq; proprie obscurum: quod est sine lumine. Per metaphoram iterdum ꝓ ignobili ponitur. Interdum pro tecto: latenti: & abscōdito: unde obscuram orationem dicimus: uel obscurum sermōem: quod aenigma dicitur. Est enim Aenigma quaestio uerborum obscuritate inuoluta. secūdum bea. Tho. ii. sen. di. xxiii. quae. ii. ar. i.

Vel aenigma est obscura allegoria: secūdum Quintilianum. Est autem aenigma graeca dictio αἴνιγμα, ατος, τό. & αἰνιγματικός, οῦ, ὁ. aenigmaticus dicitur.



Bstinatio graece αὐθάδεια, ας, ἡ. & αὐθάδης, εος, ὁ, ἡ. obstinatus dicitur. Est autem q̃dam pertinacia. Estq; ꝑtinax ipudenter tenax: quasi omnino tenax: secundum Isydorum lib. Ethimologiarum. Differunt tamen pertinax: & perseuerans: quia perseuerans est quantum oportet: Pertinax uero plus q̃ oportet.

Obstinatus est ille qui persistit in ratione puersa abstinens a bonis: sicut cōtinens proprie est: qui persistit in ratione recta a prauis concupiscentiis abstinens: secūdum bea. Tho. scda scdae. q. clv. ar. i. Ab obstino uerbo: quod significat obfirmo: uenit obstinatio: hoc est animi firmitas: & obstinatus obfirmatus.

Actuum apostolorum. c. ix. Actuum

Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

Augu. li. viii. confessionum. Augustin'

Suspirabam ligatus non ferro alieno: sed mea ferrea uolūtate. Velle meum tenebat inimicus: & inde funes mihi fecerat. Ex puersa enim. uoluntate facta est consuetudo. Et dum consuetudini non resistitur: facta est necessitas. Quibusdam annulis sibi met annexis tenebat me stricte dura seruitus.

Augu epistola ad Marcellam.

Interest inquantum: & in quibus rebus erretur: & q̃ facile se quis corrigat: uel quanta pertinacia suū defendere conetur errorem.

Bernardus epistola. cclii. Bernardus

Ob hoc inflexibilis: & obstinatae mentis malum punitur aeternaliter: licet temporaliter perpetratum: Quia quod breue fuit tempore: uel opere: lōgum esse constat in pertinaci uoluntate: Ita ut si nunq̃ moreret': nunq̃ uelle peccare desineret. Immo semper uiuere uellet: ut semper peccare posset.

Hugo de. xii. abusionibus. Hugo

Tres sunt species obstinatorum. Prima eorum qui ex correctione proficiunt. Secunda eorum qui ex commonitione deteriores fiūt. Tercia eorum qui emendationem promittunt: sed non faciunt. Ex correctione Manases factus est melior. Nabal ex commonitione deterior. Pharao ex aflictione deterior.

Seneca in prouerbiis. Seneca

Tunc est consumata infoelicitas: ubi turpia non solum delectant: sed etiam placent: & desinit esse remedio locus: ubi quae fuerant uitia: mores fiunt.

Aristoteles — Aristoteles li.i.Phyſicorum.
Contra negantes prima principia non eſt diſputan
Cicero. dum. Cicero li.i.de finibus bonoꝝ & maloꝝ.
Nec cum iracundia: aut pertinacia recte diſputari
Val.Max. poteſt. Val. max.li.vi.
Inutiliter aliquid concupiſcere: & in eo perſeverã/
ter morari: exitio uicina ea dulcedo eſt.
Fr.Petrar. Franc.Petrarcha.Cant.xlii.ſtantia.iii.
Che uo cangiando pelo
Ne cangiar poſſo l'obſtinata uoglia.



Ccaſio græce ἀφορμή. ῆς. ἡ. uel καιρός. οῦ. ὁ. dicitur. Eſt autem Occa/ſio opportunitas tempo/ris caſu proueniẽs. Venitq; ab occido penultima bre/ui: quod modo ſignificat obuenio. ab ob: quod ẽ cir cum: uel propter: et cado. Occido etiam nõ nunquam intermor ſignificat: unde occaſus: hoc eſt interitus. Aliquando cado: unde ſol occidere dicitur: quia cadere uidet̃ dum mergitur: & occaſus ſolis: ipſa merſio ſolis:

phocylides — Phocylides.
Καιρῷ δουλεύειν· μὴ δ᾽ ἀντιπνέειν ἀνέ/μοισι. ideſt.
Occaſioni obtempera: & noli ſpirare contra uẽtos.

Menãder. — Menander.
ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τὰ γιγνόμενα. i.
Omnia tempeſtiue gratiam habent facta. Idem.
Καιρὸς γάρ ἐστι τῶν νόμων κρείττων πολύ. ideſt.
Occaſio enim eſt legibus potentior multo. Idẽ.
Καιροὶ δὲ καταλύουσι τὰς τυραννίδας. i.
Occaſiones autem diſſoluunt tyrannides. Idem.
Καιροῦ τυχὼν γὰρ πτωχὸς ἰσχύει μέγα. ideſt.
Occaſionẽ nactus enim pauper põt multum. Idẽ.
πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος. i.
Multarum rerum occaſio eſt cauſa. Idem.
πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας οὐκ ὄντας ποιεῖ. ideſt.
Multos occaſio uiros non exiſtentes facit. Idem.
τάχιστ᾽ ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.
Celerrime occaſio permutat res. Idem.
τὸν καιρὸν εὔχου πανταχοῦ ἵλεων ἔχειν. i.
Occaſionem precare ubiq; propitiam hr̃e. Idem.
ὡς μέγα τὸ μικρόν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν.
Quã magnum paruum eſt in tẽpore datum. Idẽ.
ὥρα τὰ πάντα τοῦ βίου κρίνει καλῶς. i.
Hora omnia uitæ iudicat pulchræ.

Periander — Periander.
Καιρὸν πρόσμενε. i. Occaſionem expecta.



Cioſitas græce ἀπραγμοσύνη. ης. ἡ. uel ῥᾳστώνη. ης. ἡ. dr̃. Eſt autẽ ocioſitas: quum quis quie te neceſſaria ſaluti corpo ris accepta: uacat ab ali/quo opere ſpirituali: uel corporali: & hæc eſt filia Acidiæ.

Ocium eſt uacatio a labore: Cuius contrarium ne/gocium eſt. Aliquando ocium pro litterario ſtudio capitur. Prouerbiorum.c.x. — pũerbioꝝ.
Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt: q autem ſtertit æſtate filius confuſionis.
Eccleſiaſtici capitulo.xxxviii. — Eccliãſtici
Multam maliciam docuit ocioſitas. Eccliſtici.c.l.
Operamini opus ueſtrum ante tempus.ſ.iudicii.
Ioannes in euangelio.c.iiii. — Ioannes.
Me oportet operari dum dies eſt. Idem.c.xii.
Ambulate: dum lucem habetis. Matthæus.c.xx. — Matthæ⁹.
Quid hic ſtatis tota die ocioſi?
Paulus ad Theſſal.primæ.c.iii. — Paulus
Qui non laborat non manducet.
Idem ad Epheſ.c.v.
Videte quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipi entes: ſed ut ſapientes: redimentes tempus.
Aug.de ciuitate dei li.xix. — Auguſtin⁹
In ocio non debet eſſe iners uacatio: ſed aut inquiſi tio ueritatis: aut inuentio.
Hieronymus li.iii.contra Ruffinum dicit fuiſſe ſententiam Ariſtotelis. — Hierony⁹.
Oneratis ſuperponendum onus: deponentibus nõ communicandum.i.ad uirtutem incedentib⁹ au/genda præcepta: tradentes ſe ocio relinquendos.
Hieronymus epiſtola.lxxvii.
Non ſufficit a malis eſſe ocioſum: ſi quis fuerit a bo nis.ſ.ocioſus. Ibidem.
Occupandum eſt bonis rebus ingenium: & ſanctæ conuerſationis: uſus altius inſerendus.
Greg.moral.v.ſup illud Tre.primi. Viderunt eam hoſtes & deriſerunt Sabbatum eius. — Gregorius
Hoſtes Sabbata derident: quum maligni ſpiritus: ipſi uacationis ocia ad illicitas cogitationes ptra/hunt. Io.Chryſ.ſuper Io.Homel.xxvi. — Io.Chryſ.
Peruerſi facti ſumus ab ocio. Ibidem.
Non laborare: nos corrumpere aſſueuit.
Seneca Epiſtola prima. — Seneca.
Quædam tempora nobis eripiuntur: quædam ſub/ducuntur: quædam effluunt. Turpiſſima tamen iactura: quæ per negligentiam fit. Ibidem.
Magna pars iam præterit. Quicquid ætatis retro eſt mors tenet. Dũ differtur: uita trãſcurrit. Ibidẽ.
Omnia aliena ſunt: tempus tantum noſtrum eſt.

Seneca Seneca epistola.lviii.

Ociosus non sibi uiuit: sed: quod turpissimū est: uentri & somno. Ibidem.

· Ille non uiuit: qui nemini uiuit. Idē episto.cix.

Non dedit nobis natura tēpus: ut aliquid ex eo uacet perdere. Seneca in prouerbiis

Quies tibi non desidia sit: & quum ab aliis luditur: tu sancti aliquid honestiq; tractabis.

Seneca Tragœdia.vii.

Miserias lænit quies. Seneca Tragœdia.viii.

Omnis nimium longa properanti mora est.

Seneca lib.de Clementia.

Emollit ociū uires. sicut rubigo ferrum. Ibidē.

Fax immota torpet: ignem agitata restituit.

Aristoteles Aristoteles li.iiii.Ethicorum.

· Requies & ludus in uita uidentur esse necessaria.

Aristoteles.vii.Ethicorum.

Maior est delectatio in quiete: q̄ in motu.

Aristoteles li.viii.polyticorum.

Omnis laborans: requie indiget.

Cicero Cicero lib.ii.de natura deorum.

· Mihi enim qui nihil agit: esse omnino nō uidetur.

Salustius Salustius in Iugurta.

Proditionum consilia per ocium ex loci opportunitate capiuntur. Ibidem.

Et enim ignauia: nemo immortalis factus est. Neq; quisq; parens liberis: ut æterni fierent: ignauiā optauit: magis ut boni & honesti uitā suam agerent.

Q.Curti⁹. Quintus Curtius d̄ gestis Alexādri li.iiii.

Omnia Alexāder facilius: q̄ morā perpeti poterat.

Idem libro.v.

Val.maxi. Fatigatis necessaria qes est. Val.max.li.vii.c.viii.

Ocium: Industriæ & studio maxie cōtrariū uidet̄.

Val.maximus lib.vii.titulo.Sapienter dicta aut facta.

Appium Claudium crebro solitum dicere accepimus: negocium populo Romano: meliusq̄ ocium committi: non qui ignoraret: q̄ iucundus tranquillitatis status esset. Sed q; animaduerteret præpotentia imperia agitatione rerum ad uirtutē capescendam excitari: nimia quiete in desidiam resolui: Et sane negocium nomine horridū ciuitatis nostræ mores in suo statu continuit: Blandæ appellationis quies: plurimis uiciis respersit.

Val.maximus li.viii.de ocio.

Homerus quoq; ingenii cælestis uates: nō aliud sensit: uæhementissimis Achillis manibus canoras fides aptando: ut earum militare robur læni pacis studio relaxaret. Menander.

Menāder ὡς πολλὰ ἡμετέρας σχολὴ ποιεῖ κακά.

Quam multa mortalibus ocium facit mala?

Terentius comedia.iiii.

Terentius Quid credebas dormienti tibi confecturos deos?

Ouidius li.i.de remedio amoris. Ouidius

· Ocia si tollas periere cupidinis arcus:
Contemptæq; iacent: & sine luce faces.

Ouidius li.i.de ponto elegia.vi.

· Cernis ut ignauum corrumpant ocia corpus?
Et uitium capiant: ni moueantur: aquæ.

Catullus elegia.iii. Catullus

Dulce uiatori lasso in sudore leuamen:
Quum grauis exustos æstus hiulcat agros.

Lucanus li.i.pharsaliæ. Lucanus

Tolle moras: semp nocuit differre patis. Idē li.iiii.

· Variam semper dant ocia mentem.

Baptista Mantuanus Parthenices li.i. Bap.Mā.

Homini labor utile semper
Calcar erit. segni pigros rubigine sensus:
Ocia corrodunt: sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat. Ferrum si transit in usus
Assiduo splendore micat: uultuq; nitenti
Audet ad argenti decus aspirare superbum.
At si longa quies ierit fuscatur: & atram
Vertitur in scabiem: celeriq; absumitur æuo.

De hac materia uide supra in Acidia.

OCulus græce ὀφθαλμός.οῦ.ὁ. & ὀφθαλμία.ας.ἡ. oculorum morbus dicit̄. Oculi dicuntur: quia ciliorum tegminib⁹ eos deus occuluit. secundum Varronem.

ODor græce ὀσμή.ῆς.ἡ. dicitur. Est autē odor. Natura quædā in humido ab enchymo sicco impressa: secundum Aristotelen. li.de sensu & sensato.

ODiū græce μῖσος.ους.τὸ. & μισητός.οῦ.ὁ. odiosus: & μισεῖν odi dicitur. Est autem odiū ira inueterata. secundū Ciceronē li.iiii. Tus.q. Odium est uetus ira ex plurib⁹ causis collecta: diuturno tempore perseuerans: secundum Augu.li.diffinitionum.

Odium est dissonantia appetitus animalis: uel appetitus rationalis ad appræhensum ut discōueniēs: sicut amor est consonantia eius ad conueniens. secundum.b.Tho.prima secundæ.q.xxix.ar.i.ii.

Odium deducitur ab odi uerbo anomalo: quod significat odio habeo: a quo osus: & perosus dicit̄: qui odio habet: hinc odiosus interdum qui habet odio: interdum molestus. Terētius. Si porro odiosi esse pergitis.

Odium differt ab inuidia: q; odium in brutorum ēt natura comperitur: ut est inter Egithum: & Acitidem: quorum nec cruor quidem: quum interfecti fuerint commisceri potest. q; si forte miscueris:

rursus fluit: & separatur. Inuidia uero humanū genus non excedit. secundum Plutarchum in libello de differentiis odii & inuidiæ.

Odium item differt ab inuidia: quia nemini iustæ inuidemus. odio uero iuste q̄plures habentur: sicuti qui neq; malorum consuetudinem fugiunt. Multi odio se habent: Nemo sibi inuidet.

Odium dei est filia luxuriæ: Odium uero proximi est filia inuidiæ.

Leuitici — Leuitici capit. xix.

• Non oderis fratrem tuum i corde tuo: sed publice argue eum ne habeas super illo peccatum.

Prouerbio. — Prouerbiorum capitu. x.

Odium suscitat rixas: & uniuersa delicta operit charitas. Prouerbiorum capi. xxvii.

• Meliora sunt uulnera diligentis: q̄ fraudulēta oscula odientis.

Ioannes — Ioannes apostolus primæ ca. ii.

• Qui dicit se in luce esse: & fratrem suum odit: in tenebris est usq; ad hæc. Qui diligit fratrem suū in lumine manet: & scandalum in eo nō est. Qui autem odit fratrē suum in tenebris est: & in tenebris ambulat: & nescit quo uadat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Ibidem ca. iii.

• Omnis qui odit fratrem suum homicida est: & scitis quoniam omnis homicida nō habet partem in uitam æternam in se manentem. Ibidē cap. iiii.

• Si quis dixerit quoniam diligo deum: & fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum: quem uidet: deum quē non uidet: quo modo potest diligere? Et hoc mādatum habemus a deo: ut qui diligit deum: diligat & fratrem suum.

Augustin⁹ — Augu. super Matthæum.

Odium est inueterata ira: ubi odium ibi charitas eē non potest. Vbi charitas abest: ibi nil boni est.

Augu. super Matthæum.

• Festuca in oculo: ira ē: trabs in oculo: odiū est. Ibi. Multum aliud est: quando quisq; irascens in aliquo uerbo modum excedit: quod postea deleat pœnitēdo. Aliud ē seruare insidias inclusas in corde: Multum postremo iter hæc uerba scripturæ: turbatus est præ ira oculus meus: de illo autem: aliquid dictum est: qui odit fratrem suum homicida est: multum interest: inter turbatum oculum: & extinctū: Festuca turbat: trabs extinguit.

Aug. in sermone consecratiōis ecclesiæ.

Si ad mensam cuiusq; potentis hominis: nemo præsumit conscissis uestibus: & inquinatis accedere: q̄to magis a cōuiuio æterni regis idest ab altari domini: debet se unusquisq; inuidiæ uel odii ueneno percussus: iracundiæ furore repletus: cum reuerētia & humilitate subtrahere: propter illd quod dicitur. Vade prius reconciliari fratri tuo: & tūc ueniens offeres munus tuum: & iterum: Amice quo modo huc intrasti? non habens uestem nuptialem.

Augustinus super illud psalmus: perfecto odio oderam illos.

Hoc est perfecto odio odisse: ut uitia non homines oderis: nec uitia propter homines diligas.

Gregorius in pastorali ca. xlviii. — Gregorius

Omnes qui per discordiam separantur a uiriditate dilectionis: arescunt. Gregorius in homelia.

Tunc bene animam nostrā odimus: quum eius carnalibus desideriis nō acquiescimus: quum eius appetitū frangimus: eius uoluptatibus reluctamur.

Idem super Matthæum. v. in homelia.

Qui ergo motum nocēdi habet in animo: debet iudicare se reum. Si autem prodeat in contumeliam aduersus fratrem: eget reconciliatione: Si autem non iudicat se reum: nec fratri uult reconciliari ex contemptu perseuerans in odio: reus erit gehēnæ:

Gregorius li. x. moralium.

Vitam animæ qualibet culpa polluit: seruatus uero dolor cōtra proximum: occidit: Menti nāq; ut gladius figitur & mucrone illius ipsa uiscera occulta perforantur.

Ioannes Crysostomus super Matthæū. — Io. Cryso.

Sicut rex in imagine sua honoratur: sic deus in homine diligitur & oditur: Nō potest hominē odisse: qui deū amat: nec potest deum amare: qui hoiem odit. Io. Chry. super Matthæum.

Caro inimicum suum diligere nō potest: anima autem potest: quia dilectio uel odium carnis in sensu est: animæ uero in intellectu: Quando ergo nocemur ab aliquo: & si sentimus odium: sed tamen extingui uolum⁹: cognosce quia caro nostra odit inimicum: anima uero diligit.

Io. Crysostomus Ibidem.

• Hæc est pugna periculosa: & hæc gloriosa uictoria: qui potent odisse: quod amat: & amare qd odit.

Cassiodorus super illud ps. perfecto odio oderam illos. — Cassiodo.

Perfectum odium est homines diligere: & eorū uitia semper horrere. Nā in illa parte: qua creatura dei sunt: amandos esse: non dubium est. In illa iniquitate horrendi sunt: in qua se polluerunt.

Seneca in prouerbiis. — Seneca

Peiora sunt tecta odia: q̄ aperta: & agnosci amat: q odium ostendit. Seneca Ibidem.

Quiuis agas ut ne quis merito tuo oderit: erunt tamen semper: qui te odient.

Seneca in Tragœdiis.

Simul illa mundi rector deus posuit odium atq; regnum: odia qui nimiū timet: regnare nescit.

Seneca in Hercule furēte Trag. i.

Si æterna semper odia mortales agent: nec cœptus unq̄ cadat ex animis furor: sed arma fœlix teneat:

Infoelix paret. Nihil relinquent bella: Tum uastis ager squalebit aruis: subdita tectis face: Altus se/ pultas obruet gentes cinis. Seneca Trag. vii.
Professa perdunt odia uindictae locum.
Aristoteles Aristoteles li. i. Rhetoricorum.
Amor: & odium: & proprium cómodum: saepe faciunt iudicem non cognoscere uerum.
Cicero Cicero li. de Amicicia.
Molesta est ueritas: si quidẽ ex ea nascitur odiũ: quod
Ouidius est uenenum amicitiae. Ouidius Amorum uel de sine titulo li. ii. Elegia. ii.
Si sapis o custos odium (mihi crede) mereri
Desine: quẽ metuit quisq; perisse cupit.
Fran. Pet. Fran Petrarcha cantilena. xxv. stitia. vii.
Segnor mirate como il tempo uola:
Et si come la uita
Fuge: & la morte ne sopra le spalle.
Voi siete hor quhispensate a la partita
Che lalma ignuda & sola
Conuien charriue a quel dubioso calle.
A passar questa ualle
Piacciaui porre giu lodio & lo sdegno:
Venti contrarii a la uita serena.
Et quel che naltrui poena
Tempo si spende: a qualche atto piu degno:
O di mano: o dingegno:
In qualche bella lode:
In qualche honesto studio si conuerta
Cosi quha giu si gode:
Et la strada dil ciel si troua aperta.



Ffesio gce προσκοψισ.ιοσ.ή. Vel πρόσκομμα.ατοσ.τό. & προσκόπτω of fendo dicitur. Offendere & defendere proprie contraria sunt. Nam offendere est incurrere in aliquid: atq; incidere. Terentius. Offendi aduenicns quendã mei loci hinc: atq; ordinis hominẽ. Defendere uero est impellere. Quoniam uero qui incidunt in aliquid laedere saepe solent id in quod incidunt: & e contrario qui depellunt: tuentur: factum est: ut offendere frequẽtissime p laedere usurpetur: & defendere pro tueri: & quasi uim depellere. Offendere aliquando est inuenire. Varro: Romam regressus: ibi nihil offendi: quod ante annos quinquaginta reliquerim. Ab offendo fit offendiculum: quod significat impedimentum: obstaculum: & offensa.
Offensio atq; offensa ita differunt: q offensio semp passiue accipit: offẽsa uero actiue. Cice. In corpore aegro odiosa est omnis offensio. Idem. Quũ tot eius offensas pati non possem: inde discessi.



Fficium graece καθῆκον.οντοσ.τό. dicitur. Est autem officium actus congruus cuiusq; personae: Vel sic.
Officium est quod quisq; efficere debet pro suae conditione personae. In quo animaduertere oportet quid loco cõueniat: quid tempori: quid rerum: aut personarum dignitati: dicit q ab officio cis: quo antiqui pro efficio utebantur. Hinc officiosus dicitur obsequiosus: & qui facile merentibus exhibet honorem: a quo officiose: idest cum officio: & obsequose. Officium etiam dicit magistratus: uel quia honoris gratia institutus est: uel quia opẽ populo fert: uel quia ius quod cuiq; debetur reddit. Caeterae uero artes actiõem suam officium uocant: unde officium grãmatici: officium medici: officium architecti. Hinc fit officia idest locus in quo artifices sua opera faciunt. Differt autem a taberna: q officina est ubi opera efficiuntur. Taberna ubi uendũtur. unde opifices: & tabernarii dicuntur. Cicero. opifices & tabernarios: atq; omnem illam fecem ciuitatum quid est negocii concitare. Tabernas ẽt antiqui casas dixere: q ex tabulis fierent.



Lfactus graece ὄσφρησισ.εωσ.ἡ. uel ὀσμοσ. ου.ὁ. dicitur. Quid autem sit: quo orgão: quo medio: quo obiecto utatur: uide supra in Arbore animae: Similiter de aliis sensibus: tã exterioribus: q̃ interioribus.



Missio gce παράλειψισ.εωσ.ἡ. & παραλείπω. omitto dicitur. Omissio importat praetermissionem boni debiti in ordine ad legem diuinam: uel humanam: uel in ordine ad proximum. Primo modo oppõitur iusticiae legali. Secundo uero opponitur iusticiae speciali. secundũ b. Tho. scda scdae. q. lxxix. ar. iii.



Pinio gce δόξα.ησ.ἡ. & δοξάζω opinor dicitur. Est autem opinio actus intellectus declinantis in unam partẽ contradictionis cũ formidie alterius. secundũ b. Tho. scda scdae. q. i. ar. iiii. Differunt aũt sic opinio: fides: scientia: dubium: & scrupulus. Quia opinio est assensus intellectus ad aliqd: nõ qa sufficienter moueatur ab obiecto proprio: Sed per quandã rationabilẽ electionẽ uoluntarie declinans in unã partẽ: magis q̃ i alterã: cũ dubitatiõe tñ: & formidie alterius ptis. Ita tñ q ad illã ptem quã formidat: non hẽretur rõ expresse cõcludens. Formidat tñ pp debilitatẽ rõnis alterius ptis. Fides aũt est cũ certitudine: absq; tali formidie. Sciẽtia uero est assensus itellect⁹ moti ab obiecto p se ipm cogniti: sicut i principiis primis: uel p aliud sicut i cõclusiõib⁹: q̃q; ẽ scia: haec ex. b. Tho. ubi supra.
Dubiũ qd sit uide supra i Dubiũ.
Scrupulus est: quũ itellectus ex leuibus cõiecturis: seu mediis: & multũ debilib⁹ mouet ad unã ptẽ. Et haec ẽt dicitur suspicio.

Pportunitas graece εὐκαιρία.ασ.ἡ. & εὔκαιρος.ου.ὁ.ἡ. opportunus dicitur.

Opportunitas eſt idem quod commoditas: ſcribit q; duplici p: nec uenit ab opus: nec ab oportet: ſed ab ob & portus: quoniam nauigantibus maxime utiles optati q; portus ſũt. Opportunum dicimus ſiue opportũe accidere: quod pro deſyderio noſtro accidit. E diuerſo importunum eſſe: ſiue importune fieri dicim⁹ q̃ ſunt: fiunt ue preter rationem loci: ſeu temporis: ſeu perſonarum. Importunum igitur dicimus hominem procacem: atq; moleſtum: a quo importunitas dicta. Importunum pro inquieto: & portu carente ponitur.

Ppoſitio graece ἀντίθεσις. ιος. ἡ. & ἀντιτάττω oppono. Eſt autem opponere: ex aduerſo ponere. Vnde oppoſita contraria: oppoſitio contrarietas. Sunt aũt oppoſita quæcunq; circa idem ſimul: & ob rem eandem: aut ad idem extrinſecus aſcita eſſe nullo modo poſſunt. Quadrifariam autem oppoſita dicitur: Vel ut ad aliquid: ſicut duplum: & dimidium: Vel ut contraria: ſicut album & nigrum. Vel ſicut habit⁹ & priuatio: ueluti uiſus & cæcitas: Vel ſicut affirmatio & negatio: quẽadmodũ homo ſedet: hõ nõ ſedet.

Pprobrium graece ὄνειδος. εος. τό. dicitur. Quid autem ſit: & unde deducatur: uide ſupra in Exprobratio.

Pus graece ἔργον. ου. τό. & ἐργάζομαι operor et ἐργασία. ας. ἡ. opera dicitur. Differũt autem opus & opera: q; Operæ ſunt diurnũ officium: Opus uero finis fructus q; operæ: ſecundum Vlpianum iuriſcõſultũ. Terẽtius utrunq; uno uerſu optime expſſit. Quod in operæ faciundo operæ conſumis tuæ. Hinc operæ præcium ideſt fructuoſum: & ad rem pertinens. Aliquando tamen opus pro opera capi uidetur. Virg. Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Opus quandoq; pro neceſſe capit: ut ægrotanti eſt opus medico. Hinc oportet uenit: quod ſignificat pariter neceſſe eſt.

Eccleſiaſti. Eccleſiaſtici capitu. ix.

Quodcunq; poteſt manus tua inſtanter operare.

Eccleſiaſtici capitulo. xi.

Mane ſemina ſemen tuum.

Ioannes Ioannes in Epiſtola capi. i.

Quid proderit fratres mei: ſi fidem quis dicat ſe habere: opera autem non habeat. Nunquid poterit fides ſaluare eum? Ibidem.

Sicut enim corpus ſicut ſpiritu mortuum eſt: ita fides ſine operibus mortua eſt.

Ariſtoteleſ Ariſtoteles li. iiii. Ethicorum.

Qualis unuſquiſq; eſt: talia dicit: talia operatur.

Idem libro. x. Ethicorum.

In actionibus humanis minus creditur ſermonibus q̃ operibus. Ibidem.

Quando ſermones diſſonant operibus ſenſibiliter: tunc contemnuntur. Ibidem.

Delectatio tenet operãtem in opere.

De hac materia habes ſupra in Acidia: Labor. Occioſitas.



Ratio graece εὐχή. ῆς. ἡ. & εὔχομαι oro dicitur. Eſt autem oratio dicẽtis pius affectus in deum. ſecũdum Auguſtinum. & habetur. iiii. ſententiarum di. xv. ar. ii.

Oratio eſt oris ratõ p quã noſtri cordis intima manifeſtamus deo: ſecundum Theo. iiii. ſen. diſt. xv. & b. Tho. ſcda ſcdæ. q. lxxxiii. ar. iiii.

Oratio eſt actus rationis practicæ. ſ. quia eſt uel petitio decentium a deo: uel aſcenſus mentis in deum: b. Tho. ſcda ſcdæ. q. lxxxiii. ar. i.

Oratio magiſtraliter diffinita: ẽ oſtenſio uolũtatis. noſtræ ei a quo ĩpetrare ſpamus id qd deſyderam⁹.

Orare eſt placidos petere: obſecrare eſt iratos rogare. ſecundum Donatum. Terentius. Venit ipſus ultro lachrymans: orans: obſecrans.

Oramus quæ bõa ſunt. Suplicamus in aduerſis: uel cum lachrymis. ſecundum Donatum ſuper Terẽtio. Ab oratio uenit Oratiuncula diminutiuũ. Eſt etiam oratio apud grammaticos cõgrua dictionũ ordinatio: & apud logicos. Oratio eſt uox ſignificatiua: cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatim: ut dictio: non ut affirmatio: uel negatio. ſecundum Ariſtotelen li. i. perihermenias.

Tobias capitulo. xii. Tobias

Bona eſt oratio: cum ieiunio: & eleemoſyna: magis q̃ theſauros auri recondere.

Iudith capitulo. iiii. Iudith

Scitote quoniam exaudiet dominus preces ueſtras: ſi manentes permanſeritis in ieiuniis & orationibus in conſpectu domini: Memores eſtote Moyſi ſerui domini: qui Amalech confidentem in uirtute ſua: & in potentia ſua: & in exercitu ſuo: & ĩ clipeis ſuis: & in curribꝰ ſuis: & in equitibus ſuis: nõ ferro pugnando: ſed pcibus ſanctis orãdo deiecit.

Dauid pſalmo. xxxiiii. Dauid

Humiliabam in ieiunio animam meã: & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

Prouerbiorum capitu. xv. Prouerbio.

Longe eſt dominus ab impiis: & orationes iuſtorum exaudiet. Eccleſiaſtici ca. vii. Eccleſiaſtici

Melior enim finis orationis: q̃ principium.
Ecclesiastici capitulo.xviii.
Ante oratiõem præpara animam tuam: & noli esse quasi homo: qui tentat deum.
Ecclesiastici capitulo.xxi.
Fili peccasti: non adiicias iterum: sed & de pristinis deprecare: ut tibi dimittantur. Ioannes.xvi.
Si quid petientis patrẽ in nomine meo: dabit uobis.
Matthæus Matthæus capitulo.vi.
Tu autem: quum oraueris intra in cubiculum tuũ: & clauso ostio: ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus: qui uidet in abscondito: reddet tibi.
Idem capitulo.vii.
Petite & dabitur uobis: quærite: & inuenietis: pulsate: & aperietur uobis. Omnis enim qui petit: accipit. Et qui quærit inuenit. Et pulsanti aperietur.
Matthæus.xxvi.
Vigilate & orate: ne intretis in tentationem.
Lucas Lucas capitulo.xi.
Quum oratis dicite. Pater. Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra: Siquidem & nos dimittimus debẽti nobis: & ne nos inducas in tentationem.
Lucas.xviii. Saluator ait.
Oportet semper orare: & non deficere.
Paulus Paulus ad Corinthios primæ ca.xi.
Omnis uir orans: aut prophetans uelato capite: deturpat caput suum. Paulus Ibidem.
Omnis autem mulier orans: aut prophetans non uelato capite: deturpat caput suum.
Paulus primæ ad Corinthios ca.xiiii.
Si orem lingua: mens mea sine fructu est.
Paulus ad Thessalonicenses capi.v.
Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite: Hæc est eni uolũtas dei in Christo Iesu in omnibus uobis.
Paulus ad Thimothæum primæ ca.ii.
Volo ergo uiros orare in omni loco: leuantes puras manus: sine ira & disceptatiõe. Similiter & mulieres in habitu ornato: cum uerecundia: & sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: uel ueste preciosa: Sed quod decet mulieres: promittentes pietatem per opa bona.
Petr' apo. Petrus apostolus capi.iiii.
Vigilate in orationibus: & hoc in spũ: & ueritate.
Iacob' apo. Iacobus apostolus cap.v.
Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: & orauit oratione: ut non plueret super terram: & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cælum dedit pluuiam: Et terra dedit fructum suum.
Actuum Actuum apostolorum cap.x.

Oratões tuæ & eleemosynæ tuæ ascẽderunt in memoriam in conspectu dei. Augu. de cathetizãdis rudibus: & habetur di.xxxviii.ca. Sedulo. Augustin'
Non sunt uoces ad aures dei: nisi animi affectu.
Idem super ps.lxv.
Multi languescunt in orando: & in nouitate conuersionis suæ feruenter orant: postea languide: postea frigide: postea negligẽter: qui & quasi securi sunt: uigilat hostis: dormis tu. Augusti. super ps.lxv.
Non deficias in oratione. De' quod cõcessurus est: & si differt: non aufert. Non leuitate utitur: q̃ promisit. Non facile sententia mouetur. Quod promisit est fixũ: Fallere nõ põt: hẽt unde faciat. Ibi.
Oratiõis puræ magna est uirtus: & uelut fidelis nũcius mandatum peragit: & penetrat: quo caro nõ peruenit. Aug. super ps.lxxxv.
Oratio tua: locutio est ad deum. Quãdo legis: deus tibi loquitur: Quãdo oras: cum deo loqueris.
Idem psalmus.cxviii.
Tunc porro in toto corde clamatur: quando aliunde non cogitatur. Tales orationes raræ sunt multis: crebræ paucis: utrum nec cuiq̃: nescio.
Augustinus in sermõe de quadragesima.
Hæ sunt duæ alæ orationis: quibus uolatur ad deum: Si illud: quod communicatur ignoscit delinquenti: & donat egenti.
Augu. super Ioannem sermone.xx.
Qui nouit: quid det: & cui det: audit petentẽ: aperit pulsanti: & si forte non dederit: nemo dicat se desertum. Forte enim aliquid dare differt: sed neminem esurientem relinquit: Si enim non dat ad horam: exercet quærentem: nõ contemnit petẽtẽ.
Augustinus ab Probatianum.
Absit ab oratione: multa precatio: sed feruẽs perseueret intentio. Nam multum loqui est in orãdo rẽ necessariam superfluis agere uerbis: Multum autem precari est qui precatur diuturna cordis excitatione pulsare. Nam plerumq; hoc negociũ plus gemitibus: q̃ sermõibus agit: Plus fletu: q̃ affatu.
Augustinus in Enchyridion.
De quottidianis breuibusq; peccatis sine quib' hæc uita non ducitur quottidiana oratio fidelium satisfacit. Idem in glo. Matthæi.vi.
Oratio paucis uerbis res multiplices comprehendit: ut sic cito simplicitas fidei sufficientiam suæ salutis addisceret: & prudentia ingeniosorum pfunditate mysteriorum stupesceret.
Augu. super oratione Dominica.
Impudentia est: ut a deo petas diuitias. Non est impudẽtia ut petas panem quottidianum: Aliud est enim ut superbias: aliud ut uiuas. Hieronym' in leuitico: & habetur di.xxxvi.c. Si quis uult. Hierony.
Moyses ad bella non uadit: non pugnat contra ini/

micos:sed quid facit: orat: Vincit populus eius. Si relaxauerit: & dimiserit manus: populus eius min/ citur: & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesiæ inde sinenter: ut uincat populus qui sub ipso est: hostes inuisibiles Amalechitas: qui sunt dæmones impu gnantes eos: qui uolunt pie uiuere in Christo.

Hieronymus super Abachuch.

· Dominus noster sciens clementiæ suæ pōdera atq; mensuras: interdum non exaudit clamantem: ut eum probet: & magis prouocet ad rogandum: Et quasi in igne excoctum uastiorē: & puriorē faciat.

Hiero. & habet' de cō. di. v. c. mediocriter.

Non enim uerbis tantum: sed corde orandus deus est. Qua propter melior est quinq; psalmorum de/ cantatio cum cordis puritate ac serenitate: ac spiri tuali hylaritate: q̄ totius psalterii modulatio cū an xietate cordis atq; tristicia: Quum igitur pro con ctis animabus psalmus uel missa dicitur: nihil mi/ nus q̄ si pro uno quolibet ipsorum diceret' accipit.

Hiero. & habetur. xiii. q. ii. c. in psenti.

In præsenti sæculo scimus: siue orationibus: siue cō siliis mutuum posse nos adiuuari. Quum autē an/ te tribunal Christi uenerimus: Nec Iob: Nec Da/ niel: Nec Noe rogare posse pro quoquā: Sed unum quemq; portare onus suum.

Hieronymus super Marcum.

· Ieiunio passiones corporis: oratione pestes sanandæ sunt mentis: Hiero. ad Demetriadem.

Lectionem frequēter interrumpat oratio: & animā iugiter adhærentem deo grata uicissitudo sanctæ operationis accendat.

Hieronymus contra Vigilantium.

Error fuit: q; dum uiuimus: mutuo pro nobis orare possumus: postq̄ autem mortui fuerimus: nullius sit pro alio exordienda oratio.

Ambrosius — Ambrosius li. de officiis.

Sit oratio pura: simplex: dillucida: atq; manifesta: plena grauitatis & ponderis: non affectata ele/ gantia: sed non intermissa gratia.

Ambrosius de Viduis.

Vbi est oratio adest uerbum: fugatur cupiditas: libi do discedit. Ambro. in hexamerō li. ultimo.

Si pro te rogas tantū: pro te solus rogabis: si autem pro omnibus roges: omnes pro te rogabunt.

Ambrosius li. de poenitentia.

· Multi minimi dū cōgregantur unanimes: fiūt ma/ gni: & multorum preces impossibile est cōtemni.

Ambrosius super Lucam li. xv.

· Vberior est dei gratia q̄ precatio: semper enim plus tribuit deus q̄ rogatur. Nam latro rogabat: ut sui memor esset: dominus quum uenisset in regnum suum: Dominus autem ait: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.

Gregorius & habetur. xiii. q. ii. Animæ. — Gregorius

Animæ defunctorum quattuor modis soluunt: Sol uuntur aut oblationibus sacerdotum: aut preci/ bus sanctorum: aut charorum eleemosynis: aut ie iunio cognatorum. Greg. registri lib. i. & ha/ betur. xiii. q. v. Scriptum.

Longe est dominus ab impiis: & orationes impiog; non exaudiet. Greg. in prologo. ii. moralium.

In grauibus peccatis quis positus: dum suis pmitur: aliena non diluit. Mundus ergo ostenditur esse de se: qui emundationē potuit pro aliis obtinere.

Gregorius li. ii. moralium.

Ille deo ueram orationē exhibet: qui se met ipsum co gnoscit: quia puluis sit humiliter uidet: qui nihil si bi uirtutis tribuit: qui bona quæ agit: esse de mise ricordia conditoris agnoscit.

Idem li. x. moralium.

· Omnipotens deus sæpe eius pcem in perturbatione deserit: qui pcepta illius in tranqllitate cōtemnit.

Gregorius moralium. xxi. super illud Iob. xxxi. Quis mihi tribuat adiutoriū: ut de/ syderium meum oipotens tribuat.

· Vera postulatio est: nō in oris uocibus: sed in cordis cogitationibus: ualentiores uoces apud dei aures non faciunt uerba: sed desyderia.

Idem libro. xxv. moralium.

· Quisquis pro aliis intercedere nititur: sibi potius ex charitate suffragat': Et pro se met ipso tanto citius exaudiri meretur: q̄to deuote p aliis intercedit.

Gregorius li. xvi. moralium.

· Tunc cor fiduciam in oratione accipit: quum sibi ui tæ prauitas nulla contradicit.

Ioannes Chrys. super Matthæum. — Io. Cryso.

· Pro se orare necessitas cogit: pro aliis autem chari/ tas fraternitatis hortatur: Dulcior autem ante de um est oratio: non quam necessitas transmittit: sed quam charitas fraternitatis cōmendat.

Ioannes Chrys. super Matthæum. xviii.

Nihil potentius homine orante: Qui orat cum Ie/ iunio duplices alas habet: Nā neq; oberrat: neq; torpet. Ioannes Chrys. sup Matthæū. xxvi.

Cōsuetudo erat ei sine eis orare: in quo dicemur tpe orationis: quærere secretū: & fugere tumultū.

Isydorus de summo bono lib. iii. — Isydorus

· Duobus modis oratio impeditur: ne impetrare quisq; ualeat postulata: hoc est: si aut quisq; adhuc mala cōmittit aut si delinquenti sibi debitum nō dimit tit. Isydorus Ibidem.

· Sæpe multos deus non exaudit ad uoluntatē: ut ex audiat ad salutem. Isydorus Ibidem.

· Orationibus mundamur: lectionibus instruimur: Vtrunq; bonum est: si liceat: Si non liceat utrunq;: Melius est orare: q̄ legere.

Idem Ethymologiarum li.vi.

Sicut nullum in uulnere proficit medicamentum: si adhuc in eo ferrum sit: Ita nihil proficit oratio il lius: cuius adhuc dolus in mente: uel odium manet in pectore.

Isydorus — Isydorus de summo bono.

Oratio in præsenti uita: tanti pro remedio peccato rum effunditur: Psalmorum autem decătatio: per petuam dei laudem demonstrat in gloria superna: sicut scriptum est: Beati qui habitāt in domo tua: in sæcula sæculorum laudabunt te. Cuius operis mysterium quicunq; fideliter intenta mente exeq tur: quodămodo angelis sociatur:

Idem Ethymologiarum li.vi.

Qui uult oratiōem suam uolare ad deum: faciat illi duas alas: ieiunium & eleemosynam: & ascendet celeriter: & exaudietur.

Isydorus soliloquiorum.lib.ii.

Immūndus spiritus oratiōis instantia uincitur: Dæ monia oratione eiciuntur: Oratione dæmonia su perant.

Cassyodo. — Cassyodorus sup ps.xvi.Exaudi dñe.

Ipsius ē oratio pfecta: cuius & că clamat: & lingua: & actus: & sermo: & uita: & cogitatio.

Idem super psm: psallite sapienter.

Non solum cantantes: sed intelligentes psallere de/ bemus. Nemo enim sapienter quicq̃ facit: qđ non intelligit.

Cassyodorus super ps.Confi tebor tibi in uasis

Pulchre diffinitum est psalmos esse uasa ueritatis: quasi spiritualia dolia uinū dñi incorrupto sapore seruantia.

Idē sup ps. Miserere mei deus.

Magna uoce ille clamat ad dñm: qui q̃uis lingua ta ceat: bonis tamē opibus perseueranter clamat.

Cassyodorus super ps.ci.

In psalmis uincitur mundus: plorădo supat Diabo lus: & cui mille cohortes ad pugnădum nō suffici unt: oratiōe unius pauperis inclinatur.

Boetius — Boetius de consolatione li.v.

Sperare & orare solus motus est: quo homines cū deo loqui uident.

Boetius ibidem.

Non frustra in deo sūt positæ spes & pces: quæ quū recte fiunt inefficaces esse non possunt.

Cyprianus — Cyprian⁹: & habetur de Consecratione di.i.Quando autem.

Quando autem stamus ad orationem fratres dile/ ctissimi: inuigilare & incumbere ad pces toto cor/ de debemus. Cogitatio carnalis hominis: & sæcu/ laris abscedat: Nec quicq̃ tunc animus aliud: q̃ id solum cogitet quod precatur: Ideo & sacerdos an/ te orationem præfatione præmissa: parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda: ut dum respōdet plebs: habemus ad dominum: admōeatur nihil se aliud q̃ dominum cogitare debere. Claudatur cō/ tra aduersariū pectus: & soli deo pateat: nec ad se hostē dei tempore orationis uenire patiatur.

Seneca ad Lucillium epistola.iiii. — Seneca

Non sunt ad coelum eleuandæ manus: nec exoran dus edituus: ut nos ad aurē simulachri: q̃si magis audiri possim⁹ admittat: ppe est deus: tecū ē in te.

Cicero.i.de legibus. — Cicero

Ad diuos adeunto caste: pietatem tenento: Opes ēt amouento: sed si quis secus faxit: deus ipse uindex erit.

Menander. — Menander

Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός.i.

Precis iustæ exauditor deus.

Ex.i.Epigrammaton. — Ex.i.Epig.

Ζεῦ βασιλεῦ. τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις
καὶ ἀνεύκτοις.
ἄμμι δίδου. τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων
ἀπερύκοις.i.

Iuppiter rex bona quidē: & pcantibus: & nō pcatis
Nobis da. Mala uero & a pcantibus remoueas.

Ouidius li.i.de arte. — Ouidius

Flectitur iratus uoce rogante deus.

Martialis li.viii.epigra. ad Domitianum. — Martialis

Offendunt nunq̃ thura pcesq; Iouem.

Idem libro.x.

Et dominum mundi flectere uota ualent.

Martialis li.x.Epigra.ad Marcum.

Non quacunq; manu uictima cæsa litat.

Horatius carminum li.iii.ode.xxiii. — Horatius

Cælo supinas si tuleris manus
Nascente luna rustica philire:
Si thure placaris & orna
Fruge lares: auidaq; porca:
Nec pestilentem: sentiet Aphricum
Foecunda uitis: nec sterilem seges
Rubiginem: aut dulces alumni
Pomifero graue tēpus anno.

Ibidem.

Immunis aram si tetigit manus
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit auersos penates
Farre pio: & saliente mica.

Horatius epistolarum li.i.Epi.ad Lollium.

Sed satis est orare Iouem: q donat: & aufert.
Vitā & opes det: & æquū aium mihi ego ipse pabo.

Silius italicus li.iiii. — Siluius

Iusta ite precati
Thure pio.

Iuuenalis Satyra.x. — Iuuenalis

Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce aium mortis terrore carentem.

Dantes purgatorii cantica ca.iiii. — Dantes

Se oratione in prima non maita
Che surga su di cuor chen gratia uiua
Laltra che ual: che in cielo non e audita.


Rator g̃ ῥήτωρ. & ῥητορικὸς oratorius dicitur. Venit q; ab orando: hoc

est dicendo. Differunt autem Orator: Rhetor: & declamator sic. q Orator est qui in iudiciis uel i cõcionibus causas agit. Rhetor qui rhetoricen profitetur. Declamator qui aut docendi alios: aut exercendi se gratia fictam causam agit: ut in ueris postea causis possit orare: quod declamare dr: Quare declamare erit ficto themate componere. Hinc actiones ipsæ oratiões: & declamatiões uocantur. Ab orator deducitur oratorius ria rium: ut oratorius: sermo: oratoria facultas: oratorium mun⁹: & oratorie aduerbium: hoc est more oratorio.

Cicero. Cicero li.i. Officiorum.

Est enim proprium oratoris aperte: distincte: & ornate loqui. Idem li.iii. Officiorum.

Inhumanum est eloquentiam ad hominum salutẽ: & cõseruationem datam ad bonorum pestem perniciemq; conuertere. De hac materia habes supra ubi Concio: & Eloquentia.

ORbitas græce ὀρφανία. ας. & ὀρφανόω. ου. ὁ. orbus dr. Orbus uero proprie dr is: q lumen oculorum amisit: quasi amissis orbibus: propter rotunditatem oculo℞. Hinc p metaphoram orbi dicuntur: qcunq; aliqua re chara priuati sunt: q̃si oculis priuati. Hinc ẽt orbo uerbum: hoc est priuo: & orbatus priuatus: & orbitas siue orbitudo quæ ẽ illa qualitas patrum post amissos liberos: uel filiorum post amissos patres. Hinc ẽt orbefacio: hoc est orbitatem alicui induco: & orbum liberis facio: unde orbificor: & orbificus deducuntur. Orbem latini circulum. & orbiculum paruum circulum dicunt: Mundumq; a rotunditate orbẽ uocant. Itẽ orbitus ta tum. Hoc est circularis. Varro. Vt sydera cæli circa terrã atq; axẽ uoluuntur motu orbito. Orbita uero est uestigium rotæ. A quo exorbito fit: hoc est a recto decedo: & quasi extra orbitam eo. Cicero li.i. Tus. quæst.

Cicero Cæcitas ferri facile potest: si non desinit subsidia ualitudinum. Democritus luminibus amissis alba: & atra cernere non poterat. At uero bona & mala: æqua & iniqua: honesta & turpia: magna & parua. Etiã sine uarietate colorum licebat bene uiuere. Sine notione rerum non licebat.

De hac materia habes infra ubi Visus.



ORdo græce τάξις. εως. ἡ. & τάσσω ordino dr. Est autẽ ordo parium dispariumq; re℞ sua cuiq; loca tribuens dispositio. secundũ Aug. de Ci. dei. li. xix. Ordino ab ore dr: qđ idẽ est qđ dispono: quasi ore pronuncio: qui cuiq; loc⁹ esse debeat. A quo ordo dispositio: gradus. Itẽ ordinarium in quo ordo seruatur: Extraordinarium quod fit extra ordinem: ordinate aduerbium: hoc est seruato ordine.

Ordo sacer est signaculum quoddam in quo spiritualis potestas traditur ordiato ad officium. sc̃dm Magistrum sentẽtia℞: &. b. Bon. in. iiii. di. xxiiii.

Paulus ad Cor. primæ. c. xiiii. Paulus.

Omnia honeste: & secundum ordinẽ fiant in uobis.

Gregorius Columbo episcopo: & habetur. i. q. i. Pueri. Gregorius

Pueri ad sacros ordines nullatenus admittãtur: ne tanto periculosius cadant: q̃to citius conscendere ad altiora festinant. Gregor. in Registro.

Ne hii qui ordinati sunt pereant: prouideri debet quales ordinentur: ut aspiciatur: Si uita eorum cõtinens in annis plurimis fuit: si studium lectiõis: si eleemosynæ amorẽ habuerũt. Greg. i Registro.

Nullus debet ad altare accedere: nisi cuius castitas ante susceptum mysterium fuerit approbata.

Gregorius in Registro.

Ordinate ad ordines accedendum est. Nam casum appetit: qui ad summa loci fastigia: postpositis gradibus: per abrupta ascensum quærit.

Greg. Anastasio p̃sbytero: & habetur di. xl. c. Non loca.

Nõ loca uel ordines creatori nõo nos proximos faciunt: sed nos aut merita bona coniungunt: aut mala disiungunt. Origenes super Leuiticum. Origenes.

Agnoscat unusq̃sq; ordinẽ suum: & qđ dignum sit eo ordine: quẽ suscipit: intelligat: & ita libret act⁹ suos: Ita ẽt sermonẽ: incessum quoq; & habitum moderet̃: ut quum ordinis sui professiõe cõueniat: Ne audiat dici ad se a deo: qa pp uos blasphemat̃ nomen meum inter gentes. Idẽ sup Leuitico.

Requiritur in ordinando sacerdote p̃ñtia populi: ut sciãt oẽs & certi sint: qa qui ex omni populo ẽ præstantior: q doctior: q in omni uirtute eminẽtior: ille eligit̃ ad sacerdotium: & hoc astãte populo: ne aliqua postmodum retractio cuiq̃: ne qs scrupulus resideret. Boetius metro. vi. Boetius

Sic quod præcipiti uia
Certum deserit ordinem
Lætos nõ hẽt exitus. Sen. ad Lucil. epist. xxxix. Seneca

Nihil autẽ ordinatum: qđ præcipitat̃ & properat.

ORnatus: siue ornamentum g̃ κόσμος. ου. ὁ. & κοσμέω orno dr. Ornatus autem: & deliciæ sunt necessarii tripliciter: scilicet propter infirmitatem: cõsuetudinẽ: & dignitatẽ. ex. b. Tho. iiii. sen. di. xv. q. ii. ar. iii.

Ornatus uirorum: & mulierum mensurandus ē ad modum & mēsuram personæ: & ad intentionem. Si enim mulieres portant ornamenta decentia se/cundum statum: & dignitatem suam: ut mode/rate se habeant in factis suis: secundum consuetu dinē patriæ: erit actus uirtutis modestiæ: quæ po/nit modum in incessu: statu: habitu: & in oīb⁹ mo/tibus exterioribus: & poterit esse meritorius: si fit cum grā. Similiter si fit: ut placeat uiro suo: uel ut ab aliis mulieribus retrahatur. ex. be. Tho. super Isaiam. c. iii. fi.

Mulier & uir ornans se: ut prouocet alios ad concu piscentiā peccat mor. Nō autē semp si ex leuitate: uel uanitate pp iactantiam ex. b. Tho. scda scdæ q. clxviii. ar. ii. Ecclesiastici. c. ix.

Ecclāstici. · Auerte faciem tuam a muliere compta: & ne circū/spicias speciem alienam. Ecclesiastici. c. xix.

· Amictus corporis: risus dētiū: & incessus hois enun ciant de hoie. Paulus priæ ad Chorin. c. vi.

Paulus · Vir si comā nutriat: ignominia est illi.

Petrus Petrus primæ. c. iii.

· Mulierum non sit extrinsecus capillatura: aut cir/cundatio auri.

Augustin⁹ Aug. ad Possidonium: & hēē de Con. di. v.

· Fucare figmentis: quo uel rubicundior: uel candidi or: uel uerecundior appareat: adulterina fallacia est: qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle de cipi: quibus solis permittendæ sunt fœminæ orna ri: secundum ueniam: non secundum imperium:

· Nā uerus ornatus maxime Christianorū: & Chri stianarū: non tantum est nullus fucus mendax: uerū nec auri quidem uestisq; pompa: Sed mores boni sunt. Augustinus de Sermone domini.

Quanta amentia est effigiem mutare naturæ: pi/ctura quærere: tolerabiliora propemodum i adul/terio crimina sunt: Ibi enim pudicicia: hic natu/

Hierony⁹. ra adulteratur. Hieronymus ad Eustachium.

Quid dicam de his: qui ambiunt ad sacerdotium: quibus cura est: ut uestes bene oleant: ut pes laxa pelle non foleat: quibus ut crines calamistro rotē/tur: quibus ut digiti anulis radient: & si uia hu/midior fiat: uix in eam pedes uestigia cōprimant. Hieronymus epistola. lxxxiiii.

Vestis nec satis munda: nec sordida: & nulla diuer/sitate notabilis: ne ad te obuians turba consistat: nec digito demonstreris. Ibidem.

· Nec affectatæ sordes: nec exquisitæ deliciæ Chri/stiano conueniunt. Hieronimus epist. lxxii.

· Vestium sordes candidæ mentis indicia sunt.

Ambrosi⁹. Ambrosius in Examerōn.

Delles picturam dei mulier: Si uultum tuum mate/riali candore obliniasti. Ambr. de uirginitate. li. i.

Collum cathena constringit: pedes cōpedes inclu/dunt: Nil refert an corpus auro ligetur: an ferro. Si ceruix premitur: Si grauatur incessus: nil preci um iuuat: nisi q; uos mulieres estis miserabiliores: q̄ qui publico iure dānantur. Illi optant uinos liga ri. Mulier sic ornata: omnium domus est dæmo/num infernalium.

Bernardus super Missus est. Bernardus

Quid de habitu dicam: in quo non iam calor sed co lor requritur: magisq; cultui uestium: q̄ uirtutum in sistitur. Pudet dicere. Vincuntur in suo studio mu lierculæ: qn a monachis precium affectatur in ue/stibus: non necessitas. Bernardus in Apolog⁹.

Vanum cor uanitatis noticiā ingerit corpori. Exte/· rior. n. superfluitas: interioris uanitatis indicium est. Mollia indumenta animi molliciem indicant.

Non tantum curaretur corporis cultus: nisi prius neglecta fuisset mens inculta uirtutibus.

Io. Chrys. super Matthæum Omel. xxiii. i fin. Io. Chrys.

· Quid a pueris distamus ludentibus & domos fabri/cantibus: nos qui domos præclaras fabricamus: nisi q; nos cum pœna hoc agimus: illi cū gaudio. Ibidem.

Nundum uiri facti sumus. Sed quum effecti uiri eri mus. Sciemus q; hæc sunt ludibria: & ea deridebi mus. Simus ergo uiri usq; quo a terra trahimur in lignis & lapidibus: magna sapientes. Vsq; quo lu/dimus: Cyprianus in li°. de hitu uirginum. Cyprianus

· Fœminæ manus deo inferunt: quando illud: quod ille formauit: reformare contendunt. Ibidem.

· Serico & purpura indutæ Christum sincere indue/re non possunt: Auro: margaritis: & monilibus adornatæ: ornamenta mentis & cordis pdiderunt.

Seneca ad Helbiam. Seneca

Nosti Romuli casam. Dic potius illud humile tu/gurium: Sed nempe uirtutes recipit: & omnibus templis formosius est: quum ibi iusticia fuerit: con tinētia quum prudentia: quum pietas omnium of ficiorum: quum recte dispensatorum ratio: quum diuinorum humanorumq; scientia: Nullus locus angustus: qui hanc magnam uirtutum turbam capit: Nullum exilium graue: Ire cum hoc cōmi/tatu libet. Idem ad Lucil. epistola. xl.

· Non faciunt equum meliorem aurea frena.

Ouidius epistola Phedræ ad Hyppolitum. Ouidius

Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti.
Fine coli modico forma uirilis amat.

Idem libro primo Artis.

Forma uiros neglecta decet. Ibidem.
Mundiciæ placeant: fuscentur corpora campo:
Sit bene conueniens: & sine labe toga.
Linguaq; nec rigeat: careant rubigine dentes.
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet: rigidos tonsura capillos:

Sit coma: Sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant: & sint sine sordibus ungues.
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.
Cætera lasciuæ faciant concede puellæ:
Et si quis male uir quærit habere uirum.
Ouidius li.i. Artis.
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos.
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Ouidius li.iii. Artis.
Mundiciis capimur: non sint sine lege capilli:
Admotæ formam dantq; negātq; man⁹.

Ostentatio græce ἐπίδειξις.εως.ἡ. & ἐπιδεικτικός.οῦ.ὁ. ostentator: & ἐπιδείκνυμι ostento dr̄. Sumitur autē ostētatio pro iactantia: & inanigloria. Venit autem ab ostento: quod significat sæpe: & cum iactātia quādam ostendo: a quo descendit. Ostendo uero componi uidetur ab ore: & tendo: qn̄ os in id solemus extendere quod uolumus demonstrare. Ab ostento pariter fit ostentum de quo supra in Mōstrum. De hac materia habes supra ubi Iactantia.

Pactum græce συνθήκη.ης.ἡ. & συντίθημι paciscor dr̄. Dicitur autem pactum a pactione: inde est pacis nomē appellatum. Pactio enim est duorum plurium ue in idem placitum: seu cōsensus in.l.i.ff.de pac. Vel sic Pactum est quod inter aliquos conuenit.

Pagus græce πάγος.ου.ὁ. dr̄. Est autem pagus prima societas quæ constituitur ex pluribus domibus utilitatis gratia: nō quotidianæ. scd̄m Arist. li.i. Polyticorum.
Pagus dicitur a πηγή.ῆς.ἡ. quod apud græcos fons dicitur. Et enim plures simul domus rusticæ: hoc est plures uillæ pagus uocantur: quoniam circa fontes condi huiusmodi uillæ consueuerunt. Hinc pagani dicti quasi ex eodem fonte potantes: hoc est uillani. Hinc semipaganus quasi semiuillanus.

Palpatio græce ψηλάφησις.εως.ἡ. & ψηλαφητός.οῦ.ὁ. palpabilis: & ψηλαφάω palpo dr̄. Palpabile quodlibet est tangibile: & nō ecōtrario.ex.b. Tho.iiii.sen.di.xliiii. q.ii.ar.ii.
Palpatio non pertinet ad tactum: ut discretiuus est cōtrariorum. s. calidi & frigidi: & huiusmodi: Sed ut discretiuus corporum solidorum. scd̄m.b. Tho. iii.sen.di.xxi.q.ii.ar.iiii.
Palpare: siue palpari (utroq; n. modo dicitur) proprie est leuiter: & quasi tentando tangere: unde pro adulari frequenter accipitur: & palpatores ex eo dicunt̄ adulatores: A palpo fit frequentatiuum palpito: quod est leuiter: & frequenter moueor: & quasi palpando: unde palpitare cor dicitur ob frequentem motum. Plynius. Palpitat certe cor: & quasi alternatim mouetur.

Palpebra græce βλέφαρον.ου.τό. dicitur. Sunt autem palpebræ capilli quos in genis homines utroq; hēnt dictæ uel a palpitando: hoc est tremendo: ut Varroni placet: Vel a palpando hoc est ptentando obiecta. Ob hoc enim natura palbebras homini dedit: ut ceu uallū quoddam uisus essent: & prominens munimentum circa occursantia animalia: aut alia fortuito incidentia.

Panis græ ἄρτος.ου.ὁ. dicitur. Panis autem forma substātialis cōsequitur mixtionē farinæ & aquæ: & ipsam ustionē.ex.b. Tho. iiii.sen.di.xi.q.i.ar.i.
Panis furnaceus qui in furno coquitur: q a græcis κλίβανος.ου.ὁ. clibanus dicitur. & subcinericius qui sub cinere: & focacius qui in foco.
Panis azimus est panis sine fermento: a græcis.n. fermentum ζύμη.ης.ἡ. dr̄.
Panis dicitur a pascendo: ut Varroni placet: Vnde pappa deducitur: qui proprie ē cibus puerorum: Vnde fit pappo uerbum: hoc est edo: cibum sumo. Plautus. Nouo liberto opus est quod pappet. A panis fit Panifex: qui panem facit: & panifica mulier panem faciens: & panificium: ipsa panis factura.

Papa græce πάππας.ὁ. dici potest: & est summus pontifex: qui habet plenitudinem pontificalis potestatis: sicut rex in regno. Sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis: quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi. ex.b. Tho. scd̄a scdæ.q.lxxxxviii.ar.ix.& .iiii.sen. di.xx.ar.iiii. Dicitur autem a pape admirantis interiectione. Vel quod sit pappas: hoc est pater omnium Christianorum.

Par græce ἴσος.ου.ὁ. dicitur. Est autem par qd̄ in omnes æquabile est. Paris autem numeri species sunt tres. Est enim una quæ dicitur pariter par. Alia uero pariter impar: Tercia impariter par.
Pariter par numerus ē qui pōt in duo paria diuidi: eiusq; pars i alia duo paria: ut hoc totiēs fiat: usq; dum diuisio partiū ad idiuisibilē naturalr̄ perueniat unitatē: ut.lxiiii.in.xxxii.in.xvi.in.viii.i.iiii.in ii.
Pariter impar numerus ē q & ipse qdē paritatis naturam substantiamq; sortitus est: sed i contraria diuisione naturæ numeri pariter paris opponitur. Vt sunt.vi.x.xiiii.xviii.xxii.& his similes.
Impariter par numer⁹ est ex utrisq; cōfectus: & medietatis loco gemina extremitate concludit̄: ut q a ab utroq; discrepet: eadē ad alterutrū cognatione iungatur. Hic autem talis ē q diuidit̄ i æquas ptes.

cuiusq; pars in alias æquas diuidi potest: & etiam
aliquando partes partium diuiduntur: sed non ut
usq; ad unitatem progrediatur æquabilis ista di/
stinctio: Vt sunt. xxiiii. & xxviii. Ex Boe/
tio Arithmeticæ li. i.

Parcitas quid sit. Vide infra i Parsimonia.

Parabola siue Parabole dictio græca ē πα
ραβολή. ησ. ἡ. & a παραβάλλω quod ē
assimilo uenit. Est autem parabola senten
tia habens obscuram similitudinē. scdm. be. Tho.
prima parte. q. i. ar. x.

Parabola est sermo similitudinari⁹: qui aliud dicit:
& aliud significat. secundum. be. Tho. super Isa.
xiiii. col. prima.

Paradisus græca dictio est. Nam παρά/
δεισος. ου. ὁ. pomarium significat. Vnde
& poma illa paradisea uocantur: a situ: q;
fere in omnibus pomariis inserantur odore sapo/
req; insignia.

Paradisus triplex est scilicet terrestris: cælestis: & spi
ritualis idest uisio dei. ex. b. Tho. pria parte. q. cii.
ar. i. & scda scdæ. q. clxxv. ar. iii.

Paradisus terrestris est locus corporeus in oriente:
ut in nobilissimo loco: & interpretatur hortus. ex
b. Tho. scda scdæ. q. lxxxiii. ar. iii. Estq; locus con/
ueniens habitationi humanæ: quia habet aerem
temperatum: & tenuissimum: & plantas semp flo
ridas. scdm. b. Tho. prima pte. q. cii. ar. ii.

De paradiso cælesti: uide supra in Gloria æterna.


De paradiso spirituali: uide supra in Deus.

Paradoxos græca dictio est παράδοξος.
ου. ὁ. admirabilis: & præter opinionem.
est autem paradoxon: quod est admiratio/
ne dignum: & opinionem hominum superat. Nā
δόξα græce opinio est. Vnde extant paradoxa Ci
ceronis.

Parapherna græcum est παράφερνα un/
de Paraphernalia bona dicuntur a iurecō
sultis quæcunq; præter dotē fœminis spō/
sis dantur. a. παρά præter: & φερνή dos.

Parasitus græca dictio est παράσιτος.
ου. ὁ. Est is qui aliorum mensas: & ciba/
ria sequitur. Componitur q; ex παρά qd
significat iuxta: & σῖτος. ου. ὁ. quod esculētum
significat. Quare parasiti uocantur: qui ad uolu/
ptatem eius: in cuius cōtubernio sunt loquuntur:
& faciunt: nihil repugnantes cibi & uentris gra/
tia. Hinc diminutiuum parasitaster: quod non si/
gnificat paruum parasitum: sed parasitorum imi/
tatorem. In aster enim nomina desinentia: potius
imitationem: q̄ diminutionē significāt: eius a quo
descendunt.

De hac materia: uide supra in Gula.

Arens græce γονεύς.
έος. ὁ. ἡ. dr. Est autē pa/
rens: nō modo pater: &
mater: ut uulgus putat:
sed auus: pauus: et auia:
& proauia. Quin etiam
Caius iurisconsultus sen
tit omnes superiores pa/
rentis appellatione con/
tinen. Venit autem parens a pario ris. Est enim pa
rere fœtum emittere: quod proprium fœminaꝝ
est. Dicitur etiam de uiris. Cecilius. Hic uicinus
noster peperisse se filium memorat: hoc est genuis/
se. Metaphoricos etiam parere est acquirere: com/
parare. Virg. Ite ait egregias animas quæ sangui/
ne nobis: hanc patriam peperere suo: decorate su/
premis muneribus. A parens parentare deducit̄:
qd proprie est parentibus iusta celebrare: & Parē
talia conuiuia quæ in parentum: aut propinquo/
rum mortibus fieri cōsueuerunt: & paricida q pa/
rentem occidit: & crimen ipsum paricidium. Is au
tem q pr̄em occidit dr̄ patricida: q et græce πατρο
φόνος. dr̄ & q mr̄em: matricida: q et μητροκτό/
νος. dr̄ scelusq; ipsum pr̄icidium & matricidium
appellatur. Exodi. c. xx. Exodi

· Honora pr̄em tuum & mr̄em tuā: ut sis lōgeuus sup
terrā: quā dn̄s deus tuus dabit tibi. Idē. c. xxi.

· Qui percusserit patrem suum: aut matrem: morte
moriatur. Leuitici. c. xix. Leuitici

· Vnusqsq; pr̄em suū: & mr̄em suā timeat. Leui. c. xx.

· Qui maledixerit patri suo: uel matri: morte moria/
tur. Ibidem.

Qui maledixerit patri suo: aut matri: morte moria
tur: patri matriq;: qui maledixerit: sanguis ei⁹ sit
super eum. Deuteronomii. c. iiii. Deuterōii.

· Honora pr̄em tuū: & mr̄em: sicut pcepit tibi dn̄s de
us tuus: ut lōgo uiuas tpe: & bene sit tibi in terra:
quā dn̄s deus tuus daturus ē tibi. Idem. c. xxi.

· Si genuerit hō filium cōtumacē & pteruum: q nō
audierit pr̄is ac mr̄is imperium: & coercitus obedire
cōtēpserit: apphendent eum: & ducēt ad seniores
ciuitatis illius: & ad portam iudicii: dicētq; ad eos:
Filius noster pteruus & contumax est: monita u̅ra
audire contēnit: comesationib⁹ uacat: et luxuriæ
atq; cōuiuiis: lapidib⁹ eū obruet populus ciuitatis
& morietur: ut auferatis malū de medio u̅ri: & uni/
uersus Israel audiens ptimescat. Idem. c. xxvii.

· Maledict⁹ q nō honorat pr̄em suum: & mr̄em suā:
Et dicet oīs populus: Amē. Tobias. c. iiii. Tobias.

· Igitur quum Tobias putaret orōnem suam exaudi
ri: ut mori potuisset: uocauit ad se Tobiam fili/
um suum: dixitq; ei: Audi fili mi uerba oris mei:
& ea in corde tuo quasi fundamentum construe:

Quum accepit deus animam meã: corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ: omnib⁹ die bus uitæ eius: Memor. n. esse debes: quæ & quãta pericula passa sit propter te in utero suo: Quum autem & ipsa compleuerit tempus uitæ suæ: sepe/lies eam circa me. Prouerbiorum. c. xix.

Prouerbio.

· Qui affligit patrem: & fugit matrem: ignominio/sus erit: & infœlix. Prouer. c. xx.

· Qui maledicit patri suo: & matri: extinguet ut lu/men eius in mediis tenebris.

Prouerbiorum. c. xxiii.

· Audi patrem tuum: qui genuit te: & ne contempse ris: quum senuerit mater tua. Prouer. c. xxviii.

· Qui subtrahit a patre suo: uel a matre: & dicit: hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est.

Idem. c. xxx.

· Oculum qui subsanat patrem: & qui despicit par/tum matris suæ: suffodiant eum corui de torrenti/bus: & comedant eum filii aquilæ.

Ecclesiastici. c. iii.

Ecclisiaci.

· Sicut qui thesaurizat: ita & qui honorificat matrẽ suam. Ecclesiastici Ibidem.

· Qui honorat patrem suum: iucundabitur in filiis: & in die orationis suæ exaudietur. Ibidem.

Qui honorat patrem suum: uita uiuet longiore: & qui obedit patri: refrigerabit matrem.

Ecclesiastici Ibidem.

Qui timet dñm: honorat parẽtes: & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt in opere: & sermone: & omni patientia. Ecclesiastici Ibidem.

Honora patrem tuum: ut superueniat tibi benedi/ctio a deo: & bñdictio illius i nouissimo maẽt. Ibi.

Benedictio patris: firmat domos filiorum: maledi/ctio autem matris eradicat fundamenta.

Ecclesiastici Ibidem.

Ne glorieris in contumelia patris tui. Non enim est tibi gloria: sed cõfusio. Ecclesiastici ca. iii.

Gloria enim hõis ex honore patris sui: & dedecus fi lii pater sine honore. Ecclesiastici Ibidem.

Filii suscipe senectam patris tui: & non contristes eũ in uita illius: & si defecerit sensu: ueniam da: & ne spernas eum in tua uirtute. Ecclesiastici c. iii.

Eleemosyna enim patris non erit in obliuiõe: Nam pro peccato matris: restituetur tibi bonum: & in iu stitia ædificabitur tibi: & in die tribulatiõis cõme morabitur tui: & sicut in sereno glacies: soluentur peccata tua. Ecclesiastici Ibidem.

Quã malæ famæ est: qui derelinquit patrẽ? & est ma ledictus a deo: qui exasperat matrẽ.

Ecclesiastici. c. iii.

Honora patrẽ tuum: & gemitus matris tuæ: ne obli uiscaris: Memento quoniã: nisi per illos natus nõ fuisses: & retribue illis: quõ & illi tibi. Eccle. c. vii.

In omni uirtute dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas.

Paulus ad Ephesios cap. vi. Paulus.

· Fili obedite parẽtibus uestris in domino: hoc enim est: honora patrẽ tuum & matrem tuam: q est mã datum primũ in promissione: ut bene sit tibi: & sis longæuus super terrã: Et uos patres nolite prouo/care ad iracundiã filios uestros: sed educate illos in disciplina: & correptione domini.

Paulus ad Collocenses.

· Fili obedite parentibus per omnia: hoc enim placi/tum est in domino. Patres nolite ad indignationẽ prouocare filios uestros: ut non pusillo aĩo fiant.

Augu. de uerbis domini: sermone. vi. Augustin⁹

Pater & mater si ratiõe sunt educãtes te: si in Chri sto nutrientes te: audiendi sunt: & in omnibus ob/temperandum est eis: in omni iussione.

Augu. & habetur di. lv. ca. Sponsus.

Spõsus ille qui uocaturus erat ad nuptias bonos & malos congruens inuitatis: nasci etiam uoluit de bonis & malis. Quo exẽplo discant parentũ suor filii iniquitates sibi non obesse posse. Hiero. tra ctans illud: Honora patrẽ & matrem. Hierony⁹.

· Meretur cæcitatis subire supplicium: qui parẽtum uultus toruo uisu despexerit: & elatis oculis læse/rit pietatem.

Hieronymus super illud Matthæi. x.

Qui amat patrem.

· Si necessitas uenerit: ut amor parentum siue filio/rum amori dei comparetur: & non possit utrunq seruari: odium in suos: pietas i deum seruanda est.

Hieronymus in epistola ad Heliodorum.

· Gladium tenet hostis: ut me perimat: & ego de ma/tris lachrymis cogitabo.

Idem in epistola ad Ruffinum.

Sicut boni filii adulterorum nulla est defensio: Sic mali filii coniugatorum nullum crimen est matri/monii: quia non in seminibus: sed in uoluntate na scentis: causa uitiorum est: atq uirtutum.

Ambrosius super illud Matthæi. xviiii. Ambros⁹.

Honora patrem.

· Primus gradus pietatis est ille: ut quos authores ti/bi uoluit esse deus: honores obsequiis: abstineas cõ/tumeliis. Nec uultu lædenda est pietas parẽtum.

Ioannes Chryso. super illud. Mulier ecce filius tuus. &c.

· Docet nos Christus usq ad ultimam respiratiõem parentum diligentiam habere: qui enim aliis mu/lieribus astantibus nihil dixit: docet nos plus ali/quid impendere parentibus: Sicut enim aduersan tes genitores ad spiritualia nosse non debent: ita quando nihil impediunt: omnia debet eis prebere ante alios: quia genuerunt: quia aluerunt.

Cassiodor. Cassiodorus sup illud ps. Iniquos odio habui.
Filios & parentes: si aduersi sunt: alienata debemus uoluntate contemnere. Saepe tamē quos flamma non terruit: quos ferrum non subdidit: necessitudinum blandimenta flexerunt.

Aristoteles Aristoteles li.viii. Ethicoꝝ.
Pater: tria beneficia dat filio: est sibi causa essendi: generando: est sibi causa nutriendi: educando: & est sibi causa disciplinae: informando.
Arist. li.viii. Ethicorum.
Parentes amant suos filios: Sicut sui aliqd existentes: filii autē parentes: ut ab his aliquid existens.
Aristoteles Ibidem.
Parentes plus amant filios: q̄ e conuerso: quia magis sciunt parētes: φ filii sunt eis nati: q̄ filii. Ibidē.
Matres plus diligunt filios: q̄ patres: quia certiores sunt de eis. Arist. Ibidem.
Mater potest abnegare filio: & non econuerso.
Arist. li.ix. Ethicorum.
Omnis artifex diligit opus suum: & etiā ipsum magis diligit: q̄ diligatur ab opere: ut patet de parentibus respectu filioꝝ. Aristot. Ibidem.
Matres plus amant filios: q̄ econuerso.
Arist. ix. Ethicorum in principio.
Diis: parentibus & magistris: nō pōt reddi aequiualens. Arist. li.viii. Topicoꝝ.
Qui dubitat utrum oporteat deos uenerari: aut parentes honorare: non indiget ratione: sed poena.

Val. Max. Val. Maxi. li.i.
Iustissime quadam pari uindicta parentum: ac deorum uiolatio expianda est.

Isocrates Isocrates i sermōe admonitorio ad Demonicū.
τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονέας, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας .i. Tales sis circa parentes: quales utiq3 precatus fueris circa te ipsum tuos filios. Idem Ibidem.
τοὺς δὲ γονεῖς τίμα .i. Parētes autē honora.

Homerus. Homerus in ζ Iliados. Verba sunt Hectoris de Astyanacte filio.
ζεῦ ἄλλοι τε θεοί, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
παῖδ' ἐμόν, ὡς καὶ ἐγώ περ ἀριπρεπέα Τρώεσσιν
ὧδε βίην τ' ἀγαθόν, καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν
καί ποτέ τις εἴπῃσι πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων. idest.
O Iuppiter aliiq dei concedite & hunc fieri
Filium meum: sicuti me: excellentem inter troianos
Et sic uiribus praestantem: & ilio egregie imperare:
Vt aliquādo aliquis dicat. Patre hic multo psstatior.

Menander. Menander.
ἡδὺ γε πατὴρ φρόνιμον ἀντ' ὀργῆς ἔχων. idest.
Suaue quid est pater prudentiā loco irae hñs. Idē.
βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
Velis parentes ante omne i honoribus hre. Idem.
γονεῖς δὲ τίμα καὶ φίλους εὐεργέτει .i.
Parentes honora: & amicos beneficio affice. Idē.
ἔλπιζε τιμῶν τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς. idest.
Spera honorans parentes te facturꝫ bene. Idem.
θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς .i.
Dei maximi sapientibus parētes. Idem.
ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς .i.
Sufficienter uiues in senectute pascēs parētes. Idē.
νόμιζε σαυτοῦ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς .i.
Persuade tibi ipsi parentes esse deos. Idem.
πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ. idest.
Aduersus filium iram non habet bonus pater.

Phocylid. Phocylides.
παισὶ μὴ χαλέπταινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι
ἢν δέ τι παῖς ἀλιτῇ κολαζέτω υἱέα μήτηρ
ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς ἢ δημογέροντες .i.
Filiis ne irascere tuis. Sed indulgens sis.
Si uero quid filius errauerit: castiget filium mater:
Vel maiores natu familiae: uel populi seniores.

Pittacus. Pittacus.
μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς .i.
Noli contēdere cum parētibus: ēt si iusta dicas. Idē.
γονέας αἰδοῦ .i. Parentes uenerare.

Cleobulus Cleobulus.
τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα .i.
Parentes patientia uince.

Plautus. Plautus in duobus captiuis.
Qnā tu filium tuum: tam me pater meꝰ desyderat.
Plautus in Stycho.
Si offirmabit pater aduersum nos: pati nos oportet quod ille faciat: cuius potestas plus potest.

Terentius, Terentius comoedia.ii.
Decet filium ex more patris: non patrem ex more sibi uiuere. Idem comoedia.iii.
Matres omnes filiis in peccato adiutrices: & auxilio in paterna iniuria solent esse.
Terentius comoedia.iii.
Nam qui mentiri: aut fallere insueuerit patrē: tanto magis audebit caeteros. Ibidem.
Pudore & li-eralitate liberos retinere satius ē (credo): q̄ metu. Ibidem.
Hoc patrium est potius cōsuefacere filium sua sponte recte facere: q̄ alieno metu.
Terentius comoedia.v.

Nam matris ferre iniurias pietas iubet. Ibidē.
Nam me parenti potius q̄ amori obsequi oportet.
Virgilius Virgil. Aeneidos li.ii. de Aenea.
Ergo age chare pater ceruici imponere nostrae:
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit:
Quo res cunq; cadent: unum & cōmune piclum:
Vna salus ambobus erit. Idem li.vi.
Vicit inter durum pietas.
Propertius Propertius li.iiii. elegia.xxi.
Nam quantum ferro tantum pietate potentes
Stamus.
De hac materia habes supra ubi filius.



Arsimōia graece φειδω σύνη. & φειδωλός. parcus: & φείδομαι parco dr̄. Est autem parsimonia: quae animi: honesti & utilis causa: ne dispendium faciant: & bona sua opum nomine: uel facultatum appellata inutiliter inhonesteq; consumat: sed tueantur atq; custodiant: prudenter consyderant. Cuius contrarium est Luxuria seu luxus: & bonorum suorum dilapidatio. Videturq; parsimōia differre a Frugalitate: q; Parsimonia est qd̄ generalius. Frugalitas uero: est proprie cibi potus q; mētis frugi ac bene compositae moderatio: cuius contrarium uoracitas. Cicero tamen frugalitatem dicit plura complecti. s. Fortitudinem: Iusticiam: Prudentiam.

Parsimonia a parsi praeterito huius uerbi parco uenit. Est enim parcere inter alia quae habet significata idem quod abstinere. Virg. Parce pias scelerare man⁹. Vnde parcere pecuniae abstinere ab expendenda pecunia: siue parum expendere pecuniam: & parcere labori. i. nihil uel parum laborare. Hinc: ut diximus: fit Parsimonia: quae pro moderatione sumptuum: & parcitate hoc est conseruatione rerum accipitur. Ab eodem uerbo uenit Parcus: qui frugi est: & sumptibus parcit: & parcitas: quae idem est quod parsimonia. Phocylides.

Phocylid. ἀρχόμενος πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι.
Quum incipis parsimonia utere in oibus: ne finem uideas. Idem.
ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ᾽ ἐνὶ πυθμένι φειδώ.
Incipiente autē dolio: & finiente satiare. (idest.
Sed in medio parsimonia utere: grauis. i. fundo parsimonia.

Lucianus. Lucianus.
ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε
ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο τῶν κτεάνων.
ἔστι δ᾽ ἀνὴρ σοφὸς οὗτος ὃς ἄμφω
ταῦτα νοήσας
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.
Tanq̄ moriturus tuis bonis fruere:
Tanq̄ autem uicturus parce tuis possessionibus.
Est autem uir sapiens hic: q ambo haec cognoscens
Parsimoniae & sumptui mensuram aptauit.

P Ars g̃ μέρος. εος. τό. & μερίζω. ου. ο. particularis. & μερίζω diuido dr̄. Partes autē sunt in quas materialiter diuiditur totum secundum. b. Tho. tertia parte. q. lxxxx. ar. i. Partis diminutiuū ē particula. g̃. μόριον. ου. Pars ē triplex. s. integralis: subiectiua: & potētialis. Et similiter totum triplex. s. Integrale: uniuersale: & ptestatiuum scdm. b. Tho. pria parte. q. lxxvi. ar. viii. & scda scdae. q. xlviii. Hinc uenit Participare: qd nihil aliud ē q̄ aliqd ab alio ptialiter accipe. scdm. b. Tho. sup Metaphisicae. libr. lec. x. co. i. fi. Particulare dicitur qa in eo particulatur natura cōmunis: scdm uirtutem essendi in pluribus: nō autē scdm rōnem eius. ex. b. Tho. i. sen. di. xxiii. ar. ii. Pars scdm aliquos dr̄ a parit qa partes simul iunctae pares hoc ē aequales sint toti: uel a partu: q; pars a toto deducta: & q̄si parta sit. Hic fiunt Particeps: participium: & participiale nomen. & plura alia.

P Aruificētia g̃ μικροπρέπεια. ας. dr̄. Est autē paruificētia uitium oppositū magnificētiae: & ē circa magnos sumpt⁹. Ideo ē minus uitium: q̄ illiberalitas. scdm. b. Tho. scda scdae. q. cxxxv. ar. i.

P Assio g̃ πάθος. εος. τό. uel πάθημα. ατος. τό. & παθητικός. οῦ. ὁ. passiu⁹ dr̄. Est aūt passio effectus illatio q; actiōis. scdm Gilbertum porrectanum: li⁹ sex pricipiorum. Venit autem a patior unde Passibilis: patibulum: & Patientia de qua Infra.



Atientia graece ὑπομονή. ῆς. ἡ. & ὑπομονός. οῦ. ὁ. patiēs: & ὑπομένω sustineo dr̄. Est aūt Patiētia: uirtus contumeliag; et ois aduersitatis impetus aequanimiter portās: scdm Cice. i Rhetor. Patiētia ē honestatis & utilitatis cāregr arduaq; & difficiliū uolūtaria: ac diuturna ppessio. Vt Ibidē. Patientia est suas: & suorum iniurias: ac caetera mala aequanimiter ferre. ut hr̄tur. xxiii. q. i. §. i.

Esdra Esdre. iii. c. x.
Nunc ergo retine apud te met ipsum dolorē tuum: & fortiter fer: qui tibi contigerunt casus.
puerbiorum. Prouerbiorum. c. xvi.
Melior est patiēs: uiro forti: & q dñatur alo suo expugnatore urbium. Idem. c. xviii.

Doctrina uiri per patientiam noscitur: & gloria eius est iniqua prætergredi.
Prouerbiorum.c.xxv.
Ecclsiastes Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duriciam. Ecclesiastes.c.vii.
Melior est patiens arrogante.
Ecclsiastici. Ecclesiastici.c.xxvii.
Vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio tribulationis.
Matthæus. Matthæus.c.v.
Audistis quia dictum est: oculum pro oculo: dentem pro dente: Ego autem dico uobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam: prebe illi & alteram: & ei qui uult tecum in iudicio contendere: & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium: & quicunque te angariauerit mille passus: uade cum illo & alia duo.
Paulus Paulus ad Romanos.c.v.
Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio uero spem.
Paulus.ii.ad Thimoteum.c.iii.
Et omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu: persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores: perficient in peius errantes: & in errorem mittentes. Paulus Ibidem.
Patientia.n.uobis necessaria est: ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem.
Iacobus. Iacobus in epistola.c.i.
Omne gaudium existimate fratres mei: quum in tentationes uarias incideritis: Scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: ut sitis perfecti & integri: in nullo deficientes. Iacobus Ibidem.
Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam quum probatus fuerit accipiet coronam uitæ: quam repromisit deus diligentibus se.
Iacobus in Epistola.c.v.
Patientes igitur estote: & uos: & confirmate corda uestra: quoniam aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: ut non iudicemini: Ecce iudex ante ianuam assistit: Exemplum accipite fratres exitus mali: & longanimitatis: & laboris: & patientiæ per prophetas: qui locuti sunt in nomine domini: Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis. Et finem domini uidistis: quoniam misericors est dominus & miserator.
Petr. apo. Petrus apostolus primæ cat.c.ii.
Hæc est gratia: si propter dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim est gratia: si peccantes & collaphizati suffertis: Sed si bene facientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud deum. In hoc enim uocati estis: quia & Christus passus est pro nobis: uobis relinquens exemplum: ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: Qui quum malediceretur non maledicebat: quum pateretur non comminabatur: Tradebat autem iudicanti se iniuste: Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iusticiæ uiuamus: cuius liuore sanati sumus.
Augustin. Augustinus de puero Centurionis: & habetur.xxiii.q.iiii.c. Paratus.
Paratus debet esse homo iustus: & pius: patienter eorum maliciam sustinere: quos fieri bonos quærit: ut potius numerus crescat bonorum: ut non pari malicia se quis numero addat malorum.
Aug.in epistola ad Probam.
Per facile est uestem contemptam habere: inclinato capite incedere: uelum super capillos dimittere: Sed uerum humilem patientia ostendit iniuriæ.
Idem in sermone de Patientia.
Ne indignemini fratres: Si mundo mali florent: & uos aduersa patimini: Quia non est Christianæ religionis in temporalibus exaltari: Sed potius deprimi: Mali enim nihil habent in cælo: & uos nihil habere debetis in terra: Sed spe illius boni ad quod tenditis: quicquid in uia contingit gaudere debetis. Aug.in Sermone ad lippium.
Noli admirari frater: si postquam Christianus effectus es: mille te undique tribulationes uexant: Quoniam Christus nostræ relligionis caput est: nosque eius membra sumus. Debemus ergo non solum eum: sed & uitam eius cumulatissime sequi. Vita enim Christi respersa fuit angustiis plurimis: summa paupertate circundata: a scribis & phariseis derisus. Tandem propter nos peccatores: morti turpissimæ traditus est: unde coniectura est: quum te deus immensis persecutionibus corripit: te in electorum suorum numero despiraste. Nam sine huiusmodi tribulationibus nequaquam ad eum peruenire possumus. Omnes enim qui ad paradisum redire desyderant: oportet transire per ignem & aquam. Siue fuerit Petrus apostolus: cui datæ sunt claues regni cælorum: Siue Paulus: uas electionis: Siue Ioannes cui reuellata sunt secreta cælestia: Necesse est ut omnes dicant: per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.
Augustinus in sermone Innocentium.
Fratres charissimi: bonos & iustos uiros semper persecutionem malorum sustinuisse cognoscimus. Si diligenter considera nus: inueniemus illos maiora supplicia sustinuisse qui faciunt: quam qui sustinere uidentur. Omnis enim homo qui alium in corpore persequitur: prius ipsum in corde persecutionem sustinere cognoscitur: Nam si etiam ille quem persequitur aliquid de substãtia eius tulerit: maius ipse

dispendium sibi facit. Quia nemo habet iniustum lucrum: sine iusto dãno: Vbi ẽ lucrum: Ibi & dãnũ. Lucrum in arca: damnum in conscientia. Tulit uestem: & perdidit fidem: Acquirit pecuniam: & perdit iusticiam. Aug. de doctria Christiana li. i. (Augustin⁹)

Quãto in hac uita fruimur deo: uel per speculum: uel in aenigmate: tanto peraegrinatiõem nostram: & tolerabilius sustinemus: & ardentius sufferre cupimus. Aug. super Ioannem Homel. lviii.

Deus in passione sua percussus ad maxillã non praebuit aliam: Demonstrans illa magna praecepta patientiae: non in ostentatione corporis: sed in cordis ꝑparatione facienda. Augu. li. de uerbis domini: & habetur. xxiii. q. iiii. ca. Tolerandi.

Tolerandi sunt quidem mali pro pace: nec corporaliter ab eis recedatur: sed spiritualiter exire est facere quod pertinet ad correctionem malorum: q̃tum licet pro gradu cuiusq̃ salua pace: displicere est nõ tangere: Non enim prophetae: qui hoc dicebant: populum suum dimiserunt: sed iter eos habitabãt: quos increpabant: Vnum templum: cum eis intrabant. Eadem sacra celebrabãt: Hoc ergo exire est ore non parcere: hoc est immundum non tangere: uoluntati malae non consentire. Idem sup Ioannem: & habetur Ibidẽ ca. Quid ergo.

Quid ergo uoluit domin⁹ noster Iesus Christus: fratres charissimi admonere ecclesiã uestram: quãdo unum proditorem in xii habere uoluit: nisi ut malos toleremus: nec corpus Christi diuidamus. Ecce inter sanctos est Iudas: ecce fur est Iudas: & ne contendas fur et sacrilegus: & non q̃liscunq; fur: sed locorum dominicoꝝ: sed sacroꝝ.

Ibidem capi. Tu bonus.

Tu bonus tolera malũ. Nam & Christus Iudã: quũ sciret furem esse: tolerauit: & ad praedicandum misit: eiq; cum aliis eucharistiã dedit.

Augustinus de uerbis apostoli.

Iram fratris tunc portabis: quum tu aduersus eum non irasceris: ut rursum eo tempore quo te ita praeoccupauerit: ille te lenitate & tranquillitate supportet. Augustinus super Psalmo. xxi.

Intelligat homo medicum esse deum: & tribulationem medicamentum esse ad salutem: nõ poenam ad dãnationẽ sub medicamento positus ureris: secaris: clamas: non audit medicus ad uoluntatem: sed audit ad sanitatem. Hiero. epi. lxxxviii. (Hierony⁹.)

Affectus & perturbatiões: q̃ diu in tabernaculo corporis huius habitamus: & fragili carne circundamur moderate regere possumus: amputare nõ possumus. Idẽ epistola ad Nepotianũ.

Miles Christi nec laude extollitur: nec uituperatione frangitur: non diuitiis tumet: nec contrahitur paupertate: & laeta contẽnit & tristia: per diem sol non uret: & luna per noctem.

Ambrosius super beati imaculati. (Ambrosi⁹.)

Illud est magnificum si subiectus contumeliis: iudicium dei laudes: si uexatus aegritudine: iudicio dei deputes: si inopia non reuocet quominus laudes iusticiã dei. Ambrosius super Lucã li. v.

Voluit Christus deseri: uoluit ꝑdi: uoluit ab apostolo suo tradi: ut quum sis desertus a socio: proditus ab ipso: moderate feras tuum errasse iudiciũ: ꝑisse beneficiũ. Ambrosius officioꝝ li. i.

Non mediocre est mitigare iracundiã: non inferius: q̃ aio non cõmoueri: hoc nostrũ est: naturae illud.

Gregorius li. ii. moralium. (Gregorius)

Magna est consolatio in eo quod displicet: q ordinante illo erga nos agitur: cui nõ nisi iustũ placet.

Gregorius li. xxi. moralium.

Festiua consolatio bonorum: consyderatus finis malorum. Dum enim ex eoꝝ interitu malum conspiciunt quod euadunt: leue aestimãt quicquid aduersum in hac uita patiuntur.

Gregorius in Registro.

Facilis erit cõsolatio: si inter flagella: quae patimur: quae fecimus ad memoriã delicta reuocamus: atq; haec iam non flagella: sed dona esse conspicimus: si quae carnis delectatione peccamus: carnis dolore purgamus. Greg. super illud prouerbioꝝ. xxv. Doctrina uiri per patientiam noscitur.

Tanto quisq; minus ostenditur doctus: q̃to minus patiens. Neq; enim potest ueraciter bona docẽdo impendere: si uiuendo nescit aduersa aequanimiter tolerare. Perfecti enim doctoris est: aliorũ improbitatem patienter sufferre: ut se nouerit ab iniquis patienter obseruari. Neq; enim propria munditia sine tolerantia sufficit: neq; tolerantia sine mundicia ualet. Gregorius li. ii. moralium.

Saepe hostis callidus quum imparatã mentẽ ad tolerantiã uidet: quid ab ea maxime diligatur exquit: & ibi scãdali laqueos inserit: ut quo magis res q̃q; diligitur: eo per eam facilius patiẽtia turbet.

Idẽ. ii. moral. super illd frater fui draconũ.

Nullus perfectus est qui inter mala proximoꝝ patiens non est. Qui enim aequanimiter aliena mala non tolerat: Ipse sibi per impatientiã testis est: quia ab omni plenitudine longe distat. Habel quippe renuit esse: quem Cain malicia non exercet. Sicut in tritura paleae grana ꝑmuntur: sic flores iter spinas prodeunt: & rosa quae redolet crescit cum spina quae pungit. Greg. li. v. Moralium.

Patienter quippe illatam iniuriam tolerat: qui pie meminit: quod fortasse adhuc ex se habeat: i quo ipse debeat tolerari: Et quasi aqua ignis extinguitur: quum surgẽte furore animi: sua cuiq; ad mẽtem culpa reuocatur: quia erubescit peccatis non

parcere: qui deo uel proximo saepe se recolit par/cendo peccasse. Gregorius.v.moralium.

Gregorius Si mens forti intentiōe in deum dirigitur: quicquid in hac uita sibi amarum sit: dulce aestimat: omne quod affligit: requiem putat.

Idem libro.vii.moralium.

Mitigat uim doloris consyderata aequitas ferientis.

Greg.in prologo.ix.moralium.

Quaedam uerba Iob imperitis lectoribus aspera so/nant: qui sanctorum dicta pie intelligere: sicut di/cuntur: ignorant: Quia animum dolentis & iusti in semetipsis assumere nesciunt: Ideo doloris uer/ba bene interpraetari non possunt: Mentem quip/pe patientis bene pensare nouit condescensio pas/sionis. Gregorius li.x.moralium.

Dolor flagelli tēperatur: quum culpa cognoscitur: Quia q̃to quisq; ferramentū medici patientius to/lerat: tāto magis putridū conspicit esse qd secat.

Gregorius li.x.moralium.

Mala uitae praesentis tāto durius animus sentit: q̃to pensare bonū quod sequitur negligit: nequaq̃ nos gratia in aduersitate desert: quia quo nos durius & dispensatiōe pcutit: eo amplius & pietate custodit.

Gregorius li.xi.moralium.

Nunq̃ est patientiae uirtus in prosperis: Ille uero pa/tiens est: qui & aduersis conteritur: & tamen a spe ciei suae rectitudis non curuatur. Idē li.xvi.mo.

Qui a statu patientiae ante linguarum uulnera cor/ruit ipse sibi testis est: q contra mansuetae percus/sionis gladios non persisteret.

Gregorius li.xxx.moralium.

Tunc illata uitia bene toleramus: quum secreto mē tis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe ui debitur q iniuria percutiemur: dum in actione no stra conspicimus: quia peius est q murmuremus: sicq; fitnt contumeliis gratia: magisq̃ ira debeat: quarum interuentu: deo iudice poena grauior de/clinari posse confiditur. Gregorius Ibidem.

Gloriosius est iniuriam tacendo fugere: q̃ respondē do superare: & si seruus conuicium dicat: iustus ta ceat: & si infirmus iniuriam faciat: iustus sufferat: & si pauper criminetur: iustus non respōdeat.

Idē in Homel.sup euāgelio.Q uū audieritis.

Plerunq; ideo patientes uidemur: qa retribuere ma la non possumus: sed qui iccirco malum non retri buit: quia nequaq̃ ualet: proculdubio patiens non est: quia patientia non in ostensione requiritur: sed in corde. Gregorius Ibidem.

Non est perfecte bonus: nisi qui fuerit: & cum ma/lis bonus. Bonus enim non fuit: qui malos tolera/re recusauit. Greg.sup Ezechielē Homel.vii.

Patiētia uera: quae ipsum amat quem portat. Nam tolerasse: & odisse non est uirtus mansuetudinis: sed uelamentum furoris.

Gregorius Homelia.xxxv.

Si adiuuante nos domino uirtutem patientiae serua re contendimus: & in pace ecclesiae uiuim⁹: & mar tyrii palmam tenemus. Gregorius Ibidem.

Nos sine ferro & flamine martyres esse possumus: si patientiam in animo ueraciter custodiamus.

Gregorius homel.de martyribus.

Mori a persequente martyrium in aperto opere est. Ferre uero contumelias: & odientem diligere: mar tyrium est in occulta cogitatione.

Greg.sup euangelio homel.xxxv.

Doctrina uiri per patientiā noscitur: Tāto ergo mi/nus quisq; ostenditur doctus: q̃to conuincitur mi/nus patiens. Nec enim potest ueraciter bona docē do impendere: si uiuēdo aequanimiter: nesciat bo/na tolerare. Greg.super Ezechiel.

Nulla sunt bona quae agimus: si non aequanimiter proximoq; mala toleramus. Greg.in homel. super euangelio.Q uum audieritis plia.

Patientia est aliena mala aequanimiter perpeti: con tra eum quoq; qui mala irrogat nullo dolore mor/deri. Idē super Ezechielē homelia.vii.

Tribus modis uirtus patientiae exercen solet. Alia namq; sunt quae a deo: alia quae ab antiquo aduer sario: alia quae a pximo sufferimus: a proximo nā q persecutiones: dāna: & contumelias sustinem⁹. Ab antiquo aduersario tentamenta: a deo autē fla gella toleramus: Sed i his omnibus modis uigilan ti oculo se met ipsā debet circūspicer: ne cōtra ma la proximi pertrahatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta aduersarii seducatur ad dele/ctationem: uel consensum delicti: ne contra flagel la opificis prorūpat ad excessum murmuratiōis.

Io.Chrysostomus in sermone.xviii. Io.Chrys.

Faciamus de necessitate uirtutē: seu uoluntatē: ex/empli gratia: propriū quis amisit filium: substātiā alius omnē: & fortunae bona: si noueris quod pera ctum est semel: nec deleri amplius: nec solui posse: licebit ea isanabili calamitate utilitatis aliquid cō parare: si magno ac uirili animo aduerso toleris fortunae casus: proq; maledictis domino laudē re feras. Hoc pacto: quae spē praeter obuenerint ma la: in uoluntatis officium cōmutabis.

Io.Chrysostomus super Matthaeū.

In propriis iniuriis patientem esse laudabile est: in/iurias autem dei dissimulare impiū est.

Ioannes Chrysostomus Ibidē.

Si uindicare uis: sile: & funestam ei dedisti plagam.

Io.Chrysostomus super illud Matthaei.v.

Audistis qa dictū ē antiqs oculū p oculo.

Primus gradus patientiae est non incipere iniustitiā: secundus postq̃ inceptus est aequalibus non uindi

cari: Tertius est non facere uexanti ea quæ passus est. Io. Chrys. super epi. ad Hebræos.

Nihil ita confusionem facit ingerēti mala: sicut fortis tolerantia patiētis: & neq; in uerbo: neq; in opere reddere uindictam.

Isydorus

Isydorus soliloquiorum libro .ii.

Magna est uirtus: si non lædas: a quo læsus es. Magna est fortitudo: si ēt læsus remittas. Magna est gloria: si cui potuisti nocere: parcas.

Isydorus li. iii. de summo bono.

Discat non murmurare: qui mala patitur: & si ignorat cur mala patitur. Per hoc se iuste pati arbitretur: quia ab illo iudicatur: cuius nunq̄ iniusta iudicia sunt. Bernard' sup cātica sermōe .lxxxvi.

Bernardus

Ad uirtutes spectat tribulationes fortiter sustinere. Ad sapientiam in tribulationibus gaudere: Confortare cor tuum & sustine dominum. Virtutis est gustare & uidere: quoniā suauis est dominus sapientiæ. Bernardus super cantica.

Sunt quidā mites: sed q̄ diu nihil dicitur: uel agitur: nisi pro eorum arbitrio: Patebit autem q̄ longe sint a uera mansuetudine: si leuis oriatur occasio.

Ber. ad Eugeniū de cōsyderatiōe li. ii.

Non bona patientia est: quum possis esse liber: seruum te pmitterē fieri. Vera patiētia est pati uel agere contra qđ libeat: sed nō pter quod liceat.

Hugo

Hugo li. i. de claustro animæ.

Qui dolorē capitis nō patimur benigne: quomodo pro Christo: capitis absc sionē pateremur: Qui flagellum timēt: quō flagella sustinerent.

Boetius

Boetius de philos. cōsolatōe li. iiii. psa. vi.

Quidā suppliciis inexpugnabiles: exēplum cæteris pertulerunt inuictam malis esse uirtutem.

Lact. Fir.

Lactantius Fir. di. insti. li. iii.

Beatus est igitur sapiens in tormētis: sed quum torq̄tur pro fide: pro iustitia: pro deo: Illa patiētia doloris beatissimū faciet. Idem li. v.

Magna & præcipua uirtus patientia est: quā pariter & uulgi publicæ uoces: & philosophi: & oratores summis laudibus concelebrant: Quod si negari non potest: quin summa uirtus sit: necesse est iustum & patiētē uirum in potestate esse hominis iniusti: ut patientiam capiat: Patientia est enim malorum: quæ aut inferuntur: aut accidunt quā æq̄nimitate perlatio: Ergo iustus & sapiens: quia uirtutem capit: habet in se patiētiā: qua carebit omnino: si nihil patietur aduersi: Cōtra qui in rebus psperis agit: impatiēs est: & uirtute maxīa caret.

Lactan. Fir. diui. insti. lib. vi.

Omnia itaq; amara & grauia patiēter ferēda sunt.

Seneca

Seneca li. de moribus.

Libenter feras qđ necesse est: dolor patiētia uincē.

Seneca in prouerbiis.

Feras non culpes: quod mutari non potest: furor fit læsa sæpius patientia.

Seneca de uirtutibus lib. iiii.

Si magnanimus fueris nunq̄ iudicabis tibi cōtumeliam fieri: De inimico dices: non nocuit mihi: sed animum nocendi habuit: Et quum illum in potestate tua uideris: uindictam putabis: uindicare potuisse: Scito enim magnum & honestum uindictæ esse genus: ignoscere. Seneca epi. lxviii.

Quæris an omne bonum optabile sit: si bonum est inquis fortiter torqueri: & magno animo uti: & patienter ægrotare: sequitur ut ista optabilia sint: distingue. Tormenta a me abesse uellem: sed si substinenda fuerint: ut me in illis fortiter honeste: animose: geram optabo. Velim non incidere in bellū: Sed si incido: & uulnera: & famem: & omnia quæ bellorum necessitas affert: generose ferā optabo: Itaq; non incōmoda optabilia sunt: sed uirt': qua perferuntur incōmoda: Nō pati tormenta optabile est: sed fortiter pati. Seneca epistola. xciii.

Cogitāda ergo sunt omnia: & animus aduersus ea quæ possunt euenire: firmandus exilia: tormenta: morbi: bella: naufragia meditare. Ibidem.

Consurgamus itaq; aduersus fortunam: & quicqđ inciderit sciamus nō esse tā magnum q̄ rumore iactetur. Val. maximus libro. iii. Val. maxi.

Aequaliter se in aduersis gerere: quid aliud est: q̄ sæuientem fortunam in adiutoriū sui pudore uictā conuertere. Valer. maximus li. viii.

Neq; secundarum rerum prouentu insolēter abuti: neq; aduersis psperē: debilitari oportet.

Cicero Tusculanarum q. li. ii. Cicero

Quare si: ut in initio concessisti: turpitudo peius est q̄ dolor: nihil est plane dolor. Nā dum tibi tēpore: nec uiro dignum uidebitur: gemere: eiulare: lamētari: frangi: debilitari: dolere: tū honestas: tū dignitas: tū decus aderit: tuq; in ea contueberis te: continebis: cedet profecto uirtuti dolor: & animi inductione languescet: Aut enim nulla uirtus est: aut contemnendus est dolor omnis. Ibidem.

Spartæ uero pueri ad aram: sic uerberibus accipiūtur: ut multus e uisceribus sanguis exeat: nō nūq̄ etiam (ut: quum ibi essem: audiebam) ad necem: quorum non modo nemo exclamauit unq̄: sed ne ingemuit quidem. Quid ergo hoc pueri possunt: uiri non poterūt: & mos ualet: Ratio nō ualebit:

Cicero li. ii. Tuscula. quæ.

Si summus dolor est: breuem esse necesse est. Ibidē.

Cōtēno magnitudinē doloris: a qua me breuitas tēporis uendicabit: ante pene q̄ inuenerit.

Cicero li. iii. Tuscula. quæsti.

Summa est stultitia summo confici mærore.

Homerus in i Iliados. Verba sunt Diōes Homerus

ad Venerē uulneratā a Diomede.
τέτλαθι τέκνον ἐμόν. καὶ ἀνάσχεο κη/
δομένη περ. i.
Patere filia mea: & tolera tristicia quāuis affecta.
Idem in υ Odyssex
τέτλαθι κραδίη καὶ κύντερον ἄλλο
ποτ' ἔτλης. i.
Tolera: corde & enim peius aliud aliquando tulisti.
Pittacus Pittacus.
ἀνέχου ὑπὸ τῶν πλησίον μικρὰ ἐλαττ/
τούμενος. i.
Tolera: si ab his qui sunt prope minima quædam ti
Menāder bi detrahantur. Menander.
ἀνδρός τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέ
ρειν. idest.
Viri est accidentia generose ferre. Idem.
ἔμεινε λύπην καὶ βλάβην ἐρρωμένως. i.
Fer tristiciam & damnum fortiter. Idem.
Κούφως φέρειν δεῖ τὰς παρεστώσας τύ
χας. idest.
Leuiter ferre oportet præsentes fortunas. Idem.
νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.
Vince ratione præsentem calamitatem. Idem.
πειρῶ τύχης ἄγνοιαν εὐχερῶς φέρειν. i.
Conare fortunæ ignorantiam facile ferre. Idē.
στερρῶς φέρειν χρὴ συμφορὰν τὸν εὐ/
γενῆ. idest.
Fortiter ferre oportet calamitatē generosum. Idē.
Τὴν τῶν κρατούντων μάνθανε φέρειν ἐξουσίαν.
Imperantium disce ferre licentiam. Idem.
φρονοῦντός ἐστι ζημίαν ῥᾷον φέρειν. i.
Sapientis est damnum facile ferre. Idem.
φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην. i.
Ferre necesse mortali existenti fortunam.
Plautus Plautus in Rudente.
Hoc quod est necessarium est perpeti.
Terentius Terentius in Andria.
· Quoniā non potest qd uis: id uelis quod possis.
Terentius comœdia. vi.
· Nam quæ inscitia est aduersus stimulum calces.
Terentius comœdia.
Quod sors feret feramus æquo animo: illuc uiri est
Virgilius officium. Virgilius Aeneidos li. i.
O socii (neq; enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora: dabit deus his quoq; finē. Ibi.
Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Ibidē.
Durate: & uos met rebus seruate secundis.
Virgilius Aeneidos li. ii.
Quid tantum insano iuuat indulgere labori?
Virgilius Aeneidos li. iiii.
Et obnixus curam sub corde pmebat. Idem li. v.
Superat quoniam fortuna sequamur
Quoq; uocat uertamus iter. Ibidem.

Quo fata trahunt retrahuntq; sequamur.
· Quicquid erit: superanda ois fortuna ferendo est.
Oui. metamor. li. viii. fabula. vii. Ouidius
Paupertatemq; ferendo
Efficere leuē: nec iniqua mente ferendam.
Oui. metamor. li. ultimo fabula. xliiii.
· Nec enim fortuna querenda
Sola tua est: similes aliorum respice casus:
Mitius ista feres. Oui. amorum li. ultio elegia. ix.
Perfer & obdura: dolor hic tibi proderit olim.
Sæpe tulit lassis succus amarus opem.
Ouidius li. i. de Remedio amoris.
Dura aliquis pcepta uocet mea. Dura fatemur
Esse: sed ut ualeas multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos: q̄uis inuitus: amores
Aeger: & oranti mensa negata mihi est.
· Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes:
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt ualeas animo: quicq̄ tolerare negabis?
At precium pars hæc corpore maius habet:
· Sed tamen est artis tritissima Ianua nostræ.
Et labor est unus tēpora prima pati.
Aspicis ut phensos urāt iuga prima iuuēcos:
Vt noua uelocem cingula lædat equum?
Oui. tristium li. v. Elegia ultima.
Contudit ingenium patientia longa malorum
Et pars antiqui nulla uigoris adest.
Oui. in epistola Oenones ad Paridem.
· Læniter ex merito quicqd patiare ferendū est.
Quæ uenit indigne pœna dolenda uenit.
Propertius li. iiii. Elegia ultima. Propertius
Desine Paule meū lachrymis urgere sepulchrū:
Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cum semel infernas intrarunt funera leges:
Non exorato stant adamante uiæ.
Te licet orantem fuscæ deus audiat aulæ:
Nempe tuas lachrymas littora surda bibent.
Vota mouent superos: ubi portitor æra recepit:
Obserat herbosos lurida porta rogos.
Tibullus li. iii. Elegia. ii. Tibullus
Non ego firmus in hoc: non hæc patiētia nostro
Ingenio: frangit fortia corda dolor.
Horatius carminum li. i. ode. xxiii. Horatius
Sed leuius fit patientia
Quicqd corrigere ē nephas. Idē car. li. ii. ode. xx.
Absint inani funere neniæ
Luctusq; turpes: & querimoniæ.
Compesce clamorem: ac sepulchri
Mitte superuacuos honores.
Iuuenalis satyra. xiii.
Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo Iuuenalis
Non debet dolor esse uiri: nec uulnere maior.
Iuuenalis Ibidem.

Dicimus autem
Hos quoque foelices: qui ferre incommoda uitae:
Nec iactare iugum uita didicere magistra.
Lucanus Lucanus pharsaliae li. ix.
Componite mentes
Ad magnae uirtutis opus: magnosque labores.

Atria graece πατρίς. ίδος. ή. dicitur. Et est urbs: seu oppidum: unde orti: siue oriundi sumus: dicta quod communis omnium parens sit. Aliquando & prouincia ipsa ex qua orti sumus patria dicitur: sed tamen improprie hinc patrium: quod patriae est. Patet autem unde & patria deducitur graecum est πατήρ. έρος. ό. & πατρὸς per sincopen. sic dictum quod πάντα τηρεῖ: hoc est omnia seruat. Vel παῖδας τηρεῖ: hoc est filios seruans. Hinc paternus. Hinc patriarcha nouum quidem: & graecum: Et is est qui patrum: hoc est pontificum princeps & primus est. Hinc paterfamilias qui primus est: & in familiam imperium habet. A patre uenit etiam patronus: qui is est qui litigatoris causam agit: quasi pater: sicuti Cliens is est qui litigat: & cuius causa agitur. Cuius diminutiuum Clientulus dicitur: & Clientella: quod modo significat clientum multitudinem: modo officium eorum erga patronos: a colo quod haec deducuntur. Quid autem patronus ab aduocato differat: uide supra in Aduocatus. A patrono fit patrocinium: quod est ipsa rei protectio. et patrocinari: quod est tum uerbo: quam facto imbecilliorem protegere. A patre item fit patricida: qui patrem interficit: a quo patricidium. Patricida graece πατροφόνος seu πατροφονευς. ου. ό. & πατροκτονία. ας. ή. parricidium quod quasi parenticidium dicitur. Hinc pariter fit patronymicum apud grammaticos: quod sub patris nomine significat filium: ut priamides: hoc est Hector Priami filius. & patrisso: hoc est patris similis sum.

Patriae et parentibus homo maxime debitor est post deum. secundum b. Tho. secunda secundae. q. lx. ar. iii. In patria & parentibus includuntur omnes consanguinei: ciues: & amici patriae. secundum bea. Tho. secunda secundae. quae. lxxx. ar. i.
Homerus Homerus in i odyssea.
ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων.
γίγνεται. εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον
γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων. i.
Sane nihil dulcius sua patria: neque parentibus
Est: quis quis procul diuitem domum
Terra in aliena habitet procul a parentibus.
Ouidius li. i. de ponto elegia. iiii. Ouidius
Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat
Fumum de patriis posse uidere focis.
De hac materia: uide supra in Amor patriae.

Pauor graece ἐκπληξις. εως. ή. & ταρβος. ου. ό. atton it' & ταρβέω paueo & stupeo dr. Est autem pauor met' mentem e loco mouens. secundum Ciceronem lib. Tusc. q. Ex quo est illud Ennii. Tum pauor mihi sapiam omnem ex aio expectorarat. Pauor immobilitat cor. Ideo differt secundum magis & minus a timore faciente motum eius secundum Aristotelem. ex. b. Tho. sup Isa. xiii. lect. ii. col. ii.
De hac materia habes infra ubi Timor.

Aupertas siue Pauperies graece πενία. ας. ή. & πένης. ητος. ό. pauper & πτωχός. ου. ό. pauperculus: uilis dicitur. Pauper (ut Varro sentit) dicitur a parua pecunia. unde Paupertas: seu pauperies. Horatius.
Mox reficit rates Quassas indocilis pauperiem pati. Hinc paupero: & depaupero: quod est pauperem facio. Quomodo autem paupertas ab Egestate differat: uide supra in Egestas.
Paupertas confert septem bona. s. Peccatorum recognitionem: Virtutum conseruationem: Cordis quietem: Desyderii impletionem: Spiritualium bonorum dulcedinem: Meritorum exaltationem: & caelestem haereditatem. ex. b. Tho. sup Isa. xlviii. fin.
Paupertas duplex. s. paupertas ex coacta necessitate: & paupertas ex propria uoluntate. secundum b. Tho. Contra gentiles li. iii. ca. cxxxiiii.
Dauid psalmo nono. Dauid
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non pibit in finem.
Dauid psalmo. xxxvi.
Melius est modicum iusto: sup diuitias peccatorum multas. Prouerbiorum ca. xiiii. Prouerbio.
Etiam proximo suo paup odiosus est: amici uero diuitum multi. Prouerbiorum ca. xv.
Melius est parum cum timore domini: quam thesauri magni & insatiabiles. Prouerbiorum ca. xvi.
Melius est parum cum iustitia: quam multi fructus cum iniquitate. Prouerbiorum ca. xvii.
Qui despicit pauperem exprobrat factori eius.
Idem capitulo. xviii.
Cum obsecrationibus loquitur paup: & diues effabitur rigide. Prouerbiorum ca. xix.
Melior est paup iustus: quam uir mendax. Idem c. xxxvi.

Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: Tribue tantum uictui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum: & dicam. Quis est dominus? Aut egestate compulsus furer: & periurem nomē dei mei. Ecclesiastes ca.ix.

Ecclesiastes. Sapientia pauperis contēpta est: & uerba eius non sunt audita. Ecclesiastici ca.xviii.

Ecclesiast. Memēto paupertatis in tpe abundantiæ: & necessitatem paupertatis in die diuitiaꝝ. Idē ca.xxvii.

Propter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari auertit oculum suum. xxvi

Augustin⁹ Augustin⁹ d uerbis apostoli sermōe. xxxiiii.

Non tibi displiceat paupertas tua: nihil ea potes ditius iuenire. ~~Valuanobisē~~ q̄ locuplex fit: cælum emit quibus thesauris conferri possit? q̄ paupertati uidemus indultum? ut ad regnum cælorum ueniret. Diues possessiōe sua obtineī nō potuit: nūc obtinet: ut contemptu perueniat.

Augu. de ecclesiasticis dogmatibus.

Bonum est facultates cum dispensatōe pauperibus erogare: melius pro intentione sequendi dominū in simul donare & absolutum sollicitudie egere cū Christo. Augu. super psal. lxxvi.

Omnis philosophiæ magistra nobis est inopia: Non ita laudamus Ioseph: quum frumentum distribuebat: sicut quum carcerem habitabat.

Augustinus de uerbis domini.

Hii sunt pauperes spiritu: qui quando faciunt aliqd bonum: deum laudant: quando aliquid mali: se accusant. Ibidem.

Fœcundus est ager pauperum: cito reddit donantibus fructum. Via cæli est pauper: per quam uenitur ad patrē. Incipe erogare: si nō uis errare.

Augu. super Ioannem sermone. lii.

Quare Christ⁹ habuit loculos: nisi quia ecclesia ipsius loculos habitura erat: Oportebat enim ut me ditator dei & hominū: sicut nos excitauit ad sumēda: ita nobis compateretur ad infima.

Hierony⁹. Hiero. & habetur. xii. q. ii. §. Crates.

Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus: quum ad philosophādum Athenas pergeret: magnum auri pōdus abiecit: neq; putauit se posse & uirtutes & diuitias simul possidere. Nos suffarcinati auro: Christum pauperem sequimur: & sub prætextu eleemosynæ: pristinis opibus incubātes quo modo possumus aliena fideliter distribuere: q nostra timide reseruamus. Plenus uenter facile de ieiuniis disputat. Non hierosolimis fuisse: sed hierosolimis bene uixisse laudandum est.

Ambros⁹. Ambrosius li. de Caim & Abel.

Esto pauper spiritu: & eris diues qualicunq; censu: Quia non in abundantia diuitiarum uita est hominis: sed in uirtute & fide. Istæ te diuitiæ uerum diuitem faciant: si sis in deum diues.

Ambrosius officioꝝ li. ii. ca. xxi.

Hoc malum iam dudū humanis influxit mentibus: ut pecunia honori sit: & animi hominum diuitiaꝝ admiratōe digni: ut nemo nisi diues: honore dign⁹ putet. Idē sup illud ps. Increpasti supbos.

Nihil grauius: q̄ ut fratres nostros pauperiores supbo oculo despiciamus: conformes nobis intolerabili repellamus fastidio: nostra indignos gratia iudicantes: quia sunt inopes: quum paupertas facilius deo: q̄ thesaur⁹ acceptior. Ambro. in exame ron & habet. xv. q. i. c. illa. §. Cæteꝝ paupertatē.

Cæterum paupertatem: & ignobilitatem: ægritudinem: & mortem: nemo sapiens mala dixerit: nec in malorum sorte numerauit: quia necessaria ista in bonis habētur maximis: quorum nobis alia ex natura: alia ex cōmoditate accidere uideñ.

Greg. in homelia: hō quidā erat diues. Gregorius

Quum quosdam pauperes aliqua rephensibilia perpetrare conspicitis: nolite despicere: quia fortasse quos superfluitas tenuissime prauitatis inquinat: caminus paupertatis curat.

Gregorius in pastorali.

Offerenda est eis consolatio: quos caminus paupertatis excoquit: atq; illis inferendus est timor: quos cōsolatio gloriæ tpalis extollit. Io. Chrysostomus sermone. xviii. sup epistolā ad hebræos. Io. Chrys.

Paupertas est manu doctrix quædam in uia: q̄ ducit ad cælum: unctio athletica: exercitatio quædā magna: & admirabilis: portus tranquillus. Nihil opulentius eo qui paupertatem sponte diligit: & alacritate suscipit. Isydorus: & habetur .xi. quæstio. iii. ca. pauper. Isydorus.

Pauper dum non habet quod offerat: in iudicio: nō solum audiri contemnitur: sed & contra ueritatē opprimitur. Cito uiolatur auro iusticia. Nullamq; reus pertimescit culpā: quā redimere nūmis existimat. Isydorus soliloquioꝝ li. ii. ca. lii.

Multi propter opes piclitarūt: multi ppter diuitias in discrimen uenerunt: multis exitiales fuere diuitiæ: multis mortem generauere opes.

Bernadus in sermōe de oībus sanctis. Bernardus

Vis obtinere cælum? paupertatis utilitatem complectere: & tuū erit: Paupertas enim uirtus non putatur: sed paupertatis amor. Regnum deniq; cælorum est pauperum: Beatus qui post illa nō abiit: q̄ possessa onerant: amata ingnāt: amissa cruciāt.

Leo papa sermōe. iiii. de Quadragesima. Leo.

Semper diues est Christiana paupertas: nec pauet in isto mundo indigentia laborare: cui donatū est in omnium domino omnia possidere. Operātibus ergo: quæ bona sunt non omnino metuendum ne eis desit facultas operandi: quum & in duobus mi

notis euangelicæ illius uiduæ sit laudata deuotio? & pro calice aquæ frigidæ præmiū habeat gratui/ta largitio: Ex affectibus enim piorum benignita/tis mensura taxat: & nunq̃ eum miserandi effica/cia deserit: in quo misericordia ipsa nō deficit.

Boetius — Boetius de philosophica cōsolatiōe li.ii.

Nunq̃ diues agit qui trepidus gemens
Se se credit egentē. Idē de scholastica disciplia.

Seneca — Nouerca est disciplinæ egestas. Seneca epi.iiii.

Magnæ diuitiæ sūt lege naturæ cōposita pauptas. Seneca epistola.ii.

Non enim iucunda res est aqua: & polenta: aut frustum ordeacei panis: sed summa uoluptas ē ex his capere uoluptatē: & ad id se dedu xisse: qđ eripere nulla fortunæ iniqtas possit. Seneca epi.x.

Non sibi fœlix pauper erit: nisi fœlices cecidisse ui/derit. Honesta res est læta pauptas: illa uero nō est pauptas: si nō læta est: qui cū pauptate bene cōue nit: diues est: nō qui pau. habet: sed qui plus capit: pauperit. Seneca epistola.x.

· Si ad naturam uiues: nunq̃ eris pauper: si ad opinionē nunq̃ eris diues. Seneca Ibidē.

· Exiguum natura desyderat: Opinio immensum. Seneca epistola.xvii.

Paupertas est contenta desyderiis instātibus satisfa cere. Seneca epistola.xvii.

Multis ad philosophandum obstitere diuitiæ: pau/pertas autem expedita secura est: Aut ergo paup · sis: aut paupi similis: si animo uacare uis. Seneca epistola.xviii.

Aude hospes contemnere opes: & te quoq; dignū · finge deo. Non alius deo dignus est: q̃ qui opes cō/tempserit: Quare possessione tibi non interdico: sed efficere uolo: ut illas trepide possideas: Quod uno consequeris modo: si te etiā sine illis beate ui/cturum persuaseris tibi. Si illas tāq̃ exituras semp aspexeris. Seneca epistola.xix.

Ne imparatos nos fortuna dephendat: fiat nobis pauptas familiaris: Securius diuites erimus: si ex/perti fuerimus: q̃ nō sit graue paupes esse: ad paupertatē sua spōte descēdere: pœccupare est tela fortunæ. Seneca epistola.xx.

· Ob hoc unum amāda est paupertas: q̃ a quib' ame ris ostendit. Ibidem.

Quod diuitiis non potes scire: paupertate scies: illa ueros certosq; retinebit amicos: discedit quis: non te: sed tua sequebatur: O quando ille dies ueniet: quo nemo in honorem tuum mentiatur. Seneca Ibidem.

Redige te ad parua ex quib' cadere nō possis. Inest pauptati: sine qua nihil est iucundū: securitas. Seneca epistola.xxv.

· Panē & aquā natura desyderat: nemo ad hoc paupest: intra quæ qsqs desyderium suū clausit: cum ipso Ioue de fœlicitate contendat. Seneca li.de.iiii.uirtutibus.

Nec pauptas sibi immunda sit: nec parsimonia sor/dida: nec simplicitas neglecta: nec lænitas langui/da: & si res tibi exiguæ sint: nō sint tamē angustæ · nec tua defleas: nec aliena mireris. Seneca li.de moribus.

Quis est pauper? qui sibi uidetur pauper: qui pau/pertatem timet: timendus est: Scire uti paupertate maxima fœlicitas est. Seneca in puerbiis.

· Nudū latro dimisit: & in obsessa uia paupi pax est. Sen.in Herecule furēte Tragœdia.i.

Laus uera: & humili sæpe cotingit uiro: non nisi potenti falsa. Seneca Ibidem.

O q̃tum bonum est obstare nulli: capere securas dapes humi iacentem: Scælera non intrāt casas: Tutusq; mensa capitur angusta cibus: Venenū in auro bibitur: expertus loquor. Nam rebus paruis alta præstatur quies. Ibidē.

Secura duro mēbra uersantur thoro. Ibidem.

Non capit unq̃ magnos motus humilis tecti plebea domus. Seneca Tragedia.ix.

Bene paupertas humili contenta tecto latet: Qua/tiunt altas sæpe procellæ: Aut euertit fortuna domos. Seneca Tragœdia.x.

· Cespes tyrio mollior ostro: Solet impauidos ducere somnos: Aurea rumpunt tecta quietem: Vigilesq; trahit purpura noctes. Seneca Ibidem.

Pectora pauper secura gerit: Tenet e patula pocula fago: sed nō trepida tenet ipsa manu: capit faciles uilesq; cibos: Sed dū strictos respicit enses: Aurea miscet pocula sanguis. Ibidem.

Quisquis medium defugit iter: Stabili nunq̃ tramite currit. Aristoteles.i.Ethicorum. — Aristoteles

Impossibile est indigentē, opari bona. Idē.ii.polyti.

Impossibile est indigentem bene pricipari: & studio uacare. Aristoteles li.iiii.polyticoꝝ.

· Qui nimis uiles sunt & egeni nesciūt principari. Laer.Dio.d uita & morib' philosophoꝝ. — L Dioge.

· Nihil amittit: qui nihil habet: & parū eget: qui parum capit: Socrates dicebat.

Cicero Rhetoricoꝝ nouoꝝ li.iiii. — Cicero

Egens est qui non satis habet: & is cui satis nihil potest esse. Cicero Ibidem.

Duo sunt quæ possunt ad turpe compendium commouere: inopia: & auaritia. — Salustius

Salustis in Catilinario.

Qui demissi in obscuro uitam agunt: si quid deliq̃/re pauci sciunt: fama atq; fortuna eoꝝ pares sunt. Salustius Ibidem.

Qui magno imperio præditi in excelso uitā ducunt eorum facta cuncti mortales nouere: ita in maxi/

ma fortuna: minima licentia est.

L. Apulei⁹ Lucius Apuleius de Magia li. i.

Si quæcunq; in aliqua laude, miramur eum paupertas ab incunabilis intricata est: Paupertas autem prisca apud sæcula omnium ciuitatum conditrix: omnium artium temperatrix: omnium peccatorum inops: omnis gloriæ munifica: cũctis laudib⁹ apud oẽs rationes percompta. Idẽ de asino aureo li. i.

Quid uiatori de summa pauperie latrones auferre possunt? Lucius Apuleius Ibidem.

Specimẽ tibi gloriosũ arrogaris: si cõtẽtus lare paruulo patris tui uirtutes æmulaueris. Idem. li. iii.

Hii sunt enim beati: quorum diuitias nemo nouit.

Isocrates ad Demonicum.

Isocrates μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν ἢ πλοῦτον ἄδικον.i.

Ama magis iustam paupertatẽ: q̃ diuitias iniustas.

Phocylides.

Phocylides μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.idest.

Nunq̃ fœnerator sis uiro pauperi. Hesiodus.

Hesiodus μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ τέτλαθ' ὀνειδίζειν. μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.i.

Nunq̃ pniciosam pauptatẽ cordipentẽ aium uiro Sustineas obiicere: beatorum donum semp existentiũ.

Menãder Menander.

πενία δ' ἀγνώμονάς γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ.idest.

Paupertas aũt ingratos sane multos facit. Idem.

καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς.i.

Honeste paupertate laborare magis: q̃ ditescere iniuste. Idem.

λεπτῶς γὰρ ζῆν κρεῖσσον ἢ λαμπρῶς κακῶς.i.

Tenuiter sane uiuere pstanti⁹: q̃ splẽdide iniuste. Idẽ.

μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον.i.

Odi pauperem diuiti donantem. Idem.

πενίαν φέρειν οὐ παντὸς ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.i.

Paupertatem ferre: nõ oĩs: sed uiri sapiẽtis. Idẽ.

πένητας ἀργοὺς οὐ τρέφει ῥᾳθυμία.i.

Pauperes pigros non nutrit pigricia. Idem.

πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.i.

Pauptas aũt in honoratũ & nobilẽ facit. Idẽ.

πενίαν φέρειν καὶ γῆρας ἐστὶ δύσκολον.i.

Paupertatem ferre: & senectutẽ est difficile. Idẽ.

οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον.i.

Nullum paupertate grauius est onus. Idem.

τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί.i.

Pauperum enim sunt sermones uani.

Euripides in Medea. Euripides

πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος.i.

Pauperem fugit qlibet procul amicus. Pallades.

φεύγετε τοὺς πλουτοῦντας ἀναιδέας οἰκοτυράννους.

μισοῦντας πενίην μητέρα σωφροσύνης.i.

Fugite diuites impudentes habitantes domos tyrãnorum: odio habentes pauptatẽ matrẽ modestiæ.

Plautus in duobus captiuis. Plautus

Miser homo est qui ipse sibi quod edit quærit: & id ægre iuenit: Sed ille miserior: qui & ægre quærit: & nihil inuenit. Ille miserrimus: qui quum esse cœpit: quod edat non habet.

Plautus in Epidicho.

Multa mihi in unum locum confluunt: quæ meum pectus pulsant simul: multiplex erumnam exercitam habet paupertas: pauor territat mentem animi: neq; ubi meas collocem spes habeo.

Plautus in persa.

Quãq̃ nobis sint res pauperculæ: modicæ: & modestæ: Melius est ita uiuere: Nam ad paupertatem si adnigratur fama: grauior paupertas sit.

Plautus in Rudente.

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri uiuunt: præsertim: quibus nec quæstus est: nec didicere artem ullam: necessitate quicqd est boni: id sat est habendum. Plautus in Sticho.

Paupertas facit. Ridiculus forem: Nam illa omnes artes perdocet. Plautus in Trinũmio.

Qui eget, parui est precii. Terẽti⁹ comœdia ultia. Terentius

Nunq̃ æque: ac modo paupertas mihi onus uisa est.

Et miserum: & graue. Virg. Aeneidos li. viii. Virgilius

Aude hospes: contemnere opes: & te quoq; dignũ finge deo. Lucanus li. iii. Lucanus

Non sibi sed domino grauis est: quæ seruit egestas.

Lucanus li. v.

O uitæ tuta facultas.

Pauperis angustiq; laris: o munera nundum

Intellecta deum. Lucanus li. i.

Paupertas fugitur: totoq; accersitur orbe

Quo gens quæq; perit. Lucanus li. ii.

Damna mouent populos: si quos sua iura tuentur.

Lucanus li. iiii. pharsaliæ.

O prodiga rerum

Luxuries nunq̃ paruo contenta paratu

Et quæsitarum pelago terra q; ciborum

Ambitiosa fames: & lautæ gloria mensæ.

Discite q̃ paruo liceat producere uitam

Et quantum natura petat. Ouidius

Ouidius metamorpho. li. xiii. fabula. vii.

Pauperis est numerare pecus. Oui. artis. li. ii.

Pauper amet caute: timeat maledicere pauper.

Multaq; diuitibus non patienda ferat.

Ouidius de Remedio li.ii.

Nihil habet unde suum paupertas pascat amorem:
Non tamen hoc tanti est: pauper ut esse uelis.
At tanti tibi sit non indulgere theatris:
Dum bene de uacuo pectore cedat amor.

Ouidius li. Amorum li.iii. Elegia.

Curia pauperibus clausa est: dat census honores:
Inde genus iudex: inde seuerus eques.

Tibullus. Tibullus li.i. Elegia.i.

Parua seges satis est: Satis ē requiescere lecto.
Scilicet & solito membra leuare thoro.

Tibullus li.i. Elegia.x.

Tunc melius tenuere fidem: quum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde deus.

Martialis Martialis Epigrāmaton li.v. ad Emilianum.

Semper eris pauper: Si pauper es Emiliane.
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Martialis Epigram. li.ix. ad Condilum.

Quæ mala sunt domini: quæ serui cōmoda nescis
Condile: qui seruum te gemis esse diu.
Dat tibi securos uilis lecticula somnos:
Peruigil in pluma Caius ecce iacet.
Caius a prima tremebundus luce salutat
Tot dominos: at tu Condile nec dominum.
Quod debes Cai redde inquit Phœbus & illinc
Cinamus: hoc dicit Condile nemo tibi.
Tortorem metuis: podagra. chiragraq; secatur
Caius: & mallet uerbera mille pati.
Quod nec mane uomis: nec cōnum Condile lingis
Non maius q̄ ter Caius esse tuus.

Martialis li.xi. in Nestorem.

Non est paupertas Nestor: habere nihil.

Martialis ibidem ad Charidemum.

O quantum cogit egestas.

Horatius Horatius carminum li.i. Ode.xii.

Regulum scauros: animæq; magnæ
Prodigum Paulum superante pœno
Gratus insigni referam camoena.

Idem carminum. li.i. Ode.xxviii.

Persicos odi puer apparatus
Displicent nexæ philyra coronæ.
Mitte sectari rosa quo locorum.
Sera moretur.

Horatius carminum li.ii. Ode.x.

Rectius uiues Licini neq; altum
Semper urgendo: neq; dum procellas
Cautus horrescis nimium premendo.
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit: tutus caret obsoleti
Sordibus tecti: caret inuidenda.
Sobrius aula.
Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus: & celsæ grauiore casu
Decidunt turres: feriuntq; summos
Fulgura montes.

Horatius carminum li.ii. Ode.xv.

Non ita Romuli
Præscriptum: & intonsi Catonis
Auspiciis ueterumq; norma.
Priuatus illis census erat breuis:
Commune magnum: Nulla decem pedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant: oppida publico
Sumptu iubentes: & deorum
Templa: nouo decorare saxo. Ibidē Ode.xvi.
Viuitur paruo bene. Cui paternum
Splendet in mensa tenui Salinum:
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

Horatius carminum li.iii. Ode prima.

Districtus ensis cui super impia
Ceruice pendet: non siculæ dapes
Dulcem elaborabunt saporem:
Non auium: citharæq; cantus
Somnum reducet: Somnus agrestium
Lenis uirorum non humiles domos
Fastidit umbrosamq; rippam:
Non Zephyris agitata tempe.
Desyderantem: quod satis est: neq;
Tumultuosum sollicitat mare.

PAx græce ʹυεῆ μυ. ιυ. ι. & ʹυεμμἐ υυ pacifico: & ʹυεμμικ δσ.ου.ο. pacific⁹ dr. Est autē pax tranqllitas ordinis: maxime in uoluntate. scdm be. Tho. prima scdæ. q. lxx. arti.iii. & scda scdæ q.xxix.o.

Pax est tranquilla libertas: Dr q; a pactione de qua supra in pactum: Pactio autē a pāgo quod ē figo. Vnde pangi carmīa dicta sunt: q; cæris figerētur. Hinc pango metaphoricos pro cano: scribo: manifesto usurpatur. Hinc pagina utraq; pars folii dicta est: q; in ea carīa pangantur: hoc est figātur. A pactio fit paciscor: hoc est cōuenio: & pactum: cōuentio. Hinc paco: hoc est mitigo: lenio: placo: & Pacifico qđ est pacem facio. A paciscor fit ēt depeciscor cōpositum: & Depectus: qđ significat idē q; pactus. Terentius. Iam depecisci mortem cupio.

Prouerbiorum. c.xvii. puerbiorum.

Melior est bucella sicca cum gaudio: q̄ domus plena uictimis omni iurgio. Prouerbiorum. c.xx.

F

Honor est homini qui separat se a contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis.

Ecclastici. Ecclesiastici.c.iiii.

Noli esse sicut leo in domo tua: euertens domesticos tuos: & opprimens subiectos tibi.

Ecclesiastici.c.viii.

Non litiges cum homine potente: ne forte incidas in manus illius. Ecclesiastici Ibidem.

Non contendas cum uiro locuplete: ne forte contra te constituat litem tibi: Multos enim perdidit aurum & argentum: & usque ad cor regum extendit: & conuertit. Ecclesiastici Ibidem.

Matthæus. Non litiges cum homine linguato: & non strues in ignem illius ligna. Matthæus.c.v.

Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Ibidem.

Beati pacifici: quoniam filii dei uocabuntur. Ibidem.

Omne regnum diuisum cõtra se desolabitur: & omnis ciuitas: uel domus diuisa contra se: non stabit.

Matthæus.c.xii.

Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur: & domus supra domum cadet.

Paulus. Paulus ad hebræos.c.xii.

Augustinus. Pacem sequimini cum omnibus: & sanctimoniam: sine qua nemo uidebit deum. Aug. de diuersis ecclesiæ obseruationibus: & hõ. xxiii.q.i.c. Apud.

Apud ueros dei cultores et ipsa bella pacata sunt: quæ non cupiditate: aut crudelitate: sed pacis studio geruntur: ut mali coerceantur: & boni subleuentur. Aug.li.ii.contra Parmenianum: & habetur.xxiii.q.iiii.c.Quisquis.

Quisquis uel quod potest arguendo corrigit: uel quod corrigere nõ potest: Saluo pacis uinculo excludit: uel quod saluo pacis uinculo excludere nõ põt: æquitate improbat: firmitate supportat: hic est pacificus: & ab isto maledicto immunis: de quo scriptura dicit: Veh his qui dicunt: quod nequam ẽ bonum: & quod bonum est nequam. Omnino liber: prorsus securus: penitus est alienus:

Augustinus homelia.vii.& habetur.ii.q. capitolo. Non omnis.

Non omnis qui dicit: pax uobis: quasi columba est audiendus: Corui de morte pascunt: Hoc columba nõ habet: immo de fructibus terræ uiuit: innocens uictus eius.

Augustinus de uerbis domini.c.i.

Concorda cum aduersario tuo. Nescis quando uia finiat: Quum uia finita fuerit: iudex restat & minister & carcer. At si seruaueris aduersario tuo bonam uoluntatem: & cum eo consenseris: pro iudice inuenies patrem: pro ministro sæuo angelum tollentẽ in sinu Abrahæ: pro carcere: Paradisum.

Augustinus de uerbis domini.c.clviii.

Pax est serenitas mentis: tranquillitas animi: simplicitas cordis: uinculum amoris: consortium charitatis: Hæc est quæ simultates tollit: bella compescit: iras cõprimit: superbos calcat: humiles amat: discordes sedat: inimicos concordat: cunctis est placida: nescit extolli: nescit inflari. Hanc qui accipit teneat: qui perdidit repetat: qui amisit exquirat. Quoniam qui in eadem non erit inuentus: a patre abdicatur: a filio exhæredatur: nihilominus a spiritu sancto alienus efficitur. Nec ad hæreditatem domini poterit uenire: qui testamentum pacis noluerit obseruare.

Augustinus super illud psalmo. lxxxiiii. Iustitia & pax osculatæ sunt.

Duæ sunt amicæ: iustitia: & pax: tu forte unã uis: & alteram non facies. Nemo enim est qui non uelit pacem: sed non omnes uolunt operari iustitiam. Interroga omnes homines: uis pacem: uno ore respondebit tibi genus humanum: opto: cupio: amo: uolo: Ama iustitiam quia duæ amicæ sunt: iustitia & pax: ipsæ se osculãtur: si amicam pacis nõ amaueris: non te amabit ipsa pax: nec ueniet ad te.

August. de ciui. dei. li. xxi.

Bellum in quo caro concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem nunquam fuisset: Si natura humana in rectitudine perstitisset: Nunc autem quia pacem cum deo fœlix habere noluit: secum pugnat infœlix.

August. in sermone ad Eremitas secundo.

Qui pacem cordis: oris: & operis non habet: Christianus dici non debet: Qui in hac non sperat: in lubrico uitam & pedem ponit: In tempestate nauem collocat: In præcipitio se illaqueat: i arena semen seminat.

Hieronymus super epistola ad Romanos. Hieronymus.
Laudent nomen eius in choro.

Quisquis corpus affligit: sed concordiam deserit: deum quidem laudat in tympano: sed non laudat in choro. Ambrosius li°. de patriarchis. Ambrosius.

Melius est emigrare cum gratia: quam cohabitare cum discordia: Melius est sine lite abire: quam cum iurgio residere. Ambrosius Ibidem.

Nulla spatia possunt eẽ satis discordibus. Quietis & pacificis etiam angusta abundant: dissonis moribus etiam spatiosa arctantur.

Gregorius in pastorali. Gregorius

Si dei uocantur filii qui pacem faciũt: procul dubio Satanæ sunt filii: qui pacem confundunt.

Gregorius Ibidem.

Sicut nihil est preciosius deo uirtute dilectionis: Ita nihil est desyderabilius Diabolo extinctione charitatis. Quisquis ergo seminando iurgia: dilectionem proximorum perimit: hosti dei familiarius seruit. Gregorius in moralibus.

Nemo uires suas in pace cognoscet: & si bella de/
erunt: uirtutum experimenta nõ ei proderunt.

Isydorus Isydorus soliloquiorum li.ii.c.xxii.

Si contristaueris in aliquo fratrem tuum: satisfac il
li. Si peccaueris in eum: age poenitentiam coram
illo. Si offenderis quẽq̃: repropiciare eum in pace:
Perge uelociter ad reconciliationem proximi tui:
Offensioni tuæ cito ueniam postula. Non requie
scas nisi reconciliatus fueris fratri.

Io.Chrys. Io.Chrys.de Compunctione.

Christus pacem: nõ ex ore: sed ex corde desyderat.
Et affectu uult proximum non labiis salutari.

Bernard⁹. Bernardus super Cantica.

Pax hoĩbus bonæ uoluntatis: Nõ bonæ: sed plane
iniq; uoluntatis est: q nequaq̃ pace cõtentus sup/
bo oculo: & insatiabili corde inquietus anhelat ad
gloriam mundi: nec pacem pinde retinẽs: nec glo
riã appræhendens.

Cassiodor⁹ Cassiodor⁹.epist.xxii.

Decet regalis apicis curam generalitatis custodire
concordiam: quæ ad laudem regnãtis trahitur: si
ab omnibus pax ametur. Quid est enim qđ prin/
cipem melius prædicet: q̃ quietus populus: cõcors
senatus: & tota respublica morum honestate peti/
ta.

Boetius Boetius li.iiii.de philosophica cõsolatiõe.

Nosti ne igitur: q omne quod est: tamdiu manere:
atq; subsistere: quãdiu sit unum: sed interire atq;
dissolui pariter: atq; unum esse desierit.

Seneca Seneca li.de Moribus.

Si pacem diligis: belli non feceris mentionem.

Idem de beneficiis.

Quietissimam uitam agerent hoĩes in terra: Si hæc
duo uerba a natura omnium tollerẽtur: meum &
tuum.

Seneca in Hercule furente Tragœ.i.

Pacem reduci uelle uictori expedit: uicto necesse ẽ.

Cicero. Cicero in Philippicis.

Nomen pacis dulce est: & ipsa res salutaris: Pax est
tranquilla libertas.

Salustius Salustius in iugurta.

Ego uobis regnum firmum traddo: Si boni eritis:
Sin mali ibecillum: Nã cõcordia puæ res crescũt:
discordia maximæ dillabuntur.

Salust.Ibidẽ.

In omni certamine; qui opulentior est: ẽt si accipit
iniuriam: tamen quia plus potest: facere uidetur.

Salustius Ibidem.

Omne bellum facile sumit': cæterum ægerrime defi
nitur: Nõ i eiusdem potestate initium & finis est.

Iul.Celsus Iulius Celsus de gestis Alexandri.li.vii.

Magna ex dissensionibus incõmoda oriri solent.

Ouidius. Ouidius artis li.iii.

Candida pax homines: trux decet ira feras.
Ora tument ira: nigrescunt sanguine uenæ:
Lumina gorgoneo sæuius angue micant.

Tibullus Tibullus li.i.Elegia.i.

Interea pax arua colat: Pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Pax aluit uites: & succos condidit uuæ.
Funderet ut nato testa paterna merum.
Pace bidens uomerq; uigent. At tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.

Horatius. Horatius carminum li.i.ode.xiii.

Fœlices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulsus querimoniis
Suprema citius soluet amor die.

Horatius epistolaꝝ li.i.Elegia.iii.

At uos
Seu calidus sanguis: Seu rerum inscitia uexat
Indomita ceruice feros: ubicunq; locorum
Viuitis: indigni fraternum rumpere foetus.

PECCA/tum Duplex

- Actuale qđ est Septuplex.s.
  - Superbia de qua infra.
  - Auaricia de qua supra.
  - Luxuria de qua supra.
  - Inuidia de qua supra.
  - Gula de qua supra.
  - Ira de qua supra.
  - Acidia de qua supra.
  - Hæc quando mortalia: quando uenialia uide locis suis in singula arbore.
- Originale qđ hẽt.ix.noia.s.
  - Originale.
  - Fomes peccati.
  - Concupiscentia.
  - Concupiscibilitas.
  - Languor.
  - Tyrannus.
  - Lex peccati.
  - Lex carnis.
  - Lex membrorũ.
  - Et est duplex.s.
    - Personale in Adam.
    - Naturale in aliis.

Ex.b.Tho.tertia parte.q.viii.



Peccatum græce ἁμαρτία.ας.ἡ. uel ἁμαρτάς.άδος.ἡ.& ἁμαρτωλὸς.οῦ.ὁ.ἡ.peccator:peccatrix:& ἁμαρτάνω pecco dicitur. Est autem peccare: uoluntate auerti a deo.secundum.b. Tho.prima parte.q.lxxxxiiii.ar.i.

Peccator proprie est q ex habitu peccat: uel ex proposito.scdm.b.Tho.super.ps.xxvii.co.ii.

Peccatum est actus deuians ab ordine debiti finis: contra regulã naturæ: rationis: uel legis æternæ: scdm.b.Tho.pria parte.q.lxiii.ar.i.& zzᵉ.q.clxii.ar.i.& prima scdæ.q.xxi.ar.i.

Peccatum nihil aliud est:scdm Aug.q̃ neglectis rebus æternis temporalia sectari.ex.b.Tho.prima scdæ.q.lxxi.ar.vi.& scda scdæ.q.ciiii.ar.iii.

Peccatum nihil aliud est q̃ utendis frui: & fruendis uti.scdm.Aug.ex.b.Tho.pria scdæ.q.lxxvi.ar.vi.

Peccatum est dictum:uel factum: uel concupitum contra legem æternam: scdm Aug.ex.b.Tho.prima scdæ.q.lxxi.ar.vi.&.q lxxvi.ar.ii.

Peccatum est præuaricatio legis diuinæ: & cælestium inobediẽtia præceptorum scdm Ambrosium.ex.b.Tho.prima scdæ.q.cix.ar.iiii.

Peccatum est:omne quod est contra naturalem inclinationem:quia contrariatur legi naturæ.ex.b.Tho.scda scdæ.q.cxxxiii.ar.i.

Peccatum est uoluntas retinẽdi:uel cõsequendi:qd iusticia uetat:scdm Aug.de duabus animabus.ex b.Tho.prima scdæ.q.lxxi.ar.vi.

Peccatum est auersio ab incõmutabili bono:& conuersio indebita ad cõmutabile bonum: scdm Augustinum liᵒ.de libero arbitrio.

Peccatum est affectio mala uoluntaria.secundum eundem Ibidem.

Peccatum originale est habitus.s.languor naturæ: idest iordinata dispositio: ex dissolutiõe armoniæ originalis iusticiæ.scdm.b.Tho.prima secundæ.q.lxxxii.ar.i.

Peccatum ueniale est quasi dispositio ad mortale:& contingit semper:uel propter imperfectionẽ act⁹: uel propter inordinationem circa ea quæ sunt ad finem:& utrunq; propter defectum ordinis contingit.ex.b.Tho.pria scdæ.q.lxxxviii.ar.i.& ii.

Peccare proprie est adulterium cõmittere: dictum quasi pellicare:hoc est cum pellice coire:& peccatus ipsum adulterium:quasi pellicatus.Veteres.n.non peccatum neutro genere:& secunda declinatione:sed peccat⁹ masculino genere:& quarta declinatione proferebant.Quod usq; ad Ciceronis ætatem durauit.Postea usus obtinuit:ut peccatũ neutro tantum genere pferatur:& tam peccatum q̃ pecco de omnib⁹ delictis atq; erroribus dicant. A pecco fit peccator:& peccatrix.

Peccatum & crimen differunt sicut genus: & spẽs. Nam omne crimen est peccatum: nõ autẽ ecõuerso.Est enim crimen graue peccatum accusatione: & damnatione dignissimum:scdm Aug.sup Ioannem:& habetur di.lxxxi.c.Apostolus.

Genesis.c.iiii. Genesis

Non ne si bene egeris recipies: Sin autem male statim in foribus peccatum tuum aderit. Ibidem.

Dixit deus ad Chaim:Quid fecisti: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram quæ aperuit os suum: & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Quum operatus fueris eam:non dabit tibi fruct⁹ suos.Vagus & profugus eris super terram omnibus diebus uitæ tuæ.Dixit Chaim ad dominum. Maior est iniquitas mea:q̃ ut ueniam merear.Ecce eiicis me hodie a facie terræ:& a facie tua abscõdar:& ero uagus & profugus in terra.

Genesis capitulo.viii.

Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Numeri.c.v. Numeri.

Cur:inquit Moyses:transgredimini uerbum domini:quod uobis non cedet in prosperum.

Numeri.c.xv.

Anima uero quæ per superbiã aliqd commiserit: Siue sit ille ciuis: siue peregrinus: quoniã aduersus dominum rebellis fuit: peribit de populo suo: Verbum enim domini contempsit: & præceptum illius fecit irritum:iccirco delebitur & portabit iniquitatem suam. Esdre.c.viii. Esdræ

Et quæ contingunt nobis omnia fiunt propter opera nostra maligna: & magna peccata nostra.

Esdre tercii.c.i.

Quoniam me dereliquistis: & ego uos dereliquã: Petentibus uobis a me misericordiam: non miserebor: quando inuocabitis me ego nõ exaudiam uos: Maculastis enim manus uestras sanguine: & pedes uestri impigri sunt ad committenda homicidia: Non quasi me dereliquistis: sed uos ipsos: dicit dominus. Esdræ tertii.c.viii.

In ueritate enim nemo de genitis est qui non impie gessit:& de confitentibus qui nõ deliquit: In hoc enim annunciabitur iusticia tua & bonitas tua domine: quum misertus fueris eis qui non habẽt substantiam bonorum operum.

Esdræ tertii capitulo.x.

Ecce pene omnes in perditionem ambulant: & exterminium fit multitudo eorum.

Ibidem capitulo.xv.

Veh eis q peccant: & nō obseruant mandata mea: dicit dominus. Tobias.c.xii.
Tobias
· Qui autem faciunt iniquitatem & peccatum: ho/ stes sunt animæ suæ. Iudiht.c.v.
Iudith.
· Vsq; dum non peccarent in conspectu dei sui: erant cum illis bona. Iob.c.iiii.
Iob.
· Recordare obsecro te: quis unq̄ innocēs perit: aut quando recti deleti sunt: Quin potius uidi eos qui operātur iniquitatem: & seminant dolores: & me/ tunt eos: flante deo perisse: & spiritu iræ eius esse consumptos. Ibidem.
· Nunquid homo: dei comparatione iustificabitur: aut factore suo purior erit uir? Ecce q seruiunt ei: non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauita tem. Quanto magis hii qui habitant domos lute/ as: qui terrēse habent fundamentum consumen/ tur uelut a tinea: uelut a mane usq; ad uesperā suc cidentur: & quia nullus intelligit in æternum peri bunt: Qui autem reliq fuerint auferentur ex eis: morienť: & non in sapientia. Iob.c.xi.
Oculi autem ipsorum deficiēt: & effugium peribit ab eis: & spes illorum abominatio animæ.
Iob capitulo.xviii.
· Non ne lux impii extinguetur: nec splendebit flam ma ignis eius: lux obtenebrescet in tabernaculo il lius: & lucerna quæ super eum ē extinguetur: Ar tabuntur gressus uirtutis eius: & pcipitabit eum consilium suum. Iob capitulo.xx.
Hoc scio a principio: ex quo est positus homo super terram: q laus impiorum breuis sit: & gaudium hypocritæ ad instar puncti: Si ascendent usq; ad cælum superbia eius: & caput ei⁹ nubes tetigent: quasi sterquilinum in fine perdetur: & qui eum uiderant: dicent: ubi est: uelut somnum auolans non inuenietur: transiet sicut uisio nocturna.
Iob capitulo.xxxvi.
· Caue ne declines ad iniquitatem. Iob.c.xxxvi.
· Anferetur ab impiis lux sua: & brachium excel/ sum confringetur. Dauid Psalmo.ix.
David
· Increpasti gentes & periit impius: nomē eorum de/ lesti in æternum & in sæculum sæculi. Ibidē.
· Cognoscetur dn̄s iudicia faciens: in operib⁹ manuū suarum comprahensus est peccator: conuertātur peccatores in infernum: omnes gentes quæ obliui scuntur deum. Idem ps.ix.
· Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam suam: Pluet su/ per peccatores laqueos: ignis: & sulphur: & spiri/ tus procellarum pars calicis eorum: Quoniam iu stus dominus & iusticias dilexit: æquitatem uidit uultus eius. Dauid psalmo.xiii.
· Dixit insipiens in corde suo: non est deus: Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: nō est qui faciat bonum: nō est usq; ad unum. Ibidē.
· Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum: non est usq; ad unum: Sepul chrum patēs est guttur eorum: linguis dolose age bant: uenenum aspidum super labiis eorum: Quo rum os maledictione & amaritudine plenum est: ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinē. ps.xxx.
· Erubescant impii et deducantur in infernum: fi/ ant labia dolosa: quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione.
Psalmo.xxxi.
Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum: nec ē ī spiritu ei⁹ dolus. Ibidē.
· Nolite fieri sicut equus & mulus ī quibus nō est in tellectus. In chamo & freno maxillas eorum con/ stringe: qui non approximant ad te. Ibidem.
· Multa flagella peccatoris. Psalmo.xxxix.
· Noli æmulari malignantibus: neq; zelaueris faci/ entes iniquitatem: Quōiam tanquam foenum ue lociter arescent: & quemadmodum olera hærba/ rum cito decident. Psal.li.
· Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquita/ te: Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua: Si/ cut nouacula acuta fecisti dolum: Dilexisti mali/ ciam super benignitatem: iniquitatem magis q̄lo qui æquitatem: Dilexisti omnia uerba præcipita/ tionis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem. Euellet te & emigrabit te de taberna/ culo tuo: & radicem tuam de terra uiuentium.
Psalmo.liiii.
· Viri sanguinei & dolosi nō dimidiabunt dies suos.
Psalmo.lxi.
Verumtamen uani filii hominum: mendaces filii hominum in stateris: ut decipiant ipsi de uanitate in id ipsum: Nolite sperare in iniquitate: & rapi/ nas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant: noli/ te cor apponere. ps.lxvii.
Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei.
Idem psalmo.lxxiiii.
· Dixi iniquis: nolite inique agere: & delinquenti/ bus: nolite exaltare cornu. Nolite extollere in al/ tum cornu uestrum: Nolite loqui aduersus deum iniquitatem: Quia neq; ab oriēte: neq; ab occidē te: neq; a desertis montibus: quoniam deus iudex est. Psalmo.lxxiii.
· Et omnia cornua peccatorum confringam.
Idem ps.lxxxxiii.
· Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malicia eo rum disperdet eos: disperdet illos dominus de⁹ no/ ster. Psalmo.ciii.

Deficient peccatores a terra: & iniqui ita ut nõ sint.
Idem ps.cxxviii.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.
Prouerbiorum.c.i.

Fili mi: si te lactauerint peccatores: ne acqescas eis.
puerbiorũ. Prouerbiorum.c.iiii.

Ne delecteris in semitis impiorum: nec tibi placeat malorum uia. Fuge ab ea: ne transeas per illam: declina & deseras eã. Nõ enim dormiunt: nisi quum malefecerint: & non capitur somnus ab eis: nisi supplantauerint: Comedunt panem impietatis: & uinum iniquitatis bibunt. Ibidem.

Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant.
Prouerbiorum.c.v.

Iniquitates suæ capiunt impium: & funibus peccatorum suorum constringuntur: Ipse morietur: quia non habuit disciplinam: & ĩ multitudine stulticiæ suæ decipietur.
Prouerbiorum capitulo.x.

Qui ambulat simpliciter: ambulat confidenter: qui autem deprauat uias suas: manifestus erit.
Prouerbiorum Ibidem.

Quod timet impius: ueniet super eum: desiderium suum iustis dabitur: quasi tempestas transiens nõ erit ipius: Iustus autẽ quasi fundamẽtum sempiternum. Ibidem.

Timor domini apponet dies: & anni impiorum breuiabuntur: expectatio iustorum lætitia: spes autẽ impiorum peribit. Fortitudo simplicis: uia domini: & pauor his qui operantur malum. Iustus in æternum non commouebitur: Impii autem non habitabunt super terram: Os iusti parturiet sapiẽtiam: lingua prauorum peribit: labia iusti considerant placita: & os impiorum peruersa.
Prouerbiorum Ibidem.

Si iustus in terra recipit: quãto magis impius: & peccator. Prouerbiorum.c.xiii.

Impietas autem peccatorem supplantat.
Prouerbiorum.c.xiiii.

Domus impiorum delebitur. Prouerbiorum.c.xv.

Victimæ impiorum abominabiles domino: uota iustorum placabilia. Ibidem.

Abominatio est domino uia impii. Qui sequitur iusticiam diligitur ab eo.
Prouerbiorum capitulo.xviii.

Impius quum in profundum uenerit peccatorum contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Idem.c.xx.

Quis potest dicere: mundum est cor meum: purus sum a peccato? Prouerbiorum.c.xxviii.

Fugit impius nemine persequente: iustus autẽ quasi leo confidens absq; terroribus.
Prouerbiorum Ibidem.

Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt dominum animaduertunt omnia.
Ecclesiastici.c.v. Ecclẽsiastici.

Ne dixeris: peccaui & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor: De propiciato noli esse sine metu: Neq; adiicias peccatum super peccatum: & ne dicas: Miseratio domini magna est: Multitudinis peccatorum meorum miserebitur: Misericordia enim & ira ab illo cito proximat: & in peccatores respicit ira illius: Non tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem: Subito enim ueniet ira illius & in tempore uindictæ disperdet te. Ecclesiastici.c.xii.

Altissimus peccatores odio habet: & impiis reddet uindictam. Ecclesiastici.c.xxi.

Quasi a facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa: suscipient te: Dentes leonis: dentes eius: interficientes animas hominum: quasi rumphea bis acuta: hominis iniquitas: plagæ illius non est sanitas. Ecclesiastici.c.xli.

Veh uobis uiri impii: qui dereliquistis legem domini altissimi: & si nati fueritis: in maledictione nascemini: & si mortui fueritis: in maledictione erit pars uestra. Isaias.c.lvii. Isaias.

Non est pax impiis: dicit dominus deus.
Ezechiel.c.xviii. Ezechiel.

Anima quæ peccauerit: ipsa morietur.
Sophonias.c.primo. Sophonias

Et tribulabo homines: & ambulabunt ut cæci: qa domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut hum⁹: & corpora eorum sicut stercora: Sed & argentum eorum & aurum eorum: non poterit liberare eos: in die iræ domini.
Machabeorum primi.c.ii. Machab.

A uerbis uiri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius est stercus: & uermis est: Hodie extollitur & cras non inuenietur: Quia conuersus est in terram suam: & cogitatio eius periit.
Matthæus capitulo.x. Matthæus

Nihil enim est opertum quod non reueletur: & occultum quod non sciatur.
Marcus capitulo.ii. Marcus.

Quis potest dimittere peccata nisi solus deus?
Lucas capitulo.viii. Lucas

Non est enim occultum quod nõ manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur: & in palam ueniat. Ioannes.c.viii. Ioannes

Amen amen dico uobis: quia omnis q facit peccatum: seruus est peccati. Ioannes.c.ix.

Scimus autem quia peccatores deus non audit: Sed si qs dei cultor est: uoluntatem eius facit: hunc exaudit. Paulus ad Romanos.iii. Paulus

Omnes declinauerunt: simul inutiles facti sunt:

non est qui faciat bonum: non est usque ad unum.
Paulus ibidem.
Omnes enim peccauerunt: & egent gloria dei.
Idem capitulo.vii.
Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuitatem meam lege peccati: quæ est in membris meis.
Paulus capitulo.viii.
Qui.n.secundum carnem sunt: quæ carnis sunt sapiunt: quæ uero secundum spiritum: quæ sunt spiritus sentiunt. Nã prudẽtia carnis: mors est: Prudentia autẽ spiritus: uita & pax. Quoniã sapientia carnis inimica est deo. Paulus Ibidem.
Ergo fratres debitores sumus non carni: ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis: moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: uiuetis.
Paulus primæ ad Corinthios.c.vi.
An nescitis: qa iniqui regnum dei nõ possidebunt: Nolite errare neque fornicarii: neque idolis seruiẽtes: neque adulteri: neque molles: neque masculorũ concubitores: neque fures: neque auari: neque ebriosi: neque maledici: neque rapaces regnum dei possidebunt.
Paulus ad Galathas.c.v.
Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicẽ ad uersant: ut nõ quæcunque uultis illa faciatis. Ibidẽ.
Manifesta sunt autem opa carnis: quæ sunt fornicatio: immunditia: impudicitia: luxuria: idolorum seruitus: ueneficia: inimiciciæ: cõtentiones: æmulationes: iræ: rixæ: dissensiones: sectæ: inuidiæ: homicidia: ebrietates: comessationes: & his similia: quæ prædico uobis: sicut prædixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur.
Idem capitulo.vi.
Nolite errare: deus non irridetur: Quæ.n.seminauerit homo: hæc & metet: Quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionẽ: Qui autem seminat in spiritu: metet uitam æternam: Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus: non deficientes: Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: maxime ad domesticos fidei.
Paulus ad Hebræos.c.x.
Voluntarie.n.peccantibus nobis post inceptam noticiam ueritatis: iam nõ relinquitur pro peccatis hostia: Terribilis autem quædam expectatio iudicii: & ignis æmulatio: quæ consumptura est aduersarios. Iacobus.c.ii.

Iacobus

Quicunque autem totam legem seruauerit: offendat autem in uno: factus est autem omnium reus: qui enim dixit: non mœchaberis: dixit & non occides: Quod si nõ mœchaberis: occides autem: factus es transgressor legis.
Petrus apostolus primæ.c.iii.

Petrus.

Declinet autem a malo & faciat bonum: inquirat pacem & sequatur eam: quia oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum: Vultus autem domini super facientes mala: & quis est qui uobis noceat: si boni æmulatores fueritis.
Ioannes capitulo.i.

Ioannes.

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est.
Idem capitulo.iii.
Omnis qui facit peccatum: & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas: Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret: & peccatum in eo non est: omnis qui in eo manet non peccat: & omnino q peccat non uidit eum: nec cognouit eum.
Ioannes Ibidem.
Qui facit peccatum ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei: ut dissoluat opera diaboli: Omnis q natus est ex deo: peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare: quoniam ex deo natus ẽ: in hoc mãifesti sunt filii Dei: & filii diaboli.
Augusti.li.de Adulterinis coniugiis: & hẽtur xxxii.q.vii.c. Quemadmodum.§.Nõ recte.

Augustin⁹

Non recte dici potest: Si nescit homo non peccat: Sunt enim peccata ignorantium quis minora quam scientium. Aug.de uera religiõe: & hẽt.xv.q.i.c.Quod autem.§. Vsque adeo.
Vsque adeo peccatum uoluntarium malum ẽ: ut nullo modo peccatum sit: Si non sit uoluntarium.
Augustinus contra Faustum li.ii. & hẽt. xv.q.i.c.Inebriauerunt.
Inebriauerunt Loth filiæ ei⁹ & se nescienti: miscuerunt: qua propter culpandus est quidem: non tamen quantum ille incestus: sed quantum ebrietas illa meretur. Augustinus li.de Mendacio: & habetur.xxii.q.ii.c.Faciat.
Faciat & homo pro temporali salute hominum qđ potest: quum autem ad hoc uentum fuerit: ut tali saluti nisi peccando consulere non possit: iam se existimet non habere quod faciat: quoniam id reliquum esse prospexerit: quod recte faciet.
Augustinus li.de sermone domini in monte: & habetur de poeni.dist.ii.c.Sicut.
Sicut tribus gradibus ad peccatum peruẽitur: Suggestione: consensione: & delectatione: ita ipsius peccati tres sunt differentiæ: in corde & in facto & in consuetudie: tãquam tres mortes: Vna quasi in domo idest quum in corde consentitur libidini: altera uero quasi iam prolata extra portã: quum in factum pcedit assensio: tercia quum in cõsuetudinis malæ tanquam mole terrena pmitur animus: quasi

in sepulchro iã putrẽs? Quæ tria genera mortuorum dominum resuscitasse: quisquis legit euangelium agnoscit. Augu.li.quæst.deuteronomii: & hētur de pœni.di.iii.c.Peccatum.

Peccatum quod ex Adam contrahitur temporaliter redditur: qa omnes propter hoc moriuntur: nõ autẽ in æternum eis qui fuerunt p grãm regenerati: Si in ea usq; in finem permanserint.

Augusti.li.de baptismo paruulorum.

· Si quæratur a me: utrum homo sine peccato poterit esse in hac uita: confiteor posse p dei gratiam: & liberum eius arbitrium.

Idem super Ioannem.

· Peccatum nihil ẽ: & nihil fiunt homines: quum peccant. Aug.de uera religione.

· Nullum peccatum committi potest: nisi quum appetuntur ea quæ Christus contempsit aut fugiuntur quæ ille sustinuit.

Augustinus de baptismo paruulo℞.

· Nemo renascit in Christi corpore: nisi prius nascatur in peccati corruptione.

Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus.

· Nullus sanctus & iustus caret peccato: nec tamẽ ex hoc desinit esse iustus uel sanctus: Si cum affectu teneat sanctitatem.

Augustinus li.de Fide ad Petrum.

Si fuerit aliqs coniugalis excessus: qui tñ legitimum non uiolet thorum: hēbit non nullum Sed ueniale peccatum. Aug.li.iii.de libero arbitrio.

· Quis peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Ibidem.

. Ex quo icipit homo præcepti esse capax: ex illo incipit posse peccare: Duobus modis peccat anteq̃ sit sapiens: si aut se non accommodet ad accipiẽdum præceptum: aut quum accepit non obseruet: Sapiens autem peccat: si se auertit a sapientia.

Augustinus libro.xii.de Trinitate.

· Sane quum sola cogitatione mens oblectatur illicitis: non quidem decernens esse facienda: tenẽs tamen & uolens libenter: quæ statim ut attigerunt animum respui debuerunt: non negandum ẽ esse peccatum: sed longe minus q̃ si in opere statuatur implendum: & ideo de talibus quoq; cogitatiõib' uenia petenda est: pectusq; percutiendum atq; dicendum: Dimitte nobis debita nostra. Faciendum quoq; quod sequitur: atq; in oratione iungẽdum: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Idem li.de decem chordis.

In ipsis alimentis quæcunq; concessa sunt: Si forte excedit modum: & accipit amplius q̃ ẽ necesse peccat: quottidiana sunt ista quæ dico: sed tñ peccata sunt: & nõ sunt leuia: quia plura: Quia uero quottidiana & plurima sunt: timenda est ruina multitudinis: Talia peccata dicimus fratres: quottidianis eleemosynis per se mundari.

Augustinus super ps.v.

· Non regnet peccatum in uestro mortali corpore: non dicit: non sit: sed non regnet: Inest peccatum quum delectaris: regnat quum consenseris.

Augu. in sermone dñicæ.iiii.de aduentu.

· Nolite contemnere uenialia quia minima sunt: sed timete: qa plura: pleræq; enim bestiæ minutæ multæ necant: nunquid minutissima sunt genera arenæ: sed si amplius in naui mittatur: mergit illã ut pereat: q̃ minutæ guttæ pluuiæ: non ne flumina implent & domos deiiciunt?

Augustinus super.ps.liiii.

· Omnis malus aut ideo uiuit: ut corrigatur: aut ideo uiuit: ut per eum iustus exerceatur.

Idem de Ciuitate dei li.xiiii.

Viuebat homo in paradiso sine ulla egestate: cibus aderat ne esuriret: potus ne sitiret: lignum uitæ ne illum senecta dissolueret: nullus intrinsecus morbus: nullus ictus metuebat extrinsecus: nõ lassitudo fatigabat ociosum: non somnus premebat inuitum.

Augustinus confessionum li.viii.

· Ex uoluntate peruersa est libido: & dum seruitur libidini facta est consuetudo: Consuetudo autem cui non resistitur facta ẽ necessitas: a quibus quasi ansulis sibi met connexis instar cathenæ tenebat me dura seruitus. Aug.li.iii.de Ci.dei

Remotis obstaculis insanæ opinionis scelera nuda iudicentur: nuda pensentur: nuda inspiciãtur: fallacia tegmina: & uanæ laudes gloriæ auferantur: & apparebunt misericordiæ peccatorum.

Augustinus li.vii.confessionum.

Lex peccati est uiolentia consuetudinis: qua trahitur etiam inuitus animus eo merito: quo in eã uolens illabitur. Aug.in Enchiridion.

· Peccata q̃uis magna & horrenda: quum in cõsuetudinem uenerint aut parua esse aut nulla creduntur: usq; adeo: ut non solum non occultanda: uerum etiam prædicanda diffamandaq; uideantur.

Aug.super Matthæum Homel.xlv.

· Moles imposita sepulchro ipsa est uis dura cõsuetudinis: qua premitur anima: nec resurgere: nec respirare permititur: Dictum est autem quatriduanus est: Re uera ad istam consuetudinem: de qua loquor quodam progressu peruenit anima: Prima est quasi titillatio delectationis in corde: Secunda consensio: tercia factum: quarta consuetudo. Augustinus in sermone quartæ Dominicæ de aduentu.

Nolite fratres mei contemnere peccata in quib' forte consuetudinem iam fecistis: Omne enim pecca

tum consuetudine uilescit: & fit homini quasi nullum sit: obduruit: iam dolorē perdidit: & ualde putre est: nec dolet. Quod non dolet: nō pro sano habendum est: sed pro mortuo cōputandū est. Quando aliquid pungitur & dolet: aut sanum est: aut est in illo spes aliqua sanitatis: Quando autem tangitur: pungitur calcatus nec dolet: pro mortuo habēdum: nec nō de corpore præcidendum.

Augustinus li. de natura & grā.

Excepta uirgine Maria de qua propter honorē domini nullam prorsus habere uolo quæstionē: inde enim scimus q ei plus collatum fuit gratiæ ad uincendum omni ex parte peccatum: quia concipere ac parere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum: Hac ergo uirgie excepta: Si oēs sanctos & sanctas quum hic uiuerent congregare possem: & interrogare: utrum essent sine peccato: quid fuisse respōsum putamus: nisi qd ait Ioānes: Si dixerimus quia peccatum etc.

Augustinus li. iii. de libero arbitrio.

Illa est pœna peccati iustissima: ut amittat unusquisq illud quo bene uti noluit: quum sine ulla difficultate posset: si uellet: idest ut qui sciens recte nō facit: amittat scire quod rectum sit: & qui rectum facere quum posset noluit: amittat posse quū uelit.

Hierony. Hieronymus li. i. sup Amos.

Primum peccatum ē cogitasse quæ mala sunt: secūdum cogitatiōibus acquieuisse peruersis: tercium quod est deterius opere complesse: quartum post peccatum non facere pœnitentiam: & in suo complacere sibi delicto. Hieronymus sup ps. lxxx. Non erit in te deus recens.

Cui deus uenter est: ei deus recens est: Quæcunq uitia habemus & quotcunq peccata: tot recentes habemus deos. Irat⁹ sum: ira mihi de⁹ est: Vidi mulierem & concupiui: libido mihi deus est: unusquisq enim quod cupit & ueneratur: hoc illi deus est.

Hiero. in epistola ad Demetriaden.

Quicqd pudet dicere: pudet cogitare. Est tutissimū atq perfectum: ut assuescat animus sollicita semp & peruigili custodia discernere cogitationes suas: & ad primum animi motum: uel pbare uel reprobare quod cogitat: uel bonas cogitationes alat: uel statim malas extinguat: Hinc naq fons ē boni: & origo peccandi: Ibi maxime oportet obseruare peccatum ubi nasci solet: statimq ad primam tētationis faciem & malum anteq crescat restringere: dū adhuc est in cogitatione.

Hieronymus super Sophoniam.

Si quis fortitudinem latronis uel piratæ eneruat: & infirmos reddit: prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra quibus prius nō bene utebāt: a malo opere cessabunt. Idē super Iosue.

Peccatori omnis creatura hostis est: Nihil est autē quod iustus timeat: omnis creatura ei famulatur: Vnde per prophetam promittit ei deus dicens: Si transieris per ignem flamma non nocebit tibi: Ois igitur locus suscipit iustum: Omnis creatura exhibet debitum famulatū. Ambrosius sup Marcū & habetur. xxiiii. q. i. c. Non turbatur. Ambrosi⁹.

Non turbatur nauis quæ Petrum habet: turbatur illa quæ Iudam habet: & si multa illic discipulorū merita nauigabant: tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat: In utraq Petrus sed qui suis meritis firmus est turbatur alienis: Caueamus igitur perfidum: caueamus proditorem: ne per unum fluctuemus plurimi. Ambro. li. de spū sancto.

Peccare in spiritum sanctum est per maliciā & inuidiam fraternā impugnare charitatem.

Ambro. super Beati immaculati.

Qui se accusat & si peccator sit: iustus esse incipit: quia nec sibi parcit: & dei iustitias nō cōfitet.

Ambrosius super Lucam.

Non uirtus est non posse peccare: sed nolle: atq ita tenere perseuerantiam uoluntatis: ut uoluntas in fantiam: usus imitetur naturam.

Ambrosius de Iacob li. ii.

Prauæ conscientiæ seruit quicunq uel metu frāgitur: uel delectatione irretitur: uel cupiditatibus ducitur: uel indignatiōe exasperatur: uel mœrore deiicitur: seruilis est enim omnis passio: Quia qui facit peccatum seruus est peccati: Et quod peius est multorum seruus est: qui ē subiectus multis uitiis: Ita ut seruitio ei exire uix liceat. Grego. & habetur de pœni. di. ii. ca. Sciendum. Gregorius

Sciendum quippe est: q tribus modis admittit peccatum: nam aut ignorātia: aut infirmitate: aut studio perpetrato: & grauius quidē īfirmitate q̄ ignorantia: sed multo grauius studio q̄ infirmitate peccatur. Gregorius & habetur. l. Quia sanctitas. §. Quid enim grauius.

Quid enim grauius est aut carnale dilectum cōmittere: sine quo pauci inueniuntur: aut dei filium iu reiurando negare: in quo uerbo hunc ipsum beatum Petrum apostolorum principem: ad cuius sacrum corpus indigni sedemus: lapsum esse cognouimus: sed post negationem pœnitētia secuta est: & post pœnitentiam misericordia data est: qui ab apostolatu eum non expulit: qui ante quidē se negare prædixit. Gregorius: & habet de pœni. di. i. capitu. Voluissent.

Voluissent iniqui si potuissent sine fine uiuere: ut potuissent sine fine peccare. Ostēdunt. n. quia in peccato semper uiuere cupiunt: quia nunq̄ desinunt peccare dum uiuunt: Ad magnam ergo iustiriā iudicantis pertinet: ut nunq̄ careāt supplicio: qui in

hac uita nunq̄ uoluerunt carere peccato.
Gregorius li.iiii.moralium.

Quattuor modis peccatum ꝑpetratur i corde: quattuor consumatur in opere: In corde nāq̄ suggestione: delectatione: consensu: & defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per Diabolū: delectatio per carnem: consensus per spiritum. Defensionis audacia per elatiōem. Quattuor modis peccatum consumatur in opere: prius nāq̄ latens culpa agitur: postmodū & ante oculos hominū sine confusione reatus aperitur: Deinde & in cōsuetudinē ducitur. Ad extremū quoq̄ uel falsæ fidei seductionibus: uel obstinatione miseræ desperatiōis enutritur. Gregorius li.xxv.moralium.

· Peccatum quod ex peccato oritur: nō iam peccatū tantūmodo: sed peccatum est: & pœna peccati: qa iusto iudicio omnipotens deus cor peccantis obnubilat: ut præcedentis peccati merito etiā in aliis cadat: ut qui malum sciens perpetrat: deinceps iuste in aliis etiam nolens cadat.
Gregorius li.xviii.moralium.

· Quædā autem peccata sunt: quæ a iustis uitari possunt: & sunt non nulla: quæ ab eis uitari non possunt: Cuius enim cor i hac corruptibili carne subsistens in sinistra cogitatione non labitur: etiam si usq̄ ad consensus foueā non mergatur: & tamen hoc ipsum praue cogitare peccatum est: Sed dū cogitationi resistit a confusione animus sua liberat: Mens igitur iustoꝝ & si libera est a puerso ope: aliquando tamen corruit in puersa cogitatione.
Greg. sup Ezechielē homelia.ii.

Sicut ignis amoris mentē engit: ita ignis maliciæ incuruat: Quia & spiritus sanct' cor quod replet eleuat: & ardor maliciæ ad inferiora semper icuruat.
Idem li.xiiii.moralium.

Quum reproboꝝ mentibus occasio ꝑpetrandi peccati deest: desyderioꝝ cogitationes eoꝝ cordibus nullatenus desunt: & quū non semp Diabolum sequuntur in ope: ualde tamen se illi obligant in cogitatione. Greg. li.xxii.moraliū.

· Vsitatum generis humani uitiū est: libendo peccatum cōmittere: & cōmissum negando abscōdere: & conuictū defendēdo excusare. Ibidē.
Peccatum peccato addit: qui culpæ quā fecit patrocinia defensionis adiungit.

Io.Chrys. Io. Chrysostomus & habetur in decretis dist.xl.capitu.Homo.
Homo christianus fortiter cadit in peccatum: propter duas causas: aut propter magnitudinē peccati: aut ꝑpter altitudinē dignitatis. Io.Chrys. super illud Matthæi. Et p aliā uiā reuersi sunt &c.
Venisti per uiā fornicationis: ambula per uiā castitatis: uenisti per uiā auariciæ: ambula p uiā eleemosynæ: Si autē per ipsam uiā redieris: iteꝝ sub regno uadis Herodis. Io. Chrysostomus in sermone primæ Dominicæ aduentus.

· Ante peccatum: libeꝝ arbitriū habemus bene operandi: non autē postea: quia nō nostra uirtute post peccatum euadere possumus d manu Diaboli sed sicut nauis fracto gubernaculo: illuc ducimur ubi tēpestas uoluerit: Sic a Diabolo de peccato in peccatum ducitur: Nec hactenus quicq̄ facerē licebit: nisi quod ipse Diabolus uoluerit: Et nisi deus ualida māu misericordiæ suæ nos soluerit: usq̄ ad mortē in uinculis peccatoꝝ nostroꝝ ꝑmanebimus.
Isydorus de summo bono li.ii.c.xxvi.

Omnia fugere homo potest præter cor suū: Non n. potest a se quisq̄ recedere: Vbicunq̄ erit conscientia reatus sui illum non derelinquit: quis humana iudicia subterfugiat. Qui male agit iudiciū tamen conscientiæ suæ effugere non potest. Nā & si aliis celat quod egit: sibi tamen cælare non potest quia nouit quod desit: Duplex autē in eo fit iudicium: quia & hic conscientiæ suæ reatu punit': & illic perpetua pœna damnatur.
Isy. de summo bono li.iii.ca.xcviii. Isydorus
Reges a regendo dicti sunt: Ideo quilibet recte faciendo regis nomen tenet: sed peccando amittit: Nā & uiri sctī in sacris eloquiis reges uocantur eo qd recte agant: & sensus bene regant: & metus resistentes sibi rationali discretione cōponant.
Isy. de summo bono li.ii.ca.xxvi.

Diuisio & pugna ut sit in animo hominis pœna peccati est: ex primo homine in omnes filios propagata: ut qui noluit esse cū deo unitus: esset in se met ipso diuisus: & qui imperanti domino noluit esse subiectus: sibi ipsi rebellis atq̄ cōtrarius esset.
Isydorus de summo bono li.ii.ca.ix.

Sæpe occasio peccandi uoluntatē facit. Ibi.li.ii.

· Maioris est culpæ manifeste q̄ occulte peccare: dupliciter enim reus est qui aperte delinquit: qa agit & docet. Ber. in sermone de apostolis. Bernardus
Non uiuit homo qui superbia inflatur: qui luxuria sordidatur: qui cæteris ificitur pestibus: quoniam non est hoc uiuere: sed uitā confundere: & appro· pinquare usq̄ ad portas mortis: Bonū autē uitam ego puto: & mala pati: & bōa facere: Dicit' uulgo q̄ qui bene se pascit bene uiuit: sed mentita est iniquitas sibi: quia non bene uiuit nisi qui bene facit.
Cassiodorus super illud ps.v. Expelle eos quoniam irritauere. Cassyodo.
Hoc dicimus q̄ tantum unusquisq̄ a diuinitate repellitur: q̄tum eius peccata cumulantur: Quantitas enim delicti mensura est repudii: quia tantū adeo reus longior redditur: q̄tum numeroso crimine dilatatur. Boetius de philosophica Boetius

consolatione li.ii.prosa.vi.

Nec potestas sui cōpotē facit: quē uitiosæ libidines insolubilibus astrictā retinent chatenis: Et collata improbis dignitas non modo nō efficit dignos: sed prodit potius & ostentat indignos.

Boetius li.iiii.prosa.iii.

Hoc igitur modo quicquid a bono deficit: esse desi/ sit: quod fit ut mali desinant esse quod fuerāt: Sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis reliqua species ostentat: quare uersi in maliciam humanā quoq; amisere naturā: sed quum ultra hominem quēq; prouehere sola probitas possit: necesse est: ut quos humana conditione deiecit: infra homis me/ ritum detrudat improbitas. Euenit igitur ut quē transformatum uideas uitiis hominē æstimare nō possis. Auaricia feruet alienarum opum uiolētus ere ptor: similem lupi dixeris. Ferox atq; inquietus lin guam litigiis exercet: cani comparabis. Insidiator occultus suurripuisse fraudibus gaudet: uulpecu/ lis exequetur. Iræ intemperans fremit: leonis ani mum gestare credatur. Pauidus ac fugax non me tuēda formidat: ceruis similis habeatur. Segnis ac stupidus torpet: asinum uiuit. Leuis atq; incōstans studia permutat: nihil ab auibus differt. Foedis im mundisq; libidinibus fertur: Sordidæ suis uolupta te detinetur. Ita fit ut qui probitate deserta homo esse desierit: quum in diuinā conditionem transire non possit: uertatur in beluam.

Boetius li.iiii.prosa.iiii.

Nec iniuria dici uideo uitiosos tā & si humani cor/ poris speciē seruēt: In beluas tamen animorum qua litate mutari. Boetius Ibidem.

Etenim quod incredibile cuiq; forte uideatur infœ/ liciores esse necesse est malos: quum cupita perfe/ cerint: q̄ si ea quæ cupiunt īplere non possunt. Nā si miserum est uoluisse mala: potuisse miserius est: sine quo uoluntatis miseræ langueret effectus.

Boetius Ibidem.

Neq; enim est aliquid i tam breuibus uitæ metis ita serū: quod expectare lungum īmortalis præsertim animus putet. Quorum magna spes & excelsa faci/ norum machina repentino atq; insperato sæpe fi ne destruitur. Quod quidē illis miseriæ modum sta tuit. Nam si nequicia miseros facit: miserior sit ne/ cesse est diuturnior nequā: Quos infœlicissimos esse iudicarē: Si non eorum maliciam saltē mors ex/ trema finiret: Etenim si de prauitatis infortunio uera conclusimus: infinitam dico liquet esse mi/ seriam: quam esse constat æternam.

Boetius li.iiii.prosa.iiii.

Fœliciores inquit esse improbos supplicia luētes: q̄ si eos nulla iusticiæ poena coerceat. Ibidem.

Multo igitur infœliciores improbi sunt iniusta ipu nitate dānati: q̄ iusta ultione puniti. Ibidem.

Nequeunt enim oculos tenebris assuetos ad lucem perspicuæ ueritatis attollere: Similesq; auib⁹: sunt quarum intuitum nox illuminat: dies cæcat: Dum enim non rerum ordinem: sed suos intuentur affe ctus: uel licentiam uel impunitatem scelerum: pu tant esse fœlicem. Vide enim quid æterna lex san ciat. Melioribus animum si conformaueris: nihil opus est iudice præmium differēte: tu te ipse excel lentioribus addidisti. Boetius li.iiii.psa.iiii.

At uulgus ista non respicit. Quid igitur his ne acce damus quos beluis similes esse monstrauimus?

Lact.Fir.li.i.diui. insti. Lact.Fir.

Qui enim uirtutis est expers: qui cupiditate ac libi/ dinibus malis uincitur: nō cupidini: sed morti sub iectus sempiternæ est.

Lactan.Firmia.libro.ix.de ira dei.

Qui peccant sæpe fœlices sunt: & qui pie uiuūt fæ/ pe miseri: qa & fugitiui: & abdicati libere uiuunt.

Seneca ad Lucillium ep.xi.

Magna pars peccatorum tollitur: si peccaturis te/ stis assistet. Seneca epistola.xxvii. Seneca

Initiū salutis est noticia peccati. Sen.epi.xxxviii.

Tunc autem consumata infœlicitas: ubi nō solum turpia delectant: sed & placent.

Seneca ad Lucillium epistola.xcvi.

Erras enim si existimas nobiscum uitia nasci: super/ uenerunt: ingesta sunt. Seneca li.de moribus.

Nullum conscium peccatorum tuorum magis timueris q̄ te met ipsum: Alium enim potes effugere: te autē nunq̄. Nequicia autē ipsa est sui poena.

Seneca in Tantalo Tragoedia.ii.

Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.

Seneca Tragoedia.viii.

Periere mores: ius: decus: pietas: fides.

Aritoteles li.i. Physicorum. Aristoteles

Vno inconuenienti dato multa contingunt.

Aristoteles li.i.de coelo & mundo.

Paruus error in principio maximus est i fine.

Aristoteles li.i.Ethicorum.

Non oīno fœlix est qui sæp̄issime turpissimus est.

Aristoteles li.ii.Ethicorum.

Malum est facile: & bonum difficile.

Idem li.iii.Ethicorum.

Ignorantia excusat peccatum. Ibidem.

In naturalibus desyderiis pauci peccant.

Idem li.iiii.Ethicorum.

Prau⁹ honore non est dignus. Arist.li.v.Ethi.

Pessimus est qui nō solum utitur malicia ad se: sed ad alium. Aristoteles li.vii.Ethicorum.

Homo prauus deterior est bestia.

Cicero li.iiii.Tuscu.quæsti. Cicero

Libidinosum igitur & cupidum: & iracundū: & an/

ximum: & timidum censeamus esse sapientem.
Cicero li.v. Tuscu.quæ.
Potes igitur aut qui male uiuat: non est dicere miserum: aut quem bene: fateare eum negare bene uiuere. Cicero li.ii.rhetoricorum nouorum.
Nulla est lex quæ aliquam rem inutilē aut iniquam fieri uelit: Oīa supplicia quæ a legibus proficiscunt culpæ aut maliciæ ulciscendæ cōstitutæ sunt.
Cicero li.paradoxorum.
Peccare certe licet nemini.
Cicero Rhe.nouorum.li.ii.
Voluntario facinori nulla est excusatio imprudentiæ: & iusta deprecatio parata.
Homerus Homerus in μ odysseæ.
ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος. ὅστε καὶ ἄλλους
ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνεται ὅστις ἁμάρτῃ.i.
Iuppiter illos puniet supplicū exauditor: q & alios Homines inspicit: & punit quicunq; peccat.
Idem in φ odysseæ.
πολὺ φέρτερόν ἐστι
τεθνάμεν. ἢ ζώοντας ἁμαρτεῖν.i.
Multo melius est
Menāder Mori: q̄ uiuentes peccare. Menander.
αἰσχρὸν δὲ μηδὲν πρᾶττε μηδὲ μάνθανε idest.
Turpe autem nihil fac: neq; disce. Idem.
δὶς ἐξαμαρτεῖν ταυτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ idest.
Bis peccare hoc non uiri sapientis. Idem.
ἔργων πονηρῶν χεῖρ' ἐλευθέραν ἔχε.i.
Ab operibus malis manum liberā cōtine. Idem.
ὁ μηδὲν εἰδὼς οὐδὲν ἐξαμαρτάνει.i.
Nihil sciens nihil peccat. Idem.
ἃ μὴ προσήκει μήτ' ἄκουε μήθ' ὅρα.i.
Quæ non decent: neq; audi: neq; inspice. Idē.
ἢ μὴ ποίει τὸ κρυπτὸν. ἢ μόνος ποίει.i.
Vel non facias occultandum: uel solus facias. Idē.
Lucianus Lucianus.
ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας.
οὐ λήσεις δὲ θεούς. οὐδὲ λογιζόμενος.i.
Homines quidem fortasse latebis absurdum quid quum feceris.
Non latebis autem deos: neq; ratiocinans.
Ex.i.epig. Ex primo epigrammatum.
οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει idest.
Nullus hominum iniustorum pœnā non soluet.
Plautus Plautus in Mustellaria.
Nihil est miserius: q̄ animus homīs conscius.
Plautus in Bachide.

Qui deliquit supplex est ultro olbos. Idē in persa.
Cum aliquo malicia certare: miseria est.
Oui.metamor.li.i.fabula.iiii. Ouidius
Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus:
Non socer a genero: fratrū quoq; gratia rara est:
Imminet exitio uir coniugis: illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & uirgo cede madentes
Vltima cœlestum terras astrea reliquit.
Oui.metamor.li.vi.fabula.v.
Heu q̄ difficile est crimen non prodere uultu.
Oui.metamor.li.v.fabula.iii.
Sed uetitum est a deo sceleri nihil. Idē li.x.fa.ix.
Nec credite factum.
Vel si credetis: facti quoq; credite pœnā. Ibidē.
At tu dum corpore non es
Passa nephas: animo ne cōcipe.
Oui.amorum li.i.Elegia.i.
Multa miser timeo: quia feci multa proterue:
Exempliq; metu torqueor ipse mei.
Oui.amorum li.ii.Elegia.v.
Conscia purpureus uenit in ora rubor:
Oui.amorum li.iii.Elegia penultia.
Non peccat quæcunq; potest peccasse negare:
Solaq; deformē culpa professa facit.
Ouidius artis li.ii.
Ludite: sed furto celetur culpa modesto.
Gloria peccati nulla petēda tui est. Ibidē.
Neq; enim lex æquior ulla est:
Quam necis artifices arte perire sua.
Oui.de Ponto li.i.Elegia.i.
Pœna potest demi: culpa perennis erit. Ibidē.
Mors faciet certe ne sim quum uenerit exul.
Ne non peccarim: mors quoq; non faciet.
Catullus ode.xxvi. Catullus
Nec facta impia fallacū hominū cælicolis placēt.
Horatius in arte poetica. Horatius
Omnes
Visuros peccata putē mea. Iuue.satyra.i. Iuuenalis
Ex quo Deucaliō nimbis tollentibus æquor
Nauigio montem ascendit: sortesq; poposcit:
Paulatimq; aīa caluerunt mollia saxa:
Et maribus nudas ostendit pirra puellas:
Quicquid agunt hoīes: uotū: timor: ira: uoluptas:
Gaudia: discursus: nostri est farrago libelli.
Iuuenalis Ibidem.
Nil erit ulterius: quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem facient cupientq; minores.
Iuuenalis ibidem.
Omne in præcipiti uicium stetit: utere uelis
Totos pande sinus. Iuuenalis satyra.iiii.
Nemo malus fœlix. Iuuenalis satyra.viii.

Defensor culpæ dicet mihi: fecimus & nos
Hæc iuuenes: esto: desisti népe: nec ultra
Fouisti errorẽ: Breue sit quod turpiter audes.
Quædã cum prima resecantur crimina barba.
Indulge ueniã pueris. Iuuenalis satyra.ix.
Viuendũ recte: tũ propter plurima: tũ q́3 his
Præcipue causis: ut linguas mancipiorũ
Contẽnas: nã lingua mali pars pessima serui.
Iuuenalis satyra.xiii.
Exemplo quodcunq́3 malo cõmittitur: ipsi
Displicet authori: prima hæc est ultio: quod se
Iudice: nemo nocens absoluitur: improba q̃uis
Gratia fallacis ꝑtoris uicerit urnã. Ibidẽ.
Egregium sanctũ q́3 uirũ si cerno: bimẽbri
Hoc monstrum puero: & miranti sub aratro
Piscibus inuentis: & foetæ comparo mulæ.
Sollicitus: tã q̃ lapides effuderit imber:
Examenq́3 apũ longa consederit uua
Culmie delubri: tanq̃ in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris: & lactis uortice torrens.
Iuuenalis ibidem.
Has patitur poenas peccandis sola uoluntas:
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullũ
Facti crimen habet. Iuuenalis satyra.xv.
Nam genus hoc uiuo iam decrescebat Homero
Terra malos homines nunc educat atq́3 pusillos.
Iuuenalis Ibidem.
Sed melius nos.
Zenonis præcepta monent: neq́3 enim oĩa: q̃dam.
Pro uita facienda putant.
Di. Florẽ. Dantes florentinus li.i.ca.i.
Et uedrai le dolorosi strida:
Vedrai li antichi spiriti dolenti:
Che la sera morte ciaschun crida.
Et uedra color che son contenti
Nel foco: perche speren di uenire
Quando che sia a le beate genti.
Dantes florentinus li.i.c.iii.
Et eccho uerso noi uenir per naue
Vn uechio biancho per antiquo pelo
Cridando: guai a uoi anime praue.
Non sperate mai piu uedere il celo
I uengo per menarui al laltra ripa
Ne le tenebre æterne in caldo en gelo.



Ecunia græce χρῆμα. ατος. τό. & χρηματικός. ου. ὁ. pecuniarius: & χρηματώδαος. ου. ὁ. pecuniosus dicit̃. Est autem pecũia totum quicquid homines habẽt in terra: omnia quorũ domini sunt. Seruus: Vas: Ager: arbor: pecus: Quicquid horũ est pecunia dicitur. secundum Augustinum li. de doctrina Christiana: & habetur in decretis.i.q.iii.c. Totum.

Pecunia cuius diminutiuum est pecuniola a pecu dicitur: q olim diuitiæ omnes in agris: atq́3 pecoribꝰ esse existimabãtur; Vnde locupletes: & pecuniosi appellati sunt diuites: quasi locorũ: & pecorũ pleni. Et licet pecuniæ appellatione nõ modo nũmi: hoc est numerata pecunia: sed omnes res tã soli: q̃ mobiles: & tã corpora: q̃ iura contineantur: ut etiam Hermogenianus iurisconsultus affirmat: Frequẽter tamen pecunia pro ea quæ numerata est ab authoribꝰ usurpatur. A pecu pariter fit peculium: qđ proprie significat rem: quæ non in pecunia numerata consistit: uel in solo: uel in corporibus: uel in supellectile nostro labore: & industria paratum: & a nobis ipsis lucrefactum. Virg. Nec spes libertatis erat: nec cura peculi. Hinc peculium castrense dicitur: ut ait Pomponius: quod a parẽtibus: & agnatis in militia degenti donatum est: uel quod filiꝰ in militia acquisiuit: quod nisi militaret acquisiturus non fuisset. Nam quod fuisset sine militia acquisiturꝰ: id peculium eius castrense non dicitur. Peculium nonnunquam pro paruo patrimonio capit̃: secũdum Vlpianum. Hic deriuatur peculiaris: qđ proprie significat rem ad peculium pertinentem. Sed usu iã receptum est: ut pro proprio: siue speciali: seu præcipuo ponatur: unde peculiariter aduerbium: hoc est specialiter: præcipue: Sane pecus pecoris: seu pecus pecudis: utroq́3 enim mõ dicimus: significat omne animal quod sub homis imperio e pabulo terræ pascitur: ut boues: asini: equi: cameli: oues: capræ: elephantes: & reliqua huiusmodi. Transfertur aliquãdo pecus pecoris ad omne aĩal: quod humana lingua & effigie caret. Virg. de apibus. Et pecudum custodia solers. Horatius de piscibus. Omne quum Protheus pecus egit altos uisere mõtes. Veteres pecu & pecus coris: & pecus cudis neutro oĩa genere protulerunt: unde pecua legimus: unde ẽt Pecuarium quod ad pecus attinet. Pecuarium aliquando armentarium: aliquãdo loca in q̃bus armenta consistunt: nonnunq̃ ipsa armẽta significat. Persiꝰ. Findor ut arcadiæ pecuaria rudere credas. Ambro.li.de officiis. Ambrosiꝰ


Pecunia facile consumitur: consilia exhauriri nesciunt: hæc usu augentur: pecunia minuitur: & cito deficit. Cõsilium autẽ collatum: quo in plures diffunditur: eo redundantius manet: & in suum fontem recurrit. Amb. officiorũ li.ii.ca.xxi.

Hoc malum iã dudum humanis influxit mentibus: ut pecunia honori sit: & animi hominum diuitiarum admiratiõe digni: ut nemo nisi diues honore dignus putetur. Isy. solilogorũ li.i.ca.i. Isydorus.

Vbiq; pecunia uincit: omnes mendicitatē spernūt.
Cassiodor' Cassiodorus li.v.epistola.xiii.
Pulchrum est neglexisse foeda lucra pecuniæ.
Cassiodorus de dilectione dei ca.v.
Pecunia cum labore acquiritur: acqsita cū timore seruatur: & tādē cum dolore grauissimo amittit'.
Plato in phedrone.
Propter pecuniaꝝ possessionē omnia prælia nobis
Cicero fiunt. Cicero li.officiorum.
Male enim res se habet quū q uirtute effici debet: id tentatur pecunia. Idem ibidem.
Sed ut pecuniæ non quærendæ solum ratio est: uerum etiam collocandæ: quæ perpetuos sumpt' suppeditent: Nec solum necessarios sed etiā liberales: sic gloria & quærenda & collocanda ratiōe est: q̄q̄ præclare Socrates ad gloriā hanc uiā ꝓximasset: & quasi compendiariā dicebat esse: si quis id ageret: uidelicet ut qualis haberi uellet talis esset.
Vale.max. Valerius maximus li.iiii.
Nihil eoꝝ quæ uirtuti debent: emere pecunia licet.
Val.max.li.vii.titu. Sapiēter dcā aut facta.
Vnicæ filiæ præter Temistoclen consulebat: utrum eam pauperi ornato: an locupleti paꝝ probato collocaret: cui is inquit malo uirum pecunia: q̄ pecuniam uiro indigentem: quo dicto stultum monuit: ut generum potius q̄ diuitias generi legeret.
Horatius. Horatius.
Sed quia naturam mutare pecunia nescit.
Iuuenalis. Iuuenalis satyra.xiii.
Et maiore domus gemitu: maiore tumultu
Planguntur nummi q̄ funera. Ibidem.
Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.
Iuuenalis satyra.
Interea pleno dum turget sacculus ore
Crescit amor nūmi q̄tum ipsa pecunia crescit:
Et minus hanc optat qui non habet.

PEnus græce Ταμιειον .ου.τὸ. & Ταμίας.ου.ὁ .penuarius dicitur. Est autē penus omne quo homines uescuntur: secundum Ciceronē li.ii.de natura deorum. Itē. Est penus quicquid longæ usionis gratia reconditur ex eo q non impromptu est: sed intus & penitus habetur: locus etiam ipse dicitur penus. Penit' enim proprie significat intrinsecus: unde penitior comparatiuum: hoc ē interior: & penitissimus: hoc est intimus. Vnde penetrare quasi penitus intrare: a quo penetrabilis: qui facile penetrat. Virg. Aspice non mage sit nostrum penetrabile telum: Idē. Et penetrabile frigus adurit. Penetrabile uero substantiuum id significat quod est in itimis partibus: & penetrale sacrificium q in penetrabili: hoc est in intima ædium parte fieri solebat: Inde etiam penates: q penes nos sint nati. Penitus autē a penes deriuatur: nam id penes nos uidetur esse: quod est penitus reconditum. Sunt q nolint in penu thus: cereos: ligna: carbones: aliaq; similia cōtineri. Proprie tamen ea sola penui tribuuntur: quæ ad uictum pertinent.
Penuariū significat omne id quod in penu reponit': & ipsum penu: unde penuaria cella appellat'. Dicimus autē hic penus: & hæc penus quartæ declinationis: & hoc penus ris terciæ: & hoc penū peni secundæ. A penu quidā putant penuriā deduci q̄si urens penu: significat q inopiā omnium reꝝ: præsertim q eaꝝ quæ in penu recondi solent. Alii a pene dictum uolunt q pene urat: uel q pene minus sit: q̄ necesse est.
Penus & Cellarium sic differunt: q Cellarium est paucoꝝ dieꝝ: Penus uero longi tēporis est.

PErcurro græce διατρέχω dicitur. Est autem percurrere: expedite in finē currendo deuenire: secūdum.b. Tho. super Isaiam. prolo.co.i.fi.



Perfectio ĝce τελειότης. ητος.ἡ. uel τελείωσις. ιος.ἡ. & τέλειος.ου. ὁ.perfectus: & τελειόω pficio dicitur. Est autem perfectum cui nihil deest: secundum Aristote. li.iii. physicorum: & li.i. d Cælo & mundo.
Perficere est absoluere: a quo perfecte aduerbium: hoc est absolute: integre. Est q cōpositum de facio: sicut Efficio: quod in hoc differt a facio: q facere est in opere esse: Efficere uero significat pfectionem: unde effectus: & efficax quod est quod ad aliqd agendum uim habet: & maxime conducit: A quo efficacia ꝓ ui: & effecte: qd pfecte significat.
A facio item cōpōitur proficio: quod est profectū facere: & profectus. Plynius. Nec minorem sub eo præceptore profectum fecit: Sic & præficio: præpono: unde præfectus: præfectura: & multa alia q̄ a facio componuntur.
Matthæus capitu.ix. Matthæus
Si uis perfectus esse: uade & uende omnia quæ habes: & da pauperibus: & habebis thesauꝝ i cælo: & ueni sequere me. Augustinus in v.psalmo. Augustin'
& habetur.xxii.q ii. Ne quis.
Ne quis arbitretur perfectum & spiritualē hominē pro ista temporali uita morte cuius sua uel alterius non occiditur anima debere mentiri.
Hiero.in epi.ad Theodoꝝ monachum. Hierony'.
Si uis perfectus esse: tu qui perfectum te esse pollicitus es: quid aliud q̄ perfectam sectatus es uitam:
Perfectus autem seruus Christi nihil præter Chri

Bum habet? aut si præter Christum habet pfectus nō est. Quum se perfecte deo sit pollicitus aut mētitus est. Os autem quod mentitur occidit animā.
· Igitur ut concludam: si perfectus es: cur bōa paterna desyderas? si perfectus non es dominum fefellisti. Ibidem.

Vende omnia &c. Nec hoc ad perfectiōem sufficit: nisi post contemptas diuitias saluatorem sequat̃ .i. relictis malis faciat bona. Facilius enim sacculus contemnitur q̃ uoluntas.

Hierony. Hiero. in epi. ad Theophontem.
Hæc est in omnibus sola perfectio: suæ impfectiōis
Gregorius cognitio. Gregorius li. iiii. Dyalogoꝝ.
Pleruq; hii quos iam perfectos homines æstimant: adhuc in oculis summi opificis aliquid habēt imperfectionis: Sic sæpe imperiti homines nedū perfectæ sculpta sigilla conspicimus: & iam quasi perfecta laudamus: quæ tamen adhuc artifex consyderat & limat: laudari iam audit: & tamen ea tandem meliorando non desinit.

Isydorus Isydorus li. iii. de summo bono.
· Omnis perfectus ex lectione & meditatione procedit: quæ .n. nescimus: lectione discimus: quæ didicimus meditationibus conseruamus.

Origenes Origenes sup illud Matthæi ca. xx.
Si uis perfectus esse etc. Ille qui mutauit pro diuitiis pauptatē: ut fieret perfectus non in ipso tempore quo tradidit bona sua paupibus: fiebat omnino pfectus: sed ex illa die icœpit speculatio dei adduce
Aristoteles re eum ad omnes uirtutes. Aristo. li. vii. phis.
· Vnumquodq; tunc perfectū est: quum attingit pro
Cicero priā uirtutem. Cicero li. Tuscula. quæ.
In aīabus nostra semina uirtutū innata sunt: quæ si bonus cultor crescere permitteret: ipsa natura ad perfectionē deduceret. Cice. li. de amicicia.
Nec quicq̃ difficilius esse q̃ reperire i omni suo gene
L. Apulei re perfectum. L. Apuleius de deo Socratis.
Nihil est similius & gratiosius deo: q̃ uir aio perfecto bonus: qui in tantū hoies cæteros antecellit: in q̃tum ipse a diis immortalibus antecellitur.

PErfidia gce ἀπιστία ας. ἡ. & ἄπιστος. ου. ὁ. ἡ. perfidus dicitur. Est autē pfidia fidei uiolatio: Et pfidus ē fidei uiolator: ueniūtq; a Fides de quo supra in dictiōe Fides.



PEriculum græce κίνδυνος. ου. ὁ. & ἐπικίνδυνος. ου. ὁ. ἡ. periculosus: & κινδυνεύω periclitor dicit̃. Periculū interdum significat salutis discrimē: unde periculor uerbum deducitur: quod modo significat periculū subeo: modo pro experior: Siquidem & periculum pro experimento ponitur. Terentius. Fac periculū in litteris: fac in palestra. Venit autem periculum a pereo: quod quidā ab intereo ita separant: ut perire leuius sit: & quod non omnium rerū finē denotet. Plautus. Qui per uirtutē perit: non interit. Dicitur autē itereo: quasi in totum eo. Quando piculum expimētū significat ab expior uidet̃ deriuari.

Seneca in Hercule furēte Tragœdia .i. Seneca
Nemo se tute periculis offerre tā crebro potest. Ibi.
Quem sæpe transit casus aliquando inuenit.

Terentius comœdia .v. Terentius
Auribus lupum teneo.

Ouidius tristium li. i. Elegia .i. Ouidius
Terret̃ nimio pēnæ stridore columba
Vnguibus accipiter saucia facta tuis:
Non procul a stabulis audet discedere: si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaeton si uiueret: & quos
Optauit stulte tangere nollet equos:
Me quoq; quæ sensi: fateor Iouis arma tenere
Me reor infesto quum tonat ore peti.
Quicunq; argolica de classe Caphærea fugit
Semp ab Euboicis uella retorquet aquis.
Et mea cimba semel uasta pcussa procella
Illum quo læsa est horret adire locum.

Oui. de ponto li. ii. Elegia .vii.
Sed me timor ipse malorum
Sæpe supuacuos cogit habere metus.
Da ueniam quæso nimioq; ignosce timori:
Tranqllas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo
Omnibus unca cibis æra subesse putat.
Sæpe canē uisum longe fugit agna lupūq;
Credit: & ipsa suam nescia uitat opem.
Membra reformidant mollē quoq; saucia tactum:
Vanaq; sollicitis incitat umbra metum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis
Pectore concipio nil nisi triste meo.

Ouidius artis libro. ii.
Quum mora non tuta est totis icumbere remis
Vtile: & assidue subdere calcar equo.

Tibullus li. i. Elegia. vi. Tibullus
Ne pigeat magno post didicisse malo.

Horatius li. i. epistola. xvii. Horatius
Cautus enim metuit foueā lupus: accipiterq;
Suspectos laqueos: & opertum miluius hamū.

PEritia græce ἐμπειρία ας. ἡ. & ἔμπειρος peritus dicitur. Dicuntur autē periti docti: & experti: sicut econtra imperiti indocti: & inexperti. Veniunt autem peritia: & peritus a perio uerbo quod significat aperio: doceo: quod uerbum a pario ueteres traxere. Inde etiā uē

nit experior. De quibus omnibus habes supra in Experientia.

Eriurium graece 'επιορκία.ας.ή.& 'επίορκος.ου.ό. periurus dicit'. Est autem periurium falsa iuratio: secundum Host.

Periurium est mendaciũ iuramento firmatum: secundum.b.Tho.iiii.sen.dis.xxxix.q.iiii.

Peierare est mente non ore falsum iurando dicere: secundum Aristotelẽ li.i.Rhe.

Periurium uenit a peiero: quod est iuramentum infringo. unde peierator: peieratrix: peieratio deducuntur. Peiero autem ex per & iuro componit': sicuti & Coniuro: Adiuro: Coniuratio & adiuratio de quibus supra. Deierare autem est sancte & uehemẽter iurare: A quo Deierator: dieratrix: & de

Augustin' ieratio descendunt. Augustinus in decollatõe Io.bap.& habetur.xxii.q.v.Ille qui.

Ille qui hominẽ prouocat ad iurationẽ: & scit eũ falsum iuraturum esse: uincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est: Ille animã: immo duas animas: & eius animam quẽ iurare prouocauit & suam. Scis uerum eẽ quod dicis: & falsum quod ille dicit: & iurai compellis: ecce iurat: ecce piurat. tu quid inueñisti: immo & tu perisli: q de illius mor

Isydorus te faciam uoluisti. Isydorus li.ii. sententiarum & habetur.xxii.q.v.Quacunq;.

Quacunq; arte uerbo℞ quis iuret: deus tamen qui conscientiæ testis est: ita hoc accipit: sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autẽ reus fit: qui & no

Cicero men dei inuanũ assumit: & ꝓximũ dolo capit.

Cicero li.ii.de legibus.

Periurii pœna: diuina exitium: humana dedecus.

Hesiodus Hesiodus.

ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν 'εκὼν 'επίορκον 'ομόσσας
ψεύσεται. 'εν δὲ δίκην βλάψας: νήκεστον 'αάσθη.
τοῦ δέ τ' 'αμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται
'ανδρὸς δ' 'ευόρκου γενεὴ μετόπισθεν 'αμείνων idest.

Qui testimoniis sponte iusiurandum iurans
Mentietur: in eo q; iusticiam lædẽs imedicabiliter læsus est:
Huius obscurior ples in futurum relinquetur:
Viri autẽ uere iurantis proles in futu℞ melior.

Menãder. Menander.

θεὸν 'επίορκον μὴ δόκει λεληθέναι.
Deum deierans ne putes latere.

Ouidius epistola Acontii ad Cidippen.
Tantũ periuria uita. Oui.li.i.Amorum. Ouidius
Non bene conducti uendunt periuria testes.
Iuuenalis satyra.xiii. Iuuenalis
Sunt qui infortunæ iam casibus omnia ponunt:
Et nullo credunt mundum rectore moueri:
Natura uoluente uices & lucis & anni:
Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur:
Hic putat esse deos: & peierat: atq; ita secum.
Decernat quodcunq; uolet de corpore nostro
Isis: & irato feriat mea lumina sistro:
Dummodo uel cæcus teneã quos abnego nũmos.
Et ptysis & uomicæ patres: & dimidrum crus
Sunt tanti: pauper locupletem optare podagram
Non dubitat.

De hac materia habes supra ubi Iuramentũ.

Permutatio graece διαλλαγὴ.ῆς.ή.& διαλλάττω permuto dicitur. Est autem ꝑmutatio unius rei certæ ꝓ altera re certa uicaria ꝓstatio. C.de re permu.l.i.in glo. Permutatio fit a muto. Mutare proprie est transferre. unde mutabile: quod mouetur: Et immutabile quod non mouetur. A muto fit pariter cõmuto: Cõmutare uerba est litigare. Teren. Nunq̃ hodie tecum cõmutaturum patrẽ unum eẽ uerbum. Muto frequentatiuum est huius uerbi moueo o littera in u mutata. Dicimus etiã moto tas: unde Motacilla auis uulgo nota: q; semper moueat caudam: unde uulgo nõ inepte coda tremula dicitur: Veteres.n. codam pro cauda dicebant.

Erseuerantia ĝce 'υπομονή.ῆς.ή.& 'υπομένω perseuero dicitur. Est autem perseuerãtia in ratione bene instituta stabilis: & ꝑpetua permãsio: secundum Ciceronem in Rhetoricis: & secundum Andronicum: ac beatum Tho. secunda secundæ.q.cxxviii.c.

Perseuerantia est uirtus specialis habẽs speciale obiectum.s.opus laboriosum: ut tristabile diuturnitatis: secundum eundẽ scd̃a scd̃æ.q.cxxii.ar.i.

Perseuerantia quid a Fortitudie differat uide supra in Fortitudo. Perseuerantiæ extrema sunt Pertinacia: & leuitas. Perseuerantia dicitur a ꝑseuero uerbo. Est autem perseuerare cum quadam constãtia & quasi pertinacia perdurare. Dicuntur q; a seuerus: quod aliquando significat grauem: & censorium: quasi semp uerus: uel sequens uerum: & nulla gratia: nullis illecebris mutabilis. Virg. Cumb' q; seuerus: Aliquando asperum: Idem. Montẽq;

ſeueꝶ. Interdum ſæuum & uitabilẽ. Idẽ. Amnẽq̧
ſeuerum Eumenidum. Nonnunq̃ triſtẽ & anxi/
um. Vnde ſeueritas: hoc eſt grauitas: Conſtantia:
Aſperitas: Triſticia. Hinc Aſſeuero uerbum: qđ
eſt cum quadã ui: hac motu animi: quaſi cum ſeue
ritate aliquid affirmo. Hinc aſſeueratio deriuaẽ.
Quintilianus. Altera ex aſſeueratione ꝓbatio ẽ.
Matthæ⁹. Matthæus.c.x.
Qui autem perſeuerauerit uſq̧ in finem: hic ſaluus
Paulus erit. Paulus ad hebræos.c.xii.
Fili mi noli negligere diſciplinã dñi: neq̧ fatigeris
dũ ab eo argueris: Quẽ.n. diligit dñs caſtigat: fla/
gellat autẽ omnem filium quẽ recipit: In diſcipli/
na perſeuerate: Tanq̃ filiis uobis offert ſe deus:
Quis enim filius quem non pater corripit?
Auguſtin⁹ Aug. ad eudoxium: & habeẽ. xvi. q.i. Vos aũt.
Vos autẽ fratres hortamur in dño: ut ꝓpoſitum ue
ſtrum in dño cuſtodiatis: & uſq̧ ad finem uitæ pſe
Hierony⁹. ueretis. Hieronymus: & hẽẽ de Con. di. v.
Quicquid.n. neceſſitate ſit cito ſoluitur: quod uo/
Gregorius luntate accipitur pſeuerat. Grego. in moral.
& ẽ de pœni. di. iii. c. In caſſum.
In caſſum quippe bonum agitur: ſi ante uitæ termi
num deſeratur: qa & fruſtra ueIociter currit: qui
priuſq̃ ad metas uenerit: deficit. Grego. ſuper
Ezechielẽ: & hẽtur de pœni. di. ii. Pennata.
Pennata aĩalia minime reuertuntur quũ icedunt:
qa pdicatores ſancti ſic a terrenis actib⁹ ad ſpũalia
tranſeunt: ut ad ea quæ reliquerant: ulterius nul/
latenus reflectantur: Et paulo poſt. Nemo mittẽs
manum ſuam in aratrum &c. Manum qppe i ara
trum mittere: quaſi p quẽdam cõpunctionis uome
rem ad ꝓferendos fructus terram ſui corporis ape
rire: ſed retro poſt aratrum aſpicit: q poſt exordia
boni operis ad mala reuertitur: quæ deſiquit: q̧ qa
electis dei minime contingit: Recte nunc p pro/
phetã dr: non reuertebãtur quum incederent: Et
paulo poſt. Vnde Paulus unum uero q̃ retro ſunt
obliuiſcens ad anteriora me extendens: ſequor ad
patriã ſupnæ uocationis: In anteriora &.n. exten
tus eoꝶ quæ retro ſunt oblitus fuerat: qa tẽpora/
lia deſpiciens: quæ ſola ſunt æterna reqrebat.
Gregor. in homel. v. & habetur de pœni.
di. ii. Non reuertebantur.
Non reuertebantur quum incederẽt: qa electi ſic
ad bona tendunt: ut ad mala perpetrãda nõ rede/
ant: Qui.n. perſeuerauerit uſq̧ ad finẽ hic ſaluus
erit: & ſicut per Salomonem dr̃: Iuſtorum ſemita
quaſi lux ſplendoris ꝓcedit: & creſcit uſq̧ ad per/
fectum diẽ. In eoꝶ nãq̧ aĩo bonum deſyderiũ atq̧
intellectus lucis intimæ: iam pars diei eſt: Sed qa
uſq̧ ad finẽ uitæ i uirtute proficiunt: ad pfectum
diem tunc ueniunt: quãdo ad cæleſtia regna per/
ducti in ea luce quam deſyderant iam minus ali/
quid non habebunt. Bernar. in epiſt. cxxxix. Bernard⁹.
Abſq̧ pſeuerantia nec q pugnat uictoriã: nec pal/
mã uictor conſeqtur. Nutrix eſt ad meritum: Me
diatrix ad præmium: ſoror patiẽtiæ: cõſtantiæ fi/
lia: amica pacis: amiciciarum nodus: unanimita/
tis uinculum: ſanctitatis ꝓpugnaculum: Tolle pſe
uerãtiã: nec obſequm mercedẽ hẽt. Nec bñficium
grãm: nec laudẽ fortitudo: Sola eſt cui æternitas
redditur: uel potius quæ æternitati hoiem reddit:
dicẽte dño: Qui autẽ perſeuerauerit uſq̧ in finem
hic ſalu⁹ erit. Caſſiodorus. li. i. epiſt. xiiii. Caſſiodor.
Malum quum perſeuerat augetur: & remediabile
bõum ẽ i peccatum correctio. Idẽ li. iiii. epiſt. xxi.
Vituperationẽ generant: quæ in mediis conatibus
ægra deſeruntur. Caſſiod. li. v. epiſt. xxv.
Alacriter incumbendum eſt inchoatis: quum uici/
nitas perfectionis affuerit: Spes effectus tedium la
boris excludit: Magnum genus incitamẽti ẽ cre/
dere deſyderata compleri.
Seneca ad Lucillium epiſtola. i. Seneca
Turpe ẽ cedere oneri & luctare cum officio quod
ſemel recepiſti: Non eſt uir fortis ac ſtrenuus q la/
borem fugit: Nec creſcat illi aĩus ipſa reꝶ difficul
tate. Seneca Ibidem.
Nihil eſt quod non expugnet ptinax opa: & intẽta
ac diligens cura. Seneca epiſtola. xiiii.
Perſeuerandum eſt: & aſſiduo ſtudio robur⁹ adden
dum: donec bona mens ſit: & bona uoluntas eſt.
Seneca epiſtola. lxv.
In excelſo eſt uita beata: ſed perſeuerantia penetra
bilis. Seneca epiſtola. lxxxix.
Qui conſtans eſt impturbatus eſt: ſine triſticia eſt.
Seneca epiſtola. lxxxxiii.
Conſurgamus itaq̧ aduerſus fortunam & qcqd in
ciderit ſciamus non eſſe tam magnum q̃ rumore
iactetur. Seneca Tragœdia. iii.
Sed flecte mẽtẽ: pectus antiquum aduoca: uictaſq̧
magno pectore erumnas doma: reſiſte: tantis i ma
lis uinci malum eſt. Seneca Tragœdia. v.
Haud eſt uirile terga fortunæ dare.
Seneca Tragœdia. vi.
Iuuenile ẽ uitium regere non poſſe impetũ. Ibidẽ.
Audax uirago non tulit retro gradum.
Ariſto. li. ii. magnoꝶ moral. c. xviii. Ariſtoteles
Perſeuerantia eſt circa triſticias: & ſubſtinens triſti
cias iſte perſeuerans eſt.
Laer. Dioge. de uita & mori. philoſophorum. La. Dioge.
Quicqd ꝓpoſueris firmiter ſeruans pſeuera: Dice/
bat Bias. Cicero li. Officiorum. Cicero.
Nihil autẽ eſt q̧ tã deceat q̃ in omni re gerẽda cõſi/

lioq; capiendo seruare constantiam.
Cicero li.iii.de Legibus.
Vi opprimi in bona causa melius est quam male credere.
Cicero li.i.de natura deorum in prin°.
Quid tam temerarium: tamq; indignum sapientis grauitate atq; cōstantia: quam aut falsum sentire: aut quod nō satis explorate pceptum sit & cognitum sine ulla dubitatione defendere?

Virgilius. Virgilius Aeneidos li.vi.
Tu ne cede malis: Sed contra audentior ito
Qua tua te fortuna sinet.

Dantes Dantes purgatorii cantica.c.v.
Sta come torre ferma che non crolla
Giamai la cima per soffiar de uenti.

Persona graece προσωπον.ου.το. Est autem psona secūdum Theo. natura rōnalis indiuidua substantia.
Persona proprie dicitur facies conficta a personando in theatris dicta secundum beatum Thomam: Longat autem penultimam scilicet so propter uocabuli formam. Hinc personati dicuntur: qui huiusmodi personis tecti sunt. Et per Metaphoram persona usurpatur pro qualitate: qua alius ab alio differimus: tum in aio: tum in corpore: tum in extrapositis: quae a rhetoribus numerantur in attributis personae. Animi: ut quo studio se exerceat: litterarum ne an militaris disciplinae: & iracūdus ne sit: an mitis: luxuriosus: an temperans. Corporis: ut adolescēs ne sit: an aetate adultus: pulcher: an deformis. Robustus: an debilis. Extrapositorum: ut opulētus an pauper. Clarus an obscurus: prolem habens: an orbus. Hinc persona parasiti: militis: patris: serui: domini: pceptoris: & caetera. A persona fit personale: & impersonale: & personaliter: & impersonaliter. Et psonalis actio quam iurisconsulti uocant: quae in personam fit: Realis quae in rem: uel in bona.

Persuasio graece πειθω.ους. & πειθω persuadeo dicitur. Est q; haec inter suadeo & persuadeo differentia: q; suadere est accommodatis & suauibus uerbis: aliquem in opinionem nostram inducere conari: hoc est hortati aliquem ad id quod intendimus: Cuius contrarium est dissuadeo. Persuadere uero est suadēdo aut dissuadendo aliquid hominem in opinionem nostram inducere. A suadeo fit Suasio: Suasor: & Suadella: Suadibile quod suaderi facile pōt: Suasorius adiectiuum: Vnde pars deliberatiua a Rhetoricis suasoria dicitur: & suasorium munus: hoc est officium suadendi. Ita a persuadeo Persuasor: Persuasio: Persuasibile: Persuasibiliter. Aliqui dicunt q; Suademus facilia: Persuademus difficilia. Itē suadere ē facientis: psuadere uero pficiētis.

Perturbatio graece ταραχη.ης. & ταρασσω perturbo dicitur. Est autē ptурbatio aduersa ratione contra naturam animi commotio. scdm Ciceronē li. Tus.quaest.
Perturbatio est mutatio ordinis: & aequalitatis sanctione: & immoderata passione inferiorum potentiarum: quae non fuit in Christo: nec in aliquo sapiente. scdm b. Tho. iii. senten. di.xv.q.ii.arti.ii.

Pertinacia graece αυθαδεια.ας. & αυθαδης.ους. pertinax dr. Est autē per tenax: qui tenet impudēter propositum suum quasi omnino tenax. scdm Isydorum li°. Ethi. & b. Tho. scda scdae.q.cxxxviii.art.ii.
Pertinax uenit a tenax: quod modo significat id qd retinet: Vt glutinum tenax: modo parcum: auarum. Apuleius. homo diues: sed nimium tenax. Modo constantem: & perseuerantem. Horatius. Iustum & tenacem propositi uirum. Ab hoc fit Tenacior: Tenacissimus: Tenaciter: Tenacissime: Tenacitas siue Tenacia: quod duriciam obstinationem animi: & perseuerantiam significat. Quid perseuerans: & pertinax differant: & de hac materia Vide supra in Obstinatio.

Peruicax est idem quod pertinax: q in suo proposito ad uictoriam pseuerat scdm b. Tho. scda scdae.q.cxxxviii.ar.ii.

Petulantia graece ασελγεια.ας. & ασελγης petulans dicitur. Est autem Petulantia uoluptas mentem a ratiōe ad uenerem reuocans: & caeteros illicitos trahens motus lasciua subsultatio: & sine modestia pterua: ac procax loquendi: uel potius blaterādi cōsuetudo.
Petulantia est nimia quaedam audacia: & procacitas a petendo dicta: quasi ea petantur quae absurda sunt. quemadmodum Procacitas a procando dicitur. Procari.n. ueteres petere dicebant: Vnde proci: petitores uxorum.

Phantasia graeca dictio ē φαντασια.ας. Et est motus a sensu factus: scdm Arist. scdm Arist. li.ii. de Anima.
Phantasia est quinta potentia media īter aestimatiuam: & Imaginatiuam quae componit: & diuidit species imaginatas. scdm Auicenam. ex. be. Tho. prima parte.q.lxxviii.ar.iiii.
Phantasia est thesaurus formarum per sensum acceptarum componens: & diuidens eas. Et ē idem cum imaginatiua: ut Ibidem.
De hac uide supra in Arbore animae.
Phantasma graecū ē φαντασμα.ατος. το. Et ē similitudo idiuidui ī orgāo corpeo scdm. b. Tho. pria. pte.q.lxxxiiii.art.vii.



Hilosophia græca dictio est φιλοσοφία . ασ . ἡ. Est est amor scientiæ. se/ cũdum Aug. li. de ci. dei iiii . & eundem contra Academicos : & Boeti/ um in Arithmetica . Componitur autẽ ex φι λος . ου . ὁ . quod ẽ ami/ cus: & σοφία . ασ . ἡ . quod est sapiẽtia. Hẽt autem sophia penultimam correptam: Martialis.

Quum tibi sit sophiæ par cura: & cura deorum.

Phocylides.

Ambros⁹. μὴ γαυροῦ σοφίῃ μήτ' ἀλκῇ. μήτ' ἐνὶ πλούτῳ. Ambrosi⁹ sup Beati immaculati.

Philosophia quæ est circa elementa mundi : magis est falsa q̃ uera sapiẽtia. Scrutatur. n. plagas mundi: spacia rimatur : quæ sibi ,pdesse nihil possunt: Deum autem ignorat: quẽ solum deberet inquire

Bernard⁹. re. Bernardus super cantica.

Philosophorum uentosa loquacitas: non bonus est imber q sterilitatem magis intulit terris q̃ fertili/ tatẽ. Vinum. n. sæcularis sapiẽtiæ inebriat qdem: Sed curiositatem inflans non nutriens: inflans nõ ædificans: ingurgitans non cõfortans.

Aristoteles Aristoteles li. i. Methaphisicæ.

· Propter admirari hoies & nunc & primo cœperũt philosophari. Aristo. Ibidem.

Phylomites idest fabularum amator est aliqualiter philosophus: quia fabula ex mirabilibus constitui tur. Aristot. Ibidem.

Antiqui philosophi acquisitis necessariis uitæ ince/ perunt philosophari. Arist. li. ii. Methaphisicæ.

Appellari philosophiã sciẽtiã ueritatis recte se hẽt. Arist. li. vi. Methaphisicæ.

Tres sunt partes philosophiæ & scientiæ Specula/ tiuæ. s. naturalis: mathematica: & diuina. i. metha physica. Naturalis consyderat res coniunctas mo tui & materiæ secundum esse: & scdm rationem . Mathematica consyderat res coniunctas motui & materiæ scdm esse : sed separatas a materia se/ cundum rationem. Et methaphysica consyderat res separatas a materia & secundum rationem . Idem uult commentator magis expresse. q rhe/ toricæ scientiæ. i. speculatiuæ sunt aliis scientiis desyderabiliores: & methaphysica theoricis.

Aristoteles Ibidem.

Si omnis substantia est mobilis: physica est philoso/ phia prima : Sed si aliqua substantia ẽ immobilis : illa est prior q̃ physica.

Cõmẽta. Commentator super primo phisicorum.

Philosoph⁹ siue sapiens naturalr ẽ uirtuosus secun dum omnes species uirtutum moralium : q̃ sunt : iusticia: castitas: liberalitas & similia.

Commentator Ibidem.

Liber physicorum est radix & principium philoso/ phiæ naturalis. Themistius sup. iii. de anima. Themisti⁹.

Ratio uniuersalis dicit q: omni philosopho est be/ nefaciendum. Arist. li. de sensu & sensato. Aristoteles

Naturalis philosophi est de sanitate & infirmitate prima principia inuenire. Arist. Ibidem.

Naturalis philosophus finit consideratiõẽ suam ad ea quæ sunt considerationes medicinæ: sed me dicus incipit ab eis quæ sunt de consyderatiõe na turalis unde ubi philosophus dimittit ibi medicus incipit. Aristoteles li. x. Ethicorum.

· Philosophia hẽt delectationes admirabiles purita/ te & firmitate. Arist. li. de pomo & morte.

Sæpius philosophari uidet' mihi res diuina. Ibidẽ.

Philosophia docet homines suum cognoscere crea torem. Arist. in epistola ad Alexandrum.

Suadeo tibi attendere rationibus philosophiæ.

Aristo. li. ii. Polyticorum.

Facile est ditari philosophis si uolunt.

Arist. li. ii. Rhetoricorum.

Si sine arte & ,ppter actionem aliquid fieri possibi/ le est: magis p artẽ & curam & causam possibile ẽ fieri: unde ubi philosophus fuerit præses : ibi fœ/ lix est ciuitas. Arist. li. ii. Topicoꝝ.

Plura contingit bene scire: sed non plura intellige/ re: melius est philosophari q̃ ditari.

Seneca ad Lucillium epistola. xvi. Seneca

Dicet aliqs : qd mihi philosophia ,pdest: si fatum ẽ: Quid ,pdest: si deus rector est: qd prodest : si casus impat: nam & mutari certa non possunt: & nihil præparari potest aduersus incerta: Sed aut consi/ lium meum deus occupauit decreuitq; quid face/ rem: aut consilio meo: nihil fortuna pmittit. Quic quid est ex his Lucilli: uel si oia hæc sunt philoso/ phandũ est: siue nos inexorabili lege fata constrin gunt: Siue arbiter deus uniuersi cuncta disposuit: siue casus res humanas sine ordine impellit & ia/ ctat: Philosophia nos tueri debet : hæc adhortabi tur ut libenter deo pareamus : ut fortunæ contu/ maciter resistamus : hæc docebit ut deum sequa/ ris: feras casum. Seneca Ibidem epistola. xvii.

Hoc scio: neminem posse bene uiuere: sed nec tole/ rabiliter : sine sapientiæ studio: quum omnia ha/ bueris tunc & habere scientiam uoles & sapiẽti/ am: hæc erit ultimum uitæ instrumentum.

Ibidem epistola. xx.

Facere docet philosophia: non dicere: & hæc exigit ut ad legem suam quisq; uiuat: ne rationi uita di/ sentiat : ut ipsa inter se uita unius sine omnium actionum dissensione coloris sit: Maximum hoc est : et officium sapientiæ & indicium : et uerbis

opera concordent: ut ipse ubiq par sibi: idemq sit. Seneca epistola. lxxii.

Relinquo istum ludum literarum philosophorum qui rem magnificam ad syllabas uocant: q aium minuta di/cendo diminuunt & conterunt: & id agunt ut philosophia potius difficilis q̃ magna uideatur. Socrates q totam philosophiam reuocauit ad mores: hanc summam dixit esse sapientiã: bona malaq distinguere. Seneca epistola. lxxxviii.

Quis dubitat quin deorum immortalium munus sit quod uiuimus: philosophiæ quod bene uiuim⁹: Itaq tanto plus huic nos debere certum est: qua/si dus: quãto maius est beneficium beata uita q̃ ui ta: Et certe deberetur nisi ipsam philosophiam dii distribuissent. Seneca Ibidem.

Huius unum opus est de diuinis humanisq uera in uenire: Ab hac nunq̃ recedet religio: iusticia: pie/tas: & omnis alius comitatus uirtutum cõserta rum inter se quærentium: hæc docuit colere diui/na: humana diligere: pœnes deos impium habe/re: & inter hoies consortium: quod aliquãdiu in/uiolatum mansit: anteq̃ societatem auaricia distra xisset. Seneca Ibidem.

De illa philosophia loquor: quæ nullum bonum pu tat: nisi qd honestum est: quæ nec hois: nec fortu/næ muneribus deleni põt. Sene. li. de morib⁹.

Philosophia pmittit mihi: ut me parem deo faciat. Ibidem.

Omnia impedimenta dimitte: & uaca bñ mente apud Philosophiam. Seneca Ibidem.

Ad philosophiam totam mentem conuerte: huic asside: hanc cole: & tunc ingens interuallum est inter te & homines: oẽs mortales tu antecedes: & du non multum antecedent. Lact. Firmi. li. iii.

Lactã. Fir. Diuina eruditio dyaleticã: in qua ois loquendi ratio continetur nõ desyderat: qa non in lingua: sed in corde sapientia est: nec interest quali utare sermo/ne: Res tamen non uerba quæruntur: & nos non de grammatico aut oratore: quorum scientia est quo modo loqui deceat: sed de sapiente disserimus: cu/ius doctrinæ est quõ uiuere oporteat: Quod si ne/q physica illa ratio necessario ẽ neq hæc logica: quia beatum facere non possunt: Restat ut in so/la Ethica totius philosophiæ uis contineatur: ad quã se: abiectis oi- us Socrates contulisse dicitur: in qua ẽt parte qm philosophi errauerunt: q sum/mum bonum cu⁹ capiẽdi gra generati sunt nõ cõ præhenderunt: apparet falsam esse & inanẽ oẽm philosopham: qa nec instruit ad iusticiæ munera: nec officium hois rationesq confirmat.

Plutarch⁹ Plutarchus in Apophtegmatibus.

Iunior Dionysius dicebat multos alere Sophistas: nõ q illos admiraretur: Sed qm p illos admiratõi esse uellet: iectus autẽ ex Tyrannide quom interroga ret: qd tibi Plato aut philosophia profuit: Rñdit: ut æquo aio facileq ferrẽ huiusmodi fortunæ mu tabilitatẽ. Macrobius li. i. sup sõno Scipiõis. Macrob⁹.

Vnde q æstimant nullis nisi philosophãtibus inesse uirtutes: nullos pter philosophos beatos esse pro/nunciant. Agnitõem. n. rerum diuinarum sapientiam proprie uocantes eos tantummodo dicũt esse sa/pientes: q supna acie mentis requirunt: & quæren/da sagaci diligẽtia cõpræhendunt: & quãtum ui/uendi perspicuitas præstat imitãtur. Et in hoc so/lo esse aiunt exercicia uirtutum. Quarum sic offi cia dispẽsant prudentiæ esse mundum & oĩa quæ in mundo insunt diuinorum contẽplatione: oẽmq animi cognitionẽ in sola diuina dirigere: Tempan tiæ oia relinquere: oĩa inquantum natura patitur quæ corporis usus requirit fortitudinis aiam non terreri: a corpore quodãmodo ductu philosophiæ recedẽte nec altitudinẽ pfectẽ ad superna ascẽsio/nis horrere: iusticiæ ad unam sibi huius propositi cõsentire uiam uniuscuiusq uirtutis obsequium: Atq ita fit ut secundum hoc tam rigidum diffini tionis abruptum rerum publicarum rectores bea ti esse non possunt.

Cicero li. i. Tusculanarum quæst. Cicero.

Philosophia uero oium mater artium: quid ẽ aliud nisi (ut Plato) donum (ut ego) inuẽtum deorum: Hæc nos primum ad illorum cultum: Deinde ad ius hoium quod situm est in generis humani societa/te: tũ ad modestiã magnitudinẽq animi erudiuit: Eadẽq ab aio tãq̃ ab oculis calignem dispulit: ut omnia: supa: infera: prima: ultima: media: uidere/mus. Prorsus hæc diuina mihi uidetur uis: quæ tot res efficiat & tantas. Quid est. n. memoria rerum & uerborum. Quid porro iuẽtio: profecto id: quo nec in deo qcq̃ maius intelligi põt.

Cicero li. ii. Tus. quæst.

Est. n. philosophia paucis cõtẽta iudicib⁹: multitudi nẽ cõsulto ipsa fugiens: eiq ipsi & suspecta & in/iusta. Cicero Ibidem.

In ipsa. n. græcia philosophia tanto in honore nũq̃ fuisset: nisi doctissimorum contẽtionibus dissensio nibusq uiguisset. Cicero Ibidem.

Nam efficit hoc philosophia: medetur animis: ina/nes sollicitudines detrahit: cupiditatibus liberat: pellit timores: Sed hæc uis non idem pt apud oẽs: tamẽ ualet multum: quom est idoneã amplexa na turam. Cicero Ibidem.

Nã ut agri nõ oẽs frugiferi sunt q coluntᷣ: falsumq illud ac improbe: & si in segetem sunt deteriorem sunt datæ fruges: tñ ipsæ suapte natura enitent: sic animi nõ omnes culti fructum ferunt: Atq ut in eodem simili uerser: ut ager quãuis fertilis sine

cultura fructuosus esse non pōt: Sic sine doctrina animus: Itaq; ē utraq; res una sine altera debilis
Cicero Ibidem.
Cultura autē cum philosophia est quæ extrahit ui/cia radicitus: & præparat aios ad satus accipiēdos: eaq; mundat his & (ut ita dicam) serit: quæ adul/ta fructus uberrimos ferant.
Cicero Tuscu. quæst. li. iii.
Est profecto animi medicina philosophia: cuius au/xiliū: nō ut i corporis morbis petendum est foris: omibusq; opibus uiribusq;: ut nosmet ipsi nobis mederi possimus elaborandum est. Ibidem.
Magnum opus & difficile: Quis negat? Quod au/tem præclarum non idem arduum? Sed tamē id se affecturam philosophia profitetur: Nos modo curationem eius recipiamus.
Cicero Tuscu. quæstio li. ultimo.
O uitæ philosophia dux: o uirtutis indagatrix: ex/pultrixq; uitiorum: Quid nō modo nos: sed oino ui ta hominum sine te esse potuisset. Tu urbes pepi/sti. Tu dissipatos hoies in societatem uitæ conuo/casti. Tu eos primo inter se domiciliis: deinde con iugiis: tum litteraꝝ & uocum comunione cōiun/xisti: Tu lumen legum: Tu magistra moꝝ & disci plina fuisti: Ad te confugimus a te opem petimus. tibi nos ut antea magna ex parte: sic nunc peni/tus totosq; tradidimus. Cicero Ibidem.
Pythagoram: ut ait auditor Platonis Ponticus He raclides uir doctus inprimis: Philiunte ferunt ue/nisse eumq; cum Leonte principe Phliasiorum do cte & copiose disseruisse quædam: Cui⁹ ingenium & eloquētiam quum admiratus esset Leon quæsi/uuisse ex eo qua maxima arte cōfideret. At illum artem qdem se scire nullā: sed esse philosophum: Admiratum Leōtem nouitate nois quæsisse: qui nam essent philosophi: & qd inter eos & reliquos interesset: Pythagorā autē respondisse similē sibi ui deri uitā ho'um & mercantium: q habentur maxi mo ludorum apparatu totius græciæ celebritate. Nam ut illic alii corporib⁹ exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent: Alii emendi aut uē dendi quæstu & lucro ducerētur. Esset autē quod dam genus eorum idq; uel maxime ingenuum: q nec plausum nec lucrum quærerent: sed uisendi causa uenirent: Studioseq; perspicerent: quid age retur: & quomodo: item nos quasi in mercat⁹ qua dam celebritate ex urbe profectos aliqua: Sic in hanc uitam ex alia uita & natura profectos: alios gloriæ seruire: alios pecuniæ: raros esse quosdam: qui cæteris omnibus pro nihilo habitis rerum na turam studiose intuerentur: hos se appellare sapi/entiæ studiosos. Idest philosophos: Et ut illic li/beralis summum esset spectare nihil sibi acqren/tem: Sic in uita longe omnibus studiis contempla tionem rerum cognitionemq; præstare.
Cicero Rhetor. ueterum li. i.
Si oportet uelle sapere: dare operā philosophiæ con uenit. Cicero de creatiōe cæli & mundi.
Nullum bonum philosophia pstabili⁹ neq; datum mortalium generi deoꝝ concessum munere neq; dabitur. Cicero in Hortensio.
Philosophia rationibus progredi debet: Duo hæc sunt maxima in philosophia: iudicium ueri: & fi/nis bonorum. Luci⁹ Apul. de dogmate Platōis. Luc. Apu.
Consyderanti mihi sæpe alias uirtutes: indagatrix Expultrixq; uitiorum: diuinarum particeps reꝝ philosophia uidebatur: & nunc maxime cum na/turæ increpatione & remotarum ab oculis rerum inuestigatione sibi uindicet: Nāque quum cæteri ma/gnitudine rei territi eiusmodi laborem arduum & profundum existimarent: Sola philosophia suum non despexit ingenium: nec indignam se existima uit cui diuinarum humanarumq; rerum discepta tio differatur. Quid enim mundo præstanti⁹. Lau/da q̄ putas speciem: portio a te laudabitur mundi.
De septem Sapientibus. Sapientes septem.
ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν οὔνομα φωνήν.
μέτρον μὲν κλεόβουλος ὁ λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
χίλων δ' ἐν κοίλῃ λακεδαίμονι. γνῶθι σεαυτόν.
ὃς δὲ κόρινθον ἔναιε. χόλου κρατέειν περίανδρος.
πιττακὸς οὐδὲν ἄγαν ὃς ἔην γένος ἐκ μιτυλήνης.
τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο σόλων ἱεραῖς ἐν ἀθήναις.
τοὺς πλέονας κακίους δὲ βίας ἀπέφηνε πριηνεύς.
ἐγγύην φεύγειν δὲ θαλῆς μιλήσιος ηὔδα.
Verba loquor septem sapientum: nomē: & urbem.
Optima mensura est Cleobulus lindius infit.
Inq; caua Chilon te met lacedæmone nosce.
Et Periander agens: Iræ moderare Corinthi.
Nil nimis est genitus qui Pittacus ex Mitylene.
Cerne Solon uitæ finem sacris in Athenis.
Turba Bias genitus canit ampla Priene maloꝝ.
Mileto q; Thales ortus uadimonia linq;.
Dantes inferni c. iiii. Dantes
Ma poi chalzai un po piu su le ciglia
Vidi el maestro decollor che sano
Seder fra philosophica famiglia.
Tutti lo miran: tutti honor gli fano.
De hac materia habes infra ubi Prudentia: Sapien tia: & Scientia.

Pietas græce εὐσέβεια. ας. ἡ. & εὐσεβής. ἐος. ὁ. ἡ. pius dr̃. Eſt autẽ pietas iuſti/cia aduerſus deos. ſcd̃m Ciceronem li. p°. de natura deorum.

Pietas eſt per quam ſanguie cõiunctis: patriæq; & beniuolis officium & diligens tribuitur cultus.

Pietas accipitur aliquando pro cultu diuino. Vnde pietas idem eſt quod religio: græce latria: ſeu theoſebia: unde ꝓprie pietas eſt theoſebia. i. cultus dei interior: q̃ proprie pertinet ad uirtutes theologicas. Religio uero eſt latria quæ pertinet ad ſeruitutem diuinam exteriorem. Hæc ex Auguſtino li. x. de ci. dei. c. iiii.

Pietas a uulgo ſumitur pro actibus miſericordiæ: q̃a deus teſtatur hos actus ſibi fieri. Et ex hoc deus dicitur pius. ex. b. Tho. ſcd̃a ſcd̃æ. q. ci. ar. i.

Pietas eſt ſpecialis uirtus: & principaliter ẽ ad parẽtes: ad patriam: in q̃bus includuntur oẽs cõſanguinei: ciues: amici patriæ. ex. bea. Tho. ſcd̃a ſcd̃æ. q. lxxx. ar. i.

Pigricia. gr̃ce ἀεργία. ας. ἡ. & ἀεργός. οῦ. ὁ. ἡ. piger dicitur. Eſt autẽ pigricia metus conſequentis laboris ſcd̃m Ciceronẽ li. iiii. Tuſ. quæ. Quid uero differat a negligentia: uide ſupra in Negligentia.

Cicero. Pigricia uẽit a piger. Piger uero dr̃ q̃ſi pede æger.
Cicero li. Officiorum.
Contẽnuntur hii: qui nec ſibi nec aliis in quibus: ut dicitur: Nullus labor: nulla iduſtria: nulla cura ẽ.

Saluſtius. Saluſtius in Catilinario.
Vbi pro labore deſydia ꝓ continentia atq; æq̃tate libido & ſuperbia inuadunt: fortuna ſimul cum moribus mutatur. Saluſtius Ibidem.
Vbi ſocordiæ atq; ignauiæ te tradideris nequaq; deos implores: irati infeſtiq; ſunt.

Phocilides Phocylides.
μηδέ μάτην ἐπὶ πῦρ καθὶ μινύθοιο φίλον ἦτορ. i.
Neq; fruſtra apud ignem ſedens minues charũ cor.

Pittacus Pittacus.
ἀεργός μὴ ἴσθι. idest. Piger ne ſis.

Heſiodus. Heſiodus.
τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες. ὅς κεν ἀεργὸς
ζώῃ κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὀργήν.
οἵτε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοί. i.
Huic autem dei idignantur & hoĩes q̃cunq; piger
Viuit fucis occultantibus ſimilis aculeum:
Qui apium laborem conſumunt pigri. Idem.
ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. i. Pigricia aũt uitupiũ. Idẽ.
οὐ γὰρ ἐτώσιο ἐργοῦ ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν
οὐδ' ἀναβαλλόμενος. μελέτη δέ τε ἔργον ὀφέλλει.
αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.
Non. n piger uir implet domum. (idest.
Neq; differens. Studium autem ſane opus auget.
Semper differens uir damnis luctatur. Idem.
πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων
χρηΐζων βιότοιο κακὰ προσελέξατο θυμῷ. i.
Multa autẽ piger uir uanam ſpem expectans:
Indigens. uictus mala cogitauit animo.
De hac materia hẽs ubi ſupra Acidia: & Ocioſitas.

Pirata gr̃ πειρατής. οῦ. ὁ. & πέρω ptranſeo dr̃. Eſt autẽ pirata: qui maria latrociniis infeſtat. Vnde ars ipſa piratica appellat̃. Nomen hoc ſumptum uolunt aliq̃ a quodam pirata q̃ primus huiuſmodi artem exercuit.

Pyramis græca dictio πυραμίς. ίδος. ἡ. dr̃. & a πυρ πυρός. τό. quod eſt ignis deſcẽdit: q̃ eius imitatur figurã: quæ ex inferiori parte eſt lata: paulatim gracileſcens i acuitatem deſinit. Fuerunt autẽ pyramides i ægipto ſtructuræ ex quadratis lapidibus admirandæ: faſtigiatæ ultra oẽm excelſitatem: quæ manu fieri poſſet. Vt dixit Solinus i collectaneis: et regum pecuniæ: ut dixit Plynius li. xxxvi. na. hyſto. ocioſa ac ſtulta oſtentatio. Martialis. Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis.

Pyramis eſt primus numerus i ſolidis: ſicut triangulus i ſuperficialibus: ſcd̃m. b. Tho. ſup ꝑs. vi. prin°.

Poena græcum uocabulum uidetur eſſe: Illi. n. ποινή. ῆς. ἡ. dicunt: licet Varro a pẽdendo dictã uelit. Eſt autẽ poena ſupplicium: quo quis ob delictum afficitur.

Poena ẽ noxæ uindicta. ſcd̃m Vlpianum. Octo poenaꝝ genera Cicero eſſe cõmemorat. ſ. Dãnum: Vincula: Verbera: Talionẽ: Ignominiã: Exilium: Seruitutẽ: Mortem. A poena fit poenitentia: ſiue poenitudo: Et Punitio: & Impunitio: & poenitet: & poeniteor de quibus infra.

Poenitentia græce μετάνοια. ας. ἡ. & μετανοεῖ poenitet dicitur. Eſt autem poenitentia: mala præterita plangere: & plangenda iterum non committere. ſecundum Ambroſium: & Theologos. iiii. ſen. di. xiiii.

· Pœnitentia eſt uirtus qua cōmiſſa mala cum emen/
dationis propoſito plangimus: & odimus: & plan/
genda ulterius committere nolumus: ſcd̄m Magi
ſtrum.iiii.ſen.di.xiiii.

Pœnitentia eſt quædam dolentis uindicta puniens
in ſe quod dolet commiſiſſe. ſcd̄m Aug. & hētur.
de pœni.di.iii.c.Pœnitentia.

Pœnitet: unde pœnitentia deducitur: dicitur: qua/
ſi pœna tenet. Pœnitere enim dicimus: quum q̄
ipſi fecim⁹: aut q̄ de noſtra uoluntate: noſtroq; cō/
ſilio facta ſunt ea nobis poſt incipiunt diſplicere:
ſententiam q; in his noſtram demutamus. Et quo
niam quæ nobis tedio uel pudori ſunt: pœna quæ
dam eſſe uidentur: fit ut pœnitet aliquando ꝑ te/
det accipiat. Sane ut dicimus me pœnitet.i. pœ/
na tenet: Ita & pœniteor.i.pœna teneor dicim⁹:
Deuterōii. ſed pœna hic ablatiui caſus ē. Deuteronōii.c.iiii.

Nouiſſimo autē tēpore reuerteris ad dn̄m deum tu
um: & audias uocem eius: qa deus miſericors dn̄s
Paralipo. deus tuus eſt. Paralipomenon ſecundi.c.vii.

· Si clauſero cælum & pluuia non fluxerit & mandu
cauero & ꝓcepero locuſtæ ut deuoret terrā: & mi
ſero peſtilentiam in populum meum: cōuerſus au
tem populus meus ſup quos inuocatum eſt nomē
meum: deprecatus me fuerit: & exquiſierit faciē
meam: & egerit pœnitentiam a uiis ſuis peſſimis:
ego exaudiam de cælo. Paralipom.ſ.di.c.xxx.

· Pius.n.& clæmens eſt dn̄s deus ueſter: & non auer/
tet faciem ſuam a uobis: ſi reuerſi fueritis ad eum.
Tobias Tobias.c.xiii.

· Conuertimini itaq; peccatores & facite iuſticiā co/
ram dn̄o: credentes uobiſcum miſericordiā ſuam.
ꝓuerbioꝝ. Prouerbiorum.c.xxiiii.

· Septies.n.in die cadit iuſtus & reſurget: impii autē
Sapientiæ. corruent in malum. Sapientiæ cap.xi.

· Et miſereris omnium quia omnia potes: & diſſimu
las peccata hominum propter pœnitentiam.
Ecclāſtici Eccleſiaſtici.c.v.

· Ne tardes conuerti ad dominum: & ne differas de
die in diem: Subito enim ueniet ira illius: & in tpe
uindictæ diſperdet te. Ecclāſtici.c.xvii.

· Conuertere ad dominum: & relinque peccata tua:
precare ante faciem dn̄i: & minue offēdicula. Re/
uertere ad dn̄m: & auertere ab iniuſticia tua: & ni
mis odito execrationē: & cognoſce iuſticias & iu/
dicia dei: & ſta in ſorte propoſitionis & orationis
Iſaias altiſſimi dei. Iſaias.c.xxx.

· Si reuertamini & quieſcatis: ſalui eritis.
Hieremias Hieremias.c.iii.

· Vulgo dicitur. Si dimiſerit uir uxorem ſuā: & rece/
dens ab eo duxerit uirum alium: nunqd reuertetē
ad eam ultra: Nunquid non polluta erit: & conta
minata mulier illa? Tu aūt fornicata es cum ama/
toribus multis? tamen reuertere ad me dicit dn̄s?
& ego ſuſcipiam te: leua oculos tuos in directum:
& uide ubi nunc ꝓſtrata ſis. Hieremias.c.xviii.

· Si pœnitentiam egerit gens illa a malo ſuo: quod lo
cutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœniten/
tiam ſup malo: quod cogitaui ut facerem ei: & ſu/
bito loquar de gente & regno: ut ædificem & plan
tem illud. Si fecerit malum in oculis meis ut non
audiat uocem meam: pœnitentiam agam ſup bo/
no quod locutus ſum ut facerem ei.
Hieremias cap..xxv.

· Reuertimini unuſquiſq; a uia ſua mala: & a peſſi/
mis cogitationibus ueſtris: & habitabitis in terra?
quā dedit dominus uobis & patribus ueſtris a ſæ/
culo: & uſq; in ſæculum. Ezechiel.c.xxxiii. Ezechiel.

· Nolo mortem impii: ſed ut cōuertatur impius a uia
& uiuat: Conuertimini a uiis ueſtris peſſimis.
Ionas.c.iii. Ionas

· Conuertatur uir a uia ſua mala & ab iniquitate: q̄
eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur &
ignoſcat deus? et reuertatur a furore iræ ſuæ: &
non peribimus. Matthæus.c.iii.&.iiii. Matthæ⁹.

· Pœnitentiam agite: appropinquabit.n.regnū cæ/
lorum. Matthæus ibidem Et Lucas.c.iii.

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.
Matthæus.c.xi.

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis:
et ego ꝛficiam uos: Tollite iugum meum ſup uos:
et diſcite a me: quia mitis ſum et humilis corde: et
inuenietis ꝛquiem animabus ueſtris: Iugum enim
meum ſuaue eſt et onus meum leue.
Idem capitulo.xviii.

· Tunc accedens Petrus ad Ieſum: dixit: Dn̄e: Quo/
tiens peccabit in me frater meus: et dimittam ei?
uſq; ſepties? Dixit illi Ieſus. Non dico tibi uſq; ſep
ties: ſed uſq; ſeptuageſies ſepties:
Marcus capitulo.ii. Marcus.

· Non neceſſe habēt ſani medico: ſed qui male hēnt
Nō.n.ueni uocare iuſtos ſed pcōres. Lucas.c.v. Lucas.

Non egent qui ſani ſunt medico: ſed q male habēt:
Non uēi uocare iuſtos: ſed peccatores ad pœniten
tiam. Lucas.c.ix.

Si quis uult poſt me uenire: abneget ſe met ipſum:
et tollat crucem ſuam quottidie: et ſequatur me.
Lucas.cap.xv.

· Ita gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœni
tentiam agente: q̄ ſuper nonaginta nouem iuſtis
qui non indigent pœnitentia.
Paulus ad Romanos.c.ii. Paulus

· An diuitias bonitatis eius et patientiæ et longani/
mitatis contemnis: Ignoras quoniam benignitas
dei ad pœnitentiam te adducit.
Paulus ad Epheſios.c.iiii.

Deponite uos secundum prisiinam cõuersationem
ueterem hominẽ qui corrumpitur secundum de/
sideria erroris: Renouamini autem spiritu men/
tis uestræ: & iduite nouum hominẽ: q scdm deum
creatus est: & sanctitate ueritatis. Ibidem.
Omnis amaritudo: & ira: & idignatio: & clamor: &
blasphemia tollatur a uobis: quum omni malicia:
Estote autem inuicem benigni: misericordes: do/
nantes inuicem: Sicut & deus in Christo donauit
uobis. Paulus ad Timotheum primæ. c. ii.
Deus uult omnes homines saluos fieri: & ad agni/
Actuum. tionem ueritatis uenire. Actuum apostolo. c. iii.
Poenitemini igitur & cõuertimini: ut deleãtur pec
Iacobus cata uestra. Iacobus in epistola cap. i.
Abiicientes omnem immunditiam: & abundanti/
am maliciæ: in mãsuetudine suscipite insitum uer
bum: quod potest saluare animas uestras.
Ioannes. Ioannes primæ. cap. ii.
Filioli mei: hæc scribo uobis: ut non peccetis: Sed &
si qs peccauerit aduocatum hẽmus apud patrem
Iesum Christum iustum: Et ipse est propitiatio pro
peccatis nostris: non pro nostris autem tãtum: sed
etiam pro totius mundi.
Augustin⁹ Aug. & hẽtur de poeni. di. i. c. Magna.
Magna pietas dei: ut ad solam promissionem pecca
ta dimiserit: nundum pronunciat ore: & tñ iam
deus audit in corde: quia ipsum dicere quasi quod
dam pronunciare est: Votum. n. pro opere reputa
tur. Idem de poeni. di. i. c. Libenter.
Libenter ignosco: prompte indigeo: misericordiam
magis uolo q̄ sacrificium: qa p sacrificium iust⁹ cõ
mendatur: p misericordiam peccator redimit: nõ
ueni uocare iustos: sed peccatores ad poenitẽtiã. In
lege sacrificium: in euãgelio misericordia est: lex p
Moysem data ẽ: per me grã. Aug. in sermõe
de poeni. & hẽt de poeni. di. i. c. Non sufficit.
Non sufficit mores in melius commutare: & a pteri
tis malis recedere: nisi ẽt de his que facta sunt satis
facias dño p poenitentiæ dolorẽ: p humilitatis ge/
mitum: p contriti cordis sacrificium coopantibus
eleemosynis & ieiuniis. Augu. in Homel. de
poeni. & hẽtur ibidem. c. In actione.
In actione poenitentiæ ubi tale cõmissum est ut is q
cõmisit a Christi corpore separetur: non tã con/
syderanda est mensura tẽporis q̄ doloris.
Ibidem. cap. Iudicet.
Iudicet se ipsum hõ uoluntate dum põt: & mores
conuertat in melius: ne quum iam nõ poterit pter
uoluntatẽ a dño iudicetur. Aug. in li. de poeni.
& hẽtur de poeni. di. i. c. Quem poenitet.
Quem poenitet omnino poeniteat: & dolorem la/
chrymis ostendat representat uitam deo per sacer
dotes: preueniat iudicium dei per confessionẽ: Præ
cepit. n. dominus mundandis ut ostenderent ora
sacerdotibus: docẽs corporali poenitentia cõfiten
da esse peccata: nõ per nuncium: non p scriptum
manifestanda. Dixit. n. ora monstrate: & oẽs: non
unus p omnibus: nõ alium statuatis nuncium: q
pro uobis offerat munus a Moyse statutum: sed q
per uos peccastis: p uos erubescatis. Erubescentia
enim ipsa partem hẽt remissionis: ex misericordia
inde pcepit dñs: ut neminem poeniteret in occul/
to: In hoc. n. q p se ipsum dicit sacerdoti erubescẽ
tiam uincit: timore offensi memor fit criminis. Fit
enim ueniale p confessionẽ qd criminale erat ope
ris ratione: & si non statim purgatur: fit tamẽ uia
le quod cõmiserat mortale. Multum enim satisfa
ctionis obtulit q erubescentiæ dominans: nihil eo
rum quæ cõmiserit nuncio dei denegauit. De⁹ au
tem q misericors & iustus est: sicut conseruat mise
ricordiam i iusticia: ita & iusticiam i misericordia:
opus. n. est misericordiæ peccanti peccata dimitte
re: Sed opus ut iustus misereatur iuste: Oportet. n.
ut non solum quid: sed in quo doleat consyderet.
Si dignus est: nõ dico iusticia: sed misericordia: Iu
sticia. n. sola damnat: sed dignus ẽ misericordia: q
spirituali labore petit grãm. Laborat. n. mẽs patiẽ
do erubescẽtiam: & quoniam uerecundia magna
est poena: qui erubescit pro Christo fit dignus mi/
sericordia. Vnde apparet qa quãtum pluribus cõ/
fitebitur i spe ueniæ turpitudinem criminis: tan/
to facilius consequtur gratiam remissionis.
Aug. Ibidem di. iii. c. Satisfactio.
Satisfactio poenitentiæ est peccatorum causas exci
dere: nec earum suggestionibus aditum idulgere.
Aug. Ibidem. c. Si apostolus.
Dicit dñs: uade & noli ampli⁹ peccare: non dicit nec
pecces: Sed nec uoluntas peccandi in te oriatur.
Quod quomodo seruabitur: nisi dolor in poenitẽ/
tia continue custodiatur: hinc semper doleat & de
dolore gaudeat: & de doloris poenitentia si conti/
gerit semper doleat: & non sit satis: qd doleat: sed
ex fide doleat: & non semper doluisse doleat.
Aug. Ibidem. c. Poenitentes.
Poenitentes si tamen estis poenitentes: & nõ estis ir
ridentes: mutate uitam: recõciliamini deo: & uos
cum cathena pascetis: qua inquis cathena: quæ li
gaueris in terra erunt ligata in cælo: audis liga/
turam: & deo putas facere imposturam: poeniten/
tiam agis: genua figis: & rides & subsanas patien
tiam dei: Si poenitentiam agis poenites: Si nõ poe
nites: poenitens non es: Si ergo poenitens: cur fa/
cis quod malefecisti: Si fecisse poeniteat: noli pec/
care: Si adhuc facis: certe non es poenitens.
Augustinus li⁹. Soliloquiorum: & habetur
de poeni. di. iii. cap. Inanis.

Inanis est penitẽtia quam sequens culpa coinquinat: uulnus iteratum sanatur tardius: Frequenter peccãs & lugens uix ueniam merebitur. Nihil psunt lamenta: si replicantur peccata: nihil ualet ueniã a malis poscere: & mala denuo iterare: Persiste ergo confessione: esto in patientia fortiter inconfirmatus: uitam bonã quã accepisti tenere non desinas: propositum bonæ uitæ conserua iugiter.

Aug. lib. de poenit. & hẽtur de pnia di. iii. capitulo Sunt plures.

Sunt plures quos peccasse poenitet: sed nõ oĩo: reseruantes sibi quædam: in quibus delectẽtur: non animaduertentes deum: simul mutũ & surdum a dæmonio liberasse: per hoc docẽs nos nunquam: nisi de oĩbus sanari: si enim uellet peccata ex parte reseruari: habenti septem dæmonia: potuit pficere sex expulsis: Expulit autẽ septem: ut oĩa crĩa eiiciẽda doceret: legionẽ aũt ab alio eiiciens neminẽ reliquit de oĩbus: qui liberatum possideret: ostendẽs q si etiam peccata sint, mille oporteret de oĩbus poenitere. Aug. li. de pnia di. v. c. consideret.

Consyderet qualitatẽ criminis in loco: in tempore: in perseuerãtia: in uarietate personæ: & quali fecerit hoc tentatione: & in ipsius uitii multiplici exécutione: oportet enim poenitere fornicantẽ secundum excellentiam sui status aut officii: aut secundum modũ meretricis: & ĩ modo sui operis: & qualiter suã turpidinem peregit: Si ĩ loco sacro: aut cui debuit excellentiam fidei: ut sunt domus dominorum: aut alioꝝ multorum: si in tẽpore orationi cõstituto: ut festiuitates sanctoꝝ: & tempus ieiunii: consyderet qtum perseuerauerit: & defleat q perseueranter peccauit: & qta uirtus fuerit in pugnatione: Sunt qui non solum non inueniuntur: Sed ultro se peccato offerũt: nec expectant tẽtationẽ: sed præueniunt uoluptatem: & pertractãt secum q multiplici actione uitii delectabiliter peccauerint: omnis ista uarietas confitenda est & deflenda: ut quum agnouerit quod peccatum est: mul tum cito inueniet deum propiciũ in cognoscendo augmentum peccati: inueniat se cuius ætatis fuerit: cuius sapientiæ & ordinis & statum omnẽ alterius non peccantis. Immoretur in istis singulis & sentiat modum criminis purgans lachrymis omnem qualitatẽ uicii: defleat uirtutẽ qua interim caruit.

Augu. ibidẽ di. vii. ca. Si quis positus.

Si quis positus in ultima necessitate suæ ægritudinis uoluerit accipere poenitentiã: & accipit: & mox reconciliabitur & hinc uadit: fateor uobis: & non illi negamus quod petit: sed nõ præsumimus q bene hic exit. Si securus hinc exient: ego nescio: poenitentiã dare possumus: nunquid dico dãnabit: sed nõ dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? uis quod est incertum euadere? age poenitẽtiã dum sanus es: Si sic agis dico tibi q securus es: quia poenitentiam egisti eo tẽpore quo peccare potuisti: Si autem uis agere poenitentiã: quando iam peccare nõ potes: peccata te dimiserunt: non tu illa.

Ibidem ca. Qui egerit.

Qui egerit poenitentiam ueraciter: & solutus fuerit a ligamento quo erat astrictus: & a Christi corpore separatus: & bene post poenitentiam uixerit sicut ante poenitentiam: uiuere debuit post reconciliationẽ quandocunq defunctus fuerit: ad eũ uadit: ad requiẽ uadit: regno dei nõ priuabit: a populo dei separabit. Ibidẽ ca. Si quis autẽ.

Si quis autẽ: & cætera: & ĩfra. Baptizatus est ad horam: securus hinc exit: fidelis bene uiuẽs: securus hinc exit agens poenitentiã & reconciliatus quũ sanus est: & postea bene uiuens securus hinc exit. Agens poenitentiam ad ultimum & recõciliatus est: si securus hinc exit: ego securus non sum: unde securus sum: dico & securitatẽ do: unde secur nõ sum poenitentiã dare possum: securitatẽ dare non possum: & post pauca. Sed unde scis inquit ne demittat mihi: ueq dicis: illũ scio: hoc nescio: nam ideo do tibi poenitentiã: quia nescio: nã si scirem nihil tibi pdesse: non tibi darẽ. Augu. de poeni. & habetur de poeni. di. vii. ca. Nullus.

Nullus expectet quando peccare nõ potest: arbitrii enim quærat libertatẽ: ut delere possit cõmissa nõ necessitatẽ: qui prius itaq a peccatis relinquitur: q ipse relinquat ea: nõ libere sed quasi necessitate cõdẽnat. Aug. li. de ecclesia. dogmatibus.

Poenitentia aboleri peccata indubitanter credim: & in ultimo uitæ spiritu: si admissoꝝ poeniteat.

Idem super psalmo. v.

Sunt multi quos peccare non pudet: o incredibilis insania: de uulnere ipso non erubescis: & de ligatura uulneris erubescis: Non ne uulnus foetidum & putridum est? Confuge ergo ad medicum: age poenitentiã: dic iniquitatem meã ego agnosco: & peccatum meum cõtra me est semper. tibi soli peccaui: quia tu solus sine peccato.

Augustinus in l. de poenitentia.

Poenitentia languores sanat: leprosos curat: & mortuos suscitat: sanitatẽ auget: gratiã conseruat: claudis gressum: audis copiã: cæcis restituit uisum: uitia fugat: uirtutes exornat: mentem munit & roborat. Hieronymus: & habetur de poenitẽtia di. i. ca. Importuna. Hierony.

Importuna in euangelio mulier tandem meruit audiri: & clauso cum seris ostio: media licet nocte: ab amico amicus panes tres accepit: deus ipse qui nullius ĩtra se superari uiribus potest: publicani p cibus uincitur uel superatur. Niniue ciuitas qu

peccato periit: fletibus flevit: Quorum ista tam longo repetita principio: unde licet: ut paruū magnus aspicias: ut diues pastor morbidā ouem non contē-nas: Christus in paradisum de cruce etiā latronē tulit: & ne quis aliquando seram conuersionē putaret: fecit homicidii pœnā martyrium. Christus ī q̄ prodigum filium reuertentē lætus amplectitur: & nonagintanouē pecudibus derelictis: una ouicula quæ remansit humeris boni pastoris aduehitur: ubi uero peccator intelligens uulnus suū: tradet medico se curandum: ibi non est uirga necessaria: sed spūs lænitatis. Hiero. in Hamos prophe-

Hierony⁹. ta: & habetur de poeni. di. i. c. Si agimus.

Si agimus pœnitētiā: ipsum quoq; suæ pœnitebit sententiæ. Hiero. Ibidē cap. Super tribus.

Super tribus sceleribus Damasci: & super quattuor non conuertā eum. Iuxta tropologiam: hoc possumus dicere. Primū peccatum est cogitasse q̄ mala sunt. Secundum cogitationibus acquieuisse peruersis. Tercium quod mente decreueris opere cōplenisse. Quartum post peccatum non agere pœnitētiam: & suo sibi cōplacere delicto. Hiero. & habetur de poeni. di. i. c. Quia diuinitatis.

Quia diuinitatis natura est clemens: & pia magisq; ad indulgētiā: q̄ ad uindictam prona: quia nō uult mortem peccatoris: sed ut cōuertatur & uiuat: Si quis post lapsum peccatoꝝ ad ueram pœnitētiā se conuertit: cito a misericorde iudice ueniā impetrabit. Hieronymus ibidē cap. Mensurā.

Mensuram autē temporis in agenda pœnitentia icirco non satis aperte præfigunt canones pro unoquoq; crimine: ut de singulis dicāt qualiter unumquodq; emendandum sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendū statuunt: Quia apud deum non tam ualet mensura tēporis q̄ doloris: nec abstinentia tm̄ ciborum q̄ mortificatio uicioꝝ: propter quod ipsa tēpora pœnitentiæ pro side & conuersione pœnitentium abbreuianda præcipiunt: & pro negligentia protelanda æstimant. Tamē pro quibusdā culpis: pœnitentiæ modi sunt impositi. Hiero. ibidem di. iii. ca. Septies.

Septies in die cadit iustus: & resurgit: si cadit: quomodo iustus: si iustus: quomodo cadit: Sed iusti uocabulum non amittit qui per pœnitentiā semper resurgit: & non solum septies: sed etiam septuagesies septies delinquenti: si conuertatur ad pœnitentiā peccata donantur: cui plus donatur: plus diligit: Dauid quoq; per pœnitentiam adulterii simul & homicidii ueniam impetrauit.

Hieronymus ibidem ca. Totam.

Totam pœnitentiā peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus: quando ingressus est ad uxorē Vriæ: & a Natham propheta correctus respondit dicēs: Peccaui: statimq; meruit audire: & dominus abstulit peccatum tuum a te: Adulterio. n. iunxerat homicidiū: & tamē conuersus ad lachrymas ait. Miserere mei deus: secundum magnā misericordiam tuā: Magnum. n. peccatum magna indiget misericordia: unde subiungit: & dicit: Multū laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo mūda me: Quoniam iniquitatē meā ego cognosco: & peccatū meum cōtra me est semper. Tibi soli peccaui. Rex. n. erat: alium non timebat: alium non habebat super se: Et corā te malum feci: ut iustificeris in sermonibus meis: & uincas quum iudicaris. Cōclusit. n. deus omnia sub peccato ut omnibus misereatur: tantūq; proficit: ut dudum peccator & pœnitēs transierit i magistrū: ait: Docebo iniquos uias tuas: & impii ad te conuertentur. Confessio & pulchritudo corā eo: ut qui fuerit sua peccata confessus dixerit: Corruptæ sunt & cōputruerunt cicatrices meæ: fœditatē uulnerum in sanitatis decorem cōmutet. Hiero. ibidē di. iii. c. Nihil Iudæ.

Nihil Iudæ profuit egisse pœnitentiā per quam scelus corrigere non potuit Si quando frater sic i fratrem peccat: ut emēdare ualeat quod peccauit: potest ei diuinitus dimitti: sin autē permaneant opera: frustra uoce assumitur pœnitētia: hoc est quod de eo dicitur: & oratio eius fiat i peccatum: ut nō solum emendare nequerit proditionis nephas: sed proprii homicidii scelus addidit.

Hieronymus super illud Matthæi. pœnitemini et credite euangelio.

Amaritudinē radicis dulcedo pomi cōpensat: pericula maris spes lucri delectat: dolorē medicinæ spes salutis mitigat: Qui desyderat nucleum: frāgit nucem: pœnitētiāq; agit: qui uult æterno adhærere bono: præconia Christi narrare possunt: q ad palmā indulgentiæ meruerunt peruenire.

Hieronymus in epistola ad Susannā.

Necessaria est pœnitentia: quæ aut æquet crimina: aut certe excedat

Ambrosius super Lucā: et habetur de pœnitentia di. i. capitu. Petrus. Ambrosi⁹.

Petrus doluit et fleuit: quia errauit ut homo: nō inuenio quid dixerit: scio q fleuit: lachrymas eius lego: satisfactionē non lego. Ambro. et habetur de pœniten. di. i. cap. Nemo.

Nemo potest bene agere pœnitentiā: nisi qui sperauerit indulgentiā: sed negant his oportere communionē reddi: qui præuaricati sūt lapsi sūt: Deus autē nullum crimē excepit: qui peccata omnia donauit. Ibidē. c. His potestatis. §. arbitror.

Arbitror enim q & Iudas potuisset tanta miseratione domini non excludi a uenia: Si pœnitentiā nō solum apud Iudeos: sed apud Christum gessisset.

Qui agit poenitentiã: nõ solum diluere peccatum
lachrymis debet: sed etiã emendationibus operire:
& tegere delicta superiora: ut non imputet ei pec
catum. Amb. & habet de poen. di. i. c. Nouit.
Nouit dominus mutare sentẽciã: si tu noueris emẽ
dare delictum. Ibidẽ ca. Deus.
Deus diffinitionẽ non facit qui misericordiã suam
oĩbus promisit: & relaxandi licentiã sacerdotibus
suis sine ulla exceptione concessit: sed qui culpam
exaggerauerit: exaggeret poenitẽtiã: Maiora. n.
crimina maioribus abluuntur fletibus.
Ambro. de Cain & Abel li. i.
Egressus maliciæ uirtutis opat ingressum: eodẽq
studio: quo crimẽ excludit: innocentia copulat.
Ambro. li. de Ioseph ca. xxxvi.
Qui poenitentiã agit paratus esse debet ad oppro/
bria pferenda: iniuriasq subeundas nec cõmoue/
ri: si quis ei peccati sui crimen obiiciat.
Ambro. sup tercia ad Simplicianũ.
Nihil peccare solius est dei: emendare sapientis: cor
rigere erratum: & poenitẽtiã agere de peccato: ita
tamen difficile est in hac uita homini: Quid enim
tam rarũ q̃ ut inuenias uirũ: qui se ipsum coarguat:
& factum condẽnet suum. Rara itaq cõfessio de
peccato: rara poenitentia: rare in hominibus uer/
bi huius assertio: repugnat. n. natura: repugnat ue
recundia: natura: quia omnis sub peccato: qui car
nẽ gerit culpæ: obnoxius est: ergo repugnat natu/
ra carnis: & illecebra sæculi innocentiæ integrita
tiq: Repugnat etiã uerecundia qa erubescit unus
quisq propriã culpã fateri: dum præsentia magis
q̃ futura cogitat. Amb. in ser. ad unicula.
Fidelior factus est Petrus postq̃ fidẽ se perdidisse de
fleuit: at qui ideo maiorẽ gratiã reperiit q̃ amisit.
Gregorius Gregorius in æstiuum tẽpus & habet de
poeni. di. iii. cap. Poenitentiã.
Poenitentiã quippe agere digne non possumus: nisi
modum quoq eiusdẽ poenitentiæ cognoscamus.
Poenitentiã quippe agere est: & perpetrata mala
plãgere: & plangenda non pperpetrare: Nãq sic alia
deplorat: ut iterũ alia cõmittat: adhuc poeniten/
tiam agere aut ignorat: aut dissimulat: Quid. n. p
dest si peccata luxuriæ quis defleat: & tamen ad/
huc auariciæ æstibus anhelat?
Gregorius ibidem ca: Sunt qui.
Sunt qui dicunt pauci tpis poenitentiã contra pec/
catum debere sufficere: ut iterũ liceat ad peccatũ
redire. Reprobos pastoris primi sentẽtia percutit:
qui ut canis reuersus ad suum uomitũ: & sus lota
in uolutabro luti: Magna est enim cõtra peccatũ
uirtus poenitentiæ: sed & si quis in eadẽ poeniten
tia perseueret: poenitentiã uerã agere est cõmissa
plangere: & iterũ plangenda declinare.

Grego. in pastorali de poenitentia di. iii. c.
Qui admissa.
Qui admissa plangit: nec tamen deserit: poenæ gra
uiori se subiicit: qui ipsam quam flendo impetrare
potuit ueniam contemnit.
Ibidem capitu. Lauamini.
Lauamini mundi estote: post lauacrum enim mun/
dus esse negligit: quisquis post lachrymas uitæ in/
nocentiã non custodit: lauantur ergo: nec mundi
sunt: qui cõmissa flere non desinunt: sed rursus flẽ
da committunt. Greg. in moral. & habet de
poeni. di. iii. ca. In cassum.
In cassum quippe bonum agitur: si ante uitæ termi
num deseratur: quia & frustra uelociter currit: qui
priusq̃ ad metas uenerit deficit.
Idem in pastora. cap. lii.
Fit plerunq gratior deo amore ardens uita post cul
pam: q̃ in securitate torpens innocentia.
Gregorius super illud. Matthæi. iii. Faci/
te fructũ poenitentiæ.
Vnusquisq conscientia conuenitur: ut tanto maio
ra q̃rat bonorũ lucra p poenitentiã: q̃to grauiora
intulit damna per culpam.
Gregorius in homel. xxv.
Immensam clæmentiã conditoris nostri debemus
aspicere: qui nobis in signum poenitentiæ exẽplũ
posuit: eos quos per poenitẽtiam post lapsum uiue
re facit. Perpendo. n. Petrũ. Considero latronẽ.
Aspicio Zacheum. Intueor Mariã Magdalenam
& nil in eis aliud uideo: nisi ante oculos nostros po
sita spei & poenitentiæ exẽpla. Fortasse. n. ex fide
lapsus est: aliquis aspiciat Petrũ q amare fleuit q
timidus negauit. Alius supra proximũ suum imma
nia crudelitatis exarsit. Aspiciat latronẽ qa ĩ ipso
mortis articulo ad uitæ præmia poenitendo perue
nit. Alius auariciæ æstibus alte aliena dirupit: aspi
ciat Zacheũ: Qui alicui abstulit: quadruplũ ei
reddidit: Alius igne libidinis succensus carnis mũ
diciam perdidit? aspiciat Mariam quæ ĩ se amo/
rem carnis igne diuini amoris excoxit.
Grego. homel. xxix. super Euange.
Apud misericordiæ iudicẽ: nec ille fallax habebit :
qui ad ueritatẽ reuertitur: ẽt postq̃ mentit: Quia
oĩpotens deus dum libenter nostrã poenitentiam
suscipit: ipse suo iudicio hoc quãdo errauimus ab
scondit. Greg. homel. xxxiii. super Euange.
Quot habuit ĩ se oblectamenta: tot de se inuenit ho/
locausta: conuertit ad numerũ uirtutum: criminũ
numerum: ut totũ seruirẽt deo ĩ poenitentia: qcqd
ex se deum contempserat ĩ culpa.
Grego. moral. li. xxiii.
Quattuor sunt qualitates qbus iusti uiri aĩa ĩ com/
punctione uehementer afficitur: quum aut suorũ

malorum reminiscitur: cõsyderando ubi fuerit: aut iudiciorum dei sniam metuens: & secum quærẽs cogitans ubi erit: Aut quum mala uitæ p̃sentis so/lerter attendens consyderat ubi est: Aut quum bo na supernæ patriæ contẽplans lugens cõspicit ubi non est. Gregorius moraliũ li.xxiiii.

Tres modi conuersorũ: inchoatio: medietas: & perfectio: in inchoatione inueniunt blandimenta dulce/dinis: in medio certamia tentationis: ad extremũ uero perfectionẽ plenitudis. Prius igitur dulcia su scipiunt qbus consolentur. Postmodũ amara: quæ exerceant: Et tunc demũ suauia: quæ confirmẽt. Gregorius libro.xxxi.

Quo plus caro premitur: eo plus cælesti spe animus securus letatur. Tanto.n.melius mens ad supna appetẽda cõponitur: q̃to ab illicitis corpus arctius edomatur. Io.Chrysostomus: & habetur de poeni.di.iii.capitu.Perfecta. — Io.Chrys.

Perfecta poenitentia cogit peccatorem oia libenter sufferre: & infra: i corde eius contritio: i ore eius confessio: i opere tota humilitas: hæc est fructifera poenitentia. Io.Chrysostomus sup Matthæi. xxiii.cap.Onera grauia.

Si erramus paruã poenitentiã imponendo. meli⁹ est de misericordia deo rationem q̃ de austeritate. Vbi enim paterfamilias est largus dispensator: nõ de/bet esse auarus: ut si deus benignus: ut quid sacer/dos austerus? Io.Chrysostomus Ibidẽ.

Circa uitam tuam esto austerus: circa aliorum beni gnus: audiat te hoies parua mandantẽ: & grauia facientẽ. Io.Chrys.sup Matthæũ hom.xxxii.

Non dolere quia peccauens magis idignari atq; ira sci facit deũ: q̃ illud peccatum quod ante perpetra ueris. Isydorus de summo bono: & habet de poeni.di.iii.ca.Irrisor. — Isydorus

Irrisor est non poenitẽs: qui adhuc agit quod poe/nitet: nec uidetur deum poscere subditus: sed sub/sannare superbus: canis reuersus ad suum uomi/tum: est poenitens ad peccatũ: multi.n.lachrymas indesinẽter fundunt: Quosdã accipere lachrymas ad poenitentiã cerno & affectum poenitentiæ non habere: qa inconstantia mentis non recordatione peccati lachrymas fundunt: nũc uero reuiui scẽte usu ea quæ fleuerunt iterando cõmittunt: Esaias de peccatoribus dicit: Lauamini mundi estote: la/uatur & mundus est: qui & peccata plangit: & flẽ da itex non admittit: Lauatur & non est mundus: qui plangit quæ gessit nec deserit: & post lachry/mas ea quæ fleuerat repetit.

Isydorus li.iii.de summo bono.

Poenitentia est medicamentum uulneris: spes salu/tis: per quã peccatores saluantur: per quã deus ad misericordiã prouocatur: quæ non tẽpore pensat: sed profunditate luctus & lachrymarũ: poenitẽtia autẽ non mensium nec temporũ cursu poena pen/satur: sed poena qua anima cruciatur: & mortifica tur caro. Leo papa: & habetur de poeni.di.i. capitu.Sufficit. — Leo papa.

Sufficit poenitenti confessio: quæ primum domino offertur: deinde sacerdoti: qui pro delictis poenitẽ tium precator accedit. Leo papa in sermone ibidẽ di.iii.ca.Inter omnia.

Inter omnia sceleratior oibus: o Iuda & infoelicior omnibus extitisti: quẽ non poenitentia reuocauit ad deum: sed desperatio traxit ad laqueum: expe/ctasses cõsumationẽ criminis tui: & donec sanguis Christi pro peccatoribus effunderetur: informis læti suspendium detulisses.

Hugo li.iii.de mysteriis Ecclesiæ. — Hugo

Poenitentia appellata quasi punientia: eo quod ipse homo in se poenitendo punit quod male admisit. Tria.n.quæ sunt in percussiõe pectoris: pectus so nus & manus significat: q; pnia est de his quæ mẽ/te & opere peccauimus.

Boe li.v.de philos. consolatione. — Boetius

Aduersamini uicia: colite uirtutes: ad rẽctas spes ani mum subleuate: humiles preces i excelsa porrigi/te: Magna quidẽ nobis est: si dissimulare non uul/tis: necessitas inclytæ probitatis: quum ante ocu/los agitis iudicis cuncta cernentis.

Lact.Fir.diui.isti.li.vi.cap.xiii. — Lac.Firmi.

Agere autẽ poenitentiã nihil aliud est q̃ profiteri & affirmare se ulterius non peccaturũ: I gnoscitur itaq; his qui ad peccatum ignoranter: imprudenter: in/cauteq; labunẽ: uenia non habet qui sciẽs peccat.

Idem li.vi.ca.xxiiii.diui.institu.

Nec tamen deficiat aliquis: aut de se desperet: si aut cupiditate uictus: aut libidie ipulsus: aut errore de ceptus: aut ui coactus: ad iniusticiæ uiã lapsus ẽ. Po test.n.reduci & l berari: si eũ poeniteat actorũ: & ad meliora cõuersus satis deo faciat. Ibidem.

Nemo potest esse tã prudens: tã circũspectus: ut ali/quando non labatur: & icirco deus imbecillita/tem nostrã sciens: sua pietate aperuit nobis por/tum salutis: ut huic necessitati cui fragilitas car/nis subiecta est: medicinæ poenitentia subueniret: Ergo quicunq; aberrauerit referat pedẽ: seq; q̃ pri mum recipiat ac reformet: Sed reuocare gradũ su perasq; euadere ad arces: Hoc opus hic labor est: Degustatis enim male iucundis uoluptatibus uix diuelli ab his possunt facilius recta sequerentur: si eas suauitates non attigissent. Sed si eripiant se malæ seruituti: cõdonabitur his omnis error: Si er rorẽ suum uita meliore correxerint: nec lucrari se quisq̃ putet: si delicti conscium non habebit: Scit ille omnia in cuius cõspectu uiuimus: Nec si uni/

uersos homines celare possumus: deum uero non possumus: cui nihil absconditum: nihil potest esse secretum.

Seneca Seneca ad Lucillium epistola.xxii.

Nemo cum sarcis enatat: Emerge ad meliorem uitam propitius diis. Seneca Tragoedia.viii.

Quem poenitet peccasse poenae est innocens.

Seneca Ibidem.

Menander Nã sera numquam est ad bonos mores uia. Menander.

'Η δὲ μετάνοια γίγνεται ἁμαρτάνουσι κρί/ σις: idest.

Poenitentia fit hominibus iudicium. Periander.

'Αμαρτών μετανόει.i.

Quum peccaueris subeat te poenitentia.

Plautus Plautus in Aulularia.

Qui homo culpam admisit: in se nullus est tam parui quin pudeat: quin purget se se.

Ouidius Oui.li.i.de remedio amoris.

Vtile propositum est: saeuas extinguere flammas
Nec seruum uitiis pectus habere suum.
Ouidius Ibidem.
Principiis: obsta sero medicina paratur
Quum mala per longas conualuere moras.
Sed propera: nec te uenturas differ in horas.
Qui non est hodie: cras minus aptus erit. Ibidem.
Si cito sensisses quantum peccare parabas:
Non tegeres uultus cortice Mirra tuos.
Vidi ego quod fuerat primo sanabile uulnus
Dilatum: longae damna tulisse morae.
Sed quia delectat Veneris decerpere fructus:
Dicimus assidue: cras quoque fiet idem
Interea tacitae serpunt in uiscera flammae:
Et mala radices altius arbor agit.
Ouidius li.i.de Ponto.
Talia caelestes fieri poenitentia gaudent:
Vt sua quid ualeant numina teste probent.
Saepe leuant poenas: ereptaque lumina reddant:
Quum bene peccati poenituisse uident.
Oui epistola Penelopes ad Vlixem.
Irascor uotis heu leuis ipsa meis.

Dantes Dantes cantica inferni.xxvii.

Absoluer non si puo chi non si pente:
Ne pentir e uoler insieme puossi
Per la contradiction che nol consente.
Dantes cantica.iii.Purgatorii.
Vere che qual in contumacia more
Di sancta giesa: anchor chal fin si penta:
Se li conuien da questa rippa in fora:
Per ognun tempo che glie stato trenta
In sua presumption: se tal decreto
Piu corto per bon prieghi non douenta.
Dantes cantica.v.Purgatorii.
Noi fuimo gia tutti per forza morti
Et peccatori in fin allultemora:
Quiui lume del ciel ne fece accorti:
Si che pentendo & perdonando fuora
Di uita uscimmo a dio pacificati
Che dal disio di se ueder naccora.
Dantes cantica.ix.Paradisi.
Vedi se far si de: lhomo excellente.
Si chaltra uita la prima relinqua
E cio non pensa la turba presente
Che taiamento & adice richiude
Ne per esser batuta anchor si pente.
Dantes cantica.x.Purgatorii.
Non uo pero lector che tu tismaghi
Di bon proponimento per udire
Come dio uol chel debito si paghi:
Non attender la forma dil martyre:
Pensa la successione: pensa che peggio
Oltre la gran sentenza non puo ire.

Franc.Pe. Fran.Petrarcha soneto.xxiiii.

Piu gloria e nel regno de li electi
Dun spirito conuerso: & piu si stima:
Dhe di nonanta noue altri perfecti.
Fran.Petrarcha cantilena.xix.stantia.i.
Chi smarrita ha la strada torni in dietro.



Poeta graeca dictio est ἀπὸ τοῦ ποιῶ. & ποιητικός. poeticus dicitur. Quid autem sit poeta inuitur ab Horatio in arte poetica dicente. Ingenium cui sit: cui mens diuinior: atque os Magna sonaturum des nominis huius honorem. Sane poeta dici latine potest factor. Nam a ποιῶ quod est facio deriuatur. Et quoniam apud graecos prima sit diphthongus oi: nos abiicientes: retinemus o euphoniae causa. Ne conuersa in oe diphthongum: quae apud nos sonum habet solius e: & quum similiter secunda sit e dissonantiam soni conficere uideretur. Inde uenit poema & poesis ipsum figmentum: & poeticum: quod ad poetam attinet: & poetor uerbum: quod est in poetice exerceor: siue poetam ago.

Augustin. Augustinus li.ii.de ciui.dei.cap.xiii. & confessio li.i.de poetis loquens.

Didici in eis utilia multa. Aug.Ibidem.

Legi Iouem tonantem & adulterantem. Fingebat hoc Homerus: humana ad deos transferebat: Diuina mallem ad nos. Non accuso uerba: quasi uasa electa atque preciosa: sed uinum erroris propinabatur ab ebriis doctoribus: & nisi biberemus caedebamur: nec appellare ad aliquem iudicem sobrium licebat.

Hierony. Hiero.in epistola de duobus filiis.

Daemonum cibus est carmina poetarum saecularis sci

entia rhetoricorum pōpa uerborum: Nulla ibi sanitas ueritatis: nulla iustitiae refectio repente: studiosi earum in fame ueri & uirtutum penuria perseuerant. Hieronymus ibidem.

Nugis tenemur & fonte ueritatis amisso opinionū riuulos consectamur. Hierony. ibidem.

Sacerdotes dimissis euāgeliis & pphetis: uidemus comœdias legere: & amatoria Bucolicorum uersuum cantare uerba. Cicero in oratione pro Licinio Archia poeta. Cicero

At qui sic a summis eruditissimisq; hominibus accepimus: Caeterarum rerum studia & doctrina & pceptis & arte constare: poetam natura ipsa ualere & mentis uiribus excitari: & quasi diuino quodā spiritu inflāmari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas: q; quasi deorum aliquo dono atq; munere cōmendati nobis esse uideant. Sit igitur iudices sanctū apud uos humanissimos homines hoc poetae nomē quod nulla unq barbaria uiolauit: saxa & solitudines uoce respondent: Homerum Colophonii ciuem suum esse dicunt. Chii suum uendicāt: Salamini reputant. Smirnii uero suum esse confirmant. Charus fuit Affricano superiori noster Ennius: Itaq; etiā i sepulchro Scipionum putat' is esse cōstitutus. Quid noster hic magnus qui cum uirtute fortunam aequau t. Non ne Theophantem mitilenaeum scriptorem rer. suar in concione militum ciuitate donauit & nostri illi fortes uiri sed rustici ac milites dulcitudine quadam gloriae cōmoti quasi participes eiusdem laudis magno illuc clamore approbauerunt.

Cicero li.i. Tuscu. quaestionum.

Quid poetae: nō ne post mortem nobilitari uolunt? unde ergo illud: Aspicite o ciues senis Ennii imaginis formam: Hic uestrum pinxit maxima facta patrum. Mercedem gloriae flagitat ab his: quor. patres affecerat gloria. Idemq;: Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu Faxit. Cur? Volito uiuus docta per ora uir. Idē li.i. Tus. quae.

Mihi uero ne haec quidem notiora: & illustriora carere: ut diuina uidentur: ut ego aut poetam graue plenūq; carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu putem fundere: aut eloquentiam quandam sine ui fluere abundanter sonatibus uerbis uberibusq; sententiis. Plyni'. li.xii.ca.xxix.

Plynius. Alexander magnus inter spolia Darii persarum regis unguentorum scrinio capto quod erat auro gēmisq; ac margaritis pciosum uarios eius usus amicis demonstrantibus. quando taedebat unguēti bellatorem & militia sordidum: immo Hercule inquit librorum Homeri custodiae detur: ut pciosissimum humani animi opus q maxime diuiti opere seruarent. Idē Pindari Vatis familiae penatibusq; iussit parcere: quum Thebas raperet: Aristo. philosophi patriā suam credidit. Archilochi poetae interfectores Apollo arguit de phis. Sophoclem tragici cothurni principē defunctum sepelire liber pater iussit: obsidentibus moenia lacedaemoniis Lysandro eorum rege in quiete saepius admonito: ut pateret humani delicias suas: Requisiuit rex Quis supremum diē athenis obisset: nec difficulter ex iis quae deus significasset intellexit: pacēq; funeri dedit.

Strabo in primo. Strabo

Sapientissimi qui de poeticis quicq eloqouti sunt: primam quandā philosophiā poeticam esse asserunt. Et inferius. Antiqui uero poeticā primam philosophiam quandā esse perhibent: quae ab ieunte nos aetate ad uiuendi ratiōes adducit: quae mores: quae affectiones edoceat: quae res generans cum iucunditate pcipiat: Posteriores uero solum poetā ipsum sapientē esse asseruerunt. Qua obrem graecorum ciuitates ab ipso primordio eor. liberos in poetica erudierunt: non nudae utiq; uoluptatis: sed castae moderationis gratia: & infra: Nunquid & poetarum auditoribus nihil cōferat ad uirtutē: ut locor. multor. & militiae: & agriculturae gnarri existant.

Fabius Quintilianus li.i. Fa.Quin.

Denique credamus summis oratoribus qui ueterum poemata: uel ad fidē causar. uel ad ornamentum eloquentiae assumunt. Nā praecipue quidem apud Ciceronē frequentius tamen apud Asinium ēt & caeteros qui sunt proximi uidimus Ennii ac Pacuuii: Lucilii: Terentii: Cecilii & aliorum inseri uersus. Summa non eruditionis modo gratia: sed etiā iucunditatis. Cum poeticis uoluptatibus aures a forensi asperitate respirē: quibus accidit non mediocris utilitas: quum sententiis eor. uelut qbusdam testimoniis quae proposuere confirment.

Idem libro. v.

Sententiis quidē poetar. non orationis modo sūt referta: sed libri etiam philosophor. & qq inferiora omnia praeceptis suis ac litteris credunt: repetere tamen authoritatē a pluribus uersibus nō fastidierunt. Au. Gelius li. xii. cap. xv. Au.Gelius

Qui uerba latina fecerunt humanitatē appellarūt id propemodum quod graeci φιλανθρωπίαν uocant: nos eruditionē institutionemq; in bonas artes dicimus: quas qui sinceriter cupiunt: appetūtq;: ii sūt uel maxime humanissimi. Huius enim scientiae cura & disciplina ex uniuersis animantibus uni homini data est: iccircoq; humanitas appellata est. Aristoteles

Aristoteles li.i. metaurorum.

Phylomites & fabularum amator: ē aliqualiter philosophus: quia fabula ex mirabilibus constituitur μυθολόγος autem fabulator est nobis. μῦθος. fabula. Aristoteles li.i. Poetriae.

Omnis oratio Poetica: uel est laudatio: aut uitupe/ratio. Ibidem.
Ars poetica est ars logicalis. Aristo. Ibidem.
Homo naturaliter delectat̃ in Symphonia: & ĩ me/tro. Ibidem.
Animæ uirtuosæ & nobiles naturaliter adinuene/runt artẽ carminum ad laudandum. Animæ uero deficientes ab his de nobilitate adinuenerunt car
Val.maxi. mina ad uituperandum. Val. maximus li.iii.ti. De fiducia sui.
Ne Euripides quidẽ Alcestidi tragico poetæ respon dit probabile. Apud quẽ quum quereretur: q̃ eo triduo non ultra tres uersus sine maximo impen/so labore deducere potuisset: atq̃ is se cẽtum per facile scripsisse gloriaretur: sed hoc inquit interest: q̃ tui in triduum tantũmodo: mei uero in omne tẽ pus sufficient: Alterius enim foecundi cultus scri pta intra primas memoriæ metas corruerunt: alte rius cunctante stillo elucubratum opus: per æui tẽ pus plenus gloriæ uelis feretur.
Seneca Seneca li. de beneficiis.
Istæ ineptiæ poetis relinquantur: quibus aures oble ctare propositum est: & dulcẽ fabulã nectere: Sed qui ingenia sanare: & fidẽ in rebus humanis reti/nere: ac memoriã officiorũ animis ingerere uolũt: serio loquantur: & magnis uiribus agant.
Homerus Homerus in α odyssex.
καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦδ' οἷος ὅδ' ἐστὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν idest.
Honestum est audire poetam
Talem: qualis hic est deis similis in uoce.
Idem in θ odyssex.
πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ
τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς οὕνεκ' ἄρα σφέας
οἴμας μοῦσ' ἐδίδαξε. φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν .i.
Apud omnes homines terrestres poetæ
Honoris pticipes sunt: & reuerẽtiæ: Q̃m certe illos
Cantus musa docuit: amatq̃ genus poetarũ.
Vrbes Homerũ sibi uendicantes secundũ Aul. Gelium li.iii.ca.xi.
ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν ὁμήρου
σμύρνα: ῥόδος: κολοφὼν: σαλαμίν: ἴος: ἄργος: ἀθῆναι .i.
Septẽ urbes certant de stirpe insignis Homeri:
Smyrna: rhodos: colophon: salamin: ios: argos: Athenæ.
Boetius Boetius ĩ principio opis sui de cõsolatiõe.
Ecce mihi laceræ ditant scribenda camœnæ:
Et ueris elegi fletibus ora rigant.
Has saltem nullus potuit peruincere terror:
Ne nostrum comites prosequerentur iter.
Lucanus Pharsalia li.ix. Lucanus
O sacer & magnus uatum labor: omnia fato
Eripis: & populis donas mortalibus æuum.
Horatius carminum .iiii. ode .viii. Horatius
Dignum laude uirum musa uetat mori:
Cælo musa beat. Hor. Ibidem ode .ix.
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illachrymabiles
Vrgentur: ignotiq̃ longa
Nocte carent: quia uate sacro.
Paulum sepultæ distat inertiæ
Celata uirtus. Hor. in arte poetica.
Sumite materiam uestris qui scribitis æquã
Viribus: & uersate diu quid ferre recusent:
Quid ualeant humeri: Cui lecta potẽter erit res
Nec facundia deseret hunc: nec lucidus ordo.
Horatius ibidem.
Quandoq̃ bonus dormitat Homerus.
Horatius Ibidem.
Vt pictura poesis erit: quæ si proprius stes
Te capiat magis: & quædã si longius abstes.
Hæc amat obscurũ: uolet: hæc sub luce uideri:
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel: hæc decies repetita placebit.
Horatius in arte poetica.
Mediocribus esse poetis
Non homines: non dii: non concessere colũnæ.
Horatius Ibidem.
Tu nihil inuita dices faciesq̃ Minerua
Id tibi iudicium est: ea mens: Si quid tamen olim
Scripseris: in Metii descedat iudicis aures
Et patris: & nostras: nonũq̃ prematur in annum.
Membranis intus positis delere licebit
Quod non ediderís: nescit uox missa reuerti.
Horatius in arte poetica.
Siluestres homines sacer interpresq̃ deorũ
Cædibus: & uictu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lænire tigres: rapidosq̃ leones:
Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis
Saxa mouere sono testudinis: & prece blanda
Ducere quo uellet: Fuit hæc sapientia quondã
Publica priuatis secernere: sacra prophanis:
Concubitu prohibere uago: dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno:
Sic honor & nomen diuinis uatibus: atq̃
Carminibus uenit: Post hos insignis Homerus
Dircæusq̃ mares animos in Martia bella
Versibus exacuit: dictæ per carmina fortes:
Et uitæ monstrata uia est: & gratia regum
Pieriis tentata modis: ludusq̃ repertus:
Et longorum operum finis: Ne forte pudori

Sit tibi musa liræ solers & cātor Apollo. Ibidē.
Natura fieret laudabile carmen: an arte
Quæsitum est: Ego nec studium sine diuite uena:
Nec rude quid prosit uideo ingenium: alterius sic
Altera poscit opē res: & coniurat amice.
Horatius sermo. li. i. Satyra. iiii.
Quem uis media elige turba.
Aut ob auariciā: aut misera ambitione laborat:
Hic nuptaꝝ insanit amoribus: hic puerorum:
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius ære.
Hic mutat merces surgenti sole ad eum: quo
Vespertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur uti puluis collectus turbine: ne quid
Sūma deperdat metuens: aut ampliet: ut rē
Omnes hi metuunt uersus. odere poetas.
Fœnū habet in cornu. lōge fuge. Dūmodo risum
Excutiat sibi: non hic cuiq̄ parcet amico.
Hor. sermonum li. i. satyra. iiii.
Neq̧ enim concludere uersum
Dixeris esse satis: ne si quis scribat uti nos
Sermoni propiora: putes hunc esse poetā.
Ingenium cui sit: cui mens diuinior: Atq̧ os
Magna sonaturum: des nomis huius honorē.
Horatius epistolaꝝ li. ii.
Os teneꝝ pueri: balbūq̧ poeta figurat.
Torquet ab obscœnis iā nunc sermonibus auris.
Mox ēt pectus præceptis format amicis.
Asperitatis & inuidiæ corrector: & iræ.
Recte facta refert: orientia tēpora noctis
Instruit exēplis: inopem solatur: & ægrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces: uatem nisi musa dedisset.
Poscit opē chorus: & p̄sentia numina sentit.
Cælestes implorat aquas docta prece blandus.
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacē: & locupletē frugibus annū.
Carmine dii supi placant: carmie manes. Ibidē.
Ille per extentum funē mihi posse uidetur
Ire poeta: meum qui pectus inaniter angit:
Irritat: mulcet: falsis terroribus implet:
Vt magus: & mō me Thebis: mō pōit Athenis.
Hor. epistolaꝝ li. ii. epi. ad Iulium floꝝ.
Præter cætera: me Romæ: ne poemata censes
Scribere posse iter tot curas: totq̧ labores? Ibidē.
Hac rabiosa fugit canis: hac lutulenta ruit sus:
I nunc & uersus tecum meditare canoros:
Scriptoꝝ chorus ōis amat nemus: & fugit urbem:
Rite cliens bacchi somno gaudentis & umbra.
Tu me iter strepitus nocturnos atq̧ diurnos
Vis canere: & contracta seq̄ uestigia uatū? Ibidē.
Multa fero ut placē genus irritabile uatum. Ibidē.
Ridentur mala qui cōponunt carmina: ueꝝ
Gaudent scribentes: & se uenerantur: & ultro
Si taceas: laudant: q̄cq̄d scripsere beati.
Catullus. Catullus
Nam castum esse decet poetā
Ipsum: uersiculos nihil necesse est.
Ouidius. ii. artis. Ouidius.
Carmina laudantur: sed munera magna petuntur:
Dūmodo sit diues: barbarus ille placet. Ibidē.
Ipse licet uenias musis cōitatus Homere
Si nihil attuleris: ibis Homere foras.
Ouidius li. iii. de arte amandi.
Quid petit sacris nisi tantum musa poetis?
Hoc uotum nostri sūma laboris habet.
Cura ducum fuerant olim regūq̧ poetæ:
Præmiaq̧ antiqui magna tulere chori.
Sanctaq̧ maiestas & erat uenerabile nomen
Vatibus: & largæ sæpe dabantur opes.
Ennius emeruit calabris in montibus hortos
Contiguos pœne Scipio magne tuis.
Nunc hederæ sine honore iacent: opataq̧ doctis
Cura uigil musis nomen inertis habet.
Sed famæ uigilare iuuat: Quis nosset Homeꝝ
Illius æternum: si latuisset opus? Ibidē.
Adde quod insidiæ sacris a uatibus absunt:
Et facit ad mores para quoq̧ nostra bonos.
Est deus in nobis: sunt & cōmercia cæli.
Sedibus æthereis spiritus ille uenit.
Ouidius amoꝝ li. i. Elegia. x.
Scindentur uestes: gēmæ frangentur: & auꝝ.
Carmina quā tribuent fama perennis erit.
Ibidē Elegia ultima.
Quid mihi liuor edax ignauos obiicis annos?
Ingeniiq̧ uocas carmen inertis opus.
Non me more patrū dum strenua sustinet ætas
Præmia militiæ puluerulenta sequi.
Nec me uerbosas leges ediscere: nec me
Ingrato uoces prostituisse foro.
Mortale est quod quæris opus. Mihi fama perennis
Quæritur: ut toto semp in orbe canar. Ibidē.
Ergo quum silices quum dens patientis aratri
Depereant æuo: carmina morte carent.
Cedant carmibus reges: regumq̧ triumphi:
Cedat & auriferi rippa beata Tagi.
Ouidius amoꝝ li. iii. Elegia. viii.
At sacri uates: & diuum cura uocamur.
Sunt ēt qui nos numen habere putant.

Politica dictio græca est. Nā πολιτικός. οῦ. ὁ. ciuilis: & πολίτης. του. ὁ. ciuis & πολιτεία. ας. ἡ. respublica dicitur. Est autē politica prudentia per quā conuenienter disponuntur pertinentia ad bonum cōmune ciuitatis: secundum. bea. Tho. secunda secundæ. q. l. arti. iii. Et est principalior q̄ Iconomica: & hæc q̄ monostica: Quid autē sit Iconomica uide supra in

dictione Iconomica. Monostica uero est pruden/tia: qua quis se ipsum prudenter regit. scdm. bea. Tho. scda scdæ. q. liiii. ar. ii. c. Diciturq; monostica a μόνος. ου. ὁ. quod est solus. Vnde & Monasterium. quod & μοναστήριον. ου. τό. dicitur. & solitudo potest interpretari.

Politya est ordo quidam inhabitantium ciuitatem i principando: & in subiiciendo. scdm Aristotel. li. iii. politicorum.

Pollutio græce μίασμα. ατος. τό. & μιαίνω polluo dicitur. Est autem pollutio: ut Theologi capiunt: geitura somno spar/sa. & a polluo quid est inquino deducitur.

Pollutio est immundicia: seu corruptio corporalis in uiro uel muliere: ex decisione: & motu seminis proueniens. scdm. b. Tho. iiii. sen. di. ix. q. i. ar. iiii.

Pompa græca dictio est. πομπή. ῆς. ἡ. πομπεύομαι mitto pompam dicitur. Est autem pompa omnis: spectaculum: nō econtra. Pompa enim in prosperis & in aduersis: qualis est in triumpho: & in funere: quasi quidam solemnis apparatus: & ostentatio. Spectaculum uero græce θέαμα. τος. & κατήτον. ου. ὁ. specta/tor: & θεωρέω speculor dicitur. Eiisq; spectaculum nunc illud qd spectat: nunc locus ipse: unde spe/ctatur.

Pomilio græce μάμος dicitur. De hoc ui/de supra in Nanus.

Pontifex græce ἀρχιερεύς. έως. ὁ. & ἀρχιερωσύνη. ης. ἡ. pontificatus dicitur. Est autem Pontifex sacer magistratus di/ctus uel a posse & facio: ut Scæuolæ placet: uel ut Varro affirmat a ponte: & facio. Nā instaurādoq; pōtiom curā habebat. Pons quoq; sublicius a pō/tificibus primum est factus: & postea sæpe restitu/tus. Erant autē minores & maiores pontifices: in/ter quos unus summus: qui pontifex maximus: si/ue summus pontifex dicebatur: quod a Romanis ueteribus sumptum nostræ quoq; sectæ homines seruant. Hinc pontificatus deducitur: & pontifi/cius: a quo ius pontificium: quod mō ius canoni/cum appellant: Et pontificalis: Vnde potificales libri in qbus sacræ cerimoniæ cōtinentur. De hac materia uide isra in Prælatus.

Populus græce λαός. ου. ὁ. & λαμὸς. ου. ὁ. popularis dicitur. Est autem populus cætus iuris consensu: & utilitatis cō munione sociatus. scdm Aug. li. i. de ci. dei.

Populus est multitudo hominum iuris consensu: & concordi communione: sociata. scdm. b. Tho pri/ma parte. q. xxxi. ar. i. Differt autē populus a ple/be: q; in populo omnis pars ciuitatis: omnesq; ordi nes continentur. In plebe autem non insunt nobi liores: & patricii.

Populus ut aliquibus placet dicitur ἀπὸ τῶν πλειόνων: hoc est multo pluribus: q; oēs ordies: ut dictum est: cōplectatur. Plebs uero ἀπὸ τῶν πλειόνων: hoc ē a pluribus: q; plures sunt plebei q̄ patricii. A populus diminutiuum fit popellus: hoc est paruus populus: & popularis: hoc est: quod populi est: & aliquādo charus: & populare hoc est amore populi cōciliare. A populus itē fit Populor & depopulor: hoc est prædor: & deprædor. A qui/bus populatio: et depopulatio. A plebs pariter fit diminutiuum plebecula: & plebeius: de plebe.

Portentum g̃ τέρας. ατος. τό. dr. Quid autē sit: & quō a Mōstrum: Prodigium & ostētum differat: Vide supra i Mōstrum.

Portentum. i. mirum: quod sua magnitudine portē/dit. scdm. b. Tho. super Isa. viii. lec. iii. co. ii.

Possessio g̃ κτῆμα. ατος. τό. & κτάομαι possideo dr. Significat autē aliquādo actum ipsum possidēdi: nonnunq̄ bona q̄ uulgo uocantur imobilia. Hinc possessorium iudi/cium: qd nō sup re pricipali: sed sup possessiōe est. Et possessiuum apud grāmaticos: qd aliqd signifi/cat: qd possidetur: ut Euandrius ensis.

Postilena lignum ē icuruum: qd sub asini: aut iumenti cauda ponitur. Plautus. Ita te a gerunda curuum aqua faciā: ut postilena possit ex te fieri. Dr autē postilena a post, & stādo: q; stet a parte posteriori. Ita & antilena qua pect⁹ equi: aut iumenti: siue alteri⁹ aialis cingit: ab ante stando. græceq; προστερνίδιον. ου. τό. dr. qd nos pectorale equi dicimus.

Postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo i statum pristinum restituēdæ morib⁹ legibusq; cōstitutum. Vt hētur. ff. de capti. & postli. re. l. Hostes.

Postprædicamentum est quod consequitur diuersa genera. secundum. b. Tho. prima scdæ. q. xlviii. ar. i.

Postulatio græce ἀξίωμα. ατος. τό. & αἰτέομαι. postulo dicitur. Est autem po stulatio quædam gratiæ petitio a superio/re facta de promouendo aliquem ad prælationem: ad quam de iure cōi propter defectum aliquē: uel impedimētum eligi: seu pmoueri non poterat. Et ex hoc tacite infertur differētia inter electionē: & postulatiōem: Nā postulatio innititur gīæ: Electio

uero innititur iuri. Vnde ille q de iure potest eligi non debet postulari. scdm Panormi. extra e super Rubrica.

Postulatio importat quandam protensionem desyderii in id quod petitur. Et addit supra petitionem cōiter dictam determinatum petitum. s. finem. ex b. Tho. iiii. sen. di. xv. q. iiii. ar. iii.

Potentatus graece δυναστεία. & δυνάστης. potens dicitur. Est autem multitudo potētiae: uel opus ualidum dominationis. secundum. b. Tho. super psal. xviii. col. iiii.

Potentia graece δύναμις. & δυνάστης potenter dicitur. Potentia autē significat id quod est principium: non autem relationem eius. scdm. b. Tho. prima parte. q. xli. ar. v.

Potestas proprie nominat potentiam actiuam: cum aliqua praeeminentia. secundum eundem. iiii. sen. di. xxiiii. q. i. ar. i.



Praeceptum graece ἐντολή. uel ἐπιταγή. dicitur. Est autē praeceptum iussio: uel imperium faciendi aliquid: uel non faciendi. Praeceptum iportat aplicationē legis ad ea: quae ex lege regulātur. secundum. b. Tho. prima secundae q. xc. ar. ii.

Praecipere est actus rationis: quia importat motionem cum quadam ordinatiōe. scdm eundem scda scdae. q. xlvii. ar. viii.

Praecipere nonnunq̄ significat ante uidere. Virgi. Omnia praecepi: atq; animo mecum ante peregi. Aliquando praecipere est puenire. Virg. Exultatq; ais: & spe iam praecipit hostem. Hinc praecipuum: & praecipue: quasi ante omnia. Aliquando significat iubere. Idem. Ipsi numerumq; modumq; carinis praecipiant. Interdum significat monere: & instruere: Vnde artium magistri praeceptores dicuntur: & placita eorum praecepta: & praeceptiones dicuntur. Genesis. c. xxvi.

Genesis Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae: eo quod obedierit Abraam uoci meae: & custodierit praecepta & mandata mea: & cerimonias legesq; seruauerit. Leuitici. c. xxvi.

Leuitici Si in praeceptis meis ambulaueritis: & mandata mea custodieritis: & feceritis ea: Dabo uobis pluuias temporibus suis: & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebuntur. Apprahendet messium tritura uindemiam: & uindemia occupabit sementem: & comedetis panem uestrum in saturitate: & absq; pauore habitabitis i terra uestra. Deuteronomii. c. iiii.

Deuterōii. Custodite mandata domini dei uestri: quae ego praecipio uobis. Deuteronomii Ibidem.

Custodi praecepta eius atq; mandata quae ego praecipio tibi: ut bene sit tibi: & filiis tuis post te: & permaneas multo tempore super terram: quam dominus deus tuus daturus est tibi. Deuteronomii. c. v.

Custodite igitur & facite quae praecepit dominus deus uobis. Non declinabitis: neq; ad dexteram: neq; ad sinistram: Sed per uiam quam praecepit dominus deus uester ambulabitis: ut uiuatis: & bene sit uobis: & protelentur dies uestri in terra possessionis uestrae. Deuterono. c. vi.

Audi Israel: & obserua: ut facias: quae praecepit tibi dominus: & bene sit tibi: & multipliceris amplius: sicut pollicitus est dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. Deuterono. Ibidem.

Custodi praecepta domini dei tui: ac testimonia: & cerimonias quas praecepit tibi: & fac quod placitum est: et bonum in conspectu domini: ut bene sit tibi. Deuterono. c. vi.

Praecepitq; nobis dominus: ut faciamus omnia legitima haec: & timeamus dominum deum nostrum: ut bene sit nobis cūctis diebus animae nostrae: sicut est hodie: Eritq; nostri misericors: si custodierimus: & fecerimus omnia praecepta eius coram domino deo nostro: sicut mandauit nobis. Deuteronomii cap. vii.

Scies quia dñs deus tuus: ipse est rex fortis: & fidelis: custodiens pactum: & misericordiam diligentibus se: & his qui custodiunt praecepta eius in mille generationes: & reddens odientibus se statim: ita ut disperdat eos: & ultra non differat: protinus eis restituens: quod merentur. Custodi ergo praecepta: & cerimonias: atq; iudicia: quae ego mando tibi hodie: ut facias. Deuteronomii. cap. xi.

Ama itaq; dominum deum tuum: & obserua praecepta eius: & cerimōias iudicia: atq; mandata omni tempore. Ibidem.

Si ergo obedieritis mandatis meis: quae ego praecipio uobis: ut diligatis dominum deum uestrum: & seruiatis ei in toto corde uestro: & in tota anima uestra: dabit pluuiam terrae uestrae temporaneam: & serotinam: ut colligatis frumentum: & uinum: & oleum: foenumq; ex agris ad pascenda iumenta: & ut ipsi comedatis & saturemini. Deuteronomii. Ibidem.

En propono in conspectu uestro hodie benedictio/
nem & maledictionem: Benedictionem: Si obedie
ritis mandatis domini dei uestri: quæ ego præcipio
uobis. Maledictionem: Si non obedieritis manda
tis domini dei uestri: Sed recesseritis de uia quam
nunc ego ostendo uobis: & ambulaueritis post de/
Iosue os: quos ignoratis. Iosue. c. xxii.

Custodiatis attente & opere compleatis mādatum
& legem: quam præcepit uobis Moyses famulus
domini: ut diligatis dominum deum uestrum: &
ambuletis in omnibus uiis eius: & obseruetis man
data illius adhæreatisq; ei: ac seruiatis in omni cor
de: & in omni anima uestra. Iosue Ibidem.

Absit a nobis hoc scelus: ut recedamus a domino:
& eius uestigia relinquamus.

Regum. Regum primi capitulo. xv.

Nunquid uult dominus holocausta: aut uictimas:
& non potius: ut non obediatur uoci domini: Me
lior est enim obedientia q̄ uictimæ: & auscultare:
magisq̄ offerre adipem arietum: quoniā quasi pec/
catum ariolandi est repugnare: & quasi scelus ido/
lolatriæ nolle acquiescere.

Regum tercii capitulo. viii.

Sit quoq; cor nostrum perfectum cum domino deo
nostro: ut ambulemus in decretis eius: & custodia/
Paralipo. mus mādata ei⁹. Paralipomenon primi. c. xxviii.

Custodite & perquirite cuncta mādata domini dei
nostri: ut possideatis terram bonam: & relinquatis
eam filiis post uos usq; in sempiternum.

Tobias Tobias capitulo. iiii.

Omnib⁹ autem diebus uitæ tuæ: in mente habeto
deum: & caue ne aliquando peccato consentias:
& prætermittas præcepta dei nostri.

David David Psalmo. cx.

Fidelia omnia mādata eius confirmata in sæculum
sæculi: facta in ueritate: & æquitate.

David psalmo. cxviii.

Increpasti superbos: maledicti qui declinant a man
Ecclăstici datis tuis. Ecclesiastici. c. xii.

Deum time & mandata eius obserua.

Ecclesiastici capitulo. vi.

Cogitatum tuum habe in præceptis dei: & in man/
datis illius maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi
cor: & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

Osee Osee capitulo. xiiii.

Quia rectæ uiæ domini: & iusti ambulabunt in eis:
præuaricatores uero corruent in eis.

Matthæus Matthæus in euang. c. v.

Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis:
& docuerit sic homines: minimus uocabitur in re/
gno cælorum: Qui autem fecerit: & docuerit: hic
magnus uocabitur i regno cælorum.

Matthæus capitulo. xii.

Quicunq; enim fecerit uoluntatem patris mei: qui
in cælis est: ipse meus frater: soror: & mater est.

Matthæus capitulo. xv.

Quare & uos transgredimini mandatum dei?

Matthæus. c. xix.

Si uis ad uitam ingredi: Serua mandata: Dicit illi:
Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facias:
Non adulterabers: Non facies furtum: Non fal/
sum testimonium dices: Honora patrem tuum &
matrem tuam: Diliges proximum tuum: sicut te
ipsum. Marcus in Euang. c. iii. Marcus.

Qui enim fecerit uoluntatem dei: hic frater meus:
& soror mea: & mater est. Lucas. c. viii. Lucas

Mater mea & fratres hii sunt: qui uerbum dei audi
unt: & faciunt. Lucas Ibidem.

Amen dico uobis: nemo est qui dereliquit domum:
aut parentes: aut fratres: aut uxorem: aut filios
propter regnum dei: & nō recipiat multo plura in
hoc tempore: & in sæculo futuro uitam æternam.

Ioannes in Euang. c. xiiii. Ioannes.

Si diligitis me: mandata mea seruate.

Ioannes Ibidem.

Si quis diligit me sermonem meum seruabit: & pa/
ter meus diliget eum: & ad eum ueniemus: & man
sionem apud eum faciemus. Qui non diligit me
sermones meos non seruat.

Ioannes in Euangelio. c. xv.

Vos amici mei estis: si feceritis quæ præcipio uobis.

Ioannes apostolus primæ cano. cap. ii.

Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum: Si mā
data eius obseruemus: Qui dicit se nosse eum: &
mandata eius non custodit: mendax est: & i eo ue/
ritas non est. Qui autem seruat uerbum eius: uere
in hoc charitas dei perfecta est.

Ioannes apostolus primæ cano. cap. v.

Omnis qui diligit eum qui genuit: diligit eum q na/
tus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligi/
mus natos dei: quum deum diligamus & manda/
ta eius faciamus: Hæc est eni charitas dei: ut man
data eius custodiamus: & mandata eius grauia nō
sunt. Augustinus ad Casulanum: & ha/ Augustin⁹
betur di. ix. c. Sana. §. Quum ergo.

Quum ergo in naturali iure nihil aliud præcipia/
tur: q̄ q deus uult fieri: Nihilq; aliud uetetur: q̄
q deus prohibet fieri. Deniq; quum i canōica scri
ptura nihil aliud: q̄ quod i diuinis scripturis: & le/
gibus iueniatur: diuiæ uero leges natura cōsistāt:
patet qđ quæcunq; diuinæ uoluntati: seu canōicæ
scripturæ cōtraria ꝓbant: eadēq; ēt naturali iuri
iueniunt aduersa: Vnde quæcunq; diuiæ uolūta/
ti: seu canonicæ scripturæ: seu diuinis legibus post

ponenda censentur? eisdem natura le ius preferri oportet. Constitutiones ergo: uel ecclesiasticae: uel saeculares: si naturali iuri contrariae probantur: penitus sunt excludendae.

Augustinus li.ii.confessio.& habetur di. viii.c. Quae contra.

Quae contra mores hominum sunt flagicia: pro morum diuersitate sunt uitanda: ut pactum inter se gentis: aut ciuitatis: consuetudine: uel lege firmatum ciuis: aut peregrini libidine uioletur: turpis est enim omnis pars uniuerso suo modo nō cōgruens: Quum autem deus aliquid contra morē: uel contra pactum quorumlibet iubet fieri: & si ibi nunq̄ factum est: tamen faciendum: & si omissum est: restaurandum est: etiam si statutum non erat: instituendum est. Si enim regi licet in ciuitate cui regnat iubere aliqd: quod neq; ante ipsum quisquam: nec ipse unquam iusserat: & si non est contra societatem ciuitatis eius: obtemperatur ei: immo contra societatem fit: si ei non obtemperetur: generale quippe pactum est societatis humanae optemperare regibus suis: Quanto magis deo regnatori uniuersae creaturae suae: ad ea quae iusserat sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanae: maior potestas minori ad obediendum praeponitur: ita deus omnibus.

Augustinus in sermone de monte: & habetur. xiiii.q.i.capitulo Quisquis.

Quisquis praeceptis non obtemperat: reus est & debitor poenae: & paulo post: Praecepto domini non obedire peccatum est: & consilio si uti nolueris: minus boni adipisceris: non mali aliquid perpetrabis.

Hierony⁹. Hieronymus ad Lucianum: & habetur. di.xii.cap. Illud.

Illud breuiter te admonendum puto? traditiones ecclesiasticas: praesertim quae fidei nō officiant ita obseruandas: ut a maioribus traditae sunt: nec aliquorum consuetudinem aliorum contrario more subuerti.

Gregorius Gregorius: & habetur di.xii.cap. Praeceptis.

Praeceptis apostolicis non dura superbia resistatur: Sed per obedientiam quae a sancta Romana ecclesia & apostolica authoritate iussa sunt salutifere impleantur: si eiusdem sanctae dei ecclesiae: quae est caput uestrum communionem habere desyderatis: non nouum aliquid praesenti iussione praecipimus: sed illa quae olim uidentur indulta firmamus: Quum nulli dubium sit: q̄ non solum pontificalis causatio: sed omnis sanctae spei romanae ecclesiae: & religionis relatio ad sedem apostolicam: quasi ad caput omnium ecclesiarum debuit referri: & inde normam assumere: unde assumpsit exordium: ne caput institutionis uideatur omitti: cuius authoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes: qui noluerint ab apostolicae petrae: super quam Christus uniuersalem fundauit ecclesiam soliditate conuelli: Si quis haec apostolicae sedis praecepta non obseruauerit: praerepti honoris esse hostis non dubitetur.

Gregorius: & habetur. xiiii.q.i. Quod p̄cipit.

Quod praecipitur imperatur: quod imperatur necesse est fieri: si non fiat poenam habet. Vbi consilium datur: offerentis arbitrium est: Vbi praeceptum: necessitas est seruientis: ut obediat: uel imperantis: ut ei obediatur.

Isydorus. Isydorus: & habetur. xi.q.iii.c. Si is qui p̄. Si quis prohibet.

Si quis prohibet uobis quod a domino praeceptum est: uel rursus imperat fieri quod dominus prohibet: execrabilis sit omnibus qui timent deum.

Cyprianus Cyprianus de lapsis: & habetur distin.i. cap. Si quis.

Si quis praepostera festinatione, temerarius: remissionem peccatorum cunctis putat se dare posse: aut audet domini praecepta rescindere: non tantum nihil prodest: Sed obest lapsis: Prouocasse.n. iram dei est: non seruasse sententiam: nec misericordiam piissimi domini deprecari: sed contempto domino de sua facilitate praesumere.

Virgilius Virgilius Aeneidos li.ii.

Nec praeceptis parere recusa.

Horatius Horatius in arte poetica.

Quicquid p̄cipies esto breuis: ut cito dicta
Percipiant animi dociles: teneantq; fideles.

Dantes Dantes Paradisi capitulo.xxvi. Adam ait.

Or figliol mio non il gustar del legno
Fu per se la caggion di tanto exilio:
Ma solamente il trapassar del segno.

Praecipitatio graece κεφαλίνωσις... & κεφαλίξω... praeceps: & κρημνίζω praecipito dicitur. Est autem praecipitatio operatio per impetum uoluntatis: uel passionis sine prudentia: & partib⁹ eius. scdm.b. Tho. secūda scdae.q.viii.ar.vi.

Praeceps eum proprie significat qui sine consideratione aliqua: aut modo quid agit: & quasi rē praeoccupat: componitur q; a prae & capio: Vnde pro nimis festino poni solet. Capi͠t aliquando pro loco aliquo: unde quis se praecipitem dare facile possit. Virgilius. Turrim in praecipiti stantem. Hinc etiam praecipitium locus praeruptus: unde est facilis praecipitatio: & praecipitāter aduerbium: quod significat temere: inconsiderate.

PRaeco graece κήρυξ.κος.ὁ. & κήρυγμα.ατος.τὸ: praeconium dicitur. Est autem praeco qui iussu magistratus populum uocat: aut aliquid obseruandum iubet: aut iussa diuulgat: aut aliquid publice: uel priuatim uenditioni proponit: aut ferias: dies ue festos indicat: aut supplicationes pronunciat: hi etiam curiones uocati inueniuntur. A praeco fit praeconium ipsa praeconis uox. Et quoniam a praecone res gestae etiam pronunciari solent: ac palam omnibus fieri: ideo praecōium aliquando pro fama: & gloria usurpatur: & laudum pcones qui eas diuulgant.

PRaeda graece λεία.ας.ἡ. uel λεηλασία.ας.ἡ. & ληιτεύομαι praedor dicitur. Praeda dicuntur corpora ipsa rerum: quae capta sunt: Manubiae uero appellatae sunt pecunia a quaestore ex uenditiōe praedae redacta. secundum Aulum Gelium. li°. xii. nocti. att. cap°. xxiii. Praedo quid differat a raptore & quid sit. Vide infra in Rapina. Dicitur autem praeda: ut Varroni placet: a pario: quasi parida: q̄ sit manu parta: uel dicamus a prae: quod est ante: & do: q̄ auferatur per uim: anteq̄ detur a possidente.

PRaedestinatio g̃. προόρισις.εως.ἡ. & προορίζω praedestino dicitur. Est autem praedestinatio diuinae uoluntatis p gratiam electio: secundum Augustinum libro de libero arbitrio.

Praedestinatio est quaedam praeordinatio dei ab aeterno de his quae p gratiam dei fienda sunt in tempore: secundum eundem. iii. parte. q. xxiii. ar. i.

Praedestinatio est ratio transmissionis creaturae rationalis ad uitam aeternam in mente dei. scd̄m. b. Tho. prima parte. q. xxiii. arti. i.

Praedestinatio est cognitio futurae beatitudinis hominum: Praescienta uero e contrario est cognitio futurae damnationis.

Praedestino compositum est ex prae & destino: Destino aūt ex de: & sto: Est autem destinare deliberare: assignare: deputare: adiicere: quasi stare facio. Virg. Et me destinat arae.

Prouerbiorum. Prouerbiorum. xxix.

Quis homo poterit intelligere uiam suam?

Ecclāstici. Ecclesiastici. c. ix.

Nescit homo an amore: uel odio dignus sit.

Danielis Danielis cap. xii.

· In illo tempore saluabitur populus tuus omnis: qui inuentus scriptus fuerit in libro uitae.

Paulus ad Ephesios. c. i. Paulus

· Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali: in caelestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: ut essemus sancti: & immaculati in conspectu eius i charitate: Qui praedestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum ipsum secundum propositum uoluntatis suae in laudem gloriae gratiae suae.

Paulus Ibidem. Paulus

Nos sorte uocati sum⁹: praedestinati secundum propositum eius: qui operatur omnia.

Idem ad Romanos. c. viii.

· Quos deus praedestinauit: hos & uocauit: & quos uocauit: hos & iustificauit: Quos autem iustificauit: illos & magnificauit.

Augustinus: & habetur. xxiii. q. iiii. cap°. Augustin⁹.

Nabucodonosor.

Nabucodonosor poenitentiam meruit fructuosam. Non ne post innumeras impietates flagellatus poenituit: & regnum quod perdiderat rursus accepit. Pharao autem ipsis in flagellis durior est effectus & periit. Hic mihi rationem reddat: qui diuinum consilium nimium alte sapienti corde diiudicat: cur medicamentum unius medici confectum: alii ad interitum: Alii ualuerit ad salutem: Nisi quia Christi bonus odor aliis est odor uitae in uitam: aliis est odor mortis in mortem: Quātum ad naturam ambo homines erant: quantum ad dignitatem ambo reges: quantum ad causam ambo captiuum dei populum possidebant: quantum ad poenam ambo flagellis clementer admoniti: Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos? nisi q̄ unus dei manum sentiens in recordatione ppriae iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei in misericordissimam ueritatem pugnauit arbitrio.

Ibidem. §. Vasis.

Vasis irae nunquam deus redderet interitum: si non spontaneum inuēiretur homo habere peccatum: quia nec deus peccanti homini iuste inferretur in iram: Si homo ex praedestinatione dei cecidisset in culpam.

Augustinus Ibidem. §. Praedestinationem.

Praedestinationem dei: siue ad bonum: siue ad malum in omnibus operari ineptissime dicitur: Vt ad utrunq; homines quaedam necessitas uideatur impellere: Quum in bonis uoluntas sit intelligenda: non est sine gratia: in malis autem uoluntas intelligenda est sine gratia. Quum uero aliquos a deo aut tradditos desyderiis suis: aut obduratos legimus: aut relictos magis peccatis suis: hos ipsos meruisse profitemur: quia talia eorum crimina praecesserunt: ut ipsi qui poenam

debuerunt: qua eis etiam supplicium uerteretur in reatum: atq; ita nec de iudicio dei querimur: quo deserit meritos deseri: & misericordiæ eius gratias agimus: qua liberat nos meritos liberari. Vires itaq; obedientiæ non adeo cuiq̃ subtraxit: quia eum nõ prædestinauit: Sed ideo eum non prædestinauit: quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit. Prædestiatio quoq; dei semper in bono est: quæ peccatum sola uoluntate hominis commissum aut remittendum nouit: cum laude misericordiæ: aut plectendum cum laude iusticiæ. In malis autem operibus nostris sola præscientia dei intelligenda est: quia sicut præsciuit: & prædestinauit: quæ ipse fecit: & ut faceremus dedit: ita præsciuit tantum non etiam prædestinauit: quæ nec ipse fecit: nec ut faceremus exegit. Hii autem de quibus dicitur ex nobis exierũt: sed non fuerunt ex nobis: Si enim fuissent ex nobis: mansissent utiq; nobiscum: uoluntate exierunt: uoluntate ceciderunt: & quia præsciti sunt casuri non sunt prædestinati: si essent reuersuri: & in sanctitate ac ueritate mansuri: Ac per hoc prædestinatio dei multis est causa standi: nemini est causa labendi.

Augustinus: & habetur ibidem. §. Duæ sunt.

Duæ sunt necessitates: simplex una: ueluti necesse est omnes homines esse mortales: altera conditionis: ut si aliquem ambulare quis scit: eum ambulare necesse est: Quod enim quisq; esse nouit: id esse aliter q̃ notum est nequit: Sed hæc minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura: sed conditionis adiectio: Nulla enim necessitas agit incedere uoluntate gradientem: quamuis eum tunc quum gradiatur incedere necessarium sit: Eodem igitur modo si quid prouidentia præsens uidet: id necesse est esse: tam & si nullam naturæ habeat necessitatẽ: At quidẽ ea futura: quæ ex libertate arbitrii proueniunt: præscientia contuetur. Nec igitur ad intuitum relata diuinum necessaria fiunt per dispẽsationem diuinæ notionis: per se uero consyderata absolutam naturæ suæ libertatẽ non deserunt: Fiẽt igitur proculdubio cuncta: quæ futura deus esse præmisit: sed eorum quidem de libero proficiscuntur arbitrio: quæ quamuis eueniant existendo: tamen naturam propriam non amittunt: quæ priusquam fierent etiam non euenire potuissent.

Aug. Ibidem. §. De tiriis.

De tiriis uero & Sidoniis quid aliud possumus dicere: q̃ non esse eis datum desuper: ut crederẽt: quos credituros fuisse: ipsa ueritas docet: Si talia qualia apud non credentes facta sunt uirtutum signa uidissent. Quare autem hoc eis negatum fuerit: dicant si possunt: qui calumniantur: & ostendant cur apud eos dominus mirabilia quibus profutura non erant fecerit: & apud eos quibus erant profutura non fecerit. Nos etenim si ratiõe facti profunditatem iudicii eius penetrare non possumus: manifestissime tamen scimus & uerum esse quod dixit: & iustum esse quod fecit: & non solum Tyrios & Sydonios: sed etiam Coroza: & Bethsaida potuisse conuerti: & fideles ex infidelibus fieri: Si hoc in eis noluisset dominus operari: Neq; enim ulli falsum uideri potest quod ueritas ait. Nemo potest uenire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo.

Augustinus libro. iii. de libero arbitrio.

Sicut tu quædam quæ fecisti meministi: nec tamen quæ meministi: omnia fecisti: ita deus omnia quorum ipse actor est præscit: nec tamẽ omnium quæ præscit ipse actor est: quorum autem non est malus actor: iustus est ultor.

Augustinus super Ioannem homel. xxvii.

Nemo uenit nisi tractus: quare illum trahat: noli uelle iudicare: si non uis errare: Semel accipe & intellige: Nondum traheris. Ora ut traharis: Ramum uiridem ostendis oui: & trahis illam: nuces puero demonstrantur & trahitur: & quo currit trahitur: amando trahitur: sine læsione corporis trahitur: cordis uinculo trahitur.

Augusti. li. de prædestinatione sanctorum.

Non quia futuros nos tales esse præsciuit: ideo elegit: sed ut essemus tales per ipsam electionem suæ gratiæ: qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

Augustinus li. Retractationum.

Elegit igitur quos uoluit gratuita misericordia.

Gregorius in Dyalogo & habetur. xxiii. q. iiii. c. Obtineri.

Obtineri nequaquam possunt: quæ prædestinata non fuerint: sed ea quæ sancti uiri orando efficiunt: ita prædestinata sunt: ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoq; perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti deo disposita: ut ad hoc electi ex labore perueniant: quibus postulando mereãtur accipere: quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare.

Menander. Menãder.

μένει δ᾽ ἑκάστῳ τοῦθ᾽ ὅπερ μέλλει παθεῖν. idest.

Imminet autẽ unicuiq; quod debet pati.

Dantes Purgatorij. c. xvi. Dantes

Voi che uiuete ogni caggiõ rechate
Pur suso al ciel: cusi come se tutto
Mouesse seco di necessitate.
Se cussi fusse in uoi fora distrutto
Libero arbitrio: & non fora iusticia

Per ben leticia: & per mal hauer lutto.
Lo cielo i nostri mouimenti initia
Non dico tutti: ma posto chel dicas
Lume nhe dato al bene & a malicia.

Dantes paradisi cantica.c.xx.

O prædestination quanto remota
E la radice tua da quelli aspecti
Che la prima caggion non uegion tota.
Et uoi mortali teneteui stretti
A giudicar: che noi che dio uedemo
Non cognosciamo ancor tutti li electi.

Rædicatio græce κήρυγμα. ἀπὸ τοῦ. & κήρυξ κος. ὁ. prædicator dicitur. Est auté prædicatio: ut hic sumitur: euangelii in ecclesia recitatio: quod fit linguis loquendo. Pertinetq; ad Diaconum. Ad sacerdotes auté pertinet exponere: & exhortari: quod est prophetare.ex.bea. Tho.iii.parte.q.lxvii.ar.i.& iiii.sen.di.v.q.ii.ar.i.

· Prædicare est principalissimus actus: & propri⁹ epi: & dignior q̃ baptizare.scd̃m eundem tertia parte q.lxvii.ar.i.

Prædicare non licet nisi prælato: uel ex eius authoritate.secundum eundem.iiii.sen.di.xix.q.ii.ar.ii.

Prædicatio debet fieri propter gloriam dei: & salutem hominum: nõ autem propter lucrum: uel laudem propriam.scd̃m.b.Tho.sup epistola ad Ro.x.lec.ii.col.iiii.fin.

· Prædicator habet octo nomina scilicet miles: uinitor: pastor: bos: arator: triturator: seminator: & architectus tẽpli.ex.bea.Tho.priæ Cor.ix.co.iii.vi.

Prædicamus ut res sunt: laudamus quum extollimus.scd̃m Donatum super Terentio I Eunucho.

Deuterõii.

Deuteronomii.c.xviii.

· Et ait dominus: prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similẽ tui: & ponam uerba mea ĩ ore eius: loqueturq; ad eos omnia quæ præcepo. Qui autem ea quæ loquetur in nomine meo audire noluerit: ego ultor existam.

Ecclĩasti ci.

Ecclesiastici.c.v.

Esto mansuetus ad audiendum uerbum dei: ut ĩtelligas: & cum sapientia ꝓferes responsum uerum.

Ezechielis.

Ezechielis.c.iii.

· Audies uerbum ex ore meo: & annunciabis eis.

Isayas

Isayas.cap.lii.

· Quam pulchri sup montes pedes annunciantis: & ꝓdicantis pacem.

Matthæ⁹.

Matthæus.c.ultimo.

· Euntes in mundum uniuersum: prædicate euangelium omni creaturæ: docentes omnes gentes: & baptizantes eos.

Lucas

Lucas in Euangelio.cap.iiii.

Non in solo pane uiuit homo: sed in solo uerbo qd̃ procedit de ore dei.

Lucas in Euang.c.xi.

Beati qui audiunt uerbum dei: & custodiunt illud.

Ioannes.

Ioannes in Euang.c.viii.

· Qui ex deo est: uerba dei audit: propterea uos non auditis: quia ex deo non estis.

Paulus.

Paulus ad Thimotheum primæ.c.iiii.

· Argue: obsecra: increpa in omni patiẽtia & doctrina.

Paulus ad hebreos.c.iiii.

· Viuus est enim sermo dei: & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus: compagum quoq; & medularum: & discretor cogitationum & intentionum cordis.

Augustin⁹

Augustinus: & habetur.i.q.i.c.Interrogo.

Interrogo uos fratres uel sorores: dicite mihi: quid plus uidet̃ uobis corpus Christi: an uerbum Christi: Si uultis uere respondere hoc dicere debetis: q; non sit minus dei uerbum: q̃ Christi corpus. Et ideo q̃ta sollicitudine obseruamus: quando nobis ministratur: ut nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat: tanta sollicitudine obseruemus: ne uerbum domini: q; nobis erogatur: dum aliud aut cogitamus: aut loquimur: de corde puro pereat: · Quia non minus erit reus: qui uerbum dei negligenter audierit: q̃ ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permisit.

Augustinus super Apocalip.homel.ii.

· Quia angelus nuncius interpretatur: Quicunq; episcopus: uel præsbyter: uel etiam laicus de deo loquit̃: & quomodo ad uitam æternam ꝑueniat̃ annunciat: merito angelus dicitur.

Augustinus li.de mendacio: & hẽtur.xxii.q.ii.c.Primum.§.Ad sempiternam.

Ad sempiternam uero salutem nullus ducẽdus est opitulante mendacio.

Augustinus super Ioannem.

Sic debet esse sermo dei fidelibus: tanquam pisci hamus. Tunc capit quando capitur: & reti & hamo piscatur: perfectius sed reti turba concludit̃: hamo singularis eligitur.

Aug.de doctrina Christiana li.iiii.

· Prædicator laboret ut intelligenter: ut libenter: ut obedienter audiatur: & hoc se posse magis pietate orationum: q̃ oratoris facultate non dubitet: ut orando ꝓ se: ac ꝓ illis: quos est allocuturus: sit prius orator anteq̃ doctor: Et in ipsa hora accedens priusquam exerãt ꝓferentem linguam ad deum leuet animam sitientem: ut ructet quod biberit: uel quod impleuerit fundat.

Augustinus in sermonibus cõibus.xxvi.

Nemo dicat mihi: non uacat legere: ideo non possum dei praecepta: uel agnoscere: uel implere. Nec aliquis dicat nō noui litteras: ideo mihi non imputabitur quicquid minus de praeceptis dei impleuero. Inanis & inutilis est ista excusatio: Quia si qs nesciens litteras diuinam lectionem non potest legere: potest tamen legentem audire. Qui uero litteras nouit: fieri non potest: ut nō inueniat libros: quibus possit diuinam scripturam legere. Tollamus a nobis fabulas uanas: mordaces: & uideamus: si nobis non remanet tempus: in quo diuinae lectioni uacare possimus: Fugiamus prandia luxuriosa: & caenas quae nos ad uitia protrahunt in quibus p ebrietates: turpiloqa & scurrilitates anima uulneratur: aut morte moritur: & tempus erit: quo de salute animae cogitemus.

Hieronyᵘˢ. Hieronymus in Leuitico: & habetur dist. xxxvi. c. Si quis uult.

Si quis uult pontifex esse: non tam uocabulo q̄ merito imitetur Moysen: imitetur & Aaron: quid enim dicitur de eis: q non discedunt de tabernaculo domini: Ergo Moyses indesinenter in tabernaculo domini: Quid autem ei opus erat: aut a deo aliquid disceret: aut ipse populum doceret: haec duo sunt pontificis opera: ut aut a deo discat legendo scripturas diuinas & saepius meditando: aut populum doceat: sed illa doceat quae a deo ipse didicerat: nō ex proprio corde: uel humano sensu: sed quae spiritus sanctus docet.

Hieronymus super Malachiam: & hētur xvi. q. i. c. Reuertimini. §. Si quis.

Si quis doctus & eruditus lege domini potest alios erudire: non debet suae assignare prudentiae ingenioq; quod possidet: Sed gratias agat primum domino: qui cuncta largitur: deinde sacerdotibᵘˢ etᵘˢ ac ministris a quibus doctus est: Si enim non egerit gratias: sed scientiam uendicauerit sibi in penuria maledicetur: Q d si intelligens largitorem deum: & agens his gratias per quos a deo erudit' est humiliauerit se: & in horreum dei intulerit cibos: hoc est sapientiae alimentis in ecclesiis populus ministrauerit: statim aperietur super eum cataractae caeli & effundetur pluuia spiritualis & mandabit nubibus suis ut pluant super eum ibrem: & abundantia rerum omnium perfruetur.

Hieronymus super illud. Vinum tuum mixtum est aqua.

Omnis doctor qui austeritatem scripturarum per quam potest audientes corripere uertit ad gratiā: & ita loquitur ut non corrigat sed delectet audiētes: uinum sanctarum scripturarum uiolat: atq; suo corripit sensu.

Hieronymus super Ezechielem li. i.

Qui speculator dei futurus est: multo tempore debet quiescere & dolere ea quae uidet nihil habere in conscientia: quod in aliis correpturus est.

Hieronymus Ibidem. Si dicente me ad ipsum.

Magnum discrimen est dei tacere sermones: ob triplicem causam: uel propter timorem: uel propter pigriciam: uel propter adulationem.

Hieronymus super illud ecclesiastici. Verba sapientum quasi stimuli.

Notandum est q dicuntur uerba sapientum pongere non palpare: nec molli manu attrahere lachrymam: sed errantibus tardis poenitentiae dolores & uulnus infingere. Si cuius igitur sermo non pungit: Sed oblectationem facit audientibus: ille sermo non est sapiens.

Hieronymus ad Paulinum presbyterum: est & in prologo bibliae. c. vii.

Nolo ut offendaris in scripturis sanctis simplicitate: & quasi uilitate uerborum: quae uel uitio interpretum: uel de industria sic prolatae sunt: ut rusticam cautionem facilius instruerent: & in una eademq; sententia: aliter doctus: aliter sentiret indoctus: Non sum tam petulans & hebes: ut haec me nosse pollicear: & eorum fructus capere in terris: quorum radices i caelo fixae sunt: sed uelle fateor sedenti me praefero: magistrum renuens commitere spondeo: Petenti dat: pulsanti aperitur: quaerens inuenit: Discamus in terris: quorum scientia nobis perseueret in caelo: Obuius te manibus excipiam: & ut inepte aliquid ac de Hermagore tumiditate effundam: quicquid quaesiens: tecum scire conabor.

Hieronymus in epistola ad Nepotianum.

Docente in ecclesia te non clamor populi: Sed gemitus suscitetur: lachrymae auditor laudes tuae sint. Hieronymus super Isaiam.

Ille est doctor ecclesiasticus qui lachrymas non risum mouet: qui corripit peccatores: qui nullum beatum: nullum dicit esse foelicem.

Ambrosᵘˢ. Ambrosius in sermone de Ieiunio: & habetur. di. xxxv. ca. Sexto die. §. Qui. n.

Qui enim Christum annunciat ab omni uiciorum incentiuo sistare se debet alienum.

Ambrosius super Lucam.

Aperi os tuum: sed prius ut aperiatur implora: Vita enim uerbum erigit & acquirit: sermo enim sine uita: non est dei sermo.

Ambrosius sup illud primae ad Corinthios. Vos nobiles Nos ignobiles.

Libere. n. & sine adulatione ueritatem praedicātes & gesta prauae uitae arguentes: gratiam non hēnt apud homines.

Ambros. sup illud Lucae. ix. Nihil tuleritis l uia.

Qualis debet esse qui euangelizat regnum dei: praeceptis euangelicis designatur: hoc est ut subsidiu saecularis adminiculum non requirat fidei: quia totus inhaerens putet quo minus illa requirat: magis posse suppetere.

Ambrosius super Lucam.

· Alienum est pdicatorē regni dei cursitare p domos.

Gregorius · Greg sup euange. li. ii. homel. vi.

· Cuius uita despicitur: restat ut eius pdicatio contēnatur. Grego. li. i. homel. xi. sup. illd. Ezechiel iii. Audies uerbum ex ore meo & annunciabis eis: Praepositus sine culpa non est quando uerba iuste non audiens ex sua culpa moritur subiect⁹. Hunc ipse occidit: quia eum morti tacendo tradidit: Vbi · enim subiect⁹ ex culpa sua moritur: ibi is qui praeest: quia tacuit: reus mortis inuenitur: Tot occidimus quot ad mortē ire tepidi tacentes uidemus.

Gregorius moraliū. xx. sup illd Iob. xix. sup illos stillabat eloqum meū.

In hoc uidetur indita sapiētia magistrorū. Debet. n. · subtiliter qui docet prospicere: ne plus studeat pdicare: q̄ capiatur ab auditore. Grego. sup Iob. xxvii. Quando ponebat pluuiis legē.

Loquendi authoritas pditur: quādo uox operibus non iuuat. Greg. moral. xxx. in fine.

Tunc. n. est sermo uiuax & efficax: quum est pdicātis pura sanctitas: & uirtuosa pfectibilitas.

Greg. moral. xxx. sup illud Iob. xxxviii. Quis dedit gallo intelligentiā.

Gallo intelligentia tribuitur: quum doctori ueritatis discretionis uirtus: ut nouerit quibus qd & quādo proferat diuinitus ministratur: Non. n. una eadēq3 est cunctis exortatio: quia nec cūctos par morum qualitas astringit: Saepe enim alios inficiunt: quae aliis prosunt. Grego. mora. xxx. sup illd Iob. xxxix. Nunquid nosti tēpus ptus ibicū in petris.

· Oportet ut praedicatores sint fortes in pceptis: compatientes infirmis: terribiles in minis: in exhortationibus blandi.

Grego. regist. li. ultimo in fine.

Censemus eos qui apostolorū figurā tenēt praedicare: baptizare: communionem dare: poenitentes suscipere: peccata soluere.

Greg. super euang. li. i. home. xi.

Collocutionis uox corda torpentia excitat: plusq̄ lectionis: & quasi quadā manu sollicitudinis: ut uigilent pulsat. Grego. sup Ezechielē: & habetur di. l. capitu. Quid est.

Quid est hoc q̄ prophetae iacenti dicitur: sta supra pedes tuos & loquar tecum: qui. n. iacenti loquebatur: cur statim promittit se locuturū: Sed sciendum est quia alia sunt: quae iacentes: alia quae stātes audire debemus: iacenti. n. dicitur: ut surgat: statim autem praecipitur ut ad praedicationē proficisci debeat: adhuc enim uobis in infirmitatis confusione iacentibus pberi non debet authoritas praedicationis: sed quum iam in bono surgimus: quum iam recti stare caepenmus: Dignum est ut ad lucrādos alios in praedicatione mitti debeamus: Stans ergo propheta uisionem spiritualem uidit & cecidit: cadens uero admonitionis uerba suscepit: ut surgeret: Surgens autē praeceptum audiuit ut praedicaret. Nam qui adhuc ex supbiae uertice stam⁹: quū iam de aeternitatis timore aliquid sentire caeperimus: dignum est: ut ad poenitentiā accedamus: & dum ifirmitates nostras subtiliter agnoscentes humiliter iacemus per diuini uerbi consolationē ad fortiora opera resurgamus.

Grego. sup Ezechielem homel. iii.

· Vita praedicantium sonat & ardet: ardet desyderio: sonat uerbo. Aes ergo candens est & pdicatio accensa: sed de candēti aere scintillae prodeunt: quia de eorū exhortationibus uerba flāmantia ad aures audientium procedunt. Recte ergo pdicatorum uerba scitillae appellata sunt: quia eos quos in corde tetigerint incendunt.

Grego. Ibidem homelia. xi.

· Ille sermo ab audiente libenter accipitur: qui a pdicante cum cōpassione animi profertur. Ille loque raciter nouit: qui prius benefacere didicit.

Greg. ibidē. Nasus tuus sicut turris libāi.

· Praedicatoris uita semp debet in alto fixa pmanere: ut more narium discernat foetores uitiorū odoresq3 uirtutum. Grego. in Pastorali.

Ille sermo ab audiente libenter accipit: qui a praedicatore cum compassione animi profertur: nā tunc uerbi semen facile germinat: quādo hoc in audientis pectore pietas pdicantis rigat. Grego. sup Ezechielē home. ii. & in pastorali.

· Nequaq̄ debent homines in aetate infirma praedicare: quia sermo doctrinae non suppetit nisi in pfecta aetate: Redemptor noster quum caeli sit conditor & angelorū doctor ante tricennale tempus i terra magister noluit fieri hominum: ut uidelicet praecipitatis uim saluberrimi timoris infunderet: quum ipse etiam qui labi non posset: perfectae uitae gratiam non nisi pfecta aetate pdicaret.

Grego. lib. vi. moralium.

Ille uberes pdicationis fruct⁹ colligit: q semia bonae · opatiōis pmittit: Nā loquēdi authoritas perditur: quando uox opere non adiuuat.

Grego. lib. x. moralium.

· Vbi conscientiam mordet reatus criminis: linguam ligat timor confusionis.

Gregorius li. xvii. moralium.

· Non debet pdicator infirmis insinuare cuncta quae

ſentit:nec debet prædicaꝛ rudibus q̃ta cognoſcit.
Grego.moralium li.xviii.& in paſtorali.
Lex ipſis ꝑdicatoribus impoſita eſt: ut ipſi uiuendo
illuminēt:quæ loquendo ſuadere feſtinát:nam lo/
quendi authoritas pdit̃: quando uox ope non ad/
iuuatur. Greg.mora.xx.& habet̃ ſuper Iob.
xxix.ca.Stillabat eloquium meum.
Debet ſubtiliter is qui docet ꝓſpicere: ne plus aude
at q̃ ab audiente capitur: Prædicare debet ad iſir/
mitatem audientium ſe met ipſum contrahēdo ab
ſcindere nedum paruis ſublimia: & iccirco non ꝓ/
futura loqtur ſi ſe magis curet oſtendere q̃ audito
ribus ꝓdeiſſe. Greg.mora.li.xxii.exponēs illd̃
Iob.Si fructus terræ comedi abſq; pecunia.
Fructus etenim terræ abſq; pecunia comedeꝛ eſt ex
eccleſia quidem ſumptus accipe: ſed eidem eccle/
ſiæ ꝑdicationis ꝑcium non ꝑbere: Terræ igit̃ fru/
ctus abſq; pecunia comedit: qui eccleſiæ commo/
da ad uſum corporis pcipit:ſed exhortationis mi/
niſterium non ipendit. Quid ad hoc nos paſtores
dicimus: qui aduentum ꝑſcripti iudicis præcurrē
tes:officium quidē ꝑconis ſuſcepimus: ſed elemen
ta eccleſiaſtica muti mãducamus: exigimus quod
noſtro debetur corpori:ſed nō impendimus quod
ſubiectoꝝ debemus cordi. Gre.mo.li.xxiiii.pte
v.c.xii.& habet̃ di.xlv.c.Hoc habet.
Hoc habet ꝓprium doctrina arrogantiũ: ut humi/
liter neſciant inferre quæ docent: & recta q̃ ſapiũt
& recte miniſtrare non poſſunt. In uerbis enim eo
rum pditur q; quum docent quaſi in quodam ſibi
uidēt̃ ſumitatis culmie reſidere: eoſq; quos docēt:
ut longe infra ſe poſitis uelut in imo reſpiciunt:q/
bus non conſulendo loqui: ſed uix dñando dignã/
tur. Recte autem his per ꝓphetam dominus dicit:
Vos autē cum auſteritate impabatis eis & cum po
tentia: Cum auſteritate enim & potentia impant:
qui ſubditos ſuos nō cum tranquillitate ratiocinã
do corrigere:ſed aſpere inflectere dominando fe/
ſtinant. At cōtra: uera doctrina tanto uehemētiꝰ
hoc elationis uitium fugit per cognitionē: q̃to ar/
dentius uerborum ſuoꝝ iaculis ipſum magiſtrum
elationis inſequitur: cauet.n.ne cum elatis moribꝰ
prædicet quem in cordibus audientium: ſacris ſer
monibus inſectat̃. Ecce quare litigioſi prohibent̃
in epiſcopos ordinari: eſt & alia cauſa huius ꝓhibi
tionis: litigioſi nãq; uel adulatiōibus animos prin/
cipum ſibi conciliant: uel fratribus ſuis detrahen
do: infamiæ notã ingerunt: uel inter fratres diſcor
diam ſeminando ſeditionē nunq̃ facere ceſſant: q̃
omnia in prælatis dãnabilia eſſe ꝓbantur.
Grego.li.xxviii.moralium.
Qui ad ueræ prædicatiōis uerba ſe ꝑparat: neceſſe
eſt ut cauſaꝝ origines a ſacris paginis ſumat: ut oē
quod loquitur ad diuinæ authoritatis fundamen/
tum reuocet: atq; in eo ædificium ſuæ locutiōis ſit
met. Greg.in fine paſto.loquens de ſe ipſo.
Vſurpaui mihi cotis officium quæ ferrũ reddit acu/
tum: quum ſit inutile ad ſecandum. Pulchrum de
pinxi hominē pictor fœdus: alioſq; ad perfectio/
nis litus dirigo: qui adhuc in delictoꝝ fluctibꝰ uer
ſor. Greg.ſup Ezechi.home.x.
Sermo dulcedinem non habet quē uita reproba in/
fra conſcientiam remordet: Vnde neceſſe ē ut qui
uerba dei loquitur: prius ſtudeat ſcire qualiter ui/
uat: & poſt ex uita colligat quæ & qualiter dicat.
Gregorius Ibidem.
Ad ꝑdicandum nãq; plus conſcientia ſancti amoris
ædificat: q̃ exercitatio ſermōis: Qui.n.uitã ſuam
interius pēſat: & ex ſuo foris ãmonendo alios ædi
ficat: quia corde linguæ calamum tangit: in eo qd̃
manu uerbi proximis ſcribit.
Grego.home.xxx.ſuper Euange.
Niſi ſpiritus ſanctus adſit cordi audiētis: ocioſus eſt
ſermo doctoris: Nemo ergo docenti homi tribuit:
quod ex ore docentis intelligit: quia niſi intus ſit q
doceat doctoris lingua exterius in uacuũ laborat.
Grego.ſup Ezechielē & in paſtorali.
Si negligis implere qd̃ doces: aliis meſſem ſeminas:
& ipſe a frumenti participatione ieiunas.
Io.Chryſ.de laudibus Pauli home.vi. Io.Chryſ.
Qui ꝑdicationis ſuſcipit officium: non oportet mol
lē quendam eſſe atq; reſolutũ: ſed fortē & per cun
cta robuſtum: Nec.n.ſaltem attigere quiſq̃ debet
præclari huius muneris functione: niſi paratus ſit
millies animã ſuam in mortem traddere.
Seneca epiſtola.lxx. Seneca
Turba ſapientum plus ex moribus q̃ ex uerbis So
cratis traxit: qa plus homines oculis q̃ auribus cre
dunt. Seneca epiſtola.lxxxx.
Sunt quidã qui in ſignum ſimulatæ perfectionis ui
tia: quibus ipſi laborant in aliis mordent: lacerant
& reꝑhendunt: ac ſi ipſi illa uitia non haberent.
Seneca epiſtola.cxviii.
Qui ad philoſophum uenit quottidie ſecum aliqd
boni ferat: aut ſanior domum redeat: aut ſanabi/
lior. Dantes paradiſi cant.xxix. Dantes
Voi non andati giu per un ſentiero.
Philoſophando: tanto ui tranſporta
Lamor de la parenza el ſuo penſiero,
Et anchor q̃ſto qua ſu ſi comporta
Cum men deſdegno: che quando poſpoſta
La diuina ſcriptura: o quãdo e torta.
Non ui ſi penſa quanto ſangue coſta
Seminarla nel mondo: & quanto piace
Che humelmente cum eſſa ſaccoſta.
Per apparer ciaſchun ſe ingegna & face

Sue intentione & quelle son transcorse
Da pdicāti el uangelio se tace.
Vn dice che la luna se retorse.
Ne la passion de Christo: & sinterpose
Per chellume del sol giu non si porse.
Et mentre che la luce si nascose
Da se pero alhispani & a li indi
Come a iudei tal eclipsi rispose.
Non a Fiorenza tanti lapi & bindi
Quanto si fatte fauole per anno
In pergamo si cridan quinci & quindi.
Si che le pecorelle che non sanno
Tornan dal pascho pasciute di uento:
Et non le scusa non ueder lo danno.
Non dixe Christo al suo primo conuento
Andati a prædicar al mundo ciancie:
Ma de,cio de lor uerace fundamento.
Et quel tanto sono ne le sue guancie
Si chapugnar per accender la fede
Del euangelio fero scudo e lancie:
Hora si ua cum moti e cum iscede
A prædicar: & pur che ben si rida
Scomphia el capucio: & piu non si richiede:
Ma tal ucel nel becheto sanida
Che sel uulgo il uedesse non correbe
La perdonanza di chel si confida.
Per cui tanta stulticia in terra crebbe
Che senza proua dalchun testimonio
Ad ogni promission si couerrebbe.
Di questo ingrassa il porco sancto Antonio:
Et altri ancor che sono assai piu porci
Pagando di moneta senza chonio.



Rælat⁹ græce 'έφορος. ο\.ο'. & 'υρεχω obser uo dicitur. Est autē prælatus: large sumendo: omis habens curam animaꝝ secundum Inno.in.c.Firmiter de sum. Tri. & i ca. Decernimus de iudi. Prælatoꝝ maximum est periculum: triplici ratione: Quia pl̄atis icumbit sacramenta dispensare: quæ non nisi mundi tractare debent. Et quia debent reddere rationē de propriis: & de alienis inquantum ptinēt ad eos. ex.b. Tho.iiii.sen.di.xvii.q.iii.ar.iii.

· Prælatus existens i peccato mortali: & occulto: cor ripiendo: uel quicqd aliud officii sui faciendo: peccat mortaliter. Non autē hoc agens ut frater.ex bea. Tho. secunda secundæ.q.xxxiii.att.v. & iiii. sen.di.xix.q.ii.ar.ii.

Leuitici — Leuitici capitu.xxi.

· Pontifex idest sacerdos maximus inter fratres: sup cuius caput fusum est unctionis oleum & cui⁹ manus in sacerdotio cōsecratæ sunt: uestitusq; est sanctis uestibus: caput suum non discoperiet: uestimēta non scindet: & ad omnē mortuum non ingredietur omnino: Super patre quoq; suo & matre non contaminabitur: nec egredietur de sanctis ne polluat sanctuarium domini: quia oleum sanctæ unctionis dei sui super eum est.

Isayas — Isayas capitu xx.

· Super speculam domini ego sum stans iugiter.

Isayas capitu.lxiii.

· Super muros tuos hierusalem constitui custodes: tota die & nocte non tacebunt.

Ezechiel — Ezechiel capitu.iii.

· Speculatorē dedi te. Ezechiel ca.xxxviii.
Suscitabo pastorē meū qui pascat eas. Ibidem.
· Veh pastoribus: qui pascebant se met ipsos.

Ioannes — Ioannes ca.x.

· Bonus pastor animā suam dat pro ouibus suis

Paulus — Paulus prima ad Timotheū ca.v.

Si quis episcopatū desyderat: bonū opus desyderat.

Paulus.i ad Corinthios ca.iii.

Dei agricultura estis: dei ædificatio estis. Ibidem.
· Vt sapiens architectus fundamentum posui.

Paulus ibidem ca.ix.

· Quis militat unq̄ suis stipendiis? quis plantat uineā & de fructu eius non edit.

Paulus ad Hebræos ca.v.

· Nemo sumat sibi honorem: sed q uocať a deo tanq̄ Aaron. Ibidē cap.viii.
· Omnis enim pontifex ad offerēdum munera & bestias constituitur. Augustinus: & habeť in decretis.viii.q.i.ca.Qui episcopatum. Augustin⁹
· Qui episcopatum desyderat: bonum opus desyderat. Exponere uoluit quid sit episcopatus: quia nomen est operis: non honoris. Ibidē.
· Locus superior sine quo populus regi non potest: & si ita teneať & administretur ut decet: inde indecētur appetiť. Augu. super Ioānem: & habeť in decretis di.viii.ca.Apostolus.
· Apostolus Paulus quādo elegit ordinādos uel præsbyteros uel Diacones & quicunq; ordinādus est ad ppositurum ecclesiæ nō ait: Si quis sine peccato est: hoc enim si diceret omnis homo ɨprobaretur: & nullus ordinaretur. Sed ait: si quis sine crimine est. Sicuti est homicidium: adulterium: aliqua immundicia fornicationis: furtum: fraus: sacrilegiū: & cætera huiusmodi. Crimen autem est graue peccatum accusatione & dānatione dignissimum.

Augustinus de uita clericorum: & habeť di.lxxx.capitu.Quando.

· Quando necessitas disciplinæ in moribus coercendis dicere uos dura uerba cōpellit: si etiam ipsi mo

dum uos excessisse sentitis: non a uobis exigitur: ut uos a subditis ueniam postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos: dum nimium seruatur hu/militas: regendi frangatur authoritas: & tamē pe tenda est uenia ab omnium domino: qui nouit eos quos plus iuste forte corripitis: q̄ta beniuolentia di ligatis. Augustinus ad Valerium: & ha/betur di.xl.ca. Ante omnia.

Ante omnia peto: ut cogitet religiosa: prudētia tua: nihil esse in hac uita: et maxime hoc tempore hoc facilius & leuius & hominibus acceptabilius epi/scopi aut p̄sbyteri aut diaconi officio: si perfunctorie atq; adulatorie res agatur: sed nihil apud deū miserabilius & tristius & damnabilius.

Augustinus li. de Pastoribus.

Quicunq; ita praepositus est: ut in eo q̄ p̄positus sit gaudeat: & honorē suum quaerat & commoda sua solum respiciat: se pascit non oues.

Augustinus de uerbis domini.

Nihil est in hac uita & maxime hoc tēpore difficili/us: laboriosius & periculosius: episcopi: aut p̄sbyteri officio: sed apud deū nihil beatius si eo modo militetur quo noster imperator iubet.

Hieronyꝰ. Hieronymus in epistola ad Titum: & ha/betur di.xxv. capitu. Primū.

Primum itaq; sine crimine iubetur esse episcopus: quod alio uerbo ad Timotheum irrepraehensibilē nominatum puto: non q̄ eo tm̄ tēpore quo ordinādus est: sit sine ullo crimie: & potestas maculas noua cōuersatōe diluit: sed q̄ ex eo tēpore quo i Christum renatus est: nulla peccati conscientia mordeatur: quomodo enim potest praeses ecclesiae auferre malum de medio eius: qui in delictū simile corruit: aut qua libertate peccantē corripere potest: quum tacitus ipse sibi respondeat eadē se admisisse q̄ corripit? Hieronymus in leuitico: & habetur di.xxxvi.ca. Si quis uult.

Si quis uult esse pontifex: non tam uocabulo q̄ merito imitetur Moysen: imitetur & Aarō: Quid enim dicitur de eis: q̄ non discedunt de tabernaculo domini: Erat ergo Moyses indesinēter in tabernaculo domini: quid autem ei opus erat? ut aut a deo aliquid disceret: aut ipse populū doceret. Haec duo sunt pontificis opera: ut a deo discat legendo scripturas diuinas & saepius meditando: aut populum doceat: sed illa doceat q̄ a deo ipse didicerat: non ex proprio corde: uel humano sensu: sed spiri/tus sanctus docet. Hiero. ad Rusticū epm Harbonensem: & habet̄ di.xciii.ca. Diaconi.

Hinc propter auariciā sacerdotum saepe odia cōsurgunt: hic episcopi accusantur a clericis: hinc principium litis: hinc detractionis causa: hinc origo fit criminis. Hiero. ad Euandrum episcopū: & habetur ibidē cap. legimus.

Potentia diuitiarū & paupertatis humilitas uel sublimiorem uel inferiorē episcopum non facit: caete/rum omnes apostolorū successores sunt.

Hieronymus in epistola ad Titum: & ha/betur di.xcv. cap. Olim.

Olim idē praesbyter qui episcopus & anteq̄ Diaboli instinctu studia uel scismata in religiōe fierēt & diceretur in populis: Ego sum Pauli. ego sum Apollo. Ego autem Cephe cōmuni praesbyterorū cōcilio ecclesiae gubernabātur: Postq̄ autem unusq̄sq; eorum quos baptizauerat suos esse putabat: non Christi: in toto orbe decretum est: ut unus de p̄sbyteris superponeretur: & scismatū semina tolerent̄.

Hieronymus Ibidem.

Sicut ergo praesbyteri sciunt se ex ecclesiae cōsuetu/dine ei qui sibi praepositus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine q̄ dispensationis dominicae ueritate praesbyteris esse maio/res: & in cōmuni debere ecclesiam regere.

Hieronymus ad Nepotianum: & habetur di.xcv. cap. Esto subiectus.

Esto subiectus pōtifici tuo: & quasi parentē animae ama: sed episcopi sacerdotes sciant se esse non do/minos: honores clericos quasi clericos: ut ipsis epi/scopis a clericis: quasi episcopis honor deferatur. scitum est illud oratoris Domicii: cur ergo inquit te habeam ut principē: quum tu me nō habeas ut senatorē. Hiero. de Paulo sup. epi. ad Galathas: & habet̄ .ii.q.iiii.ca. Paulus.

Paulus Petrum repraehendit: q̄ non auderet: nisi se non imparem sciret. Hieronymus in leuitico: & habetur .viii.q.i.cap. Licet ergo.

Licet ergo dominus constituendo principē praece/pisset & elegisset: tamen cōuocatur etiam synagoga: requiritur ergo in ordinando sacerdote: etiam populi p̄sentia: ut sciant omnes & certi sint: q̄ qui praestantior est ex omni populo: qui dilectior: q sanctior: qui in omni uirtute eminentior: ille eligitur ad sacerdotium. Hieronymus: & habet̄ .viii.q.i. capitu. Illud.

Illud inferendum est aduersus eos: qui de episcopa/tu intumescunt: & putant se non dispensationem Christi: sed imperium consecutos: quia nō statim omibus his meliores sunt: qcunq; episcopi nō fuerint ordiati: & ex eo q̄ episcopi electi sunt: se ma/gis aestimant comprobatos. Si autem peccata filiorum ab episcopatu iustum prohibent: Quāto magis se unusquisq; considerans & sciens: quia potēs potenter tormenta patietur: retrahit se ab hoc nō tam honore q̄ onere: & aliorum locum qui magis digni uoce sunt non ambit occupare.

Hieronymus episto. xliii. super illud Pauli

ad Thimotheum capitu.v. Si quis episcopatũ desyderat bonum opus desyderat.
Opus inquit non dignitatem: laborẽ non delicias: opus per quod humilitate decrescat: nõ fastigio intumescat. Hieronymus Ibidẽ.
Tanta debet esse conuersatio & eruditio pontificis: ut omnes motus & gressus: & uniuersa eius opera notabilia sint: Veritatem mente concipiat: & eã toto habitu resonet & ornatu ut quicquid agit: qcqd loquitur doctrina sit populorum.
Hieronymus: & habetur in decretis dist. xxxv. capitu. Ecclesiæ.
Ecclesiæ principes qui deliciis affluunt: & inter epulas atq lasciuias pudicitiam seruare se credũt: pro pheticus sermo describit: q eiiciẽdi sunt de spaciosis domibus lautisq conuiuiis: & multo laborẽ epulis cõquisitis: & si uis scire quo eiiciendi sunt: propter malas cogitationes & opera sua: euangelium lege: in tenebras. s. exteriores: ubi erit fletus & stridor dentium. An nõ cõfusio & ignominia ẽ Iesum Crucifixum pauperẽ & esurientem: farsis pdicare corporibus: & ieiunioꝝ doctrinam: rubentes buccas tumentiaq ora proferre: Si in apostoloꝝ loco sumus: non solum sermõem eorum imitemur: sed etiam conuersationem & abstinentiã.
Hiero. epistola. xliii.
Ambros⁹ Quid. n. excepta ordiatiõe eps plus q̃ pſbyter facit.
Ambrosius de mysteriis: & habetur. i. q. i. capi. Q uum ordinaretur.
Q uum ordinaretur episcopus quod ddit auꝝ fuit: quod perdidit anima fuit: quum alium ordinaretẽ quod accepit auꝝ fuit: quod dedit lepra fuit.
Ambrosius in suo pastorali.
Honor & sublimitas episcopalis nullis poterit cõparatiõibus adæquari. Si regum fulgori cõpares & principum diademati: longe erit inferius q̃ si plũbi metallum ad auri fulgorẽ compares: qppe qũ uideas regum colla & pricipum submitti genibus sacerdotum: & deosculata eoꝝ dextra oratiõibus eorum se credunt communiri.
Ambrosius Ibidem.
Nihil in hoc sæculo excellẽtius sacerdotibus: Nihil sublimius episcopis reperiri potest.
Ambrosius Ibidem.
Sicut senatorẽ clamys ornat: sicut agri cultura rusticum: sicut Barbaꝝ arma: sicut nautam nauigationis peritia: & singulos quosq opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat actores: Sic episcopũ nõ aliter nisi episcopalis operatio dsignat: ut ex bono opere magis q̃ professione noscatur: plus mentis esse episcopus q̃ q nomine uocitetur.
Ambrosius in pastorali.
Sicut leuius est de plano corruere: Sic grauius ẽ qui de sublimi ceciderit dignitate: quia ruina quæ d̃ alto fit grauiori casu colliditur: Honor qdem episcopalis coram hominibus præclarus est: sed si ruinã sustineat: dolor magnus ẽ: Nam q̃to pceteris gradus episcopalis altior est: tanto si per negligentiam dilabitur: ruina grauior est. Nõ enim est tanti gaudii excelsa tenere: q̃ti mœroris est de excelsis corruere: nec constat tantam gloriam sequi uictoriãs q̃tam ignominiam post ruinam.
Ambrosius ad Coepiscopos.
Vacate & uidete: nisi uacaueritis a terrestrib⁹ nihil cognoscere poteritis de cælestibus.
Greg. & habetur di. xl. c. Nos qui. Gregoriu⁹
Nos qui præsumus: non ex locoꝝ uel generis dignitate: sed moꝝ nobilitate innotescere debemus: nec urbium claritate: sed fidei puritate.
Gregorius Anastasio præsbytero: & habetur Ibidem cap. Non loca.
Non loca uel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed nos aut merita bona coniungunt: aut mala disiungunt. Greg. Ioanni episcopo constantinopoli. di. xlv. ca. Quid autẽ.
Q uid autẽ de episcopis q uerberibus timeri uolũt: canones dicant: bene fraternitas nostra nouit: pastores enim facti sumus nõ percussores. Egregius pdicator dicit. Argue: Obsecra: Increpa: in omni patientia & doctrina: Noua uero atq inaudita est ista prædicatio quæ uerberibus exigit fidẽ.
Greg. & habetur di. lxxxi. ca. Oportet.
Oportet sacerdotes quibus domini populus cõmissus est: cum magna constantia uigilare sup domesticas oues: ne lupinis morsibus. i. Diaboli stimulis lanientur. Gregorius: & habetur. i. quæ. i. cap. Q uicunq.
Q uicunq sacros ordines uendunt aut emunt: sacerdotes esse non possunt: Vnde scriptum est: anathema danti: anathema accipienti: hæc est simoniaca hæresis: quo modo ergo si anathema sunt & sancti non sunt: sanctificaẽ alios possunt: & quum in Christi corpore nõ sint: quomodo Christi corpus traddere uel accipere possunt: Q ui maledict⁹ est: benedicere quomodo potest?
Greg. Romano defensori siciliæ: & habetur. xi. q. i. c. peruenit. §. Nam si.
Nam si sua unicuiq episcopo iurisdictio non seruatur: quid aliud agitur: nisi ut per nos per quos ecclesiasticus custodiri ille ordo debuit confundatur
Greg. & habetur. xi. q. iii. ca. Sententia.
Sententia pastoris siue iusta siue iniusta fuerit: timẽda est. Grego. in homelia. xxvii. & habeẽ xi q. iii. ca. Ipse ligandi.
Ipse ligandi atq soluendi potestate se priuat: q hãc pro suis uoluptatibus: & non subditoꝝ moribus

exercet. Grego. in Registro.

Hoc q̃ me ad episcopatus ordinē cognoscitis peruenisse: Si me diligitis plagite: Quia tantæ huius mũdi occupationes sunt: ut episcopatus ordine pene ab amore dei uideam me esse separatũ.

Grego. in pastorali li. iii.

Nemo plus in ecclesia nocet: q̃ qui peruerse agēs nomen uel ordinem sanctitatis habet. Deliquentem namq; hunc redarguer nullus præsumit: & i exēplũ uehementer culpa extenditur: quum pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

Gregorius in pastorali.

Lux gregis est flãma pastoris: Decet enim dominicũ pastorem & sacerdotē moribus & uita clarescere: quatenus in eo tanq̃ in locis suæ speculo plebs sibi cõmissa: & eliget quid sequatur: & uidet possit qd corrigat. Greg. li. xx. moralium.

Talis debet esse dispensatio regiminis: ut is qui præest ea se circa subditos mensura moderetur: quatenus arridens timeri debeat: & iratus amari: ut eum ne nimia lætitia uilem reddat: aut immoderata seueritas odiosum. Greg. Ibidem.

Miscenda est lænitas seueritati faciendo quoddam ex utroq; temperamẽtum: ut neq; multa asperitate exulcerent subditi: neq; nimia benignitate soluantur: Hoc ni mirum illa tabernaculi arca signi ficat in qua cum tabulis uirga simul & mãna erat: quia scripturæ sacræ scientia in boni rectoris sit pectore: sic uirga discretionis: sit mãna dulcedis.

Gregorius Ibidem.

Hinc Dauid ait: Virga tua & baculus tuus etc. Virga enim pcutimur: & baculo sustẽtamur: Sit ergo discretio uirgæ quæ feriat: sit & consolatio baculi quæ sustentet. Greg. sup Ezechielē home. xi.

Quisquis populi speculator ponitur in alto debet stare p uitã ut possit prodesse p prouidentiã.

Greg. sup illud. Si dicente me ad ipsum.

Vbi subiectus ex sua culpa moritur: Ibi is qui pest: quoniam tacuit reus mortis tenetur.

Gregorius in pastorali.

Tunc fuit laudabile epatum q̃rere: quando p hunc quandocunq; dubiũ nõ erat ad supplicia peruenire.

Gregorius in Registro.

Deiecisti eos quum alleuarentur: quum alleuat dicitur: qui honoribus proficit: & moribus cadit.

Grego. homelia. vii. super illd. Dignus est operarius mercede sua.

Quid nos o pastores agimus: quando mercedē cõsequimur: & tamē operarii nequaq̃ sumus: Fructus quippe sanctæ ecclesiæ in stipendio quotidiano pcipimus: sed tamen pro æterna ecclesia minime in pdicatione laboramus: Pensemus cuius danationis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium uiuimus: sed quid pro aiabus fidelium laboramus: illa in nostrõ stipendium sumimus: quæ pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt: nec tamen cõtra peccata eadē uel orationis studio: uel pdicationis (ut dignũ est) insudamus. Greg. in homelia.

Illi præcæteris deum uidere sublime merentur: qui fidelibus gregibus pesse sollicite sciunt: & dum ipsi pie super gregē uigilant: diuina sup gratia largius corruscat. Greg. li. ii. moralium.

Quum maiores uoluptati deseruiunt: minoribus lasciuiæ frena laxantur: & tanto licentius hostis ad ferendum occupat: q̃tum hii qui pro culpis intercedere poterant: uoluptati uacant.

Gregorius li. xxi. moralium.

Quum igitur is qui subest seruit ad obsequiũ: restat proculdubio ut is qui præest seruiat ad uerbum: & quum is qui subest uitiis: obtemperat: oportet ut is qui præest: curam sollicitudis impediat.

Gregorius li. xxiiii. moralium.

Male sĩ rectum putat: qui regulã summæ rectitudis ignorat. Non debet hominum ducatum suscipere qui nescit homies bene uiuendo præire: ne qui ad hoc eligitur ut alioꝝ culpas corrigat quæ resecare debuit: ipse committat.

Gregorius li. xxvi. moralium.

Subtilissima ars uiuendi est culmen tenere: gloriam reprimere: esse qdem in potentia: sed potentē se eē nescire: ad largienda dona potentē se agnoscere: ad repetenda noxia omne qd potenter ualet ignorare. Greg. li. i. Dyalogorum.

Vsus rectæ conuersationis est: ut pesse non audeat: qui subesse nõ didicit: nec obedientiã subiectis ipe ret: quam prælatus non nouit.

Gregorius i pastorali.

Ab imperitis pastorale magisterium q̃ta temeritate suscipitur: quum sit ars artium: regimen animaꝝ: hoc est magisterium disciplinæ: ut culpis discrete nouerit parcere: & pie resecare.

Gregorius i pastorali.

Nequaq̃ ualet i culmie humilitatem discere: qui in imis positus nõ desinit superbire: nec scit laudem quum suppetit fugere: q ad hanc didicit quum deesset anhelare. Greg. Ibidem.

Tantum debet populi actionem actio transcendere psulis: q̃tum distare solet a grege uita pastoris.

Gregorius i pastorali.

Si dilectionis testimonium est cura pastoralis: quisqs uirtutibus pollens gregem dei renuit pascere: summum pastorem conuincitur non amare.

Gregorius i. ix. Registri.

Peruenit ad nos: quosdam episcoporum sub ptextu solatii una domo cum mulieribus conuersari:

Sed ne p hoc subsannatoribus iusta obtrectatiõis detur occasio: aut perfacilem inimicus materiam detractionis assumat: haec cõpescas: nec cohabitare patiaris: exceptis his quas sacra canonũ censura permittit. s. matre: amita: & germana. Meliꝰ tamen faciunt si ẽt a talium cohabitatione omnio cõtineant. Exemplo beati Augustini dicentis: Quae cum sorore mea sunt: sorores meae nõ sunt.

Gregorius i pastorali: & habetur dis. xliii. cepitu. Sit rector.

Sit rector discretus in silentio: utilis i uerbo: ne aut tacenda proferat: aut proferenda reticescat: Nam sicut icauta locutio in errorẽ protrahit: ita idiscretum silentium eos qui erudiri poterant: i errore relinqt.

Bernardus Bernardus de cõsyderatiõe li. iiii.

Discant a te Coepiscopi tui comatos pueros: & cõptos adolescentes secum non habere: certe iter mitratos discurrere calamistratos nõ decet.

Dites Flo. Dantes Flo. Inferni cantica. xix.

Se non fusse chancor lo mi uieta
La reuerenza de le summe chiaui:
Che tu teneſti ne la uita lieta:
Io userei parolle anchor piu graui:
Che la uostra auaricia il mundo attrista:
Calcando i buoni e solleuando i praui.
Di uoi pastor saccorse il uangelista
Quando collei che siede soura lacque
Putanegiar coi regi a lui fu uista.
Quella che colle sette teste nacque
E dalle diece corna hebbe argomento
Fin che uirtute al suo marito piaeque:
Fato uhauete idio doro edargento:
E che altro da uoi allidolatre?
Se non chelli uno: e uoi uhorate cento.
Ai Constantin di quanto mal fu matre:
Non la tua conuersion: ma quella dote
Che da te prese il primo richo patre.

Dantes Flo. Paradisi cantica. xi.

Pensa hor amai qual fu collui che degno
Collega fu a mantener la barca:
Di Pietro in alto mar p dricto segno.
Et questo fu el nostro Patriarcha:
Per che qual segue lui come cõmada:
Discerner po che buona merce carca.
Mal suo peculio di noua uiuanda
E facto giotto: si chesser non puote
Che p diuersi salti non si spanda.
Et q̃to le sue pecore rimote
E uagabunde piu da esso uanno:
Piu tornano alouil di lacte uote.
Ben son de quelle che temeno il danno:
Et stringonsi al pastor: ma son si poche
Che le cape fornisse puocho panno.

Dantes Flo. Paradisi cantica. xxi.

In quel loco fu io Pier Damiano:
E Piero pectinar fui nella casa
Di nostra donna i sul litto Adriano.
Puoca uita mortal mera rimasa
Quando fui chiesto e tratto a quel capello:
Che pur di mal in peggio si trauasa.
Venne Cephas e uenne il gran uasello
De lo spirito sancto macri e scalzi
Prendendo il cibo de qualun q̃ hostello.
Or uoglion quinci e quindi chi rinchalzi
Li moderni pastori: e chi li meni:
Tanto son graui: e chi dietro li alzi.
Copran di manti loro i parafreni:
Si che due bestie uan sottun a pelle:
O patientia che tanto sosteni.

Dantes Flo. Paradisi cantica. xxvii.

Quelli chusurpa i terra il luoco mio:
Il luoco mio: il loco mio: che uaca
Nella presenza del figliuol de dio.
Fatto ha de cimitero mio cloaca
Del sangue e di la puzza onde il puerso
Chi cade di quassu la giu si placa.

Dantes Flo. Paradisi cantica. xxvii.

In ueste di pastor lupi rapaci
Si ueggion di qua su p tutti paschi:
O diffesa di dio: p che pur giaci?

PRaemium graece πρεσβύτερον. ου. τό. dicitur. Est autem praemium id quod redditur alicui in bonum eius: secundum bea. Tho. iii. senten. di. xxix. q. iiii.

Praemium & p̃cium sic differre uidẽtur: q̃ praemiũ dumtaxat pro recte factis daẽ. Praecium uero non modo pro recte factis: sed ẽt pro malegestis. Salustius. Vicit tamen in senatu pars illa: quae uero p̃cium aut gratiam anteferebat. Terentius. Ego precium ob stulticiã fero. Proprie tamen precium est quod pro re empta datur. Terentius. Precium sperans ilico produxit: ac uendidit: hinc p̃ciosum charũ: & magni p̃cii: & App̃cio: aestimo: p̃ciũ ipono.

Praemium ut quidam uolunt dicitur quasi p̃mium: quia primo p̃ponitur: quod dandũ est Victori: Deinde certaẽ. Ita & p̃cium: quasi p̃icium a praeeundo: licet breuiet primam: quoniam primo soluitur pecunia: deinde res empta app̃henditur.

PResbyter graeca dictio est. Nam πρεσβύτερος. ου. ό. senior dicitẽ.

Presbytera dicitur uidua: quia p̃sbyter idẽ est quod senior. ex be. Tho. iiii. senten. distin. xxv. quae. ii. articu. i.

PRaescriptio est quoddã ius ex tempore cõgruens: authoritate legum uim capiẽs: poenam negligentibus inferens: & litibus finẽ

imponens: Differunt autē pſcriptio: & uſucapio. Quia uſucapio eſt in rebus mobilibus: & ſe mouētibus: pſcriptio uero in imobilibus: & iuribus icorporalibus. ut habetur Inſti. de uſu. & lō. tē. præ.

PRæſens gce πα̣ρὸν. ον τὸσ. τὸ. & παρουσία. ασ. ἡ. præſentia dicitur. Eſt autē præſens proprie illud cuius eſſentia pſentatur ſenſui: uel intellectui: ſecundum bea. Tho. i. parte. q. viii. ar. iii. Præſens nōnunq̄ ſignificat ſauentem. Vir. Nec tam pſentes alibi cognoſcere diuos. Itē dicitur pſentaneum uenenum: & pſentiſſimum: quod ſtatim interficit. A pſens ſiunt duo aduerbia impſentia & impſentiarum: quæ ſignificāt præſenti tempore.

PRæſtrigium eſt diuinatio per dæmones ingerentes ſe: uiſui: uel auditui hominum: a pſtringendis oculis dictum. ex. b. Tho. ſecunda ſecundæ. q. xcv. ar. iii.



PRæſumptio græce τὸλμα. ατοσ. τό. uel τὸλμα. ησ. ἡ. dicitur. Eſt autem pſumptio aliquando in bono quaſi pſalus ſumptio: & nonnunq̄ i malo: ſecūdum bea. Tho. xxii. q. xxi. articu. ii.

Præſumptio in malo dicitur imoderatio ſpei dupliciter: ſupra uires pprias: uel contra iuſticiā dei: Prima opponitur magnanimitati. Scda uero eſt ſpecies blaſphemiæ in ſpūm ſanctum. Prima orit' ex inanigloria: Secunda ex ſuperbia.

Eccliſtici. Eccleſiaſtici ca. viii.

Cum audace non eas in deſertum: quoniā quaſi nihil eſt ante illum ſanguis: & ubi non eſt adiutoriū elidet te.

Eccleſiaſtici ca. ix.

Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & temerarius in uerbo ſuo odibilis erit.

Auguſtin' Auguſtinus ſoliloquo℞ li. vii. & habetur. ii. quæ. vii. cap. pſumunt.

Præſumūt plati non debere ſe repbendi uel accuſari: pro eo q̄ canones non eos paſſim cōſtituunt accuſandos: quod tantum negatur ſolis criminoſis: quum de repbendendo ueritas ipſa conſtituat. Si male locut' ſum: teſtimonium phibe de malo etc.

Auguſtinus de bapt. contra dona. li. ii.

Aliter aliquid ſapere q̄ res ſe habet: humana tentatio eſt. Nimis autē amando ſententiam ſuā: uel inuidendo melioribus uſq; ad pcidendæ cōmuniōis: & condendi ſciſmatis: uel hæreſis ſacrilegium puenire: diabolica pſumptio. In nullo autem aliter ſapere: q̄ res ſe habet: angelica perfectio: eſt. Vita itaq; homines ſumus: Sed ſpe angeli ſumus: qbus æquales i reſurrectiōe futuri ſumus: Quādiu ergo non habemus perfectionē angeli: non habeamus præſumptionem Diaboli.

Auguſtinus de uerbis domini ca. xiiii.

Multos impedit a firmitate præſumptio firmitatis. Nemo erit a deo firmus: niſi qui ſe a ſe ipſo ſentit infirmum.

Augu. ſuper illud Eccleſiaſtici. vii.

Non te iuſtifices añ deū. Quoniā agnitor cordis ē. Nulla præſumptio pniciosior: q̄ de propria iuſticia: aut ſcientia ſuperbire.

Gregorius li. vi. moralium. Gregorius

Quantalibet doctrina mens polleat: grauis imperitia eſt uelle docere ſapientiorē: Immenſa. n. pſumptio a ſeniore ſibi reuerentiam exigere: Silentium imperare meliori.

Gregorius moralium li. vi.

Omni culpa grauius de commiſſo uitio ſuperbire. Nam q̄uis de uirtute naſci elatio ſoleat: nōnunq̄ tamen ſtulta mēs de ppetrata neqcia ſe exaltat.

Gregorius li. xxv. moralium.

Lumen intelligentiæ humilitas aperit: ſuperbia abſcondit: Nā ſecretum quoddā pietatis eſt: & tanto minus animus ad id peruenit: q̄to magis intumeſcit: qa eo ipſo foras repellit': quo minus inflat'.

Gregorius li. xxviii. moralium.

Quia prima ſtulticia angeli elatio cordis fuit: uera ſapientia hominis efficitur humilitas ſuæ æſtimationis: quam quiſquis uel magna ſapiēdo deſerit: eo ipſo uehemēter deſerpit: quo ſe met ipm neſcit.

Gregorius li. xxviii. moralium.

In pcipiti pedem porrigit: qui menſura℞ ſuarum limitē non attendit. Et plerunq; amittit: quod poterat: qui audacter ea ad quæ pertingere non ualet: arripere feſtinat.

Gregorius Ibidem.

Pia conditoris diſpenſatione agitur: ut de ſe cōfidēs anima diſpenſatoria tentatiōe pulſetur: quatenus infirmata: quid ſit inueniat: & præſumptionis propriæ faſtum deponat.

Grego. ſuper Ezechielē homelia. ix.

Iuſti nunq̄ ſua bona detegunt: niſi eos aut proximorum utilitas: aut nimia cogat neceſſitas: ut Iob q inter flagella per humanæ increpatiōis uerba depreſſus: dum mentem ſuam ad deſperationis foueam conſpexit impelli: bona: ſua enumerat: Dicēs: Oculus ſui cæcorum etc. Quia iā cadere poterat: niſi ad memoriā ſua benefacta reuocaſſet.

Gregorius li. xxxiii. moralium.

Humiles cælum petunt: dum ſe in terra deiiciunt. Superbi infirma petunt: dum deſpiciēdo cæteros quaſi in altioribus extolluntur. Iſti dum ſe deſpiciunt cæleſtibus iunguntur: Illi dum ſe erigunt a ſuperioribus diuiduntur: Atq; (ut ita dixerim) illi ſe eleuātes deprimūt: Iſti eleuant' deprimentes.

Bernardus de. xii. gradibus humilitatis. Bernard'.

Præsumptuosus primus in conuentibus residet: in consiliis primus respondet: nõ uocatus accedit: nõ missus se intromittit: reordinat ordinata: reficit facta: quicquid ipse non fecit: aut ordinauit: nec rectum factum: nec pulchre æstimat ordinatum: iudicat iudicantes: præiudicat iudicaturos: si quum tempus aduenerit: non promoueatur ad prioratum siue i abbatē: aut inuidum iudicat aut deceptum.
Bernardus Ibidem.
Quomodo præsumptuosus culpam suam confitebitur: qui nec esse putat: nec putari culpabilis patitur: propterea quum culpa ei imputatur: crescit non amputatur.
Bernardus de.xii.gradibus humilitatis.
O supba præsumptio: præsumptuosa supbia: quæ non solum angelos deo uoluit adæquare: sed homines præsumpsit deificare: Porro quos erexit depressit: & quos exaltauit humiliauit. Hæc turrim euertit: linguã cõfudit: Goliam prostrauit: Aman suspendit.
Isydorus — Isydorus Soliloquiorum li.ii.capitulo.xiii.
Alios superbia non excedas: elationis pennas non
Leo papa — erigas. Leo papa: & hētur de Con.di.iii. c. Si nulla.§.Non.
Non temeritas interuenit præsumpõis: ubi est dili
Cassiodo. — gentia pietatis. Cassiodor.sup ps. Et non defecit de plateis eius.
Omne malum exectabilius redditur: quando publica præsumptione tractatur.
Vegetius. — Vegetius de re militari li.iii.
Imperita rusticitas plura promittit: & credit se scire quæ nescit.
Cicero. — Cicero Rhetoricorum nouorum li.iiii.
Aut qui priuatus intolerabili superbia fuerit eum commodum & se cognoscentem uidere in potestia
Val.maxi. — te quis poterit? Valerius max.li.ix.
Temeritatis subiti & uæhemētes sunt impet⁹: quo ictibus hominum mentes concussæ: nec sua picula respicere: nec aliena facta iusta æstimatione pro
Menāder. — sequi ualent. Menander.
ἀνὴρ ἄβουλος ὡς κενὸν μοχθεῖ τρέχων.
Vir temerarius in uanum laborat currens. Idē.
ἀβουλία γὰρ πολλὰ βλαστάνει κακά.
τὸ ῥ idest.
Temeritate enim multum lædunt mortales. Idē.
ἀνὴρ ἄβουλος ἡδοναῖς θηρεύεται.
Vir temerarius uoluptatibus uenatur. Idem.
προπέτεια πολλοῖς ἐστὶν αἰτία κακῶν. idest.
Temeritas multis est causa malorum.
Plautus. — Plautus in Pseudulo.
Sine pennis uolare: haud facile est.
Virgilius. — Virgilius Bucolicorum Aegloga.iii.
Non bene rippæ creditur.
Ouidius de ponto li.iiii.Elegia.xi. — Ouidius.
Sed neq; prudentem solari ultior ausim:
Verbaq; doctorum nota referre tibi.
Ouidius de arte amandi li.iii.
Odimus immodicos (experto credite) fastus.
Sæpe tacens odii semina uultus habet.
Catullus Elegia.iii. — Catullus.
At qui nec diuis homines componier æquum est.
Iuuenalis satyra.v. — Iuuenalis.
Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.
Dantes Florentinus Paradisi cant.ii. — Dantes
Tornati a riueder li uostri liti:
Non ui fidate in pelagho: che forse
Perdendo me: rimarresti smarriti.
Franc. Petrarcha Sonetto.cclxx. — Fr. petrar.
A cader ua chi tropo sale.
Franciscus Petrar.cantilena.xix.Stantia.iii.
A me pur pare
Seno a non cominciar tropalte imprese.
De hac materia habes supra ubi Audacia: & infra ubi Superbia.

Primicia græce ἀκροθίνιον, ἀπαρχή, τὸ. & κατάρχω solum dicitur. Est autē primicia pars prima frugum domino offerenda. secundum Alexandrum in .iii. parte summæ. Est & primitium quod primum i aliqua re: & principale est. Ouidius. Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

Princeps græce ἀρχὸς. οῦ. ὁ. & ἀρχή. ῆς. ἡ. principatus dicitur. Princeps aliquando primum significat: & ē adiectiuū. Macrobius. Qui gradus iter eos princeps habebatur. Aliquando optimatem: Vnde ciuitatis principes dicimus: qui rem publicam administrāt. Interdum dominum: ut Augustus princeps: Nero princeps: a quo principatus: hoc est imperium. Princeps dicitur quasi primum caput: a quo principium: & principale: & principiatum.
Principium est id a quo aliquid procedit quocunq; modo: & ecõuerso. secundum b. Tho. prima parte. q.xxxiii.ar.i.
Principium sumitur a prioritate: sed non significat eam: secundum eundem Ibidem.
Pricipiatum est constitutum in esse per pricipium: Ideo non conuenit lineæ respectu puncti: nec motui: respectu termini a quo. ex. b. Thom. in sent. di.xii.q.i.arti.i.
Deuteronomii.c.xvi. — Deuterõii.

Sapiétiæ · Iudices & magistratus constitues in omnibus portis tuis: ut iudicent populum recto iudicio: nec in alteram partem declinent. Sapiétiæ.c.vi.

· Audite ergo reges & intelligite: Discite iudices finium terræ: Præbete aures uos qui continetis multitudines: & placetis uobis in turbis nationum. Quoniam data est a domino potestas uobis: & uirtus ab altissimo qui interrogabit opera uestra: & cogitationes scrutabitur. Quoniam quum essetis ministri regni illius non recte iudicastis: nec custodistis legem iusticiæ: neq; secundum uoluntatem dei ambulastis: Horrende & cito apparebit uobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: Potentes autē potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusq; de⁹: nec uerebitur magnitudinem cuiusq;: quoniā pusillum & magnum ipse fecit & æqualiter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio: Ad uos ergo reges sunt hii sermones mei: ut discatis sapientiam: & ne excidatis. Qui enim custodierint iusticiam: iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta inuenient quid respondeant.

Sapientiæ capitulo.vi.

· Vere rex sapiens populi stabilimentum. Ibidem.

· Si delectamini in sedibus & sceptris o reges populi: diligite sapientiam. Prouerbioꝝ.c.vii.

ꝓuerbioꝝ. · Leo rugiens & ursus esuriens princeps impius super populum pauperem: Dux indigens prudentia multos opprimit per calumniam.

Prouerbiorum.c.iii.

· Noli regibus dare uinum: Quia nullum secretum ubi regnat ebrietas: Ne forte bibant: & obliuiscatur iudiciorum: & mutent causas pauperis.

Ecclésiastici.c.x.

Ecclāstici. · Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis. Ibidem.

Iudex sapiens iudicabit populum suum: & principatus sensati stabilis erit. Ecclesiastici Ibidē.

· Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium.

Ecclesiastici.c.x.

· Qualis ē rector ciuitatis: tales hitantes in ea. Ibidē.

· Omnis potentatus breuis uita.

Ecclesiastici Ibidem.

Regnum a gente in gentem transfertur propter iniusticias: & contumelias: & diuersos dolos.

Ecclesiastici Ibidem.

· Væh terræ cuius rex puer est: & cuius principes mane comedunt.

Paulus Paulus ad Romanos.c.xii.

Vere enim qui præest: est in sollicitudine.

Ibidem capitulo.xiii.

· Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Augustinus de ciuitate dei li.ii.c.xx. Augustin⁹

· Rex quum est iniustus: Tyrannus est.

Idem.iiii.de ciuitate dei.c.iii.

· Malus enim si regat: seruus est tot dominoꝝ quot uitiorum. Augustinus in epistola.xxxii.

Rex seruit deo leges iustas præcipiendo: & contrarias abrogando.

Augustinus li.v.de Ciuitate dei cap.xxiiii.

Neq; nos Christianos quondam imperatores: ideo fœlices dicimus: quia uel diutius imparatent: uel imperātes filios morte placida reliquerunt: uel hostes reipublicæ domuerunt: uel inimicos ciues cōtra se insurgentes: & cauere: & opprimere potuerunt. Hæc enim & alia huiusmodi erumnosæ uitæ uel munera uel solatia quidam etiam cultores dæmonum accipe meruerunt: q nō ptinent ad regnum dei: quo ptinent isti: & hoc de misericordia scilicet factum est: ne ab eis q in eum crediderint: hæc tanq̃ summa bona desyderentur. Sed fœlices eos dicimus: si iuste impe rant: Si inter linguas se sublimiter honorantium: & nimis honorabiliter salutantium: & sibi nimis humiliter obsequētium: nō extollantur: si se homines esse meminerint: Si potestatem suam ad dei cultum dilatandum: maiestatiq; eius famulari faciunt. Si deum timēt: diligunt: & colunt: Si plus amant regnum illud: ubi non timent habere consortes: Si tardius uindicāt: facile cognoscunt: Si eandē uindictā pro necessitate regendæ tuendæq; reipublicæ: non ꝓ saturandis inimiciciarum odiis exercent: Si eādē ueniam nō ad impunitatem iniquitatum: sed ad spem correctionis indulgent: Si q̃ aspere coguntur plerūq; decernere: misericordiæ lænitate: & beneficioꝝ largitate compensant: Si luxuria in eis tanto castigatior: q̃to potest esse liberior: Et si hæc oīa faciāt non ꝓpter fauorē inanis gloriæ: Sed ꝓpter charitatem fœlicitatis æternæ. Si ꝓpter peccata sua humilitatis & miseratiōis: & orōnis sacrificium deo uero immolare non negligunt: tales Christianos impatores: dicimus esse fœlices interim spe: postea re ipsa futuros: quum id quod expectam⁹ aduenerit. Augu.xv.de ciui.dei.c.viii.

Non terrena potestas uult esse uictrix gentium: quum sit captiua uitiorum.

Augustinus cōtra Faustum.c.xxii.

· Authoritas belli est penes principem. Ministerium exequendi est penes milites.

Augustinus li.iii.ad Chrysostomum.

In hoc seruiunt reges deo: Si in regno suo bona iubeant: mala prohibeant: non solum quæ pertinēt ad societatem humanam: sed quæ ad religionem diuinam.

Ambros⁹. Ambrosius super illud psal. Anima mea in manibus meis.

Quicunq̃ proprium corpus subegerit: nec eius passionibus turbari animam suam rector sui congrua uiuacitate permiserit: is bene regia quadam potestate se cohibens rex dicitur: q̃ regere se nouerit: & arbiter sui iuris sit: nec captiuus trahatur in culpam: nec præceps feratur in uitium.

Gregorius Gregorius super illud Iob.xxxv. Deus potentem non abiicit.

Magna est potentia temporalis: quæ apud deum meritum suum habet de bona administratione regiminis: Nonnunq̃ tamẽ eo ipso q̃ præeminet cæteris: elatione cogitationis intumescit: & dum fotis immẽso fauore circundatur: Intus ueritate uacuatur: atq̃ oblitus sui in uoces se spargit alienas. talemq̃ se credit: qualem foris audit: nõ q̃dem intus discernere debuit. Subiectos despicit: eosq̃ æquales sibi naturæ ordine non agnoscit: Cunctis se æstimat amplius sapere: quibus se uidet amplius posse. Gregorius Ibidem.

Bona nanq̃ est ordine suo potentia: sed cauta regentis indiget uita.

Gregori⁹ super illud Iob.xxxviii. Ipse.n regnare facit hypocritam propter peccata popul.

Qui talem patitur rectorem: deum non accuset: quoniam mirum sui fuit meriti: peruersi rectoris subiacere ditioni: Culpam igitur magis accuset operis q̃ iniusticiam gubernantis. Dabo inquit reges in furore meo. Gregor. moral. xvi. sup illud Iob.xxvi. Gigantes gemunt sub aquis.

Nomine gigantum potẽtes huius sæculi significat: aquæ uero populi sunt.

Gregorius moralium.xi. super illud Iob.xii. Effundit despectiones super principes.

Principes dicuntur qui principantur cogitatiõib⁹.

Grego. Ibidem super Balteum regũ dissoluit.

Qui membrorum suorum motus bene regere sciunt: merito reges dicuntur.

Gregorius moral.xx.

Princeps enim non debet dominari: sed ratio.

Greg.li.xx.moralium.

Sæpe a disciplinæ metu resoluimus subditos: si nostro regimini hylaritatis frena relaxamus: Quia dum nos quasi licenter lætos aspiciũt: audaci⁹ ipsi ad illicita resoluuntur.

Greg.li.xxvi.moral. super illud Iob. Reges in solio collocat in perpetuum.

Bene sancti uiri scripturæ sacræ testimõio reges uocantur: quia prælati cunctis motibus carnis: modo luxuriæ appetitum infrenant: modo gloriam inclinant: modo suggestiones liuoris obruunt: modo ignem furoris extinguunt: Reges ergo sunt: quia tentationum suarum motibus nõ cõsentiẽdo succumbere: sed regendo præesse nouerunt.

Gregor. xxvi. moralium.

Summus locus bene regitur: quum is qui præest uitiis potius q̃ fratribus dominatur.

Greg. sup illud Iob.xxix. Reges regibus & consulibus terræ.

Reges qui sua corpora bene regere sciunt: qui desyderiorum motus in se temperant: subiectas cogitationes lege uirtutis regulant. Reges quia sibi ipsis p̃sident: & se reges sciunt. Ideo beata terra cuius rex nobilis est: & uæh terræ cuius rex puer est.

Greg. i pastorali.li.ii. sup illud. Prouerb.xvi. Melior ẽ q̃ dñat' aio suo expugnatore urbium.

Ille n. uincit & expugnat exteriora: hic regit & ordinat sua interiora. Greg.p⁹. Registri.

Necesse est ut omnes culpas & neglıgentias sibi imputet: qui ministerium uirtutis infirmo commisit.

Gregorius in Registro.

Quæ potest esse pastoris excusatio: si lupus oues comedit: & pastor nescit. Gregori⁹ Mauritio imperatori. Grego. in Pastorali.

Sæpe suscepta cura regiminis: cor per diuersa diuerberat: Et impar q̃sq̃ inuenitur ad singula: dum cõfusa mente diuiditur ad multa. Ibidem.

Caput q̃ppe subiectorum sunt cuncti qui præsunt. Et ut recta pedes ualeant itinera carpere: hic procul dubio caput ex alto prouidetur: ne a profectus sui itinere pes torqueat: quum curuata corporis rectitudine caput se se ad terram declinat.

Io.Chrys. Io. Chryso. super illud Matthæi.x. Sicut oues in medio luporum: Homelia.xxxiii.

Quid ouis i medio lupoꝝ: Quid colũba i medio accipitrum: &c. Impi⁹.n. princeps: siue dñs est: ut leo rugiens: & ursus esuriens sup populum pauperem.

Bernard⁹. Bernardus ad Eugenium li.i.

Simia in bancho rex fatuus in solio.

Isydorus. Isydorus de summo bono li.iii.

Reges a recte agendo uocati sunt: ideoq̃ recte faciendo regis nomen tenetur: peccando amittitur. Recte ergo illi reges uocantur: q tam in semet ipsos: q̃ in subiectos bene regendo modificare nouerunt. Boetius de philosophica cõsol.li.i.

Boetius. Sententia Platonis est: beatas fore respublicas: Si eas uel studiosi sapientiæ regerent: uel eaꝝ rectores studere sapientiæ contigisset.

Boetius de consol.li.ii.

Quæ ẽ hæc potestas: quæ sollicitudinũ morsus: formidinũq̃ aculeos uitare nequit? Vellẽt.n. ipsi securi uiuere: sed nequeunt. An potẽtẽ censes quẽ uideas uelle quod nõ põt efficere: q̃ satellite latus ambit: q̃ quos terret: ipse plus metuit: q ut potens esse uideatur in manu seruientium situs est.

Seneca

Seneca li.i.de Clementia ca.iii.

Principum crudelitas bellum est: clementia in quã cunq; domum peruenerit: eam fœlicẽ & tranquillam parabit. Sed in rege quo rarior eo mirabilior. Magni enim animi pprium est placidum esse trãquillumq;: ac iniurias: & offensas superãdo despicere. Muliebre enim est furere: Ira non decet regẽ:

Ibidem capitu.iiii.

Quod si dii placabiles & æqui delicta potentiũ non statim fulminibus psequuntur: q̃to æquius est hominem hominibus præpositum miti animo exercere imperium.

Ibidem libro.v.capitu.iiii.

Optime deos exemplum principibus constituam: ut se tales ciuibus pbeant: quales sibi deos esse uolunt. Seneca Ibidẽ ad Neronẽ.

Inexpugnabile munimentum amor ciuium: Quid pulchrius q̃ uiuere optãtibus cunctis: Quis huic audeat struere aliquod piculum: sub quo iusticia: pax: securitas: dignitas florent: sub quo opulenta ciuitas copia bonoꝝ omnium abundat.

Seneca epistola.xxxviii.

Si uis omnia tibi subiicere: subiice te rationi. Multos reges: si te ratio regat.

Idem epistola.xcvi.

Animus noster modo ẽ rex: modo Tyrannus. Rex est quum honesta intuetur: salutem cõmissi corporis curat: & nihil illi imperat turpe: nihil sordidũ. Vbi uero corpus impotens: & delicatum: trãsit in nomen detestabile: & fit tyrannus.

Seneca in Tantalo Tragoedia.ii.

Reges non faciunt opes: non uestis tyriæ color: nõ frontis nota regiæ: nõ auro nitidæ trabes. Rex est qui posuit metus: & diri mala pectoris: quem non ambitio impotens: & nunq̃ stabilis fauor uulgi pcipitis mouet: quem non lancea militis: nõ strictus domuit calibs: qui tuto positus loco infra se uidet omnia: Occurritq; suo libens fato: nec queritꝰ mori: Reges conueniat licet. Ibidem.

Rex est q metuit nihil. hoc regnũ sibi qsq; dat. Ibi.

Non capit regnum duos. Ibidẽ.

Habere regnum casus est: Virtus dare.

Seneca Tragoedia.iii.

Qui uult regnare languida regnat manu.

Idem Tragoedia.iiii.

Fraus sublimi regnat in aula.

Seneca. Tragoedia.v.

Quisq̃ ne regno gaudet: O fallax bonum q̃tũ malorum fronte q̃ blanda tegis:

Seneca Ibidem.

Dubia pro certis solent timere reges.

Seneca Tragoedia.vi.

Quocq; fortuna altius euexit: ac leuauit humanas opes: hoc se magis supprimere fœlicem decet: uarios q; casus tremere.

Seneca Tragoedia.vii.

Aequum atq; iniquum regis imperium feras. Ibidẽ.

Hoc reges habent magnificum: & ingens: nulla qđ rapit dies: prodesse miseris: supplices fido lare protegere. Ibidem.

Grauis ira regum est semper.

Idem Tragoedia.viii.

Nec regna socium ferre: nec thædæ sciunt.

Seneca Tragoedia.viii.

Regnorum magis fallax fortuna bonis: in præcipiti dubioq; nimis excelso loco: Nunq̃ placida sceptra quietem: alia ex aliis cura fatigat: Vexatq; animos noua tempestas. Vt præcipites regum casus fortuna rotat: Metui cupiunt: metuiq; timẽt: Nõ nox illis alma recessus præbet tutos: Non curarum somnus domitor pectora soluit.

Seneca Tragoedia.ix.

Decet timeri Cesarem: at plus diligi.

Seneca Tragoedia.x.

Tu quicũq; es qui sceptra tenes: licet omne tua uulgus in aula centum pariter lumina pulset: Cũ tot populis stipatꝰ eas: i tot populis uix una fides. Ibi.

Non duces sæuos miserando tellus habeat.

Aristoteles

Aristo.li.v.Ethicorum.

Princeps custodire debet iustum.

Aristoteles Ibidem.

Principatus uirum ostendit.

Idem libro Iconomicorum.

Nunq̃ oportet domum esse sine custode.

Idem libro.viii.Ethicorum.

Malus rex tyrannus dicitur. Ibidẽ.

Rex debet se habere ad suos subditos: sicut pastor ad oues. Aristo.li.iii.Polyticorum.

Prudentia proprie est uirtus principis.

Aristoteles Ethicoꝝ.xviii.

Similis est comparatio regis ad subditos: patris ad filios: pastoris ad oues.

Aristoteles li.iii.polyticorum.

Melius est ciuitatem regi uiro optimo: q̃ lege optima. Aristoteles li.iii.polyticoꝝ.

Sine principibus impossibile est esse ciuitatẽ.

Aristoteles li.v.Polyticoꝝ.

Non de facili potest inuadi qui est sobrius: sed qui est ebrius: Neq; qui est uigil: sed q est dormiens. Quapropter princeps ne inuasibilis sit: ebrietatem & somnum debet euitare.

Aristoteles li.v.Polyticorum.

Periculosum est principi subdito dare magnos honores. Aristoteles.v.Polyticoꝝ.

Rex iusticiam conseruare debet.

Aristoteles.v.Polyticorum.

· Princeps deicola debet esse: quia minus timent homines iniustum pati a principe: Si deicolam ipsum putant esse.

Aristoteles li.v. Polyticorum.

· Oportet principem bonos honorare: & ipse met honores eis distribuere: Supplicia autem distribuere non p se: sed per alios. Arist. Ibidem.

· Princeps nullum magnum uirum totius sui domini debet facere custodem.

Aristoteles Ibidem.

· Si princeps aliquem a potestate sibi tradita deponere uelit, gradatim hoc debet facere: & nō simul auferre totam potestatem.

Arist. li. vi. Polyticorum.

· Prauos non est securum facere dominos: quia ipsi magis indigent custodia aliorum: q̄ possint alios custodire. Arist. li. vii. Polyticorum.

Necesse est futurum principem subditum esse: uel fuisse. Aristoteles li. de regimine principum.

· Summa bonitas in rege est abstinentia a pecuniis & possessionibus subditorum.

Aristoteles Ibidem.

Summa sapientia est in rege: se ipsum regere.

Aristoteles Ibidem.

Cicero · Honorificentia est in rege: a multiloquio si se abstineat. Cicero li. i. de diuinatione.

Regale est enim sapere & diudicare.

Cicero li. iii. de legibus in principio.

Magistratibus igitur opus est: sine quorum prudentia & diligentia esse ciuitas non potest. Ibidē.

Noster uero Plato Titanum e genere statuit eos: qui ut illi cælestibus sic hii aduersentur magistratibus.

Cicero Ibidem.

Iusta imperia sunto. Cic. li. iii. de legibus.

Vt enim cupiditatibus principum & uitiis infici solet tota ciuitas: Sic emendari & corrigi continentia. Cicero li. i. officiorum.

· Omnino qui reipublicæ præfuturi sunt: duo præcepta teneant Platonis. Vnum est ut utilitatem ciuium sic tueantur: ut quæcunq; agunt ad eam referant: obliti commodorum suorum. Alterum ut corpus totum reipublicæ: ne dum partem aliquā tueantur: reliquas deserant.

Cicero Officiorum li. iii.

Ad uulgi opinionem quæ maior utilitas q̄ regnantdi esse possit? Nihil tamen inutilius eo qui iniuste consecutus est inuenio. Possunt cuiq; utiles esse languores? Sollitudines? diurni & nocturni metus? Vita insidiarum & periculorum plenissima?

Cicero li. Paradoxorum.

Laudetur uero hic imperator: aut etiam appelletur: aut hoc nomine dignus putetur. Quō aut hic cui tandem libero imperabit: qui non potest suis cupiditatibus imperare: Refrenet primum cupidines: spernat uoluptates: iracundiam teneat: coerceat auariciam: & cæteras animi labes repellat: Tū alus incipiat imperare: quum & ipse improbissimis dominis dedecori aut turpitudini parere desierit: Dum quidem his obediat: non modo imperator: sed liber habendus omnino non erit:

Vegetius Vegetius de re militari.

· Nullus est quem oporteat: uel plura: uel meliora scire q̄ principem: cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis.

Val. maxi. Valerius maximus li. viii.

Vtriusq; industriæ laudem duo inter se reges partiti sunt. Cyrrus omnium militum suorum nomina: Mitridates duarum & uiginti gentium quæ sub regno eius erant linguas edissendo: Ille ut sine monitore exercitum salutaret: hic ut eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset.

Salustius Salustius in Catilinario.

Si regum atq; imperatorum animi uirtus ita in pace: ut in bello ualeret: æquabilius atq; cōstantius res humanæ se se haberent.

Homerus. Homerus in α Iliados.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι·
εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ἀλλά τε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ,
ἐν στήθεσσιν ἑοῖσιν. idest.

Potentior.n.rex quādo irascitur uiro inferiori
Quiuis iracundiam & illo ipso die decoquat
Sed & in futurum habet iram donec perficiat
In pectoribus suis.

Idem in β Iliados.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς. idest.

· Non bonum multorum dominatio. Vnus dñs sit: unus rex.

Idem in α odyssex.

οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἶψά τέ οἱ δῶ
ἀφνειὸν πέλεται, καὶ τιμηέστερος αὐτός. idest.

Non enim malum imperare. statim ei domus
Diues fit: & magis honoratus ipse.

Idem in ε Odyssex.

χαλεπαὶ δέ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί.
Molestæ autem regum sunt minæ.

Menāder Menander.

ἀρχὴν τετυχὼς ἴσθι ταύτης ἄξιος. i.
Principatum assecutus sis hoc dignus. Idem.
εἰκὼν δέ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ. i.

· Imago autem rex est animata dei.

Euripides. Euripides in Medea.
δεινὰ τυράννων λήματα· καί πως
ὀλίγ᾽ ἀρχόμενοι· πολλὰ κρατοῦντες
χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσι. idest.
Graues tyrannorum superbiæ: & quodammodo
A minima incipientes: multa possidentes
Periander Aegre iras mutant. Periander.
τοὺς ἠγεμόνας φοβοῦ. idest.
Pittacus Principes time. Pittacus.
μὴ ἄρχε πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃς. idest.
· Noli imperare anteq̄ subditus esse discas.
Thales Thales.
τὸν κρατοῦντα τίμα. i. Imperantē honora.
Horatius Horatius carminum li.ii.ode.ii.
Latius regnes auidum domando
Spiritum: q̄ si lybiam remotis
Gadibus iungas: & uterq; pœnus
Lucanus Seruiat uni. Lucanus li.viii. Pharsaliæ.
Mitissima sors est
Regnorum sub rege nouo. Ibidem.
Exeat aula
Qui uult esse pius: Virtus & summa potestas
Claudian⁹ Non coeunt. Claudian⁹ alloquens Theodosiū.
Tu licet extremos late dominere per Indos:
Te medus: Te mollis arabs: Te seres adorent:
Si metuis: si praua cupis: si duceris ira:
Seruitii patiere iugum: Tolerabis iniquas
Interius leges. Tunc omnia iure tenebis:
Quum poteris rex esse tui: procliuior usus
In peiora datur: Suadetq; licentia luxum:
Illecebras effrena fauet. Sed cōprime motus
Asperius quum ꝓpta Venus: quum durius iræ
Consulitur: quā pœna patet: sed cōprime motus.
Nec tibi quid liceat: sed quid fecisse decebit
Occurret: mentēq; domet respectus honesti.
Ouidius Ouidius li.i. de Ponto.
· Sit piger ad pœnas princeps: ad præmia uelox:
Qui quæ dolet quotiens cogitur esse ferox.

Riuatio græce στέρησις. τῆς. ἡ. & στέρησις priuo dicitur. Est autem priuatio negatio substantiæ ab aliquo determinato genere. scd̄m Arist. li. iiii. met.

Priuatio duplex scilicet in priuari: & in priuato eē. Prima est contraria habitui. Non autem secunda. ex. be. Tho. in quæst. disputatis de malo. q. i. art. i. & q. ii. ar. ix.

Riuilegium græce προτέρημα. ατος. τό. dicitur: Est autem priuilegium priuatum ius idultum cōtra ius commune: Nā nisi aliquid idulgeret nō esset priuilegium: de uerbo. significa.

Priuilegium est priuata lex: quia respicit singulares personas: sed commune ē ad multa negocia. ex. b. Tho. prima scdæ. q. lxxxxvi. ar. ii.

Priuilegium dicitur quasi priuata lex: hoc est ad singulos spectans. Sane ueteres priua dixere: q̄ nos singula dicimus: & priuos singulos: & priuum qd̄ uniuscuiusq; proprium est: Vnde priuata ea dicuntur quæ uniuscuiusq; propria sunt.

Robatio græce δοκιμή. ῆς. ἡ. & δοκιμάζω probo dicitur. Probatio quærit rationem facti: & tangit cor: Examinatio quærit factum: & tangit corpus. scd̄m. b. Tho. super. ps. xvi. col. ii.

Probare aliquando est demonstrare: & argumentā do planum facere: hinc probatio demonstratio: Et probabile: quod licet uerum non sit: rationibus tamen quibusdam uidetur persuaderi. Probare aliquando laudare est: unde probi boni dicuntur: dicti quasi prohibi: q̄ se a delinquendo prohibeant. Hinc composita sunt Improbus malignus: & Improbitas malignitas.

Rocacitas græce προπέτεια. ας. ἡ. & προπετής. οῦς. ὁ. ἡ. procax dicitur. Est autem procax qui adeo impudens est: ut nimis petat: Vnde procax meretrix: petulans dicitur impudens: inuerecunda. Terentius. Maligna multo: & magis procax illico facta est. Hinc procacitas ipsa petulantia. Dicuntur autē hæc a procando: hoc est petendo. Nam ueteres procari petere dicebant: Vnde proci a petendis mulieribus dicti. Sunt enim proci qui mulieres in matrimonio poscunt.

Rodigalitas ḡ ἀσωτία. ας. ἡ. & ἄσωτος. ου. ὁ. prodigus dr̄. Est autē prodigalitas incontinentia: & ob intēperantiā pecuniarum profligatio. scd̄m Arist. li. iiii. Ethicorū.

Prodigalitas est circa possessiones pecuniæ: sicut deficiens: nō autem sicut superabundās in eis. scd̄m b. Tho. scda scdæ. q. cxix. art. i.

Prodigalitas semper est peccatum: non principaliter propter quantitatem: sed pp inordinationem dandi: qbus non debet dari: & ꝓpter quæ: & sicut debet. scd̄m eundem ubi supra.

Prodigus dr̄ a ꝓdigo uerbo: qd̄ nō significat portēdo: & præmonstro: Vn̄ prodigium de quo supra in Mōstrum. Aliqn̄ cōsumo: unde ꝓdigus: & ꝓdigalitas ipsa effusio: & liberalitatis excessus.

Roditio ḡ προδοσία. ας. ἡ. & προδότης. ου. ὁ. proditor: & προδίδωμι prodo dicitur. Est autē prodere fallere: & tradere. Salustius. Ante q̄ arcē proderet hostibus. Vnde proditor: proditio: prodimentum. Prodere est et manifestare. Vnde & proditores a prodendis consiliis hostibus dici possunt.

Promissio graece ὑπόσχεσις.εως.ἡ. & ὑπισχνέομαι promitto dicitur. Est autem promissio actus rationis: q est enunciatio: & ordinatio alicui⁹. secundum. b. Tho. scda scdæ. q. lxxxviii. ar. i.

Promittere est polliceri: Sed hoc differunt q polliceimur sponte: promittimus rogati.

Romptuarium graece ταμιεῖον.ου.τό. dicitur. Est autem promptuarium locus in quo res ad usum necessariæ ita repositæ sunt: ut statim promi: ac proferri possint. Dicitur q a promptus: q ea in promptu sint: & parata. Promptus uero appellatur is: qui iam est paratus: & expeditus ad agendum: & in quo nulla mora ē: quasi iam e penu siue repositorio sit productus.

Ronunciatio graece προφορά.ας.ἡ. & προφέρω pronuncio dicitur. Est autem pronunciare proferre: Vnde pronunciatio pro ipsa prolatiōe accipitur. Est ēt pronunciare decernere & statuere: de iis q dr̄ ius cognoscendi.

Rophetia græca dictio est προφητεία.ας.ἡ. & προφήτης.ου.ὁ. propheta: & προφητεύω uaticinor dicitur. Est autem prophetia diuina inspiratio rerum: futura immobili ueritate denuncians. scdm Cassiodorum. ex b. Tho. scda scdæ. q. clxxi. ar. iii.

Ropiciatio graece ἱλασμός.ου.ὁ. & ἱλαστήριον.ου.τό. propiciatorium dicitur. Erat autem propiciatorium tabula super alas cherubin: Quia exinde de⁹ propiciabatur populo. scdm. b. Tho. prima scdæ. q. ci. ar. iiii.

Ropositio graece πρότασις.εως.ἡ. & πρόθεσις.εως.ἡ. propositum dicitur. Est autem propositum actus uoluntatis deliberatæ. secundum beatum Thomā scda secundæ q. lxxxviii. art. i.

Propositio est enunciationis altera pars in qua prædicatur unum de uno. secundum Aristotelen li. i. Posteriorum.

Roportio graece ὁμοίωμα.τος.τό. dr̄. Significat autem proportio secundum primam nominis impositionem habitudinē quantitatis ad quantitatem. scdm determinatum excessum: uel adæquationē. Sed trāsfert ad significandū habitudinē quorūcunq; sicut materiæ ad formā: potētiæ ad actū: obiecti ad potētiā: finiti ad infinitū: creaturæ ad creatorem. ex. b. Tho. prima parte. q. xii. ar. i.

Roprium g̃ ἴδιον.ου.τό. & ἰδιότης.τος.ὁ. proprietas dr̄. Est aūt pprium de gñe accidētium. scdm. b. Tho. pria scdæ. q. lxxxiii. ar. ii. A pprio fit pprietas notæ sigificatōis: hoȝ opposita sunt Improprium & Improprietas.



Rosperitas graece εὐημερία.ας.ἡ. & εὐημερέω prosperor dicitur. Est autē prosperitas fœlicitas: & ad uotum successus. Venit autē a spe: unde & prosper i fœlix: hoc est qui spem nostrā implet. Vnde prospera sydera: tempora: loca: fines: actiones: successus. Item fœlix: qui spe sua potitus est.

Prouerbiorum. c. i. ꝓuerbioȝ.

· Prosperitas stultorum perdet eos.

August. in sermōe de puero Cēturionis: & hēt xxiii. q. i. c. Paratus. §. Nihil est. Augustin⁹

· Nihil est ifœlicius fœlicitate peccantium: qua pœnalis nutritur impunitas: & mala uoluntas uelut interior hostis roboratur. Ibidem.

· Si de⁹ pollere permittat iniquos i prosperitate: tunc indignatur grauius: & si impunita dimittat: tunc punit infestius.

Augustinus de uerbis domini. c. xiii.

Magnæ uirtutis est cum fœlicitate luctari: ne alliciat ut corrūpat: ne ipsa subuertat fœlicitas: Magnæ inquam uirtutis cum fœlicitate luctari: magnæ fœlicitatis est a fœlicitate non uinci.

Augustinus de uerbis domini li. ii.

· Nemo frangitur aduersorum molestia: qui prosperorum delectatione non capitur.

Augustinus super psal. vii.

· Nemo gratuletur homini: q prosperatur i uia sua: cuius peccatis deest ultor: & adest laudator. Maior hic ira domini est: Irritauit enim dominum peccator: ut ista patiatur: idest ut correctionis flagella non patiatur.

August. super Matthæum sermone. xxix.

Ideo deus fœlicitatibus terrenis amaritudines miscet: ut alia quæratur fœlicitas: cuius dulcedo nō est fallax. August. epistola. xxxvi.

Prospera huius mundi asperitatem habent ueram: iucunditatem falsam: certum dolorem: incertam uoluptatem: durum laborem: timidam quietem: rem plenam miseriæ: spem beatitudinis inanem.

Augustinus epistola. lxxxii.

· Mundus periculosior est blandus: q̃ molestus.

Hieronymus super Isaya li. vii. Hierony⁹.

Nulla res longa mortalium est: omnisq; fœlicitas sæculi dum tenetur amittitur: Qū enim tribulationis tempus aduenerit: omne quod præteritum est nihil adiuuat sustinentem.

Hieronymus super illud Matthæi. xvii.

Quid pdest homini si uniuersum mundum lucretur.

Si haberes ſapientiam Salomonis. Si pulchritudinẽ Abſolonis: Si fortitudinẽ Sanſonis: Si longæuitatem Enoch. Si diuitias Creſſi: Si poteſtatem Octauiani: Quid proſunt hæc? quum tandẽ caro datur uermibus? & aĩa dæmonibus cum diuite ſine fine crucianda.

Gregorius — Gregor. in homel. de diuite & Lazaro: & hẽtur de pœni. di. iii. In fine.

Cauendum nobis eſt: ne ſi forte aliquid boni agim⁹ in præſenti ſæculo remunerationẽ accipiamus: ne forte dicatur nobis: receperunt mercedem ſuam: Niſi. n. diues iſte aliquid bonum egiſſet: unde ĩ præſenti ſæculo remunerationem accepiſſet: Nequaq̃ Abraham dixiſſet: Recepiſti bona in uita tua.

Gregorius li. iii. Moralium.

Quum quis poſitus in proſperitate diligitur: incertum eſt utrum proſperitas an pſona diligat? Amiſſio autem fœlicitatis interrogat uim dilectionis: nec proſperitas quippe amicum indicat: nec aduerſitas inimicum cælat.

Gregorius li. v. Moralium.

Sancti uiri quum ſibi ſuppetere proſpera hui⁹ mundi conſpiciunt: pauida ſuſpitione turbãtur. Timẽt enim ne hic laborum ſuorum fructus recipiant.

Gregor. li. xii. Moral.

Iniquus proſperari in ſua mala actiõe permittitur: quatenus & peruerſa faciat: & tamen fœliciter uiuat: Peruerſus q̃ſq̃s quanto citius peruenit ad deſyderium: tanto infœlicius rapitur ad tormẽtum.

Gregorius li. xiii. Moral.

Iuſtis amplius placet ex aduerſitate mala perpeti: q̃ ex proſperitate terrenæ diſpenſationis cura fatigari.

Gregor. li. xv. Moral.

Præſentis uitæ proſperitas: innocentiæ teſtis nõ eſt: quia multi ad perennem uitam per flagel la redeunt: & pleriq; ad infinita ſupplicia perducendi ſine flagello moriuntur.

Iob. xviii. Præcipitabit eam cõſilium ſuum.

Proſperitas greſſus obligat: ut uix ad bona prodire poſſint.

Greg. li. xxviii. Moralium.

Solet læticia arcana mentis aperire: atq; aperiendo amittere. Aduerſa uero: quum nos exterius deprimunt: interius cautiores reddunt.

Gregorius li. xxxi. Moral.

Multos ſua peius fœlicitas ſtrauit: multos diuturna pax uictos reddidit eo q̧ illos inopinatos hoſtes grauius pertulit: quo longo quietis uſu negligentes inuenit. Vnde ſancti uiri: quum multa ſe proficere uirtutum proſperitate conſiderant: quoſdam ſupernæ diſpenſationis moderamine exerceri: Se etiam tentationibus exaltant: Quia tanto robuſtius acceptam uirtutum gloriam cuſtodiunt: quãto tentationis impulſu concuſſi infirmitatem ſuã humilius agnoſcunt.

Greg. Moral. ſup illud. Iob. v. Vidi ſtultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius.

Quaſi per amœna prata ad carcerem uenit: qui per præſentis uitæ proſpera ad interitum currit.

Io. Chryſ. — Io. Chryſ. & hẽtur de pœni. di. iii. c. Quid ergo.

Quid ergo turbamur? Nemo uidens malignos proſperitatem habere turbetur: non eſt hic retributio malignitatis neq; uirtutis: ac ſi aliquando contingat: ut aliqua ſit retributio: uel maliciæ uel uirtutis: non tamen ſecundum q̧ dignum eſt: ſed ſimpliciter: ueluti quidam guſtus iudicii: ut qui reſurrectionem non credunt talibus doceantur: quando itaq; uidemus malignum diteſcere: non ſubruamur: & quando uidemus bonos mala pati: nõ turbemur: Illic corõa: Illic ſupplicia. Eſt & alia ratio: quia non poteſt uel malus in omnibus malus eſſe: ſed habet aliqua bona: neq; bonus in oĩbus bonus eſſe: ſd habet aliqua peccata: Quãdo ergo proſperitatem malus habet malo capitis ſui eſt: Quum enim pro illis paucis bonis retributionem hic accipit: illic iam plenius punietur.

Boetius — Boetius de philoſophica conſola. li. ii. pſa. iiii.

Nam in omni aduerſitate fortunæ: infœliciſſimum genus infortunii eſt: fuiſſe fœlicem.

Boetius Ibidem.

Quum igitur præcipua ſit mortalibus uitæ cura retinendæ. O. te ſi tua bona cognoſcas fœlicem: cui ſuppetunt etiam nũc quæ uita nemo dubitat eſſe chariora. Quare ſicca iam lachrymas: nundum ẽ ad unum oĩs exoſa fortuna.

Boetius Ibidem.

Quis eſt. n. tam compoſitæ fœlicitatis: ut non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur? Anxia. n. res ẽ humanorum cõditio bonorum: & quæ uel nunquam tota perueniat: uel nunquam perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat: ſed eſt pudori degener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit: ſed anguſtia rei familiaris eẽ mallet ignot⁹. Ille utroq; circunfluus: uitam cælibem deflet. Ille nuptiis fœlix: orbus liberis alieno cenſum nutrit hæredi. Alius prole lætatus: filii filiæ ue delictis mœſtus illachrymat: Iccirco nemo facile cum fortunæ ſuæ cõditione concordat. Ineſt enim ſingulis: quod inexpertus ignoret: & expertus exhorreat.

Boetius Ibidem.

Adde q̧ fœliciſſimi cuiuſq; delicatiſſimus ſẽſus eſt: & niſi ad nutum cuncta ſuppetant: oĩs aduerſitatis inſolens minimis quibuſq; proſternitur. Adeo perexigua ſunt: quæ fortunatiſſimis ſummam beatitudinis detrahunt. Quã multos eſſe coniectas qui ſe cælo proximos arbitrentur: ſi de fortunæ tuæ reliquiis pars eis minima contingat. Hic ipſe locus quem tu exilium uocas incolentib⁹ patria eſt. Adeo nihil eſt miſerum: niſi quũ putes. Cõ

traq; beata sors oīs ē æquāimitate tolerātiū. Qgis est ille tam fœlix: qui quum dederit īpatientiæ manus: statum suum mutare non optet? Quā multis amaritudinibus humanæ fœlicitatis dulcedo respsa est? quæ si ēt fruenti esse iucunda uideatur: tamē quum minus q̃ uelit habeat retineri non possit. Liquet igitur q̃ sit mortalium rerū misera beatitudo: quæ nec apd̄ æquanimos perpetua pdurat: nec anxios tota dlectat. Quid igitur o mortales extra petitis ītra uos positā fœlicitatem? Error uos īscitiaq; confundit. Ibidē.

Atq; ut agnoscas in his rebus fortuitis beatitudinē constare non posse: Sic collige: Si beatitudo ē summum naturæ bonū ratione degentis: nec illud est summū bonum: quod eripi ullo modo potest: quoniā præcellit id quod nequeat auferri: Manifestū est quod ad beatitudinē percipiendā fortunæ instabilitas aspirare non possit. Ad hæc quē caduca ista fœlicitas uehit: uel scit eam: uel nescit eam eē mutabilem. Si nescit quæ nā beata sors eē potest ignorantiæ cæcitati? Si scit metuat necesse est: ne amittat quod amitti posse non dubitat. Quare cōtinu9 timor non sinit esse fœlicē. An uel si amiserit negligendum putat? sic quoq; perexile bonū ē quod æquo animo feratur amissum.

Ibidem lib.ii.prosa.viii.

Et enim plus reor hominibus aduersam: q̃ prosperam prodesse fortunam. Illa enim spe fœlicitatis: quum uidetur blanda: mentitur. Hæc semper uera est quum se instabilē mutatione demōstrat. Illa fallit: hæc instruit. Illa mendacium spe bonorum mentes fruentium ligat: hæc cognitiōe fragilis fœlicitatis absoluit. Itaq; illā uideas uentosā: fluentē suiq; semper ignarā: Hanc sobriā succintā q;: ac ipsius aduersitatis exercitatione prudētē. Postremo fœlix a uero bono deuios blandiciis trahit. Aduersa plerūq; ad uera reduces: uelut unco: trahit. An inter minima existimandum putas: q; amicorū tibi fidelium mentes: hæc aspera: hæc horribilis fortuna detexit. Hæc tibi certos sodalium uultus ambiguos secreuit. Discedens suos abstulit: imo reliquit. Quanti hoc integer & ut uidebaris tibi fortunatus emisses? Boetius de philosophica consolatione li.iiii.prosa.vi.

Boetius

Nam illud quoq; quod improbis: nunc tristia: nūc optata proueniunt ex eisdē ducitur causis. Ac de tristibus quidē nemo miratur quod eos male meritos omnes existimant: quorū fidem supplicia: tū cæteris scelenibus deterrent: tum ipsos quibus inuehuntur emendant. Læta uero magnum bonis argumentum loquuntur: quid de huiusmodi fœlicitate debeant iudicare: quā famulari sæpe iprobis cernant. Aristoteles li.i.Ethicorū.

Aristoteles

Infortunatis uirtus refulget.

Aristoteles li.i.Ethicorū.

Sic una irūdo nō facit uer: nec una calida dies: nec modicum tempus facit æstatē: nec una uirtus uirtuosum hominē facit: sic nec una dies: nec modicū tēpus facit hominē fœlicem.

Aristoteles l.iii.Ethicorum.

Nullus est bonus: nec beatus nollens.

Aristoteles li.x.Ethicorū.

Homo fœlix: siue sapiens indiget aliqualiter rebus exterioribus: quia natura per se non est sufficiens speculari: sed oportet q; habeat corpus sanum: cibum & reliquum famulatum. Non tamen idiget magnis & multis rebus: quia non oportet fœlicē dominum terræ uel maris esse.

Aristoteles Ibidem.

Vltima fœlicitas hominis consistit in operatione optimæ suæ potētiæ rspectu sui oppositi subiecti. Ibi.

Speculatio ueritatis est ipsa fœlicitas. Ibidē.

Homo sapiens maxime est fœlix.

Aristoteles li.vii.Polyticorum.

Sine quattuor uirtutibus: quæ sunt: Fortitudo: Tēperātia: Prudētia: & Iusticia nemo dicit beat9. Ibi.

Fœlicitas perfecta est usus uirtutis.

Seneca ad Lucillum epistola.xxx. Seneca

Turpe est deos fatigare. Quid uotis opus est? fac te ipse fœlicē: Facies autem si intellexeris bona esse: quibus admixta uirtus est: Turpia quibus malicia coniuncta est. Seneca Ibidē.

Tutum iter est: iucundum est: ad quod natura te instruxit: Dedit tibi illa quæ si nō deserueris: par deo surges: Parem autē te deo pecunia non faciet. Deus nudus est: Fama non faciet: nec ostentatio tui: & in populos nominis demissa noticia. Nemo nouit deum: multi de illo male existimāt: & impune. Nō turba seruorū lecticā tuā per itinera urbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus potentissimusq; ipse uehit omnia. Nec formā quidem & uires te beatum facere possunt.

Seneca epistola.lxxx.

Segetem hubertas nimia sternit: rami onere frāguntur: ad maturitatē non prouenit nimia fœcūditas.

Seneca epistola.cxxvi.

Tunc beatum esse te iudico: quum ex te tibi gaudium omne nascetur: quum his quæ homines cupiunt: optant: custodiunt: nihil inueneris: non dico q; malis: sed q; uelis.

Seneca de prouidentia.

Nihil infœlicius eo cui nihil accidit aduersi: qa male iudicauerunt dii de ipso.

Seneca libro de moribus.

Nondum fœlix es: si non te turba deriserit: Si beatus uis esse: cogita hoc primum contēnere: ab aliis

Seneca contẽni. Seneca li. de prouidentia.
Fugite diuitias: fugite eneruatiuam fœlicitatẽ: qua cõmarcescunt. Seneca Ibidẽ.
Quum omnia quæ modũ excesserint noceant: periculosissima fœlicitatis intẽperantia est: quæ in uanas mentes imaginationes euocat.
Seneca Ibidem.
Illos quis merito dixerit miseros: qui nimia fœlicitate torpescunt: quos uelut in mari lento tranquillitas iners detinet.
Seneca in Tantalo Tragœdia. ii.
Nemo confidat nimium secundis.
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hæc illis: prohibetq; Clotho
Stare fortunã: rotat omne fatum.
Nemo tã diuos habuit fauentes.
Crastinum ut posset sibi polliceri.
Lacti. Fir. Lactan. Fir. li. ii. cap. i. diui. istitu.
Ex re[rum] prosperitate luxuria: ex luxuria uero uitia omnia: sic ipietas aduersus deum nascitur.
Idem libro. iii.
Quod ad alterã philosophiæ partẽ: quam ipsi moralẽ uocant: in qua totius philosophiæ ratio continetur: in qua sola oblectatõ est atq; utilitas: i qua nullus dissidio: nullus errori locus est: sed unum sentire omnes oportet: unũ eligamus: ac potissimũ qđ est summum ac principale bonum: in quo totius sapientiæ cardo uersatur. Et Epycurus quidẽ summum bonũ in uoluptate animi esse censet. Aristippus in uoluptate corporis. Caliophon & Dinomachus honestatẽ cum uoluptate iunxerunt. Diodorus in priuatione dolo[rum] summum bonum posuit. Hieronymus in non dolendo. Peripatetici aut i bonis animi: aut corporis: aut fortunæ. Erillus summum bonũ esse in scientia: Zeno cum natura congruenter uiuere: quorundã stoyco[rum] uirtutẽ seq:
Laer. Diog. đ uita & morib⁹ philosopho[rum].
L. Dioge. Fœlicitas semp subiecta est inuidiæ: Sola ergo miseria inuidia caret: Dicebat Socrates. Ibidẽ.
Fœlicitatis idex dies ultimus est: Dicebat Solon.
Cicero li. ii. de finibus bono[rum] & malo[rum].
Cicero Non enim hylaritate: nec lasciuia: nec risu: aut ioco comitate leuitatis: sed sæpe etiã tristes firmitate: & constantia sunt beati. Ibidẽ.
Beatus autẽ esse in maxima[rum] re[rum] timore nemo potest. Cicero Ibidẽ.
Qui bonum omne in uirtute ponit: iis potest dicere perfici beatã uitã perfectione uirtutis.
Idẽ li. iiii. Rhetorico[rum] nouo[rum].
Fer mansuete fortunã tuã: nosce te esse hominẽ.
Cicero li. ultio Tuscu. quæ.
Iam uero qui potest uir bonus non ad id q laudabile sit omnia iferre: quæ agit: quæq; sentit? Refert autẽ omnia ad beate uiuendũ. Beata ergo uita laudabilis: nec quicq̃ sine uirtute laudabile: Beata igitur uita uirtute conficitur.
Cicero in Paradoxis.
Nemo potest non beatus esse: qui est totus aptu⁹ ex se se qui q; in se uno sua ponit omnia.
Salustius in Catilinario. Salustius
Quippe res secundæ animũ sapientum fatigant.
Lucius Apuleius florido[rum] li. ii. L. Apule⁹
Ve[rum] uerbum est profecto quod aiunt: nihil qcq̃ homini tã prosperum diuinitus datum est: quin & tamen admixtum sit aliquid difficultatis: ut ẽt in amplissima quaq; leticia subsit quæpiã: uel parua qrimonia: coniugatione quadã mellis & fellis.
Q. Curtius de gestis Alexandri li. ix. Q. Curti⁹
Vnum est temeritatis solaciũ: sola fœlicitas.
Aulus Gelius noctium attica[rum] li. xvii. A. Gelius
Itidẽ absurdum est: una sola uirtute uitã fieri beatã dicere: Quoniã quum uirtus abest: beata esse uita nunq̃ potest. A. Gelius Ibidẽ.
Virtus autẽ (ut isti dicunt) nõ accessio: neq; supplementum: sed sola ipsa uitæ beatæ instar est: & propterea uitã beatã ipsa sola una: quum adest: facit.
Macrobius sup Scipionis somno li. i. Macrobi⁹
Si ergo hoc est officium uirtutis beare: constat & politicas esse uirtutes: Igitur & de politicis efficiuntur beati: Iure ergo Tulius de re[rum] publica[rum] rectoribus dixit: ubi beati æuo sempiterno fruant.
Val. maximus libro. viii. Val. maxi.
Neq; secunda[rum] re[rum] prouentu insolenter abuti: nec aduersis ppere debilitari oportet. Ibidẽ li. ix.
Humanæ uitæ condicionẽ primus & ultimus dies continet: quia plurimum iterest qbus auspiciis inchoetur: & quo fine claudatur: Itaq; eum demum fœlicẽ fuisse iudicamus: cui & accipere lucẽ pspere: & reddere placide contingit: Medii tẽporis cursus: prout fortuna gubernaculum rexit mõ aspero: modo tranqllo motu peragitur: spe semper minore dum & cupide uotis extenditur: & fere sine ratione consumitur. Menander. Menãder
Δίκαιον εὖ πράττοντα μιμνῆσθαι θεοῦ. i.
Iustum est fœliciter agentẽ recordari dei. Idẽ.
κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ. i.
Iuxta ppriã sentenciã nullus fœlix est. Idẽ.
κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν. i.
Cõmune autẽ bonum est bonus fœlix. Idẽ.
οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. i.
Non est q in oĩbus uir fœlix sit. Idẽ.
πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν. οὐ φρονοῦσι δέ
Multi qdẽ fœliciter agunt: non sapiant q̃uis. Idẽ.

τον εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.i.
Fœliciter agentē & sapere putamus. Idē:
τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.i.
Bene eni agenti omnis terra patria. Idē.
τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.i.
Fœlicium omnes sunt affines.
ὡς εὐκολος πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι idest.
Quam facile cadunt splendidæ fortunæ.

Lucianus Lucianus.
θεῶν μὲν ἐκτος οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτός.i.
Deo quidē sine nullus fortunatus est mortalis.

Virgilius Virgilius Aeneidos li.x.
Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ:
Et seruare modum: rebus sublata secundis:

Ouidius Ouidius li.iii.fabula.ii.
Sed scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est: dicisq; beatus
Ante obitum nemo supremaq; funera debet.
Ouidius artis li.i.
Pectora dum gaudent: nec sunt astricta dolore
Ipsa patent: blāda tunc subit arte Venus. Ibidē.
Luxuriant animi rebus plerunq; secundis.
Nec facile est æqua cōmoda mente pati.
Ouidius Tristium li.i.Elegia.vii.
Donec eris fœlix multos numerabis amicos
Tēpora si fuerint nubila: solus eris. Vide supra in

Horatius amicicia. Hora.epistolaχ li.i.epistola.xix.
Tu dum tua nauis in alto est:
Hoc age: ne mutata retrorsum te ferat aura.

Iuuenalis Iuuenalis satyra.
Nemo malus fœlix.

Dantes Dantes inferni cantica cap.xix.
Nessun maior dolore:
Che recordarse del tempo felice

Franc.Pe. Ne la miseria. Fran.Petrarcha sonetto.xlv.
Inanci al di de lultima partita
Hom beato chiamar non si conuene.
Idem triumpho temporis.
Quanti felici son gia morti in fasce?
Quanti miseri in ultima uechieza?
Alcun dice: beato e chi non nasce.

Proteruitas græce προπέτεια.ας.ἡ. & προπετής ους.ὁ.ἡ. proteruus dicit. Dicimus autem proteruum eum qui ambulans per impudentiam obuium cubito feriat: aut cum contumelia sibi cedere cogat. Hinc proteruia uel proteruitas: hoc est petulantia: & proterue: & proteruiter: hoc est petulāter. Est & proteruio uerbum: quod est lasciuio: inobedio: petulanter ago. Videtur autem dici proteruus a proterēdis obuiis. Erat etiā proteruia apud ātiquos sacrificium: in quo mos erat: ut si quid ex epulis superfuisset: igne cōsumeretur. Hinc est iocus ille Catonis. Nā quum Albidius quidam bona sua comedisset: & nouissime domum: quæ ei reliqua erat: incendio perdidisset: proteruiā eum fecisse dicebat. Quod enim comesse non potuerat: id cōbussisse.

Prouerbium græce παροιμία.ας.ἡ. & παροιμιακός.ου.ὁ. prouerbialis dicitur. Est autem prouerbium sententia generalis: cui consuetudo fidem attribuit: opinio cōmunis assensum accomodat: incorruptæ ueritatis integritas acquiescit: secundum Ciceronem libro.ii. Rhetoricorum.



Prouidentia græce πρόνοια.ας.ἡ. & προνοητικός.ου.ὁ. prouidus & προνοέω prouideo dicitur. Est autem prouidētia per quam futurum aliqd uidetur: āte q̄ factum sit: secundum Ciceronem in Rhetoricis.

Prouidentia est notio futurorum pertractans euentum: Cuius officium est ex p̄sentibus futura perpendere: aduersus aduenientem calamitatē se consilio p̄munire: secundum Aug.li.de sp̄u & anima.

Prouidentia dei est ipsa diuina ratio in summo oīum principe constituta: quæ cuncta disponit: secundū Boetium li.iiii.prosa.vi.de con. Differt autē a Fato.q; Prouidētia pariter cuncta: q̄uis diuersa: q̄uis infinita complectitur. Fatum uero singula digerit in motum locis: formis: ac tēporibus distributa: Vt hæc tēporalis ordinis explicatio in diuinæ mentis adunata prospectu: prouidentia sit. Eadē uero adunatio digesta: atq; explicata tēporibus fatum uocetur: Quæ licet diuersa sint: alterum tamen pēdet ex altero. Ordo nāq; fatalis ex prouidentiæ simplicitate procedit: Sicut enim artifex faciendæ rei formam mente percipiens mouet operis effectum: & quod simpliciter præsentanee q; prospexerat: per temporales ordines ducit. Ita deus prouidētia quidem singulariter: stabiliterq; facienda disponit. Fato uero hæc ipsa quæ disponit multipliciter: ac tēporaliter administrat. Ex Boetio de Consolatiōe libro.iiii.prosa.vi.

Prouidens: Cautus: & prudēs sic differunt: q; Prouidens dicitur quasi porro uidens. Perspicax ē.n. qui in certorum prouidet casus: Cautus uero est prudens in discretione uitiorum speciem uirtutis præ se ferentium. Prudens autē qui ratione studet uitare contraria iusticiæ: pp iusticiā.ex Isydoro.

Augustin⁹ Augu.li.de singularitate clericorum.

Vbicunq; fuerit prouidentia: fruſtrantur uniuerſa contraria: ubi autem prouidētia negligitur: om̄ia contraria dominātur.

Auguſtinus li. de ſermone dn̄i in monte.

Quum uiderimus aliquē ſeruum dei prouidere: ne iſta neceſſaria ſibi deſint: nō iudicemus eum d craſtino ſollicitū eſſe: Nā & ipſe dominus propter exemplum loculos habere dignatus eſt: & actib' apoſtolo℞ ſcriptum eſt: ea quæ ad uictum ſunt neceſſaria procurata eſſe in futurum: propter imminentem famē. Hiero. ſuper Ezechielē.

Hierony'. Prouidentia dei omnia gubernantur: & quæ putatur pœna: medicina eſt.

Ambroſi'. Ambro. de officiis li. ii. ca. iii.

Ante factum cogitate: & quum diu cogitaueritis facite quod probatis.

Gregorius Greg. in homelia. Quū audiueritis ꝓlia.

Minus iacula feriunt quæ præuidentur: & tolerabilius mala mundi ſuſcipimus: ſi contra hæc per prouidentiæ clipeum munimur: Sagitta enim præcognita facilius euitatur.

Caſſiodor' Caſſiodorus li. i. epiſtola. vi.

Omnia ſubita probantur incauta.

Seneca Seneca li. de moribus.

Quicquid a ſapiente diligenter præuidetur: quū ad rem agendum peruentum fuerit: facilius ſupatur: atq; decernitur. Meli'. n. eſt āte tēpus occurrere: q̄ poſt uulnus datum remedium q̄rere: nā ſibi non eſt cauendi tēpus in medio malo℞.

Seneca li. de beneficiis.

Velox conſilium ſequitur pœnitentia.

Seneca in prouerbiis.

Grauius nocet qđcunq; inexpertum accidit. Meli' eſt præcauere q̄ cauere: Vtilius eſt erubeſcere: q̄ paueſcere. Seneca in Tantalo Tragœdia. ii.

Serum eſt cauendi tēpus in mediis malis.

Ariſtoteles Ariſtoteles li. i. de ſonno & uigilia.

Magis præuident fatui futura: q̄ alii: quia eo℞ memoria non eſt occupata circa ꝓſentia.

Ariſtoteles li. de regimine principum.

Facta ꝓterita certa documēta dāt futuris. Ibidē.

Futura: ſi ꝓſciuntur leuius tolerant: & prudentius amantur. Ibidē.

Conſilium eſt oculus futurorum.

Ariſtoteles in epiſtola ad Alexandrum.

Si oculis cordis uidere delectabile eſt: animæ oculis acute intueri: mirabile eſt.

Cicero Cicero li. officiorum.

Leuiora. n. ſunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt: q̄ ea quæ meditata & ꝓparata inferuntur.

Cicero li. Rhætorico℞ uete℞.

Melius accurantur quæ conſilio reguntur: q̄ quæ ſine conſilio adminiſtrantur. Ibidē li. iiii.

Solent enim diu cogitare oēs qui magna negocia uolunt agere. Idē de na. de. in principio.

In primis magna diſſenſio eſt: eaq; niſi diiudicatur: in ſummo errore neceſſe eſt homines: atq; in maximarum re℞ ignoratione uerſari. Sunt. n. philoſophi & fuerunt: qui omnino nullā habere cenſerēt rerum humanarum procurationē deos: quorum ſi uera ſententia eſt: quæ poteſt eſſe pietas quæ ſanctitas: quæ religio? Hæc enim omnia pure ac caſte tribuenda deo℞ ita ſunt. Si animaduertantur ab his: & ſi eſt aliqđ a diis immortalibus homino generi tributum. Sin autem dii neq; poſſunt iuuare nec uolunt: nec omnino curant: Nec quid agam' animaduertunt: nec eſt quos ab his ad hominū uitam pertinere poſſit: quid eſt ꝙ ullos deis immortalibus: cultus: honores: preces: adhibeamus? In ſpem autem fictæ ſimulationis ſicut reliquæ uirtutes: ita pietas ineſſe non poteſt: cū qua ſimul & ſanctitatem & religionē tolli neceſſe eſt: Quibus ſublatis: perturbatio uitæ ſequitur: & magna confuſio. Atq; haud ſcio: an pietate aduerſus deos ſublata fides: ēt & ſocietas generis humāi: & una excellentiſſima uirtus iuſticia tollatur. Sunt autem alii philoſophi: & hii quidem magni atq; nobiles qui deorum mente: atq; ratione omnē mundum adminiſtrari & regi cenſeant. Neq; uero id ſolum: ſed etiā ab eiſdē uitæ hominum conſuli & prouideri. Nam & fruges & reliqua quæ terra pariat: & tēpeſtates ac tēpo℞ uarietates cæliq; mutationes: quibus omnia quæ terra gignat: maturata pubeſcētia diis immortalibus tribui generi humano putant: multaq; q̄ dicētur in his libris colligunt: quæ talia ſunt: ut ea ipſa dii immortales ad uſum hominum fabricare pœne uideantur.

Sophocles in Electra. Sophocles

ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ

ζεύς: ὃς ἐφορᾷ καὶ κρατύνει. i.

Eſt magnus in cœlo

Iuppiter: qui inſpicit & imperat. Idem in eadē.

προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ

κέρδος λαβεῖν ἄμεινον. οὐδὲ νοῦ σοφοῦ. i.

Prouidentia nullum hominibus poſſibile eſt

Lucrum capere melius: neq; mente ſapiente.

Terentius in Eunucho. Terentius

Mallo ego nos proſpicere: q̄ hūc ulciſci accepta iniuria. Lucanus li. vii. pharſaliæ. Lucanus

Mortalia nulli

Sunt curata deo. Virg. li. iiii. Aeneidos. Virgilius

Scilicet is ſuperis labor eſt: ea cura quietos

Sollicitat. Oui. metamor. li. xiii.

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis. Ouidius

De hac materia habes ſupra ubi Conſilium: & iſra ubi Prudentia: & Sapientia.

- **PRVdētia** b.Tho.zz^e q.xlvii.
  - Large sūpta q̄ ĭcludit ēt sciē/tiā speculati/uā: cuiꝰ ptes sc̄.
    - Physica: sub qua comprahenduntur omnes scientiæ demonstratiuæ: Et est recta ratio ad scientiam causandam per demonstrationem.
    - Dyalectica: quæ est recta ratio ad faciendum opinionem exprobabilibus.
    - Rhetorica: quæ est recta ratio ex quibusdam coniecturis ad suspicionem indu/cendum: uel aliqualiter persuadendum.
  - Stricte sūpta. q.xlvii.ar.xiii.
    - Vera q.xlvii. art.xiii.
      - Impfecta ar.xiii.c.
        - Qūum bonum qd capit ꝓ fine nō est cōmunis finis totiꝰ humanæ uitæ: sed alicuius particularis negocii: ut prudēs negociator: prudens nauta.
        - Qūum deficit in pricipali actu prudentiæ: q est pcipere: uide/licet quum qs recte consiliatur: & bene iudicat sup ptinētibus ad totam uitā: sed nō efficaciter præcipit.
      - Perfecta cuius.
        - Obiectum. Agibile: ut est consiliabile: uel sub ratione ueri. Nam agibile: ut agibile: uel sub ratione boni est materia aliaꝝ uirtutū ex. b. Tho. zz^e. q.xlvii. ar.v. & ii. sen. di. xxxiii. q ii. ar. ii.
        - Actus zz^e. q. xlvii. ar. viii
          - Consiliari. i. inquirere agenda. Oppositum. Præcipitatio.
          - Bene iudicare de inqsitis & iuētis. Oppositum. Inconsyderatio.
          - Præcipe. i. aplicare ad opꝰ pcōsiliata: & sollicitudo ad pdictū actū ptiet. Oppositum. Inconstantia. Negligentia.
        - Partes q.xlix.
          - Integrales q.xlviii. & xlviiii.o.
            - Memoria. Docilitas. Ratio. — Oppositum. Præcipitatio.
            - Intellectus. Solertia. Prouidētia. — Oppositum. Negligentia & Inconstantia.
            - Circūspectio. Cautio. — Oppositum. Inconsyderatio.
          - Sbiectiuæ q̄ sunt spe/cies eius. q.l.o.
            - Monastica. Legispositiua uel Regna/(tiua. Polytica. Iconomica. Militaris. — Oppositum. Imprudentia haꝝ qnq.
          - Potētiales & adiūctæ q.li.o.
            - Eubulia. — Oppositum. Præcipitatio siue Temeritas.
            - Synesis. Gnomi. — Oppositum. Inconsyderatio.
    - Falsa habēs cum uera pruden tia similitudinē: Et est p aliquē malum finē dispositio congru entium illi fini. Hac dicit̃ pru dens latro: ad latrocinandum conuenientes uias ad inueni/ens: De qua. Paul. ad Rom. viii. Prudentia carnis mors est. Hæc autem est sextuplex.
      - Astutia.
      - Dolus.
      - Fraus.
      - Prudentia carnis.
      - Sollicitudo temporalium superflua.
      - Sollicitudo futurorum.

Prudētia græce φρόνησισ.ιοσ.ἡ. & φρόνιμοσ.ου.ὁ. prudens dicitur. Eſt autem Prudentia recta ratō agibiliū: ſecundum Ariſtote.lib.vi. Ethicorum.

Prudentia eſt mētis uirtus: qua de bonis ac malis: quæ ad fœlicitatem pertinent bene poſſumus conſulere: ſecundum Ariſto.li.i.Rhet.

Prudentia eſt uirtus dirigens ad ratiōis normā uniuerſa quæ cogitat: quæ qꝫ agit: ac nihil præter rectum: uel laudabile facit: Prudntiæ inſunt: Ratio: Intellectus: Circunſpectio: Prouidentia: Docilitas: & Cautio. ex Macrobio.

Prudentia eſt rerum bonarum: ac malarum ſciētia: ſecundum Ciceronem li.ii.Rhe. Partes eius ſunt Memoria: Intelligentia: Prouidentia. Quid autē ſit unaqꝫqꝫ harū ſuo loco uideri poteſt.

Prudentia eſt appetēdarum: & uitandarū rerū ſcia: ſecundum Aug.li.i.de libero arbitrio.

Prudentia uera & perfecta eſt qua conſiliamur. Indicamus: & præcipimus quæ ad bonum finē tot' uitæ humanæ pertinent: & ſolis bonis cōuenit. ex b. Tho. ſecunda ſcdæ.q.xlvii.ar.xiii.

Prudentia carnis eſt qua quis inordinate afficitur: uel ſtudium adhibet ad carnis delectationem conſequendum. Et eſt peccatum mortale: ſi in delectationibus carnis finis totius uitæ conſtituatur: Secus eſt ueniale. Si autem propter honeſtā cauſam fiat: puta quum ſtudet comeſtioni propter corporis ſuſtentationem: nullum erit peccatum: nec cōgruenter dicetur Prudentia carnis.

Prudentia nomen ſumit a prouidentia: ſicut a principaliori eius parte. Quia omnia requiſita ad prudentiam neceſſaria ſunt: ut aliquid ordinetur in finē. ex. b. Tho. ſecunda ſcdæ.q. xlix. ar.vi.

Prouidentia eſt ratio ordinis in finem: ſecundū. be. Tho. i. parte. q.xxii. ar.i. Prouidentia uero importat reſpectum quendam alicuius diſtantis ad ea: q̄ in præſenti occurrunt: & ordinādą ſunt. ſecūdum eundem. xxii. q. xlix. ar.vi. & eſt principalior pars prudentiæ: ſecundum Ciceronē & Macrobiū.

Prudens & ſciens ita differunt: qꝫ prudens eſt qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit. Sciens: qui alterius iudicio rem percipit: hoc eſt prudens per ſe: ſciens per alios. Teren. in Eunucho. Et prudens: & ſciēs: uiuus: uidēs qꝫ pereo. ex Donato ſup Terētio.

Prudens dicitur quaſi prouidens: uel porro uidens: ideſt procul uidens.

Prouerbi. Prouerbiorum capitu.ii.

Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos: & mādata mea abſcōderis penes te: Vt audiat ſapientiā auris tua: inclina cor tuum ad cognoſcendum prudentiam: Si enim ſapientiam inuocaueris: & iclinaueris cor tuum prudentiæ: Si quæſiueris eam: quaſi pecuniam: & ſicut theſauros effoderis illam: tunc itelliges timorem domini: & ſcientiam dei inuenies: quia dominus dat ſapientiam: & ex ore eius prudentia: & ſcientia. Cuſtodiet rectorum ſalutem: & proteget gradientes ſimpliciter ſeruans ſemitas iuſticiæ: & uias ſanctorū cuſtodiens, Tunc intelliges iuſticiā: & iudicium: & æquitatem: & omnem ſemitā bonam: Si intrauerit ſapientia cor tuum: & ſcientia animæ tuæ placuerit: cōſilium cuſtodiet te: & prudentia ſeruabit te: ut eruaris a uia mala: & ab homine qui peruerſa loquitur.

Prouerbiorū capitu.iii.

Beatus homo qui inuenit ſapientiam: & qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negociatiōe auri: primi & puriſſimi fructus eius: precioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſyderātur: huic non ualent comparari.

Prouerbiorū capitu.vii.

Dic ſapientiæ ſoror mea es: & prudentiā uoca amicam tuam. Prouerb.cap.xi.

Vbi non eſt gubernator: populus corruet: ſalus autem: ubi multa conſilia.

Prouerbiorum capitu.xiii.

Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatu' eſt aperit ſtulticiā. Sapientia ca.v. Sapientia

Melior eſt ſapientia q̄ uires: & uir prudens q̄ fortis.

Eccleſiaſtici capitu.vi. Eccleſiaſt.

Et ſi uidens ſenſatum euigila ad eum: & grad' oſtiorum illius exterat pes tuus.

Eccleſiaſtici capitu.x.

Seruo ſenſato liberi ſeruient: & uir prudens & diſciplinatus: non murmurabit correptus: & inſci' nō honorabitur. Eccleſia.cap.xxi.

Verba prudentum ſtatera ponderabunt. In ore fatuorū cor illorū: & in ore ſapientum cor eorū.

Lucas ca.xvi. de prudentia in malū. Lucas

Filii enim huius ſæculi prudentiores filiis lucis i generatione ſua ſunt.

Paulus ad Romanos capi.viii. Paulus

Prudentia carnis mors eſt. Augu.li.de ciui.dei & habetur. xxvi. q.iii. ca. Qui ſine. Auguſtin'.

Qui ſine ſaluatorē ſalutem uult habere: & ſine uera ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe: non ſanus ſed æger: non prudens: ſed ſtultus in ægritudine aſſidua laborabit: & in ciuitate noxia demens: & ſtultus permanebit. Auguſtinus ad Eremitas in ſermone de prudentia.

Fratres chariſſimi non ſolum ſilentium tenere debetis in eremo: ſed prudentiā rapere feſtinate. Pru/

dentia enim uobis necessaria est: quia docet quid fugiendum & quid tenendum sit. Prudētia enim docet te ut non superbias: nec miraris de rebus trāsitoriis: quom sint caducæ: & ea quæ possides tāq̄ aliena: possidere aduertas. Prudentia docet te: ut quæ non potes perpetuo tenere fructuose: permittas abire: Prudentia docet te: ut in cunctis semper idem sis: tā in prosperis: q̄ in aduersis: sicut manus quæ eadem est: & quum in palmā extenditur & in pugno restringitur. Ipsa te docet quomodo reprænsibilis sit nimia laudatio: & immoderata uituperatio. Illa quidem adulatione: sed ista suspecta malignitate. Prudentia testimonium ueritati non amicitiæ reddit. Prudentia cum discretione promittit: & promissum accelerat: & amplius q̄ promisit præstat. Prudentia docet quomodo præsentia ordines: quomodo pteritorum recordens: & quo modo futura prouideas.

Hierony. Hieronymus super Oseæ.

Estote prudentes: sicut serpentes: Quia prudentia absq̧ bonitate: malicia est: Et simplicitas absq̧ rationali: stulticia nominatur.

Ambros. Ambrosius li.ii. officiorum cap. viii.

Promptius nos iusto uiro: q̄ prudenti cōmittimus.

Gregorius Gregorius li. xxix. moralium.

Animalia prophetica: & in circuitu: & intus plena oculis esse memorantur. Quisquis enim exteriora sua honeste disponit: Sed interiora negligit in circuitu oculos habet: Sed intus nō habet: Sancti uero homines semper & exteriora sua circūspiciunt: ut bona de se extra præbeant fratribus: & interiora sua uigilantia attendunt: Quia sese irreprobabiles interius iudicis obtutibus parant. Ideo in circuitu oculos: & itus habere phibentur.

Gregorius li. xxii. moraliū.

Sicut quibusdā uisum est: ut de primis quattuor uirtutibus loquar: prudentia: temperantia: fortitudo atq̧ iusticia: q̄to perfectæ sunt singulæ: tanto sibi sunt coniunctæ: disiunctæ autem pfectæ esse nequaq̄ possunt. Quia nec prudentia uera est: quæ iusta: & temperans: & fortis non est: Nec temperantia pfecta: quæ fortis: iusta: & prudens nō est: nec fortitudo integra: quæ prudens: fortis: & temperans non est. Gregorius super Ezechielem parte. ii. homelia. ix.

Mensuretur perfectorum fidelium uita per quadrū: & tantum habet spiritualis atrii latus unum: q̄tū latera singula: q̄a unusquisq̧ tantum prudens est: q̄tum temperans: fortis: & iustus: tantum temperans q̄tum prudens: iustus: & fortis fuerit.

Isydorus. Isydorus li. iiii. epistolarum.

Scopulus ille uitandus est ubi alter offendit: Pecora ipsa uitare nouunt quæ se læsisse cognoscunt: itinera illa non repetunt: ubi foueam corruerunt: Tenaces laqueos auis capta declinat: Retia auis suspecta non incidet: & omnia quæ possunt habere contraria faciliter casus assumeret: Si curam salutis propriæ non haberet.

Idem libro Ethimologiarum.

Sapiens dictus a sapore: quia sicut gustus est aptus ad discretionem saporis ciborum: sic sapiens ad dignoscentiam rerum atq̧ causarum.

Aristoteles Aristoteles li. xi. de animalibus.

De ratione prudentis auditoris est iudicare super sermones dicentis & audientis.

Aristoteles li. vi Ethicorum.

Prudentia est recta ratio agibilium. Ibidē.

Iuuenes non possunt esse prudentes: quia prudentia requirit sapientiā & experientiam: quæ idiget tēpore. Aristoteles Ibidem.

Impossibile est prudentem non existere bonum.

Aristoteles li Elenchorum.

Difficile est simul multa conspicere.

Aristo. magnorum moralium li. i. ca. xi.

Prudentia est circa operabilia: i quib' electio ē & fuga. Idem cap lxxvii.

Prudētis est optima petere: & horum electiuum esse: & operatiuum. Aristoteles mag. moralium libro. i. capitu. lxxxi.

Prudentia sicut architector uirtutum est.

Ibidem li. ii. cap. vii.

Neq̧ absq̧ prudentia aliæ uirtutes fiunt: neq̧ prudentia perfecta est absq̧ aliis uirtutibus: sed cooperantur quodāmodo ad se inuicem consequentes prudentiam. Aristo. in probleumatibus.

Parui capitis prudentiores sunt eis: qui sunt magni capitis. Aristo. li. vii. physicorum.

Anima quiescens & residens fit prudens.

Aristoteles li. de sensu & sensato.

Auditus magnam partem confert ad itellectum: & prudentiam. Seneca epi. lxxxvi. Seneca

Qui prudens est: & temperans: & cōstans: Qui cōstans est imperturbatus est: Sine tristicia est qui imperturbatus est. ergo prudens beatus est.

Seneca de quattuor uirtutibus.

Si prudentiam amplecteris: ubiq̧ idem eris: & put rerum ac temporis uarietas exigit: ita te accōmodes tempori: Nec te in aliquibus mutes: sed potius aptes: sicut manus quæ eadem est: quum in palmā extenditur: & quū in pugnū astringit. Ibidē.

Prudens si terminos suos excedat: calidus inuelt gator latentiū: & scrutator qualiūcūq̧ noxarum oftenditur: malus digito fastu plenus: uerlipellis & simplicitatis inimicus: cōmēdator ē culparum: & postremo uno nomine a cunctis malus homo uocabit. In has ergo maculas prudētia immensurata per/

docet. Seneca de quattuor uirtutibus.

Si prudēs fuerit animus tuus tribus temporibus di spensetur: pterita cogita: psentia ordina: futura puide. Vnde Aristoteles Alexandrum ammonet: ut pdecessorum acta ad memoriam reducat. Inqt.n. annales patrum discute. Inde poteris bona exēpla extrahere: quia acta pterita dant certum documē tum in futuris.

Seneca libro de beneficiis.

Non est turpe remutare consilium.

Idem in prouerbiis.

Bonum est in alieno malo fugienda intueri: Ruina pcedentium docet posteros: & cautio est semper in reliquum lapsus anterior: Vitio enim alterius sapiens emendat suum: & ignauus nimis est: q post exemplum inuenitur incautus.

Cicero — Cicero li.i.de legibus in fine.

Ex prouidendo prudentia appellata est.

Idem li.iii.de natura deoꝝ.

Versutos eos appello quoꝝ celeriter mens uersat.

Cicero Ibidem.

Prudentia constat ex scia reꝝ bonarum & malaꝝ.

Cicero li.i.de diuinatione.

Prudentes possumus dicere.i.prouidentes.

Cicero Rhetoricoꝝ nouoꝝ li.iii.

Prudentia est calliditas quæ ratione quadam potest habere delectum bonoꝝ & malorum: Dicitur et prudentia: scientia cuiusdam artificii: & appellat prudentia rerum multaꝝ memoria: & usus q̄ plurimorum negociorum.

Cicero Rhetoricoꝝ nouoꝝ li.iii.

Prudentiæ partibus utemur in dicendo: si incōmoda cum incōmodis cōferemus: quum alteꝝ sequi uitare alterum cohortemur.

Cicero Tuscu.quæ.li.i.

Magni autem est ingenii reuocare mentem a sensibus: & cogitationem a consuetudine abducere.

Cicero li.de Amicicia.

Hoc est animi bene constituti lætari bonis rebus: & dolere contrariis. Cicero de oratore li.iii.

Non est tanta in rebus obscuritas: ut eas non penitus acris uiri ingenium cernat: si modo aspexent.

Salustius — Salustius in Catilinario.

Priusq̄ incipias consulto: ubi consulueris mature facto opus est. L.Apuleius de natura deoꝝ. — L.Apulei⁹

Præscire cuncta prudētes decet.

L.Dioge. — L.Dioge.de uita & mo.phylosophoꝝ.

Qꝫum quis exierit domum: primo quid sit facturus quærat: quum autem intrauerit: quærat iteꝝ quid fecerit: dicebat Cleobulus.

Laer.Diogenes Ibidem.

Duoꝝ temporꝝ maximam esse habendam curā dicebat: Pithagoras: & mane: & uesperi: idest eorū quæ acturi sumus: & quæ gessimus.

Poggius li.ii.de uita Cyri ex Zenophonte traducta. — Poggius

Nullius uirtutis usum absq; prudentia utilem esse: nullosq; quicunq; hii fuerint ciues procul a prudentia posse: neq; publicis: neq; priuatis in reb⁹ boni uiri officium pstare: amicos quoq; gratiores effi cere: prudentia: & utiliores ministros.

Poggius ibidem.li.iiii.

Nam sicut uidetur eē fortissimus: qui plurimos hostium pugnando ceperit: ita quum id est persuadē dum: qui plures in suam traxerit sententiam: eloquentissimus ac prudentissimus æstimatur.

Poggius de uita Cyrri li.i.

Solere enim homines quem in procurādis sibi uitæ commodis prudentiorē putent huius libenter consilus hærere: quod & alus in multis & i corpore infirmis satis licet perspici: a quibus ad unguem seruarentur medicoꝝ præcepta. In mari quoq; nautas omnes parere gubernatori: sic & uiatores itinerum peritos sequi.

Vale.maximus libro.vii.

Demadis dictum q̄ sapiens: Nolētibus.n.atheniensibus diuinos honores Alexandro decernere: uide te inqt nedū cælū custoditis terrā amittatis. Ibidē. — Val.maxi.

Illa uero pars calliditatis egregia ab omni rephensione pcul imota: cuius opera: quia a latina appellatione uix apte exprimi possunt græca pnunciatione strategmatica dicuntur.

Isocrates ad Demonicū ser.admonitorio. — Isocrates

ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν· ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψεν.

Fortitudo uero cum prudentia quidem iuuit: Sine uero hac magis habentes læsit. Idē ibidē.

βουλευόμενος παράδειγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων.

Deliberans exempla fac res pteritas futuraꝝ.

Idem ibidem.

βουλεύου μὲν βραδέως· ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα.

Delibera tarde: pfice autem cito quæ uisa sunt.

Idem ibidem.

ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλης τινὶ συμβουλεύεσθαι: σκόπει πρῶτον πῶς ὑπὲρ τῶν αὑτοῦ διῴκησεν· ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῶν ἰδίων· οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Quando autem pro tuis rebus futurus sis ab aliquo consulere: cōsidera primum quo pacto sua administrauit: Male eni deliberans de propriis: nūq̄ bene consulet de alienis. Menander. — Menāder.

ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἐστὶ ἀεί .i.
Bonum maximum prudentia est semper. Idem.
ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται .i.
Viri character ex sermone cognoscitur. Idem.
ἂν ᾖς φρόνιμος τὰ πάντα γ' εὐδαίμων ἔσῃ.
Si bñ prudens sis: in omnibus fortunatus eris. Idẽ.
ἔνιοι κακῶς φρονοῦσι πράσσοντες καλῶς.
Non nulli non prudẽtes sunt agentes bene. Idẽ.
συνετὸς πεφυκὼς φεῦγε τὴν κακονοιαν.
Prudens natus fuge malignitatem. Idem.
νοεῖν γάρ ἐστι κρεῖττον ἢ σιγὴν ἔχειν .i.
Intelligere.n.est melius q̃ silentium habere. Idẽ.
ὁ παρ' ἡλικίαν νοῦς μισος ἐξεργάζεται .i.
Praeter aetatem mens odium operatur. Idem.
οὐδεὶς ὁ νοεῖς οἶδεν ὁ δὲ ποιεῖς βλέπει .i.
Nemo quod cogitas nouit: sed q̃d facis ĩspicit. Idẽ.
οὐ πανταχοῦ δ' ὁ φρόνιμος ἁρμόττειν δοκεῖ.
Non ubiq; autem prudens conuenire uidet. Idẽ.
ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Animae magnum frenum hominibus est mẽs. Idẽ.

Pythagor.

Pythagoras.

μὴ δ' ἀλόγιστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε
ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασιν.
χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ. ἄλλοτ' ὀλέσθαι .i.
Ne ĩpudenter te ipsum habere circa aliqd assuesce:
Sed cognosce q; mori fato constitutum est oĩbus:
Pecũias uero iterdũ acqrere uelis.iterdũ pdere.Idẽ.
βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου ὅπως μὴ μωρὰ πέληται .i.
Consule ante opus: ne stulta fiant. Idem.
πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἃ σε μὴ βλάψῃ λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου .i.
Fac aũt ea quae te nõ ledant: sed cogita añ opᵘ. Idẽ.

Periander

Periander.

ὃ ἂν ὁμολογήσῃς ποίει .i.
Quod utiq; fatebens fac. Idem.
πρᾶττε ἀμεταμέλητα .i. Fac nõ poenitẽda.

Bias

Bias.

νόει καὶ τότε πρᾶττε .i. Cogita & deide fac.

Sophocles in Aiace.

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ .i.
Homines.n.malae mentis bonum prae manibus
Habentes: non cognoscunt anteq̃ amittatur.

Plautus

Plautus in Persa.

Si quam rem accures sobrie ac frugaliter: Solet illa recte sub manus succedere: atq; Acdepol ferme ut quisq; rem accurat suam: sic ei procedit.

Virgilius

Virgilius Aeneidos li.i.

Ac ueluti populo in magno quum saepe coorta est
Sedicio: Saeuitq; ais ignobile uulgus.
Iamq; faces & saxa uolant: furor arma ministrat.
Tum pietate grauem ac mentis: si forte uiꝝ quẽ
Conspexere silent: arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos: & pectora mulcet.

Virgilius li.xii.

Quantum ipse feroci
Virtute exuperas: tanto me ipensius aequum est
Consulere: atq; oẽs metuentem expẽdere casus.
Oui.metamor.li.xii.Fa.i.uerba Vlixis ꝯtra Aiacẽ.
Tibi dextera bello
Vtilis: ingenium ẽ quod eget moderamine nostro.
Tu uires sine mente geris: mihi cura futuri est.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides: Tu tantum corpore prodis:
Nos animo: quãto q; ratem qui temperat ante it
Remigis officium: quanto dux milite maior:
Tantum ego te supero.

Idem li.xv.Fabula.ii.de Pytagora.

Is q; licet caeli regione remotus:
Mente deos adiit: & quae natura negabat
Visibus humanis: oculis ea pectoris hausit.
Cũ q; aio & uigili perspexerat omnia cura.

Martialis.

Martialis li.xii.ad Bethim.

Qui sua metitur pondera: ferre potest.

Horatius

Horatius carminum li.ii.Ode.xxix.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit deus:
Ridetq;: si mortalis ultra
Fas trepidat: Quod adest memento
Componere aequus. Caetera fluminis
Rite feruntur.

Iuuenalis.

Iuuenalis Satyra.x.

Nullum numen abest si sit prudentia. Sed te
Nos facimus fortuna deam: caeloq; locamus.
De hac materia habes supra ubi Eruditio: Doctrina: & infra ubi Sapientia: & Scientia.

Pruina graece πάχνη.ης.ἡ. & παχνώδης.εος.ὁ.ἡ. pruinosus dicitur. Est autem pruina uapor qui congelatur: priusq̃ in aquam conuertatur iterum. secundum Aristotelen li.i. Metheororum. Dicitur autem pruina a perurendo: hoc est ualde urendo: quod fruges & uirgulta perurat.

Psalterium graeca dictio est ψαλτήριον.ου.τό. Et est Instrumentum decem chordarum. Significat autem decalogum. Tãgitur manu a superiori: Sed cythara ab inferiori: & dicitur a ψάλλω quod est canto: pulso. Vnde etiam psalmus ψαλμός.οῦ.ὁ. quod est canticum quod cantabat: uel cantari faciebat David ad psalterium. Item psallere spiritualiter est gaudendo gratias agere deo. corde: ore: & operibus. Ex bea. Tho. super psal.ii.col.ii.& psal. ix.col.vi.

Differunt psalmus & hymnus: quoniam proprie hymnus dr: q uoce naturali fit. Psalmus q aliquo musico instrumento: Vnde psalmodia deducitur: canticum mixtum: ut quum aliqs ad cytharam: siue aliud musicum instrumentum canit.

PVdicicia græce ἁγνεία .&c ἁγνός. pudicus dr. Est autem pudicicia ai uirtus qua qs uerecundatur de actibus: de quibus homines magis uerecundantur: ut sunt actus uenerei. sc'cdum Augus. li. xiiii. de ci. dei. Nec inuite auferri potest: secundum eundem li. i. de ci. dei.

Pudicicia dicitur a pudore: & est pcipue circa signa uenereorum: ut sunt tactus: oscula: & huiusmodi. Castitas uero circa uenercam commixtionem. ex b. Tho. secda secdæ. q. cxliii. c.

PVdor ab Aristotele sic diffinit αἰσχύνη ἐστι φόβος ἀδοξίας τὸ γοῦ hoc est. Pudor est timor iustæ uituperatiõis. Qui affectus est honestissimus. Differt auté pudor a uerecundia sic: ut aliqbus placet: q pudor est rei turpiter actæ: Verecundia uero ẽt recte facti ac honesti. Hinc pudibundus: q pudore ducitur: & pudenda uirilia: quæ & uerenda dicuntur. & Depudico uerbum quo ueteres utebantur. Estq depudicare uiolare: stuprare: & quasi pudiciciam auferre.

Ecclesiastici. Ecclesiastici. c. xxvi.

Omnis. n. ponderatio non est condigna continentis animæ. Ibidem.

Sicut sol oriẽs mundo in altissimis dei: Sic mulieris bonæ spẽs in ornamentum domus suæ. Ibidẽ.

Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.

Augustin' Augus. contra Iulianum li. iiii.

Pudicicia res est animæ: uirginitas corporis: denique illa integra in anima permanẽte: potest illa de corpore sibi uiolenter auferri: & quum illa integra manet corpor: potest illa in animo lasciui uolontate corrumpi.

Cyprianus Cyprianus de. xii. Abusionibus.

Pudicicia est ornamentum nobilium exaltatio humilium: nobilitas ignobiliũ: pulchritudo uilium: Solamen mœrentium: augumentum omnis pulchritudinis: decus religiõis: minoratio criminum: multiplicatio meritorum: creatoris omnium dei amica.

Cicero Cicero. li. i. de legibus.

Quid. n. possumus eos q a stupro arcẽtur: Infamiæ metu pudicos dicere? quum ipsa infamia ppter rei turpitudinẽ consequatur? Nam quid aut laudari rite: aut uituperari potest: Si ab eo recesseris: quod aut laudandum: aut uituperandum putes?

Plautus Plautus in Epidicho.

Non nimis potest pudiciciã qsq suæ seruare filiæ.

Iuuenalis Iuuenalis Satyra. x.

Rara est adeo concordia formæ

Atq pudiciciæ.

Ouidius Oui. epistola Pandis ad Helenã.

Lis est cum forma magna pudiciciæ.

PVericia ą παιδεία .& παιδικὸς. pueri. pueriilis dr. Puericia antẽ mõ ætatem puerilẽ significat: modo pro puritate accipitur. Varro. Ea erat matronæ simplicitas: & puericia: & honestas. Puerilitas uero non ipsam ætatẽ: sed actum aliquẽ puerilẽ sigficat. Seneca. Qui pueritiã eius: seu potius puerilitatẽ ludibrio habuit. Puerasco aũt. i. puer fio: & repuerasco q̃si ĩ puerilẽ ætatẽ reuertor. Quæ oia a puer deducũt.

De hac materia hẽs supra i Adolescẽtia: & Iuuẽtus.

VLchritudo ą κάλλος. uel κάλλος. τὸ καλὸν. pulcher dr. Est autẽ pulchritudo corporis quædã apta figura membrorũ: cum coloris quadã suauitate. secdm Cice. li. Tus. quæst.

puerbiorũ. Prouerbiorum. c. xi.

Circul' aureus i naribus suis: mulier pulchra: & fatua. Prouerbiorum cap. xxxi.

Fallax gratia: & uana est pulchritudo.

Augustin' Aug. de ciui. dei li. xv.

Pulchritudo corporis bonum dei donum est: Sed propterea id etiam largitur malis: ne magnum bonum uideatur bonis.

Ambros'. Ambr. li. iii. de uirgitate.

Iuuenem ueteres fabulæ ferunt: quum ppter admirabilem oris pulchritudinẽ: in amorẽ incenderet fœminas: stigmatibus exarasse uultum suum: ne qua eum amare posset.

Boetius Boetius li. iii. de Consolatione.

Sicut ait Aristoteles: Si linceis oculis hoĩes uterentur: ut eorum uisus quæq obstantia penetraret: non ne introspectis uiscerib' illud Alcibiadis pulcherrimum corpus: turpissimum uideretur: Igitur te pulchrum uideri: nõ tua natura: sed oculorum spectantium reddit infirmitas.

Seneca Seneca epistola. cxxvi.

Quid extollis [illegible] quum omnia feceris: a multis animalibus decore uinceris. Vide supra in Contemptus humilium. Seneca in prouerbiis.

Sicut formosa pictura est: quum nulla pars errat: sic & formosus homo: i quo nulla pars peccati foeda est. Seneca Tragœdia. iiii.

Anceps forma bonum mortalibus: Exigui donum breue temporis. Seneca Ibidem.

Res est forma fugax. Quis sapiens bono confidat

fragilis dum licet utere: tempus si tacitum subruet horaq. Cicero li. iiii. Rhetor. nouor.
Cicero. Formæ dignitas aut morbo deflorescit: aut uetustate extinguitur.
L. Apulei. Lucius Apuleius de magia li. i.
· Socrates philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis crebro: ut semet in speculo contéplarentur: ut qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus: impendio procuraret: ne dignitatem corporis malis moribus decoraret: qui uero mi⁹ commendabilé se forma putaret: ut uirtutis laude turpitudinem tergeret. Laer. Diogenes de
L. Dioge. uita & moribus philosophorum.
· Diogenes quum uidisset quendam decora facie & moribus inhonestum ait. O q̄ bona domus: & malus hospes. Periander.
Periander ϯαιδιμ ιι τα κααλα .i. Lauda pulchra.
Menãder. Menander.
μη κειν ʻοεόμ το καλλοσ: ʻαλλα τον τρόπον .i.
Noli iudicare uidēs pulchritudinē: sed morē. Idē. ʻωσ ʻκαν καλλοσ ʻοταμ ʻεχει μονν σω/φρομ a. idest.
· Qui suauis res est pulchritudo: quando hēt mentē sapientem.
Isocrates Isocrates ad Dimonicum sermone admonitorio. Κάλλοσ μεν γαρ ʻη χρόνοσ ʻανάλωσεν: ʻη νόσοσ εμάραμε.
Pulchritudinem qdem uel tempus consumpsit: uel morbus languefecit.
Virgilius Virgilius in Boccolicis.
· O formose puer nimium ne crede colori.
Alba ligustra cadunt: uacinia nigra leguntur.
Ouidius. Ouidius metamorphos. li. xiii. Fabula. iii.
Verba Poliphemi ad Galatheam.
Nec mea q̄ duris horrent densissima setis
Corpora: turpe puta: turpis sine frondibus arbor:
Turpis equus: nisi colla iubæ flauentia uellent.
Penna tegit uolucres: ouibus sua lana decori est.
Barba uiros: hyrtæq decent in corpore setæ.
Idem li. v. Fabula. iii.
Labitur occiduæ pariter declive senectæ.
Subruit hæc æui demoliturq prioris
Robora: fletq Milo senior quum spectat inanes
Illos qui fuerant solidarum more ferarum
Herculeis similes fluidos pendere lacertos.
Flet quoq: ut in speculo rugas conspexit aniles
Tyndaris: & secum cur sit bis rapta requirit.
Tempus edax rerumtuq inuidiosa uetustas
Omnia destruitis: uitiataq dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Ouidius epistola Phedræ ad Hyppolitum.
· Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti.
Fine coli modico forma uirilis amat.
Ouidius de arte amandi. li. i.
· Forma uiros neglecta decet. Minoida Theseus
Abstulit a nulla tempora comptus acu.
Hyppolitum Phedre: nec erat bene cópt⁹: amauit.
Cura deæ siluis aptus Adonis erat.
Mundiciæ placeant: fuscentur corpora campo.
Sit bene conueniens: & sine labe toga.
Linguaq nec rigeat: careant rubigine dentes:
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonsura capillos.
Sit coma: Sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant: & sint sine sordibus ungues.
Inq caua nullus stet tibi nare pilus.
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris:
Nec lædat nares uirq paterq gregis.
Cætera lasciuæ faciant concede puellæ:
Et si quis male uir quærat habere uirum.
Ouid. de arte li. ii.
· Forma bonum fragile est: q̄tumq accedit ad annos
Fit minor: & spatio carpitur illa suo.
Nec semper uiolæ: nec semper lilia florent.
Et riget amissa spina relicta rosa.
· Et tibi iam uenient cani formose capilli.
Iam uenient rugæ quæ tibi corpus arent.
Iam molire aĩm q̄ duret: & astrue formam.
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Ouid. tristium li. iii. Elegia. uii.
Ista decens facies longis uitiabitur annis.
Rugaq in antiqua fronte senilis erit.
Ouidius tristium li. iii. Elegia. vii.
Iniicietq manus formæ damnosa senecta:
Quæ strepitum passu non faciente uenit.
Quum q aliquis dicet: fuit hæc formosa: dolebis.
Et speculum mendax esse querere tuum.
Sũt & opes modicæ: quum sis dignissima magnis:
Finge sed immensis censibus esse pares.
Nempe dat: & quodcunq lubet fortuna: rapitq
Hirrus & est subito: qui modo Cressus erat.
Singula qd referam: nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis ingeniiq bonis.
En ego cum patria caream uobisq: domoq:
Raptaq sint: adimi quæ potuere mihi.
Ingenio tamen ipse meo comitorq: fruorq:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.
Quilibet hanc Sæuo uitam mihi finiat ense:
Me tamen extincto phama superstes erit.
Dũq suis uictrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma: legar.
Tu quoq quam studii maneat fœlicior usus
Effuge uenturos qua potes usq rogos.
Iuuenalis Satyra. x. Iuuenalis.
Filius autem

Corporis egregii miseros trepidosq; parentes
Semper habet. Rara est adeo concordia formæ
Atq; pudicitiæ. Sanctos licet horrida mores
Tradiderit patria: ac ueteres imitata Sabinos.
Præterea castum ingenium: uultumq; modestum
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu: Quid.n. puero conferre potest plus
Custode: & cura natura potentior omni?
Non licet esse uiros: Nam pdiga corruptoris
Improbitas: ipsos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia. Nullus ephebum
Deformem sæua castrauit in arce tyrannus.
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem uel
Strumosum: atq; utero pariter gibboq; tumētē.
Nunc ergo iuuenis specie lætare tui: quem
Maiora expectant discrimina: fiet adulter
Publicus: & poenas metuet quascunq; mariti
Exigere irati. Nec erit fœlicior astro
Martis: ut i laqueos nunq̄ icidat. Exigit autem
Interdum iste dolor: plusq̄ lex ulla dolori
Concessit: necat hic ferro: secat ille cruentis
Verberibus: quosdam moechos & mugilis intrat.
Sed tuus Endimion dilectæ fiet adulter
Matronæ. Mox quum dederit Seruilia nūmos:
Fiet & illius: quam non amat: exuet omnem
Corporis ornatum. Quid.n. ulla negauerit udis
Inguinibus? Siue hæc est Ippia: siue Catulla
Deterior: totos habet illic fœmina mores.

Iuuenalis Ibidem.

Sed casto quid forma nocet? Quid pfuit immo
Hyppolito graue ppositum? Quid Belorophōti?
Erubuit nempe hæc ceu fastidita repulsa.
Nec Stenobea minus q̄ Cressa excanduit: & se
Concussere ambæ: Mulier sæuissima tunc est
Quum stimulos odio pudor admouet.

PVlsus græce σφυγμὸς. dicitur. Est autem pulsus humidi calfacti spumifi/catio. scdm Arist. li. de mor. & ui.

Pulsio est quum expellens deficit ei qd expellitur. secundum Arist. li. vii. Physicorum.

PVnitio græce κόλασις. & κολάζω pu/nio dicitur. Punitio in/quantum pertinet ad iu/sticiam publicam: ē act⁹ iusticiæ commutatiuæ. Vindicatiuæ uero inquā/tum ptinet ad immuni/tatem personæ singula/ris. ex. b. Tho. scda scdæ. q. lxxx. art. i. Sane p pu/nio poeno: quasi poena afficio: dicebant ueteres. Hinc impune: quod est sine poena: & Impunitas. Seneca. Quippe delictorum impunitas homines audaciores reddit ad malum. Hinc poena: & pœ/nitentia de quibus supra. Deuteronomii. c. xxv. Deuterōñ.

· Pro mensura peccati: erit plagarum modus.
Deuteronomii. c. xxviii.

· Non occidentur patres pro filiis: nec filii pro patri/bus: Sed unusqsq; pro peccato suo morietur.
Ezechielis. c. xviii. Ezechielis.

· Filius nō portabit iniquitatem patris: nec pater ini/quitatem filii. Sapientiæ. c. xi. Sapientiæ.

· Per quæ peccat quis: per hæc & torquetur.
August. & habetur di. xxv. c. Qui in aliud. Augustin⁹

Qui in aliud sæculum distulit fructum conuersio/nis: prius purgabitur igne purgationis: hic ignis & si non sit æternus: miro tamen modo grauis est. Superat.n. omnem poenam quam unq̄ passus est aliquis in hac uita: uel pati potest.
August. li. iii. de libero arbitrio.

Illa est poena peccati iustissima ut amittat unusqsq; illud quo bene uti noluit: quum sine ulla difficul/tate posset: si uellet. idest: Vt q sciens recte non fa/cit: amittat scire quod rectum sit: & qui rectum fa/cere: quum posset noluit: amittat posse: quum ue/lit. Aug. li. i. confessionum.

· Iussisti dñe: & sic est: ut poena sit omnis inordinatus animus. Aug. i Enchiridion. c. lxxxxv.

· Mitissima omnium poenarum erit eorum: qui pter peccatum: quod originale traxerunt: nullum insu/per addiderunt. August. de poeni. & ha/betur. ii. q. i. c. Multi corriguntur.

· Non ergo illi quos monemus agere poenitentiam quærant sibi comites ad supplicia: nec gaudeant quia plures inueniant sibi similes. Nam propterea non minus ardebunt: quia cum multis ardebunt.
August. li. de ciui. dei: & habetur. xxvii. q. v. c. Non est.

Non est innocentiæ parcendo sinere: ut in malum grauius incidatur: pertinet ergo ad innocentis of/ficium: non solum nemini malum inferre: uerum etiam cohibere a peccato: uel punire peccatum: aut ut ipse qui prius odio habetur corrigatur: ex/perimento: ut alii terreantur exemplo.
Aug. & hētur. xxiii. q. xxx. c. Corripiantur.

Poena epalis iudicii in ecclesia nulla maior est.
Hieronymus. in Naum ppheta: & habe/betur. xxiii. q. v. c. Quid ergo. Hierony⁹.

Quid ergo ait cōtra dñm cogitatis? Ipse ē q creauit mundum & consumatiōem eius faciet: q si uobis uidetur crudelis: & rigidus: & cruentus: q in di/luuio genus deleuit humanum: sup Sodomā & Go/morram: ignem & sulphur pluit: Aegiptios sum/mersit in fluctibus: Israelitarum cadauera pstra/uit in eremo: scitote eum ideo ad præsens reddidis/se supplicia: ne in æternum puniret.

Hieronymus ad Rusticum: & habetur de pœni.di.iii.c.Achab.

Achab rex impiissimus uineā Nabutæ cruore possedit: & quum Iesabel non tam cōiugio sibi: q̄ crudelitate coniuncta Heliæ increpatione corripitur. Ad eundem: hæc dicit dominus: occidisti & possedisti: & iterum in loco quo linxerunt canes sanguinem Nabutæ: ibi lingent sanguinem tuum: & Iesabel canes comedēt ante muros Israel: Q d autem quum audisset Achab scidit uestimenta sua: & posuit saccum super carnem suam: & ieiunauit: & dormiuit in cilicio. Factus est sermo domini ad Heliam dicens: quia reueritus est Achab faciē meam: non inducam malum in diebus ei⁹: Vnum scelus & Achab & Iesabel commiserunt: Sed tamen conuersa Achab ad pœnitentiam pœna differtur in posteros: & Iesabel in scelere perseuerās p̄sti condemnatur iudicio.

Hiero.& hētur.xxiiii.q.i.c. Non afferamus.

Gregorius Dominus priora delicta recentibus pœnarum exēplis cauenda monstrauit. Gregori⁹ in moralibus: & hētur di.xxxix.c. Qui ea.

Qui ea quæ dei sunt sapiunt a domio sapiuntur: & q̄ ea quæ dei sunt nesciunt: a dño nesciuntur: Paulo attestante: qui ait. Si quis ignorat ignorabitur: Idem: quicunq; stultus est in culpa: erit sapiens in pœna. Greg.li.vi.moral.

Iniustus quisq; eo atrocius in tormentis obruitur: quo altius in peccatis eleuatur: Transit quod extollitur: permanet quod punitur. Qui honoratur in uia: In peruentione damnabitur: & quasi per amœna prata ad carcerem peruenit: qui per præsentis uitæ prospera ad interitum tendit.

Grego.li.ix. Moralium.

Iustum est ut quos culpa simul inquinat: par etiam pœna astringat: & qui nequaq̄ dispari sunt iniqtate polluti: nequaq̄ tormentis crucient̄ dispari: quatenus simul damnatio conterat: quos similis elatio subleuabat. Greg.li.ix.moral.

Horrendo modo fit miseris mors sine morte: finis sine fine: defectus sine defectu: quia & mors semp uiuit: & finis semper incipit: & deficere defectus nescit. Mors perimit: & non extinguit: dolor cruciat: sed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit: sed nequaq̄ tenebras excutit. Ibidem.

Electos dei cernimus & pia agere: & crudelia tolerare: hinc ergo colligitur: districtus iudex quāta illic feriat districtione quos reprobat: si hic cruciat quos amat. Greg. Ibidem.

Sicut uno sole omnes tanguntur: nec tamen sub eo uno ordine oēs æstuamus: quia iuxta qualitatem corporis sentitur ēt pondus caloris: Sic damnatis una est gehēna quæ affligit: & tamen non omnes uno calore comburit: quia quod hic agit dispar ualitudo corporum: hoc illic exhibet dispar causa meritorum. Gregor.li.xv.moral.

Pœna præsens quæ iniusti animum a prauis desideriis mutat: ab æternis suppliciis non liberat quos mutat: Nam quē præsentia mala non corrigunt: ad sequentia perducunt. Grego.li.xx.moral. & habetur.i.q.iiii.c. Homini.

Contra dñs ad Moysem: Ego sum deus zelotes: q uisito peccata patrum i filios usq; in terciam & in quartam gñationē: licet nō in æqualitate iudicii: sed magnitudine clæmētiæ. Idē li.xxx.mora.

Ad districti iudicii iusticiam ptinet: ut nunq̄ careāt supplicio quorum mens in hac uita: nunq̄ uoluit carere peccato: & nullus detur iniquo termin⁹ ultionis: quia q̄diu ualuit habere: noluit terminum criminis. Greg.li.iiii. Dyalogorum.

Anima illic posita: bene esse perdidit: & esse nō perdidit: & quare semper cogitur: ut & mortem sine morte: & defectum sine defectu: & finē sine fine patiatur: quatenus ei & mors immortalis sit: & defectus indeficiens: & finis infinitus.

Greg.& hētur di.xxviii.c. Quia.

Quia sunt culpæ in quibus culpa est relaxare uindictam: quærenda semper est ueritas: ut inquiri debeat utrum accusatum noxa cōdemnet: an a pœna innocentia patefacta subducat.

Io.Chrys.super Matthæum.c.i. Io.Chrys.

Iustius est.n.iniustum iuste euadere: q̄ iustum iniuste punire. Quia reus: & si semel euaserit: si semel perierit: iam non potest reuocari.

Idē sup illud Matt.vi.c. Excidet̄ & i ignē mittet̄.

Noui q; plurimi solam pertimescant gehēnam: ego autem illius gloriæ amissionem multo amarius: q̄ ipsius gehēnæ dico esse supplicium horribile. Mille quis ponat gehēnas nihil tale dicturus est: quale ē a beatæ illius gloriæ honore expelli: & esse exosum Christo. Bernardus Epistola.ccli. Bernard⁹.

Ob hoc inflexibilis & obstinatæ mentis: malum punitur æternaliter: licet tēporaliter perpetratum: Quia quod breue fuit tempore uel opere: lōgum esse constat in pertinaci uoluntate: Ita ut si nunq̄ moreretur: nunq̄ uelle peccare desineret: imo semper uiuere uellet: ut semper peccare posset.

Hugo li.ii.de anima. Hugo

Iuste puniuntur q licitis abutuntur: Iustius uero puniuntur q aliena rapere conantur: sic Sathanas cælum: Sic Prothoplastus perdidit paradisum.

Cassiodorus sup ps. Dixit insipiens. Cassiodor.

Occultā culpam sequtur aperta percussio: ut malis exterioribus iterna puniantur: & cor publice corruat: quod latenter peccabat.

Seneca in Prouerbiis. Seneca

· Satis pœnarum est potuisse puniri: grauis tamē pœna est quem post factū pœnitet.

Aristoteles — Aristo.li.x.Ethicorum.

· Oportet bonos prouocare ad uirtutes per præmia: malos autem per pœnam insanabiles totaliter exterminare.

Val. maxi. — Valer.max.li.i.

· Lento.n.gradu ad uindictam sui diuina procedit ira: grauitatemq; supplicii tarditate compensat.

Cicero — Cicero pro Milone

Et pœnā semper ante oculos uersari putent: q pec/cauerint. Cicero li.i.de legibus.

At uero scelerum in homines atq; impietatum nulla expectatio est: Itaq; pœnas luunt non tam iu/diciis:quæ quondam nusq̄ erant:hodie multifariā nulla sunt:ubi sunt ficta:tamē per sæpe falsa sunt. ut eos agitent insectenturq; furiæ:non ardentibꝰ tædis:ut in fabulis:sed angore conscientiæ: frau/disq; cruciatu. Idem.li.ii.de legibus.

Sceleris etiam pœna tristis & præter eos euentus q sequuntur per se ipsa maxima est.

Cicero li.iii.de legibus in fine.

Noxiæ par pœna esto: ut in suo uitio quisq; plecta/tur. Cicero li.iii.de natura deorum.

· Et.n.nec domus nec respu.ratione quadam & disci/plina designata uideatur: si in ea nec recte factis præmia extent ulla: nec supplicia peccatis.

P.Orosius — Paulus Orosius de gestis Cæsaris li.viii.

Conspiratorum ac sceleratorum & si paucitas con/temni possit: tamen pertinacia magna pœna affi/cienda est: ne malo exemplo cæteri moueantur.

Idem in Ormesta li.vii.

Boni pastoris est tondere pecus non deglutire.

Virgilius — Virgilius. Aeneidos li.vi.

Ergo exercentur pœnis. Vide supra in infernus.

Lucanus — Lucanus li.v.Pharsaliæ.

Quicquid multis peccatur:multum est.

Horatius — Horatius sermonum li.i.Satyra.iii.

Adsit
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas
Nec scutica dignum horribili insectere flagello.

Horatius epistolarum li.i.Epistola.xvii.

· Oderunt peccare boni uirtutis amore
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Iuuenalis — Iuuenalis Satyra.ii.

Sed illos.
Defendit numerus iunctæq; umbone phalāges.

Dantes — Dantes li.i.c.i.

Et uedrai le dolorose strida:
Vedrai li antiqui spiriti dolenti:
Che la secunda morte ciascun crida.
Et uedrai collor che son contenti
Nel foco:perche speren de uenire
Quando che sia alle beate genti.

Dantes inferni cant.xiiii.

O uendetta de dio quanto tu dei
Esser temuta.

Dantes purgatorii cant.xxi.

La diuina iusticia con tal uoglia
Come fu al peccar pone al tormento.

Dantes paradisi cant.c.vi.

Multe uolte gia pianzero li figli
Per la colpa del padre.

Dantes Paradisi cant.xxii.

La spada de quha su non taglia in freta:
Ne tardo mai al parer de collui
Che desiando o temendo laspetta.

PVsillanimitas græce μικροψυχία.ας. & μικρόψυχος.ου.ὁ.pusillanimis dr̄. Est autem pusillanimitas uirtus opposita magnanimitati per defectum:quia deficit pusilla/nimis a proportione suæ potentiæ: Dum recusat illud tendere: quod est commensuratum suæ po/tentiæ.

Pusillanimitas est contraria magnanimitati scdm defectum: Præsumptio autē scdm excessum. Ideo utraq; ē peccatum.ex.b.Tho.scda scdæ.q.cxxx.

Pusillanimitas: scdm Aristotelem: est uitium quo im potes uidentur animi ad fœlicitatem: infœlicita/temq;: honorem: & dedecus sustinendum.

QVadragesima ĝ τεσ/σαρακοστή.ης.ἡ. & τεσσαρακοστὸς. οῦ.ὁ. quadragesimus dicitur. Ieiunium ante pascha quod quadrage sima dicitur: fit quadra ginta diebꝰ sicut a Christo: Moise: & Helia q̄/druplici ratione: uel quia secundum Gregor. per hos quadraginta dies uirtus decalogi: per libros iiii.sancti euangelii impletur. Vel quia dignum ē ut carnem nostrā quaterdecies affligamus. Vel q̄a in his offerre contendimus decimas dierum. Vel quia secundum Augustinum creaturæ inuisibili debetur ternarius numerus: sed creaturæ uisibili debetur quaternarius:pp̄ calidum: frigidum: hu/midum & siccum. Vnde si denarius numerus du/catur p quaternarium:q competit corpori: p quod administratio gentur quadragesimum numerum conficit.ex.b.Tho.scda scdæ.q.cxlvii.ar.v.& iiii. sen.di.xv.q.iii.ar.iii.

QVadratio græce τετραγωνισμός.οῦ. ὁ. & τετράγωνος.ου.ὁ.quadrus & τετράγωνον.ου.τό. quadratum dicit̄. Est autem quadratum figura rectilinea: orthogo nia: habens omnia latera æqualia. secundum.b.

Tho. super Meth. lec. viii. co. iii.

Quæstio græce ζήτημα. ατος. τὸ. & ζητημάτιον. ου. τὸ. quæstiuncula dicitur. Quæstio quadrupliciter. s. an est: quia est: quid est: & propter qd est. Et duæ primæ reducuntur in eandem: & aliæ duæ in unam aliam. ex. b. Tho. super. vii. metaphysicæ lec. fi. o. & Pesteriorum li. ii. lec. i. o. Dicit aūt quæstio a quæro qd nihil aliud est: q̃ quæ sit res aliqua inuestigare. A quæro dicuntur quæstores qui præpositi sunt pecuniæ publicæ quærendæ: hii & uectigalia exigunt: & ærarii curam habent. Hii aliquando rebus capitalibus þerant: & hii quæstores patricidii dicebātur: quorum lex. xii. tabularum mentionē facit. Virg. Quæsitor Minos urnam mouet. Itē a quæst° fit diminutiuum quæsticulus: quod significat lucellum: hoc est paruum lucrum.

Quæstus græce ἐργασία. ας. ἡ. & ζητέω quæro dicitur. Dicitur autē quæstus omne quod ex opera cuiuscunq; descendit. l. Quæstus. ff. pro socio. Est & quæstus sine diphthongo de quo infra in Querella.

Qualitas græce ποιότης. ητος. ἡ. & ποῖος. ου. ὁ. ἡ. qualis dicitur. Est autē qualitas secundum quā quales dicimur. secundum Arist. li. prædicamentorum.

Qualitas proprie importat modum. i. determinationem substantiæ: uel secundum qd potentia materiæ determinatur ad esse substantiale: & sic ē differentia substantiæ: Vel ad esse accidentale: & sic est differentia accidentis: & prædicamentum qualitatis. ex. b. Tho. pria scdæ. q. xlviiii. art. ii. c.

Quando græce πότε dr: & ἕως quādiu dicitur. Est autem quando id quod ex temporis adiacentia relinquitur. scdm Gilbertum porrectanum li. sex principiorum.

Quando est proportio relicta ex tempore: scdm. b. Tho. iiii. sen. di. xvi. q. iii. ar. i.

Quantitas g̃ ποσότης. ητος. ἡ. & πόσος. ου. ὁ. quantus dicitur. Est autē quantitas secundum quam quanti dicimur. secundum Arist. li. prædicamentorum.

Quātitas est prima post substantiam. secundum. b. Tho. prima secundæ. q. lii. ar. i.

Quantitas duplex scilicet Continua: & Discreta. Continua ut linea: superficies: corpus: locus: tempus & similia: Discreta: ut numerus: & oratio. ex Aristo. li. þdicamentorum.

Querella græce μεμψή. ης. ἡ. uel θρῆνος. ου. ὁ. & θρηνέω q̃ror dr. Est autē q̃ror uerbū deponens idē qd lamentor. Dicitur q; a quæ & res. Nā lamentando quæ res sit: quæ nos agitet explicare solemus. Verum sine diphthōgo scribitur: & corripit primum: ut differat a quæror qd est passiuum hu° uerbi quæro. Hinc querimonia pariter quæ idē est qd lamentatio: & questus þ lamētatione. Ouidius. Et quotiens aliquos parat edere questus Sibilat: hanc illi uocem natura reliquit.

Quies græce. ἀνάπαυσις. εως. ἡ. & παύομαι. quiesco dicitur. Est autem quies id qd estin° re: de cuius aptitudine est ut moueatur: non tamē est mota. scdm Albertum magnum in phylosophia sua: sup libris physicorum.

Quies est priuatio motus in illo: de cuius aptitudie est ut moueatur: non tamē est motum. secundum Auicenam.

Quies quod proprie somnum significat: dicta quasi: qui tibi es: & nullo alio negotio distineris. Tunc enim cæteris negociis non uacamus: quum dormimus. Propter quod etiam þ tranqllitate accipitur qes: a quo fit reqes eiusdē significationis. & quietus tranqllus: & quetudo: qesco: & requiesco.

Sophocles in Electra. Sophocles

ὅρα: πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.

Vide: labore quidem sine nihil bene succedit.

De hac materia hēs i Acidia: Labor: & Ociositas.

Rabies græce λύσσα. ης. ἡ. & λυσσώδης. εος. ὁ. ἡ. rabidus seu rabiosus dicit. Est autē rabies siue rabia: morb° canum: quum ueluti furore quodam acti huc: atq; illuc rapiuntur: nec ullum quietis locum inueniunt. Dicitur q; a rapio rapis. Hinc rabiosi dicuntur: hinc ēt rabio: bis uerbum: quod est nimia ira: & quasi rabie agitor. Varro. Quid est qd latras? Quid rabis? Quid uis tibi? Cecilius. Rabia rabere se ait. Alii rabiem quasi rauiem dictam uolunt: a uocis raucitate: quā rabiosi emittunt similem canum latratui. Veteres enim rauum obtusum dixere. Vnde uox raua parum liquida. A rauus fit raucus: q uocem nimio clamore: sine alia causa obtusam habet. & Raucitas ipsa uocis obtusitas.

Rancor est displicētia contra aliquē pp quā desyderat uel q̃rit quis malum alteri: & ē filia Acidiæ. Aliquando est filia Iræ.

Rancor est indignatio cōtra iducentes ad diuina. scdm. b. Tho. scda scdæ. q. xxxv. art. iiii.

Rapina græce ἁρπαγή. ης. ἡ. & ἅρπαξ. γος. ὁ. rapax: & ἁρπάζω rapio dicitur. Est autem rapia rei alienæ per uim iniusta ablatio. secundum. bea. Tho. secunda secundæ. q. lxvi. ar. viii. o.

Rapere proprie est cum impetu quodam: & uiolentia auferre. Virgilius. Raptas sine more Sabinas. Ponitur etiam pro uitiare: & proprie est de uirginibus. Et sic Raptus: ut est species luxuriæ: ē quando puella de domo patris uiolenter abducitur: ut corrupta matrimonio habeatur: siue ei: siue parentibus uiolentia inferatur. secundum. b. Tho. scda scdæ. q. xv. ar. iiii.

Raptus quandoq; est cum stupro: & quandoq; sine eo: ut in raptu uiduæ: uel nuptæ: uel corruptæ: Et quandoq; stuprum est sine raptu: si defloretur uirgo sine ui. ex. b. Tho. ubi supra.

Raptus est illicitus concubitus cum uiolentia. scdm b. Tho. scda scdæ. q. cliiii. ar. viii.

Rapina: raptio: & raptus sic uidentur differre. Q đ Raptio ad personam refertur. Rapina ad rē: Raptus ad stuprum.

Rapacitas continetur sub Violentia: quum sit species eius: Quæ uiolentia est filia auariciæ. ex. bea. Tho. scda scdæ. q. cxviii. ar. viii. c.

Raptor dicitur proprie qui rapit res imobiles: Prædo uero res mobiles. Vnde rapina dicitur de reb⁹ immobilibus. Depredatio autem de mobilibus: & se mouentibus: ut animalibus & huiusmodi. secundum. Io. an. Large uero raptores dicuntur omnes publice: & uiolenter res alienas depredantes: tam mobiles: q̄ immobiles.

Rapina quid a Furto differat uide supra i Furtum.

David. — David psal. lxi.

Nolite sperare in iniquitate: & rapinas nolite concupiscere.

Augustin⁹ — August. i li. quæst. exodi: & habetur. xiiii. q. v. c. Pœnale.

Pœnale est occulte auferre: multo maioris pœnæ est, uisibiliter eripere: auferre ergo nolenti: siue occulte: siue palam: habet præceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicitā usurpatio rei alienæ: Non enim rapinam permisit: qui furtum prohibuit: sed utiq; furti nomine in lege ueteris testamenti & rapinam intelligi uoluit. A parte enim totum significauit: quicquid illicite rerum proximi aufertur.

Augustinus Ibidem. c. Si quid.

Si quid inuenisti: & nō reddidisti rapuisti: quantum potuisti fecisti: quia plus nō inuenisti qui alienum negat: Si posset & tolleret. Deus cor interrogat: non manum. Aug. & hētur. xiiii. q. v. c⁰. Forte aliquis.

Forte aliquis cogitat & dicit: multi sunt christiani diuites: auari: cupidi: non habeo peccatum: Si suum illis abstulero: & pauperibus dedero. Vnde. n. illi nil boni agunt: mercedem habere potero: sed huiusmodi cogitatio a diaboli calliditate suggeritur: Nam si totum tribuat pauperibus quod abstulerat addit potius peccatum: q̄ minuat.

August. de uerbis domini. c. xx.

Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam: ubi putas mittendus erit: qui inuasit alienam: Si cum diabolo ardet qui nudum non uestiuit: Vbi putas arsurus est qui expoliauit: Non nocent mala præterita: si non placent.

Augu. in sermone in. iiii. dñica. quadragesimæ.

Si pœnale ē clanculo auferre: multo maioris pœnæ est uiolenter eripere. Hieroymus in li⁰. Leuitici: & habetur. xiiii. q. v. cap. Multi. — Hierony⁹.

Multi sine peccato putant esse: si alienum quod inuenerint teneant: & dicunt. Deus mihi dedit cui habeo reddere: discant hoc peccatum simile esse rapinæ: si quis inuenta non reddit.

Hierony. Ibidem. c. Nemo qui.

Nemo qui rapit: moriens si habet unde reddat saluatur: si eos quorum fuit inuenire non poterit: ecclesiæ uel pauperibus tribuat.

Ambrosius in libro de bono mortis: & habetur. xiiii. q. iiii. c. Si quis. — Ambrosi⁹.

S quis u suram accipit: rapinam facit: uita non uiuit. Ambrosi. ibidē. q. v. c. Rapinam.

Rapinam emere non licet: nisi intentione: ut cui est ablata restituatur.

Fulgentius tractans illud Matthæi. Omnis arbor. &c. — Fulgentius

Si sterilitas in ignem mittitur: rapacitas quid meretur: aut quid recipiet qui alienum tulerit: Si semper ardebit qui de suo non dedit: Et si iudicium sine misericordia erit illi qui non fecerit misericordiam: quale iudicium erit illi qui fecerit & rapinā.

Rabanus super illud Matthæi. xvi. Esuriui & non dedistis mihi &c. — Rabanus.

Quid recipiet qui aliena tulit: Si semper ardebit qui sua non dedit.

Seneca Epistola. lxxv. — Seneca

Nulli cui rapina fœliciter cessit: gaudium rapti durauit in posterum.

RAritas græce 'αραιότης. η⁰. & 'αραιόω raresco: & 'αραιος. ου. δ. rarus dicitur. Est autē rarum id cuius partes distant a se inuicē: scdm Arist. li. pdicamentorum.

Rarum est in quo pau: est de materia sub magnis dimensionibus. Densum uero econtrario. scdm. b. Tho. ii. sen. di. xxx. q. ii. ar. i.

Rarum interdum ponitur pro præstanti: quoniam omnia præclara rara sunt. A rarus raresco. i. rar⁹ fio. A rarus fit rete ut placet Varroni. A quo reticulum diminutiuum: & Irretio uerbum quod significat retineo: capio: & Irretitum dicimus aliqua fraude: aut blandiciis: aut dolo: quasi rete captum.



Atio grece λό γοσ. ου. ό. & λογικός. ου. ο. rationalis dicitur. Est autem ratio aspectus mentis: quæ bonum malumq; discernit: Virtutes eligit: deum diligit: secũdũ Augustinum libro d spiritu & anima.

Ratio est natura intellectualis obumbrata: secundum bea. Tho. i. sen. di. iii. q. iiii.

Ratio & intellectus non sunt idem: Quia ratio quãdoq; est recta: & quandoq; non recta: tã in speculatiuis: q̃ in praticis: Sed intellectus semper est rect°: secundum eundẽ. i. sen. di. i. q. i. ar. i. iii.

Ratio et intellectus non distinguntur: sicut duæ potentiæ: sed sicut diuersi actus eiusdem potentiæ. Quia intelligere est intelligibilem ueritatẽ simpliciter apprehendere. Ratiocinari autem est procedere de uno intellecto ad aliud itellectum ad ueritatem intelligibilem cognoscendam: secundũ eundem. i. parte. q. lxxix. ar. viii. Hinc ratiocinatio quæ est discursus itellectus ab uno in aliud: a prin° ad conclusiones: ut in sillogismis & cõsequẽtiis.

Ratio ut est pars prudentiæ ẽ discursus itellectus: quo aplicantur uniuersalia principia agibilium ad particularia: uaria & incerta agibilia: Et sic eam ponit Macrobius ex sententia Platonis.

Ratio distinguitur in superiorem: & inferiorem: secundum diuersa officia. Nã ratio superior est quæ intendit æternis conspiciendis: aut cõsulendis. Cõspiciendis quidem: ut secundum q ea in se ipsis speculatur. Consulendis uero: secundum q ex eis accipit regulas agendorum. Ratio iferior est quæ intendit temporalibus rebus: ex Augustino libro xii. de Trinitate.

Ratio est motus animi uera a falsis distinguẽs a qua fit ratiocinatio: quæ a grecis sillogismus. συλλογισμός ου. ό. dicitur.

Rationem babere: si cum genitiuo iungitur: est habere respectum: ut habẽda est ratio honoris. Si cũ ablatiuo cum præpositione cum: est habere negocium. Cicero. Rationem habet cum terra: q̃ nunq̃ recusat imperium.

Augustin°. Augu. contra Manicheos.

Si ratio consentiat: ut quod libido cõmouet faciendum esse decernat: ab omni uita beata: tanq̃ de paradiso expellitur homo: & iam peccatum imputatur: etiam si factum non sequatur: quia rea tenet in confessione conscientia.

Cassiodor° Cassiodorus li. iii. epistola. lri.

Paucos ratio capit ac probabilis oblectat intentio: Illo potius turba dicitur: qd ad remissionem curarum constat inuentum.

Lactantius Fir. libro. vi. ca. iiii. Lactã. Fir.

Semper ita uiuamus: ut rationem nobis reddẽdam arbitremur. Idẽ li. vii. ca. ultimo.

Nam quicunq; rationem hominis abiecerit: hæc p̃sentia sequutus in humum se ipse prostrauerit: desertor domini: & imperatoris: & patris sui punit: Intendamus igitur iusticiæ: quæ nos inseparabilis comes ad deum sola perducet: & dum spiritus hos reget artus: infatigabili militia deo militemus: stationes: uigiliasq; celeberrimas cõgrediamur cum hoste: quem nouimus fortiter ut uictores ac deuicto aduersario triumphantes p̃mium uirtutis qd ipse promisit a deo consequamur.

Senera epistola. lxviii. Seneca

Sola ratio incõmutabilis: & iudicii tenax est: Non enim seruit: sed imperat sensibus.

Seneca epistola. lxxvi.

Bona illa sunt uere: quæ ratio dat: ac sempiterna q̃ cadere non possunt: ac decrescere quidem: aut minui. Cætera opinione bona sunt. Nomen quidem habent cõmune cum ueris: proprietas autem bona in illis non est. Seneca epi. lxxvi.

Ama rationẽ. Huius te amor contra durissima armabit. Seneca epistola. lxxvii.

In homine quidem optimũ ratio est: hac antecedit animalia: deos sequitur. Ratio autem perfecta bonum proprium est: Cætera illi cum animalibus satis cõmunia sunt: Valet homo: & leones: Formosus est: & pauones. Velox est: & equi: & ideo in his omnibus uincitur. Ibidẽ.

Nam quum sola ratio perficiat hominẽ: sola ratio perfecta beatum facit: hæc autem unum bonum ẽ: quo uno beatus efficitur. s. uirtus.

Aristoteles li. i. Polyticoꝝ. Aristoteles

Homines ratione & intellectu uigentes naturaliter domini sunt: & rectores alioꝝ.

Aristo. epistola ad Alexandrũ.

Eos qui utuntur ratione: & cum hac omnia uolunt agere: tanq̃ bonos: & optimos existẽtes laudam°. Eos autem qui sine ratione aliqd faciunt: tãq̃ crudeles: & rudes: & bestiales existentes odimus.

Aristoteles li. i. Methaphysicæ.

Hominum genus arte: & rationibus uiuit.

Aristoteles li. i. Ethicoꝝ.

Ratio semper deprecatur ad optima.

Aristoteles i epi. ad Alexandrum.

Sicut dux est saluator exercitus: sic ratio eruditionis uitæ: est dux animæ:

Cicero libro officiorum. Cicero

Ratio ergo hoc postulat: ne quid insidiose: ne quid simulate: ne quid fallaciter.

Cicero li. ii. Tus. quæstio.

Sed præsto est domina omnium & regina ratio: quæ connexa per se: & progressa longius fit pfecta uirtus. Ibidē.

Fortes enim non modo fortuna adiuuat: ut est i ueteret prouerbio: Sed multo magis ratio quæ qbusdam pceptis confirmat uim fortitudinis.

Cicero ibidem.

Est enim animus in partes distributus duas: quarū altera rationis est particeps: altera expers: Quum igitur præcipitur ut nobis met ipsis imperemus: hoc præcipitur: ut ratio coerceat temeritatem: In animis omnium est fere natura molle quiddā: demissum: humile: eneruatum quodammodo: & languidum: Senile: Sed aliud nihil: homine deformius: Sed præsto est domina omnium & regina ratio: q̄ quum nexa per se: & progressa longius fit perfecta uirtus: hæc ut imperat illi parti animi: quæ obedire debet: id uiuendum est uiro.

Cicero in Paradoxis.

Irrideat si quis uult: plus apud me uera ratio ualebit: q̄ uulgi opinio. Neq; ego unq̄ dicam illum bōa perdidisse si quis pecus: aut supellectilem amiserit. Nec non sæpe laudabo illum sapientem Biatem cuius quum patriam Prienen accepisset hostis: cæteriq; ita fugerent: ut multa de suis rebus secum asportarent: quum esset amonitus a quodā: ut ipse idem faceret. Ego uero (inquit) facio. Nā omnia mea mecum porto: Ille hæc ludibria fortunæ nec sua quidem putauit: quæ nos etiam appellamus bona. Cicero Rhetoricorum ueterum libro. i.

Domus ea quæ ratione regitur omnibus est instructior rebus: q̄ ea quæ temere: & nullo consilio administratur. Exercitus is cui ppositus est sapiens: & callidus imperator omnibus partibus cōmodius regitur: q̄ is qui stultitia & temeritate alicuius administratur.

Cicero de legibus libro. ii.

Lex uera atq; princeps apta ad iubendum: & ad uetandum est ratio recta.

Cicero de natura deorū li. ii.

Nihil est mente & ratione melius.

Cicero de finibus bonorū & malorū li. iiii.

Rationis perfectio est uirtus.

Q. Curt' Quintus Curtius d gestis Alexādri li. iiii.

Nihil autem potest esse diuturnū: nisi cui subest rō.

Reatus gce ʹυπευθυνία ας. ἡ. &ʹυπευχὴ subnitto dicitur. Est autem reatus obligatio ad pœnam propter peccatum: secundum bea. Tho. ii. sen di. xxx. q. i. ar. ii.

Reatus aliquando sumitur pro culpa: aliquando p pœna: quia est medium quodāmodo inter utrūq;: secundum eundē. ii. sen. di. xlii. q. i. ar. ii.

Reconciliatio gce διαλλαγή. ῆς. ἡ. & διαλλάττω reconcilio dicitur. Est autem reconciliatio amicitiæ reparatio: secūdum bea. Tho. iiii. sen. di. xv. q. i. ar. v. Venit autem reconciliatio a reconciliare: quod est in gratiam restituere: Quotiēs. s. amici qui iterposita aliqua offensa aliquandiu fuerint pristinam redeunt beniuolentiam ac familiaritatem. Venit autem a Concio quæ quid sit uide supra in Concio. Hic fit concilium multitudo populi consulendi gratia congregata: a quo Conciliabulum locus in quo concilium congregaẽ.

Matthæus in euang. ca. v. Matthæ'.

Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliqd aduersum te: Relinque ibi munus tuum ante altare: & uade prius reconciliari fratri tuo: & tunc ueniēs offeres munus tuum. Augustinus sup Matthæi. v. Vade prius reconciliari &c. Augustin'

Si absens est uade non pedibus corporis: sed animo humili te prosternas: in conspectu eius cuius oblaturus es: si præsens: est reuocandus ad amorem ab eo ueniam petēdo: si eum læsisti: uel si te læserit dimittendo cordis rancorem.

Augu. in sermōe cōsecrationis ecclesiæ.

Si ad mensam cuiusq; potentis hominis nemo præsumit cum scissis uestibus: & inquinatis accedere: q̄to magis a cōuiuio æterni regis. i. ab altari dominī debet se unusquisq; inuidiæ: uel odii ueneno p cussus: iracundiæ furore repletus: cum reuerētia: & humilitate subtrahere: propter illud quod dicitur. Vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc ueniens offeres munus tuū: Et iteҫ: Amice q̄o huc intrasti: non habens uestē nuptialē?

Gregorius li. iiii. Dyalogoҫ. Gregorius

Sciendum q̄ ille recte delicti sui ueniam postulat q prius hoc quod in ipso delinquitur: relaxat. Munus enim non accipitur: nisi ante discordia ab animo pellatur: dicente ueritate: Si offers munus tuum &c. Qua in re pensandum est: quum omnis culpa munere saluatur: q̄ grauis est culpa discordiæ: qua nec munus accipitur: nec proximus recōciliatur. Debemus itaq; ad proximum: q̄uis longe positum: longeq; diiunctum: mēte ire: eiq; animum subiicere: humilitate: ac beniuolentia placare. Ioannes Chrysostomus super illud Matthæi. Vade prius reconciliari &c. Io. Chrys.

Si cogitatu offendisti: cogitatu reconciliare: Si uerbis: uerbis: Si factis: factis: Non enim quem factis læsisti sine factis placaueris: Sine causa oras ad de/

um: Sine causa eleemosynas facis de rebus qbus alios spoliasti. Quid enim prodest si unus ad deum pro te orat: & alius aduersum te deum iterpellet: Iuxta illud Ecclesiastici.xxxiiii. Dona iniquorum non probat altissimus.

Io.Chrys.li.de cópunctióe cordis: tractás illud Matthaei.vi.Et dimitte nobis.

Si tantummodo non laedas eum q te laesit: auertas tamen te ab eo: nec libenter eum uideas: manet si ne dubio uulnus i pectore: & dolor augescit i corde. Quod si est: nondum utiq; quod Christus mádauit: expletur. Nunqd tu ita uis propiciú tibi fieri deum: ut non te quidem laedat: auertat se tamen a te: & peccatorum tuorum memoriá teneat: & uide re te nolit? Igitur qualé uis erga te esse deum: quú delictorum ueniá poscis: talé te exhibere debes his q deliqrunt i te. Isydorus de summo bono li.iii.

Isydorus

Frustra propiciari sibi deú qrit: q cito placari in pximum negligit. Seneca li.de moribus.

Seneca

Dissensio ab aliis: a te recócíliatio icipiat: quú ignoscis: ita beneficium tuú tépera: ut non ignoscei uidearis: sed absoluer. Quia grauissimum poenae genus est contumeliosa uenia. De hac materia habes supra ubi Pax.

Edargutio gce ἔλεγχος.ου.ὁ. & ἐλέγχω redarguo dicitur. Estq; idem qd correctio: uel reprehensio. De hac materia uide supra in Correctio.

Egnú.g. βασιλεία.ας.ἡ. & βασιλεύω regno: & βασιλεύς.εως.ὁ. rex dicitur: Vnde Regnatiua prudétia: q dirigit pricipé in ordie ad regnú.scdm.b.Tho. scda scdae.q.l. ar.i. De hac materia habes supra ubi Princeps: & infra ubi Tyrannus.

Regnum a regendo dicitur: Ideo qui alios sub sua prouidentia habet: regnú dicit habeí: ex.b. Tho. iiii.sen.di.xlix q.i.ar.ii.

Elatio.g. ἀναφορά.ας.ἡ. & ἀναφορικός.ου.ὁ. relatiuº dí. Est autem relatio ordo unius rei ad aliam: secundú.b. Tho. in qstionibus de potétia dei.q.vii.ar.ix.c.

Relatio a refero descédit: q aliqd referat sine quo: nec ipsum qdem possit cósistere: ut pater & filiº: dominus & seruus: haec quidé relatiua sút: qa nec pater esse potest: nisi filium habeat: nec dñs nisi seruum: Et talis respectus (ut ita dicá) relatio uocaí.



Eligio gce θρησκεία.ας.ἡ. & θρῆσκος.ου.ὁ. religiosus dicit. Est aút religio quae supioris cuiusdá naturae: quá diuinam uocát: curá cerimoniam q affert. secúdum Ciceroné libro.ii. Rhetoricorum.

Religio nihil aliud est q cultus diuinus: secundum Augustinum li.x.de ci.dei.

Religio est qua se anima uni deo: unde sese peccato suo separat: reconciliatione ligat: secundú Augustinum li.de quantitate Animae.

Religio est studium sapientiae: secundum eundé li. de uera religione.

Religio dicta est eo q per eam uni soli deo religamus animas nostras ad cultum diuinum anio seruiendi: secundú Isydorum li.xviii.Ethimologiarum.

Religio dicitur a religendo deum qué amiseramus negligentes: secundum Aug.li.ii.de ci.dei.

Religio idest cultus dei quattuor nominibus nuncupatur: Duobus apud graecos: quae sunt latria: & Theosebia: idest cultus diuinus: uel bonus: Et duobus latinis. Sed differunt: quia Theosebia respicit cultum dei interiorem: qui proprie pertinet ad uirtutes Theologicas. Latria uero respicit exterioré seruitutem: quae pertinet ad iusticiá: ex be. Bona. i.sen.di.ix.q.ii.ar.iii.

Religio dicta a relegendo: secundum Cicero li. de natura deorum: cuius uerba sunt haec. Qui autem omnia quae ad cultum deorum pertinerent dilig éter retractarent: & tanq relegerent dicti sunt religiosi a relegendo.

Religio est per quam reuerenti famulatu cerimoniae diuini cultus exercentur: secundum Ciceronem li.i.de natura deorum.

Iacobus in epistola ca.i. Iacobus

Si quis autem putat se religiosum esse non refrenás linguam suam a malo: sed seducens cor suum: huius uana est religio. Religio munda & immaculata apud deum: haec est: Visitare pupillos: & uiduas in tribulatione eorum: & imaculatum se custodire ab hoc saeculo.

Augu.de cómuni uita clericorum: & habeí xii.q.i.ca.Non dicatis. Augustinus.

Quum huius nostrae congregationis fratres: non solum facultatibus: sed uoluntatibus propriis i ipsa ordinis susceptione renunciauerint: & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati & imperiis in Christo & pro Christo subdiderint: certum est eos nihil habere: possidere: dare: uel accipere: sine superioris licentia debeí: q si ppinquus: uel amicus: uel cuilibet fratrum cuiq aliquid offerre uoluerit: primo quidem priori iinuetur: & sic suscipiatur: Si ipse mandauerit: de quo tamen nihil fiat aliunde: nisi qd priori placuerit.

Augu.li.de opere monachorum.

Amputetis occasionem turpium nundinarum: qui bus existimatio uestra laeditur: & ifirmis offendiculum ponitur: & ostendite hoibus non uos i ocio

facilem uictum: sed per angustam: & arctam uiã regnum dei quærere.

Augustinus ad Eudoxium: & habet. xxi. q.i.ca. Vos autem.

Vos autem fratres hortamur i domino: ut proposi/tum uestrum in domino custodiatis: & usq; ad finẽ uitæ perseueretis: ac si qua opera uestra mater ec/clesia desyderauerit: nec elatione auida suscipia/tis: nec blandiente desidia respuatis: sed miti cor/de obtemperetis deo: cum mansuetudine portãtes eum: qui nos regit: qui dirigit mites in iudicio: qui docet mansuetos uias suas: nec ocium uestrum ne cessitatibus ecclesiæ præponatis: cui parturienti: si nulli boni ministrare uellent: quomodo nascere/mini non inueniretis.

Hierony⁹. Hieronymus epistola. xxxiiii.

Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet sparso crine & scissis uestibus hubera quibus te nutriuit mater ostendat: licet in limine pater iaceat: per cal catum perge patrẽ: & siccis oculis ad uexillũ cru/cis euola: Solum pietatis genus in hac re esse cru/delem: Gladium tenet hostis ut me pimat: & ego de matris lachrymis cogitabo: propter patrẽ Chri sti militiam deseram: Cui etiam sepulturam Chri sti causa non debeo.

Hiero. epistola. xcv. loquẽs ad Nepotianũ.

Extra uis monasteria: multus a te per insulas Dalma ciæ paupeꝝ numerus sustentatur: sed melius face res si & ipse sanctus iter sanctos uiueres.

Hieronymus epistola. xxxiiii.

Obsecro itaq; & iterum atq; iterum repetens mo/neo: ne affectum clericatus: gen⁹ antiquæ militiæ putes: nec lucra sæculi: Christi militia quæras: nec plus habeas: q̃ quando clericus esse cœpisti.

Hieronymus ibidem.

Procuratores atq; dispensatores domorum aliena/rum: clerici quomodo esse possunt: qui proprias iu bentur contemnere facultates.

Hiero. epistola. xli. ad Oceanũ.

Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta ꝑ mittitur conuersatio.

Hieronymus ad Eustochium.

Sunt aliqui de ordine nostro homines: qui ideo ad p̃ sbyteratum: & dyaconatum ambiunt: ut mulieres licentius uideant: omnibus his cura de uestibus: si bene oleant: si pes laxa pelle non folleat: crines ca lamistrati uestigio rotãt: digiti anulis radiãt. Ibi.

Tales quum uideris sponsos æstimato: nõ clericos.

Hiero. epistola. xxxiiii. ad Nepotianum.

Hospitiolum tuum aut nunq̃ aut raro mulieres te/rant. Ibidem.

Nec sub eodem tecto manseris: nec in pterita casti tate cõfidas: Nec Dauid sanctior: nec Salõne sapien/tior: nec Salomone potes esse sapientior: qui tamẽ lapsi sunt per mulieres.

Idẽ epistola. xli. ad Oceanum.

Prima tentamenta sunt clericoꝝ: frequens fœmina rum accessus. Hieronymus ibidẽ.

Quid tibi cum fœminis: qui cum domino ad altare famularis. Hiero. ad Paulinum: & habetur. xvi. quæ. i. c. Si cupis.

Si cupis esse quod diceris: Mõachus: idest solus: qd facis in urbibus? Ibidem.

Habeto simplicitatem columbæ: ne cuiq̃ machine/ris dolos: & serpentis astutiam: ne alioꝝ supplãte/ris insidiis. Non multum distat in uitio: uel decipe re posse: uel decipi. Christianum quẽ senseris tibi: aut semper: aut crebro de nummis loquentem: ex cepta eleemosyna: quæ indifferenter omnibus pa tet: Institorem potius habeto q̃ monachum: Præ/ter uictum & uestimentum & manifestas necessi/tates nihil cuiq̃ tribuas: ne filioꝝ panes canes co/medant. Hiero. super Matthæum li. iiii.

Latro est & domum dei conuertit in speluncam la/tronum: q lucra de religione sectatur: cultusq; eius non tam cultus dei: q̃ negociationis occasio est.

Hiero. in epistola ad Marcum.

Pudet dicere de cauernis cellulaꝝ: Vrbem dãnam⁹ in sacco & cinere: ueluti de ipsis sententiã ferim⁹.

Quid facit sub tunica pœnitentis regius animus? qui alios uult regere & alios iudicare: & a nemine regi: a nemine iudicari.

Hiero. in epistola ad Heliodoꝝ.

Sunt ditiores monachi q̃ fuerant sæculares: possi/dent opes sub Christo paupe: quas sub locuplete dyabolo non habuerant: & suspirat eos ecclesia di uites: quos tenuit mundus ante mendicos: Nepo/tianus noster auꝝ calcans cellulã consectat.

Hiero. in epistola ad Rusticum.

Aegiptioꝝ monasteria hunc tenent morẽ: ut nullũ absq; opere: aut labore suscipiant: non tam ꝑpter uictus necessitatẽ: q̃ ꝑpter animæ saluationẽ.

Hiero. ad Nepotianũ: de se ipso loquens.

Natus in paupe domo: & in tugurio rusticano: qui uix milio & pane crebratio rugientẽ satiare uẽtrẽ poteram: nunc similã & mella fastidio.

Ambrosius d fuga sæculi: & habetur. xii. q. i. cap. Cui portio. Ambrosi⁹.

Cui portio deus est nihil debet curare: nisi deum: ne alterius impediatur necessitatis munere: Quod enim ad alia officia confertur: hoc religionis cul tui: at q; huic nostro officio decerpt: hæc enim ne ra est sacerdotis fuga: abdicatio domesticoꝝ: & q̃/dam alienatio charissimoꝝ: ut suis se abneget: qui seruire deo elegerit.

Gregorius in prologo moralium. Gregorius

Cuncta sollicite fugiēs portum monasterii petii: & relictis quæ mundi sunt: ut frustra tunc credidi: ac ex huius naufragio nudus euasi: quia ei plerunq; nauem incaute religatam etiā destituti littoris un da excutit: quum tempestas excreuerit: repente me sub prætextu ecclesiastici ordinis in causaꝝ secu larium pelago reperi: & qetem monasterii qui ha bendo fortiter tenui: q̄ strictē tenenda fuerint: per dendo cognoui.

Gregorius li.xxxi.moralium.

Quia terreni principes magna se deo humilitate sub sternunt: praui homines non ad fraudis argumen ta uertunt. Quia enim illos religiōem reuereri cō spiciunt: ipsi cultum religionis assumunt: & bono rum uitā sub despectis uestibus: iniqs opibus pre munt. Mundi qppe dilectores sunt: q hoc ī se qd homies uenerant: ostendunt: atq; eis q uere se de spiciunt: non mente: sed ueste copulantur: qa præ sentem gloriam amantes assequi nō possunt: quā despicientes sequuntur: honores enim fugiunt: ut honoribus obuient.

Gregorius li.xxxi.moralium.

Multi de inchoata iusticia laudari appetunt: & esse cæteris melioribus concupiscunt: quos plerunq; dum iuxta uotum præsens ꝓsperitas seqtur: mul to plusq̄ fuerant de sanctitatis habitu peiores fiūt.

Grego.super Ezechielē ho.ix.

Sæpe de uita proximoꝝ quærimus: mutare locum conamur: secretum uitæ remotioris eligere uideli cet ignorantes. Quia si desit spiritus non adiuuat locus: Iste enim Loth de quo loquimur i Sodomis sanctus extititin monte peccauit. Quod autē lo ca mentem non muniunt: ipse humāi generis pri mus testatur parens: qui i paradiso cecidit: sed mi nus sunt omnia quæ loquimur extra: nam si locus saluare potuisset Sathan de cælo nō caderet.

Greg.Fortunato eṗo Neapolitano: & ha betur.xix.q.iii.c.Monasteriis.

Monasteriis omnibus fraternitas uestra districtius interdicat: ut eos quos ad conuersionem susceperi nt: priusq̄ biennium in conuersione cōpleuerint: nullo modo audeant tonsorare: sed hoc spatio ui taq; & mores eoꝝ sollicite cōprobētur: ne qs eoꝝ aut non sit contentus eo quod uoluit: aut ratum non habeat quod elegit: Nam dum graue sit in ex pertos hominum obsequiis sociari: quis possit dice re q̄to sit grauius ad dei seruicium improbos appli care. Miles uero si conuerti uoluerit: priusq̄ nobis renuncietur: nullus eum sine nostro consensu qua libet præsumat ratione suscipere.

Greg.Aug.Angloꝝ eṗo: & habetur.xii. q.i.c.Quia tua.§.Cōmuniter.

Cōmuniter autem uiuentibus iam de faciendis por tionibus: uel exhibēda hospitalitate: & adimplēda misericordia a nobis quid erit loquendum: quum omne quod superest necessitatibus: i causis piis ac religiosis erogandum est: domino magistro omni bus dicente: quod superest date eleemosynam: & omnia munda sunt uobis.

Lact.Fir.li.iiii.ca.xxvi.diui.insti. Lacti.Fir.

Apparet nullam aliam spem uitæ homini esse pro positam: nisi ut abiectis uanitatibus: & errore mi serabili deū cognoscat: & deo seruiat: nisi huic tē porali renunciet uitæ: ac se rudimentis iusticiæ ad cultum religionis instituat. Hac enim conditione gignimur: ut generati nos deo iusta & debita ob sequia præbeamus: Hunc solum nouerimus: hūc sequamur: hoc uinculo pietatis obstricti deo & re ligati sumus: Vnde ipsa religio nomē accepit.

Lactan Fir.li.vi.ca.i.&.ii.

Non enī religio cælestis constat ex rebus corruptis: sed ex uirtutibus: & eo cultu qui oritur in cælo in quo mens colentis se ipsam deo immaculatam ui ctimam sistit. Quisquis igitur præceptis cælestibus obtemperauerit: hic cultor est ueri dei cuius sacri ficia sunt: mansuetudo animi: & uita innocens: & actus boni: quæ omnia qui exhibet totiens sacrifi cat: quotiēs bonum aliquod ac pium fecerit: Itaq; in aram dei: quæ uere maxima est: quæ in homine cordis collata inquinari nō potest sanguine: iusticia imponitur: patientia: fides: innocentia: castitas: ab stinētia: Hic ē uerissimus ritus: hæc illa lex dei (ut a Cicerone dictum est) ꝓclara & diuina semp quæ recta & hōesta iubet: uetat praua & turpia: cui pa rentem sanctissimæ: ac certissimæ legi: iuste ac legi time necesse est uiuere: Cuius legis pauca equidē capita in sequentibus ponam: Si quis autē omnia comprehendere uolet: ex fonte ipso petat unde ri uus iste manauit.

Idem li.de ira dei ca.xi.

Religio esse non potest ubi metus nullus est.

Isydorus in Synonimis. Isydorus

Professionem tuam habitu et icessu demonstra: ut sit ingressu tuo simplicitas: in motu puritas: in ge stu grauitas: in incessu honestas.

Idem de summo bono li.iii.

Qui ad ostensionem sanctitatis prætendit: ut aliis quandoq; præesse desyderet: ille non est discipulus Christi: sed prauitatis sectator existit: quia nō pro deo: sed sæculi honore studet portar crucis laborē.

Isydorus: & habet di.lxxxi.c.Valet.

Valet interdum cōuersis pro salute suæ animæ mu tatio loci: Plerunq; enim dum mutatur locus: mu tatur mentis affectus: Congruum est ergo & inde etiam corporaliter euelli: ubi quisq; illecebris de seruiit. Nā locus ubi qsq; praue uixerit i aspectu

mentis appõit quod sæpe ibi quisq; cogitauit: uel gessit. Bernardus homelia.iiii.super Missus est.

Bernardus

· Video (q; non parum doleo) post spretam sæculi põpam: non nullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere: ac sub alis mitis humilisq; magistri grauius insolescere: & impatientes amplius fieri in claustro: q̃ fuisset i sæculo. Ibidẽ.

· Pleriq; in domo dei non patiuntur i contemptu haberi: qui in sua domo non nisi contemptibiles esse poterant: ut qui uidelicet ubi a pluribus honores appetuntur: ibi locum habere non meruerunt: saltem ibi honorabiles uideantur: ubi ab omnibus honores contemnuntur.

Hugo

Hugo de claustro animæ li.i.

· Abundans est pauperi religio: mediocri sufficiens: tolerabilis diuiti: infirmis larga: delicatis compatiens: fortioribus moderata: poenitentibus misericors: peruersis seuera: bonis optima: hæc sunt beneficia religionis.

Macrobi⁹.

Macrobius saturnalium li.iii.

Religiosi sunt q facienda & uitanda discernunt.

Vale.max.

Val.maximus li.i.titulo de religione.

Tantum autem studium antiqs: non solum seruandæ: sed etiam amplificandæ religionis fuit: ut florẽtissima tũ & opulentissima ciuitate decem principum filii senatusconsulto singulis Hetruriæ populis pcipiendæ sacrorum disciplinæ gratia tradderent.

Vale.maximus li.iii.

Publica religione consecrata uirtus nulla priuata laudatione indiget.

Cicero

Cicero li.ii.de legibus.

Ad diuos adeunto caste: pietatem adhibento: opes amouẽto: q secus facit: deus ipse uindex erit. Ibi.

Caste iubet lex adire ad deos animo uidelicet i quo sunt omnia. nec tollit castimoniã corporis: sed hoc oportet intelligi cum multum animus corpore præstet: obserueturq; ut casta corpora adhibeantur: multo esse in animis id seruandum magis. Nam illud uel aspersione aquæ: uel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate uanescẽt: nec manibus ullis elui potest.

Cicero Ibidem.

Affert enim hæc opinio religionem utilem ciuitatibus: si quidem & illud benedictum est a Pythagora doctissimo uiro: tũ maxime pietatem & religionem uersari in animis: quum rebus diuinis operã daremus: & quod Thales qui sapientissimus inter septem fuit: homines existimare oportere deos oĩa cernere: deorum omnia esse plena: fore enim oẽs castiores: ueluti quo infans esset maxime religiosus: Est enim quædam opinione species deorum in oculis: non solum in mentibus: Eandemq; rationẽ luci habent in agris.

Cicero li.ii.de legibus.

Quum consulerent Athenienses Apollinẽ Pithiũ quas potissimum religiones tenerent: oraculũ editum est: eas quæ essent in more maiorum: Quo cum iterum uenissent: maiorumq; morẽ dixissent sæpe esse mutatũ: quæsiuissẽtq;: quem morẽ potissimũ sequerentur e uariis: respondit optimũ. Et pfecto ita est: ut id habendum sit antiquissime: & deo pximum: quod sit optimũ. Ibidẽ.

Poena uero uiolatæ religionis iustã recusationẽ non habet. Cicero de natura deorum li.ii.

Cultus autem deorum est optimus: idẽq; castissimus: atq; sanctissim⁹: plenissimusq; pietatis: ut eos semper pura integra incorrupta & mente: & uoce ueneremur. Cicero ibidẽ.

Qui autẽ omnia quæ ad cultum deorum pertinerẽt: diligenter retractarent: & tanq̃ relegerent: sunt dicti religiosi ex relegẽdo: ut eligẽtes ex eligendo: tanq̃ a diligendo diligentes: ex intelligendo intelligentes. Cicero li.ii.de diuinatione in fine.

Nec enim supstitione tollenda religio tollit'. Ibidẽ.

Nam & maiorum instituta tueri sacris cerimoniisq; retinendis sapientis est.

Cicero ibidem.

Quãobrem ut religio propaganda etiã est: quæ est iuncta cum cognatione naturæ: sic superstitionis stirpes omnes eiiciendæ.

Isocrates ad Dimonicũ ser. admonitorio. Isocrates

πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς: μὴ μόνον θύων: ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων: ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας σημεῖον: τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκαγαθίας τεκμήριον.i.

Primum quidẽ igitur cole quæ ad deos: non solum sacrificans: sed iuriibusiurandis permanens. Illud quidem enim pecuniarum abundantiæ signum: hoc autem morum probitatis coniectura.

Idem ibidem.

τὸν μὲν θεὸν φοβοῦ.i. Deũ quidẽ time.

Periander. Periander

εὐσέβειαν ἔχου idest Religionem habe.

Menander. Menãder

θνητὸς πεφυκώς: μὴ φρόνει ὑπὲρ θεόν.i.

· Mortalis natus ne quæras sapere supra diuũ. Idẽ.

θεὸν σέβου: καὶ πάντα πράξεις εὐθέως.i.

Deum cole: & omnia facias diuine. Idẽ.

ὑπὲρ εὐσεβείας: καὶ λάλει καὶ μάνθανε.i.

Pro religione: & loquere: & disce.

Dantes paradisi canti.xxii. Dantes

Pier comincio senza oro & argento:

Et io cum oratione & cum digiunar

Et Francescho humilmente el suo conuento.
Et se guardi el principio di ciascuno:
Poscia riguardi lha doue e transcorso:
Tu uederai del biancho facto bruno.

Remedium graece φαρμακόν.ου.τό. dicitur. Remedium auté duplex: Cōtra malum. s. impediens futurū: & remouens malum pñsens: ex. b. Tho. i. secundae. q. xlii. ar. vi.

Reminiscétia graece ἀνάμνησις.ιοσ.ἡ. dicitur. Est aūt reminiscentia inquisitio eius quod excidit a memoria: & prior ea est tantum in parte sensitiua: & tantum in homine: secūdum bea. Tho. i. parte quaestio. lxxviii. articu. iiii. De hac materia habes supra in Memoria.

Remuneratio graece ἀντιδωρον.ου.τό. & ἀντιδωρεῖν remunero dicitur. Est autem remuneratio idē qd retributio.

Ren graece νεφρός.οῦ.ὁ. & νεφρῖτις.ιδος.ἡ. morbus renū: qui & nephritis dicitur. Renes autē: ut Varoni placet: dicti sunt: q inde riui obsceni humoris oriant.

Renunciatio graece ἀπόρρησις.ιοσ.ἡ. & ἀπορρέω renuncio dicit. Est autē renunciatio rei: uel iuris proprii facta sciēter legitima refutatio: ut habetur. vii. quae. i. capi. Quā periculosum.

Renuncio aliquando pro nuncio accipitur. Seruius Sulpitius. Postq̄ mihi renunciatum est de obitu Tuliae filiae tuae. Aliquando pro renuo: unde renūciatio de qua supra.

Reprobatio graece ἀποδοκιμασίς.ιοσ.ἡ. & ἀποδοκιμάζω reprobo & ἀδόκιμος.ου.ὁ. reprobus dicitur. Reprobatio dei est pars prouidentiae respectu eorū: qui excidunt a beatitudine: Sicut praedestiatio respectu eorum qui diuinitus ordinantur ad eā: secundum bea. Tho. i. parte. q. xxiii. ar. iii. ca. Est autē reprobo cōpositum a pbo: sicut & cōprobo et oppositū.

Reptile gce ἑρπετόν.ου.τό. & ἕρπω repo dicitur. Est autem Reptile animal cuius corpus non multum eleuatur a terra p instrumenta motus: Sed repit ui costarū: ut serpés. Vel ui annulorū: ut annulosa: uel in oris: ut quidā uermis: Vel ui pennularū: ut pisces: ex bea. Tho. i. parte. q. lxxii. ar. ii.

Reptile dicitur a repto: qd est diminutiuū de repo.

Res graece πρᾶγμα.ατος.τό. dicitur. Significat autē res statutum: ac conditionem: unde res publica: & res priuata dicit: res meae: tuae: bonae: malae uocatur. Cicero. Id. n. re b'nis. mime aducebat: hoc ē statui nro. Aliq̄ res est quae a persona distinguitur. Vnde argumentorum loci sunt a rebus: & a personis. Interdum pro cōmercio. Vt res est mihi cum homine iniusto. Nō nunq̄ pro causa: ut ea re: qua de re: quamobrem. i. propter quam causam: ea de re: ob eam causam: ab re: sine causa. Res comperendinata dicitur: Quū causa: hoc est iudicium in diē tercium cōstitutum est. Res imperium aliquādo significat. Virg. Post q̄ res asiae.

Respectus graece περίβλεψις.ιοσ.ἡ. & περιβλέπω respicio dicitur. Est autem respectus ratio qua ad aliquid agendum mouemur. Plynius. Namq; eo respectu cōmotus abscesserat. Interdum significat ipsam retrospectionem. Plautus. Et me respectu terruit. Dicit autem a respicio: qd est retro aspicio: siue rursus aspicio.


Respublica graece πολιτεία.ας.ἡ. & πολιτεύομαι. rēpu. gero dicitur. Est autē respublica paucorum potestas i qua censu magistrat' declarantur: secundū Aristotelen libro. i. Rhetoricorum.


Respublica est institutio ciuitatis circa magistratus: honoresq; publicos: queādmodum debeat impartiri: & in quo potestas: authoritasq; summa debeat consistere: & qui sit finis cuiusq; societatis: secundum Aristo. li. iiii. Polyticorū.

Respublica est res populi: secundum augustinum. libro. i. de ciui. dei.

Respublica est quoddam corpus compaginatū ex membris: quod diuini muneris beneficio animat: & summae aequitatis agitur nutu: & regitur quodam lumine rationis: secundum Plutarchum in Insti. Traiani. Isocrates

Isocraters sermone admonitorio ad Dimonicū. ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος ἀλλ' ἐνδοξότερος. πολλῶν γὰρ χρημάτων κρεῖττον ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος.

A cōmunibus administrationibus discede non ditior: sed gloriosior. Multis enim pecuniis praestantior a multitudine laus. De hac materia habes supra ubi Amor patriae: & ubi Patria.


Restitutio graece ἀποκατάστασις.ιοσ.ἡ. & ἀποκαθίστημι restituo dicitur. Est autem restitutio in primum statum ipositio: ut habetur. ff. de uerb. signi. l. Restituere.

Restitutio est actus iustitiae cōmutatiuae: quia nihil

aliud uidetur esse: q̃ aliquem statuere in possessio/
nem rei suæ: secundum bea. Tho. secunda secun/
dæ quæstio. lxi. principio.

Restitutio a restituo fit. Restituo autẽ a statuo. Est
autem restituere modo reddere. Terentius Gna/
tum ei restituit. Modo in pristinum statum reduce
re. Iustinus. Hunc regno a patre priuatum filius
restituerat. Hinc restitutio ipsa repositio dicit᷑. Ca
ius iurisconsultus: Restituere inquit plus est q̃ ex/
hibere Nam exhibere est præsentiam corporis p̄/
bere. Restituere uero est etiam possessorem facer:
fructus q; reddere.



Esurrectio græce ʼανά/
στασισ. ιοσ. ἡ. & ʼα/
νίστημι resurgo dicit᷑.
Est autem resurrectio a
morte ad uitam repara/
tio. uel sic.
Resurrectiõ est ab eo qđ
cecidit: & dissolutũ est
iterata unio.

Resurgo componitur ex re & surgo: Surgo autem
ex sursum & rego: quod proprie significat erigor:
Surgere etiam pro crescere metaphoricos accipi/
tur. Virg. Ascanium surgentem: & spes hæredis
Iuli. Respice. Veteres surrego pro surgo, dicebãt:
unde Surrectio deriuatur. Resurgere est rursus
surgere. Hinc resurrectio quæ proprie de defun/
ctis dicitur. Iob cap. xviii.

Iob. · Scio q̧ redemptor meus uiuit: & in nouissimo die de
terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pel
le mea: & in carne mea uidebo deum: quem uisu/
rus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt: &
non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.
Isaias capitu.

Isaias · Resurgent mortui: & suscitabuntur qui sunt in se/
pulchris. Esdre. iii. ca. xiiii.

Esdre Iudicium post mortem ueniet. Ibidẽ.

Quando iterum reuiuiscemus. Ibidem.

Iustorum nomina patebunt: & impiorũ facta osten
dentur. Ezechiel ca. xxxvii.

Ezechiel. · Ossa arida: ecce ego dabo uobis spiritũ: & uiuetis:
dabo super uos neruos: & succrescere faciam su/
per uos carnem. Ibidem.

Et accesserunt ossa ad ossa: unum quodq; ad iunctu
ram suam. Ibidem.

Ecce ego aperiam tumulos uestros: & educam uos
de sepulchris uestris. Daniel ca. xii.

Daniel · Et multi de his qui dormiunt in puluere terræ: eui/
gilabunt. Matthæus ca. xxiiii.

Matthæ⁹. De die autem illa: & hora: nemo scit: neq; ãgeli cæ/
lorum: nisi pater solus. Matthæus ca. xxvii.

· Multa corpora sanctorum: qui dormierant resurre
xerunt. Pau. primæ ad Corinthios. c. xv. Paulus

· Christus resurrexit a mortuis: primitiæ dormientiũ.
Augustinus in Enchiridion. Augustin⁹

· Resurgent sanctorum corpora sine ullo uitio: sine
ulla deformitate: sine ulla corruptione: sine diffi/
cultate: i quibus tanta facilitas: q̃ta fœlicitas erit.
Augusti. de ciui. dei li. xxii.

Tibi absit: q̧ ad resuscitanda corpora uitæ q; reddẽ
da non possit omnipotentia creatoris omnia reuo
care: Quę uis bestiæ uel ignis assumpsit: uel i pul
uerem cineremue collapsum: uel in humorem so/
lutum: uel qđ in auras ẽ exaltatum: Absit ut sin⁹:
illud secretũq; naturæ ita recipiat aliquid subtra/
ctum sensib⁹ nostris: ut omnium creatoris: aut co
gnitionem lateat: aut refugiat potestatem.
Hiero. epistola. i. siue Ruffini Aquilegien Hierony⁹.
sis præsbyteri ad Laurentium papã.

Sed infideles clamant & dicunt. Quomodo potest
caro: quæ putrefacta dissoluitur: aut in puluerem
uertitur: maris etiam interdum profundo sorbet᷑:
fluctibus q; dispergitur: colligi rursum: & reinte/
grari in unum corpus? & ex anima hominis repa/
rari: Ad quos primam interim responsionem ser/
monibus Pauli faciamus: dicentis eis: Insipiẽs tu:
quod seminas non uiuificatur: nisi prius moriat᷑:
& quod seminas: non corpus quod futurum est se/
minas: sed nudum granum tritici: aut alicuius cæ
terorum seminum. Deus autem dat corpus: prout
uult: Quod autem in seminibus quæ in terram ia
cis per annos singulos fieri uides: hoc in tua carne
quæ lege dei seminatur in terra futurum esse non
credis? Cur quæso tam Angustus & inualidus di/
uinæ potentiæ æstimator es: ut dispersum uniuscu
iusq; carnis puluerem in suam rationem colligi: &
reparari posse non credas? An non censeas quum
uideas q̧ etiam mortale ingenium demersas in p̄
fundum terræ metallorum uenas rimatur? & arti
ficis oculus aurum uidet in quo imperitus terram
putat? Hæc cur quidem non concedimus ei qui fe
cit hominem: quando tantum is qui ab ipso factus
est assequi potest? Et cum auri propriam uenam &
argenti aliam: æris quoq; longe disparem: ferriq;
ac plumbi diuersam intra speciẽ terræ latere mor/
tale deprehendat ingenium: diuina uirtus inueni
re posse ac discernere non putabitur uniuscuiusq;
carnis proprium sensum? etiam si uideatur disper/
sus. Sed ad hæc tentemus animas quæ deficiũt in
fide naturalibus ratiõibus adiuuare. Si quis diuer
sa semina in unum permisceat: & hæc idiscreta se
minet: uel passim spargat in terram: non ne unius
cuiusq; seminis granum quocunq; loci iactum fue
rit: competenti tempore secundum naturæ suæ
speciem germen producet: ut statum suæ formæ

ſuiq; corporis reparet? Itaq; ergo uniuſcuiuſq; car
nis ſubſtantia q̃uis uarie diuerſeq; diſperſa ſit:
ratio tamen ipſa quæ ineſt unicuiq; carni eſt imor
talis: quia immortalis animæ caro eſt: ex eo tempo
re quo ſeminatis in terram corporibus: primum
ueri dei uoluntati arriſit: collectum terræ attra/
ctumq; ſubſtantiæ ſuæ ſenſum reddit: ac reparat
i illam ſpeciem: quam mors aliquãdo diſſoluerat.
Et ita fit unicuiq; aiæ: ut nõ ad confuſum: aut ex/
traneum: ſed ad ſuum quod habuerat reparetur.
Cõſequenter põt ꝓ agonibus præſentis uitæ cum
aïa ſua caro: uel pudica coronari: uel ĩpudica puni
ri: Et ideo ſatis caute eccleſia nr̃a fidẽ Symboli do/
cet: quæ in eo quod cæteris tradidit carnis reſurre/
ctionem: uno addito ꝓnoĩe tradidit huius carnis
reſurrectionem: Huius ſine dubio: quã habet is q
profitetur ſignaculo crucis frõti ĩpoſito: quo ſciat
unuſquiſq; fidelium, carnem ſuam: ſi mundã ſer/
uauerit a peccato: futurã eſſe uas honoris: utile do
mino: ad omne opus bonum paratum. Si uero cõ/
taminatam in peccatis: futurum eſſe uas iræ ad in
teritum. Iam uero de ipſa reſurrectiõis gloria & de
ꝓmiſſionis magnitudine: Si qs plenius ſcire deſy/
derat: in oĩbus poenæ uoluminib⁹ diuinis inueniet
indicari. Ex qbus nos commotionis tantummodo
grã pauca pñti loco memorantes: Finẽ iniuncti a
te opuſculi faciemus. Igr̃ apoſtolus Paulus ꝙ re/
ſurgat mortalis caro aliis multis aſſerit argumẽtis:
dicens. Q̃ ſi reſurrectio mortuorum nõ eſt: ergo
Chriſtus non reſurrexit. Si autem Chriſtus nõ re/
ſurrexit: inanis eſt prædicatio noſtra: uacua eſt &
fides nr̃a. Et Paulo poſt. Nunc aũt Chriſtus reſur
rexit a mortuis initium dormientium: Q̃m qdem
p hoĩem mors: & p hominem reſurrectio mortuo/
rum: Sicut.n.in Adam oẽs moriuntur: Ita in Chri
ſto oẽs uiuificabunt̃. Vniuſcuiuſq; aũt ĩ ſuo ordĩe
initium Chriſtus: Deinde hii q ſunt Chriſti ĩ aduẽ
tu eius: deinde finis. Et ĩ ſequentibus addit & hæc.
Ecce myſterium uobis dico. Oẽs qdẽ reſurgemus:
nõ omnes autem imutabimur: ſiue ut ĩ aliis exẽpla
ribus ĩueniemus. Oẽs qdem dormiemus: oẽs autẽ
imutabimur: in momento ĩ ictu oculi: ĩ nouiſſima
tuba. Canet.n.tuba: & mortui reſurgent ĩcorru/
pti: & nos imutabimur. Sed & ad Theſalonicẽſes
nihilominus ſcribẽs dicit. Nolo autẽ uos ignorare
fratres de dormientib⁹: ne cõtriſtemini ſicut cæteri
q ſpem non hñt. Nam ſi credimus ꝙ Ieſus mortu⁹
& reſurrexit: ita & de⁹ eos q dormierunt p Ieſum
adducet cum illo. Hoc.n.uobis dicimus ĩ uerbo do
mini: qa nos q uiuimus: q reliq ſumus ĩ aduẽtu do
mini præueniemus eos q dormierunt: qa ipſe do/
minus ĩ iuſſu: & in uoce Archangeli & tuba dei:
deſcendet de cælo: & mortui q in Chriſto ſunt re/
ſurgent primi. Deinde nos q uiuimus qui reliq ſu
mus ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam
Chriſto ĩ aera: & ita ſemp cum dño erim⁹. Verum
ne exiſtimes hæc Pauli ſolius quaſi nouella prædi
catione ſignari. Audi ẽt qd Ezechiel ꝓpheta olim
p ſpiritum ſanctum prælocutus ſit. Ecce inqt ego
aperiam ſepulchra ueſtra: & educam uos de ſepul
chris ueſtris. Iob quoq; myſticis redundans elogiis:
audi q̃ euidẽter reſurrectiõem mortuoꝝ prædicet:
Eſt⁹ (igr) arbori ſpes: Si.n.abſciſa fuerit: iteꝝ pullu
labit & uirgultũ eius nunq̃ deficiet. Q̃ ſi ſenue/
rit: in terra ẽ radix eius. Si uero ĩ petra emortuus
fuerit truncus: ab odore aquæ reflorebit: & faciet
fruticem ſicut nouella. Vir uero ſi mortu⁹ fuerit:
abierit? Et mortalis ſi ceciderit: ultra non erit? Nõ
tibi uidetur in uerbis his cum quodam pudore ar/
guere homines & dicere. Ita ne ſtultum eſt hoĩum
genus: ut quum uideant exciſæ arboris truncum
rurſum pullulare de terra: & lignum emortuum ite
rum uitam recipe: ipſis ne lignis qdem aliqd ſimile
de ſe met ipſis nec arboribus opinentur? Vt autem
ſcias ꝙ ueluti interrogantis modo legẽdum ſit qd
dixit: mortalis autem quum ceciderit: non reſur/
get? de cõſequẽtibus ꝓbat. Subiungit nãq; ſtatim.
Si.n.mortuus fuerit homo uiuet. Et paulo poſt di/
cit. Expectabo uſq; quo iterum fiam. Et iteꝝ idẽ
dicit. Qui reſuſcitaturus eſt ſup terram pellẽ meã:
quæ hæc nunc haurit. Hæc qdem ad ꝓbatõem di
cta ſunt ꝓfeſſionis nr̃æ: qa confitemur in ſymbo/
lo huius carnis reſurrectionẽ. Q̃d.n.adiunctum ẽ
huius. Vide q̃ conſonum ſit oĩbus his quæ de diui/
nis uoluminibus memorauimus. Quid.n.aliud in
dicat̃ ĩ dictis Iob quæ ſuperius expoſuimus? Quia
quum dicit: reſuſcitabit pellem meam: quæ hæc
nunc haurit.i.quæ iſta tormenta perpetitur: non
ne apte dicit huius carnis reſurrectionẽ futuram:
huius inq̃ quæ tribulationum & tentationum cru
ciamẽta quæ ſunt nunc ſuſtinet? Sed & apoſtolus
quum dicit. Oportet.n.corruptibile hoc induere
incorruptionem: & mortale hoc induere imortali
tatem. Nunquid non corpus ſuum quodammo/
do contingentis & digito palpantis eſt uox? Hoc
ergo quod nunc corruptibile corpus eſt. Reſur/
rectionis gratia incorruptibile erit: & hoc quod
nunc mortale eſt: immortalitatis uirtutibus in/
ducitur. Vt ſicut Chriſtus reſurgens a mortuis
ultra iam non moriturus: mors ei ultra non do/
minabitur: ita: & qui in Chriſto reſurgent: nec
corruptionem ſentient ultra: nec mortem: non
natura carnis abiecta: ſed conditione eius: &
qualitate mutata. Erit ergo corpus quod re/
ſurget a mortuis incorruptibile & immortale:
non ſolum iuſtorum: ſed etiam peccatorum. Iu/

ctorum quidem: ut semper possint permanere cum Christo. Peccatorum uero: ut absq; interitio ne sua debitas luant poenas: Quod auté iusti sem per cum domino Christo permaneant: iam & i su/ perioribus edocuimus. ubi ostendimus: quia apo/ stolus dicit. Deinde nos qui uiuimus: qui reliq su/ mus: simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & ita semper cum domino erim'. Nec mireris: si caro sanctorum i tantam gloriam ex resurrectione mutabitur: ut i occursum dei su/ spensa nubibus & aere uecta rapiatur: quum ipse apostolus exponens quantum conferat deus his q diligunt eum dicat. Qui transmutauit corpus hu militatis nostræ cóforme dei corpori claritatis suæ. Nihil ergo absurdum est: Si sanctorum corpora di cantur nubibus i aera sustolli: cum ad formá cor/ poris Christi quod in dextera sedet dicantur refor manda. Sed & hoc sanctus apostolus uel de se uel de cæteris sui loci: uel meriti addidit & dixit. Quia consuscitabit nos cum Christo: simulq; faciet se/ dere in cælestibus. Vnde cum hæc & eorum simi/ lia q plurima sancti dei in repromissionibus habe/ ant i resurrectióne iustorum: non erit iam difficile credere etiam illa quæ prophetæ prædixerant: q; iusti scilicet fulgebunt sicut sol: & sicut splendor firmamenti in regno dei. Cui enim difficile uide/ bitur eos fulgorem solis habituros ac syderum: ac firmamenti huius splendore decoratos: qbus uel uita: uel conuersatio angelorum dei paratur i cæ/ lis: uel conformandi dicuntur ad gloriam corpo/ ris Christi? Ad quam gloriam saluatoris ore pro/ missam respiciens sanctus apostolus dixit. Quia seminatur corpus animale: resurget corpus spiri/ tale. Si enim uerum est: Sicut certe uerum est: q; iustos quoq; & sanctos angelorum consortiis so/ ciabit diuina dignatio: certum est: q; & corpora eo rum in spiritalis corporis gloriam uertet. Nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem uideatur esse promissum. Si eni credimus secundum ea quæ scripta sunt: q; accipiés deus limum terræ: plasma uit hominem: & hæc fuit natura corporis nostri: ut uoluntate dei terra uerteretur i carnem: cur ti/ bi aut absurdum aut contrarium uidetur: Si iisdé rationibus quibus terra proficisci dicitur i corpus animale: rursum corpus animale in corpus profi/ cisci spiritale credatur? Hæc quidem atq; his simi/ lia multa ienies i scripturis diuinis de resurrectio ne iustorum. Dabitur autem etiam peccatoribus: ut supra diximus: incorruptionis & immortalita/ tis ex resurrectione conditio: ut sicut iustis deus mi nistrat ad perpetuitatem gloriæ: ita peccatorib' ad prolixitatem confusionis ministret: & poenæ. Sic enim propheticum diffinit eloquium: cuius & pau lo ante meminimus: ubi dicit. Et multi resurgent de terræ puluere: hii quidem i uitam æternam: hii autem i confusionem: & opprobrium æternum.

Hieronymus Epistola. ii.

Resurrectionem et carnis confitemur & credimus: ut dicamus nos i eadem i qua nunc sumus ueritate membrorum esse reparandos: qualesq; semel post resurrectionem fuerimus effecti i perpetuum per/ mansuros. Grego. li. xiiii. moral. sup il/ lud Iob. Scio q; redemptor meus uiuit &c. Gregorius

Redemptor noster suscepit mortem: ne mori time/ remus: ostendit resurrectionem: ut nos posse resur gere confidamus.

Gregorius i homel. tractans illud Ioannis. xx. Quia uidisti me Thoma &c.

Non casu factum est: ut discipulis dominum uiden/ tibus post resurrectióem: elect' ille discipulus tunc deesset: post autem ueniens audiret: audiens dubi/ taret: dubitans palparet: palpans crederet: Nó ca su gestum est: sed uidendo & palpando factus est te stis ueræ resurrectionis.

Gregorius super illud Matthæi ultimo. Quidam autem dubitauerunt.

Qd discipuli tarde crediderint: non tam ifirmitas il lorum q nostra firmitas fuit: nam illis dubitanti/ bus resurrectio multis argumentis monstratur: qa & comedit: & se oculis uidendum: & manibus pal pandum: & contractandum præbuit: quod de solo spiritu esse non potest: Minus inquit Maria Ma/ gdalene præstitit: quæ statim credidit: q Thomas qui diu dubitauit.

Gregorius li. xiiii. Moralium.

Sunt non nulli cósyderantes: q; spiritus a carne sol/ uitur: q; caro i putredinem uertitur: q; putredo in puluerem redigitur: q; puluis i elementis soluitur: ut nequaq ab humanis oculis uideat': resurrectio/ nem fieri posse desperant: & dum arida ossa respi/ ciunt: hæc uestiri carnibus: rursum quo ad uitam uiridescere posse diffidunt. Qui si resurrectióis fi/ dem ex obedientia non tenent: certe hanc tenere ex ratione debuerant. Quid. n. quottidie nisi resur rectióem nřam i elemétis suis mundus imitat'. Ná p momćta temporum cernimus arbusta uiriditaté foliorum amittere: a fructuum platione post largitio nem cessare: & ecce subito quasi ex arescéti ligno uelut quadam resurrectione ueniente uidemus fo lia erumpe: fructus grandescere: & totam arboré rediuiuo decore uestiri. Ibidem.

Consideremus paruum cuiuslibet arboris semen quod ifra iacitur: ut arbor ex illo pducat': & com/ prehendamus: Si possumus: ubi in illa tanta par/ uitate seminis tam immensa arbor latuit: quæ ex illo processit: ubi lignum: ubi cortex: ubi uiridi/

tas foliorum: ubi ubertas fructuum: Nunquid nõ
in semine tale aliquid uidebatur: quum in terra ia
ceretur? Quid ergo mirum si tenuissimum pulue/
rem a nostris oculis in elementis redactum: quum
uult deus in hominem iformat: qui ex tenuissimis
seminibus immensa arbusta reintegrat.

Io. Chrys. Io. Chryso super illud Matthæi. xxii. Qui
dicunt non esse resurrectionem.

In omni re: aut actu uirtus agendi spes est futuri.
Qui enim arat: arat ut metat: qui pugnat: pugnat
ut uincat: & post pauca: tolle ergo spem resurre/
ctionis: & resoluta est obseruantia omnis pietatis.
De hac materia habes supra in Iudicium finale.

Retributio græce ἀνταπόδοσις. ιος. ἡ.
uel ἀνταπόδομα. ατος. τό. & ἀν/
ταποδίδωμι retribuo dicitur. Est au/
tem idem quod remuneratio: a retribuoq; uenit:
quod est remuuero.

Reuellatio græce ἀποκάλυψις. ιος. ἡ.
& ἀποκαλύπτω reuello dicitur. Re/
uello addit supra uisionem intelligentiam
uisorum. secundum. b. Tho. super epistola scda ad
Cor. c. xii. co. i. fi.

Reuerẽtia græce αἰδώς.
όος. ἡ. & αἰδέομαι
reuereor dicitur. Est au
tem reuerentia honor
exhibitus in testimoni/
um uirtutis.
Reuerentia est timor
initialis & castus. Ta/
men capi potest in bo/
no: & in malo: sicut etiam confusio idest erubescẽ
tia. scdm. b. Tho. super ps. xxxiiii. co. xvii.

Reuereri est actus timoris: & ut debet deo: est actus
latriæ. scdm eundem scda scdæ. q. lxxxi. ar. ii.

Reuereri est honorare: a quo reuerẽtia honor: quẽ
tam i uerbis: q̃ in factis alicui exhibemus. Quare
rem aliquam turpem nominaturi: solemus dicere
salua reuerentia: saluo honore: Item reuerendus
dignus reuerentia: & reuerenter cum reuerentia.
Reuereor autem componitur ex re: & uereor. Est
autem uereri timere cum pudore quodã erga eum
quem metuimus. Qdam tamen hæc separãt sic:
q̃ uereri sit hominis liberi: Timere serui: q̃ ille pu/
doris: hic poenæ metu teneatur.

Petrus. Petrus apostolus primæ. c. ii.

Omnes honorate: Fraternitatem diligite. Deum ti/
mete. Regem honorificate. Serui subditi estote in
omni timore dominis: non tantum bonis: & mode
Hierony. stis: sed etiam discolis. Hieronymus ad Ne
potianum: & habetur di. lxxxxv. c. Esto.

Esto subiectus pontifici tuo: & quasi parentem ani/
mæ ama: sed episcopi sacerdotes sciant se esse: non
dominos. Honorent clericos: quasi clericos: ut ip/
sis epis honor deferatur. Scitum est illud oratoris
Domicii. Cur ergo iquit te habeam ut principem:
quum tu non me habeas ut Senatorem?

Gregorius super Ezechielem. Gregorius

Boni reuerendi sunt: ne offendantur: ne fortasse p
eos ille prouocetur ad iram: qui eorum corda sem/
per inhabitat.

Isydorus li. iii. de Summo bono. Isydorus.

Chaim filii Noe scientia damnantur: qui suorum
propositorum culpas in publico produnt: habituri
Sem & Iaphet: si reuerenter operiuntur.

Glosa ecclesiastici. iii. super illud. Honora Glosa
patrem tuum ut superueniat tibi bene: &c.

Cham nuditatem patris irrisit: & semen suum i ser
uitutem ppetuam damnauit: Absalon quoq; Da/
uid de regno expulit: & concubinas eius iucæsta/
uit: sed morte condignas poenas luit: Helisei cal/
uicium pueri Bethel irriserunt: & duo ursi de sal/
tu ex eis quadraginta duos lacerauerunt: quia pue
rilis stulticia iudeorum in caluariæ loco Christum
crucifixum irrisit: sed quadragesimo secundo an/
no post ascensionem eius duo ursi Vespesianus &
Titus de saltu gentium egressi illusores sæuissime
laniauerunt.

Boetius de philosophica consolatione li. iii. Boetius

Non possumus ob honores reuerentia iudicare di/
gnos: quos ipsis honoribus iudicamus indignos.

Seneca epistola. xl. Seneca

Bonus uir sine deo nemo est. Ille dat consilia ma/
gnifica: & recta: Magnorum fluminum capita ue
neramur: coluntur aquarum calentium fontes: &
stagna: quæ uel opacitas: uel immensa altitudo sa
crauit. Ibidem.

Si hominem uideris: intentum periculis: intactum
cupiditatibus: inter aduersa foelicem: in mediis tẽ
pestatibus placidum: ex superiore loco homines
uidentem: nõ subiicit te ueneratio huius? uis istuc
diuina descendit. Seneca episto. lxv.

Multum egerunt qui ante nos fuerunt: sed nõ per/
egerunt. Suscipiendi tamen sunt: & ritu deorum
colendi: quam uenerationem præceptoribus me/
is debeo: eandem illis præceptoribus generis hu/
mani: a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si con/
sulem uideo aut prætorem: oĩa qbus honor habe/
ri solet faciam: equo desiliam: caput adoperiam:
semitã cedã. Quomodo ergo Marcum Catonẽ:
& Lelium sapiẽtem: & Socratem cum Platone in
animum meum sine dignatione summa recipiam?
Ego illos ueneror: & tantis nobilibus assurgo.

Cicero Tus. quæst. li. ultimo. Cicero.

Adolescentis officium sit maiores natu uereri: atq;

ex his probatissimos eligere quorum consilio utatur. Cicero li. officiorum.

Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus hoies: & optimi cuiusq; & reliquorum.

Val. Max. Valer. Max. li. viii.

Pithagoræ tanta ueneratio ab auditoribus tributa est: ut quæ ab eo acceperant: in disputationem deducere nephas putarent. Qui et iterpellati ad reddendam causam: hoc solum respondebant ipsum dixisse: Magnus honor: sed scholatinus.

De hac materia habes supra ubi Honor: & Laus.

Reus ἔνοχος.ου.ὁ. dicitur: Et est ille q in rem hoc est causam: ac iudicium uocat' est. A quo reus stipulando est q stipulatur. Reus promittendo q suo nomine qd pro altero promittit. Item reus uoti qui suscepto uoto se numini obligat. Damnatus uoti qui promissa uota iam soluit: & sunt propria sacrorum uerba. Reum agere est accusare: Reum peragere est condemnare. Hic reatus de quo supra.

Rigor græce ῥῖγος.ου.τό. & ῥίγιος.ου.ὁ. rigidus dicitur. Est autem rigor ioris excessus: uel austeritas: qui quandoq; statuit ad terrorem aliorum. Rigor uenit a rigeo: qd propne est frigeo: & quoniam quæ frigent horrēt: & durescunt: per metaphoram rigere & rigescere pro indurari accipit'. Hinc rigor non modo p frigore: sed etiam pro duricie capit': & aspitate.

Risus ĝ γέλως.ωτος.ὁ. & γελάσιμος.ου.ὁ. risibilis dicit'. Est autem risus uox confusa lætitiæ insultationē immoderata hilaritate denuncians. scdm Cassiodorum super. ps. Risibile addit aliquam naturam extraneam supra hominem: quæ est præter essentiam hoīs. ex. b. Tho. in quæst. disputatis de ueritate. q. i. ar. v.

Risus a rideo uenit: quod græce γελάω dicitur. Vnde ridiculus adiectiuum: quod est contemptu: & derisione dign'. Ridiculum uero substantiuum significat dictum quod risum potius ĝ derisionem excitat. Hinc ēt arrideo hoc est lætitiam animi ridendo ostendo. Ridiculosus idē ē qd ridiculus.

Isocrates. Isocrates sermone admonitorio ad Dimonicū. μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου. τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον. τὸ δὲ μανικόν. i. Neq; risum petulantem ama: neq; sermonem cum audacia suscipe.

Menāder. Hoc qdē. n. stulti: hoc uero furiosum. Menāder. γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν. i. Risus itempestiuus iter mortales graue malū. Idē. γελᾷ δ' ὁ μωρὸς κἄν τι μὴ γελοῖον ᾖ. i. Ridet autem stultus: & si qd ridiculum non sit.

Rixa græce φιλονεικία.ας.ἡ. & ἔρις rixor dicitur. Est autē rixa audax uoluntas uindicandi iniuriam factam. scdm Albertum magnum li. iii. compendii. c. xvii.

Rixa uidetur quoddam priuatum bellum: quod agitur iter personas priuatas: nō ex aliqua publica authoritate: sed magis ex inordinata uoluntate.

Rixa est contradictio in factis. s. mutua percussio: & particulare bellum: sine authoritate publica. Sed contentio est in uerbis. scdm. b. Tho. secda secundæ. q. xli. ar. i. c.

Rixa a ringo dicit'. Est. n. ringere siue ringi rostrum torquere: quod canes faciant latraturi. Hic ringi pro irasci capitur: & tacitum stomachari. Terenti'. Ille ringitur: tu rides. A rixa fit rixor uerbum: quod est iurgor: contendo. A quo rixosus: contentiosus.

Ros græce δρόσος.ου.ὁ. & δροσερός.οῦ.ὁ. roscidus dicitur. Est autem ros uapor cōcretus i aqua: & neq; sic fuerit æstus: ut exsiccetur: sursum ductus: neq; sic frigus: ut cōgeletur uapor ipse. scdm Arist. li. i. Meteororum.

Ros & pluuia differunt sola quantitate. scdm bea. Tho. super Iob. c. xxxviii. co. vii.

Ros est humor q sereno tempore e cælo fluit. A rore fit rosidus: hoc est rore perfusus. Virg. Sepibus i nostris paruā te rosida mala. Dux ego uester erā: uidi cum matre legentem. Hoc est mala quæ matutino rore humecta sunt.

Ruditas græce ἀπαιδευσία.ας.ἡ. dicitur: & uenit a Rudus qd proprie a ueterib' dr res rudis: aspera: & impfecta. Ideo hoiem impitum rudem nominamus. A quo fit erudio qd est doceo: instruo: & eruditio doctrina: & erudite docte: & ruditas impitia. Rudus nouum: & rudus uetus: & rudis quid sint: uide supra in Eruditio.

Rugitus græce ὠρυγμός.οῦ.ὁ. & ὠρυθμός rugio dicitur. Est autem rugitus uox leōis: & ursi propter uehemētiam doloris: uel famis. Ideo significat uehementiam tristiciæ: & fletus. ex. b. Tho. super. ps. xxxvii. co. vii.

Ruina ĝ πτῶσις.εως.ἡ. & πίπτω a cado dicitur. A ruo uenit ruina quæ proprie significat casum: ponitur q; iterdum p excidio unde ruinosum. Hic Rutum instrumētum rusticum: quod eo ruina eruitur: & rutabulum: qd eo ignis proruatur: ut panes coquantur. Hic ēt ruto uerbum fine e ab eruendo spiritu. licet & cū e scribi possit. Virg. Atq; oēm; cocoti eructat harenam.

Sophocles Sophocles in Aiace.
ἀλλ' ἄνδρα χρὴ κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα
δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.
Sed uirũ oportet: & si corp⁹ natura fortis⁹ sit magnũ
Existimare posse cadere: & a paruo i commodo.

RVmor græce φήμη. Et est noui tas sine certo authore. Quid uero differat a fama: uide supra in Fama.

SAcerdos græce ἱερεὺς. & ἱερωσύνη. sacer dotium dicitur. Est autem sacerdos is q deo dicatus est ad sa crificia facienda. A quo sacerdotium ip sum sacerdotis mu nus officiumq.

Exodi Exodi.c.xix.
· Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificen tur: ne forte percutiam eos.

Leuitici Leuitici.c.xxi.
· Qui habuerit maculam: panes nõ offerat deo suo: nec accedat ad ministerium eius: Si cæcus: si clau dus.

Numeri Numeri.c.xxi.
Homo de semine Aron: qui habuerit maculam nõ offerat panes: coram domino: nec accedat ad mi nisterium eius.

Paralipo. Paralipomenon.c.xxix.
· Vos elegit dominus: ut stetis coram eo: & ministre tis: colatisq eum: cremetisq ei incensum.

Matthæ⁹. Matthæus.c.viii.
Vade & ostende te sacerdoti.

Lucas Lucas.c.xvii.
Ite ostendite uos sacerdotibus.

Ioannes. Ioãnes.c.xx.
· Quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis.

Paulus Paulus primæ ad Chorint.c.iiii.
· Sic nos existimet homo: ut ministros Christi: & di spensatores ministeriorum dei: hic iam quæritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur.

Paulus primæ ad Thimotheum.c.i.
Diacones pudicos: non bilingues: non uinolentos: non turpe lucrum sectantes. Ibidem.
Constitues per ciuitates præsbyteros. Idem.c.v.
· Qui bene præsunt præsbyteri: Duplici honore di gni habentur. Maxime qui laborant i uerbo do ctrinæ. Dicit.n.scriptura. Non alligabis os boui triturãti. Et dignus est operarius mercede sua.

Paulus Ibidem.
· Aduersus præsbyterum accusatõem noli recipere: nisi sit duobus: aut tribus testibus.

Paulus ad Thimotheum secũdæ.c.ii.
· Nemo militans deo impedit se negociis secularib⁹: ut ei placeat: cui se probauit.

Augustin⁹ Aug.li.de corpore dñi: & hẽt.i.q.i.c. Intra.
· Intra catholicam ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis domini: nihil a bono maius: nihil a ma lo minus perficitur sacerdote: qa non i merito cõ secrantis: sed i uerbo perficitur creatoris: & uirtu te spiritus sancti. Si enim i merito esset sacerdotis: nequaq̃ ad Christum pertineret. Nunc autem: si cut qui baptizat ipse Christus est: ita ipse est q per spiritum sanctum hanc suam efficit carnẽ: & trãs fundit i sanguinem. Credendum est.n.q i uerbis Christi sacramenta conficiuntur: cuius prius cre antur imperio: eius utiq uerbo recreantur ad me lius. Aug.& hẽtur di.xxxviii.c. Quæ ipsis.
Quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discen dum.i. sacramentoꝝ liber: lectionarius: antipho narius: baptisterium: computus: canones pœnitẽ tiales: psalterium: homeliæ: per circulum anni i do minicis diebus: & singulis festiuitatibus aptæ: ex qbus omnibus si unum defuerit: sacerdotis nomẽ uix i eo constabit: qa ualde periculosæ euangeli cæ minæ sunt: qbus dicitur: Si cæcus cæco duca tum præstet ambo I foueam cadunt.

Aug.& habetur di.lxxxiii.c.Nemo.
Nemo qppe nocet i ecclesia dei amplius: q̃ q peruer se agens: nomen uel ordinem sanctitatis: & sacer dotis habet. Delinquentem nanq hunc redargue re nullus psumit: & i exemplum culpa uehemen ter extenditur: quando p reuerentia ordis pecca tor honoratẽ. Epus itaq qui talium crimina non corrigit: magis dicendus est canis ipudicus: q̃ epi scopus. Aug.i glosa sup illud primæ Timo thei.v. Qui bene præsunt.
· Præsbyteri qui bene præsunt uita & doctria digni habentur: a subditis duplici honore. s. ut spiritua liter eis obediãt: & exteriora bona ministrent. Bo ni.n. dispensatores & fideles: non solum honore sublimi præmiari debent: sed & terreno: Vt non contristentur idigentia sumptuum: & gaudeant obedientia spir tualium. Instantior.n. fit si nõ hu milietur iopia: & crescit i illo authoritas: quum ui det se ẽt in præsenti laboris fructum peropere: nõ ut abundet: sed ut non deficiat.

August.ad Marcellinum.
Illi nanq i hac uita positi ligandi atq soluendi po testatem habent: q apostolorum exempla & docu menta sequunẽ. Ideo soli Petro cõcessa est: & om nibus suam doctrĩam: & uitam seruantibus. Ma gna est ergo sacerdotum dignitas: qa propter eoꝝ unctionem: & dignitatem multi ex ipsis uirtutes et mirabilia operati sunt: et usum pphetandi ha buerunt: de quorum numero Cayphas pontifex iudeoꝝ fuit: Qui quum pontifex i die uicis suæ a se ipso locut⁹ nõ fuit: sed p grãm sacerdotalis or dis: ac sacræ unctiõis alta uoce clamauit. Expedit nobis: ut unus moriaẽ p populo: ne tota gens pereat.

hoc autem a se ipso non dixit.

Augustinus li. de poeni. & habetur Ibidem di. vi. c. Qui uult. §. Sacerdos.

Sacerdos itaq; cui ois offertur peccator: ante quem statuitur omnis languor: in nullo eorum sit iudicandus: quae in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium qui est iudicandus: condemnat se ipsum. Cognoscat igitur se: & purget in se: quod alios uidet sibi offerre. Caueat ut a se proiiciat quicquid damnosum in alio reperit: animaduertat qd dicitur. Qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat. Ibidem.

Caueat spiritualis iudex: sicut non cōmisit crimen nequiciae: ita nō careat munere scientiae. Oportet ut sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria. n. potestas hoc postulat: ut quod debet iudicare discernat. Diligens igitur inquisitor: subtilis inuestigator: sapienter & quasi astute iterroget a peccatore: quod forsitan ignorat: uel uerecundia uelit occultare.

Hierony. Hierony. & habetur di. xxxii. c. Hospitiolum.

Hospitiolum tuum aut raro: aut nunq̄ mulierum pedes terant. Vide supra i Mulier.

Hieronym. ad Damasum papam de filio pdigo: & habet̄ di. xxxvii. c. Sacerdotes.

Sacerdotes dei omissis euangeliis & prophetiis uidemus comoedias legere. Vide isra in Scriptura sacra. Hieroy. sup Malachiam: & hētur di. i. c. Sacerdotes.

Sacerdotes nomen domini despiciunt: & quantum ad se panem pollutum offerunt: qui ad altare indigne accedunt: qui q̄ dato muneri sacerdotium praesumunt. Idē ad Nepotianum: & hētur xii. q. i. c. Clericus.

Clericus qui Christi seruit ecclesiae interpretetur primum uocabulum suum: & nois diffinitione prolata nitatur esse quod dicitur. Si. n. cleros graece latine sors appellatur: ppterea clerici dicunt̄: quia de sorte domini sunt: uel quia ipse dominus sors. i. pars clericorum est. Et quia t, uel ipse pars domini est: uel & domini partem habet: talem se exhibere debet: ut ipse possideat dominum: & ipse possideatur a domino. Qui dominū possidet: & quum propheta dicit: pars mea dominus: nihil extra dominum habere potest. Qd si quippiam aliud habuerit praeter dominum: pars eius non erit dominus? uerbi gratia: Si aurum: si argētum: si possessiones: si uariam supellectilem: cum istis partibus non dignatur domin' fieri pars eius: Si autem ego pars domini sum: & funiculus haereditatis eius: non accipio partes inter caeteras tribus: sed quasi leuita & sacerdos uiuo decimis & altari seruiens: altaris oblatione sustentor: habens uictum & uestitum his contentus ero: & nudā crucem nudus sequar.

Hierony. in Hieremia: & habetur. di. xlv. c. Recedite.

Sed illud non ociose transeundum est: q uno peccante: ira dei super omnem populum uenit: Hoc quomodo accidit? quando sacerdotes qui populo praesunt: erga delinquentes beniuoli uideri uolētes & uerentes peccantium linguas: ne forte male de eis loquantur: sacerdotalis seueritatis immemores nolunt complere quod scriptum est. Peccantem coram omnibus argue: ut caeteri metum habeāt: & iterum. Auferte malum a uobis ipsis: nec zelo dei succensi imitantur apostolum dicentem. Traddidi huiusmodi hominem Sathanae in interitum carnis: ut spiritus saluus fiat. Neq; illud euāgelii implere studēt: ut si uiderint peccantem: Primo secreto eum conueniant: post etiam duobus: uel tribus adhibitis testibus: qui si contempserit: & post ecclesiae correctionem non fuerit emendatus: de ecclesia expulsum uelut gentilem habeant & publicanum: & dum uni parcunt: uniuersae ecclesiae moliunt̄ interitum: Quae est ista misericordia? quae ista bonitas? Vni parcere: & omnes in discrimen adducere. Polluitur enim ex uno peccatore populus. Sicut ex una oue morbida uniuersus grex inficitur. Sic uel uno fornicante uel aliud quodcunq; scelus committēte plebs uniuersa polluitur. Hinc etiam alibi dicit. Rectorem subditis: pietas matrem: disciplina uero patrem exhibeat.

Hierony. Damaso papae: & habetur. xvi. q. i. Quoniam qcqd.

Quoniam qcqd clerici habent pauperum est. Vide supra in Hospitalitas.

Hierony. super Ezechielem li. ii.

Grandis dignitas sacerdotum: Sed grandis ruina si peccant. Laetamur ad ascensum: sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse: quanti moeroris de sublimioribus corruisse. Nec enim solum pro nostris delictis reddemus rōnem: sed pro omnium quorum abutimur donis: & nequaquam sumus de eorum salute solliciti.

Hiero. super Ageum prophetam.

Consydera sacerdotum esse officium de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est: sciat legem domini. Si ignorat legem domini ipse se arguit non esse sacerdotem. Domini sacerdotis est enim scire legem: & ad interrogationem respondere de lege.

Hierony. epistola ad Nepotianum.

Conuiuia tibi uitanda sunt saecularium: & maxime eorum qui honoribus tument: Turpe est enim ante fores sacerdotis domini: & pauperis crucifixi: & qui cibo quoq; uescebatur alieno lictores consulum: iudicemq; prouinciae: & militer

excubare: Melius est apud te prandere: q̃ in pala/ tio. Ambrosius in epistola ad Vercellen. & habetur di.xxvi.c.Qui sine. Ambrosi⁹.

Qui sine crimine unius uxoris est uir: tenetur ad legem sacerdotii suscipiendi: qui autem iterauerit coniugium: culpam quidem non habet coinquinati: sed prærogatiua exuitur sacerdotis.

Idem i epistola ad Theodosium Impato.

Nihil in sacerdote tam periculosum apud deum: tam turpe apud homines: q̃ quod sentiat ueritatē non libere pronunciare.

Gregori⁹ Gregorius Andreæ Tarentino episcopo: & habetur di.xxxiii.c.Habuisse.

Habuisse te concubinam manifesta ueritate com/ perimus: & te illius criminis participationem ha/ bere: de qua etiam contraria est quibusdam inna/ ta suspicio: Sed quia in reb⁹ ambiguis absolutum non debet esse iudicium: hoc tuæ consciētiæ com/ mittendum eligimus: Qua de re si in sacro ordine constitutus eius te recolis permistione maculatum sacerdotii honore deposito administrandum nul lo modo præsumas accedere: securus i animæ tuæ periculo te ministrare: & deo nostro te sine dubio reddere rationem: si huius sceleris conscius in eo quo es ordine cælans ueritatem permanere uolue ris. Gregorius omnibus per regnum Italicum: & Teutonicorum: & habetur di.lxxxi.c.Si qui præsbyteri.

Si qui præsbyteri sunt: diaconi: uel subdiaconi: qui in crimine fornicationis iaceant interdicimus eis ex parte dei patris omnipotentis: & sancti Petri authoritate: ecclesiæ introitum: usq; quo pœnite/ ant: & emendent. Si qui uero in peccato suo perse uerare maluerint: nullus uestrum eorum præsu/ mat audire officium: quia benedictio eorum uer/ tetur in maledictionem: & oratio in peccatum: te stante domino per prophetam: Maledicam inquit benedictionibus uestris. Qui uero huic saluberri/ mo præcepto obedire noluerint: idololatriæ pecca tum incurrent. Samuele testante: & beato Grego rio instruente: Peccatum ariolandi est non obedi/ re: & scelus idololatriæ nō acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit: quisquis dum Christia num se esse asserit: sedi apostolicæ obedire contē/ nit. Gregorius Simacho: & habetur ibi/ dem.c.Volumus.

Volumus ut sacerdotes prohiberi debeant ne cum mulieribus conuersentur: excepta duntaxat ma tre: uel sorore: uel uxore quæ caste regenda est.

Gregor.in registro: & hētur ibidē.c.Legitur.

Legitur q; beatus Augustinus nec cum sorore habi tare consenserit: dicēs: Quæ cum sorore mea sunt: sorores meæ nō sunt. Docti ergo uiri cautella ma gna nobis debet esse instructio. Greg. Ianua/ rio epo: & hētur di.lxxxi.c.Archidiaconum.

Archidiaconum tuum: ut audio habitare cum mu/ lieribus prohibuisti: & nunc usq; in ea prohibitione despiceris: qui nisi iussioni paruerit: eum sacro or/ dine uolumus esse priuatum.

Greg.ad Hermanum Meteñ epm: & ha/ betur dist.xcvi.c.Quis dubitet.

Quis dubitet sacerdotes Christi regū & principum oiumq; fidelium patres: & matres censeri: non ne insaniæ miserabilis esse cognoscitur? Si filius pa/ trem: discipulus magistrum sibi conetur subiuga/ re: & iniquis obligationibus illum suæ potestati subiicere: a quo credit non solum in terra: sed etiā i cælis se ligari posse: & solui. Greg.li.xxiiii.mor.

Penset ergo sacerdos: quia ad satisfaciendum districto iudici de sua tantummodo aia fortasse uix suf ficit: & quot regendis subditis præest reddendæ apud deum rōnis tpe (ut ita dicā) tot solus aias ha bet. Greg.i homel. Dignus ē mercenari⁹ &c.

Pensate fratres: q̃tæ damnatiōis est sine labore per cipere mercedem laboris: quanti criminis precia peccatorum accipere: & nihil contra peccata præ dicando dicere. Gregor.homelia.vi.

Semper in sacerdotali pectore cum terrore seueri/ tatis custodiri debet uirtus mansuetudinis: ut & iram mansuetudo custodiat: & mansuetudinem ne forte dissoluta sit: Zelus discretionis accendat:

Greg.homelia.xvii.

Nullum ab aliis præiudicium: q̃ a sacerdotibus to/ lerat deus: quando eos quos ad aliorum correctio nem posuit: dare de se exempla prauitatis cernit. Plerunq; qd est grauius sacerdotes qui propria da re debuerant: etiam aliena diripiunt. Plerunq; si quos humiliter: Si quos continenter uiuere con/ spiciunt irrident. Grego. Ibidem.

Ingrediuntur electi sacerdotum manibus expiati cælestem patriam: & sacerdotes Christi per uitam reprobam ad inferni supplicia festinant: cui rei si/ miles dixerim sacerdotes malos: nisi aquæ baptis/ matis: quæ peccata baptizatorum diluens illos ad regnum cæleste mittit: & ipsa in cloacas descēdit.

Greg.sup Ezechielem homel.xi.

Nos qui sacerdotes uocamur: qui supra ea mala q̃ ppria habemus alienas quoq; mortes addimus: qa tot occidimus quot ad mortem ire quottidie te pidi & tacentes uidem⁹. Greg.in Registro.

Causa sunt ruinæ populi Sacerdotes mali. Quis.n. se pro populi peccatis intercessor obiiciat? Si sa/ cerdos qui orare debuerat grauiora committat.

Io.Chrys.super Matthæum. Io.Chrys.

Vere magna confusio sacerdotum: & oīum cleri/ corum: quando laici inueniuntur fideliores eis: &

iustiores. Quomodo non sit confusio esse inferiores illos laicis: quos & aequales esse confusio est?

Io. Chrysost. super illud Matthaei. xxv. Amen dico uobis: super omnia.

Bene agente populo unusquisq; pro suo merito remuneratur. Sacerdos autem pro bonis omnium. Habebit enim pro propriis auream: & pro acquisitione aliorum aureolam. Idem super Matthaeū homel. xxv. tractans illud sup Cathedrā Moysi.

Multi sacerdotes & pauci sacerdotes. Multi in nomine: & pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram: quia cathedra non facit sacerdotem: Sed sacerdos cathedram: Non locus sanctificat hominem: sed homo locum. Qui bene sederit super cathedram: honorem accipit ab illa: qui male sederit iniuriam facit cathedrae. In iudicio enim sedes: si bene uixeris quidem: & bene docueris: omnium iudex eris: Si autem bene docueris: & male uixeris tui solius. Nam bene uiuendo: & bene docendo populum instruis: quomodo debeat uiuere: bene autem docendo: & male uiuendo: instruis deum: quomodo te debeat cōdēnare.

Isydorus — Isydorus li. vii. Ethimologiarum. c. xii. & habetur di. xxi. c. Cleros.

Cleros & clericos hinc appellatos credimus: quia Matthias sorte electus est: quem primum p apostolos legimus ordinatum. Cleros enim graece sors latine: uel haereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici: quia de sorte domini sunt: uel quia domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes: qui in ecclesia Christi deseruiunt: quorum gradus & nomina sunt haec: Ostiarius: psalmista: lector: exorcista: acholitus: subdiaconus: diaconus: presbyter: episcopus.

Beda — Beda sup Lucā: & hēt' di. xxxi. c. Sacerdotib'.

Sacerdotibus: ut semper ualeāt altari assistere: semper ab uxoribus est abstinendum: semperq; castitas obseruanda praecipitur.

Aristoteles — Aristot. li. vi. Polyticorum.

Oportet in ciuitate aliquos esse curam deorum habentes: scilicet sacerdotes.

Plautus. — Plautus in Rudente.

Quis est homo tanta confidentia: qui sacerdotem uiolare audeat?

Ouidius — Ouidius epistola Didonis ad Aenean.

Pone deos: & quae tangendo sacra prophanas.
Non bene caelestes impia dextra colit.

De hac materia hēs supra: ubi Prelat': & Religio.

Sacellum graece' ιερὸν. ου. τό. dicitur. Et est locus paruus deo sacratus cum ara'. secundum Caium Trebatium li. ii. de religionibus. Estq; diminutiuum de. sacrum. scdm Aulum gelium li. vi. c. xii. noc. at.



Sacramentum a sacrum uenit: qd graece ιερὸν. ου. τό. dicitur. Et est inuisibilis gr̄e uisibilis forma. scdm August. Sacramentum ē materiale elemētum extrinsecus oculis suppositum: ex institutione figurās: & similitudinem repraesentans: & ex sanctificatiōe aliquam gratiam inuisibilem conferens. scdm Hugonem de sacramentis li. vi. parte. ix. c. ii.

Sacramentum est sacrae rei signum: in quo subtegmento uisibilium diuina uirtus salutem secretius operatur.

Sacramentum etiam est quod iurisiurandi sacratione interposita geritur: Vnde sacramentum militare dicitur. Sapientiae. c. ii. — Sapientiae.

Nescierunt sacramēta dei. Aug. cōtra Petilianum: & hētur. i. q. i. c. Neq; in homine. — Augustin'

Neq; in hoie bono aliqs dei sacramēta fugiat: neq; in hoie malo. Aug. contra epistolā Parmeniani: & habetur Ibidē. c. Omnia sacramenta.

Oia sacramēta obsunt idigne tractātibus: prosunt tñ p eos digne sumentibus: sicut & uerbū dei. Vñ dictum est: Quae dicunt facite: quae autē faciunt facere nolite. Aug. li. contra Donatistas.

Scio qa lapis ex aqua fructum ferre nō pōt: & plapideos canales transit aqua ad areolas: & in canali lapideo nil gñat: sed ortus plurimum fructū affert: Spiritualis uero uirtus sacramēti ut lux pura ab illuminādis recipitur: sed p immundos transit: non coinquinatur. Aug. in li. de doc. Christiana.

Intra catholicā ecclesiam i ministerium corporis & sanguinis dñi nil a bono maius: nil a malo minus perficitur sacerdote: uide supra in Sacerdos.

Greg. & hētur. i. q. i. c. Multi saecularium. — Gregorius

Multi saecularium hoium: quā plus sacerdotis uitā q̄ suā discutiunt: in magnum cōtēptionis diuinoȝ sacramētoȝ crimē incurrunt. Magna. n. trabe habentes uulneratos oculos: eamq; negligētes: festucam tenuem i alioȝ cōspiciunt oculis: quā dum incaute festināt auellere: erroris in fouea dilabunt: Minus qdem considerantes: q; non eos sacerdotum uita laederet: Si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarēt. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam q̄ propriā uitam: uel uitae negligentiam diiudicant: spernunt sancta monita: & spiritualia dona: Vnde fit ut nō solum ab eis dicta respuāt: sed quod est deterius diuina etiam mysteria contemnant: ut in

corporis communio ne nec sanguis dñi nostri Iesu Christi eorum ministerio confectum assumant: putantes hanc minus esse sactificatã & illorum fiat officio: quorum uita eorum oculus uidet ignobilis. Heu in q̃ magnũ laqueũ icidũt: ut diuina & occulta mysteria plus ab aliis sctificata posse fieri credãt: quũ unus idemq; spũs sctũs in ecclesia diffusa p totũ orbẽ terrarum: incõprehensibiliter ea mysteria & occulta atq; inuisibiliter & operando sanctificet: & bñdicendo benedicat: Mysteriũ itaq; fratres ob hoc dr: q secretã & reconditã habet dispensationẽ: Sacrificiũ autẽ: q̃si sacrum factũ qa pce mystica consecrat̃ p nobis in memoriã dñicæ passionis. Sacramentũ uero est in aliq̃ celebratiõe: quũ res gesta ita fit: ut aliqd sctificate accipiamus: qd sancte accipiẽdũ est: sunt aũt sacramẽta: Baptisma: Chrisma: Corpus & sanguis Christi: q̃ ob id sacramẽta dicunt: qa sub tegmẽto corporaliũ rerum: diuina uirtus secretius salutẽ eorundẽ sacramentorum opat̃ effectũ: Vnde a secretis uirtutibus uel sacris sacramẽta dicunt: q̃ ideo fructuose penes ecclesiã fiunt: qa sanctus in ea manẽs spũs eorundẽ sacramentorum latenter opat̃ effectum.

Gregorius

Greg. & habet̃.i.q.i.ca. Non nocet.

Nõ nocet malicia episcopi: neq; ad baptismũ infantis: neq; ad ecclesiæ cõsecrationẽ: quia baptisma a deo dat̃: non ab homie uenit: sic & Eucharistia & omnia quæcunq; in altari ponuntur: nõ ab homine: sed a deo sanctificationẽ accipiunt.

Acrificium græce θυσία.ας.ἡ. & θύω sacrifico dicitur. Est autem sacrificium proprie aliquid factum in honorem debitũ soli deo ad eum placandum: secundum bea. Tho. scda secundæ.q.lxxxi.arti.iiii.

Sacrificium & oblatio differunt. Quia oblatio est omne quod exhibetur in cultu dei. Sacrificium: si inde fiet aliquod sacrum consumendum: ex bea. Tho. secunda secundæ.q.lxxxv.

Sacrificium a sacrifico uenit: quod ita differt a lito. ut sacrificare sit ueniam petere: Litare uero propiciare: & uotum ipetrare. Plautus. Si hercle istuc unq̃ factum est: tum me Iuppiter faciat: ut semper sacrificem: nũq̃ litem. Ista tamen sæpe confunduntur: & utrunq; sumitur pro sacrum facere. A sacrifico uenit Sacrificus: & sacrificulus rex sacrorum.



Acrilegium græce ἱεροσυλία.ας.ἡ. & ἱερόσυλος.ου.ὁ. sacrilegus dicitur. Est autẽ sacrilegium sacræ rei uiolatio: uel usurpatio: & accipit̃ ibi uiolatio pro quacunq; irreuerentia: aut dehonoratione: Et dicitur secundũ Inno. sacrilegiũ quasi sacrilædiũ.

Sacrilegium est omne quod fit ad irreuerentiam rei sacræ: secundũ. b. Tho. scda scdæ.q.xcix.o.

Sacrilegus est qui rem sacram: aut e sacro loco furatur: a quo tale furtum sacrilegium dicitur.

Augustinus.

Augu. super Ioannem: & habetur.xxiii. quæ.iiii.ca. Quid ergo uoluit.

Non undecunq; tollere hoc est sacrilegium cõmittere: sed de ecclesia qui aliqd furat̃ iudæ pditori comparat̃. Hiero. epistola.xxxiiii.

Hieronymus.

Amico rapere quicq̃: furtum est: ecclesiam fraudare: sacrilegium est: Accepisse aliquid erogandum pauperibus: & esuriẽtibus: apertissimi sceleris est: Aliquid inde subtrahere omnium prædonum crudelitatẽ superat. Idem Damaso papæ: & habet̃. xvi.q.i.c. Quoniam quicq̃.

Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari: quibus parentum & amicorum nulla suffragantur stipendia. Qui autẽ bonis parentum & opibus sustentari possunt: si quod pauperum est accipiunt: sacrilegium profecto incurrunt: & committunt: & per abusiõem talium iudicium sibi mãducãt & bibunt. Hiero. epistola.v.

Sufficit ergo hoc quod uidimus: q diuinitas nosse nos uoluit. Nec ultra cognitio porrigenda est: ne sacrilegus unusquisq; teneatur: quia concessos terminos fuerit cognitionis egressus.

Gregorius

Gregorius Sabino subdiacono: & habet̃ xvii.q.iiii.cap. Sacrilegium.

Sacrilegium & contra legem est: si quis quod uenerabilibus locis relinquit̃ prauæ uoluntatis studiis tentauerit suis compendiis retinere.

Greg. uniuersis episcopis hyspanis: & habetur.i.q.iii.cap. Audiuimus.

A sacrilegio quoq; hoc facinus nõ dispar dixerim: quum id quod spõte & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit: sub pecuniæ pactione causatur.

Cicero

Cicero li.ii. de legibus.

Sacrum sacro ue cõmendatum: qui clẽpserit rapueritq; paricida esto. Cicero li.ii. de legibus.

Sacrilego pœna est: neq; ei soli qui e sacro abstulerit: sed etiam ei qui sacro commendatum: quod & nunc multis fit fanis. Iustinus hystoriarum li.iii.

Iustinus

Philomenes primus inter confertissimos dimicans cecidit: & sacrilegii pœnas impio sanguine luit.

Au. Gelius

Aulus Gelius noctiũ atic. lib.iii. capite.ix.

Nam quum oppidum Tolosanum in terra Italia Quintus Cepio cõsul diripuisset: multumq; auri in eius oppidi templis fuisset: quisquis ex ea direptiõe aurum attigit misero cruciabiliq; exitu piit.

Lucanus

Lucanus libro.iii.

Quis enim læsos impune putaret
Esse deos? Iuuenalis satyra.iii.

Iuuenalis

Nemo malus fœlix: minime corruptor: & idẽ
Incestus: cum quo nuper uittata iacebat
Sanguine adhuc uiuo terrã subitura sacerdos.

Aeuicia graece χαλεπότης. ητος. ἡ. & χαλεπός. ὄυ. ὁ. saeuus dicit᷑. Est autem saeuicia idẽ quod crudelitas: haec & saeuitudo dicit᷑: hinc & saeue crudeliter.

Saeuus quandoq; idem quod magnus. Virg. Mater
nis saeuus in armis Aeneas: quandoq; pro crudeli:
nonnunq̃ pro irato. Item saeuio irascor: uel crude/
litatem exerceo. Seuum sine diphthongo pingue/
do est cornigerorũ dumtaxat: quae in una parte dẽ
tata sunt: & quae in pedibus talos habent. Bisulca
uero: q̃ q; scissos pedes in digitos habent: & carẽt
cornibus: non seuum: sed adipẽ habẽt q concretus
est: & quũ refrixit: facile frangit᷑: semp q; est ĩ fine
carnis sine sensu: quia nec arterias hẽt: neq; uẽas.

Anctificatio graece ἁγιασμα. τος. το. dicitur: Et est mundicia a peccato: uel con/
firmatio in bono: uel deputatio ad cultum
dei. Et tercium conuenit irratiõabilibus rebus: ut
ecclesiae: uestibus: & huiusmodi: secundũ. b. Tho.
secunda secundae. q. lxxxi. ar. viii. c.



Anctitas graecae ἁγιωσύνη. νης. ἡ. & ἅγιος. ου. ὁ. sanctus dicitur. Est autẽ sanctitas sciẽ/
tia colendorũ deorum: secundum Ciceronem
li. i. de natu. deorũ.
Sanctitas est uirtus fa/
ciens homĩes fideles &
seruãtes ea: q̃ ad deũ sunt iusta: scd̃m Andronicũ.
· Sanctitas est ab omni immundicia libera: & perfe/
cta: & omnino immaculata mundicia: secundum
Dyonisium de diuinis nominibus ca. xii. & b. Tho.
i. sen. di. x. q. iiii. ar. iiii.
Sanctitas a sanctio uenit. Sancire enim proprie est
consecrare aliquid sub sanguine hostiae: unde san
ctum dicitur: quasi sanguine consecratum: & san/
ctio proprie uocatur lex cũ terrore poenae.
Sanctitas: sanctitudo: sanctimonia eiusdem significationis sunt. Leuitici ca. xix.

Leuitici

· Locutus est dominus ad Moysen dicens. Loq̃re ad
omnem caetum filiorũ Israel: & dices ad eos: sancti
estote: quia ego sanctus sum dominus de᷑ uester.
Paulus ad Hebreos ca. xii.

Paulus

· Pacem sequimini cum omnibus: & sanctimoniã si
ne qua nemo uidebit deum.
Idem ad Tessalon. i. cap. iiii.
· Haec est uoluntas dei sanctificatio uestra.
Paulus primae ad Corinth. ca. xi.
Gloria nostra haec est: testimonium conscientiae no
strae. Aug. de diffinitione ecclesiae dogmatũ.

Augustin᷑

· Nullus sanctus & iustus caret peccato: Nec tamen
ex hoc desinit esse iustus: uel sanctus: quum affe/
ctu teneat sanctitatẽ. Aug. li. de doctria xp̃iana.
· Ille iuste & sancte uiuit: qui rerum integer aestima/
tor est: Ipse est qui ordinatam habet charitatẽ: nõ
aut diligat: quod non est diligendum: Aut non di
ligat quod est diligẽdum: Aut ampli᷑ diligit qđ mi
nus est diligendũ: Aut minus diligit: qđ amplius
est diligendum: Aut minus aut amplius: qđ aeque
diligendum est. Augu. ibidem.
Ista sunt quae sanctitatis causa seruanda sunt: pudi
cicia corporis: castitas animae: & ueritas doctrinae.
Hiero. super epistolã Pauli ad phil. & ha/
betur. xi. q. iii. ca. Si quis dixerit.

Hierony᷑.

Si quis dixerit iustum iniustum: & iniustum iustum:
abominabilis est uterq; apud deum. Similiter qui
sanctum dicit non sanctum: & rursus non sanctũ
asserit sanctum: abominabilis est apud deũ.
Hiero. ibidẽ: & habetur ibidẽ.
Si quis hominem qui sanctus non est: sanctum esse
crediderit: & deum iunxerit societati: Christũ uio
lat: cuius mẽbra sumus. Et infra. Omnes credẽtes
scd̃m apostolum Christi corpus efficimur. Qui in
Christi corpore errat & labitur: asserens mẽbrum
eius esse sanctum: quum non sit: uel non esse san/
ctum: quum sit: uide quali crimine obnoxius fiat:
Esaias enĩ dicit: dulce amarũ: & amarum dulce: po
nentes tenebras lucem: & lucẽ tenebras: dulce pu
to esse sanctimoniam: amarum quod sanctimo/
niae contrarium est. Hieronymus in episto
la ad Nepotianum.
Nec rusticus: nec tantum simplex frater ideo se san
ctum putet: si nihil nouerit: nec peritus & eloquẽs
· in lingua aestimet sanctitatem: multoq; melius est
de duobus imperfectis rusticitatem sanctam habe
re: q̃ eloquentiam peccatricem.
Hiero. in epistola ad Paulinum.
Non hierosolimis fuisse: sed hierosolimis bene ui/
xisse: laudandum est: quia & hierosolimis & ď bri
tania aequaliter patet aula celestis.
Hiero. epistola ad filiam Maurici.
· Sancta magis esse q̃ uideri stude. Nil prodest aesti/
mari quod nõ sis: & duplicis peccati reatus est: nõ
habere quod crederis: & ut habueris simulare.
Ambrosius in li. de Ioseph.

Ambrosi᷑.

Discamus ergo & sanctorũ inuidiam: ut imitemur
patientiam: & cognoscamus illos non naturae p̃/
stantioris fuisse: sed obseruãtiae maioris: nec uitia
nesciisse: sed emendasse. Greg. i moralibus.

Gregorius

Sancti uiri quo altius apud deum uirtutum dignita
te proficiunt: eo subtilius indignos se esse dephen
dunt: quia dum proximi luci fiunt: quicquid eos in

se ipsis latebat inueniunt. Greg. i moralibus.
Sancti uiri nec elatiōe sunt liberi: ne ex timore sub missi: quum rectitudo eos ad libertatem nō erigit: consyderatio i firmitatis ipsa i humilitate custodit.
Gregorius moralium. xxiiii.
Vita enim lectio est uita sanctoꝝ.
Io. Chrys. Io. Chrys. super Matthæum ca. xxiiii.
Sanctoꝝ uiroꝝ est non inquirere mansionem: ubi clariores sunt uiri: sed ubi fideliores: Nec gaudēt ubi epulæ largæ sunt: sed ubi sanctitas floret.
Ioannes Chrysostomus ibidē.
Quæ est ista iusticia: sanctos colere & sanctitatē cōtemnere: Primus gradus pietatis est: sanctitatē diligere. Io. Chry. in ser de confessoribus.
Qui sanctorum merita religiosa charitate miratur: quicunq; iustorum glorias frequenti laude colloquitur: eorum mores sanctos atq; iusticiam imitetur: Quoniā quē delectat alicui⁹ sc̄ti meritū: delectare debet par circa cultū dei obseqū. Quare aut imitari debet si laudat: aut laudare non debet: si imitari decertat: Vt q sc̄toꝝ merita admiraꝛ: mirabilis ipse uitæ sanctitate reddatur. Io. Chrysost. de Io. Baptista sermone. viii.
Ioānes uirtutū schola: magisteriū uitæ: sc̄titatis forma: norma iusticiæ: uirginitatis speculū: pudiciciæ titulus: castitatis exēplum: pœnitētiæ uia: peccatorum uenia: fidei disciplina: legis summa: euangelii actio: apostoloꝝ uox: silētiū ꝓphetaꝝ: lucerna mūdi: officiū ꝓconis: ꝓco iudicii: dn̄i testis: totius medius trinitatis.
Petr⁹ Ra. Petrus Rauēnas in sermo ne de Ioanne Baptista.
Nascit̄ Ioānes maior hoīe: par angelis: tuba cæli: ꝓco Christi: archanū p̄ris: filii nunci⁹: signifer superni regis: pc̄oꝝ uenia: iudeoꝝ correctio: uocatio gētium: & (ut ꝓprie dicā) legis gratiæ fibula.
Origenes Ori. ho. xlii. sup illū leuitici. q̄ sc̄is ē exbit &c.
Qui peccat de sc̄tis exit: nō. n. in locis sancta q̄reda sunt: sed in actibus & uitæ moribus: q̄ si secūdum deū sint: & sc̄dm ꝓceptū dei habeant: ēt si i domo sis: ēt si i foro: & qd dico i foro: ēt si i theatro iuenia mus uerbo dei deseruiens: in sanctis te esse non dubites. Iuuenalis satyra. xiii.
Iuuenalis Egregium sanctumq; uirū si cerno bimembri.
Hoc monstrum puero: uel miranti sub aratro
Piscibus inuentis: & fœtæ comparo mulæ.



Apiētia græce σοφία. ἀπὸ τοῦ σαφοῦς ὄν. i. sapiens dicit̄. Est autem sapientia multaꝝ & mirabilium reꝝ sciētia: secundum Aristot li. i. Rhetoricoꝝ.
Sapiētia ē cognitio primarum: & altissimaꝝ causarum: secundum Aristotelem li. i. Metaphysicæ.
Sapientia est sciētia sempiternorum: secundum Alpharabium li. de diuisione philosophiæ.
Sapientia est rerum diuinaꝝ & humanarum scientia cognitio q̄: quæ cā cuiusq; rei fit: ex quo efficitur ut diuina imitetur: humana omnia uirtute inferiora ducat: sc̄dm Ciceronē li. iiii. Tus. quæ.
Sapientia qua formaliter sapientes sumus: est quædam participatio diuinæ sapiētiæ: q̄ deus est. secundum bea. Tho. secunda secundæ. q. xxiii.
Omnis sapientia est scientia: inquantum est de conclusionibus: Sed differt a cæteris scientiis inquantum est de principiis: secundum bea. Tho. prima secundæ. q. lvii. arti. ii.
Sapientia a scientia differꝛ uidetur. Quia sapientia est reꝝ diuinarum cognitio: Scientia uero humanarum. Quare Augustinus super primæ ad Cor. cap. xii. ait. Sapientia est in contemplatione æternorum. Scientia uero in occupatione tēporalium. Item Augu. li. de Trinitate. Hæc est sapientiæ & scientiæ recta distinctio: ut ad sapientiā pertineat æternarum rerum cognitio itellectualis: Ad sciam uero tēporalium rerum cognitio rationalis.
Sapientia a sapio dicitur: quod est recte sentio. Et q eam profitentur. σοφοὶ. sophi: hoc est sapientes appellantur: quo nomie illi septem clarissimi uiri uocati sunt. s. Thales Milesius: Solon Salamini⁹: Chilon Lacedæmonius: Pittacus Mitylenæus: Bias Prienæus: Cleobulus Lyndius: Periander Corynthius Sed postea Pythagoras prim⁹ non se sophū: sed philosophum appellauit: hoc est non sapientē: sed sapientiæ amatorem: Ita scientiam ipsam non sophiam: sed philosophiam nuncupandā existimauit: q̄si nullus hoīum sapiens esset: qd̄ soli deo contingit. Tobias cap. iiii.
Consilium semper a sapiente perqre. Iob. c. xxviii. Tobias
Sapientia uero ubi inuenitur: & qs est locus itelligētiæ: Nescit homo precium eius: nec inenitur i terra suauiter uiuentium: Abyssus dicit: non est i me: & mare loqtur: non est mecum. Iob. c. xxxii.
Sperabam. n. q. ætas prolixior loqueretur: & annorum multitudo doceret sapientiam. Sed ut uideo spiritus est in hominibus: & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longæui sapientes: nec senes intelligunt iudicium. Iob
David psalmo. cx. David
Initium sapientiæ est timor domini. Prouer. c. i. Prouerbio.
Audiens sapiens: sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit: animaduertet parabolam & interpretationem: uerba sapientum & enigmata eorum. Ibidem
Timor domini: principium sapientiæ. Ibidē.

Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciunt.
Prouerbi. Prouerbiorum cap.i.
Sapientia foris prædicat: in plateis dat uocem ſuã: in capite turbarum clamitat: in foribus portarum urbis profert uerba ſua dicens. Vſq; quo paruuli diligitis infantiam? & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient? & iprudentes odibunt ſciam? Idẽ.c.iii.
Beatus homo qui iuenit ſapientiam: & quia afflult prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negociatiõe auri & argenti. Primi & puriſſimi fructus eiꝰ: preciosior eſt cunctis operibus: & omnia quæ deſyderanẽ: huic non ualebunt cõparari. Ididẽ.
Gloriam ſapiẽtes poſſidebunt: ſtultorum exultatio ignominia. Prouerbiorum ca.iiii.
Tene diſciplinam: ne dimittas eã: cuſtodi illã: quia illa eſt uita tua. Idem cap.vii.
Dic ſapientiæ: ſoror mea es: & prudentiã uoca amicam tuam. Prouerbiorum ca.viii.
Accipite diſciplinam meam: & nõ pecuniam. Doctrinam magis q̃ aurũ eligite: Melior eſt enim ſapiẽtia cunctis operibus precioſiſſimis. Et omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Ego ſapiẽtia habito ĩ cõſilio: & eruditis iterſum cogitatiõibꝰ. Ibi.
Meum eſt conſilium & æquitas: Mea eſt prudẽtia: Mea eſt fortitudo. Per me reges regnãt: & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant: & potentes decernunt iuſticiam: Ego diligentes me diligo: & qui mane uigilauerint ad me: inuenient me: Mecum ſunt diuitiæ & gloria: opes ſuperbæ: & iuſticia. Melior eſt fructus meus auro & lapide ꝑcioſo: & genimina mea argento electo: In uiis iuſticiæ ambulo: ĩ medio ſemitarum iudicii: ut ditem diligentes me: & theſauros eorũ repleã.
Prouerbiorũ cap.x.
Filius ſapiens lætificat patrẽ. Filius uero ſtultꝰ moeſticia eſt matris ſuæ. Ibidem.
Labia iuſti erudiunt plurimos. Qui aũt idocti ſunt: in cordis egeſtate morientur. Idem ca.xi.
Vbi non eſt gubernator: populus corruet: ſalus aũt ubi multa conſilia. Prouebiorũ ca.xiii.
Aſtutus omnia agit cum conſilio. Qui autẽ fatuus eſt aperit ſtulticiam. Idem ca.xvi.
Poſſide ſapientiam: quia auro melior eſt: & acquire prudentiã: qa ꝑcioſior eſt argento. Idẽ.c.xxiiii.
Vir ſapiens fortis eſt: & uir doctus robuſtus & ualidus. Idem cap.xxix.
Vir ſapiens ſi cum ſtulto cõtenderit: ſiue iraſcatur: ſiue rideat: non inueniet requiem.
Eccleſiães Eccleſiaſtes capitu.i.
Locutus ſum ĩ corde meo dicens: Ecce magnus effectus ſum: & præceſſi omnes ſapientia qui fuerunt ante me ĩ Ieruſalem: & mens mea contemplata eſt multa ſapienter & didici: dediq; cor meum ut ſcirem prudentiam atq; doctrinam: erroreſq; & ſtultitiam: Et agnoui q; ĩ his quoq; eſſet labor & afflictio ſpiritus: eo q; ĩ multa ſapientia multa ſit indignatio: & qui addit ſcientiam addit & laborẽ.
Eccleſiaſtes capitu.ii.
Et uidi q; tantum ꝑcederet ſapiẽtia ſtulticiam: q̃tũ differt lux a tenebris. Idẽ ca.iiii.
Melior eſt puer pauper & ſapiẽs: rege ſene & ſtulto q neſcit præuidere ĩ poſterũ. Eccleſiaſtes.c.ix.
Melior eſt ſapientia: q̃ arma bellica: & qui ĩ uno peccauerit: multa bona perdet. Idẽ ca.x.
Poſt induſtriam ſequetur ſapientia. Sapiæ.c.i. Sapientiæ.
Quoniam in maliuolam animam non ĩtroibit ſapiẽtia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.
Idem capitu.iii.
Sapientiam enim & diſciplinam q abiicit: ĩfoelix ẽ: & uacua eſt ſpes illorũ: & labores ſine fructu: & inutilia opera eorũ. Sapientiæ ca.v.
Melior eſt ſapientia q̃ uires: & uir prudens q̃ fortis.
Sapientiæ capitu.vi.
Clara eſt & quæ nunq̃ marceſcit ſapientia: & facile uidetur ab his q diligunt eam: & inuenitur ab his qui quærunt illam: præoccupat q ſe concupiſcunt: ut illis ſe prior oſtẽdat: Qui de luce uigilauerit ad illam non laborabit: aſſidentem.n. illã foribus ſuis inueniet. Sapientiæ cap.vii.
Præpoſui illam regnis & ſedibus: & diuitias nihil eſſe duxi ĩ comparatione illius: Nec comparaui illi lapidem ꝑcioſum: quoniam omne aurum comparatione illius harena ẽ exigua: & tanq̃ lutum æſtimabitur argentum ĩ conſpectu illius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam: & propoſui ꝓ luce habere eam: quoniam ĩextiguibile eſt lumen illius: Venerũt autẽ mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honeſtas per manum illius: & lætatus ſum ĩ oĩbus: quoniam antecedebat me iſta ſapientia & ignorabam: quoniam bonorum omnium mater eſt: Quam ſine fictione didici: & ſine inuidia communico: & honeſtatem illius non abſcondo: Infinitus enim theſaurus eſt omnibus: quo qui uſi ſunt: participes facti ſunt amiciciæ dei propter diſciplinæ dona commendati. Ibidem.
Neminem enim diligit deus: niſi qui cum ſapientia inhabitat: Eſt enim hæc ſpecioſior ſole: & ſup omnem diſpoſitionẽ ſtellarum: luci comparata inuenitur prior. Eccleſiaſtici cap.vi. Eccleſiãci.
Cor ſapientis intelligetur in ſapientia: & auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiã.
Eccleſiaſtici Ibidem.
Sapiens cor & ĩtelligibile abſtinebit ſe a peccatis: & in opibus iuſticiæ ſucceſſus habebit. Idẽ ca.vi.
Et ſi uideris ſenſatum euigila ad eũ: & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. Idem.ca.x.

Seruo sensato liberi seruient: & uir prudens: & disciplinatus non murmurabit correctus: & īscius non honorabitur. Ecclesiastici.c.xxxviii.
· Vnusquisq; i arte sua sapiēs est. Ecclesiastici.c.xl.
· Vinum & musica lætificant cor: & super utraq; dilectio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam: & sup utraq; lingua suauis. Gratiam & speciem desyderabit oculus tuus: & super hoc uirides sationes. Pau.ad.Cor.primæ.c.iii.

Paulus.

· Nemo se seducat. Si quis uidetur inter uos sapiens esse i hoc sæculo: stultus fiat: ut sis sapiens. Sapientia enim huius mūdi stulticia est apud deum. Scriptum est.n. Cōphendam sapientes i astucia eorum. & iterū. Dominus nouit cogitationes sapientum: quoniā uanescunt. Nemo itaq; glorietur i hominibus. Iacobus i epistola ca.i.

Iacobus

· Si qs autem uestrum īdiget sapientia: postulet a deo qui dat omnibus affluenter: & non improperat: & dabitur ei. Postulet autem in fide: nihil hæsitans. Qui enim hæsitat similis est fluctui maris: q a uento mouetur: & circunfertur. Non ergo æstimet homo ille q̄ accipiat aliqd a domino. Vir duplex animo: īconstans est i uiis suis. Augu.li.de ci.dei: & habet.xxvi.q.iii.c.Qui sine.

Augustin⁹

Qui sine saluatore salutem uult habere: & sine uera sapientia æstimat se prudentem fieri posse: non sanus sed æger: non prudens sed stultus i ægritudine assidua laborabit: & i ciuitate noxia stultus & demens pmanebit. Augu.i li.quæ.euangelii: & habet di.xli.c.Quod dicit.

Quod dicit dominus i euangelio. Iustificata est sapientia ab oībus filiis suis. Vide supra i Abstinētia.

Augu.de uera religione.

Qui se diligit stultum: non proficiet ad sapientiam: nec fiet quisq; qualis esse cupit: nisi se oderit qualis est. Aug.li.de libero arbitrio.
· Non aliam putes esse sapientiam: nisi ueritatem: in qua tenetur & cernit summum bonum: nullo loco est: nusq̄ deest: foris ammonet: itus docet: demētes: in se omnes i meliu s commutat: a nullo i deterius commutatur: nullus d illa iudicat: nullus sine illa bene iudicat. Augu.de uita beata.

Maior & miserabilior egestas non est: q̄ egere sapiētia. Et qui non eget sapientia nulla re omnino egere potest: Est ergo animi egestas: nihil aliud q̄ stulticia. Aug.ix.de ciui.dei ca.ii.

· Homini nulla est causa philosophandi: nisi ut beatus sit. Hiero.contra Iouinianum.

Hierony⁹.

Sapiens nusq̄ solus esse potest. Habet secum omnes qui sunt: & fuerunt boni: & animum liberum: & quocunq; uult transfert. Et quod corpore non potest: cogitatione complectitur. Et ubi hominū inopia fuerit: loquitur cum deo.

Ambrosi⁹.

Ambro.i epistō.ad Simplicianum.

Sapiens non metu frangitur: nec potestate mutat: non attollitur prosperis: non tristibus mergitur: Vbi enim sapientia: ibi uirtus animi: ibi constātia: & fortitudo. Sapiens semper idem est: non minuitur: non augetur rerum mutatiōibus: Nec ut paruulus fluctuat: ut circūferatur omni uento doctrinæ: sed manet perfectus i Christo: fundatus charitate: radicatus fide. Sapiens igitur defectus reī ignorat: & uanos animi nescit affectus: Sed fulget sicut sol iusticiæ: qui i regno patris sui fulget.

Idē epi.ad Constantinū epi.xxxvi.

Sapienti nihil alienum: nisi quod uirtuti icongruū. Quocunq; accesserit sua omnia secum fert. Totus ei mundus possessio est: quoniam toto eo quasi suo utitur. Gregorius i moralibus: & habetur di.xxxviii.cap.Qui ea.

Gregorius.

Qui ea quæ dei sunt [illegible]unt: a domio sapiuntur. Et qui ea quæ dei sunt nesciunt: a domio nesciuntur: Paulo attestante: qui ait. Si qs ignorat ignorabit.

Grego.li.ix.moralium.

Ad ueram sapientiam peruenire non possunt: q falsæ suæ sapientiæ fiducia decipiuntur.

Grego.li.x moralium: exponēs illud Iob.xii. Deridetur iusti simplicitas.

Huius mundi inqt sapientia est cor machiationibus tegere. sensum uer bis uellare: quæ falsa sunt uera ostendere: quæ uera sunt falsa demonstrare: Hanc qui sciunt: cæteros superbiendo despiciunt: hanc qui nesciūt subiecti & timidi i aliis ipsam mirant: hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmia quærere: adepta temporalis gloriæ uanitate gaudere: irrogata ab aliis mala multiplicius reddere. Quum uires suppetunt nullis resistētibus cædere: quum uirtutibus possibilitas deest: qcqd per maliciam explere non ualet: hoc i pacifica bonitate simulare. Gregorius Ibidē.

· Iustorum īquit sapia est: nil per ostentationem fingere: sensum uerbis aperire: uera ut sunt diligere: falsa deuitare: bona gratis exhibere: mala libētius tolerare q̄ facere: nullam iniuriæ ultionem quærere: pro ueritate contumeliam lucrum putare: Hæc iustorum simplicitas deridetur: & a mundi sapientibus fatuitas reputatur: Quid enim i hoc mundo stulti⁹ q̄ admissa possessa rapiētibus relaxare: nullam pro acceptis iniuriis reddere: immo adiunctis aliis patientiam præbere.

Grego.lib.xxvii.moralium.

Summa cura prouidendum est: ne accepta sapiētia: quum ignorantiæ tenebras illumiat: lumen humilitatis tollat: & iam sapientia esse nequeat: quæ & si locutionis uirtute fulgeat: elationis tamen uelamine cor loquentis obscurat.

Bernardus — Bernardus ſup cantica ſermone.xxiii.
Sol non omnibus quibus lucet etiam calefaciat: ſic
ſapia multos quos docet quid ſit faciendum nõ cõ
tinuo & accendit ad faciendum: Aliud eſt multas
diuitias ſcire: aliud eſt poſſidere: Nec noticia diui/
Hugo — tẽ facit: ſed poſſeſſio. Hugo de clau.aiæ li.iii.c.xvi.
Ab omnibus libenter diſce quæ neſcis: humilitas.n.
tibi commune facere poteſt: quod natura cuiq; p/
prium facit: Sapientior omnibus eris: ſi ab oibus
diſcere uolueris: Qui ab omnibus accipiunt ditio
Boetius — res ſunt. Boetius de phyloſophica conſola/
tione libro.i.proſa.iii.
Nunc enim primum cenſes apud iprobos mores la/
ceſſitam periculis eſſe ſapientiam? Non ne apud
ueteres quoq; ante noſtri Platonis ætatem magnũ
ſæpe certamen cum ſtulticiæ temeritate certaui/
mus: Eodemq; ſuperſtite præceptor eius Socrates
iniuſtæ uictoriam mortis me aſtante promeruit.
Idem li.i.proſa.iiii.
At qui hanc ſniam Platonis ore ſanxiſti: Beatas fo
re reſpu.ſi eas uel ſtudioſi ſapiæ regerent: uel earũ
rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet. Tu eiuſdem
uiri ore hanc ſapientibus capeſcẽdæ reipu.neceſſa
riam cauſam eſſe monuiſti: ne iprobis flagitioſiſq;
ciuibus: urbium relicta gubernacula: peſtem bo/
nis: ac perniciem inferrent. Boe.li.iiii.proſa.ii.
Veramq; illam Platonis eſſe ſententiam liquet ſo/
los quod deſyderant facere poſſe ſapientes: Impro
bos uero exercere quidem quod libeat: quod uero
deſyderant explere non poſſe. Faciunt enim quæ/
libet dum per ea quibus delectantur id bonum qđ
deſyderant ſe adepturos putant: Sed mĩme adipi/
ſcuntur: quoniã ad Beatitudinẽ ꝓbra nõ ueniũt.
Lactan.fir. — Lact.Fir.diui.iſti.aduer.gẽtes li.i.c.i.pri.
Magno & excellenti igenio uiri quum ſe doctrinæ
penitus dediſſent: quicqd laboris poterat impen/
di contemptis oibus publicis & priuatis actionibꝰ
ad iqrendæ ueritatis ſtudium ſe contulerunt: Exi/
ſtimantes multo eſſe præclarius: diuinaꝝ huma/
narũq; rerum iueſtigare: ac ſcire rationem: q̃ ſtruẽ
dis opibus: aut cumulandis honoribus inhærere:
Quibus rebus: quoniam fragiles terrenæq; ſunt:
& ad ſolius corporis pertinent cultum: nemo me/
lior effici poteſt. Erant quidem illi ueritatis cogni/
tione digniſſimi: quã ſcire tantopere cupiuerunt:
atq; ita ut eam rebus omnibus anteponerent.
Lactantius fir.Ibidem.
Non ergo pigeat ad percipiendam ſapientiæ diſci/
plinam audiendi uel legendi patientiam commo/
dare. Idem li.i.
Non.n.eſt religio ulla ſine ſapientia ſuſcipiẽda: nec
ſine ulla religione probanda ſapia.
Lactantius fir.Ibidem.
Primus ſapientiæ gradus eſt falſa intelligere. Secun
dus uero: uera cognoſcere: qua cognitiõe ueri nul
la eſt hominum iucundior uoluptas: ad quam co/
gnoſcendam nunc propius accedamus. Ibidẽ.
Falſum itelligere eſt quidem ſapientiæ: ſed humanæ
ultra gradũ hunc ab hoie procedi nõ põt. Ibidẽ.
Omnis ſapientia hois in hoc uno ẽ: ut deum cogno
ſcat & colat. Hoc noſtrum dogma: hæc ſumma ẽ.
Quãta itaq; uoce poſſum: teſtificor: proclamo: de
nuncio: hoc eſt illud qđ phyloſophi omnes in tota
ſua uita quæſiuerunt: nec unq̃ inueſtigare: compꝛe/
hendere: tenere: ualuerunt: quia religionẽ aut pra
uam retinuerunt: aut toti penitus ſuſtulerũt. Ibi.
Qui uult igitur ſapiẽs ac beatus eſſe: audiat dei uo
cẽ: diſcat iuſticiam: ſacramentum natiuitatis ſuæ
noſcat: humana contẽnat: diuia ſuſcipiat: ut ſum/
mum illud bonum ad quod natus eſt poſſit adipi/
ſci. Seneca ad Luciliũ epiſtola.ix. — Seneca
Nihil ſapienti neceſſe eſt. Seneca epiſtola.xv.
Non conturbabit ſapiens publicos mores: nec po/
pulum in ſe uitæ nouitate conuertet.
Idem ad Luciliũ epi.xvii.
Hoc ſcio neminẽ poſſe bene uiuere: ſed nec tolera/
biliter: ſine ſapiæ ſtudio: Quum omnia habueris:
tunc & habere ſcientiã uoles: & ſapientiam: hæc
erit ultimum uitæ inſtrumentum.
Ibidem epiſtola.xx.
Quid eſt ſapia? ſemper idem uelle: atq; idem nolle:
licet illam exceptiunculam non abucias: ut rectũ
ſit quod uelis. Seneca epi.lx.
Sapiens ad omnem icurſum inuictus: & itentus ẽ:
non ſi paupertas: non ſi luctus: non ſi ignominia:
non ſi dolor impetum faciat: pedẽ refert: intentus
contra illa ibit: & inter illa ſapiens plenus eſt gau/
dio: hylaris: & placidus: & iconcuſſus cum diis ex
pari uiuit. Idẽ epi.lxxii.
Non enim uiuere bonum eſt: ſed bene uiuere: Itaq;
ſapiens uiuit quantum debet: non q̃tum poteſt: ui
debit ubi uicturus ſit: cũ quibus: quomodo: quid
acturus: cogitat ſemper qualis uita: nõ q̃ta ſit.
Seneca epiſtola.lxxiii.
Sapiens enim uincit uirtute fortunam.
Idem ad Lucillium epi.lxxvii.
Præcogitati mali mollis ictus uenit: ideo ſtultis for
tunæ credentibus ois uidetur noua rerum inopi/
nata facies. Sapiens autem aſſueſcit futuris malis:
& quæ alii diu patiẽdo leuia faciunt: hic leuia facit
diu cogitando. Seneca epi.lxxxvi.
Sapientia rectrix domiaq; ẽ. Seneca epi.xcii.
Sapiens facilis uictus ẽ. Idẽ de tranqllitate ai.
Puto multos ad ſapiam potuiſſe peruenire: niſi pu/
taſſent ſe perueniſſe: Onerat diſcentẽ turba libro
rum: non iſtruit multoq; ſanctius ẽ paucis autho/

Cicero. ritatibus te tradere: q̃ errare per multos.
Cicero li.ii.de finibus bonoꝝ & maloꝝ.
Quid turpi⁹ q̃ sapientis uitam ex isipientium ser/mone pendere. Cicero Ibidem.
Sapienté ipsa natura locupletat. Ibidé.
Sapiens autem semper beatus est.
Cicero libro.i.de legibus.
Quid est autem non dicam i homine: sed i omni cælo: atq; terra ratione diuini⁹? quæ cũ adoleuit atq; perfecta est: nominatur rite sapientia.
Cicero li.ii.de natura deoꝝ.
Sapientia & ratione nihil est melius.
Idé li.i.de finibus bonoꝝ & maloꝝ.
Non paranda nobis solum: sed fruenda & sapiẽtia est. Cicero Ibidem.
Sapientia enim est una quæ mœsticiã pellat ex aĩs: quæ nos exhorrescere metu non sinat: qua præceptrice i tranquillitate uiui potest omnium cupiditatum ardore restincto. Ibidé.
Sapientes bona pterita renouata: grata recordatio ne delectant. Cicero Ibidem.
Sic enim ab Epicuro sapiens semper beatus īducit: finitas habet cupiditates: negligit mortem: de diis immortalibus sine ullo metu uere sentit: non dubitat: si ita melius sit: migrare de uita. His rebus instructus semper ẽ i uoluptate. Neq; enim tempus est ullum: quo non plus habeat uoluptatum q̃ dolorum. Nam & pterita grate meminit: & psentib⁹ ita potitur: ut animaduertat q̃ta sint ea: quã q; iucunda. Neq; pendet ex futuris: sed expectat illa: fruitur psentibus: ab his q; uitiis quæ pauloante collegi abest plurimum: & quum stultoꝝ uitã cum sua comparat: magna efficitur uoluptate. Dolores autem si qui icurrunt: nũquam uim tantã habẽt: ut non plus habeat sapiens quod gaudeat: q̃ quod

Aristoteles angatur. Aristo.li.i.Metaphisicæ.
Omnes hoĩes natura scire desyderant. Ibidé.
Conueniens est quanlibet artem inuenientem ultra omnes sensus ab hoĩbus admirari: non solum propter aliquam inuentorum utilitatem: sed tanq̃ sapientem: & ab aliis differentem. Ari. Ibidé.
Ad sapientem pertinet scire omnia in uniuersali: & scire difficilia: & habere sciẽtiam certiorem q̃ his: & scire reddere causas eorum quæ sunt: & habere scientiam: quæ sui ipsius sit tantum: & non alterius est causa: & habere scientiam quæ ordinat alios sibi subseruientes. Ari.li.i.Metaphisicæ.
Sapienté ordinare & non ordinari oportet.i.regere & non regi. Idé li.i.Posterioꝝ.
· Sapientes & isipientes opinantur se scire: illi quidẽ opinantur: & sciunt: & causam habẽt: illi uero minime. Idé li.ii.Topicoꝝ.
· Loquendum est ut plures: sapiendum est ut paucio res. Aristote.li.Elenchorum.
Imperiti uelut longe distantes speculantur. Ibidẽ.
Quibusdã magis est operepcium uideri sapiẽtes: & non esse: q̃ esse: & non uideri. Ibidé.
· Duo sunt opera sapientis: quorum unum est: nõ mẽtiri de quibus nouit: alterum uero mentienté manifestare posse. Aristo.li.magnorum moralium libro.i.cap.xxxvii.
· Sapientia est ex intellectu & sciẽtia cõposita. Quia erit circa hæc quæ & intellectus & scientia.
Idem capitu.lxxv.
· Sapientia quidem est circa perpetuum & diuinum: Prudentia autem est circa conferens hominũ.
Laer.Dio.de uita & morib⁹ phylosophoꝝ. Laer.Dio.
· Viaticum tibi dicebat Bias adolescentia ad senectutem sapientiam compara: ea quippe sola est certa ueraq; possessio. Ibidé.
Si sapientiæ forma oculis uideri posset: ad amorem sui omnes maxime excitaret. Ibidé.
Interrogatus Plato: quis sapientiam adipisci possit: ait: in non expectando quæ euenire non possunt: nec de pteritis recordari. Ibidé.
· Interrogatus per quid cognoscitur sapiens: ait: sapiens quum uituperatur: non irascitur: & non extollitur: quũ laudatur. Cicero Tus.q̃.li.ultio. Cicero
Quid melius q̃ fortunam exiguam interuenire sapienti? Cicero Ibidem.
· Sapientis est enim proprium nihil quod pœnitere possit facere: Nihil inuitum. Splendide: constãter: grauiter: honeste omnia: nihil ita expectare: quasi certo futurum: nihil quum acciderit: admirari: ut inopinatum: ac nouum accidisse uideatur: omnia ad suum arbitrium referre: suis stare iudiciis.
Cicero li.de amicicia.
Sapiens est ille: qui omnia sua in se posita esse ducit: humanosq; casus uirtute inferiores putat.
Cicero Rhetoricoꝝ uetéꝝ li.i.
Me quidem cogitanté: ratio ipsa in hanc potissimũ sententiam ducit: ut æstimé sapiam sine eloquẽtia paꝝ prodesse ciuitatibus: Eloquentiam uero sine sapientia nimium obesse plerunq;: pdesse nunq̃: Quasi qui dimissis rectissimis atq; hõestissimis studiis rationis & officii consumit omné opam in exercitatione dicendi: is inutilis sibi: perniciosus patriæ: ciuis alatur: Qui uero ita se armat eloquẽtia: ut nec oppugnare cõmoda patriæ: Sed pro his pugnare possit. Is mihi uir & suis & publicis rationibus utilissimus atq; amicissimus ciuis fore uidet.
Cicero de oratore li.ii.
Semp statui neminem sapientiæ laudé & eloquentiæ: sine summo studio: & labore: & doctrina consequi posse. Lucius Apu.de dogmate Platõis. L.Apulei⁹.
Sapientem perfecte esse non posse dicit Plato nisi

cæteris ingenio pſſet: & artibus: & prudentiæ pa/ tibus imbutus ſit. Deniq; ſapiens nec in ſecundis rebus effertur: nec contrahitur in aduerſis: quum ſe ornamentis ſuis ita inſtructum ſciat: ut ab his nulla ui ſegregetur: hunc talem non ſolum iferre: ſed nec quidem referre oportet iniuriam.

Vale.max. Valerius Maxi.lib.iiii.

Immenſa illa ſapia quæ nec ipſo qdem uitæ exceſſu obliuiſci ſui poteſt. Periander.

Periander

Heſiodus σοφόσ χρῶ.i. ſapientibus utere. Heſiodus.

οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει

φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω

ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται

ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων

ἐν θυμῷ βάλληται· ὁ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ. idest.

Hic quidem optimus: qui pſe omnia cognoſcet

Intelligẽs ſequẽtia: & q̃ i fine futura ſint meliora:

Bonus autẽ rurſus & ille q bene monenti pebit.

Phocylides Qui uero neq; pſe cognoſcet: neq; aliũ audire In aio ppoſuerit: hic ſane iutilis uir. Phocylides.

τοι σοφίην σοφὸς ἰθύνει τέχνας δ' ὁμότεχνος.i.

Sapiam ſapiens dirigit: artes aũt coartifex. Idẽ.

τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.i.

A deo iſpiratæ ſapientiæ ſermo ẽ optimus. Idẽ.

βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σοφισμένος ἀνήρ

ἀγρούς καὶ πόλιας σοφία καὶ νῆα κυβερνᾷ idest.

Melior forti eſt ſapiens uir.

Agros enim & ciuitates ſapientia: & nauem guber

Pallades nat. Pallades.

οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν ἔχει φύσιν. ἀλλὰ τὸ εἶναι

φροντίδας ἐκ στέρνων τὰς πολιὸ κροτάφους.

πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον. ἡ δὲ περισσὴ

θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη

ἐν δὲ ἐν ἀνθρώποισιν ἀρείονα πολλάκις δήεις

καὶ πενίην πλούτου καὶ θάνατον βιότου.

ταῦτα σὺ γινώσκων κραδίης ἴθυνε κελεύθους

εἰς μίαν ἐσορόων ἐλπίδα τὴν σοφίην.i.

Non uiuere gratioſam habet naturam: ſed abiicere Curas ex pectoribus cana tempora facientes.

Diuitias habere uolo ſufficientes: ſuperflua Animum ſemper rodit auro furens meditatio.

Hinc inter homines meliorem ſæpe inuenies Et paupertatem diuitiis & mortem uita.

Hæc tu cognoſcens cordis dirige itinera In unã inſpiciens ſpem ſapiam. Menander. Menãder.

οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον.i.

Non eſt ſapientia poſſeſſio pcioſior. Idẽ.

σοφία γάρ ἐστι καὶ μαθεῖν ὃ μὴ νοεῖς.i.

Sapientia n. eſt & diſcere quod neſcis. Idẽ.

σοφῷ παρ' ἀνδρὶ πρῶτον ἥξει λόγος.i.

Sapientem apud uiρ primũ iuent' ẽ ſermo. Idẽ.

σοφὸς γὰρ οὐδεὶς ὃς τὰ πάντα προσκόπτει. idest.

Sapiens.n. nullus qui omnia offendit. Idẽ.

σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον.i.

Sapientia diuitiis poſſeſſio pcioſior. Idẽ.

σοφὸν παρ' ἀνδρός χρὴ σοφώτερον μανθάνειν idest.

Sapienti a uiro oportet ſapiens qd diſcere. Idẽ.

σοφοί δὲ κρύπτουσιν οἰκεῖα βλάβας.

Sapientes aũt occultant propria damna. Idẽ.

ἄριστον ἐστι πάντ' ἐπίστασθαι καλά.i.

Optimum eſt oĩa ſcire pulchra. Idẽ.

μισῶ σοφιστήν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός

· Odi ſapientem: qui non ſibi ipſi ſapiens.

Plautus Plautus in Epidicho.

Plus ſcire ſatius eſt: q̃ loqui ſeruum hominẽ: ea ſapientia eſt. Plautus in milite glorioſo.

Terentius · Nemo ſolus ſatis ſapit. Teren. in Eunucho.

Labore alieno magnam partam gloriam uerbis ſæpe in ſe transfert: qui habet ſalẽ quod in te eſt.

Ouidius Ouidius li.i. de arte amandi.

· Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ. Qui ſapit innumeris moribus aptus erit.

Horatius Horatius in arte poetica.

Siluestres animos ſacer interpreſq; deorum Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus:

Vide ifra in Poeta. Hora. ſer. li. ii. ſatyra.vii.

Quis nam igr̃. liber: ſapiens ſibi q imperioſus:
Quẽ neq; paupies: neq; mors: neq; uicula terrẽt.
Reſponſare cupidinibus: contemnere honores
Fortis: & in ſe ipſo totus teres atq; rotundus.
Externi ne quid ualeat per leue morari:
In quem manca ruit ſemp fortuna: potes ne
Ex his ut proprium quid noſcere: Quinq; talenta
Poſcit te mulier: uexat: foribuſq; repulſum
Perfundit gelida: rurſus uocat: eripe turpi
Colla iugo liber: liber ſum: dic age: nunquis?
Vrget.n. dominus mentẽ: non leuis & acris
Subiectat laſſo ſtimulos: uerſatq; negantem
Vel cum pauſiaca: turpes inſane tabella.

Hor. epiſtolaρ. li.i. epiſtola.i.

Ad summam sapiens uno minor est Ioue: diues:
Liber: honoratus: pulcher: rex deniq; regum:
Præcipue sanus: nisi quum pituita molesta est.
Iuuenalis — Iuuenalis satyra.xiii.
Plurima fœlix
Paulatim uitia atq; errores exuit omnes
Prima docens rectum: sapientia
Dantes — Dantes inferni cant.ix.
O uoi chauete lintellecti sani
Mirate la doctrina che sasconde
Sottol uelame de li uersi strani.

SApor græce χυμὸσ.οῦ.ὁ. dr. Est autem sapor passio humidi a sicco mediante calore alteratiua gustus de potentia ad actum. scdm Arist. li. de sensu & sensato.

Sapor consistit i humido aqueo aliqualiter digesto: sicut odor consistit in sicco aereo aliqualiter contemperato. scdm. b. Tho. super li. de Anima secundo lec.xix.co.iiii.

Sapor a sapio uenit. Sapere autem proprie ad sensum corporis ptinet: & significat saporē habere: & fere semper in bonam capitur partem. Hic deducitur Sapidus. i. gratum saporem habens: unde Sapide aduerbium. Quorum contraria sunt Insipidus: & Insipide: hoc est sine sapore. Sapio interdum transfertur ad aium: & idem est quod recte sentio. Ouid. His ego si saperem: paulo q; audacior essem Vterer: Vtetur si qua puella sapit. A sapio sit sapientia: de quo supra.

SAtisfactio græce πληροφορία. ασ. ἡ. & πληροφορέω satisfacio dr. Est autem satisfactio: deo debitum honorem pro cōmissa culpa impendere. scdm Augu. ex. b. Tho. iiii. sen. di.xv.q.i.ar.i.

Satisfactio est redditio æqualentis alias indebiti.

Satisfactio est cās peccatorū excidere: & eorū suggestionibus aditum nō idulgere. scdm August. & habetur de pœni. dī. iii. c. Satisfactio.

Satisfactio est iniuriæ illatæ recompensatio: scdm æqualitatem iusticiæ. scdm Theologos.

Satisfactio est actus uirtutis materialiter: & formaliter: electiue qdem iusticiæ uidicatiuæ. Imperatiue uero est actus charitatis. scdm. b. Tho. iiii. sen. di.xv.q.i.ar.i.
Tobias — Tobias. c. iiii.

Quicunq; tibi aliqd operatus fuerit: statim ei mercedem restitue: & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.
Augustin⁹ — Aug. in Enchyridion. c. lxxi.

De quottidianis breuibus leuibusq; peccatis: sine qbus uita hæc non ducitur: quottidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum. n. est dicere: Pater noster qui es in cælis: qui iam regenerati sunt ex aqua & spiritu sancto. Delet hæc oratio minima & quottidiana peccata: Delet etiam illa a quibus uita fidelium scelerate gesta: sed præmittendo melius mutata discedit. Gregor. in Pastorali. — Gregorius

Nequaq̄ satisfacimus: si ab iniquitate cessamus: nisi uoluptates quoq;: quas dileximus e cōtrario oppositis lamentis insequamur.
Leo papa in sermone de Ieiunio. — Leo papa

Oratione propiciatio dei quæritur: ieiunio concupiscentia carnis extinguitur: eleemosynis peccata rediumuntur: simulq; per omnia dei imago in nobis renouatur.

SCabies græce ψώρα. ασ. ἡ. & ψωραλέος. ου. ὁ. scabiosus dr. Dicit̄ autē a scaber: qd est asper: qsi scabies asperitatem i cute faciat. Virg. Exesa inueniet scabra rubigine pila: Hinc ēt scabricies asp: ritas: & scabre aspere

SCandalum græca dictio est σκάνδαλον. ου. τό. Ita & σκανδαλίζω. Et est dictum. aut factum minus rectum præbens alteri ruinæ occasiōem. scdm. b. Tho. scda scdæ. q. xliii.

Scandalum large sumitur pro quolibet ipedimento alicui præstito in uia aliqua: qua prosequi itendit. scdm eundem scda scdæ. q. xliii. ar. i. o.

SChenophegia dicuntur a σχηνώω quod est macero: Et erat festum tabernaculorū per dies septem: propter bñficium deductiōnis: & ptectionis i deserto. Et significat pægrinationem sanctorum i hoc mundo: Cui nunc succedit festum consecrationis ecclesiæ: scdm. b. Tho. prima scdæ. q. ci. art. iiii.



Cientia g̅ ἐπιστήμη. ης. ἡ. & ἐπιστήμων. ονος. ὁ. sciens dr. Est autem scientia: habit⁹ demonstratiuus: secundum Arist. li. vi. Ethicorum.

Scientia est determinatio intellectus ad alteram partē cum certitudine.

Scibile dr scdm potētiam: Scientia uero secundum actum: uel habitum. Ideo non sunt simul natura. ex. b. Tho. pria parte. q. xiii. ar. vii.

Sciētia a scio dr. Scire utam ꝓprie est rē rōne: & p cām cognoscere. Quid autē a Sapia Scientia differat: Vide supra i Sapia. Ecclesiastici. c. i. — Eccläsici.

Qui addit scientiam: addit & dolorem.
Paulus primæ ad Corinthios. c. i. — Paulus

In multa sciētia: multa idignatio. Pau. Ibidē. c. viii.

Scientia iflat: charitas uero ædificat. Si qs autem se existimat scire aliquid: nundum cognouit quem/

admodum oporteat eum scire. Ibidem.

Augustin' Sed non in oibus est scientia. Aug. li. Quæstio num: & habetur. di. xxxvii. c. Non omnis.

Non omnis q ignorat immunis est a poena: Ille. n. ignorans pot excusari a poena: qui quod disceret non inuenit. Illis autem hoc ignosci non poterit: q habentes a quo discerent: operam non dederunt.

Aug. & hétur. xxxviii. c. Quãuis errare.

Quãuis errare quãta possumus cura cauendum sit. Vide supra in Ignorãtia. Aug. sup. ps. lxx.

Hæc tota scientia magna hois scire: quia ipse nihil est per se: & qm qcquid est ex deo é: & pp deum é.

August. in sermone de ascensione.

Qui se dicit scire quod nescit: temerarius est: Qui se negat scire quod scit: ingratus est.

Augustinus li. iii. de libero arbitrio.

Animæ non iputatur ad reatum: qd naturaliter sci re non põt: sed quod scire non studuit: & qd dignã facultati cõparandæ ad rectam faciendi opam nõ dedit. Loqui. n. non posse: & scire non posse infan ti naturale est: qa ignorantia illo modo inculpabi/ lis est: Sed & humanis affectibus blanda atq gra/ ta. Non. n. ullo uicio illam facultatem cõparare ne glexit: aut ullo uitio q cõparauerat amisit.

Gregorius Greg. li. xxiii. moralium.

Vera sciẽtia afficit non extollit: nec supbiẽtes quos impleuerit: sed lamẽtantes facit: qua qsq quum re pletus fuerit: priori loco se scire appetit: & iam sui conscius tanto per illam robusti' sapit: quanto se infirmum in illa nerius recognoscit.

Io. Chrys. Io. Chrys. de cognoscibilibus ab homine.

Magna uirt' boni est cognoscere malos: & firma tu tella salutis scire quod fugias.

Io. Chrys. in Polic. li. iii.

Præcedit. n. sciẽtia uirtutis cultum. Quia nemo po/ test fideliter appetere quod ignorat: & malum nisi cognitum sit: non timetur.

Isydorus Isydorus li. ii. de summo bono.

Ad maioris culpæ cumulum pertinet scire quẽq qd sequi debeat: & sequi nolle quod sciat.

Isydor. li. iii. de summo bono.

Plerq accepta scientia litteraɣ: non ad dei gloriã: sed ad suam laudem utuntur: dum de ipsa extol/ luntur: & ibi peccant: ubi peccata emendare de/

Bernardus buerunt. Bernardus super cant.

Sunt qui scire uolunt eo fine tantum: ut sciant: & turpis curiositas est. Et sunt qui scire uolunt: ut sci entiam suam uendant: Verbi gratia: p pecunia: p honoribus: & turpis quæstus est. Et sunt qui scire uolunt: ut sciantur ipsi: & turpis uanitas est. Sed sunt qui scire uolunt: ut ardentius ædificent: & charitas est: Et sunt qui scire uolunt ut ædificen/ tur: & prudentia est.

Bernardus sup cant. sermõe. xxxvi. expone͂s illud ad Coryn. viii. c. Si qs existiet se scire.

Vides q non probat multum scientes: Si modum sciendi nescierunt. Vides quomodo fructum & uti litatem scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit nisi ut scias: quo ordine quo studio: quo fine unumquodq scire oporteat. Quo ordine: ut illud prius quod maturius mouet ad salutẽ. Quo studio: ut illud ardentius: quod uæhementius ad amorem. Quo fine ut non ad inanem gloriam: & ostentationem: sed ad tuam: & aliorum salutem.

Bernar. li. meditationum.

Scientia parit cognitionem amoris: amor frequen/ tiam: frequentia familiaritatem: familiaritas fidu ciam: fiducia facilem impetratorem.

Sanctus Thomas de aquino in epistola de modo acquirendi scientiam. S. Tho. aq.

Quia quæsiuisti a me i Christo mihi charissime. Io. qualiter te studere oporteat i thesauro sciẽtiæ acq rendæ: tale a me tibi sup hoc tradit̃ cõsilium: ut p riuulos nõ statim i mare eligas itroire: qa p faciho/ ra ad difficiliora oportet deuenire. Hæc é ergo mo nitio mea: & instructio tua: Tardiloquum te esse iubeo: & tarde ad locutorium accedentẽ. Cõscien tiæ puritatẽ amplectere. Orõni uacare nõ desinas. Cellam frequẽter diligas. Si uis i cellã uinariam in troduci. Oibus q te familiarem exhibe. Nihilq te penit' de factis alioɣ itromittas. Nemini te mul tum familiarẽ ostẽdas: Quia nimia familiaritas pa rit cõtẽptum: & subtractõis subito materiã submi nistrat. De uerbis & factis secularium nullatenus te itromittas. Discursus sup omnia fugias. Sãctoɣ & bonoɣ uestigia imitari nõ desinas. Nõ respicias a quo audias: sed qcqd boni dicatur memoriæ re/ commenda. Ea quæ legis & audis: fac ut itelligas. De dubiis te certifices: & quicqd poteris in arma/ riolo mentis reponere satage: sicut cupiens uas im plere. Altiora te ne quæsieris. Ita sequens uestigia: frõdes & fructus i uinea dñi Sabaoth utiles: q diu uitam habueris proferes: ac produces. Hæc si se/ ctatus fueris ad id attingere poteris qd affectas.

Hugo de istructõe nouiciorum. Hugo

Via ad deum est sciẽtia quæ ad istitutionem recte & honeste uiuẽdi pertiet. Est & disciplinæ bonitas: & beatitudo. Per scientiam itur ad discipl nam: per disciplinam ad bonitatem: p bonitatem ad beatitu/ dinem. Hugo i didascalicon. li. iii.

Si qs familiariter scientiam amare didicerit: & ei sæ pius uacare uoluerit: iucundam ualde reddidit ui tam: & maximam i tribulatõe pstat consolatõem.

Lactan. Fir. diuiarum istitutõm. li. iii. Lact. Fir.

Quis eim scire contentus est nõ expetens aliquem fructum scientiæ? Idem li. vi. c. y.

Scĩetia est deum noscere: uirtutes colere: ĩ illo sapiẽtia: ĩ hoc iustitia cõtinetur.

Seneca — Seneca ad Lucillium epistola. lxxvii.

Tã diu discẽdum ẽ: q̃diu uiuas. Sen. Tragoedia. iiii.

Pudor est secundus nosse peccandi modum.

Seneca Tragoedia. vii.

Dediscit animus sero quod didicit diu.

Seneca Tragedia. iiii.

Incertum est nescire quod liceat sibi. Id facere laus est: quod decet: non quod licet.

Aristoteles — Aristot. li. i. Metaphisicæ.

Oẽs hoies natura scire desyderant. Ibidem.

Tunc unum quodq; scire dicim⁹: quum primã cãm scire putamus. Aristot. li. ii. methaphisicæ.

Finis scientiæ speculatiuæ est ueritas: practicæ uero opus. Ibidem.

Tunc scire putam⁹: quũ ipsas cãs cognoscim⁹. Ibi.

Absurdum ẽ simul sciẽtiã quærere: & modũ sciẽdi.

Cõmẽtat. — Commentator super. ii. Metaphisicæ.

Nullus põt p se inuenire artes speculatiuas: uel practicas i maiori pte: qa nõ cõplet̃ nisi p iuuamẽtum prioris ad subsequẽtẽ: & si prior non fuisset: subsequẽs nõ esset. Arist. li. iii. Metaphisicæ. — Aristoteles

Magis dicimus illum scire q scit rem affirmatiue: q̃ qui scit negatiue. Idem li. iiii.

Eiusdem scientiæ est opposita consyderare: hoc est: oppositoꝶ eadem ẽ disciplina. Ibidem.

Primum pricipium ĩ aliqua sciẽtia debet esse notissimum i ea & firmissimum. Cõmenta. ibidem. — Cõmẽtat.

Vna scientia non est tantum unius uniuoci: sed ẽt unius analogi. Aristot. li. vi. Metaphisicæ. — Aristoteles

Nulla sciẽtia particularis probat subiectum suum esse: sed supponit ipsum esse. Ibidem.

Omnis scientia: uel est actiua: uel factiua: uel theorica. i. speculatiua. Ibidem.

Naturalis scientia non est practica: sed speculatiua.

Cõmẽtat. — Cõmentator super. xi. metaphisicæ.

Scientia dei causat res: sed nr̃a causatur a rebus.

Aristoteles — Aristot. li. i. Physicorum.

Scire & intelligere cõtingit circa omnes scientias: quaꝶ sunt pricipia: cã: & elementa ex eoꝶ cognitione. Cõmentat. super. i. Physicorum. — Cõmẽtat.

Aristoteles per principia intelligit causas efficiẽtes: & p causas intelligit causas finales: & p elementa materiam & formam.

Commentator super. ii. de cælo & mundo.

Melius est modicum scire de rebus nobilioribus: q̃ multum de rebus uilioribus.

Aristoteles — Aristot. li. ii. de cælo & mundo.

Magis diligimus illa scire: de quibus maximam dubitationem habemus: & per paruas & debiles rationes: q̃ notiora qdem & p rationes efficaces.

Aristot. li. iii. de cælo & mundo.

Prima cõsyderatio sciẽtiæ naturalis ẽ de corporib⁹ corruptibilib⁹. Cõmẽt. sup. iii. de cælo & mũdo. — Cõmẽtat.

Tria fecerũt Auicenã errare frequẽter ĩ naturalib⁹ scilicet i expiẽtia: & cõfidẽtia ꝓprii igenii: & ignorantia logicæ. Aristo. li. i. de anima. — Aristoteles

Sciẽtia ẽ de numero bonoꝶ honorabilium. Ibidẽ.

Vna sciẽtia dicit̃ nobilior altera: uel nobilitate subiecti: uel pp certitudinem: & scientia de anima pp utrunq; est nobilior aliis naturalibus. Ibidem.

Cognitio libri de anima utilis est ad omnem ueritatem: & maxime ad scientiam naturalem.

Commenta. super. i. de anima. — Cõmẽtat.

Subiectum sciẽtiæ de aĩa ẽ nobilius subiectis aliaꝶ sciẽtiaꝶ: & demõstratio eius magis firma: & ideo ipsa præcedit alias sciẽtias. Arist. li. ii. de anima. — Aristoteles

Eadem est scientia contrariorum. Ibidem.

Intellectus & scientia semper sunt uerborum.

Themistius super. ii. de anima. — Themisti⁹

Ea quæ scimus: sunt minima pars eorum quæ ignoramus. Aristot. li. iii. de anima. — Aristoteles

Secantur scientiæ quemadmodum & res: de q̃bus sunt scientiæ. Aristot. ibidem.

Necesse est intelligentem quemcunq; phantasmata speculari. Commentator sup. iii. de anima. — Cõmẽtat.

Quum hõ copulatus fuerit intellectui p scientiam oium reꝶ cõplete: tunc ẽ deus in humano corpore hospitatus. Themistius sup. iii. de aia. — Themisti⁹

Prius est scire actões aiæ: q̃ eius substãtiã. Ibidem.

Scientia de anima necessaria est ad sciendum philosophiam primam. Aristo. li. xi. de aialibus. — Aristoteles

Magis concupiscimus scire modicum de rebus honorabilib⁹ & altissimis: licet non ꝓbabiliter id sciamus: q̃ scire multum: & per certitudinem de rebus min⁹ honorabilibus: & uilioribus: uel uulgaribus.

Aristot. li. i. Ethicorum.

Conscii propriæ ignorantiæ admirantur homines scientes. Arist. li. vi. Ethicorum.

Non sufficit ad sciẽtiam alicuius: ut sciat in uniuersali & confuse: sed oportet scire determinate & distincte. Ibidem.

Scientia est de his quæ nõ possunt se aliter hẽre: & de æternis. Arist. li. de regimine principum.

Cuncta sunt scibilia: uia rationis.

Idem li. de bona fortuna.

Quid melius intellectu: & scientia: nisi deus?

Aristot. epistola ad Alexandrum.

Multo melius est habere aĩam hñtem sciẽtias: q̃ habitu corporis uidere bene indutum. Ibidem.

Sicut uita sine tristicia delectabilis est: ita sciẽtia rationalis: & sensata amabilis ẽ. Idẽ epist. ad Alex.

Sicut cõseruamẽtum corporis est sanitas: ita cõseruatiuum aĩæ est eruditio. Arist. li. ii. Rhetoricoꝶ.

Turpe est ignorare: quod omnibus scire conuenit.

Porphyri' Ex libro primo Porphyrii.
Infinita dicit Plato relinquenda ſunt ab arte: ho neq; poſſe fieri diſciplinam ideſt ſcientiam. Vn in diuiduis: quia infinita ſunt: non eſt ſcientia.

Boetius. Boetius.
Scientia eſt in aīa ſicut accidens i ſubiecto. Idem.
Multa ſunt ſcibilia: quoꝝ non eſt ſciētia. Idem.
Scibile ē prius ꝗ ſcientia: & ſēſibile ꝗ ſenſus. Idem.
Sciētia eſt de numero pmanentium & diſcibile mobilium. Idem.
Si quis mediocriter ſciuit ſcientiam: niſi grandis fiat permutatio ab ægritudine: uel aliquo huiuſmodi: non recedit. Boetius.
Quod ſciētia feſtinata nō creſcit: mediocriter autē ſumpta augumētatur & creſcit. Idē li. diuiſionū.
Quam magnos fructus affert ſciētia diuidendi ſtudioſis hominibus. Ibidem.
Scientia diuidendi reddit dociles auditores.

Ariſtoteles Ariſt. li. ii. priorum.
Nullum ſenſibilium quum extra ſenſum ſit ſcim'.
Nihil ꝓhibet ſcire: & decipi circa idē (Ibidē.

Ariſtot. li. i. poſteriorum.
Omnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtenti fit cognitione. Ibidem.
Aliqua neceſſaria ſunt præcognoſcere dupliciter. ſ. qa ſunt: & qd dicitur per nomen. Ibidē.
Quod aliquis adiſcit hoc ipſum ſcit: quod autem non: & neſcit ipſum. Neſcit. n. ipſum i forma propria. i. actu: bene ſcit ipſum potentiali uirtute.

Ariſtoteles Ibidem.
Scire opinamur unum quodq; ſimpliciter & nō ſophiſtico modo: quod eſt ſcdm accidēs: quum cauſam arbitramur cognoſcere: ꝓpter quam res eſt: & non contingit ſe aliter habere. Ibidem.
Neceſſe eſt demonſtratiuam ſciētiā eſſe ex ueris: & primis: & imediatis: & prioribus: & notionb': cauſiſq; cōcluſionis ubi icluditur ꝓprium. Ibidem.
Quod non eſt non contingit ſcire: ex quo hēmus ꝙ de non ente non habemus ſcientiā. Ibidem.
Scientia eſt illoꝝ quoꝝ eſt demonſtratio: & non eſt ſcdm accidens hēre demonſtrationem. Ibidē.
Tunc ſcimus quum cāſ cognoſcimus & priores: ſi ueræ ſunt: & notiores: non ſolum altero modo intelligendo: ſed ſciendo qm ſunt. Ibidem.
Nō oē qd ſcitur p demonſtrationem ſcit. Ibidē.
Principia cognoſcimus inquātum terminos cognoſcimus. Ibidem.
Scire autem demonſtratio eſt duplex. ſ. ſimpliciter: & ſecundum quid. Ibidem.
Scientia demonſtratiua eſt neceſſariorum.

Ariſt. li. i. Poſteriorum.
Simpliciter ſcibilia ſunt per ſe: aut ſicut in eſſe prædicantibus: aut ſicut in eſſe ꝓpter ipſa quæ ſunt ex neceſſitate. i. propoſitiōes ſecundi modi & quarti ſcibiles. Ibidem.
Quod ſcitur non poteſt ſe aliter hēre. Ibidem.
Accidens contingit non eſſe. ſ. per ſe. ꝓpter quod ſcire eſt per cauſam cognoſcere. Ibidē.
Scire propter quod: eſt per cauſam ſcire. Ibidem.
Nec demonſtratio nec ſcientia corruptibilium: ſed perpetuorum eſt. Ariſtot. ibidem.
Eoꝝ quæ ſæpe fiunt nō ut ſæpe fiunt: ſed ut ſemꝑ ſunt demōſtratōes & ſciētiæ: ut defect' lunæ. Ibi.
Alteꝝ eſt genus ſubiectum ſciētiæ ſubalternantis a genere ſubiecto ſciētiæ ſubalternatæ. Ibidem.
Qui ex ſuperiorib' cauſis: magis ſciuit: ergo illa magis & maxime erit ſcientia. Ibidem.
Difficile eſt cognoſcere ſi aliqs ſciuit uel nō. Ibidē.
Difficile eſt. n. noſcere ſi ex uniuſcuiuſq; principiis propriis ſcimus aut nō: qd uere eſt ſcire. Ibidē.
Si ex ueris & primis habemus ſyllogiſmum: opinamur ſcire: ſed hoc non eſt ſufficiēs: ſed oportet eſſe ex qbus ſcitur: ut ſint proxima primis. Ibidē.
Oēs ſcientiæ communicant ſcdm cōia pricipia: ſed nō cōia principia ex qbus demonſtrant. Ibidē.
Vnaquæq; ſcientia habet ſuas proprias interrogationes & reſponſiones: & diſputatōes. Ibidem.
Duplex eſt ſcire. ſ. ſcire quia erit: & ſcire propter qd eſt. Ariſt. li. i. poſteriorum.
In ſciētiis diuerſis ſæpe dicet una ſcientia pp qd: ut medicina dicit ꝙ uulnera circularia tardius ſanāt: ꝗ longa: ſed pp quod uis dicit geometra. Ibidem.
Sciētes uniuerſale ſæpe neſciūt ipſū ſingulare. Ibi.
Figuratum maxīe faciēs ſcire: ē prīa figura. Ibidē.
Si aliqs ſenſus deficit: neceſſe eſt deficere ſcientiā: quæ ſecundum illum ſenſum: quam ēt impoſſibile eſt accipere ſine ſenſu. Ibidem.
Aut addiſcim' p dmōſtratōem: aut p iductōem. Ibi.
Nō cōtigit aliqd ſcire: niſi p demōſtratōem. Ibidē.
Altera ſcientia ē ab altera: quaꝝ nō ſunt eadē principia: uel: nec ex alterutris nec ex eiſdē. Ibidem.
Entis quod eſt a fortuna: nō eſt ſcientia p demōſtrationē: qa nec ſemper eſt: nec frequēter. Ibidem.
Senſus eſt ſingulariū: ſciētia uero uniuerſaliū. Ibi.
Sciētia ē neceſſarioꝝ: opinio uero cōtigentium: & aliter ſe habētium. Ariſt. li. ii. Poſteriorum.
Vnius inquātum unum una ē ſciētia. Ibidem.
Impoſſibile eſt ſcire quod qd eſt: & ignorare ſi eſt.
Ipſius qd quid ē: non ē demonſtratio. Ibidē.
Scire opinamur quum cauſam rei ſcimus. Ibidē.
Principium habitus non eſt ſcientia: ſed itellectus.

Ariſto. li. ii. Topicorum.
Scire non eſt reminiſci: quia ſcire contingit pñtia & futura: reminiſci uero niſi præterita.

Ariſto. li. viii. Topicorum.
Vna diſciplina melior eſt altera: uel quia certior:

uel q̄a de melion subiecto. Arist.li.Elencoꝝ.
Quod scimus sæpe transpositum ignoramus.
Arist.li.magnorum moralium li.i.c.lxxii.
Intellectus est circa pricipia intelligibilium entium. Scientia est reꝝ quæ sunt cum demõstratiõe. Principia autem itelligibilia sunt: Quare nõ utiq; erit circa principia scientia: sed intellectus.
Aristot.in Problematibus.
Oẽs excellentes uiri aut secundum philosophiam: aut politiam: aut poesim: aut artes uidẽtur malen colici esse. Laer.Diog.de uita & mo.philosopho. La.Diog.
Interrogatus Thales Millesius: quid difficile: ait: se ipsum agnoscere. Ibidem.
Potius est doctum esse: q̄ pecuniæ confidentem: dicebat Theophrastus. Doctus.n.solus ex omnibus nec i alienis pegrinus: neq; amissis familiaribus & necessariis inops est amicoꝝ: sed in omni ciuitate ciuis est. Cicero li.i.de finibus bonorum & ma. Cicero.
Sublata cognitione & sciẽtia: tollit̃ ois ratio: & uitæ degendæ: & rerum gerendarum.
Idem li.ii.de diuinatione.
Philosophia uir bonus efficitur & fortis. Ibidem.
Sunt enim hæc ꝓpria philosophorum: respõdere: aut consuli: q̄d bonum: q̄d malum: q̄d neutrum.
Cicero Tus.quæst.li.iii.
Neq; insipientia ullum malum est maius.
Macrobi⁹. Macrobius li i.Saturnalium.
Apes.n.quodãmodo debemus imitari quæ uagantur: & flores carpunt: deide quæ q̄d attulerunt disponunt: ac p fauos diuidunt: & succum uarium i unum saporẽ mixtura quadam: & ꝓprietate spiritus sui mutant. Nos quoq; q̄cq̄d diuersa lectione quæsiuimus cõmittamus stillo: ut in ordinẽ eodẽ dirigente coalescat. Nam & in animo melius distincta seruãtur: & ipsa distinctio nõ sine quodã fermẽto quo panditur uniuersitas i unũ saporis usum uaria libamẽta confundit: ut ẽt si q̄d apparuerit: unde sumptum sit: aliud tñ esse: q̄ unde sumptum noscatur: appareat. Ibidem li.vi.
Multa ignoramus quæ non laterent: si ueterũ lectio nobis esset familiaris. Ibidẽ li.vii.
Velut paucæ lręmutæ dispersæ inter multas uocales i societatẽ uocis facile inassuescunt: Ita rariores impiti gaudentes consortio peritorum: aut cõsonãt: si qua possunt: aut rerum talium capiuntur auditu. Isocrates ad Dimõicum ser.admõitorio. Isocrates
ἐὰν ἧς φιλομαθὴς ἔσει πολυμαθής.i.
Si eris cupidus discendi: eris multa discẽs. Idẽ Ibi.
ἃ μὲν ἐπίστασαι διαφύλαττε ταῖς μελέταις: ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας προσλάμβανε ταῖς ἐπιστήμαις. ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν ἀκούσαντα χρήσιμον λόγον μὴ μαθεῖν καὶ διδόμενόν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων μὴ λαβεῖν.i.
Quæ quidem scis conserua meditatõibus: quæ autem non didicisti cape doctrinis. Similiter.n.turpe audienti utilem sermonem: non discere: Et datum aliquod bonum ab amicis non capere.
Idem Ibidem.
ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω. τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει. τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει. σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. idest.
Existima disciplias multas multis esse pecuniis præstantiores: Illæ quidem cito deficiont: Illæ uero p totum tempus permanent. Scientia enim sola possessionum immortalis. Plautus in Amphitrione. Plautus
Haud æquum facit: qui quod didicit: id dediscit.
Virgilius georgicon li.ii. Virgilius
Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas
Atq; metus omnis: & inexorabile fatum
Subiecit pedibus: Strepitũq; Acherontis auari.
Horatius carminum li.iiii.Ode.iiii. Horatius
Nec scire fas est omnia. Idem in arte poetica.
Cur nescire pudens praue: q̄ discere malo?
Franc.Petrarcha triumpho amoris.c.i. Fran.Petr.
Altro diletto che imparar non trouo.
De hac materia hẽs supra ubi Doctria: Eruditio: Prædicatio: Prudentia: & Sapientia: Et infra ubi Studium.

Schisma cum ch & i latio scribi debet. Est enim dictio græca σχίσμα.ατος.τό: & dem est quod scissura: uenitq; a σχίζω q̄d est scindo. Est autem schisma separatio ꝓpria sponte & intentione ab unitate ecclesiæ: renuens subesse papæ: & cõmunicare membris ecclesiæ.scd̃m b.Tho.2a.2æ.q.xxxix.ar.i.o.
Schismatici proprie dicuntur q propria spõte: & intentione separant se ab unitate ecclesiæ: renuẽtes subesse papæ: & communicare membris ecclesiæ. Vt ibidem.

Scortum g̃ πόρνη.ης.ἡ. & πορνεύω scortor dicitur. Est autẽ scortum meretrix: uel q̄ sicut pelliculæ subigat̃: quum solum calciamentorum oibus subiectum sit: uel q̄ in grabatulis pelles stratas tenere consueuissent. Hic scortor meretricor. Et scorteã q̄cq̄d ex pelle est.

Criptura sacra g̃ ἱερὰ γραφὴ.ῆς.ἡ.dici põt. Sacra scriptura dĩ sancta tripliciter.s.a spiritu scõ: a materia: & ab effectu.scd̃m.b.Tho.sup epist. ad Ro.lec.ii.co.i.

Scripturæ sacræ effectus quincuplex.s.docere ueritatem: arguere falsitatẽ: eripe a malo: inducere ad bonum: & pducere ad pfectum.scdm eundẽ super scda.Thi.iii.si. Paulus ad Thimoteum.c.iii.

Paulus · Omnis.n.scriptura diuinitus išpirata utilis ẽ ad docendum: uel arguendum: ad corripiẽdum: ad erudiendum in iusticia: ut perfectus sit homo dei: ad omne opus bonum instructus.

Paulus ad Romanos.c.xv.

· Quæcunq.n.scripta sunt ad doctrinã nostram scripta sunt: ut p patientiã & consolationẽ scripturarũ

Matthæ⁹. spem habeamus. Matthæus.c.xi.

Abscondisti hæc a sapientib⁹: & prudẽtib⁹: & reuel

Augustin⁹ lasti ea paruulus. Aug.i epist.ad Volusianum.

· Quæ disputationes: quæ lræ quorumlibet philosophorũ: quæ leges quarũlibet ciuitatum duob⁹ præceptis sunt cõparandæ? Ex quibus Christus dicit totam legem & prophetas pendere: huiusmodi: Diliges dñm deũ tuum ex toto corde: & pximum tuum sicut te ipsum. In his.n.duobus mãdatis lex pendet & prophetæ. August.Ibidem.

· Hic philosophica qñ oẽs omnium naturarũ causæ i deo creatore sunt: hæc ethica: quoniam bona uita & honesta nõ aliunde formatur: qñ quum ea q̃ diligenda sunt: & queãdmodum diligenda sunt: diliguntur: hoc est: deus: & pximus. Hic logica qñ ueritas lumenq; aiæ rõnalis non nisi deus ẽ: Hinc laudabilis reipu.salus: Neq;.n.optime custoditur ciuitas: nisi fundamento: & uinculo fidei: firmæq; cõcordiæ: quum bonum cõe diligit. Sũmum atq; uerissimum de⁹ est. Idem li.ii.de Trinitate.

· Scriptura & creatura ad hoc sunt: ut ipse quæratur: ipse diligat: & q ipsam creauit: & illã inspirauit.

Aug.li.iii.de doctrina Christiana.

Hæc scientia nil præcipit nisi charitatẽ: nihil culpat nisi cupiditatem. Quicqd ergo ad hoc ptinet, pprium eius est: quicqd autẽ ad hoc non ptinet fictum esse cognoscas. August.sup Genesim.c.xix.

· Sic loqtur scriptura: ut altitudine supbos irrideat: pfunditate attentos terreat: uirtute magnos pascat: affabilitate paruulos nutriat.

Aug.de doctrina Christiana.c.ultimo.

· Quicqd homo extra didicerit: si noxium est: hic dãnatur: si utile est: hic inuenitur: & quum ibi qsq; inuenerit: omnia quæ utiliter alibi didicit: multo abundantius ibi inueniet ea quæ nusquam alibi inuenire potuit. Aug.de ciui.dei.li.xi.c.i.

Ciuitatem dei dicimus cuius scriptura testis est: quæ non in fortuitis aiorũ motibus: sed plane summæ pvidentiæ dispositione super omnes omnium gentium lras omnia sibi gña humanorum ingeniorum diuina excellens authoritate subiecit.

Aug.li.ii.sup Genesim ad lrãm.

Maior est huius scripturæ authoritas: q̃ omnis humani ingenii perspicacitas.

Aug.li.de baptismo paruulorum.

· Sanctarum scripturarũ authoritatibus colla subdẽda sunt: ut ad intellectum qsq; p fidem ueniat.

Aug.de doctrina Christiana.

Titubat fides si diuinarum scripturarum uacillet authoritas. Porro fide titubante & ipsa charitas languescit. Aug.li.de unico baptismo: & habetur di.ix.c.Quis nesciat.

Quis nesciat sacram scripturã canonicam tam ueteris: q̃ noui testamenti certis terminis suis contineri: cum q; posterioribus omnium episcoporum litteris ita praeponi: ut de illa omnino dubitari: & disceptari non possit: utrum uerum: uel utrum rectum sit quicquid in ea scriptum sit: uel constiterit esse. Augu.in plogo li.iii.de trinitate: & hẽtur Ibidem.c.Noli meis.

Noli meis lrĩs quasi canonicis scripturis deseruire: sed i illis: & quæ non credebas quum inueneris: incunctanter crede: In istis autẽ quod certum habebus: nisi certum itellexeris noli firmum tenere.

Aug.ad Vincẽtium uictorem: & habetur ibidem.c.Negare.

Negare non possum nec debeo sicut i ipsis maioribus: ita multa esse in tam multis opusculis meis q̃ possunt iusto iudicio: & nulla temeritate culpari.

Aug.ad Hierõymũ epist.viii.& hẽt ibidẽ.c.Ego.

· Ego solis eis scriptorum q iam canonici appellãtur didici hunc timorẽ honoremq; referre: ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere: aut si aliqd i eis offẽdero: quod uideatur contrarium ueritati: nihil aliud existimem q̃ mendosum esse codicem: uel non esse assecutum interpretem: quod dictum est: uel me minime itellexisse non ambigam. Alios autẽ ita lego: ut quãtalibet sanctitate quantaue doctrina polleant: non ideo uerum putem: qa ipsi ita senserant: sed qa mihi per alios authores: uel canonicas uel probabiles rationes quod a uero non aberrent persuadere potuerunt.

August.ad Hieronym.epistola pria: & habetur di.ix.c.Si ad scripturas.

· Si ad scripturas sacras admissa fuerint: uel officiosa mendacia: quid in eis remanebit authoritatis? quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur cuius pondere contentiosæ falsitatis obteratur improbitas. Augu.de uera religione: & habetur.xxxviii.dist.c.Locutio.

· Locutio diuinarũ scripturarũ scdm cuiusq; linguæ proprietatem accipiẽda ẽ. Hẽt.n.ois lingua quædam ppria locutionum genera: quæ quum in alia transferuntur: uidentur absurda. Aug.ad Alexandrinũ epm: & hẽt[illegible].xxxviii.c.Indignum.

Indignum uehementer existimo: ut uerba cælestis oraculi restringam sub regulis donati.

Hierony⁹. Hieronymus in Epistola ad Eustochium.

Quum ante annos plurimos: domo: parentibus: sorore: cognatis: & (quod his difficilius est) consuetudine lautioris cibi me castrassem. Miser ego lecturus Tullium ieiunabam: post noctium crebras uigilias: post lachrymas peccatorum: Plato sumebatur in manibus. Si quando autẽ ꝓphetas legere cœpissẽ: horrebat sermo icultus. Dum me itaq; serpens antiquus sic illuderet: membris infusa febre: sic mẽbra depasta sunt: ut ossib⁹ uix hærerẽt. Interim parabantur exequiæ. Tunc subito i spiritu ad tribunal iudicis pertrahor: ubi tantum erat luminis: tantum ex circunstantium claritate fulgoris: ut proiectus in terram sursum aspicere non auderem. Interrogatus cõditionem: Christianum me esse respondi: & iudex: mentiris ait Ciceronianus es: & nõ Christianus: Vbi.n. thesaurus tuus: ibi & cor tuum erit. Et inter uerbera (nam me cedi iusserat) clamare cœpi eiulans. Miserere mei domine: miserere mei. Tandem ad præsidẽtis genua ꝓuoluti qui assisterant: precabantur: ut ueniã tribueret adolescentiæ: & errori locum pœnitentiæ commodaret. Ego uero q tanto constrictus articulo uellem ẽt maiora ꝓmittere: deum iurare cœpi: & nomen eius obtestans dicere. Domine si unquã habuero codices sæculares: si legero: te negaui. In hæc sacramẽti uerba dimissus: reuertor ad supos: & mirantibus cunctis oculos aperio: tanto lachrymaꝝ imbre ꝑfusos: ut ẽt icredulis fidem facerem ex dolore. Nec uero inanis sopor ille fuerat: aut uana somnia: quib⁹ sæpe deludimur. Testis est tribunal illud: ante quod iacui: Testis iudicium triste qd timui. Ita mihi nunq̃ contingat talẽ icidere quæstionẽ: liuentes habuisse me scapulas: plagas sensisse p somnium: & tanto dehinc studio diuina legisse: quanto mortalia ante non legeram.

Idem in epistola ad Paulinum.

Nostræ diuitiæ sunt in lege dei meditari die ac nocte: Pulsate ianuam & sæculi fructus dño præcisa te calcate: Præparem⁹ igit᷑ nobis fortitudinem: assumamus nobis ꝑfectum robur: ut inter errorẽ tenebras: & cõfusionem noctis sciẽtia Christi lumẽ aperiat: diesq; noctes lucem hẽat protegentem: ut his ducibus ad terrã sanctam ꝑuenire ualeamus: Quid.n. eruditiõe melius? Quid suauius disciplia? Quid dulcius dño? Sit autẽ nobis cõuiuium Christus: Quæ.n. põt esse uita sine sciẽtia scripturaꝝ? p quam ipse Christus agnoscitur. Qui cibi? Quæ mella sunt dulciora? q̃ dei scire prudentiam: q nunquam solus est. Discamus ergo in terris: quorum scientia ꝑseueret nobiscum in cælis.

Hieronymus in epistola ad Damasum papã.

De scripturis disputantem nõ decet Aristotelis argumẽta congrere: nec ex flumie Tullianæ eloquẽtiæ ducẽdus est riuulus: Nec aures Quitiliani flosculis: & scholari declamatione mulcendæ: sed pedestris & quottidianæ similitudinis: & nulla lucubratione redolens oratiõe c[...]saria est: quæ rem explicet: sensum edisserat: obscura manifestet.

Hieronymus super Isayam i Prologo.

Si iuxta apostolum Paulum: Christ⁹ dei uirtus est: & dei sapiẽtia: Qui nescit scripturas: nescit dei uirtutẽ eiusq; sapiẽtiam. Ignorantia scripturaꝝ Ignorantia Christi est. Hiero. sup illud ps. cxlvii. Et adipe frumenti satiat te.

Pinguissimus sermo diuinus est: oẽs in se hẽt delicias: qcquid uolueris ex sermone diuino nascitur: sicut tradũt Iudei: quoniã manna qsi comedebãt: secundum uoluntatem unusquisq; suscipiebat in ore. Hiero. sup epistola ad Galathas.

Non putemus i uerbis scripturaꝝ esse euãgelium: sed in sensu: non in supficie: sed in medulla: nõ in sermonũ folus: sed i radice rõis. Hier. ad Damasũ papã de filio ꝓdigo: Et hẽt᷑ di. xxxvii. Sacerdotes.

Sacerdotes dei omissis euãgelus & ꝓphetis uidem⁹ comedias legeꝛ: & amatoria buccolicoꝝ uersuum cantare uerba. Hiero. ad Demetriadẽ uirgmẽ.

Sint scripturæ diuinæ semp in manibus: & iugiter mente uoluantur: nec sufficere tibi putes mãdata dei memoriæ tenere: & opibus obliuisci: sed ideo illa cognosce: ut facias quicquid didiceris: Non.n. auditores legis iusti sunt &c. Ibidem.

Diuinas scripturas sæpius lege: immo nunq̃ de manibus tuis sacra lectio deponatur: in scripturis diuinis pquas solas potes plane dei itelligere uoluntatẽ: ꝓhiberi quædam: præcipi quædã: cõcedi aliqua: suaderi nõ nulla: ꝓhibentur mala: præcipiuntur bona: conceduntur media: Suadent᷑ pfecta.

Hiero. in Isaya: & hẽtur di. xxxvii. c. Vino.

Vino inebriant᷑ qui scripturas sacras male itelligũt: atq; puertunt sincera: qui abutuntur singulari sapientia: & dialecticoꝝ tendiculis: quæ nõ tam tendicula sunt appellanda q̃ phantasmata. i. umbræ quædã: & ymagies: quæ cito peunt & resoluunt᷑. Idem. Secundum tropologiam pseudo prophetas eos debemus accipe: q aliter scripturaꝝ uerba accipiunt: q̃ spiritus sanctus sonat: & diuinos eos qui coniectura mentis suæ icerta futuroꝝ quasi uera ꝓnũciant absq; diuinoꝝ authoritate uerboꝝ. Idẽ.

Quicunq; scripturas non ita intelligunt: ut rei ueritas hẽt: uuã acerbã comed[...]t. Hier. epistola ad Galatas: & hẽt᷑. xxiiii. q. iii. c. Hæresis.

Hæresis græce ab electiõe dr: quod. s. eam sibi unusquisq; eligat disciplinã: quam putat esse meliorẽ.

Q uicunq; igitur aliter ſcripturam intelligit: q̄ ſenſus ſpiritus ſancti flagitat a quo ſcripta: licet ab eccleſia non receſſerit: tamen hæreticus appellari poteſt: & de carnis opibus eſt eligẽs: quæ priora ſunt.

Hiero. ſuper Eſaiam li. vii.

Non ſic adulandum eſt principibus: ut ſanctarum ſcripturarum ueritas negligatur.

Ambroſi'. Ambroſius in libro de Chaim & Abel.

Cæleſtium ſcripturaꝝ eloquia diu terere ac polire debemus toto animo ac corde uerſantes: ut ſuccus ille ſpiritualis cibi in oẽs ſe uenas aiæ diffundat..

Gregorius Gregorius ſuper. ii. Moralium.

· Sacra ſcriptura omnes ſcientias locutionis ſuæ more tranſcendit: quia ĩ uno eodemq; ſermone dum narrat geſtum prodit myſteriũ: & ſicut myſteriis ſapientes exercet: ſic ſuperficie ſimplices refouet.

· Habet. n. in publico unde paruulos nutriat: & ſeruat in ſecreto unde mentes ſublimium in admiratione ſuſpendat: quaſi quidem fluuius (ut ita dixerim) planus & altus in quo agnus ambulet: & elephas natet. Mirabilis fluuius eſt iſte: qui eſt ita planus: q; ibi agnus id eſt ſimplex & illitteratus poteſt ſiccis pedibus tranſire: & elephas id eſt magn' & ſubtilis poteſt natare: immo poteſt ſe ſummergere. Greg. li. i. Moral.

· Scriptura ſacra aliquando nobis cibus eſt: aliquando potus. Cibus eſt in locis obſcurioribus: quia q̄ſi exponendo frangitur: & manducãdo glutitur: potus: uero eſt in locis apertioribus: quia ita ſorbetur ſicut inuenitur. Ibidem li. xx. c. i.

Omnem ſcientiam atq; doctrinam: ſacra ſcriptura tranſcendit: ut taceam: q; uera prædicat: q; ad cæleſtem patriam inuitat: q; a terrenis deſyderiis cor legentis reuocat: q; dictis obſcurioribus fortes exercet & paruulis humili ſermone blanditur. Nec igitur clauſa eſt: ut paueſci debeat: nec ſic patet ut uileſcat: Sed uſu faſtidium tollit: & tanto plus diligitur: quanto amplius meditatur.

Gregorius ſuper Ezechielem homelia. vi.

· Scriptura ſacra in utroq; teſtamento & monendo recta eſt: & promittendo alta: & minando terribilis. Ibidem.

Quod de ſcripturis ſacris authoritatem non hẽt: eadem facilitate contemnitur qua probatur.

Baſilius Baſilius in hexameron li. ix.

Pſalmus dæmones fugat: angelos ad adiutorium ſalutis inuitat: Scutum eſt in nocturnis terroribus: diuturnorum requies laborum: tutella pueris: iuuenibus ornamentum: ſolamen ſenibus: mulieribus aptiſſimis decor: Deſerta habitari facit: Vrbes ſobrietatem docet: incipientibus primum efficitur elementum: proficientibus ĩcrementum: perfectis ſtabile firmamentum. Ibidem.

· Si quis intentat ita animam ſuam in ſingula uerba pſalmorum: ſicut guſtus intentus eſt ad diſcretionem ſaporis ciborum: Iſte eſt qui complet: quod dicitur. Pſallite ſapienter. Iſydorus li. i. de ſũmo bo. Iſydorus

· Omnis latitudo ſcripturarum in oratione dñica: & ſymboli breuitate concluditur. Ibidẽ. li. ii.

· Geminum confert donum lectio ſanctaꝝ ſcripturarum: ſiue quia mentis intellectum erudit: ſeu q; a mundi uanitatibus abſtractum hominem ad amorem dei perducit. Ibidem.

· Quanto magis quiſq; in ſacris eloquiis aſſiduus fuerit: tanto ex eis uberiorẽ ĩtelligentiam capit.

Scurrilitas græce βωμολοχία. ἡ. & βωμολόχος ſcurra dicitur. Eſt autẽ ſcurrilitas iocularitas ex defectu rationis non ualentis cohibere geſtus exteriores. ſecundum. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. cxlviii. ar. vi. c.

Scurra is dicitur q magis q̄ oportet riſum mouet: & oneroſus eſt. Nam riſum ſecutus magis cogitat quemadmodum mouere illum queat: q̄ quemadmodum honeſte loquatur: nec quenquam offendat: ſcdm Ariſtot. li. iiii. Ethicorum.

Scurrilitas differt a ſtultiloquio: Quia ſcurrilitas reſe. ẽ ad laſciuiam affectionis. Stultiloquium uero ad indiſcretionem rationis. Et ꝓprie accepta ẽ filia luxuriæ. De hac Paulus ad Ephe. c. v. Non nominetur ĩ uobis turpitudo: aut ſtultiloquium: aut ſcurrilitas: quæ ad rem nõ pertinet. i. nullius ẽ utilitatis. ex Alex. ſcda ſcdæ. tit. eo.

Scurrilitas ꝑtinet ad uerba rõne inhoneſtatis. Multiloquium uero ratione ſuꝑfluitatis ſcdm. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. liii. ar. v.

Scurra a ſequendo dici uidet: q; domos diuitum ſequat: & eſt qui riſum ab audientibus captat nõ ſalua dignitate pſonæ. A ſcurra dr ſcurrile: qd eſt ridiculum cum turpitudine. Et ſcurrilitas turpis & porcax dicacitas: & ſcurriliter: ꝓcaciter.

Secularis g̃. κοσμικός. ου. ὁ. & αἰώνιος. ὁ. æuum dicitur. Seculum nihil aliud eſt q̄ periodus cuiuſlibet rei: ꝑ quo aliquando ponitur æuum: uel æuiternum. ſcdm. b. Tho. pria parte. q. x. ar. ii. Seculum ꝓpne tẽpus & ætatem ſignificat longã qui æuum dicim': & ꝑ ſincopen ſeclum dicimus. A ſeculum uenit ſecularis.

Paulus ad Thimoteum. c. ii. Paulus.

Nemo militans deo implicat ſe negociis ſecularibus/

bus: ut ei placeat cui se probauit.

Ambrosiꝰ. Ambrosius sup illud Beati immaculati.

Non mediocre piculum est: quum habeas tanta eloquia dei: & dei opera quæ fecit: illis prætermissis loquaris: quæ sæculi sunt: Incumbit uirtuti sæculi qui desperat de adiutorio dei.

Gregorius. Gregorius li.v.moralium.

Hunc mundus accipit qui ad desyderanda inuisibilia non surgit: Sæculares enim mentes q̃to magis p sæcularia desyderia dilatant: tanto magis sinum cordis ab eius receptione angustant.

Io.Chryso.super illud Matthæi.vi. Si lumen quod in te est.

Sicut homo graues habens oculos: melius i loco tenebroso: q̃ in sole positus uidet: sic homo terrenus in terrenis astutus: & in spiritualibus cæcus.

S Ecuritas græce ἀσφάλεια.ας.ἡ.& ἀσφαλής.έος.ὁ.ἡ. securus dicitur. Est autē securitas perfecta qes animi a timore: secundum bea.Tho. secūda secundæ.q cxxix.ar.vii.

Securitas opponitur timori priuatiue tantum: Audacia uero cōtrarie: secundum eundem: prima secundæ.q.xlv.ar.i.

Securitas non est idem quod fortitudo: sed est conditio eius: & magnanimitatis: si sit quando: & in quibus debet: secundum eundem: secunda secundæ. quæ.cxxix.articu.vii.

Securus dicit̃ quasi sine cura: quasi seorsum a cura: hinc aliquando pro contemptore accipitur. Virg. Securus amoꝝ Germanæ: hinc secure aduerbium: & securitas: tranquillitas & quies.

Prouerbio. Prouerbiorum cap.xv.

Secura mens: quasi iuge conuiuium. Aug. ad Secundinū manicheū: & habet̃.xi.q.iii.c.Senti.

Senti de Augustino quicquid libet sola me in oculis

Augustinꝰ. dei consciētia nō accuset. Aug.li.x.cōfessionū.

Nemo securus debet esse in uita ista: quæ tota tentatio nominatur: ut qui fieri potuit ex deteriore melior: non fiat etiam ex meliore deterior.

Augu.li.ii.de libero arbitrio.

Nemo securus est in his bonis: quæ pōt inuitus amittere. Veritatem autem atq; sapientiam nemo amit

Hieronyꝰ. tit inuitus. Hieronymꝰ de cohabitatione clericorum & mulierum.

Nunq̃ securus cum thesauro latro tenetur iclusus. Nec infra unam cauernam habitans cum lupo tutus est agnus: Ipse uoluit penetrari: qui hostem ꝓprium in suas partes induxit: & intestinum sibi gladium ipse supponit: qui locum habitationis suæ aduersarii ingressibus reseruauit.

Gregorius li ix.moralium. Gregorius.

Sæpe mens dum uirtutis suæ securitate resoluitur: insidiante aduersario inopinatæ culpæ telo pforatur: & inde adeo in æternum longe fit: unde ei ad tempus sine cautellæ custodia propinquauerit.

Gregorius homelia.di.xl.

Quid padiso iucundius: Quid cælo securius: & tamen homo ex padiso: & angelus de cælo peccādo cecidit. Gregorius in pastorali.

Quibusdam sæpe magnitudo uirtutis occasio fuit perditionis: ut quum de confidentia uirium inordinate securi essent: p negligentiam inordinate morerentur: Mater enim negligentiæ solet esse securitas: Videndo ergo meretricem .i. Magdalenam de tua liberatione non desperes: sed etiam Iudam iudicando: securus esse non debes.

Gregorius li.ii.moralium.

Sæpe quem tentationis certamē supare nō ualuit: sua deterius securitas strauit. Ibidē li.ix.

In cassum munita sunt cætera: quum locus unus de quo hosti patet aditus nō est munitꝰ. Idē li.xxix.

Væ nobis miseris qui de electione nostra nullam adhuc dei uocem cognouimus: & iam in ocio quasi de securitate torpemus. Debet profecto in spe eē securitas: sed etiam timor i conuesatione: Vt & illa certantes foueat: & torpentes pungat.

Cassiodorus sup ps.lxxii. Cassiodorꝰ

Nihil potest esse securius q̃ illi omnia cōmitter: qui nouit suis cultoribus congrue ꝓfutura pstare:

Hugo li.iii.de anima. Hugo

Sic comedo: bibo: & dormio securus: quasi iam transierim diem mortis: & euaserim diem iudicii: & tormenta inferni: Sic ludo & rideo quasi iam regnem tecum in regno tuo. Seneca epistola.xvi. Seneca

Securitas magna portio est nihil iniq; facere. Cōfusam uitam: & pturbatam potentes agunt: tantum metuunt: q̃tum nocent. Idē epistola.xxiii.

In ipsa securitate animus ad difficilia se pparet: & contra iniuriam fortunæ inter beneficia firmet̃.

Qui enim in ipsa re trepidare noluerit: ante rem exerceat. Fran.Petrarcha soneto.cclxxii. Franc.Pe.

O chi leue inganar chi sa secura.

S Editio gce στάσις.εως.ἡ.στασιώδης.εος.ὁ.ἡ. seditiosus dicit̃. Est autem seditio speciale peccatum .s. mutua impugnatio inter ptes multitudinis: uel pparatio ad pugnam. Rixa uero est unius ad unum: uel paucoꝝ ad paucos. Sed bellum est inter diuersas multitudines. Et utrunq; est pugna in actu: non pparatio: ex .b. Tho. secunda scdæ.q.xlii.ar.i.o.

Seditio est semp de se peccatum mortale: Et est grauius rixa: Et principaliter est in pcurantibꝰ: secūdo

in sequentibus: non autem in defendentibus bonum commune: secundum bea. Tho. secunda secundæ. q. xlii. arti. ii. o.

Seditio dicitur a seorsum se dando: uel (ut Ciceroni placet) a seorsum eundo.

Seditio est: quum populo secum discordante res ad manum uocatur: qualis ciuitatis statum Virg. describit primo Aeneidos. Ac ueluti magno in populo quum sæpe cohorta est seditio.

Factio uero est diuisio ciuium in diuersa studia. Vnde factiosi: qui primates ciuitatis discordantes sectantur. Cicero. Inter bonos amicicia: Inter malos factio est. De hac materia habes supra: ubi discordia: ubi Pax.

Egnicies græce ... segnis dicitur. Est autem segnicies timor futuræ operationis: secundū Io. Damascenum.

Segnities est fuga operationis ex timore laboris: secundum. b. Tho. prima scdæ. q. xlii. ar. iiii.

Segnities unde & segnis dicit quasi sine igne: Differt q̃ a secordia: ut uult Don. super Teren. Nam segnicies dicitur ad agendum: Secordia autem ad considerandum: & dicitur quasi sine corde. Teré. Enim uero Daue: nihil loci est segniciæ: neq̃ secordiæ: Est autem secordia quū quod animo agi oportuit: animi ipsi subuenit temere: ac infite quo minus id efficiant retinentur. De hac materia habes supra: ubi Acidia: Ocium: Pigricia.



Enect⁹ græce ... senex: & ... senesco dicitur. Est autem senect⁹ occasus uitæ: secundū Ciceronem in Topicis.

Senectus est ultiā ætas durans aliquando tantum: quantum omnes aliæ ætates: secundum bea. Tho. iiii. sen. di. xliii. ar. iii.

· Senex dicitur quasi seminex: hoc ē semimortuus: q̃ acta maiore ætatis suæ parte iam morti propinquor sit. Nam nex mortem significat. Sisenna. Quoniam neq̃ mea nex: neq̃ intercessio posse uidetur illorum dementem reprimere audaciam: hinc deducitur neco: quod est interficio. A sene Senectus: Senecta: & Senium ueniunt: eiusdem fere significationis. A sene senatus dicitur: quod & locum significat in quo senatores conueniunt: & ipsos senatores. A senator senatorius deducit: ut senatoria maiestas. Leuitici ca. xix.

· Coram cano capite consurge: & honora personam senis. Iob. capitu. xii.

Iob.

· In antiquis est sapientia: & in multo tempore prudentia. Prouerbiorum ca. xvi. Prouerbio.

· Corona dignitatis senectus: quæ in uiis iusticiæ reperietur. Ibidem.

· Senectus enim uenerabilis est: non diuturna: neq̃ annorum numero cōputata. Cani autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis uita immaculata. Ecclesiastici cap. viii. Ecclesiastici.

· Ne spernas hominem in sua senectute: & enim ex nobis senescunt. Ecclesiastici ca. xxv.

· Tres species odiuit aīa mea: & aggrauor ualde animæ illorū: Pauperem superbum: Diuitem mendacem: & senem fatuum & luxuriosum. Ibidē.

· Quæ in iuuentute tua non congregasti: quomodo in senectute tua inuenies? Ibidem.

Quā speciosum caniciei iudicium: & præsbyteris cognoscere consilium. Ibidē.

Quā speciosa ueteranis sapientia: & gloriosus intellectus: & consilium. Ibidem.

· Corona senum multa peritia: & gloria illorum timor dei. Ibidem.

· Laqre maior natu: decet eni te. Isaias ca. xltio.

Puer cētū annoꝝ morieť. Pau. ad hebreos. c. viii. Paulus

Quod autem antiquat & senescit: ꝑpe interitū est. Augu. de Cathetizandis rudibus. Augustin⁹

· Quum sibi homines optant senectutem: quid aliud optant nisi longam infirmitatem? Augustinus super ps ca. xiii.

Sit senect⁹ nostra puerilis: & pueritia senilis. i. ut nec sapia nostra sit cum supbia: nec hūilitas sine sapia. Hiero. in epistola ad Nepotianum. Hierony⁹.

Omnes pæne uirtutes corporis minuuntur in senibus: & crescente sola sapientia decrescunt cætera: ieiunia: peregrinoꝝ susceptio: pauperum defensio: orationum instantia: labor manuum: & cuncta q̃ per corpus exercentur fracto corpore minuuntur.

· Sola abisag Sunamitis senem Dauid calefecit. Quia amor sapientiæ & marcescente corpore dilectorem suum non deserit. Ibidem.

Senectus eorum qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerunt: & in lege domini meditati sunt die ac nocte: ætate fit doctior: usu certior: processu temporis sapientior: & ueterum studiorum fructus dulcissimos metit. Ambrosius in Hexameron li. i. Ambrosius

Quid naturam accusas o homo? habet illa impedimenta quædam senectutem: & infirmitatem: sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior: in consiliis subtilior: ad constantiam subeūdæ mortis potior: ad reprimendas libidines fortior: Infirmitas corporis sobrietas mētis est. Idē in ser. de Pascha.

Pascha hebraice dicitur transitus. s. quia p hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur: Bonus

transitus est de peccato transire ad iustitiam: de uitiis ad uirtutes: de senectute ad infantiam: ad infantiam dico non aetatis: sed simplicitatis. Ibidē.

Aetates quaedam sunt meritorum: Nam & senectus morum inuenitur in pueris: & innocentia infantium inuenit in senibus. Ambro. de Iacob li. ii.

· Beatus quidem iuuenis qui bene uiuit: sed & beatus senex qui bene uixit. Quod enim iuuenis sperabat: adeptus est senior. Quod senex fuit: optat hoc eē qui iuuenis est. Certe hic inquieti maris longiore fibi adhuc cursu manente iactatur fluctibus. Senex uero sicut in portu: ita i statione est senectutis. Idē in epistola contra Simachum.

· Nulla aetas ad discendum sera est. Erubescat senectus quae emendare se non potest. Non annorum canicies est laudanda: sed morum. Nullus pudor est ad inferiora transire. Gre. li. xxx. moraliū. Gregorius

Iuuenes dici solent qui nulla cōsilii grauitate depriuntur. Senes uero non eos sacra scriptura uocare consueuit: qui sola temporum q̄titate: sed q morum grauitate maturi sunt: unde li. sapien. Senectus honorabilis est: non diuturna neq; annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis. & aetas senecta: uita immaculata.

Gregorius in Registro.

· Paulus dicit: Seniorem ne increpaueris. Haec regula in eo obseruanda est: quum culpa senioris exemplo suo non trahit ad iteritum corda iuuenū. Vbi autem senior ad interitum iuuenibus exemplum praebeat: ibi districta increpatione feriendus est.

Io. Chrys. Io. Chrys. sup epi. ad Hebraeos ser. vii.

Canicies tunc est uenerabilis: quando ea gerit quae caniciem decēt: quum uero iuueniliter senex conuersatur: plus iuuenibus ridiculus erit.

Hugo Hugo de claustro animae. li. ii.

· Inter abusiones huius seculi: sola maior est senis obstinatio: qui morti proximus: mortis non abhorret aduentum: qui quasi ad ostium huius mundi positus foris spectat: nec tñ uitae p̄sentis attendit egressum: nec futura consyderat. Audit nuncios mortis: & cedere non uult eis. Tres sunt enim nuncii mortis: casus: ifirmitas: senectus: Casus dubia: Infirmitas grauia: Senectus certa nunciat. Casus nūciat mortem latentem: Infirmitas apparentem: senectus p̄sentem. Ex multitudine mortis: timor: ex infirmitatis grauitate: dolor: ex certitudine senectutis: non obstinatio: sed afflictio & humilitas seq deberet. Cyprianus de. xii. abusionibus. Cyprianus

Plus omnibus religioni operam dare senibus conuenit: quos praesentis seculi florida aetas transacta deserut. Ibidem.

Quid stolidius fieri potest: si mens ad perfectionē festinare non contendat: quando totius corporis habitu senectute confectus homo ad interitum p̄peprat: dum oculi caligant: aures grauiter audiunt: capilli fluunt: facies in pallorem mutatur: dentes lapsi numero minuuntur: cutis arescit: flatus non suauiter olet: pectus suffocatur: tussis cachinnat: genua trepidant: talos & pedes tumor inflat. Homo interior qui senescit his omnibus aggrauatur: & haec omnia ruituram iam domum nostri corporis cito p̄nunciant. Seneca ad Lucilliū epi. xii. Seneca

Iucundissima ē aetas deuexa iā: non tñ p̄ceps. Ibi.

Amplectenda est & amanda senectus: plena est uoluptatis: si illa scias uti: gratissima sunt poma quū fugiunt: Deditos uino: potio extrema delectat: qd in se iucūdissimum hominis uoluptas habet i finē suum differt. Seneca epistola. xii.

Nihil turpius q̄ senex uiuere incipiens.

Idem epistola. xxiii.

Numera annos tuos & pudebit eadem uelle: quae uolueris. Moriantur ante te uitia.

Idem epistola. lxii.

Turpis & ridiculosa res est: elementarius senex. De sine eadem uelle senex: q̄ uoluisti puer. Hoc opus sit: hoc cogitato iponere ueteribus malis finem.

Seneca epistola. lxx.

Quisquis senex ad sapientiam peruenit: annis peruenit. Seneca epistola. cxxvi.

Bene agitur cum senectute: si ad illam longo studio intentoq; peruenerit. Seneca li. de beneficiis.

· Iuueni parendum: seni iubendū ē. Idē Trag. iiii.

Propria describit deus officia: & aeuum p suos duxit gradus: laeticia iuuenē: frōs decet tristis senē.

Aristoteles li. vii. physicorum. Aristoteles

Infantes ita bene sentire. i. iudicare non possunt sicut senes. Idem li. i. de anima.

Si senes haberet oculum iuuenis: uiderēt utiq; ut iuuenis. Aristo. li. de memoria & remiscentia.

· Pueri: & multum senes sunt immemores: propter nimium motum accidentem corporibus eorum.

Arist. li. de cā lōgitudis: & breuitatis uitae.

Senectus est frigida: & sicca. Ibidem.

· Labor exsiccat & senium iducit: unde multum laborantes senescunt magis. Ibidem.

Aialia multum coeuntia: cito senescant: Quia sperma est superfluitas nutrimenti: & amplius q̄ fusti neri possit emissum exsiccat: & propter hoc mulus est longioris uitae: q̄ asinus: & equus ex qbus fit: quia ipse non generat. Cōmentator super li. Aristotelis de cā longitudis & breuitatis uitae. Cōmētator

Complexio iuuenum calida ē & humida: senū uero frigida est & humida. Idē li. iii. de aialibus:

Proprium hois ē canescere i senectute. Ibidē. c. xv.

In prima aetate & in seniori: & in firmis non sperma est. Aristo Ethicoꝝ li. ii. ca. xvi. Aristoteles

Senes icreduli sunt: quia multis annis uixerunt: & in pluribus decepti fuerūt: & peccauerūt. Ibidē.
Senes mali suspiciosi sunt pp icredulitatē. Idē.
Senes neq; amant ualde: neq; odiunt: pp inexperiētiam: Sed secundum Biantis additionē: & amant ut odituri: & odiunt ut amaturi. Ibidē.
Senes sūt pusillanimes: qa hūiliati sūt a uita. Idē.
Senes formidolosi sunt omnia ptimescentes. Ibidē.
Senes seruiunt lucro. Idē li.iiii. Ethicoꝝ.
Verecundia non conuenit omni aetati: sed tñ iuuenili: Vnde iuuenes uerecundos laudamus: senem autem uerecundum nullus laudabit.
Aristoteles li.vi. Ethicoꝝ.
Multitudo temporis facit experientiam.
Idem li.v. Polyticorum.
Si sint plures fratres: senior debet semper pricipari.
Aristoteles li.vii. Polyticoꝝ.
Potentia autem est in iunioribus: prudentia in senioribus. Ibidem.
Iuuenum coitus prauus est ad pueroꝝ pcreationē: similiter senum: uiroꝝ uero est bonus.
Aristo. li.vii ca.viii. Ethicoꝝ.

Laer. Dio. Senes non fiunt amici cito. Laer. Diogenes de uita & moribus phylosophoꝝ.
Interrogatus Solon phylosophus qua spe fretus tā audacter resisteret Pisistrato tyrāno: Ait: senectute. Macrobius li.ii. Saturnalium. Macrobi⁹.
Vt haedera serpēs: uires arboreas necat: ita uetustas amplexu annoꝝ necat. Ibidē li.iii.
Vetustas quidem nobis: si semper sapimus: adoranda est. Cicero li. de senectute. Cicero
Non sunt in senectute uires: nec postulantur qdem uires a senectute. Ibidem.
Quid miꝝ igitur in senibus si infirmi sunt aliquandoq; quod id ne adolescentes quidē effugere possint.
Cicero Ibidem.
Nec uero corpori solum subueniendum est: sed mēti atq; animo multo magis. Nā haec quoq; nisi tāq; lumini oleum instilles extinguuntur senectute. Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt: Animi aūt exercitando leuant̄. Ibi.
Ista senilis stulticia: quae deliratio appellari solet senum leuium est: non oium. Ibidem.
Pythagoreo more exercēdae memoriae gratia quod cunq; die dixerim: audiuerim: egerim: cōmemoro uesperi. Hae sunt exercitationes ingenii: haec curricula mētis: Semp.n. in his studiis laboribusq; uiuenti: non itelligitur qñ obrepat senectus. Ibidē.
Nihil est ociosa senectute iocūdius. Cicero ibidē.
Habet senectus honorata psērtim tantā authoritatem: ut ea plus sit: q̄ oēs adolescentiae uoluptates.
Cicero Ibidem.
At sunt morosi & anxii: & iracundi: & difficiles senes: si quaerimus etiam auari. Sed haec morum uicia sunt: non senectutis. Cōtemni se putant: despici illudi. Ibidem.
Quis est tam stultus: quis sit adolescēs: cui sit exploratum se ad uesperum esse uicturum? Quinetiā illa aetas multo plures q̄ nostra mortis casus hēt.
Facilius in morbos incidunt adolescentes: grauius aegrotant: tristius curantur: Itaq; ppauci ueniunt in senectutem. Cicero li. de senectute.
Mens.n. rō & cōsiliū i senibus ē: q si nulli fuissent: nullae omnino fuissent ciuitates. Ibidem.
At sperat adolescens diu se uicturum: quod sperare idem senex non potest: isipienter sperat. Quid.n. stultius q̄ incerta p certis habere: falsa pro ueris?
Cicero Ibidem.
At est meliore conditione q̄ adolescens: quum id qd ille sperat: hic consecutus est: Hic uult diu uiuere: ille diu uixit. Ibidem.
Omnia uero quae secundum naturā fiunt: sunt habenda in bonis: Quid autem tam secūdum naturam: q̄ emori senibus? Cicero li. de senectute.
Itaq; adolescentes mihi mori sic uidentur: ut aquae multitudine flāmae uis opprimitur. Senex autem sicut sua sponte nulla ui adhibita: ut consumptus ignis extiguit̄: & quasi poma ex arboribus: cruda si sunt: ui uellunt̄: si matura: & cocta: decidūt. Ibi.
Sic uitam adolescentibus uis aufert: senibus maturitas. Ibibem.
Omnium aetatum certus ē terminus: senectutis autem nullus ē cert⁹ terminus. Cicero de senectute.
Ergo ut superiorum aetatum studia occidunt: sic ēt occidunt senectutis. Ibidem.
Leuis est senectus: non solum nō molesta: sed etiam iucunda. Ibidem.
Moderati autem senes: nec difficiles: tolerabilē senectutem agunt. Ibidem.
Neq; enim summa inopia leuis eē senect⁹ pōt. Ibi.
Aptissima sunt omnino arma senectutis: Scipio & o Leli artes exercitationesq; uirtutum: quae i omni aetate cultae: quum diu multum q; uixeris: mirificos afferunt fructus: non solum: quia nunq̄ deserunt hominem: nec extremo quidem tēpore aetatis: (q̄q̄ id quidem maximum est): Verum etiam: quia conscientia bene actae uitae: multorumq; benefactoꝝ recordatio iucundissima est.
Cicero li. de senectute.
Est etiam quiete pure & eleganter actae aetatis placida ac lenis senectus. Ibidem.
Sua enim uitia insipientes: & suā culpam i senectutem transferunt. Ibidem.
Nihil igitur afferunt: qui in re gerenda uersari senectutem negant. Ibidem
Non uiribus aut uoluptatibus: aut celeritate corpo

rum res magnæ geruntur: Sed consilio: authoritate: & sententia: quibus nō modo orbari: sed etiam augeri senectus solet. Ibidem.

Consilium: ratio: & sententia constant in senibus: quæ nisi in illis essent: summū consilium maiores nostri non appellassent senatum.

Cicero de senectute.

Temeritas est uidelicet florentis ætatis: prudētia senectutis. Ibidem.

At memoria minuit? Credo: nisi eam exerceas: aut etiam si sis natura tardior. Ibidem.

Neq; uero quenq̄ senem audiui oblitum: quo loco thesaurum obruisset. Omnia quæ curant: meminerunt. Ibidem.

Manent ingenia senibus modo permaneat studiū: & industria. Neq; ea solum in raris & honoratis uiris: sed in uita ēt priuata: & qeta. Ibidem.

Nemo est tā senex qui se adhuc annū non putet uiuere posse. Cicero li. de senectute.

Aedepol senectus si nihil qcq̄ aliud uicii apportes: unum quū aduenis: unū id sat est: q̄ diu uiuendo: multa quæ non uult uidet. Ibidem.

Facit persæpe ipsa sibi audientiam: diserti senis compta: & mitis oratio. Ibidem.

Quid enim iucundius senectute stipata studiis iuuentutis? Ibidem.

Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradidit senectuti.

Cicero li. de senectute.

Potest igitur exercitatio: & intēperantia ēt in senectute conseruare aliquid pristini roboris.

Cicero Rhetori. nouo. li. iiii.

Non omnia concedenda sunt antiquitati.

Salustius Salustius Iugurtinus.

Omnia orta occidunt: aucta senescunt.

Vale.max. Vale. Maximus lib. ii.

Senectuti iuuentus ita cumulatum: & circūspectū honorem reddebat: tanq̄ maiores natu adolescentium cōes patres essent. Ibidē.

Inuitati ad cœnam diligenter quærebant: qui nam ei conuiuio essent interfuturi: Ne senioris aduentum discubitu præcurrerent: sublataq; mēsa: priores consurgere: & abire patiebantur. Ex quib' apparet cœnæ quoq; tempore q̄ parco: & q̄ modesto his ptībus soliti sunt uti. Vale. max. li. iii.

Validior enim ætas imperium Romanum rexit & duplicauit: Senectus excellentissimis ornamentis decorata in altissimo maiestatis fastigio fulsit.

Idem libro. viii.

Gorgias leontinus quum centessimum & septimū annum ageret: Interrogatus quapropter tam diu uiuere uellet: quia nihil (inquit) habeo quod senectutem meā accusem. Quid isto tractu ætatis aut longius: aut beatius? Iam alterum sæculum ingressus neq; in hoc querellam illā inuenit: neq; in illo reliquit. Homerus in δ Iliados: uerba sunt Agamēnonis ad Nestorē. Homerus

'ὦ γέρον 'εἴθ' ὡς θυμὸς 'ενὶ στήθεσσι φίλοισι

'ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο βίη δέ τοι 'έμπεδος 'είη. i.

O senex utinam ut animus in pectoribus amicis

Sic tibi genua responderent: uis q̄ tibi firma esset.

Idem in eodem uerba Nestoris

καὶ βουλῇ καὶ μύθοισι. τὸ γὰρ γέρας 'εστὶ γερόντων. i.

Adhortabor consilio & sermonibus: hoc eni munus est senum. Phocylides. Phocylides

'Αιδεῖσθαι πολιοκροτάφους. 'εἶκειν δὲ γέρουσιν

'έδρης καὶ γεράων πάντων. γενεῇ δ' 'ατάλαντον. i.

Venerare cana tpa habentes: cede senibus in sedendo: & in officiis oibus: nobilitati q̄ æqualiter. Idē.

πρέσβυν 'ομήλικα πατρὸς 'ίσοις τιμαῖς γεραίρει. i.

Senem coætaneum patris æqualibus honoribus honora. Menander. Menāder.

'ἅπαντ' 'αφανίζει γῆρας 'ισχὺν σώματος. idest.

Omnē delet senectus nim corporis. Idē.

γνῶμαι δ' 'αμείνους 'εισὶ τῶν γεραιτέρων. i.

Sentētiæ aūt meliores sunt senioꝝ. Idem.

καλὸν τὸ γηρᾶν: καὶ τὸ μὴ γηρᾶν πάλιν

Pulchrum senescere: & nō senescere rursus. Idē.

'όχληρὸς 'αεὶ 'εστιν 'εν νέοις γέρων. i.

Molestus uir est inter iuuenes senex. Idem.

πολιά χρόνου μήνυσις 'ου φρονήσεως. i.

Canities tpis indicium non prudentiæ. Idem.

φοβοῦ τὸ γῆρας. 'ου γὰρ 'έρχεται μόνον. i.

Time senectutem. Non. n. uenit sola. Idem.

χαλεπὸν τὸ γῆρας 'εστὶν 'ανθρώποις βάρος. i.

Difficile senectus est hominibus onus. Philo. Philo.

'αι πολιαὶ συνῇ μὲν γεραίτεραι: 'αι γὰρ 'άτερ νόου:

μᾶλλον τῶν πολλῶν 'εισιν 'όνειδος 'ετῶν

Canities cū mēte honorabiliores: Quæ. n. sine mēte

Magis multoꝝ sunt uitupium annoꝝ. Lucilli'. Lucillius

'εἴ τις γηράσκειν 'εύχεται. 'άξιός 'εστι

γηράσκειν πολλῶν 'εις 'ετέων δεκάδας.

Si quis senescens uiuere pcatur: dignus est

Senescere multorum in annorum decadas.

Menecrates. Menecra.

γῆρας 'όταν μὲν 'απῇ. πᾶς 'εύχεται

'ην δ' 'έλθῃ ποτ' 'ελον

λέμφεται . ἐστὶ δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον .i.
Senect⁹ dum quidē abeſt: qlibet optat: Si uero unq̃ acceſſerit Accuſat᷑. Eſt aūt ſemp melior debita.

Plautus — Plautus in Ciſtellaria.
Multiloqua eſt hæc anus. Idē in Epidicho.
Profecto deliramus interdū ſenes. Idē i Bacchide.
Terentius — Non oīs ætas ludo cōuenit. Terē.comœdia ultia.
Virgilius — Senect⁹ ipſa morbus eſt. Virg.Bucco.æglogа.ix.
Ouidius — Oia fert ætas aium quoq;. Oui.triſtiū.li.v.eleg.ii.
Solet exiguis prodeſſe annoſa uetuſtas:
Grādibus accedunt tēpore damna malis.
Oui.metamor.li.vi.fabula.i.
Non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus hēt: ſeris uenit uſus ab annis.
Idem libro.xii.fabula.iiii.
Quāuis obſtet mihi tarda uetuſtas:
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis:
Plura tamē memini. Idem li.xiii.fabula.iiii.
Tremuloq; gradu uenit ægra ſenectus:
Horatius — Quæ patiēda diu eſt. Hora.in arte poetica.
Multa ſenē circūueniunt incōmoda: uel quod
Quærit: & inuentis miſer abſtinet: ac timet uti:
Vel q; res omnes timide gelideq; miniſtrat:
Dilator ſpe longus: iners: auiduſq; futuri:
Difficilis: querulus: laudator temporis acti:
Se puero caſtigator: cenſorq; minorū.
Multa ferunt anni: uenientes cōmoda ſecum
Iuuenalis — Multa recedētes adimunt. Iuuenalis ſatyra.x.
Vna ſenum facies cum uoce trementia labra:
Etiam leue caput: madidiq; infantia naſi:
Frangendus miſeris gingiua panis inermi:
Vſq; adeo grauis uxori: natiſq;: ſibiq;. Ibidē.
Non eadem uini atq; cibi torpente palato
Gaudia: nam coitus iam longa obliuio: uel ſi
Coneris: iacet exiguus cum ramice neruus:
Et q̃uis tota palpetur nocte iacebit. Ibidem.
Clamore opus eſt: ut ſentiat auris
Quē dicat ueniſſe puer: quot nūciet horas. Ibidē.
Ille humero: hic lumbis: hic coxa debilis: ambos
Perdidit ille oculos: & luſcis inuidet: huius
Pallida labra cibum capiūt digitis alienis. Ibidē.
Sed omni Membrorū dāno: maior dementia: quæ nec
Nomina ſeruorū: nec uultum agnoſcit amici
Cū quo ꝓterita cænauit nocte. Iuue.ſatyra.xiii.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant q; grande nephas & morte piandum:
Si iuuenis uetulo non aſſurrexerat: & ſi
Barbato cuicunq; puer: licet ipſe uideret
Plura domi farra: & maiores glandis aceruos:
Tam uenerabile erat ꝓcedere quattuor annis:
Primaq; par adeo ſacræ lanugo ſenectæ.
Franc.Pe. — Fran.Petrarcha Triūpho mortis ca.i.
Eglie par il megliore
Fugir uechieza: & ſuo multi faſtidi.

SEnſus græce αἴσθησις.εως.ἡ. & αἰσθητὸν.οῦ.τό. ſenſibilis dicitur. Eſt aūt ſenſus potentia paſſiua: ſecundum.bea.Tho. prima parte.q lxxix.ar.iii.
Senſus exteriores ſunt tantum quinq;: ſecundū quinq; modos immutationis ab obiectis.ſ.uiſus: auditus: olfatus: guſtus: & tactus: ſecundum.be.Tho. prima parte.q.lxxviii.ar.iii.
Senſus interiores: ſecundum Ariſtotelen ſunt tm̄ q̃ttuor: ſecundum quattuor modos operationum.ſ. Senſus cōis: Imaginatiua: Eſtimatiua: in aliis aialibus: ſiue cogitatiua in hoie: & memoratiua ſenſitiua: licet ſint qnq;: ſcđm Auicenā.ſ.ſēſus cōis: Imaginatiua: phātaſia: Eſtimatiua: & memoratiua ſenſitiua: ſcđm eūdē.i.pte.q.lxxviii.art.iiii.o. De his ſenſibus tā iterioribꝰ q̃ exterioribꝰ uide ſupra i Arbore aiæ. A ſenſus deducit̃ ſnia: de qua infra.
Senſibile proprium eſt quod non cōtingit altero ſenſu ſentiri: & circa quod non cōtingit errare: ſecundum Ariſtotelen li.ii.de Anima.
Sēſualitas dicit̃ a ſenſu: & eſt uis appetitiua ſenſitiuæ ptis: ſcđm.b.Tho.i.pte.q.lxxxi.ar.i.
Senſualitas ꝓprie noiat potentiā appetitiuā tantū: Senſibilitas uero comphendit omnes uires ſenſitiuas.ſ.appræhenſiuas: & appetitiuas: ſecundū eundem: ſecundo ſen.di.xxiiii.q.ii.ar.i.c.

SEntētia διάνοια.ας.ἡ. & διανοέομαι ad uerto dicit̃. Eſt aūt ſnia đterminata acceptio alterius partis contradictionis: ſecundum bea.Tho.iii.ſen.di.xxiii.q.iii.ar.ii.
Sentire: unū ſnia deducit̃: ꝓprie ē ſenſu ꝑcipere: Q đ ad corpꝰ dūtaxat ꝑtinet: unū qnq; corpis ſenſus ſūt appellati de qbꝰ ſupra. Interdū ſentire ponitur pro intelligere. Nonnunq̃ iudicare: Hinc etiam ſentētia deriuatur: & quæ ſic diffinitur.
Snia eſt iudicialis diffinitio: q̄ controuerſiis finē imponit ꝓnūciatiōe cōpetentis iudicis cōdēnationē: uel abſolutionem continens: ſcđm Gofr.
Sententia ē applicatō iuris ad ꝑticulare factū: ſcđm bea.Tho.prima ſecundæ.q.xcvi.ar.i.
Snia ē nō de ſingularibꝰ: ſed de uniuerſalibꝰ enūciatio: nec de oibꝰ uniuerſalibꝰ: ſed de qbuſcunq; operationes ſunt: quæ ad agendum eligenda: uel fugienda ſunt: ſcđm Ariſto.li.ii.Rheto.

SEpultura græ. τάφος.ου.ὁ. & θάπτω ſepelio dicitur. Eſt autem ſepultura locus cōcauus in loco eccleſiaſtico: uel cimiterio factus: in quo corpus catholici congeſcit: uel Sepulchrum ē

locus concauus in quo oſſa defunctorum conduntur.
Sepultura inuenta eſt: ne horror: & foetor ſit uiuis: & ad fidem reſurrectionis futuræ: & ut oretur pro defunctis: ex bea. Tho. iiii. ſen. diſt. xv. q. ii art. iii. Sepultus non dicitur: quaſi ſine pulſu: ut quidã uolunt: ſed a ſepeliendo. Sepelio uero a ſepiendo: quia cadauer terra: uel lapide: uel alio genere materiæ circũſepitur. Sepultura modo ipſum ſepulchrũ ſignificat: modo actum ipſum ſepeliendi.

Auguſtin⁹. Auguſti. de cura agenda pro mortuis.

Nec aliquid nocet fidelibus negata eorum corporibus ſepultura: nec ſi exhibeatur: aliquid infidelibus prodeſt. Augu. & habetur. xiii. q. ii. cap. Quibus peccata.

Quibus peccata dimiſſa nõ ſunt: a ſactis locis poſt mortem adiuuari non poſſunt. Quia quos peccata grauiora deprimunt: Si in ſacris locis ſe ſepelire faciunt: reſtat: ut de ſua præſumptione iudicẽtur: quatenus eos ſacra loca non liberant: ſed de culpa temeritatis accuſant. Hier. cõtra Ioui. c. xxxvi.

Hierony⁹.

Maſſagetæ & Derbices miſertimos putant: qui ægrotatione moriantur: & parentes: Cognatos: propinquos: quum ad ſenectam uenerint iugulatos deuorant: rectius eſſe dicentes: ut a ſe potius: quam a uermibus comedantur. Tibareni quos dilexerint ſenes: ſuſpendunt in patibulis. Hircani uolucribus & canibus ſemiuiuos proiiciunt. Caſpii beſtiis mortuos proiiciunt. Scytæ eos qui a defunctis amati ſunt uiuos infodiunt cum oſſibus mortuorum. Bactri canib⁹ ad hoc ipſum nutritis obiiciunt ſenes. Quod cum Alexandri pfectus Nicanor emendare uoluiſſet: pene amiſit prouinciam. Grego. & habetur. xiii. q. ii. ca. Quum grauia.

Gregorius

Quum grauia peccata non deprimunt: tunc prodeſt mortuis: ſi in eccleſia ſepeliantur: quia eorum proximi quotiẽs ad eadem ſacra loca ueniunt: ſacrãque ſepulturam aſpiciunt recordantur: & pro eis domino præces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt: ad maiorem cumulum dãnatiõis potius: quam ad ſolutionem eorum corpora in eccleſiis ponuntur. Ioannes Chryſoſtomus.

Io. Chryſo.

Vbicunque ſepeliamur: domini ẽ terra & plenitudo. Secundum quod oportet fieri efficiatur. Lugere aũt: & deplorare: & lamentari eos qui ab hac uita decedunt ex puſillanimitate contingit: hoc autẽ ex deſperatione futuræ deſperationis intelligitur.

Cicero Cicero li. ii. de legibus.

At mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe uidetur: quo apud Xenophõtem Cyrus utitur. Redditur enim terræ corpus: & ita locatũ: ac ſitum quaſi operimento matris obducitur: eodẽque ritu ĩ eo ſepulchro: quod procul ad fontis aras Regem noſtrum Numam conditum accepimus. Gẽtemque Corneliam uſque ad memoriam noſtrã hac ſepultura ſcimus eſſe uſam. Ibidem.

Hominem mortuum inquit lex in. xii. tabulis in urbe ne ſepelito: ne ue urito. Cicero. Tuſ. q. li. i.

Quid Cireneum Theodorum phyloſophum non ignobilem: non ne miramur? Cui quum Lyſimachus rex crucem minaretur: Iſtis quæſo inquit iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil intereſt humi ne an ſublime putreſcat. Cicero Ibidem.

Præclare Anaxagoras qui quum Lampſaci moreretur: quærentibus amicis uellet ne Claromenas in patriam: ſi quid accidiſſet auferri: Nihil neceſſe ẽ (inquit). Vndique enim ad inferos tantundẽ uiæ ẽ. Ibi.

Sed quid ſingulorum opiniões animaduertam: Nationum uarios errores proſpicere quum liceat. Cõdunt Aegiptii mortuos: & eos domi ſeruant. Perſæ etiam cæra circunlitos condunt: ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos eſt nõ humarẽ corpora ſuorum: niſi a feris ſint ante laniata. In hircania plebs publicos alit canes optimates domeſticos. Nobile autem genus illud canum dicimus eſſe. Sed pro ſui quiſque facultate parat a quibus lanietur. Eamque illi optimã eſſe cenſent ſepulturã.

Virgilius. ii. Aeneidos. Virgilius

Facilis iactura ſepulchri. Lucanus libro. vii. Lucanus
Pharſaliæ in fine.
Libera fortuna mors eſt: Capit oĩa tellus.
Quæ genuit. Cælo tegitur qui non habet urnam.

Serenitas græce αἰθρία. ας. ἡ. & αἴθριος. ου. ὁ. ſerenus dicitur. Eſt autem ſerenitas quies aeris: ſecundum bea. Tho. ſup li. Met. v. lec. vi. ſi. A ſerenus fit ſereno uerbũ: hoc eſt tranquillo: clarifico. Virg. Vultu quo cælum tẽpeſtates que ſerenat. Transfertur nonnunquam ad animum: unde mentis ſerenitas. Serenus: ut quibuſdam placuit a ſero: ris deducitur: quaſi tẽpus tranquillũ: ſine nubibus: ſine imbre: ſationi maxime aptũ eſt.

Sermo græce λόγος. ου. ὁ. dicitur. Et eſt idem quod loquella. Dicitur autem a cõſerendis: ſimul compoſitis: & contextis uerbis. Hinc ſermocinor loquor. Et ſermocinatio collocutio. De hac materia uide ſupra in lingua: & infra in Taciturnitas.



Seruit⁹ græce δουλεία. ας. ἡ. & δοῦλος. ου. ὁ. ſeruus dicitur. Eſt autem ſeruitus Inſtitutio iuris gẽtium: qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur: ut habetur Inſti. de iure perſonarũ. §. Seruitus. Di/

citur autem seruus q in bello serui non necabantur: sed uini: seruabantur. Eius diminutiuum e seruulus: & ab hoc seruilis: & aduerbium seruiliter: seruitus de qua supra: & Seruitium quod in singulari est ipsa seruitus. Terentius. Ego hoc tibi p seruitio debeo conari manibus & pedibus. In plurali uero iterdum ipsi serui. Salustius. Interea seruitia repudiabat.

Exodi — Exodi ca.xii.

Qui percusserit seruum suum: uel ancillam uirga: & mortui fuerit i manibus eius: crimis reus erit. Si autem uno die uel duobus superuixerit non subiacebit poenae: quia pecunia illius est.

puerbiorum — Prouerbiorum cap.xix.

Non decent stultum deliciae: nec seruum dnari pricipibus.

Ecclastici — Ecclesiastici ca.xxxiii.

Si est tibi seruus fidelis: sit tibi quasi aia tua.

Paulus — Paulus ad Collossenses ca.iii.

Serui obedite dominis carnalibus p oia: non ad oculum seruientes: quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis: timentes dominum.

Idem ad Ephesios ca.vi.

Serui obedite dñis carnalibus in timore & tremore: & simplicitate cordis: sicut Christo. Ioanes.c.viii.

Qui enim facit peccatum: seruus est peccati.

Petr' apo. — Petrus Apostolus prime ca.i.

Serui subditi estote in omni timore dominis.

Augustin' — Augu.li.iiii.de ciui.dei.

Bonus: etiam si seruiat: liber est: malus autem: & si regnat: seruus est: nec est unius homis: sed (quod grauius est) tot dominorum: quot uitiorum.

Augu.ibidem libro.xx.

Conditio seruitutis iure itelligitur iposita peccatori.

Hierony'. — Hiero.i epistola ad Simplicianu.

Est sapienti seruire libertas: ex quo colligitur: q stulto imperare seruitus est: & q peius est cum paucioribus psit: pluribus dominis & grauioribus seruit. Seruit enim propriis passionibus: seruit suis cupiditatibus: quarum dominato: nec nocte: nec die fugari potest: quia itra se dominos habet: itra se seruitium patitur itolerabile. Hiero.epi.xcii.

Querulum enim genus seruorum est.

Ambrosius — Ambro.de Iacob & uita beata.li.ii.

Seruit quicunq uel metu frangitur uel delectatione irretitur: uel cupiditatibus ducitur: uel idignatione exasperat: uel moerore deicit: seruilis.n.est omnis passio.

Gregorius — Greg.i Registro ca.xvii.

Liquet q omnes homines natura aequales genuit: sed uariante meritorum ordine: alios aliis culpa p ponit. Ipsa qdem diuersitas quae accessit ex uitio: diuino iudicio dispensatur: & quia ois homo aeque stare non ualet: alter regatur ab altero.

Greg.sup illud Genesis.ix. Terror uester & tremor sint sup cuncta aialia terrae.

Homo aialibus irrationabilibus non caeteris hominibus natura platus est. Iccirco dr ei: ut ab animalibus: non ab hoibus timeatur. Quia contra naturam superbire est: ab aequali uelle timeri.

Seneca — Seneca epi.xlviii.alloquens iperatore.

Cum seruis familiariter uiuere decet prudentiam tuã: Serui sunt: immo homies. Serui sunt: imo contubernales. Serui sunt: imo humiles amici. Serui sunt: immo conserui. Si cogitaueris tantundem in utroq licere fortunae. Itaq rideo istos q turpe existimant cum seruo coenare: Quare nisi superbissima consuetudo coenanti domino: stantium seruorum turbam circumcingit maiestatis suae diminutionem putat ad eandem mensam cum seruo accedere. Seneca Ibidem.

Vis tu cogitare istum: quem seruum dicis ex eisdem seminibus ortum: eodem cibo frui: aeq spirare: aeque mori. Noli ergo de usu seruorum disputare: i quo superbissimi & auarissimi & crudelissimi sumus. Haec tñ pcepti mei summa est: ut sic cu Infimo uiuas: queadmodu supiore tecu uiuere uelis. Ibide.

Nescis qua aetate Hecuba seruire coepit: q Cressus: qua Darii mater: qua Plato: qua Diogenes. Viue cu seruo clamenter: uiue comiter: In sermone illu admitte: i consilium: & conuictum. Ibidem.

Colant te serui tui potius q timeant.

Seneca Tragoedia.iii.

In seruitutem cadere de regno graue est.

Aristoteles — Aristoteles li. Iconomicorum.

Oportet seruis dare operam: & uictum sufficiente: quia sine mercede ipossibile est dominari. Victus autem est merces serui. Ibide.

Impossibile est negligentibus domis: seruos sollicitos esse. Aristo.li.i.Polyticorum.

Dupliciter dr seruus: uno modo secundum natura: alio modo secundum legem positam.

Cicero — Cicero li. Paradoxorum.

Quis neget: licet reges: omnes leues: omnes perfidos: omnes deniq iprobos ee seruos: An ille liber mihi uidetur: cui mulier iperat: cui leges iponit: p scribit: uetat: iubet quod uidetur: Qui nihil iperati negare potest: Nihil recusar audet. Si poscat dãdum est: Si uocat ueniendum est. Eicit: abeundu est. Minatur: extimescendum. Ego uero non istu modo seruum: sed neqssimum seruum: etiam si in amplissima familia natus sit appellandum puto. An et eorum seruitus dubia: q peculii cupiditate nulla conditionem recusant durissimae seruitutis: haereditatis spe: qd iniqtatis i seruiendo non suscipitur: quem nutum locupletis orbi senis no obseruat: Loqtur ad eius uoluntatem: qcqd denunciatum sit: facit: assentatur: assidet: imitat. Quid hoc tum est liberi: Quid dniq serui no inertis. Quid

iam illa cupiditas: quæ uidetur esse liberalior ho/noris: & imperii: prouinciaꝝ: q̄ dura est dēa? q̄ im periosa? q̄ uæhemēs! Iudex uero q̄tum hēt dn̄atū quo timore nocentes afficit! An non est omnis me tus seruitus omnis? an debilitas? & humilis & fra/cti timiditas seruitus est?. Phocylides.

Phocylides γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι .i.

Ventris debitam mercedem præbe seruis. Idem.

δούλῳ τακτὰ νέμοις ἵνα τοι κατάθυμιος ᾖ .i.

Seruo pacta tribuas: ut tibi beniuolus sit. Idem.

στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα .i.

Notas ne inuras uituperans seruum. Idem.

λάμβανε καὶ βουλὴν παρ᾽ οἰκέτου εὖ φρονέοντος .i.

· Cape etiam consilium a famulo beneſentiente.

Menander. Menander.

μακάριος ὅστις μακαρίου ὑπηρετεῖ .i.

· Beatus qui beatis seruit. Idem.

ὡς ἡδὺ δούλῳ δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν. idest.

Quā suaue est seruo dominum bonum nancisci.

Terentius. Terentius Comedia.v.

Seruum hominem causas orare leges non sinunt.

Claudian⁹ Claudianus.

· Si metuis: si praua cupis: si duceris ira

· Seruitii patiere iugum: tolerabis iniquas

Interius leges: tunc omnia iure tenebis:

Iuuenalis Si poteris rex esse tui. Iuuenalis.

· Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.

Eueritas græce ἀνηλειότης .& ἀνελεήμων. .i. seuerus dr̄. Est autē seueritas uirtus inflexibilis circa inflictionē pœnarum: quando recta ratio requirit: hoc scd̄m.b. Tho. scd̄a scd̄æ.q.clvii.art.ii.

Seuerus aliquādo significat grauē & censorium: & dicitur quasi semp uerus: nec ulla gratia: aut illece bris mutabilis. Virg. Curibus q; seueris. Aliquan do asperum: trucem. Interdum seuum implacabilē. Virg. Amneq; seuerum Eumenidum aspicies. Nō nunq̄ tristē: sollicitum. A seuerus fit seueritas: hoc est grauitas: cōstantia: asperitas: tristicia. Hinc et assenero uerbum: qd est cum ui quadā: ac motu al: quasi cum seueritate aliquid affirmo: a quo assene ratio deriuatur. Itē perseuero: qd est cum quadam constantia: & quasi ptinacia duro. Hinc pseueran tia: hoc est constantia: & ptinacia: De qbus supra.

Ignum g̃ σημεῖον.ου.τό.& σημασία significō dr̄. Signum quātum est in se impor tat aliqd manifestū quo ad nos: quo manu ducimur in co[...] alicuius occulti.scd̄m.b.

Tho.iiii.sen.di.i.q.i.art.i.

Signum proprie est quædam parua significatio in/dicans totius rei qualitatem. Terent⁹. Vide num eius color pudoris signum usquā indicat. Est etiā signum opus sculptile: & ad alicuius animalis effi giem formatum: Vnde & signa & tabulas pro cæ latis operibus: atq; depictis dicimus. Hinc duode/cim signa cælestia quæ in zodiaco sunt: quia notæ quorundam animalium sunt: & quæ in his uersi/bus continentur.

Sūt Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libraq;: Scorpi⁹: Arcitenēs: Cap: Amphora: Pi/scis.

Ignificatio græce σημασία.ας.ἡ .& σημαντικὸς.οῦ.ὁ. significatiu⁹ dr̄. Est aūt Si gnificatio excogitatōis formatæ p signa: per uerba demonstratio: Et fit potissime per locu/tionem: quæ est uocalis prolatio cum intētione si/gnificandi uel pferendi. Quare nō ē irrationalis.

Similitudo g̃. ὁμοιότης.ητος.ἡ.& ὅμοιος.ου.ὁ. similis dicitur. Est autē Similitu/do relatio æquiparātiæ: non tamē semper denominat utrūq; extremorū: Sed tātū qn̄ forma ē æqualiter: & eadē ratione in utroq; extremorum. ex.b. Tho. prima parte.q.iiii.ar.iii.

Similitudo ab imagine qd differat: Vide supra in Imago.

Imonia g̃ ἱερωνία .ας.ἡ. dici pōt. Et ē stu/diosa uolūtas emēdi: uel uēdēdi aliqd spūale: uel spūali annexum: opere subsecuto: scd̄m Panor. in.c. Nemo extra eo.& b. Tho.22.q.c.art.i.o. Simonia dici uidet̄ a Si mone mago: q donum spūs sācti emere uoluit: ut ea uenditiōe signoꝝ: quæ p eum fierent multiplica tam pecuniā lucraret̄. Et sic illi q spiritualia uēdūt cōformantur Simoni mago i intētione. In actu ue ro: illi q emere uolūt. Illi autē qui in actu uēdunt imitātur Giezi discipulum Helisei: de quo legitur. quarti regum.c.v. Qd accepit pecuniā a leproso mundato. Vn[...]ditores spiritualium possunt di ci: non solū Simoniaci sed et Giez[...] ex.b. Tho. scd̄a scd̄æ.q.c. Aug. & hētur.i.q.i.c. Sicut. Augustin⁹.

Sicut Eunuch⁹ fuit q Ioseph cōparauit: ita q grām mercatur uiuum semen nō hēt siccis genitalibus: sic quoq; ignis sacrificii q p septuaginta annos Ba bilonicæ captiuitatis sub aqua uixerat. Extinctus est Antioco Iasoni uendenti sacerdotium: quod si/gnificauit spiritus sancti ignem non lucere in si/moniacis sacramentis.

N

Hierony⁹. Hieronymus in epistola & habetur.i.q.i. c. Nunquam.

· Sæpe sinistra pricipia ad fœlices peueniunt exitus: ut Iacob per supplantatõem peruenit ad benedictionem: ut seges quæ leprosa manu seritur: munda tamen metitur: ut ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia: quæ per simoniam acqritur: fœlicem habet exitum: quum pauperibus profutura erogatur: sed nihil hoꝝ simoniacis patrocinatur.

Ambrosius. Ambro. in li. Pastorali: & habetur.i.q.i.c. Reperiuntur.

Repiuntur q̃ plurimi negociatiõe muneris mercari uelle gr̃am spirit⁹ sancti: dum illi precium donãt: ut pontificalis ordinis sublimitatẽ accipiant: obliti uerborum Petri: q dixit ad Simonẽ: pecunia tua tecum sit i perditionẽ: qa existimasti donum dei pecunia possidere. Ambro. de mysteriis: & hẽtur.i.q.i.c. Quum ordinaretur.

· Quum ordiaretur epus: quod dedit aurum fuit: qd perdidit anima fuit. Quum alium ordiaret: quod accepit aurum fuit: quod dedit lepra fuit.

Gregorius. Gregorius in Registro: & habetur.i.q.i. c. Præsbyter.

· Præsbyter si p pecuniam ecclesiam obtinuerit: non solum ecclesia priuet᷑: sed ẽt sacerdotii honore spolietur. Quia altare & decimas: & spiritũ sanctum emere uel uendere simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat.

Gregorius Ibidem.c. Quicunq̧.

· Quicunq̧ sacros ordies uendunt: aut emunt: sacerdotes esse non possunt: unde scriptum est: Anathema dãti: anathema accipiẽti: hæc ẽ simoniaca hæresis. Q nõ ergo si anathẽa sunt: & sancti nõ sunt: sanctificare alios possunt? & quum i Christi corpore non sint: quomodo Christi corpus traddere: uel accipe possunt? q maledictus: benedicere quõ põt?

Ibidem.c. Quum omnis.

Quum oĩs auaricia idoloꝝ sit seruitus: q̃squis hanc & maxime in dandis ecclesiasticis honoribus uigilanter non præcauet: infidelitatis perditiõi subiicitur: etiã si tenere fidẽ uerbis: quã negat facto: uideatur. Greg. in tractatu euãgeliorum: & hẽtur.i.q.i.c. Sunt non nulli.

Qui ergo sacros ordines tribuit: tunc ab omni munere manus excutit: quãdo i diuinis reb⁹ nõ solum pecuniam nullã: sed nec ẽt humanã gr̃am reqrit.

Dantes. Daintes inferni can.c.xix.

O Simon mago o miseri sequaci:
Che le cose di dio che di bontate
Denno essere spose uoi rapaci
Per oro e per argento auolterate:
Or conuien che per uoi soni la tromba
Pero che ne la terza bolgia state.

Simplicitas g̃ ἀπλότης. ητος.ἡ. & ἁπλοῦς.οῦ.ὁ. simplex dr̃. Est aũt simplicitas uirtus ad quã ptiet directe pseruare se a deceptione. scd̃m.b. Tho. 22ᵉ. q.cxi.art.iii.

Siplicitas duplex ẽ. Quædã.n.ẽ cõtraria Discretiõi: q̃ reprobatur. Quædã contraria dolositati: quæ bona est: de qua i Euangelio. Estote simplices: sicut columbæ. Iob.c.viii. Iob.

Deus nõ proiiciet simplicẽ. Prouerbioꝝ.c.ii. Prouerbioꝝ.

Simplices pmanebunt in terra. Prouer.c.x.

· Qui ambulat simpliciter ãbulat ɔfidẽter. Idẽ.c.xi.

· Simplicitas iustoꝝ diriget eos. Prouer.c.xx.

· Iustus q ambulat i simplicitate sua: beatos post se filios relinquet. Idẽ.c.xxviii.

· Melior est paup ambulans in simplicitate sua: q̃ diues in prauis itineribus. Prouerbio.c.xxix.

· Viri sanguium oderunt simplicem: iusti autẽ quærunt aĩam eius. Aug. super Ioãnẽ Omelia.ii. Augustin⁹

Simplex eris si te mundo non iplicaueris: sed explicaueris. Explicãdo.n. te a mundo simplex: iplicando duplex eris. Hiero. ad Rusticum monachum. Hierony⁹.

· Habe simplicitatẽ columbæ: ne cuiq̃ machineris dolos: & astutiã serpẽtis: ne alioꝝ supplãteris isidiis: qa non multum distat in uicio: aut decipe: aut decipi posse. Hiero. super Oseæ.

· Prudentia absq̧ simplicitate malicia est: & simplicitas absq̧ rõne stulticia nominatur. Ibidẽ.

Nihil diuitius uiro simplici. Quid.n. simplicitate diuitius? quæ sicut bonus paterfa. satis sibi abundat: & sua puritate contẽta nõ quærit alienum: nec abrodit: sed de cæteris fingit: nec se in artes uarias sæpe cõmutat: sicut astutia q̃ ut quõ sit cauta: timet oĩa: nec suis cõsiliis credit: uersat ipsa suas sententias. Siplicitas antẽ timere nil nouit. Gregori⁹.

Greg. li.i. moral. tractãs illud. Estote prudẽtes.

Vtraq̧ bñ i admõitõe cõuertit: ut simplicitatẽ columbæ astutia serpẽtis istrueret: & rursus serpẽtis astutiã columbæ simplicitas tẽpararet. Idẽ li.xii. moral.

Nihil simplici corde fœlicius: qa inocentiã erga alios exhibet. Nihil est q pati ab aliis formidet. Hẽt enim quasi artem quãdam simplicitatem suã: nec suspectus est pati quod se fecisse non meminit. At contra mens praua semper in laboribus est: quia aut molitur mala quæ inferat: aut metuit ne sibi hæc ab aliis inferantur.

Bernardus sermone.xxv. Bernardus

· Omnibus nobis in conuersionis initio nulla uirtus magis necessaria est: q̃ simplicitas humilis: & grauitas uerecõda. Beda de templo Salomonis li.i.

· De beato Iob dicitur: q erat uir simplex: & rectus.

Simplex uidelicet: per innocentiam mansuetudinis: Rectus per cautellam discretionis: Simplex: quia nullum lædere: immo prodesse desyderabat: Rectus: quia se a nullo corrumpi permittebat. Beda Ibidem. Beda

Simplicitas sine rectitudine dissoluta est & stulta: Rectitudo autē sine simplicitate austera nimium existit & dura: Verum utraq; uirtus coniuncta perfectum reddit hominem.

Imulatio græce ὑπόκρισις.ιος.ἡ. & ὑποκριτής.οῦ.ὁ. simulator dicitur. Est autem simulatio proprie mendacium in signis factorum exteriorum. Ideo semper ē peccatum. Sed large sumitur pro fictione: scdm. bea. Tho. scda scdæ. q. cxi. ar. i.

Simulo & dissimulo ita differunt. Simulamus eim esse ea quæ non sunt. Dissimulamus ea non esse q̄ sunt. A simulo fit simultas: hoc est odium: q: qui simultates exercent: inter se simulata loquuntur: uel dicitur a contrario: quia minime sunt simul. Hinc simulto uerbum: hoc ē simultatem exerceo: & odiū. A simulo fit etiam Simulachrum: quod sit ficta imago alicuius.

De hac materia uide supra in Hypocrisis.

Ynesis græca dictio est σύνησις.ιος.ἡ. Et est uirtus bene iudicatiua de agibilib⁹: scdm legē cōmunem. Gnomi uero secundum altiora principia .s. iuris naturalis: ideo est altior. scdm. b. Tho. scda scdæ. q. xlviii. c. fi.

Ynteresis græca dictio est συντήρησις.ιος.ἡ. Et est pars animæ quæ semper aduersatur uitiis: & perpetrata mala continuo arguit: Quā latini theologi corrupto uocabulo synderesim uocant: quum synteresin penultima producta dicendum sit: Huius autem erroris causa fuit: q: græci litteram t si μ præcesserit: in d. quantum ad pronunciationem pertinet: mutant. Diciturq; synteresis a συντηρῶ: cōseruo. q: sem per cupiat sese a peccato seruare immaculatam.

Synteresis non nominat rationem supiorem: nec inferiorē: Sed aliquid cōmuniter se hēns ad utrāq;. scdm. b. Tho. i quæst. de Veritate. q. xvi. art. i.

Actus synteresis est remurmurare malo: & iclinare ad bonum scdm eundem Ibidem.

Itis græce δίψα.ας.ἡ. & δίψος sitio dicitur. Est autē sitis appetitus frigidi & humidi. scdm Aristo. li. ii. de anima. Ponitur etiam p nimia auiditate cuiuscunq; rei. Iuuenalis. Maior famæ sitis est q̄ Virtutis. Hinc dicitur sitio uerbum: & Siticulosus qui semper sitit: & sitibundus: hoc est sitiens. Et Situla uas ad hauriendam aquam: q: aquam sitiat.

Itus græce θέσις.ιος.ἡ. dicitur: & est ordo partium corporalium scdm locum. Ex b. Tho. quolib. iii. art. vii. fi.

Est & situs lanugo quædā ex humore procreata: Fit autem in locis carentibus sole. Significat ēt aliquā do immundiciē quæ senibus puenit ex antiqtate.

Obrietas græce σωφροσύνη.ης.ἡ. & σώφρων sobrius dicitur. Sobrietas proprie est circa potum inebriatiuum. Large uero est circa omnem materiam scdm. b. Tho. secunda scdæ. q. cxlix. c. prin.

Sobrius est q in cibo & potu tēperans est: quasi sine ebrietate. Sobrietatis noīe ēt Tēperātia significat.

De hac materia hēs supra ubi Ebrietas: & infra ubi Temperantia.

Ocietas græce ἑταιρεία.ας.ἡ. & ἑταῖρος.ου.ὁ. socius dr. Est autē societas duorum plurium ue coniunctio cōtracta ob cōmodiorē usum: & huberiorē quæstum.

Societas est adunatio hominum ad aliqd perficiendum: Ideo multiplicatur scdm illud. Ex. b. Tho. Opusculo contra religionis ipugnatores. c. v. col. iii. fi.

Socius proprie dr q in re seria ac laboriosa alicuius par est: unde socii populi romāi dicebanť i ita cum his fœdere cōiuncti ut pacis & belli pticipes eēnt.

Dr autē socius: uel qd secet & diuidat laborē alteri us: uel q: est in re laboriosa sequatur.

Socius: comes: & sodalis ita differūt: q: Comes ē q cum aliquo simul it: & tāq ducem sequitur. Sodalis in rebus leuioribus: & fere in conuiuiis: Dicunturq; sodales quasi simul edales: sicut comites quasi simul euntes. Vel sodales dicuntur quasi simul in mēsa sedeāt: uel q: iter se suadeāt qd cōmodū ē. Prouerbiorum. c. xviii. puerbioꝝ.

Vir amicabilis ad societatem: magis amicus erit q̄ frater. Ecclesiastes. c. iiii. Ecclistes

Melius est duos esse q̄ unum. Hēnt enim emolumētum suæ societatis. Si unus ceciderit: ab alio fulcietur. Ecclesiastici. c. xviii. Ecclistici

Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: & q communicauerit supbo induet supbiā. Pondus sup se tollit: q honestiori se cōicat: Et ditiori te ne socius fueris. Paulus scdæ ad Corint. c. i. Paulus

Sicut socii passionum estis: sic eritis & cōsolatiōis. Aug. li. contra Parminianum: & hētur. xxiii. q. iiii. c. Ita plane. Augustin⁹

Ita plane sociatur qs malis: si mali aliqd cum eis cōmittit: aut cōmittentibus fauet. Hieronym⁹ in Hieremia: & hētur di. xlv. c. Sed illud. Hierony⁹.

Polluitur enim ex uno peccatore populus: sicut ex una oue morbida uniuersus grex inficitur. Sic & uno fornicante: uel aliud quodcunq; scelus committente: plebs uniuersa polluitur.

Ambros⁹. Ambrosius li.i.de Officiis: & habetur.xxiii. q.iii.c.Non inferenda.

Non inferenda sed depellenda iniuria lex uirtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest: tam est in uicio: q̃ ille qui facit. Unde sanctus Moyses hinc prius orsus est tentamenta imbecillis fortitudinis: Nam quum uidisset hebreum ab aegiptio iniuriam accipientem defendit: ita ut aegiptium prosterneret: atq; in harena abscóderet. Salomon quoq; ait: erige eum qui ducitur ad morté.

Idem super Lucam li.iiii. & habetur.xxiiii. q.i.c.Non turbatur.

Non turbatur nauis quae Petrum habet: Turbatur illa quae. Iudam habet: & si multa illic discipulorum merita nauigabant: tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraq; Petrus: sed qui suis meritis firmus est: turbatur alienis. Caueam⁹ igitur perfidiam: caueamus proditoré: ne p unum fluctuemus plurimi. Ibidem li.vi.

Voluit Christus deseri: uoluit prodi: uoluit ab apostolo suo tradi: ut quum sis desertus a socio: proditus ab ipso: moderate feras tuum errasse iudicium periisse beneficium.

Gregorius Gregorius super Ezechielem Omelia.ix.

Infirmi debent uitare societatem prauorum: ne mala quae frequenter aspiciunt: & corrigere non ualent: delectentur imitari. Greg.mor.p°.super illud Iob. Vir simplex & timens deum.

Non multum laudabile bonum esse cum bonis: sed bonum esse cum malis.

Idem super Ezechielem Omelia.ix.

Tolerandi ubiq; sunt proximi: Quia Abel fieri nõ ualet quem Chaim malicia non exercet: Unum uero est potentia qua uitari societas malorum debeat: ne si fortasse corrigi non ualent ad imitationem trahant: & quum ipsi sua malicia non mutātur: eos qui sibi coniuncti fuerint peruertant.

Io.Chrys. Io.Chrys.super Matthaeum.

Bonus malo si connectitur: aut pares redduntur: aut cito ad inuicem separantur. Amiciciae enim pares aut quaerunt: aut faciunt.

Ioannes Chrysostomus Ibidem.

Rerum natura sic est: ut quotiens bonus malo coniungitur: non ex bono malus melioretur: sed ex malo bonus contaminetur. Diuersitas enim rerum nunquam potest habere concordiam: & multos sollicitat societas nephanda.

Seneca Seneca de beneficiis.c.xiii.

Hominem non unguium usus: nec dentium terribilem caeteris fecit. Nudum & infirmum societas munit. Duas enim res dedit ei deus: quae caeteris obnoxium ualidissimumq; facerent. s. rationem: & societatem. Ibidem.

Societas ei dominium omnium dedit: societas terris gentium in alienae naturae transmittit imperium: & dominari etiam in mari iussit.

Idem Epistola.vii.

Exemplum luxuriae: unum exemplum auaritiae: multum mali facit. Conuictor delicatus eneruat & emollit: uicinus diues cupiditatem irritat. Malignus comes rubiginem suam affricuit.

Seneca Ibidem.

Necesse est auté imiteris tales: aut oderis. Et utrumq; deuitandum: ne uel simul malus fias: quia multi sunt: ne uel inimicus multis: qa dissimiles sunt.

Idem Epistola.cvii.

Haerebit tibi auaricia: q̃diu auaro sordidoq; conuixeris: Haerebit tumor quādiu cum superbis conuersaberis. Incendunt libidines adulterorum sodalicia. Seneca Tragedia.viii.

Nec regna socium ferre: nec thedae sciunt.

Cicero de senectute. Cicero.

Pares enim cum paribus ueteri prouerbio facillime congregantur. Arist.li.i.Polyticorum. Aristoteles

Homo solitarius: aut deus: aut bestia: aut nullo indiget: aut nulli conuenit.

Commentator super.viii.Ethicorum. Cōmenta.

Homo est animal non solitarium: sed polyticum & communicatiuum.



Odomia est turpitudo in masculum facta. Ut habetur.xxxii.q.ii.c.Usus. Sodomia idest coitus masculorum est species luxuriae contra naturam.ex.b. Tho. scda scdae.q.cxlii. art.iiii.

Sodomia & idololatria simul inceperunt: & simul creuerunt. scdm eundem.iiii.sen.di.i.q.ii.ar.i.

Leuitici.c.xx. Leuitici

Qui dormierit cum masculo coitu foemineo: uterq; operatus est nephas: Morte moriantur. Sit sanguis eorum super eos.

Paulus primae ad Corinthios.c.vi. Paulus

Neq; masculorum concubitores regnum dei possidebunt. Augustinus libro de adulterinis coniugiis: & habetur.xxxii.q.vii.c.Adulterii. Augustin⁹

Adulterii malum uincit fornicationem: uincitur autem ab incestu: peius est enim cum matre q̃ cum aliena uxore cócũbere: sed omnium horum est pessimum qd contra naturam fit: ut si qs membro mulieris non ad hoc concesso noluerit uti.

Vſus eim naturalis ſi ultra modum prolabitur : in
uxore quidem uenialepeccatum eſt : in meretrice
damnabile : Sed iſtud quod contra naturam eſt :
execrabiliter fit in meretrice: ſed execrabili' i uxo
re . Tantum enim ualet ordinatio creatoris & or/
do creaturæ: ut in rebus ad utendum conceſſis &
quum modus exceditur: longe tolerabilius ſit : q̃ i
eis quæ conceſſa non ſunt: uel unus uel rarus ex/
ceſſus. Idem contra Iouinianum li.i. &
habetur Ibiddem.c.Vſus.

Vſus naturalis & licitus eſt: ſicut in coniugio: & il/
licitus ſicut in adulterio: cõtra naturam uero ſem/
per illicitus: & proculdubio flagitioſior atq; turpi/
or: quem ſanctus apoſtolus & in maſculis: & i fœ/
minis arguebat: damnabiliores uolens intelligi: q̃
ſi in uſu naturali: uel adulterando: uel fornicando
peccarent. Idem confeſſio.li.iii. & habe
tur Ibidem.c.Flagitia.

Flagitia quæ ſunt contra naturam ubiq; ſemper re
pudianda atq; punienda ſunt : qualia ſodomita/
rum fuerunt: quæ ſi omnes gentes facerẽt eodem
criminis reatu diuina lege tenerentur : Quæ non
ſic fecit homines: ut ſe illo uterentur modo. Viola
tur q̃ppe ipſa ſocietas: quæ cum deo nobis eſſe de/
bet: quum eadem natura: cuius ipſe author eſt: li/
bidinis peruerſitate polluitur.

Ambroſi'. Ambroſius li.de patriarchis: & habetur .
xxxii.q.vii.c.Offerebat.

Offerebat ſanctus Loth filiarum pudorem . Nam
& ſi illa quoq; flagitioſa impuritas erat: tamen mi
nus erat ſecundum naturam coire : q̃ aduerſus na
turam delinquere: præferebat domus ſuæ uerecõ
diæ hoſpitalem gratiam: & apud barbaras gentes
inuiolabilem.

Lactã.Fir. Lactantius Firmi.li.vi.c.xxiii.diuinaꝝ inſtitu.

Non poteſt hæc res pro magnitudine ſceleris enar/
rari. Nihil amplius iſtos appellare poſſum q̃ impi
os & paricidas: quibus non ſufficit ſexus a deo da/
tus: niſi & ſuum ſexum prophane ac petulanter il
ludant: Hæc tamen apud nos leuia & quaſi hone/
ſta ſunt : Quid dicam de his qui abhominandam
non libidinem: ſed inſaniam potius exercent . Pi/
get dicere . Sed quid his fore credamus? quos non
piget facere : & tamen dicendum eſt : quia fit. De
his loquor quorum teterrima libido & execrabilis
furor: nec capiti quidem parcit: quib' hoc uerbis:
aut qua indignatione tantum nephas proſequa/
mur? Vincit officium linguæ ſceleris magnitudo :
Quum igitur libido hæc edat opera: & hæc faci/
nora deſignet: armandi aduerſus eam uirtute ma/
xima ſumus . Quiſquis affectus illos frenare non
poteſt: cohibeat eos itra præſcriptum legitimi tho
ri: ut et illud quod auide expetit aſſequatur: & ta/
men in peccatum non incidat.

Ouidius. Ouidius in arte amandi.

Odi concubitus qui non utrinq; reſoluunt.
Hoc eſt cur pueri tangar amore minus.

Tibullus Tibullus .

O fuge te teneræ puerorum credere turbæ.
Nam cauſam iuſti ſemper amoris habent.



Solennitas græce 'ιερ/
τη.μο.η'. dici poteſt.
Dicitur q; ſolemne : qd
eſt quod omnibus annis
præſtari dbet. a ſolus &
annus: hoc eſt anniuer/
ſarium . Quare ſolẽnes
cerimonias dicim': quæ
ſunt anniuerſario ſacri/
ficio religioſæ. Itẽ ſacra ſolennia quæ certis & ſta/
tutis temporibus fiunt.

Auguſtin'. Auguſtinus in quodam ſermone.

Totiens enim dies natalicios ſanctorum celebra/
mus: quotiens uirtutes eorum recolimus : quibus
claruerunt in terris: ut ad gloriam illius a quo to/
tum habuimus referamus.

Auguſtinus li'.de.x.chordis.

Melius faceret iudeus in agro ſuo aliquid utile: q̃ in
theatro ſeditioſus exiſteret: & melius fœminæ eo
rum die ſabbati lanam nerent : q̃ tota die in neo/
meniis ſuis impudice ſaltarent.

Idem contra fauſtum li.iii.

Si quæras cur Chriſtianus non obſeruat ocium ſab
bati cum dominus non uenerit ſoluere legem: ſed
adimplere: Reſpondeo: Iſtud non obſeruat Chri/
ſtianus: quia quod ea figura profitebatur iam ipſe
impleuit. In iſto habemus ſabbatum: qui dicit: Ve
nite ad me omnes qui laboratis : & inuenietis re/
quiem animab' ueſtris. Aug.ſup Ioan.ſerm.xx.

Sacrum ſabbatum eſt antiquis patrib' præceptum:
quod nos Chriſtiãi ſpiritualiter obſeruam': quum
ab omni ſeruili opere ideſt ab omni peccato abſti/
nemus: & hẽmus quietem in corde: & ſpiritualem
tranquillitatem. Aug.de uera innocentia.

Male celebrant ſabbatum: qui a bonis operib' ceſ/
ſant. Ocium.n.ab iniquitate debet eſſe : quia bo/
na conſcientiæ nõ inquietum : ſed tranquillum fa
ciunt aĩum. Hiero.epiſtola ad Euſtochium. Hierony'.

Valde abſurdum eſt nimia ſaturitate uelle honora/
re martyrem: quem ſciamus deo placuiſſe ieiuniis.

Gregorius Gregorius in Regiſtro.

Dominico die a labore terreno ceſſandum eſt : atq;
omnimodo orationibus inſiſtere: dum ut ſi quid
negligentiæ p ſex dies agitur p diẽ reſurrectionis
dñicæ precibus expietur. Ibidem.

Si quis pro luxuria & uoluptate die dñico lauari ap

petit: hæc fieri non concedimus: ſi autem pro neceſſitate corporis: hoc nec die dominico prohibemus. Nam ſi dñica die lauare corpus peccatum ē. Igitur quottidie lauari nec facies debet. Si autē in corporis parte conceditur: Cur hoc exigente neceſſitate in toto corpore negaretur?

Gregorius ſup Euang. Omelia. xxiii.

Quid prodeſt intereſſe feſtis hominum? Si deeſſe cõtingat feſtis angelorum? Vmbra uenturæ ſolemnitatis eſt ſolemnitas præſens. Iccirco hãc annuę colimus: ut ad illam quæ non eſt annua: ſed cõtinua pducamur.

Origenes. Origenes ſup Exodum Omel. lxix.

Si deſinas ab oĩbus ſecularibus operibus: & nihil mundanum geras: ſed ſpiritualibus opibus uaces: ad eccleſiam conuenias: lectionibus diuinis aurem præbeas: de cæleſtibus cogites: de futura ſpe ſollicitudinem geras: uenturum iudicium præ oculis hẽas: non reſpicias ad pñtia: & uiſibilia: ſed ad inuiſibilia & futura: hæc ē obſeruatio ſabbati Chriſtiano.

Macrobi⁹ Macrobius li. i. Saturnalium.

Sceuola conſultus quid feriis agi liceret? reſpondit: q̧ prætermiſſum noceret. Quapropter ſi bos i ſpecum decidiſſet: eumq̧ paterfa. adhibitis operis liberaſſet: non eſt uiſus ferias polluiſſe: nec ille qui trabem tecti fractam fulciendo ab imminenti uindicauit ruina. Inde & Maro omnium diſciplinarum peritus: ſciens lauare ouem: aut lanæ purgandæ: aut ſcabiæ curandæ gratia pronunciauit: tunc ouem per ferias licere merſari: ſi hoc remedii cauſa fieret: Ballantumq̧ gregem fluuio merſare ſalubri. Adiiciendo. n. ſalubri oſtendit auertendi morbi gratia tantummodo: non etiam ob lucrum purgandæ lanæ cauſa fieri conceſſum. Vnde ſi p ſacra ſolemnia ſalubri fluuio merſare oues fas & iura permittunt: ſi riuos deducere religio nulla prohibebit: cur non religionis honor putetur ſacris dicare diebus ſacrum ſtudium litterarum.

Virgilius Virgilius Georgicon li. i.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt. Riuos deducere nulla
Religio uetuit: ſegeti prætendere ſepem:
Inſidias auibus moliri: incidere uepres:
Ballantumq̧ gregem fluuio merſare ſalubri.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis: lapidemq̧ reuertens
Incuſſum: aut atræ maſſam picis urbe reportat.

Ouidius. Ouid. de ponto li. ii. Elegia. prima.

Dii quoq̧: ut a cunctis hilari pietate colantur:
Triſticiam poni per ſua feſta iubent.

Tibullus Tibullus li. ii. Elegia. i.

Luce ſacra requieſcat humus: requieſcat arator:
Et graue ſuſpenſo uomere ceſſet opus.
Soluite uincla iugis. Nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.
Omnia ſint operata deo. Non audeat ulla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.
Vos quoq̧ abeſſe procul iubeo: diſcedite ab aris
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent ſuperis: pura cum ueſte uenite:
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

SOlertia græce πανουργία. ας. ἡ. & πανοῦργος. ου. ὁ. ſolers dicitur. Eſt autem ſolertia ſubtilitas quædam in non pſpecto tempore medii: ſecundum Ariſt. Vel ē habitus ex repentino inueniens quod cõuenit. ſcdm. b. Tho. iii. ſen. di. xxxiii. q. iii. ar. i.

Solertia eſt quædam ſubtilis: & facilis: & prompta coniecturatio medii propter quod aliqd euenit: & hoc quando nõ habet magnum tempus ad perſpiciendum: & deliberandum. ſcdm. b. Thom. ſuper Poſt. lec. iiii. circa finem.

Solers q eſt in omni tempore prudens: quaſi totus ars. Vnde ſolertia. Quorum contraria ſunt Iners: quaſi ſine arte: & Inertia.

SOlicitudo græce ἀκρίβεια. ας. ἡ. & ἀκριβής. έος. ὁ. ἡ. diligẽs dicitur. Eſt autem ſolicitudo ægritudo animi cum cogitatione. ſcdm Cicero. li. Tuſ. quæſt.

Solicitudo eſt rationabile ſtudium adhibitum ad aliquid conſequẽdum: quod maius eſt: ubi eſt timor: minus eſt: ubi eſt ſecuritas. ex. b. Tho. ſcda ſcdæ. q. lv. ar. vi. c.

Solicitudo tpalium futuroꝝ ē irratiõabile ſtudium quo quæruntur futura: tãq̃ fines: & ultra neceſſitatem præſentis uitæ. De qua Chriſtus. Matth. xi. vi. Nolite ſoliciti eſſe i Craſtinum.

Solicitudo tpalium tripliciter illicita. Primo quum tpalia quærimus tãq̃ finẽ. Scdo quum i eis pcurãdis adeo ſuperfluum adhibetur ſtudium: ut hõ retrahať a ſpiritualibus: qbus pricipaliter iſeruire debet. Tercio quum faciendo qs quod debet: timet ne ſibi neceſſaria deſint. De qua Chriſt⁹. Matth. vi. Nolite ſolliciti eſſe dicẽtes: Quid mãducabim⁹: aut bibemus &c̃. Ex. b. Tho. ẓẓ͛. q. lv. ar. vi.

Solicitudo uẽit a ſolicito uerbo. qđ dr a ſolo & cito: quaſi ſolo cito: hoc eſt loco dimoueo. Eſt. n. ſolum qcqd alicui rei ſubiacet. Virg. Nauium ſolum dixit eẽ mare. Quñ dixit Subtrahit͛ q̧ ſolũ.

SOlitudo. g̃. ἐρημος. ου. ὁ. dr. & nõ eſt de eſſentia pfectionis: ſed ē inſtrumentum cõgruum cõtemplationi: nõ autẽ actioni. ſcdm. b. Tho. ẓẓ͛. q. clxxxviii. ar. viii.

Esaias Esaias capitu. xxxv.
Exultabit solitudo & florebit: quasi lilium: Germinans germinabit: & exultabit lætabunda & laudans.
Augustin⁹. Augu. in li. de singularitate clericoꝝ.
Minus uoluptatibus stimulatur: qui non est ubi frequentia uoluptatum: & minus auaritiæ molestias patitur: qui diuitias non uidet.
Hierony⁹. Hiero. contra Iouinianum.
Sapiens nunq̄ solus esse potest: habet enim secum omnes qui sunt: & qui fuerunt boni: & animum liberum: & quocunq; uult, pfert: & transfert: & qđ corpore non potest: cogitatione complectitur: & si hominum inopia fuerit: loquitur cū deo: nunq̄ bonus solus erit.
Hiero. epistola. lxxi.
Quid desyderamus urbium frequentiam: qui de singularitate censemur. Mihi enim oppidum carcer est: solitudo paradisus.
Gregorius Greg. li. xxx. moralium.
Qui corpore remotus uiuit: sed tumultibus conuersationis humanæ terrenorum desyderiorum cogitatione se inserit: non est in solitudine. Si uero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis: & tamen nullos sæcularium curarum tumultus ī corde patiatur: non est in urbe.
Bernard⁹. Bernar. ad Sophiam uirginem.
Malum quod nemo uidet: nemo arguit: Vbi autē non timetur repræhensor securus accedit tētator: Licētius perpetratur iniquitas. In conuentu uero: si qua bona agis nemo prohibet: malum autem facere si uis: nō licet. Si ergo de fatuis uirginibus es: congregatio tibi necessaria est: si de prudentibus tu congregationi.
Io. Chrys. Io. Chrysostomus sup Ioannem.
Ioannes est princeps monachorum. Ipse monachus statim ut natus est: in eremum uiuit: In eremo nutritur Christum expectat in solitudine.
Idem super Matthæum.
Sicut difficile est arborem iuxta uiam positam fructus usq; ad maturitatem seruare: sic difficile ē uirum iuxta hunc mundum uiuentem .i. in actibus mundi iustitiam immaculatam usq; ad finem tenere. Recede ergo de uia: & planta te in loco secreto: ut nec mundus tecum habeat aliquid commune: nec tu cum mundo.
Seneca Seneca epistola. lxi.
Omnia nobis mala solitudo persuadet: Nemo ē cui non sanctius sit cum quolibet esse: q̄ secum.
Seneca Tragœdia.
Non alia magis est liberā & uicio carens rituq; melius uita quæ priscos colat: q̄ quæ relictis mœnib⁹ siluas amat.

Aristoteles Aristo. li. ix. Ethicoꝝ.
Solitario difficilis est uita.
Idem li. i. Polyticorum.
Homo solitarius: aut deus: aut bestia.
Franci. Pe. Fran. Petrarcha de uita solitaria li. i. ca. ii.
Surgit occupatus infœlix habitator urbium nocte media somno: uel suis curis: uel clientum uocibus interrupto. Sæpe etiam lucis metu: sæpe nocturnis uisis exterritus: Mox infœlici scāno corpus applicat: Animum mendaciis: In illis ē totus: seu ille mercibus precium facere: seu socium: seu pupillū fallere: seu uicini coniugem pudicicia armatam expugnare blādiciis: seu litigio iniusto iusticiæ: uel nephando prætendere: seu deniq; publici priuatiq; aliquid corrumpere meditatur. Nunc ira præceps: nunc ardens desyderio: nunc desperatione gelat⁹. Ita pessimus artifex ante lucem diurni telam nego cii orditur qua se sæpe atq; alios inuoluat. Ibidē.
Surgit solitarius: atq; fœlix ociosus modica quiete recreatus: somnoq; breui non fracto: sed expleto: & interdum pernoctantis philomenæ cātibus experrectus: thoroq; uix dum leuiter excussus: pulsisq; temporibus: quietis horis psallere icipiens ianitorem suorum labiorum ut aggressuris inde matutinis laudibus aperiat deuotus exposcit: & cordis sui dominum ī adiutorium uocat: Nihilq; iam uiribus suis fidens: & imminentium conscius metuensq; discriminum: ut fesset obsecrat: nullis texendis fraudibus intentus: sed dei gloriam: & sanctorum laudes non indies tantum: sed ī horas: & indefesso linguæ famulatu: & piæ mentis obsequo repentes: ne quando forsan ingrato animo diuinorum numerum memoria euanescat. Et sæpe interea (mirum dictu) securi timoris: ac trepidæ spei plenus: memorq; præteriti: ac futuri prouidēs: læto dolore & fœlicibus lachrymis abundat. Quem statum nulla uoluptas occupatorū: nullæ unq̄ urbanæ deliciæ: nulli regnorum fastus æquauerint. Inde suspiciens cælum: ac stellas: ac illic habitantem dominū deum suum tota mente suspirans: & patriam cogitans de exilii sui loco protinus ad honestæ cuiuspiam iucundæq; lectionis studium conuertitur: Atq; ita cibis pastus amœnissimis multa cum pace animi uenturæ lucis initium præstollat.
Ibidem capitu. iiii.
Vita proculdubio singularis ac solitaria: non modo tranquillior: sed altior est: atq; securior.
Fran. Petrar. soneto. ccxxi.
Cerchato ho sempre solitaria uita:
Le riue: il fiumo: e le campagne: e i boschi:
Per fugir quæsti ingegni sordi e loschi.
Che la strada del ciel hano smarrita:



Omnus graece ὕπνος. οὐ. ὁ. & ἐνύπνιον somnium dicitur. Est autem somnus primi sensitiui comprahēsio: ut nō possit agere ex necessitate quidem facta: secundum Aristote. li. de so. & uig.

Somnus est ligamentum omnium sensuum: secundum Aristotelen. li. de so. & uig.

Somnus est impotentia sentiendi propter excessum uigilandi.

Somnus est passio naturalis: & conuentus caloris intrīsecus: uel naturalis reciprocatio facta ex euaporatione uaporum a nutrimento ingrossata a frigiditate cerebri pp salutem animalis tuendam.

Somnus est quies animalium uirtutum: cum intensione naturalium: secundum Auicenam. Vel est priuatio dispositionis animae imperantis sensibus: & uirtutibus exterioribus: in qua anima conuertitur ab exterioribus ad intriora.



Omnium ēt graece ὄναρ. ἔαρ. τὸ. dr. Et ē phantasma in somno factum. i. apparitio phātastica somno facta. scdm Aristotelē li. de som. & uigilia.

Somnium a Chrysippo sic diffinitur. Somnium est uis cernens & explanans quae a diis hominibus significantur in somnis. ex Cicerone li. ii. de diuinatione.

pūerbiorū. Prouerbiorum. c. iii.

· Custodi legem atq; consilium: & sequitur: Si dormieris nō timebis: Quiesces & suauis erit somnus tuus.

Ecclāstici Ecclesiastici. c. v.

Iob. · Somnus suauis in homine perito. Iob. c. xi.

· Securus dormiens requiesces: & non erit q te exterreat.

Hierony⁹. Hieronymus li. Illustrium uirorum: epistola. lxxxvii. loquens de se ipso.

Cōsuetudinem meā nosti. Breuissimo somno utor: Et quasi iteruigilo. Satis est mihi uigilare desuisse. Aliquando dormiuisse me sentio: aliquando suspicor.

Gregorius Gregorius moralium. viii. sup illud Iob. vii. Terrebis me per somnia.

Quum somnia contingant: aut uentris repletione: aut manitione: aut illusione: aut cogitatione: aut reuellatione: cogitationes sanctiores: caelestiores: uirtuosiores: sequuntur somnia; blandiora: & delectabiliora.

Bernardus Bernardus ad fratres de Monte.

· Iturus in somnum aliquid tecum defer in memoria: & cogitatione: in quo placide obdormias: quod ēt somniare iuuet. Sic tibi nox ut dies illuminabitur: & nox illuminatio tua i delicīs tuis. Placide obdormies: i pace quiesces: facile euigilabis: & surgens facilis eris ad redeundum in diem: unde non totus discessisti. Bernardus Ibidem.

· Caue serue dei quantum potes: ne totus quandoq; dormias: Ne sit somnus tuus: non quies lassi: sed sepultura corporis suffocati. Non reparatio: sed spiritus extinctio. Ibidem.

· Quitum ad debitum continui profectus: nihil temporis tam perit de uita nostra: q̄ quod somno deputatur. Cicero li. i. de diuinatione. Cicero.

At multa somnia falsa: immo obscura fortasse nobis: sed sint falsa quaedam: Contra uera dicimus: quae quidem multo plura euenirēt: si ad quietem: nunc onusti cibo & uino perturbata: & confusa cernimus: Vide quid Socrates in Platonis politia loquatur. Dicit enim quum dormientibus ea pars animi: quae mentis & rationis est particeps sopita langueat: Illa autem ī qua feritas quaedam sit atq; agrestis immanitas: quum sit immoderato obstupefacta potu: atq; pastu: exultare eam in somnio immoderateq; iactari. Itaq; huic omnia uisa obiiciuntur a mente ac ratione uacua: ut aut cum matre corpus misceri uideat: aut cum quouis alio homine: uel deo: saepe belua: atq; etiam trucidare aliquem: & impie cruentari: multaq; facere impure: atq; tetre cum temeritate: atq; impudētia. Atqui salubri & moderato cultu: atq; uictu quieti se tradiderit: ea parte animi quae mentis & consilii est agitata & erecta: saturataq; bonaz cogitationū epulis ea q; parte aī q̄ uoluptate alitur: nec inopia enecta nec sacietate affluenti: quorum utrunq; praestringere aciem mētis solet: siue deest naturae quippiam: siue abundat: atq; effluit. Illa etiam tertia parte animi: in qua iratum existit ardor: sedata atq; restincta: tum eueniet duabus animi temerariis partibus compressis: Vt illa tercia pars rationis & mentis eluceat: & se uegetam ad somniandum acremq; praebeat: tum ei uisa getis occurrent tranquilla atq; ueracia. Ibidem.

· Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis: ut nihil sit quod errorem animis perturbationemq; afferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur ne faba uescerentur: qa habet inflationem magnam is cibus tranquillitati mentis quaerenti uera contrariam. Quum ergo est somno seuocatus animus a societate & contagione corporis: tum meminit praeteritorum: praesentia cernit: futura praeuidet. Iacet enim corpus dormientis ut mortui: uiget autem: & uiuit aius. Quod multo magis faciet post mortem: quum omnino ex corpore excesserit.

Aristote. li. de somno & uigilia. Aristoteles

Necesse est omne quod uigilat: dormire. Ibidem.
Malencolici maxime uera somniant. Ibidem.
Somnus causatur ex uaporatione cibi: quæ uadit ad cerebrum: & infrigidata descendit: & fit somnus. Vnde post cibum forte sunt somni. Ibidem.
Animalia magis nutriuntur & augmentantur dormiendo: q̃ uigilando. Ibidem.
Somnia non sunt missa a deo: qa alia animalia somniant. Ibidem.
Si deus emitteret somnia: euenirent sapientibus in die. Ari.li.xix.de animalibus.
Somnus uidetur esse medium inter uiuere: & non uiuere.

Homerus — Homerus in A. Iliados.
καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ διός ἐστιν .i.
Et enim somnium a Ioue est.
Homerus in ξ Iliados.
ὕπνε ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων .i.
Somne rex omniũq deorum: omniumq hominum.
Idem in μ odysseæ.
ἥδιστος νήγρετος ἄγχιστα ἐοικώς .i.
Suauissimus: morti proxime similis.

Menander. — Menander.
ὕπνος θανάτου προμελέτησις πέλει .i.
Somnus mortis præmeditatio est. Idẽ.
ὕπνος δὲ πᾶσίν ἐστιν ὑγεία βίου .i.
Somnus autem oĩbus est ualitudo uitæ. Idẽ.
ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια
Somnus parua mortis mysteria. Idẽ.
ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία .i.
Somnus est corporis salus. Idẽ.
ὕπνος δὲ πεῖναν τινὶ κακέσχατον δαμᾷ
Somnus autẽ famem male finis domat.

Plautus — Plautus in Rudente.
Nam qui dormiunt libenter: sine lucro: & cum malo quiescunt.
Virgilius — Virg. Aeneidos li.vi.
Tum consanguineus læti sopor. Ibidẽ.
Pressitq iacentem.
Dulcis & alta quies: placidæ q similima morti.

Ouidius — Ouidius Amorum li.ii.elegia.ix.
Infœlix tota quicunq quiescere nocte
Sustinet: & somnos præmia magna uocat.
Stulte quid est somnus? gelidæ nisi mortis imago.
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Horatius — Horatius li.iii. Carminũ. Ode.i.
Somnus agrestium
Lenis uirorum: non humiles domos
Fastidit: umbrosam q rippam.


SOror græce ἀδελφή. ης. ἡ. dicit̃. Hocq nomen sortita est quasi seorsum nascat̃: separatur enim ab ea domo i qua nata est: & in aliam familiã transgreditur: secundum Aul. gellium li.xii.no.at.ca.x.

SOrtilegium græce κληρομαντεία. ας. ἡ. & κλῆρος. ου. ὁ. sors dicit̃. Sortilegi sũt qui sub nomine fictæ religionis per quasdã quas sanctorum seu apostolorum uocant sortes diuinationis scientiam profitentur: aut quarũcunq scripturarum inspectione futura promittunt: secũdum Isydorum li.viii. Ethimologiarum: & habetur. xxvi.q.i. Sortilegi.
Sortilegium est per sortes diuinatio. Sortilegi uero qui per sortes futura pronunciant: uel qui aliquid eligunt per sorté. Sortem enim fortuitum alicuius rei euẽtum dicimus. A quo fit uerbum sortior: qd̃ ẽ sortes facio: siue sortes recipio: seu per sortem aliquid decerno: uel eligo.
Sors proprie dicitur: quum aliquid fit: ut eius euentu considerato aliquid occultum innotescat: secũdum bea. Tho. secunda secundæ. q.xcv. ar.viii. ca.
De hac materia uide supra in Incantatio.

SPecies græce εἶδος. ους. τό. & εἰδικός. ή. όν. specialis dicitur. Est autem spẽs qd̃ prædicatur de pluribus differẽtibus numero in eo quod quid: secundum Aristotelem li. prædicamentorum.

SPeculũ ἔσοπτρον. ου. τό. & εἰδῶ cognosco: & θεωρητικός. ου. ὁ. speculatiu̾: & θεωρέω speculor dicitur. A speculũ dicitur speculatio: nõ autem a specula: Et reducitur ad meditationem: quia est uisio causæ per effectum: scd̃m bea. Tho. scd̃a scd̃æ. q.clxxx. ar.iii.
Speculum ẽ in quod aspicimus: ac speciem: hoc est effigiem nostram contemplamur: quod datum nobis a natura fuit: non ut pilos e superciliis: aut barbam uelleremus: non ut faciem coloribus inficeremus: Sed ut nos met ipsos nossemus: & formosi deuitaremus infamiã: & deformes remedium sciremus esse uirtutibus: quicquid corpori deesset. Quapropter Socrates hortari adolescentes solebat: ut sese frequenter in speculo intuerentur. Nam si formosi estis: elaborandum est: ut digni ea specie sitis: sin autem deformes: ut eam deformitatem uirtute ac bonis artibus tegatis.

SPhæra græca dictio est σφαῖρα. ας. ἡ. & σφαιρόομαι. rotundus sum. Est autẽ sphæra prima figura corporea: continens tantũ unam superficiem. Circulus uero est prima figura plana habens tantum unam lineam: secundũ b. Tho. super. ii. de Cælo. lec.v. Circulus est figura plana una tantum linea contenta: in cuius medio punctus est a quo omnes lineæ ad circunferentiã ductæ inter se sunt æquales. Et ita a globo differt: q circus est rotunda planicies: Globus uero corpus solidũ undiq rotundum: q a græcis sphæra dr̃.





Pes g. 'ελπις. ιδος. ι. & 'ελπιζω spero dici/tur. Est autem spes cer/ta expectatio futuræ bea titudinis: proueniēs ex dei gratia: & ex meritis nostris. scđm Theo. iii. sen. di. xxvi. & b. Tho. Ibidem.

Spes est qua quis ad id quod credit se peruenturũ p̄sumit. scđm Aug. li. de ciui. dei.

Spes est extensio appetitus in appetibile: scđm. bea. Tho. iii. sen. di. xxvi. q. i. ar. i. o.

Spes est appetitus excellentis boni cum fiducia ob/tinendi.

Spei obiectum habet quattuor conditiones. s. bo/num: arduum: futurum: & possibile. secūdum. b. Tho. prima secundæ. q. xl. ar. i. o.

Spes quid a Fiducia differat: Vide supra i Fiducia.

David. David psalmo. vii.

Domine deus meus in te speraui. Idem p̄s. xv.

Propter hoc lætatum est cor meum: & exultauit lin gua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Idem psalmo. xxxiii.

Gustate & uidete: quoniam suauis est dominus: bea tus uir qui sperat in eo. Idem. p̄s. xxxv.

Beatus uir cuius est nomen domini spes eius: & nō respexit in uanitates: & insanias falsas. Idē p̄s. liiii.

Iacta super dominum curam tuam: & ipse te enu/triet: & non dabit in æternum fluctuationem iu/sto. Psalmo. lv.

In deo speraui: non timebo quid faciat mihi homo. David p̄s. lxxxiii.

Domine uirtutum: beatus homo qui sperat in te. Psalmo. cxvii.

Bonum est sperare in domino: q̄ sperare in principi bus. Idem p̄s. cxlvi.

Beneplacitum est domino super timētes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius.

Prouerbiorum. c. iii. p̄uerbiorũ.

Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudētiæ tuæ. In omnibus uiis tuis cogi/ta illum. & ipse diriget gressus tuos. Isaias. c. xxv. Isaias

Factus es fortitudo pauperi: spes a turbine: umbra/culum ab æstu. Idem. c. xl.

Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudi nem: assument pennas sicut aquilæ: current & nō laborabunt: ambulabunt & non deficient.

Paulus — Paulus primæ ad Corinthios ca.ix.
Qui arat: debet arare in spe fructus percipiendi.
Idem ad Romanos ca.v.
Spes non confundit. Ibidem ca.xii.
Spe gaudentes. Ibidem ca.xv.
Deus autem spei repleat uos omni gaudio.

Augustin⁹. — Augustinus super ps.ciiii.
Qui gaudet in spe tenebit & rem: qui autem spem non habet: ad rem non potent peruenire.
Augustinus de spiritu & littera.
Mihi magis uidetur fidei filius qui nouit a quo speret quod nondum habet: q̃ qui sibi tribuit q̃d habet. Augustinus in Enchiridion.
Fides credit: spes & charitas orant: sed sine fide esse non possunt: at per hæc & fides orat.

Hierony⁹. — Hiero.epistola.v.primæ partis.
Est igitur spes expectatio rerum omnium: quas in fide habemus: per quam saluamur. Paulo scribente: spe eni saluati sumus.

Ambros⁹. — Ambro.i Hexamerō.
In grauissimis passionibus spem deponimus: fracti q̃ animo resoluimur. Improuidi & inhærentes iacemus: quum de diuina misericordia tunc speranđum amplius sit: quum præsidia humana deficiũt.
Idem super ps.xii.
Spes cōmodi furatur labores: & metū abscondit periculi.

Gregorius — Grego.moralium li.xxix.
Non solum in spe debet esse securitas: sed etiam timor in conuersatione: ut & illa certantes foueat: & illa torpentes pungat: unde propheta. Qui timent dominum sperēt in eo: ac si aperte dicat. De spe incassum præsumit: qui timere dominum i suis operibus renuit. Grego.xxx.moralium.
Nobis nihil securius: q̃ sub spe timere. Nec incauta mens aut desperando se in uitia deiciat: aut ex tollendo de donis ruat. Aute distincti enim iudicis oculos q̃to sub spe humilius trepidat: tanto in illo robustius fiat. Idem.
Tanto spes in deum solidior surgit: Quanto pillo quisq̃ grauiora pertulerit: Q uia nequaq̃ retributionis gaudium de æternitate colligitur: quod nō hic prius pia tribulatione seminatur.
Gregorius.vi.moralium.
Spes in æternitatem animum erigit: & icirco nulla mala exterius quæ tolerat sentit. Ibidē li.xxii.
De creatore desperare est: spem in creatura ponere.

Origenes — Origenes sup Exodo homelia.ix.
Futuroꝝ spes laborantibus requiē parit: sicut i agone positis: dolorē uulneꝝ mitigat spes coronæ.

Seneca — Seneca Tragœdia.vii.
Spes nulla monstrat rebus afflictis uiam.
Idem Tragœdia.vi.

Periander. — Q ui nihil potest sperare desperet nihil. Periāder.
ἐλπίζειν μὴ (spes tribue. Idem.
ἐλπίζε ὡς θνητός. φείδου ὡς ἀθάνατος.
Spera ut mortalis: Parsimonia utere tanq̃ immortalis.

Menander — Menander.
ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ σώζεται ταῖς ἐλπίσιν.
Vir infœlix quidē saluatur spebus. Idem.
αἱ δ᾽ ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτῶν.idest.
Spes pascunt uanos mortalium. Idem.
ἐλπίζε πάντα μέχρι γήρως θνητὸς ὤν.
Spera omnia usq̃ ad senectutem mortalis existens.

Hesiodus — Hesiodus.
ἐλπὶς δ᾽ οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει.
Spes non bona indigentē uiꝝ seqꝰ.

Theocrit⁹. — Theocrit⁹.
θαρσεῖν χρὴ φίλε βάττε. τάχ᾽ αὔριον ἔσσετ᾽ ἄμεινον.
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν. ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
χὼ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος. ἄλλοκα δ᾽ ὕει.i.
Fidere amice decet: Melius cras forsan habebit.
Sperandum est uiuis. Non est spes ulla sepultis.
Nūc pluit: & clarus nunc Iuppiter æthere surgit.

Iulius Po. — Iulius Polyænus.
ἐλπὶς ἀεὶ βιότοιο κλύτει μόρον. ἡ. πολλάκι δὴ
πὼς τὰ πολλὰ φθάσω ἀσχολίας.i.
Spes uitæ semper furatur mentem: extrema autem
Aurora multa præuenit negocii.

Terentius. — Terentius Comœdia.iiii.
Spe incerta certum mihi laborem sustuli.
Idem Comedia.vi.
Commodius esse opinor: duplici spe utier.

Virgilius — Virgilius Aeneidos li.ii.
Heu nihil inuitis fas q̃q̃ fidere diuis. Idē li.x.

Ouidius — Spes addita suscitat iras. Oui.de pōto li.i.Ele.vi.
Spes igitur menti pœnæ Græcine leuandæ
Non est ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea: quum fugeret sceleratas numina terras:
In diis inuisa sola remansit humo.
Hæc facit: ut uiuat fossor quoq̃ compede uinctus:
Liberaq̃ a ferro crura futura putet.
Hæc facit: ut uideat quum terras undiq̃ nullas
Naufragus: in mediis brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit:
Nec spes huic uena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem:
Atq̃ aliquis pendens in cruce uota facit.
Hæc dea q̃ multos laqueo sua colla ligantes
Non est proposita passa perire nece.
Oui.epistola Phillidis ad Demophoonta.
Quæcunq̃ ex merito spes uenit: æqua uenit.
Oui.epistola Helenæ ad Paridem.

Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Lucanus — Lucanus li.viii.Pharſaliæ.
Cauſa iubet melior ſuperos ſperare ſecundos.
Tibullus — Tibullus li.ii.Elegia.vii.
Iam mala finiſſem læto:ſed credula uitam.
Spes fouet:& melius cras fore ſemper ait.
Spes alit agricolas: ſpes ſulcis credit aratris.
Semina:quæ magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo uolucres: hæc captat arundine piſces:
Quum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam ualida ſolatur compede uinctum:
Arma ſonant ferro:ſed canit inter opus.
Horatius — Hora.carminum li.iiii.ode.xi.
Terret ambuſtus phaeton auaras
Spes:& exemplum graue prebet ales
Pegaſus terrenum equitem grauatus
Bellorophontem. Ibidem epiſtola.v.
Mitte leues ſpes:& certamina diuitiarum.
Dan.florē. — Dantes Flo.paradiſi cantica ca. xx.
Regnum cælorum uiolenza pate
Da caldo amore & da uiua ſperanza:
Che uince la diuina uoluntade:
Non aguiſa che lhomo alhom ſobranza:
Ma uince lei:per che uol eſſer uinta:
Et uinta uince cum ſua benignanza.
Dan.Floren.paradiſi canti.xxv.
Speme diſio e uno attender certo
De la gloria futura:che produce
Gratia diuina:& præcedente merto.
Franc. Pe. — Fran.Petrar.ſoneto.cxiii.
A me pur gioua de ſperare anchora.
Idem ſoneto.cclxxxviii.
Quante ſperanze ſe ne port a il uento?
Fran.Petrar.cantilena.xix.ſtantia.iii.
Linfinita ſperanza uccide altrui.
Idem cantilena.xxxv.ſtantia.iii.
Queſto mauanza di contanta ſpeme:
Et queſto ſolo anchor quhi me mantene.

SPiritꝰ græce πνευμα. ατος. τὸ. & πνέω ſpiro:& πνευματικὸς ου.ὁ. ſpūalis dicitur. Spiritus dicitur ſextupliciter. ſ. aer uel uentus: corpora beatorum: animæ beatoꝝ: uirtus imaginatiua: mens: & deus: ſecundū.b. Tho.i.parte.q.xli.ar.iii.&.i.ſen.di.x.q.iiii.c. Spiritus ſanctus eſt tercia perſona in diuinis a patre filioq; procedens. Competit autē ei diffinitio perſonæ. Nam perſona eſt: ſecundum Boetium li.de duabꝰ naturis: rōnalis naturæ indiuidua ſubſtātia.

Sapientiæ. — Sapientiæ capi.xii.
O q̄ ſuauis eſt dn̄e ſpūs tuus. Matthæus.c.xii.
Matthæus — Quicunq; dixerit uerbum contra filium homīs: remittetur ei: Qui autem dixerit contra ſpūm ſanctum: non remittetur ei: neq; in hoc ſeculo: neq; in futuro.
Paulus — Paulus primæ ad Corin.ca.xii.
Spiritus dei omnia ſcrutatur etiam profunda dei.
Ibidem capitu.vii.
Hæc omnia operatur unus atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis prout uult. Paul.ii.ad Corin.c.iii.
Vbi ſpiritus domini: ibi libertas.
Idem ad Romanos ca.v.
Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſctūm: qui datus eſt nobis. Ibidē ca.viii.
Nam quid oremus neſcimus: ſed ſpūs poſtulat pro noſtris gemitibus inenarrabilibus. Ibidē.
Accepiſtis ſpūm adoptionis filiorum dei in quo clamamus: abba pater. Paulus ad Epheſios.c.i.
Signati eſtis ſpiritu ſancto promiſſionis: qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Lucas ca.xii.
Lucas — Spiritus ſanctus docebit uos in ipſa hora quid oporteat uos dicere. Augu.ſup.epiſtolam Ioannis:
Auguſtinꝰ. — & habetur de pœni.di.ii.c.Vnctio.
Vnctio inuiſibilis ſpūs ſanctus eſt quæ in quocunq; fuerit tanq̄ radix illi erit: quæ q̄uis ardente ſole areſcere non poteſt: Nutritur calore ſolis: nō areſcit.
Augu.ſuper Ezechielē homelia.x.
Mentem quam ſpūs ſanctus replet in amaritudine temporalium: & æternorum delectatione cōmouet. Dulce etenim eſt eſſe in rebus humanis: ſed ei qui adhuc de cæleſtibus gaudia nulla guſtauit: & q̄to minus æterna intelligit: tanto delectabilius in temporalibus requieſcit. Augu.ad ſpūm ſanctum de eius utilitate.
Recolo q; tu aliquando adulterum & homicidā tetigiſti: & pſalmiſtam feciſti: Suſannam innocētem liberaſti: Magdalenam ſeptem dæmonibus plenā reſpexiſti: & multa dilectione Repum ī cruce uiſitaſti: & ſocium Chriſti eadem die ī paradiſo ſtatuiſti: Flere feciſti apoſtatam: & ordinaſti in ſummū pontificem: uocaſti publicanum: & euangeliſtam conſecraſti: percuſiſti pſecutorem: & erexiſti ī ſummum doctorem. Deſcendiſti ī timidos metu Iudeorum iclusos: & emiſiſti eos audaciſſima doctria inflammatos. Nihil ergo peto niſi te: qa tu es doctor & doctrina: medicus & medicina: perfector & præparator mentis: amor & amator: tu es donum: tu es dator: uita & uitæ conſeruator.
Gregorius — Grego.homelia penultia.
In linguis igneis ſpūs ſanctus apparuit: quia omnes quos repleuit: ardentes pariter & loquentes facit: Linguas igneas doctores habēt: quia deum prædi

cando: & amando corda audientium inflammat. Nam & ociosus sermo docentis est: si præbere non ualet icendium amoris. Greg. i pastorali.

· Iccirco spūs sanctus in columba & igne monstratus est: quia omnes quos implet & columbæ simplicitate mansuetos: & igne zeli ardentes exhibet: Nequaq̄ igitur spū plenus est: qui aut in tranquillitate mansuetudis feruorem æmulationis non sentit: aut rursum in æmulationis ardore uirtutem mansuetudis amittit. Idē li.ii. moralium.

· Spūs sanctus contra singula tentamenta erudit: & in septem uirtutibus temperat: Vt contra stulticiam: sapientiam: Contra hebetudinem: itellectū: Contra præcipitationem: consilium: Contra timorem: fortitudiem: Contra ignorantiam: sciam: Cōtra duritiem: pietatem: Contra supbiam dei timorem. Grego. super Ezechielem.

Consydero patres: noui & ueteris testamēti: Dauid: Danielē: Hamos: Petrum: Paulum: & Matthæum: & apertis oculis fide intueor. Implet nāq; spiritus sanctus puerum cytharedum: & psalmistā facit abstinentem. Implet puerum: & iudicem senē facit. Implet pastorem: armentarium: & prophetā facit. Implet piscatorem: & principem apostolorū facit. Implet persecutorem: & doctorem gentium facit. Implet publicanum: & euangelistam facit. Q uā ergo insani sumus: qui hunc spūm non quærimus. Grego. super illud Matthæi. iiii. Ductus est Iesus a spiritu.

Absq; ulla dubitatione conuenienter accipitur: ut a spū sancto ductus credatur: ut illuc eū suus spūs duceret: ubi eum ad tentandum spūs malignus inueniret. Grego. homelia. xxiii.

· In terra datur spūs: ut diligatur ꝓximus. E cælo datur spiritus ut diligat deus. Sicut ergo una est charitas: & duo præcepta: ita unus spūs: & duo dona.

Ioi. Chry. Ioannes Chryso. super Matthæum.

Ideo spūs sanctus specimen columbæ suscepit: quoniam præ omnibus aīalibus hæc cultrix est charitatis. Omnes species iusticiæ: quas habēt serui dei i ueritate: possunt habere serui dei i simulatione: solam autem charitatem spūs sancti non potest immundus spūs immutare. Hanc igitur priuatā speciem charitatis seruauit sibi spūs sanctus: quia per nullius testimonium cognoscitur ubi est spūs sanctus: sicut per gratiam charitatis.

Bernardus Bernardus sermone. lxxiiii.

Spūs Iesu: spūs bonus: spūs sanctus: spūs rectus: spiritus dulcis: spūs fortis: infirmat roborans: aspera planās: corda purificans: quicquid i hoc sæculo neq̄q̄ uidetur difficile & angustum: Leue facit & hic illatum opprobrium: gaudium iudicat: despectionem exaltationem esse persuadet.

Beda Beda homelia. ix. super illud Lucæ. Exurgens Maria abiit in montana.

Nulla in discendo mora est: ubi spūs sanctus doctor adest. Dantes paradisi can. xxii.

Dantes Questi altri fuochi: tutti contemplanti
Homini accesi furon di quel caldo
Che fa nascere li fiori & fructi sancti.

Dan. floren. paradisi cantica.

Per Moyse: per propheti: e per psalmi:
Per leuangelio: & per uoi che scriuesti
Poi che si ardente spirito ui fe almi.

Spissitas græce δασύτης . ητος. ἡ. & δασύς . έος. ὁ. spissus & densus dicitur. Est autem Spissum id cuius partes ipsæ sibi ꝓpinquæ sunt: scdm Aristotelē li ꝑdicamentoꝝ. Spissum a sepium densitate dicitur. Spissum enī ꝓprie densum significat. Hinc spissitas: & spissitudo ꝓ densitate. Itē spisse aduerbiū: & spisso uerbū.

Ponsa græce νυμφή . ης. ἡ. & νυμφίος. ου. ὁ. sponsus: ac νυμφικός. ου. ὁ. sponsalis dicitur. Sunt enim sponsalia promissio futurarum nuptiaꝝ: & fiunt absolute quadrupliciter. s. Nuda promissiōe. Datis arris sponsaliciis: Anuli subarratione: & interueniente iuramento. Et fiunt cum conditione quincupliciter. s. quia aut cōdictio honesta de bonis simpliciter: aut de bonis utilibus ꝑ modum dotis: aut de bonis utilibus per modum pœnæ: aut condictio inhonesta contraria bonis matrimonii: aut in honesta nō cōtraria bonis matrimonii: secundum bea. Tho. iiii. sen. di. xvii. q. i. ar. ii.

Sponsalia sunt futuraꝝ nuptiarum ꝓmissio: ut habetur. xxx. q. v. c. Nostrates: dicta a spondeo: Vnde sponsus: quasi promissus: & sponsa quasi ꝓmissa. Q uare post contractum matrimonium ꝑ uerba de ꝑsenti dicuntur uxor & maritus: non sponsus nec sponsa.

Purius græce νόθος. ου. ὁ. a nō nullis putatur: sed non est qui græco uocabulo dicitur nothus: hoc est ex adulterio natus: nā is latinum uocabulum non habet: ideo q; utimur peregrino: sed incerto patre natus: quem Modestinus uulgo conceptum appellari scribit: sine is qui eum patrem habet: quem habere nō licet. Vñ spurios etiam uersus dicimus alterius ac icerti authoris. Ausonius de Anstarcho. Q ui q; notas spuriis uersibus apposuit.

Puo græce πτύω dicitur: Veuit q; a pus quod est sanies: & quicunq; humor in putredinem uersus. Hinc etiam sputum hoc est saliua. Hinc etiā expuo respuo: repudio: & quasi cum sputo per cōtemptum reiicio: & per methaphoram cum contemptu expello. Terentius. Vbi

illam expueret miseriam ex animo. A spuo spurcũ deducitur: hoc est ipurum: obscænum: Vnde spurcicia uenit: hoc ẽ imunditia: & spuri⁹: d quo supra.

STabilis græce βέβαιος.ου.ὁ. & βεβαιό/της.ιος.ἡ. stabilitas dicitur. Est autẽ sta/bilis qui põt: uel natura aptus est diu stare.

STadium est spacium centum uigintiquinq₃ passuũ: & dr a stando: quia Hercules tãtum currens postea stabat: & respirabat: ex bea. Tho. super. i. ad Cor. ix. lec. ii. co. iiii. Dicit̃ q₃ a græcis σταδιον.ου.τὸ. & latine curriculũ in quo equi currunt.

STatus græce στάσις.ιος.ἡ. & στατὸς.ου.ὁ. firmus: stans dicitur. Status proprie pertinet ad libertatem: uel seruitutem in tẽporalibus: uel spiritualibus: quia significat immo/bilitatem: & obligationem personæ homis: secun/dum. b. Tho. scda scdæ. q. clxxxiii. ar. i. o.

Status a sto: stas: dicitur. Stare autem significat positionem naturalem hominis cum immobilitate: secundum eundem Ibidem.

STernutatio græce πταρμός.ου.ὁ. & πτάρνυμι sternuto dicitur. Causatur autem sternutatio ex cõmotiõe cerebri: quod est principalis pars capitis: secundum bea. Tho. super Iob. xli. lec. ii. prin.

Sternere proprie est de statu deiicere: & quasi in terram extendere: Hinc sternuo: & sternuto: Sternutatio: Sternutamentum: Sternutatorium medicamentum a quo ad sternuendum excitamur. Et. n. qui sternuũt quodãmodo toto corpore extendun/tur. Licet. n. sternutatõ a capite pcipue sit: fit tamẽ sternuendo quædã totius corporis extensio.

STipendiũ græce μισθοφορία.ας.ἡ. & μισθοφόρος.ου.ὁ. stipendiarius miles dicitur. Est autẽ stipẽdium æs militare: dictum a stipe: hoc est nummo: pendenda.

STudium gr̃ce σπούδασμα.ατος.τὸ. & σπουδαῖος.ου.ὁ. studios⁹. & σπουδάζω studeo dicit̃. Est autẽ studium uæhemẽs applicatio animi cũ magna uoluntate: ad aliqd agẽdum: secundum Ci/cerone li. i. Rheto.

Studium importat uæhemẽtem aplicationem mentis ad aliquid: & principaliter ad cognitionem. Secundario autem ad ea in quibus homo per cogni/tionem dirigitur: secundum bea. Tho. secunda se/cundæ. q. clxvi. ar. i. c.

Studiositas est uirtus cuius principalis materia ẽ cognitio: secundario autem alia: secundum eundem ibidem. q. clx. ar. ii. ca. Dicuntur autem hæc a stu/deo quod est do operam: icumbo. Hiere. c. vii. Hieremias

Hæc dicit dominus exercituum deus Israel. Bonas facite uias uestras: & studia uestra: & habitabo uobiscũ i loco isto. Aug. i li. de Cathetizãdis rudib⁹.

Sedulo monendi sunt scholastici: ut humilitate Idu/ti christiana discant non contemnere: quos cognoscunt: morum uitia: q̃ uerboꝝ amplius deuitare: Sed casto cordi linguam exercitatam non conferre audeant: quam & proferre consueuerant. His enĩ maxime est utile nosse ita esse præponẽdas uerbis sententias: ut præponitur animus corpori. Ex quo fit: ut ita malle debeant uenores: q̃ discretiores inuenire sermones: Sicut malle debent prudẽtiores: q̃ formosiores habere amicos.

Augustinus li. ix. de Trinitate. Augustin⁹.

Quid est inuenire nisi in id uenire quod quæritur? Quæ autem ultro occurrunt menti: nõ dicuntur inuenta: quãuis dicantur coguita: quia non tendebat anima ad illa quærenda. Hieroni. ad De/metriaden uirginem. Hirony⁹.

Sit ipsa lectio temperata cui finem consilium: non lassitudo imponat. Nam ut imoderata ieiunia: & ardor abstinentiæ: & inordinatæ uigiliæ intemperantiæ coarguuntur: & nimietate sua pariunt: ut hæc ipsa postea quidẽ nec mediocriter fieri possint: Ita studium intemperans lectionis in repræhensione cadit: & quod laudabile est in genere suo: fit nimietate sua culpabile. Ambro. sup Lucã. li. i. Ambrosius

Legimus aliqua ne negligãtur: legimus ne ignore/mus: legimus nõ ut teneamus: sed ut repudiemus.

Grego. li. vi. moralium. Gregorius

Iccirco & desidiosus igenium sæpe accipit: ut de negligentia iustius puniatur: Quia quod sine labore assequi potuit: scire contẽpsit: Et ideo nõ nunq̃ studiosus tarditate intelligentis premitur: ut eo ma/iora præmia retributionis inueniat: quo magis in studio inuentionis elaborat. Nihil ergo est in terra sine causa: quando & studioso tarditas ad pmium proficit: & desidioso uelocitas ad supplicium cre/scit. Io. Chryso. de curialium nugis: & uestigis phylosophorum. Io. Chrys.

Omnino iniquum est nobiliora ingenia studiis d honestari minoribus: & eos quos ardua & grauiora expectant officia: uoluptatis & uanitatis occupatio/nibus agitari. Isydorus li. iii. de sũmo bono. Isydorus

Omnis perfectus: ex meditatione & lectione proce/dit: Quæ. n. nescimus lectiõe discimus: q̃ didicim⁹ lectiõe conseruamus. Hugo li. i. Didascalicõ. Hugo

Tria sunt q̃ pcipue studiis legẽtium obesse solẽt: ne/gligentia: iprudentia: fortuna: Negligentia ẽ quãdo ea q̃ discenda sunt: uel prorsus prætermittim⁹: uel minus studiose discimus. Imprudentia ẽ quãdo

congruum ordinē i his quæ dicimus nō seruam'. Fortuna est i euentu casuum siue naturaliter con/tingēte: qđ uel paupertate: uel īfirmitate: uel natura li tarditate siue ēt doctoꝝ raritate a ꝓposito nro re trahimur: In his aūt tribus ꝗ primo.i.negligētia le ctor āmouēd'ē: ꝗ sæculo uero.i.iprudētia iſtruēd'. De tercio.i.ꝗ fortūa adiuuādus. Hugo ibidē li.iii.

· Tria sunt studētibus necessaria. Natura: exercitiū: disciplina. In natura consyderat: ut facile audita p/cipiat: & ꝓcepta firmiter retineat: In exercitio: ut labore: & sedulitate naturalē sensum excolat: In disciplina: ut laudabiliter uiuens mores cum scīa cō ponat. Hugo Ibidē.

· Sapiēs ille uir græciæ Demosthenes: quū expletis cē tum.vii.ānis se mori cerneret dixisse fert: se dolere q egrederet de uita: qñ sape cæpisset. Plato octuage simo āno scribēs mortu' est. Socrates nonagesimo octauo i docēdi & scribēdi labore cōpleuit. Refert Homerus q ꝗ ligua Nestoris iā ueruli & pœne de crepiti dulcior melle oro fluxerit. Hugo Ibidē.

Prudens lector uel auditor oēs libenter audit: oia le git: nō scripturā: non psonā: nō doctrinā spnit: Ab oibus indifferenter qđ sibi deesse uidet qrit. Non qtum sciat: sed qtum ignorat consyderat.

Aristoteles li.viii.polyticoꝝ. — Aristoteles

Cōe oium debet esse studiū. Seneca epi.i. — Seneca

· Certis igeniis innuttriri: & imorari oportet: Si uelis aliqd trahere: qđ i aio fideliter sedeat. Idē epi.liii. Studio me dabo: oia alia negligēda sūt: ut huic assi/deamus: cui nullum tps satis magnū est: et si a pue ritia usq ad lōgissimos ætatis termios uita pduca/tur: resistēdum est occupatiōibus. Sene.epi.xxi. Studia te claꝝ & nobilē efficient. Sine studio æger est animus. Idē epistola.xvii.

· Studiis & diuitiis pariter uacare nō potes: Nec ani mam illā dignat habitare sapia: quā uidet infectā desyderiis: & curiis tēporalibus inuolutā.

Seneca de Cōsolatione ad Paulinum.

Studia optie fœlicitatē extollunt: & facillime cala/mitates minuūt. Idē li.de septē artib' liberalib'. Quid refert, puidere qđ effugeř nō possumus: Plus scire uelle q̄ sit satis: intēpantiæ genus est. Audi q̄/tum malum facit nimia subtilitas: & q̄ infesta uer/tati sit. Seneca epistola.xvii.

· Si uis uacare aio: aut paup sis: aut pauperi similis. Multis.n.ad philosophādū obstitere diuitiæ. Pau pertas aūt expedita est secura. Idē epi.lxxxi. Studia ēt saluti corpis sunt: In remedium.n.cedunt honesta solatia: & qcqd aiom erexerit ēt corpori p dest. Cogito q̄ multi corpa exerceāt: igenia q̄ pau ci. Quantus ad spectaculum lusoꝝ: uel lucrorum fiat concursus: q̄ta sit contra mētes bona solitudo: q̄ imbecilli aio sunt: quoꝝ lacertos humerosq mi rantur. Seneca epistola.lxxvii.

· Ocium sine līis mors est: & uiui hoīs sepultura. Alit lectio igenium: & studio fatigatum: nō sine studio tamē reficit. Salustius Cathilinarius. — Salustius

Studium cuiusq ex ætate flagrat. Hesiodus. — Hesiodus

εἰ γὰρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο
καὶ θαμὰ τοῦτ᾽ ἔρδοις· τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.

Si enim paruum supra paruum addideris
Et frequenter hoc facias: Forte magnū & hoc fiet.

Oui.de ponto li.iiii.Elegia.ii. — Ouidius

· Excitat auditor studium: laudataq uirtus
Crescit: & immensum gloria calcar habet.

De hac materia habes supra ubi Eruditio: Diligen/tia: Prudentia: Sapientia: & Scientia.

Stultiloqum ḡce μωρολογία.α.'.dicit'. Significatq puerilem sniam uerboꝝ: per q̄ quis pfert delectatiōes luxuriæ aliis bonis: scdm.b.Tho.scda scdæ.q.clii.ar.v.

Stultitia ḡce μωρία.α.'. & μωρός.ου.ὁ. stultus dicitur. Est autē stultitia in factis dictisq per ignorātiā recti ac bo ni erratio: secundū Lac tantiū li.ii.di.ifti. Stulticia iportat hebe/tudinē sēsus spūalis: Fa/tuitas autem totalem priuationem eius. Ideo pri/ma opponitur contrarie Sapientiæ: Secunda ue/ro priuatiue: ex bea. Tho.secunda secundæ.quæ.viii.articu.vi.

Stulticia dicitur a stupore de quo supra. Quia stul/tus est qui propter stuporem non mouetur: secun/dum Ari.li ii.Ethicorum: & bea.Tho.secunda se cundæ.q.xlvi.ar.i.

Prouerbiorum cap.i. — Prouerbioꝝ

· Sapientiam atq doctrinam stulti despiciunt.

Idem capitu.x.

· Filius sapiens lætificat patrē: Filius uero stultus mœ sticia est. Idem cap.xv.

· Stultus irridet disciplinam patris sui. Qui autē cu/stodit increpationes astutior fiet.

Idem capitu.xvii.

· Plus proficit correctio apud prudentem: q̄ centum uerbera apud stultum.

Ecclesiastes capitu.i. — Ecclesiastes

· Stultorum infinitus est numerus. Idē ca.vii.

· Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla: sic risus stulti. Ecclesiastici.ca.xxii. — Ecclāstici.

Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre: q̃ hominem imprudentem & fatuum & impium.

Matthæus — Matthæus cap.xv.

Cæcus autem si cæco ducatum præstet ambo in fo ueam cadunt.

Augustin⁹. — Augu.li.de uera religione.

Qui se diligit stultum: non proficiet ad sapientiam.

Gregorius — Gregorius in moralibus: & habetur dist. xxxviii.cap.Qui ea.

Qui ea quæ dei sunt sapiunt: a domino sapiuntur: qui ea quæ dei sunt nesciunt: a domio nesciuntur. Paulo attestante: qui ait: Si quis ignorat ignorabi tur: Idem. Quicunq; stultus est in culpa erit sapi/ ens in pœna. Idem li.xxvii.moralium.

Tanto quisq; intus amplius stultior fit: q̃to conatur exterius sapiens uideri.

Seneca — Seneca epistola.x.

Stulto nulla re opus est. Nulla eni nti scit: sed omni bus eget. Omnis stulticia laborat fastidio sui. Ne/ mo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat.

Seneca epistola.xiii.

Inter cætera mala hoc quoq; habet stulticia: semp incipit uiuere. Idem epi.xxvi.

Humilis ẽ stulticia: res abiecta: sordida: seruilis mul tis affectibus: & sæuissimis abdita.

Idem epistola.xxvi.

Si quando fatuo delectari uolo: non est mihi longe

Cicero — quærendus: me uideo. Cicero libro.i.de natura deorum.

Miserius.n.stulticia quid dicere possumus? Ibidẽ.

Multa sunt incommoda in uita: ut ea sapientes cõ/ modorum compensatione læniant. Stulti nec ui/ tare uenientia possunt: nec ferre præsentia.

Cicero li.i.de legibus.

Quid abiectius stulticia: & tarditate dici potest?

Idem li.i.de finibus bonoꝝ & malorum.

Stulti maloꝝ memoria torquentur. Ibidem.

Igitur nec stultorum quisq̃ beatus: neq; non sapien tum: non beatus.

Sophocles — Sophocles in Aiace.

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισιν τ᾽ἀγαθὸν χερδῖν ἔχοντες. οὐκ ἴσασι πρὶν τις ἐκβάλλῃ.

Homines enim malæ mentis bonum præmanibus Habentes: non cognoscunt anteq̃ amittatur.

Horatius — Horatius li.

Virtus est uitium fugere: & sapientia prima Stulticia caruisse. Idẽ sermonũ li.i.saty.ii.

Dum uitant stulti uicia: in contraria currunt

Persius — Persius satyra.i.

Auriculas asini quis non habet?

De hac materia habes supra ubi Prudentia: Sapi/ entia: & scientia.

STupor græce ἔκθαμβος.ου.τό.& θάμβος stupeo dicitur. Est autem stupor admiratio uehemens: secudũ Ari.li.iiii.Topicoꝝ.

Stupor est timor inconsuetæ imaginationis: secun/ dum bea.Tho.iii.sen.q.xxvi.ar.iii.

Stupor a stupeo uenit: stupeo autem a stupa: Dicĩ autem stupor eo q̧ sensus constipentur. Est eni sti/ pare rimas obturare: quia in hoc stupa uti solem⁹. Stipare pro densare & componere ponitur. Virg. Stipat q; carinis igens argẽtũ dodoneosq; lebetes.

STuprum græce διακόρευσις.εως.ἡ.& διακόρευμα stupro dicitur. Est autem stu/ prum illicita uirginum defloratio sub parẽ tum cura existentium: secundum bea.Tho.secun da secundæ.q.cliii.ar.i.c.

Stuprum proprie est uirginum illicita defloratio: ut habetur.xxxvi.q.i.Lex illa.

Stuprum aliquando pro incestu ponitur. Proprie ta men stuprum est coitus lege uetitus: qui duplex ẽ. Vnus cum nupta: quod & adulterium dicitur: aut cum puero: aut cum sanguine coniunctis: siue sa/ cris uirginibus. Alter quum uim afferimus cuili/ bet personæ: etiã si ancilla sit. Vnde stuprare i utrũ q; sensum accipitur. Quintilianus. Vxor marito dicit appellatam se de stupro a priuigno.

SVauitas g̃ce ἡδύτης.ητος.ἡ.& ἡδύτ/ ος.ό.suauis dicitur. Est autẽ suauitas dul/ cedo: & suaue dulce. Hinc fit suauium: qđ ut qdam uolunt: sic ab osculo: & basio differt. Qđ osculum officii est: ut quum e longinquo redeũtes salutamus: atq; osculamur. Basium pudicorum ẽ: ut Patris in filium: suauium uero uoluptatis. Sa/ ne osculum est diminutiuum de os. Ouidius. Vi/ det oscula quæ non est uidisse satis. Ponitur tamẽ frequenter pro basio: quoniam basiando os coar/ ctam⁹: atq; minuim⁹: & quasi ex ore osculum faci mus. Hic osculor uerbum: osculator: osculatio: Si cut a Basium: basio: basiator: & basiatio.

SVbare est proprie porcorum: quum luxu/ riantur. Quare diuus Hieronymus lib. satyrico contra Iouinianum ca.xlix. Nunc restat ut epicurum nostrum subantem in hortulis suis inter adolescentulas: & mulierculas: alloqua/ mur. Licet in plerisq; codicibus sudantem lega/ tur: & mendose.

SVbsanatio græce μυκτηρισμός.οῦ.ὁ. & μυκτηρίζω subsanno dicĩ. Hæc au/ tem & irrisio cõueniunt in fine: sđ differũt in modo. Quia prima fit naso rugato: Secũda ue ro fit ore.i.in uerbo & cachinnis: secundum.be. Tho.secunda secundæ.q.lxxv.ar.i.

Subsannatio a subsanno uenit. Subsanno autem a

sanna. Sanna enim solutus derisus dicitur a nari/um sonitu. Persius. Posticæ occurrite sannæ.

Vbsidium græce 'αλκή.ῆς.ἡ'. & 'αλ/κα adiuuo dicitur. Subsidium est quod laborantibus periculo mittitur. Sicut Præ/sidium quod ad tutellam loci ponitur a præsidēdo dictum: q ante ponatur: q periculum adueniat.

Vbstantia græce 'υπόστασις.ιος.ἡ'. dicitur. Est autem substantia quæ proprie & principaliter: & maxime dicitur: & quæ neq in subiecto est: neq de subiecto dicitur. scdm Aristot. li. prædicamentorum.

Substantia est res habens quiditatem: cui debetur esse per se: & non in alio scilicet subiecto. scdm. b. Tho. prima parte. q. iii. art. y.

Substantia est quæ per se stat: nullis adminiculis ful ta: uel quæ accidēti: seu qualitati substat: atq sub/sistit: & quasi illi subiaceat: siue qa illam cōtineat. Substantia etiam pro facultatib' ponitur: Q uintl. Vt plus substantiæ filio relinquerem. Et in Euan/gelio. Q ui consumpsit omnem substantiam.



Vfficientia ĝ: 'ικανό/της.ητος.ἡ'. & 'ικα/νός.ου.ὁ. sufficiens di citur. Venit autē a Suf ficio: quod interdum si gnificat satis sum. Vir/gilius. Nec nos obniti contra nec tendere tan tum Sufficimus. Inter/dum subministro. Virg. Ipse pater Danais aios ui resq secundas Sufficit.

Crates Crates Philosophus

χαίρε θεὰ δέσποινα 'ανδρῶν 'αγαθῶν 'αρε/τημα

'ευταλίη κλεινῆς 'έκγονε σωφροσύνης.

σὴν 'αρετὴν τιμῶσιν 'όσοι τα δίκαι 'ασ/κοῦσιν .ι.

Salue dea domina uirorq bonorum' oblectamētum Sufficientiæ: inclytæ proles temperantiæ: Tuam uirtutem honorant: qui iusta exercent.

Theognis. Theognis.

'ουκ 'εθέλω πλουτεῖν: 'ουκ 'εύχομαι: 'αλ/λά μοι 'είη

ζῆν 'από τῶν 'ολίγων μηδὲν 'έχοντι κακόν .ι.

Nolo ditescere: neq opto. Sed mihi sit Viuere a paucis: nihil habenti malum.

Alph. mit. Alpheus Mitylineus.

'ου στέργω βαθυλήιους 'αρούρας 'ουκ 'όλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης 'αυτάρκους 'έραμαι βίου μακρίνε τὸ μηδὲν 'άγαν μοι τέρπει .ι.

Non amo profundæ segetis terras: Non beatitudinem multi auri: qualia Gyges. Sufficientem amo uictum Macrine. Illud nihil nimis ualde me delectat.

Ex.i. Epig. Ex primo Epigrammatum.

'ιλαθόν 'εις 'αίδην 'ότι δὴ σοφὸν 'ήνυσε γῆρας

Διογένης 'οκνῶν κροῖσον 'ιδὼν 'εγέλα. καὶ στρώσας 'ορέων τὸ τριβώνιον 'ες γῆς 'ουδὲν

τὸν πολὺν 'εκ ποταμοῦ χρυσὸν 'αφυσ/σάμενον

εἶπεν 'εμοὶ καὶ νῦν πλέιων τόπος. 'όσσα γάρ εἶχον

πάντα φέρω συν 'εμοὶ κροῖσε σὺ δ' 'ουδὲν 'έχεις .ι.

Veniens in infernum quando iam sapientem com/pleuerat senectutem

Diogenes canis Croesum uidens ridebat.

Et sternens senex pallium prope illum

Qui multum ex flumine aurum hauserat

Dixit: Mihi & nunc plus loci: Quæcunq. n. hēbā

Omnia porto mecum Croese. Tu uero nihil hēs.

De hac materia uide supra in Mediocritas.



Vffragium græce: ψῆφος.ου.ὁ. & ψηφιστής.ου.ὁ. suffragator dicitur. Est autem suffragi/um aliquando idem quod auxilium: nō/nunq significat il/las (ut ita dicam) uo ces quæ in comitiis dicebantur: & in ta bellis describebantur: quibus unusquisq uolun/tatem suam de aliquo in magistratu eligendo de/clarabat.

Suffragium dicitur a suffragor: ginis: quæ 'ιγνύα. ας.ἡ'. dicitur: & est id in posterioribus pedib' ani malium quod in prioribus genua: Dicuntur au/tem suffragines q suffrigantur: hoc est i altum frā gitur. Nam sub aliquādo supra significat: ut sub/latum. i. supra & in altum latum. Constat sane ge nua aialium: quæ aial generāt ante se flectere: Suf fraginum uero artus i aduersum. Q ueadmodum igit' poplites dicti sunt q post plicentur: Ita suffra gines q supra frangant'. Plynius. Victimaq pro/batio in uitulo: ut cauda articulum suffraginis cō tigat. Hinc suffragor. i. adiuuo: auxilior sum. Sicut enim suffragines sunt q in primis aial' sustinent: qbus se colligit: se sustinet: se tuetur: Ita suffragor a iumentorum suffraginibus deriuatur.

O

Machabe. Machabeorum li.ii. c.xii.

Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: ut a peccatis soluantur.

Augustin' Aug. li. de agenda cura pro mortuis: & habetur. xiii. q.ii. c. Non æstimemus.

Non æstimemus ad mortuos pro quibus curam gerimus peruenire: nisi pro eis: siue altaris: siue orationum: siue eleemosynarum sacrificiis solenniter supplicamus: quis enim non pro qbus fiunt omnibus prosint: sed his tantum pro quibus dum uiuunt cooperantur ut prosint.

Augustinus li. lxxxiii. quæstionum.

Tempus quod inter hominis mortem: & ultimam resurrectionem positum est animas abditis receptaculis continet: sicut una quæq; digna est: uel requie: uel erumna pro eo qd sortita ē in carne: dum uiueret. Neq; negādum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari: quum pro illis sacrificiū mediatoris offertur: uel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt: qui quum uiuerent hæc sibi ut postea possent prodesse meruerunt. Est enim quidam uiuēdi modus nec tam bonus ut nō requirat ista post mortem: nec tā malus: ut ei non prosint ista post mortem. Est uero talis in bono: ut hæc nō requirat: & rursus talis in malo: ut ne his ualeat: quum hæc uita transierit: adiuuari.

Augustinus Ibidem.

Quum ergo sacrificia siue altaris: siue quarūcunq; eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur: pro ualde bonis gratiarum actiones sunt: pro non ualde malis propiciationes sunt: p ualde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum: qualescunq; sunt consolationes uiuorum.

Augustinus Ibidem.

Monumenta non ob aliud dicuntur: nisi q hi: uiuentium oculis morte subtracti sunt: ne obliuione ēt cordibus subtrahantur in memoriam reuocent: & admonendo faciant cogitari: Vnde monumentum eo q moneat mentem nūcupatur: Ad hoc ergo sunt adiumenta mortuorum: ut dum homines recolunt eorum quos diligunt corpora: eisdem sanctis illos tanquam patronis susceptos apud dominum adiuuando: & orando commendent.

Aug. li. lxxxiii. quæstionum.

Quum igitur recolit animus: ubi repositum sit charissimi corpus: & occurrit animam dilectam commendat recordantis affect'; q igitur ad sepulchrū fidelis mater recurrit: & filium precibus magisq; commendat: adiuuat defuncti spiritum: non mortui corpori locus: sed loci ex memoria uiu' mīs affectus.

Ambrosius in libro Theodosii Imperatoris: & habetur. xiii. q.ii. c. Quia alii. Ambros'.

Quia alii tercium diem: alii tricesimum: alii septimum: alii quadragesimum obseruaē cōsueuerunt in officiis mortuorum: quid doceat lectio consyderemus. Defuncto inquit Iacob præcepit Ioseph pueris suis sepultoribus: ut sepelirent eum: & sepelierunt sepultores Israel: & repleti sunt quadraginta dies. (Sic enim dinumerabantur dies sepulturæ): & luxit eum septē diebus: hæc ergo sequēda solennitas est: quam perscribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio scriptum est: quia planxerunt filii Israel Moysem. xxx. dies: & consumati sunt dies luctus: utraq; ergo obseruatio habet authoritatem: qua necessarium pietatis impletur officium.

Gregorius: & habetur. xiii. q.ii. c. Animæ. Gregoriu'

Animæ defunctorum quattuor modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotum: aut precibus sanctorum: aut charorum eleemosynis: aut ieiunio cognatorum. Curatio uero funeris: condictio sepulturæ: pompa exequiarum magis sunt uiuorum solatia: q subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa: oberit pio uilis: aut nulla. Non ideo tamen contemnēda: aut abiiciēda sunt corpora defunctorum: maximeq; iustorum: ubi illud & dicitur salubriter: quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis: quas uiuentibus: & sentientibus exhibemus: Si neq; hoc apud deum perit: quod ex animis hominum membris officii diligentia persoluit.

SVPERBIA

- Inclinatio ad superbiendum ex flexibilitate naturæ: & fomitis corruptione.
- Actualis conteptus præceptorum dei: uel diuinæ legis: per quam prohibemur a peccando:
- Inordiatus appetit⁹ p/pnæ excel/lentiæ. et ē peccatum. (prĩa scdæ q. lxxxiiii art. ii.) (22ᵉ. q. clxii. art. ii.)
  - Gñale predñ/ditiã i alia peccata: quæ ex ea oriri possũt (scdã scdæ. q. clxii. ar. ii.)
    - Directe: & per se: inq̃tum⁹ pōt appeti in quolibet bono aliq̃ excellentia: q̃ iordinate appetitur. prima scdæ. q. lxxxiiii. ar. iiii.
      - Prosequẽdo inordinate bonum.
        - Interi⁹
          - Aĩæ qđ cõsistit in sola aĩæ apphẽsiõe: ut la⁹: honor gloria: quam inordinate appetit . . Inaĩsgloria
          - Corpis ptinens ad ɔseruationẽ
            - Indiuidui ut cib⁹: & pot⁹: quos iordinate appetit. Gula.
            - Speciei: ut act⁹ uenẽi: quos iordinate appetit. Luxuria.
        - Exterius ut diuitiæ: quas inordinate appetit . . . . . Auaricia.
      - Fugiẽdo iordinate bonum. pp aliqđ ãnexum malum.
        - Proprium & spirituale: quod iordinate fugit. . . . Acidia.
        - Alienũ.
          - Sine insurrectiõe: qđ inordinate fugit. Inuidia.
          - Cum ĩsurrectiõe: qđ inordinate fugit. Ira.
    - Indirecte: & quasi per accidens remouendo prohibens: inquantum scilicet homo p superbiam dei legem contemnit: per quam prohibetur a peccando. art. ii.
  - Spãle pp spãlẽ rõnem obiecti q̃ ẽ ppria excelletia. Cu⁹ inordinat⁹ appetit⁹ est peccatum. (22ᵉ. q. clxii.)
    - Mortale de genere suo & semper. Quia quandocunq; deliberate: & secundum consensum rationis quis se extollit supra id quod est sibi prefixum: secundum diuinam regulam: uel mẽsuram: est peccatum mortale. art. v.
    - Veniale. Quando est actus imperfectus: quia præuenit iudicium rationis: dum eis ratio non consentit.
    - Distinctum a. b. Greg. xxiii. moral. in species. iiii. Dicente. Quattuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur. art. iiii.
      - Quando bonum a semet ipsis habere se existimãt.
      - Quando: & si sibi datum desup credunt: pro suis hoc accepisse meritis putant.
      - Quando iactant se hr̃e: qđ nõ hñt.
      - Qñ despectis cæteris singulariter uideri appetunt hẽre qđ habent.



Vperbia græce υπερηφανια. ασ. η. & υπερήφανοσ. ου. ο. superbus: & υπερηφανẽυ superbio dicitur. Est autem superbia peruersæ celsitudinis appetit⁹. scđm Augu. li. xiiii. de Ci. dei.

Superbia est amor propriæ excellentiæ. secundum Hugonem li. ii. de sacramentis. & Isydorum libro Ethimolo.

Superbia proprie est inordinatus appetitus excellentiæ: cui debetur honor: & reuerentia: Vel superbia proprie respicit defectum subiectionis hominis ad deum: secundum q; aliquis se extollit supra id: quod est sibi præfixum: secundum diuinam regulam: uel mensuram. Ex bea. Tho. pri/

ma secundæ.q.lxxxiiii.art.ii.o . & scda secundæ.
q.lxxvii.art.v.c.
· Appetitus excellẽtiæ rectus ẽ magnanimitatis: Ex/
cedẽs ẽ supbiæ: Deficiens ẽ pusillanimitatis. scdm
b. Tho. in quæst. de Malo.q.viii.art.ii'e.co.i.
Supbia deriuat' a supbio qd est efferor: extollor. Itẽ
Supbe aduerbium: hoc ẽ elate: arrogãter: & Sup/
biloquẽs: qd est supbe loquẽs: & Supbiloquẽtia.i.
elat' & supb' sermo. Supbũ ẽt sigificat altũ. Virg.
Ceciditq; superbum Ilium.

puerbiorum. Superbire est quasi supra ire. Prouerbiorum.c.xiii.
· Inter superbos semp iurgia sunt. Ecclẽstici.c.x.
Ecclẽstici · Odibilis corã deo: & hoĩbus est supbia. Ibidẽ.
· Quid supbis terra & cinis? Ecclesiastici Ibidẽ.
· Initium supbiæ hoĩs apostatare a deo. Ibidẽ.
Iob · Initium oĩs peccati est supbia. Iob.xv.
· Cunctis diebus suis impius superbit.
Iacobus. Iacobus canonicæ.c.iiii.
· Supbis deus resistit: humilibus autem dat grãm.
Augustin' Augustinus super Matthæum sermõe.lvii.
· Audeo dicere supbis continẽtibus: expedit cadere:
ut in eo ipso ĩ quo se extollunt humiliẽtur: Quid
enim prodest cui est continentia: si dñetur supbia?
Augustinus li. de natura & gratia.
· Cætera uitia in malefactis ualent: sola superbia ẽt
in recte factis est cauenda. Aug. sup illud
ps. Et emundabor a delicto maximo.
· Quo alio nisi supbiæ? Nõ est eĩm maius peccatum
q̃ apostatare a deo: qd est initium supbiæ hoĩs: Et
uere iste imaculat' est: q & hoc delicto caret: Quia
hoc est ultimum redeuntibus ad deum: quod rece/
dentibus primum fuit.
Augustinus li.iii. de uerbis dñi.
Medicina timoris oĩs humilitas ẽ Christi: Nõ.n. ho
mo periisset nisi supbiam suscepisset. Initium.n. si/
cut scriptura dicit: oĩs peccati superbia. Vnde sana
retur tumor superbiæ? nisi deus dignatus esset hu
milis fieri. Erubescat ergo hõ superbus esse: qa fa/
ctus est humilis de'. Aug. sup Genesim li.xi.
Initium oĩs peccati ẽ supbia: cu ẽt non incõuenien
ter aptatur quod dicit Apostolus: Radix oĩum ma
lorum ẽ auaricia. Si auariciã gñalem intelligimus:
qa quisq; appetit aliqd amplius q̃ oportet: uel excel/
lentiã ppriam: uel propriæ rei priuatum honorẽ.
Specialis autẽ est auaricia quæ dicitur amor pecu/
niæ. De gñali auaricia intelligitur qd ait Apostо/
lus. Radix omnium malorum est auaricia. Hac.n. &
Diabolus cecidit: q nõ amauit pecuniã: sed ppriã
potestatẽ. Aug. sup Ioannẽ sermone.v.
Quare patimur multa a creatura quam fecit deus?
Quia offendimus per superbiam. Ad domandum
igitur supbiam instituit deus: ut creatura minima:
& abiectissima nos torqueret: Vt homo supbus: q
se iactauit aduersus deum: & pximum nõ agno/
uit: pluribus pulicibus subdatur.
Aug. de uerbis domini sermone.liiii.
Prior ẽ in uitiis supbia. Non.n. inuidia parit super
biam: sed supbia parit inuidiam. Non.n. iuidet ni/
si amor excellentiæ. Amor autem excellentiæ su/
perbia uocatur. Hieronymus sup Marcum. Hierony'.
· Multo illa deformior ẽ supbia: quæ sub qbusdã hu
militatis signis latet. Nescio.n. quõ turpia sunt ui
tia: quum uirtutum specie cælantur.
Gregorius li.xvii. moralium. Gregorius
Oĩs superbia eo ipso in imo latet: quo ĩ alio se erigit:
ut inde magis supposita cunctis sit: unde cunctis
appetit superesse. Grego. li.xxiii. moralium.
Vitium superbiæ ab ipsa radice secandũ ẽ: ut quum
latenter orit': tunc uigilanter abscindatur: ne pro
ctu uigeat: ne usu roboretur. Ibidem li.xxxi.
Radix quippe cuncti mali: & regina oĩum uiciorum
superbia ẽ: de qua scriptura attestante dr. Initium
oĩs peccati supbia. Septẽ principalia uitia de sup/
biæ uirulenta radice pferuntur: Inanis gloria: In
uidia: Ira: Tristicia: Auaricia: Vẽtris ingluuies. &
Luxuria. Nam quia his septem supbiæ uitiis nos
captos Diabolus tenuit: Iccirco redemptor noster
ad spirituale liberationis bellum septiformis gra/
tiæ plenus uenit. Greg. li.xxxi. moralium.
Ipsa uitiorum regina supbia: quũ deuictum plene cor
cepit: Mox illud septem principalibus uitiis suis
ducibus deuastandum tradidit: ex qbus uitiorum
multitudines oriuntur.
Gregorius li.xxxiiii. moralium.
· Euidentissimum signum reproborum est superbia: ac
contra humilitas electorum. Ibidem.
· Cunctis nanq; supbia apud se se cogitatione tumẽ/
tibus inest: clamor in locutione: Amaritudo ĩ silen
do: Dissolutio in hylaritate: furor in tristitia: Inho
nestas in actione: honestas in imagine: Erectio in
incessu: Rancor in responsione.
Homerus in A Iliados. Homerus
ἧς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν
ὀλέσσῃ. i.
Suis superbiis forte aliqñ aĩam perdet. Ibidem.
οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὔχεσθαι. i.
Non quidem honestum superbe gloriari.
Periander. Periander
μὴ ἐπαίρου ἐπὶ δόξῃ. idest.
Noli te extollere ob famam. Cleobulus. Cleobulus
μὴ ὑπερήφανος γίνου ποτέ. i.
Ne superbus sis unq̃. Idem.
τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς. idest.
Minorem ne despicias. Phocylides. Phocylid.
μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μὴ τ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ
πλούτῳ.

τίσ θεοσ ἐστι σοφόσ. δυνατὸσ.᾿ὁμα καὶ πολύολβοσ.i.
Ne sis supbus sapiētia: neq; fortitudīe: neq; diuitiis.
Pallades. Vnus deus est sapiēs: potens: & beat⁹. Pallades.
μὴ τοι ποτ᾿ εὐτυχῶν καὶ ἀκμάζων ὑπερφρονεῖ.
Melius est fortunam & prementem tolerare
Menāder. Q uā diuitum supbiam. Menander.
᾿αλαζονεία ᾿ουτισ ἐκ φεύγει δίκην.i.
Superbiæ nullus euitat pœnam.
᾿ότ᾿ εὐτυχεῖσ μάλιστα μὴ μέγα φρόνει.i.
Quando fortunatus es maxime ne superbias.
Sophocles Sophocles in Aiace.
ἀλλ᾿ ἄνδρα χρὴ κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ
Sed u₂ oportet: & si corp⁹ natura fortit⁹ sit magnū
Existimare posse cadere: etiam a paruo incōmodo.
Plautus Plautus in Asinaria.
· Nō decet supbum hoiem esse seruū. Idē i Sticho.
Secūdas fortunas decēt supbiæ.
Terentius Terentius Come.v.
Profecto hoc ē: ut puto: Oib⁹ nobis: ut res dāt sese: ita magni atq; humiles sumus. Ibidem.
Quia paululum uobis accessit pecūiæ: sublati sunt
Virgilius animi. Virg. Aeneidos li.i.
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri? Ibidē.
Non ea uis animo: nec tāta supbia uictis.
Virgilius Aeneidos li.vi.
Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes: pacisq; imponere morem:
Parcere subiectis: & debellare superbos.
Ouidius Ouidius artis li.iii.
· Odimus immodicos (experto credite) fastus.
Sæpe tacens odii semina uultus habet.
Ouidius tristium li.i. Elegia.i.
· Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus: Icareas nomine fecit aquas.
Tibullus Tibullus Elegia.iii.
Atqui nec diuis homines cōponier æquum est.
Iuuenalis Iuuenalis Satyra.v.
Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.
Dantes Dantes Flor. inferni cant.xv.
Gente auara: inuida: & superba.
Da lor costumi fa che tu ti forbi.
Dantes Purgatorii cant.c.x.
O superbi Christian miseri e lassi:
Chi de la uista: & de la mente infermi
Fidanza haueti ne ritrorsi passi.
Non uacorgieti uoi che noi siam uermi
Nati a formare langelica farfalla
Che uola ala iustitia senza schermi. Ibidem.
Or superbite & uia col uiso altero
Figlioli deua: & non chinati il uolto:
Si che uegiati il uostro mal sentero.
Idem paradisi cant. c.xxix.
Principio dal cader fo il maledetto
Superbir di colui che tu uedesti:
Da tutti pesi del mundo constretto.
Fr. Petrarcha Soneto.cclxx. Fr. Petrar.
A cader ua chi troppo sale.

Vpficies ğ ἐπιφάνεια.ασ.ἡ᾿.dī. Est q; lōgitudo cum latitudine: sine pfunditate: cu ius extremitates sunt duæ lineæ. Dī autē Supficies: quasi supior facies. A superficie fit sup/ficiarius: Q ui: ut Paulus iurisconsultus ait: i alie/no solo supficiē ita hēt: ut certā pensionē præstet. Et supficiarias ædes Caius appellat: quæ i condu/cto solo positæ sunt: quaq; proprietas & ciuili: & naturali iure eius est: cuius & solum.

Vperfluitas ğ περισσότησ.τοσ.ἡ᾿. & περισσόσ.ου.ο᾿.superfluus dī. Venit autē supflui/tas a superfluo: quod est supabundo: estq; sup/abundantia quædam.
Sapientiæ.c.xiiii. Sapientiæ.
Supfluitas enim hoium hæc aduenit i orbē terraȝ. Aug. li. de doctria Augustin⁹
Christiana: & hēt̄ di.xli.c. Quisquis rebus.
Quisqs rebus prætereuntib⁹ restrictius utitur. Vide supra in Abstinētia.
Aug. sup epistolā Ioan. & hēt̄ Ibidē.c. Deliciæ.
Deliciæ quælibet si absq; desyderio pcipiantur. Vi/de supra i Abstinentia. Aug. li. de uerbis dñi: & hētur ibidem.c. Non cogantur.
Non cogatur diuites paupum cibis uesci. Vide su/pra in Abstinētia. Hieronymus sup illud Hierony⁹.
Matthæi.x. Neq; duas tunicas &c.
· Simplex uestimētum dī qcqd necessarium ē alicui: secundum qualitatem loci: uel tpis: Duplex autē qd extra necessitatē est. Nō.n. duas dicit: ut quis in locis scotiæ glatiali niue rigentibus unica tuni/ca debeat esse cōtentus: Sed quō i tunica uestimē/tum itelligamus: ne alio uestiti aliud nobis futuro/rum timore seruemus. Hiero. epistō. ad Fabiolā.
· Quicqd corpora nra defendere pōt: & humāæ suc/currere imbecillitati: quos nudos natura profudit: hæc una appellanda est tunica: & qcqd in præsen/tib⁹ alimētis est necessariū: hoc uni⁹ diei uictus ap/pellatur. Ambrosius de eo qd scriptum est in Ambros⁹.
euāgelio. Hois cuiusdā diuitis fruct⁹ huberes ager attulit: & hētur di.xlvii.c. Sicut hii.
· Quis enim tam iniustus: tam auarus: q̄ q tam mul/torȝ alimenta: non suum usum: sed abundantiam & delitias facit. Neq;.n. minus est criminis habē/

ti tollere: q̄ quum possis: & abundans sis indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines. Nudoꝝ indumentum est: quod tu recludis. Et miserorum redemptio ē: & absolutio pecūia: quā tu in terra defodis: Tantoꝝ te ergo inuadere scias bona: quātis negligis p̄stare quod possis.

Io. Chrys. Io. Chrys. de Consecra. di. ultima. c. Nihil sic iucundum.

Abundantia uero morbum facit: & molestias ingerit: & ægritudines generat. Q uod. n. fames facit: hoc ēt plenitudo ciborum. Magis autem: & multo peiora. Fames quippe in paucis dieb⁹ aufert hominem: & liberat eum de hac uita pœnali: excessus uero ciborum consumit: & cōputrescere facit corpus humanum: & macerat ægritudine diuturna: & tunc eum morte crudeli consumit.

Val. maxi. Val. max. li. iiii. ti. de Abstinentia & cōtinētia. Q. Tuberone.

Nunc quo uentum est? A seruis uix impetrari pōt: ut eā suppellectilem fastidiant: qua uti consul non erubuit.

Isocrates Isocra. sermo. admonito. ad Dimōicum. ἀγάπα τὴν ὑπάρχοντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν .i. Ama existentium bonoꝝ nō excedentem possessionē: sed mediocrem fruitionē.

Lucanus Lucanus Pharsaliæ. li. iiii.

O prodiga rerum
Luxuries: nunq̄ paruo contenta paratu:
Sed quæsitorum terra pelagoꝗ ciborum
Ambitiosa fames: & lautæ gloria mensæ
Discite q̄ paruo liceat perducere uitam:
Et quātum natura queat.

Iuuenalis Iuuenalis Satira. xi.

Non præmaturi cineres: non funus acerbum
Luxuriæ: Sed morte magis metuenda Senectus.

De hac materia hēs supra ubi Abstinētia: Continētia: Mediocritas: Parsimonia. Sufficientia.



Vperstitio græce δεισιδαιμονία. ας. & δεισιδαίμων. ονος. o'. superstitiosus dicitur. Est autem superstitio uitium religiōi oppositum: scd̄m excessum: scd̄m. bea. Tho. scda scdæ. q. lxxxxii. ar. i. o

Superstitio est uitium contrarium religioni: Nō qa plus exhibeat in cultum diuinum: q̄ uera religio: Sed qa exhibet cultū diuinum: uel cui nō debet: uel eo modo quo non debet.

Supstitio dr̄: ut placet Ciceroni li. de natura deoꝝ: a supstitibus liberis: Cui⁹ uerba sunt hæc. Qui totos dies precabanē: ut sui sibi liberi supstites eēnt superstitiosi sunt appellati. Qui autē oīa q̄ ad cultum deorum ptinerent diligenter retractarent: & tanq̄ relegerent: dicti sunt religiosi a relegendo.

Cicero Cicero li. i. de diuinatione in fine.

Non. n. sunt ii: aut scientia: aut arte diuini: sed supstitiosi uates impudenteſꝗ harioli: aut inertes: aut insani: aut qbus egestas imperat: qui sibi semitam non sapiunt: aliis monstrant uiam: quibus diuitias pollicentur: ab his drachmas ipsi petunt: de his diuitiis sibi deducant drachmam: reddant cætera.

Idem li. ii.

Ad rem agendam non superstitionem habeas: sed rationem ducem. Ibidem li. ii. in fine.

Nec. n. supstitione tollenda religio tollitur. Ibidē. Quā obrem ut religio propaganda ēt ē: quæ ē iuncta cum cognatione naturæ: sic supstitionis stirpes omnes eiiciendæ.

Cicero li. i. de finibus bonorum & malo.

Superstitione q imbutus est: quietus esse nunquam pōt. Cicero li. ii. de natura deorum.

Nō. n. philosophi solum: uerum ēt maiores nr̄i supstitionē a religione separauerunt. Nā qui totos dies p̄cabantur & imolabant: ut sibi sui liberi supstites essent: Superstitiosi sunt appellati: quod nomē patuit postea latius.

Val. maxi. li. ii. de inst. antiqs de Massilia⁹. Val. maxi.

Omnibus autem q per aliquā religiōis simulatōem alimenta inertiæ quærunt: clausas portas hēt mēdacem & fucosam superstitionem submouendam esse existimans.

Vppositū g̃ ὑποβολιμαῖον. ου. τὸ. & ὑποτίθημι suppono dr̄. Est q̄ suppositū nomē scdæ intētionis: significans habitudinem particularis ad naturam cōem: inquantum in ea subsistit. scd̄m. b. Tho. iii. sen. di. vi. q. i. ar. i.

Vspicio g̃ ὑποψία. ας. & ὑποψίαν. ου. o'. suspect⁹ dr̄. Est autē suspicio acceptio uni⁹ partis cū formidine alteri⁹: scd̄m Cic. Suspitio est opinio mali ex leuibus signis. scd̄m. b. Tho. scda scdæ. q. lx. ar. iiii. c.

Vspensio græce κρεμάστος. οῦ. & κρεμαστός. ου. o'. pensilis: & κρεμάω suspendo dr̄. Est autem suspēsio quædā ecclesiastica cēsura: qua interdicitur aliqd̄ exercitium: uel officium competēs certæ psonæ ecclesiasticæ: aliqn̄do a Iure: aliquādo a Iudice prolata.

Vsurro: onis: g̃ ψιθυριστής. οῦ. o'. & ψιθυρίζω susurro: ras dr̄. Hinc susurratio quæ est oblocutio mala de proximo facta occulte: ad diuidendam amicitiam aliquorum. Susurrōes. n. sūt gen⁹ hoium maledicoꝝ & Linguarum: q nō apte loquunē: sed uoce demissa i aures hoium obstrepūt: potiusq̄ loqnē. Suntq̄ susurronis: & susurrare uerba facticia. Ita & susurrus: ri:

hoc e uox ipsa susurronis: q & susurrum dici pot. Differūt aūt Susurro: Detractor: Cōtumeliator: Derisor: & Cōuitiator: Quia Susurro itēdit discordiā seminare: Detractor bona minuere uel negare. Cōtumeliator qd e cōtra honorē alicu^s deducere in noticiā eius: & alioq p signa: uel uerba. Derisor malū uel defectū alicuius psonæ: ut erubescat in ludum uel risum ponere. Cōuitiator dicit importātia defectum culpæ: & pœnæ: Sicuti Contumeliator solū culpæ. Quare si qs dicat alicui iniuriose eū eē cæcum: aut claudū: quū sit: Cōuitium dicit: sed nō contumeliā. Si autē iniuriose dicat eū furē: non solum conuitium: sed & contumeliam dicit. Sæpe tamen unum pro alio ponitur.

De hac materia hēs supra ubi Detractio: & Ligua:

Suum g ἴδιον.ου.τό. dr. Suum autē cuiuscunq dr: quod ei secundum pportiōis æqualitatē debetur. ex. b. Tho. scda scdæ. q. lviii. ar. xi. c.

Tabellio græce γραμματοφόρος.ου.ό. dicitur: Et est publica persona hñs officium scribēdi instrumēta ad faciendam fidē. Dicitur qa a tabella q g πινάκιον.ου.τό. & πυγμάριον.ου.τό. pugillaris dicitur.

Tabula g σανίς.ίδος.ἡ. dr. Tabula secunda post naufragium peccatoq est pœnitentia: & uerecundia. scdm. b. Tho. tercia parte. q. lxxxiiii. ar. vi. o.



Taciturnitas græce σιωπηλότης.ητος.ἡ. & σιωπάω taceo dr. Est autē taciturnitas qua mētes circumspicientes qd deceat: & qd non: silent cogitabundæ: nec putāt proferendum: anteq matura cuncta examussim disputarint: ne ex ore magis: q ex pectore erumpat oro. Hui^s opposit um est ligulacitas: unde dicaces: locutulei: blatrōes: ligulaces: babaliones: & futiles a ueteribus sunt noiati. Taciturnitas in dicendis: & locutio i tacendis e peccatum. scdm. b. Tho. scda scdæ. q. lxxiii. ar. i.

Hierony^s. Hieronymus li. iii. contra Ruffinum.

Hyrundinem in domo non suscipiendam. i. garrulos & uerbosos sub eodem tecto non habēdos. Dicebat Aristot. Prouerbioq. Prouerbiorum. c. xxv.

· Sicut urbs patens: & absq muroq ambitu: ita uir qui non pōt in loquēdo cohibere spiritum suum.

Iacobus. Iacobus in epistola. c. i.

· Sit autem omnis homo uelox ad audiendum: tardus autem ad loquendum: & tardus ad iram.

Gregorius Gregorius li. xxx. moral.

· Ille scit recte dicere: qui & ordinate nouit tacere.

Io. Chrys. Io. Chrys. super Matthæum.

· Malum hoiem melius potest tacendo aliquis uincere: q respondendo: Quia malicia nō instruit sermonibus: sed excitatur: Ideo dñs recedēdo cōpescere studuit quos rñdendo non cōpescuit.

Isydorus. Isydor^s soliloquioq. c. xxxi.

Sint tua uerba pauca. Tolle uerbositatē sermonis superflui. Multiloquium nō effugiet culpam. Linguosus homo imperitus est. Sapiens uero paucis utitur uerbis. Ibidem li. ii.

Qui ociosa uerba non reprimit: ad noxia cito transit. Sit sermo tuus irrepræhensibilis: sic expectatio ne audiendum utilis est.

Boetius Boe. de Philosophica consola. li. i.

Nec mihi socratico decreto fas esse arbitror: uel occuluisse ueritatem: uel concessisse mendacium.

Cicero Cicero tuscula. quæst. li. ii.

Zenon perpessus est omnia anteq conscios delēdæ tyrānidis indicaret.

Seneca Seneca epistola. xvi.

· Nihil æque pderit q quiescere: & minimum cū aliis loq: & plurimum secum. Idē epist. xxxix.

Tardiloquum te esse iubeo. Idē epistō. cvii.

Nemo quod audierit tacebit: Nemo quantum audierit loquetur. Ibidem.

Qui rem non tacuerit: non tacebit authorem.

Seneca in Hyppolito.

Aristoteles · Alium silere qd uoles pri^s sile. Arist. li. i. Politicoq.

Silentium præstat ornatum.

Macrobi^s. Macrobius li. vii. saturnalium. c. i.

Hæc e una de uirtutibus philosophiæ. Quia quum orator non aliter nisi orādo pbetur: Philosophus nōminus tacendo ptpe: q loquēdo philosophat.

Val. maxi. Val. maxi. li. ii. tit. de Institutis antiquis.

Nunq. n. patres conscripti taciturnitatē optimum: ac tutissimum administrandaq req uinculum labefactari uolebant. Ibidem li. ii. c. i.

Adeo magna patriæ charitate tenebāt: ut arcana pfum conscriptoq: multis sæculis nemo senatoq enunciauerit. Isocra. ad Dimonicū sermōe admo.

Isocrates. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν ταῦτα νόμιζε μὴ δὲ λέγειν εἶναι καλόν. i. Quæ factu turpia: hæc puta neq dictu esse pulchra. Idem Ibidem.

μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. i. Magis serua sermonum q req deposita. Idem Ibidem.

δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν. ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν. i. Duo fac tempora dicēdi: uel de quib^s scis manifeste: uel de qbus necesse dicere. In his. n. solis sermo silentio melior: In aliis uero præstantius tacere q loqui. Periander. Periander

Bias καλὸν ἡσυχία.i. Pulchrũ taciturnitas. Bias.
Pittacus λάλει ὀλίγα.i. Loq̃re pauca. Pittacus.
ὃ μέλλεις ποιεῖν μὴ πρόλεγε
ἀποτυχὼν γὰρ γελασθήσῃ.i.
Quod futurus es facere noli prædicare
Ne si consilium non succedat: deridearis.
Euripides. Euripides in Hippolyto.
σιωπῆς οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς.i.
Lucianus Silentio non est opus in malis. Lucianus.
ἀρρήτων ἐπέων γλώσσῃ σφραγὶς ἐπικείσθω
κρείσσων γὰρ μύθων ἢ κτεάνων φυλακή.i.
Arcanorum uerborum linguæ sigillum imponatur:
Præstantior.n. sermonum q̃ possessionũ custodia.
Pallades Pallades.
μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή
μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω.
ὃς λαλέειν εἰδώς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν
φάρμακον ἡσυχίης εὐκρατὲς εὑράμενος.
Magna eruditio inter homines silentium
Testem Pythagoram sapientem ipsum habeo:
Qui loqui sciens: alios docebat tacere
Remedium quietis potens inueniens. Idem.
πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν.
τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἴσχρότατον.i.
Quilibet indoctus prudentissimus est tacens
Sermonem occultans ueluti passionẽ turpissimã.
Menãder. Menander.
γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν.idest.
Linguæ maxime ubiq; conare imperare. Idẽ.
γλώσσης ματαίας ζημία περιγίγνεται.i.
Linguam stultã damnum subsequitur. Idẽ.
διὰ δὲ σιωπῆς πικρότερον κατηγορεῖ.i.
Per silentium antẽ amarius accusas. Idẽ.
ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστι κρεῖττον τοῦ λαλεῖν.
Non nullis tacere est præstantius q̃ loq. Idẽ.
εὐκαταφρόνητόν ἐστι σιγηρὸς τρόπος.
Contemptibile quid est taciturnus mos. Idẽ.
ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.
Lingua multos in pernitiem attraxit. Idẽ.
ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον ἢ σιγὴν ἔχε.
Vel dic aliqd silentio p̃stãtius: uel silẽtiũ habe. Idẽ.
πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει.i.
Multis responsum silentium est. Idẽ.
ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.i.
Lingua multorum est causa malorum.
ἢ δεῖ σιωπᾶν ἢ λέγειν ἀμείνονα.i.
Vel oportet tacere: Vel dicere meliora: Idẽ.
κρεῖττον σιωπᾶν ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.

Melius tacere: q̃ loqui: quæ non decent. Idẽ.
οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον.i.
Nihil silentio est utilius.
εἰσὶ δ' ὅτ' ἐστιν αἱρετώτερα λόγου.i.
Silentium interdum est eligibilius sermone. Idem.
ὅπου δεῖ σιωπᾶν καὶ λαλεῖν ὅπου χρεών.i.
Est ubi oportet tacere: & loqui ubi oportet.
νοεῖν γάρ ἐστι κρεῖττον ἢ σιγὴν ἔχειν.
Considerare melius q̃ silentium habere.
Plautus Plautus in Cistellaria.
Tacere nequo: qd tacito usus est. Idẽ in Rudente.
Tacita mulier est bona: semper q̃ loquens.
Terentius. Terentius comœdia.v.
Tua quod nihil refert percunctari desinas.
Ouidius Ouidius artis li.ii.
· Eximia est uirtus præstare silentia rebus.
At contra: grauis est culpa tacenda loqui.
Oui.li.iii.amorum.
Quis furor est: quæ nocte latent in luce fateri?
Et quæ clam facias facta referre palam.
Ouidius li.iii.tristium.
· Crede mihi: bene qui latuit: bene uixit: & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.
Martialis Martialis li.v.ad Posthumum.
Quæ mihi præstiteris memini: semperq; tenebo:
Cur igitur taceo posthume: tu loqueris.
Incipio quotiens alicui tua dona referre:
Protinus exclamat: dixerat ipse mihi.
Non belle quædam faciunt duo: sufficit unus
Huic operi: si uis ut loquar: ipse tace.
· Crede mihi: q̃uis ingentia posthume dones:
Horatius Authoris pereunt garrulitate sui.
Horatius epistolarum li.i.epistola.xix.
Protinus ut moneam: si quid monitoris eges tu
· Quid de quoq; uiro: & cui dicas ipse uideto.
Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est.
Nec retinẽt patulæ commissa fideliter aures.
Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.
Horatius Ibidem.
Qualem commendes etiam atq; ẽt aspice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem:
Fallimur: & quendam non dignũ tradidimus: ergo
Quem sua culpa premet: deceptus omitte tueri.
Horatius sermone li.i.satyra.iiii.
Absentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: solutos
Qui captat risus hominum famamq; dicacis:
· Fingere qui non uisa potest: commissa tacere
Qui nequit: hic niger est: hunc tu Romãe caueto.
Dan.florẽ. Dan.floren.inferni cantica cap.xvi.
Sempre a quel ver cha facia di menzogna
De lhom giudere le labra q̃to puote:
Pero che senza colpa fa vergogna. Idem c.iii.

Altra risposta disse non ti rendo
Se non lo far che dimanda honesta:
Si de seguire collopra tacendo.
Dantes floren. Paradisi cant. c. xxxii.
Ma perche tempo fuge che tassona:
Qui harem puncto: come bon sartore:
Che come egli ha del panno fa la gonna.

Tactus g. ἁφή. ῆς. ἡ. & ἅπτομαι. tãgo dr. Est autẽ tactus sensus eorum ex quibus cõponitur aial: & per quæ corrumpitur. secundum. b. Tho. in quæst. de ueri. q. xxvi. art. iii. c.
Tactus a tango uenit: unde & tãgibile: qd quõ a palpabili differat. Vide supra in Palpabile.

Temeritas g. ἀβουλία. ας. ἡ. & ἄβουλος. ου. ὁ. temerarius dr. Est autẽ Temeritas cum incõsiderata dolorum pperssiõe gladiatoria piculorum susceptio: scdm Cic. li. iiii. Rhet.
Temeritas siue pcipitatio ẽ defect' cõsilii: & species iprudẽtiæ. scdm. b. Tho. 2a 2æ. q. xxxv. art. xxv. c. fi.
Temeritas est per quã fieri dicuntur: quæ rõne non geruntur: uel pp impetum uoluntatis: uel passionis: uel ex cõtẽptu. Quæ causatur ex supbia. Ideo continetur sub præcipitatiõe quæ respicit utrũq;: sed magis primum. ex. b. Tho. 2a 2æ. q. liii. ar. iii.
Temerarius est ille q nihil omnino formidat: sed aduersus oia uadit. scdm Arist. li. ii. Ethicorum.

- TEMPErãtia Virtus. ex. b. Tho. 2a 2æ.
  - Specialis: ut refrenat a maxime allicientib'
    - Materia. pria: scdæ q. lxiii. ar. iiii.
      - Circa quã. . . Obiectũ: & ẽ bonũ delectabiliũ icõcupiscentiis tact': scdm modum rõnis: uel legis diuinæ.
      - In Qua. . . Subiectum: & est appetitus sensitiuus: uel concupiscibilis: & irascibilis.
    - Partes. . q. cxliii.
      - Integrales.
        - Verecundia: p quam aliquis refugit turpitudinem tẽperantiæ contrariam.
        - Honestas: p quam aliqs amat pulchritudinem temperantiæ.
      - Sbiectiuæ.
        - Abstinentia in cibo.
        - Sobrietas in potu.
        - Castitas: q̃tum ad delectatõem pricipalẽ coit'.
        - Pudicicia: q̃tum ad circunstãtes delectatiões: ut i osculis: tactibus: & amplexibus.
      - Potẽtiales.
        - Cõtinẽtia: quæ refrenat motum uolũtatis cõmotæ ex ĩpetu passionis: ex qua fit ut licet hõ ĩmoderatas cõcupiscentias patiatur: uoluntas tamen non uincitur.
        - Humilitas q̃ refrenat motum spei & audaciæ.
        - Mãsuetudo siue Clæmẽtia: quæ refrenat motum iræ tendentis in uindictam.
        - Modestia: q̃ refrenat mot' & actus corpales.
        - Bona ordinatio ad quam pertinet discernere qd sit faciendum: qd dimittẽdum: & qd quo ordine sit agẽdum: & i hoc firmiter psistere.
        - Ornatus: quo homo obseruat decentiã in eo quod agit.
        - Austeritas in colloquiis amicorum: uel quibuscunq; aliis.
        - Parcitas scdm Macrobiũ: uel p se sufficiẽtia: scdm Andrõicum: qua supflua nõ requirunt.
        - Moderatio. scdm Macrobiũ: uel simplicitas: scdm Andronicum: qua hõ nõ nimis exquisita requirit.
    - Actus Duplex. . . . q. cxli. ar. iiii.
      - Principalis: & Proprius q est moderari cõcupiscentias delectabilium tactus.
      - Secũdarius: q ẽ moderari alias cõcupiscẽtias.
  - Generalis dicitur quia nomen Temperantiæ significat quandam Temperiem idest moderationem: Quam non ponit in humanis operationibus & passionibus: Quod est commune: & in omni uirtute morali.



Emperantia græce σωφροσύνη.ης.ἡ. & σώφρων.ονος.ὁ. temperatus dicitur. Est autem Temperantia rationis in libidinē: atq; alios non rectos impetus animi: summa: & moderata dominatio: secundum Ciceronē li. Rhetoricorum.

Temperantiæ partes sunt: Continentia: Clementia: & Modestia: secundum eundem.

Temperantia est moderatio cupiditatū rationi obediens: secundum eundē li.ii. de fi. bo. & malorum.

· Temperantia est mediocritas circa uoluptates corporis: secundum Ari. li.iii. Ethicorum.

· Temperantia est affectio coercens: & cohibēs appetitum ab his quæ turpiter appetuntur: secundum Augu. li. de libe arbi.

Tēperantia est uirtus specialis si sumatur antonomastice: ut refrenat a maxime allicientibus. Sed est uirtus generalis cōmuniter: secundum .b. Tho. secunda secundæ .q.cxli. ar.i.ii.o

Tēpātia qd a Cōtinētia differat: Vide i Cōtinētia.

Augustin' Tempantiæ partes quæ sint: uide supra in Arbore Temperantiæ. Aug. li. de moribus Ecclesiæ.

Munus tēperantiæ est in coercendis: sedandisq; cupiditatibus: quibus contrariamus in ea q̄ nos auertunt a legibus dei: & a fructu bonitatis eius: cuius officium est contemnere omnes corporeas illecebras: laudemq; popularem. Ibidem.

Hierony'. · Vir temperatus in rebus huius uitæ habet regulam utroq; testamento confirmatam: ut eorum nihil diligat: nihil per se appetendum putet. Hiero. & habetur de consecratione di.v.c. Legimus.

Legimus quosdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes: Proscriptione bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos conualuisse. Hiero. contra Ruffinū li.iii.

Ambros'. Fuganda sunt oibus modis & abscindenda: lāguor a corpore: imperitia ab aīo: luxuria a uentre: a ciuitate seditio: a domo discordia: & in cōe a cūctis rebus intemperantia. Ambro. li. de officiis.

Intemperantia maxime honesti cura: decoris consyderatio spectatur & quæritur.

Ambrosius de uirginitate li.iii.

Seneca Iuuenē ueteres fabulæ ferunt: quē propter admirādam oris pulchritudinē in amorē incēderet fœminas: uultum exarasse stigmatibus: ne qua eū amare posset. Seneca epistola ultima.

Temperātia uoluptatibus iperat: alias odit atq; abigit: alias dispensat: & ad sanum modū dirigit: nec unq̄ ad illas ,ppter ipsas uenit. Scit optimū eē modum cupitorum: nō q̄tū uelis: sed q̄tū debeas sumere

Cicero li.i de fini. bono. & malorum. Cicero

Temperantia est enī quæ est in rebus aut: expetendis: aut fugiendis: ut rationem sequamur monet. Nec eni satis est iudicare quid faciendū: non faciēdum ue sit: sed stare etiam oportet in eo q̄ sit iudicatum. Plerique autē quod tenere atq; seruare id q̄d statuerunt: nō possunt uicti aut debilitati obiecta spe uoluptatis: traddunt se libidinibus constringēdos: Non quid proueniturum sit prouident: ob eāq; causam propter uoluptatē: & paruā & nō necessariam: & quæ uel aliter pararetur: & qua etiā carere possent sine dolore: tum in morbos graues: tū in dāna: tū in dedecora incurrunt. Sæpe etiā legū iudiciorumq; pœnis obligantur. Qui autem ita frui uolunt uoluptatibus: ut nulli propter eas dolores consequantur: & qui suum iudicium retinent: ne uoluptate uicti sciant: id quod sentiant: non eē faciendum: hii uoluptatem maximā adipiscuntur p̄termittenda uoluptate Idē etiam dolorem sæpe p̄petiuntur: ne si id non faciant: icidant in maiorē. Ex quo intelligitur nec intemperātiam propter se fugiendam esse: temperantiamq; expetendam: nō quia uoluptates fugiat: sed q̄a maiores cōsequatur.

Cicero li.iii. de natura deorum.

Tēperantia constat ex p̄termittendis uoluptatibus corporis. Aristo. li.iii. Topicorum. Aristoteles

· Temperantia magis est eligenda in iuuenibus q̄ in senioribus: quia Iuuenes plusq̄ senes concupiscentiis molestantur. Pythagoras. Pythago.

κράτειν δ' ἐθίζεο τῶνδε
γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγ
νείης τε
καὶ θυμοῦ.i.

· Imperare assuesce te his
Ventri quidem primū: & somno: lididiniq;
Et iræ. Plautus in penulo. Plautus

· Hoc unum tamē cogito. Modus omnibus rebus optimus est habitu. Nimia omnia nimium exhibent negocium hominibus ex se.



Empus græce χρόνος.ου.ὁ. & χρονικός.οῦ.ὁ. temporalis dicitur. Est autem tempus numerus motus: secūdum prius & posterius: secundum Aristo. li.iiii. physicorum.

Tempus est in primo motu cæli: sicut in subiecto: & primo mensurato: secundum bea. Tho. i. parte quæ.x. articu.vi. ca. Ecclesiastici cap.iii. Ecclāsti.

· Omnia tempus habent: & suis spatiis transeūt uniuersa sub cælo. Tempus nascendi: & tempus moriendi. Tempus plantandi: & tempus euellēdi q̄d

plantatum est. Tempus occidendi est. Tempus sa
nandi. Idem capitu.viii.
Omni negocio tempus est & opportunitas.
Paulus — Paulus ad Galathas ca.vi.
Dum tempus habemus operemur bonum.
Idem ad Collosenses ca.iiii.
In sapientia ambulate redimentes tempus.
Idē ad Ephesios ca.v.
Videte quomodo caute ambuletis: non quasi isipiē/
tes: sed ut sapientes redimentes tēpus.
Actuum — Actuum apostolorum.c.i.
Non est uestrum nosse tēpora: uel momēta: quæ pa
ter posuit in potestate sua: sed accipietis uirtutem
spiritus sancti superuenientis in uos: & eritis mihi
testes in Ierusalem: & in omni Iudea & Samaria:
Augustin⁹. — & usq; ad ultimum terræ. Augu.de uerbis do
mini sermone.i.
Fragiliores sumus uase uitreo: Quia & si casus ui/
treo timeatur: non tamen senectus aut febris.
Augu.li.i.de doctrina Christiana.
Inter tēporalia & æterna hoc interest: q; temporale
plus diligitur anteq̄ habeatur: uilescit autem: quū
aduenerit. Non eni satiant animā cui uerax & cer
ta fides æternitas. Aeternum autē ardentius dili/
gitur adeptum: q̄ desyderatum. Nulli eni desyderā
ti conceditur plus de illo æstimare q̄ se habet ne/
uilescat: quum minus inuenerit: sed q̄tum quisq;
ueniens æstimare potuerit plus perueniens inuen/
Hierony⁹. — turus est. Hiero.super Hieremiā li.ii.
Nil longum quod finem habet: æternitati compara
tum omne tempus breue est. Hiero.sup illud
Ecclesiastici.xl . Non est dicere hoc nequius illo.
Omnia.n.in tpe suo cōprobantur. Ibidē.
Ne dicas priora tēpora meliora fuere: q̄ nunc sunt:
uirtutes faciunt dies bonos: uitia malos.
Seneca — Seneca epistola.lxvii.
Fluunt omnia & in assidua diminutione sunt: cor/
pora nostra rapiuntur fluminum more. Quicquid
uides currit cum tēpore. Homo fluida est materia:
& caduca: & omnibus obnoxia casibus.
Idem in prouerbiis.
Omnia aliena sunt: tempus tm̄ nostrum est: quotti/
Cicero. — die deterior posterior dies. Cicero de fi.bono.
& malorum li.v.
Omnium rerũ principia parua sunt: sed suis ꝑgressi
bus usa augentur. Cicero li.de senectute.
Horæ quidem cedunt: & dies: menses: & anni: nec ꝑ
teritum tēpus unq̄ reuertitur: nec quid sequat̃ sci/
Isocrates — ri pōt. Isocrates ad Dimonicū ser.admōitorio.
τὸ γὰρ ἄκαιρον πάντα χοῦλυ πηρόν.i.
Intempestiuum enim ubiq; molestum
Sophocles — Sophocles in Aiace.
ἅπανθ᾽ ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος πάλιν

ἅπαντα τ᾽ ἀνθρώπεια.i.
Dies deprimit: & extollit rursus.
Omnia humana. Idem in eodem.
ἅπανθ᾽ ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ᾽ ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται.i.
Omnia longum & innumerabile tempus
Producit in lucem occulta: & manifesta occultat.
Idem in eodem.
πάνθ᾽ ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ
φλέγει.i.
Omnia longo tempore flaccescũtq; & cōsumunt.
Idem in oedipode.
χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσι μόνος.i.
Tēpus iustum uiꝝ ostendit solum. Idē in eodē.
πάντα γὰρ ἐν καιρῷ καλά.i. Omnia enim in
tempore bona. Periander. — Periander.
μὴ πίστευε χρόνῳ.idest. Ne credas tempori.
Menander. — Menāder.
ἦθους δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώποις χρό/
νος.idest.
Moris autē index est hominibus tēpus. Idē.
ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.
Ducit autē ad lucē ueritatem tempus. Idē.
μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς
ἔχει.idest.
Longum eni æuum calamitates multas hēt. Idē.
πάντ᾽ ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς
φέρει.idest.
Omnia detegens tempus ad lucem fert. Idem.
σύμβουλος οὐδείς ἐστι βελτίων χρόνου
Consiliarius nullus est melior tempore. Idem.
χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται
Tempore omnia fiunt & indicantur. Idē.
χρόνος δ᾽ ἀμαυροῖ πάντα κεἰς λήθην ἄγει
Tēpus autē aufert oīa & obliuionē inducit. Plato. — Plato
αἰὼν πάντα φέρει. δολιχὸς χρόνος οἶ/
δεν ἀμείβειν.
οὔνομα καὶ μορφὴν καὶ φύσιν ἠδὲ τύ/
χην.i.
Tempus oia fert. Longum tempus nouit mutare
Nomen: & formam: & naturam: & fortunam. — Ex.i.Epig.
Ex primo Epigrammatum.
τῆς ὥρας ἀπόλαυε. παρακμάζει ταχὺ
πάντα.
ἓν ἔαρ ἐξ ἐρίφου τραχὺν ἔθηκε τρά/
γον.idest.
Pulchritudine fruere: deflorescunt cito omnia.
Aestas ex edo asperum fecit hircum. Ibidem.
τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον. ἢν δὲ
παρέλθῃ
ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.
Rosa urget breue tempus. Si autem præterierit
Quærens inuenies non rosam: sed spinam.

Virgilius — Virgilius Aeneidos li.x.
Stat ſua cuiq; dies: Breue & irreparabile tēpus
Omnibus eſt uitæ: Sed famā extendere factis
Horatius — Hoc uirtutis opus. Hora. cariuum li.iii.ode.vi.
Dānoſa quid non imminuit dies?
Hora. epiſtolaꝝ li.i. epiſtola.i.
Vt iugulent homies ſurgunt de nocte latrones.
Vt te ipſum ſerues non expgiſceris? at qui
Si nolis ſanus: cures Hidropicus: & ni
Poſces ante diem librū cum lumine: ſi non
Intendes animum ſtudiis & rebus honeſtis:
Inuidia uel amore uigil torquebere: nam cur
Quæ ledunt oculos feſtinas demere: ſi quid
Eſt animum: differs curandi corpus in annum.
Dimidium facti qui cæpit habet: ſapere aude:
Incipe: uiuendi qui recte prorogat anum:
Ruſticus expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur: & labetur in omne uolubilis euum.
Terentius. — Terentius comœdia.iii.
Dies adimit ægritudinem hominibus.
Ouidius — Ouidius Artis li.i.
Tempore difficiles ueniunt ad aratra iuuenci.
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus aſſiduo conſumitur anulus uſu.
Interit aſſidua uomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo? Quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.
Ouidius triſtium li.iiii. Eleg.v.
Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri:
Præbet & incuruo colla premenda iugo.
Tempore paret equus lentis animoſus hēnis:
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore pœnorum cōpeſcitur ira leonum
Nec feritas animo: quæ fuit ante: manet.
Quæq; ſui iuſſis obtemperat inda magiſtri
Bellua: ſeruitium tempore uicta ſubit.
Tempus ut extentis tumeat facit uua racemis:
Vixq; merum capiant grana q intus habent.
Tempus & in canas ſemen producit ariſtas:
Et ne ſint triſti poma ſapore facit.
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri.
Hoc rigidos ſilices: hoc adamanta terit.
Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras
Hoc minuit luctus: mœſtaq; corda leuat:
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa uetuſtas:
Præterq̄ curas attenuare meas.
Ouidius de ponto li.iii. Elegia.ix.
Læta fere lætus cecini: cano triſtia triſtis:
Conueniens operi tempus utrunq; ſuo eſt.
Ibidem li.iiii. Elegia viii.
Tabida conſumit ferrum: lapidemq; uetuſtas
Nullaq; res maius tempore robur habet.
Ouidius meta. li.ix. fa.ix.

Forſitā & miſſi ſit quædam culpa miniſtri:
Non adiit apte: nec legit idonea credo
Tempora: ne petiit horamq; animūq; uacantem.
Tibullus li.i. Elegia.iiii. — Tibullus
Longa dies homini docuit parere leones.
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus uuas:
Annus agit certa lucida ſigna uice.



Entatio gręce: πειρασμον. ου. ο. & πειραστής. ου. ο. tentator: & πειράζω tēto dicitur. Eſt autem tentatio experimenti ſumptio de eo: quod tentatur: an ſciat: uel poſſit: uel uelit: ſecundum bea. Tho. ſecunda ſcdæ. q. xcvii. ar. i. o.

Tentare a teneo deducitur: Et eſt experiri: exquirere: & uerbo: & quaſi manu tenere: uel a tendo: ut alii uolunt: uenit. Nam qui tētant: quaſi manum: aut aliam corporis partem tendunt.

Paulus ad Corinthios ca.x. — Paulus
Fidelis autem deus eſt: qui non patietur nos tentari: ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum: ut poſitis ſuſtinere.

Iacobus in epiſtola ca.i. — Iacobus
Beatus uir qui ſuffert tentationem: quoniā quum probatus fuerit: accipiet coronam uitæ: quam repromittit deus diligentibus ſe.

Auguſtinus ſuper ps.xxxii. — Auguſtin⁹.
Iuſtus ex fide uiuit: fides tua: iuſticia tua: quia utiq; ſi credis caues: ſi autem caues conaris: & conatum tuum nouit deus: & uoluntatem tuam inſpicit: & luctam cum carne conſyderat: & hortatur ut pugnes: & adiuuat ut uincas: & certātem ſpectat: & deficientē ſubleuat: & uincentē coronat.

Auguſtinus ſuper ps.lx.
Vita noſtra in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine peccato: ſine tentatione: quia profectus noſter per tentationem noſtram fit: nec ſibi quiſquam innoteſcit: niſi tētatus: nec poteſt coronari niſi uicerit: nec poteſt uicere: niſi certauerit: nec poteſt certare: niſi inimicum & tentationes habuerit.

Auguſtinus ps.lxi.
Tantum admittitur diabolus tentare: q̄tū tibi prodeſt: ut exercearis: ut proberis: ut qui te neſciebas: a te ipſo inueniaris. Aug. de uerbis dñi. ſer. vi.
Bonus ſi fuerit qui tibi præeſt: nutritor tuus eſt: malus ſi fuerit tentator tuus eſt: Et nutrimenta libenter accipe: & in tentatione approba te.

Augu. in homelia: & hēc. xiiii. q. v. Forte.
Forte aliquis cogitat & dicit. Multi ſunt Chriſtiani diuites: auari: cupidi: non habeo peccatum: ſi ſuꝫ

illis abſtulero: & pauperibus dedero: Vnde enĩ illi nil boni agunt: mercedem habere potero: Sed huiuſmodi cogitatio a Diaboli calliditate ſuggeritur: Nam ſi totum tribuat pauperibus quod abſtulerat: addit potius peccatum q̃ minuat.

Gregorius — Gregorius li.i.moralium.

Antiquus hoſtis ex proprio certamine: dum ſe ſuccumbere conſyderat: ad alia tentationum bella reſtaurat: Intuetur humãi generis uniuſcuiuſq; mores: cui uitio ſint propinqui: & illa opponit ante faciem: ad quæ facilius nouit inclinare mentẽ.

Grego.li.xxiiii.moralium.

· Hoſtis noſter q̃to magis ſibi rebellare conſpicit: tanto amplius ex pugna contendit. Eos enim pulſare negligit: quos quieto iure ſe poſſidere ſentit.

Ibidem lib.xxxi.

Multos ſua peius fœlicitas ſtrauit: Multos diuturna pax uictos reddidit: eoq; illos inopinatos hoſtes grauius pertulit: quo longo quietis uſu negligentes inuenit: Vnde ſancti uiri quum multa ſe proficere uirtutum proſperitate conſyderant: quodam ſupernæ diſpenſationis moderamine exerceri ſe etiam tentationibus exultant. Quia tanto robuſtius acceptam uirtutum gloriam cuſtodiunt: quáto tentationis impulſu concuſſi infirmitatẽ ſuam humilius agnoſcunt.

Io.Chryſo. — Io Chryſo.ſuper illud Matthæi.iiii. Mitte te deorſum.

· Non impulit: non tetigit: ſed tñ dixit: mitte te deorſum: ut intelligamus: q; qui obedit Diabolo ipſe ſe deponit: Diabolus enim ſuggere poteſt: cogere nõ poteſt.

Bernardus — Bernardus ſermone.xxxix.

Poteſt inimicus excitare tentationis motum: ſed in te eſt ſi uolueris dare: ſeu negare conſilium.

Leo papa — Leo papa in ſermone.

Non deſinit antiquus hoſtis tentationum laqueos ubiq; prætendere: ut quoquo modo fidem credentium ualeat corrumpere. Nouit enĩ cui illecebras carnis ingerat: cui uirus inuidiæ infundat: cui incitamenta luxuriæ apponat: nouit quem mœrore conturbet: quem gaudio fallat: quem metu opprimat: quem admiratione ſeducat: omnium diſcutit mores: omnium uentilat cauſas: omniũ ſcrutatur affectus: & ibi quærit cauſas nocendi: ubi uiderit quenq̃ diligẽtius occupari.

Idẽ ſermone.xxxv.

Nulla ſunt ſine tentationum experimẽto opera uirtutis: nulla ſine pturbationibus fides: nullũ ſine hoſte certamen: nulla ſine cõgreſſione uictoria.

Hugo — Hugo de Clauſtro animæ li.i.

Quattuor ſunt cauſæ tentationum. Prima eſt loci amœnitas: ut ciuitates & oppida: quæ non tantũ ex ſitu loci amœnitatem recipiunt: ſed ex inhabitantium gratia: Secunda uero cauſa eſt locus diuitiarum: Vbi enim diuitiæ: ibi piculum. Tertia uero cauſa eſt precioſus ornatus: ut eſt equorum cura pinguium: & ueſtimentorum exquiſitæ uarietates. Quarta autem mulierum ſpecies: quarũ uox blanditur auribus: & facies oculis.

THeologia græca dictio eſt nã θεός.ου.ὁ. deus dicitur. & λόγος.ου.ὁ. ſermo: oratĩo: ratio: uerbum: ſtudium. Quare Theologia eſt ſermo de deo uel diuinis.

Theologia eſt dignior cæteris ſcientiis: propter nobilitatem materiæ: certitudinem: & altiorem finem: ex bea. Tho.i.parte.q.i.ar.v.o.

Theologia eſt doctrina neceſſaria hominis pter ſcientias naturaliter inuentas ab eo: ſecundum eundem prima parte.q.i.ar.i.o.

De hac materia uide ſupra ĩ ſcriptura ſacra.

TErgiuerſatio græce πανουργία.ας.ἡ. & πανοῦργος.ου.ὁ. tergiuerſator dicit̃. Eſt autem tergiuerſari ab accuſatiõe omnino deſiſtere inordinate: ſecundum bea. Tho. ſecũda ſecundæ.q.lxvi.ar.iii.c.

TErminus græce ὅρος.ου.ὁ. & ὁρίζω termino dicitur. Eſt autem terminus proprie ſignũ quo ager ab agro diuiditur. De quo Ouidius li.faſt. Omnis erit ſine te litigioſus ager. Quare Numam Põpilium ſtatuiſſe ferunt: Si qs terminum exaraſſet: & ipſum & boues ſacros eſſe. Terminus nõnunq̃ pro fine accipit̃. Cicero. Quũ nullum tot calamitatibus: atq; ẽrũnis terminũ inueniremus Hinc termino uerbum: cuiuſ compoſita determino quod eſt delibero: & quaſi cogitatiõi terminum impono: Et extermino: quod eſt expello: eiicio: & ueluti extra terminos mitto. Et diſtermino quod eſt diuido: Terminalis lapis eſt terminus lapideus. Vocant dialectici terminos dictiões ex quibus orationes conſtituunt̃: dicuntq; q; Terminus eſt ſignum orationis conſtitutiuum: ut pars propinqua eiuſdem.

TErra gr̃: γῆ.ῆς.ἡ. uel γαῖα.ας.ἡ. & γήϊνος.ου.ὁ. terrenus dicitur. Eſt autẽ terra unum quattuor elemẽtorum ſiccum: & frigidum: & graue: & immobile a deo ex non ente ad eſſe prima die deductum: ſecundum Io. Damaſcænum li.ii.capitu.x.

TErræmotus græce σεισμός.ου.ὁ. & cauſatur principaliter a deo: ſecũdario autem a uento impellente alium uentum intra terram: ſecundum bea. Tho.ſup ps.xii.co.vi.

TError græce φόβητρον.ου.τό. & φοβέω terreo dicitur. Eſt autem Terror metus cõtingẽs: ex quo fit ut pudorem rubor: ſic ruborem pallor: & tremor: & dentium crepitus conſequatur. A terreo fit terror. Eſt enim terrere timorem alicui incutere: & quaſi in terrã proſternere:

quare a terra dictum terreo quidam uolunt. Hinc terrificus terrorem faciens: & terribilis. i. formidabilis: atq; horrendus. De hac materia habes infra ubi Timor.

Testamentum græce διαθήκη ... & διαθέτης testator dicitur. Est autem testamentum proprie percipiendæ hæreditatis institutio filiis a patre. Ideo primo pertinet ad promissiones: Secundo ad mandata: quæ se habent sicut uia ad consequendam hæreditatem promissam. ex. b. Tho. iii. parte. q. lxxviii. ar. iii.

Testamentum dicitur: q uoluntatis nostræ ueluti testimonium sit: unde ultima uoluntas: & suprema uoluntas appellatur. Quare Vlpianus sic illd diffinit: q sit uoluntatis nostræ iusta sententia: de eo qd post mortem nostram fieri uoluerimus. Testamentum falsum illud dicitur: quod non est secundum testatoris uoluntatem scriptum: sed habet aliquid additum: uel diminutum: uel mutatum: uel aliud pro alio suppositum. Irritum autem testamentum est quod de iure inualidum: ut si is q testatur sit capite diminutus: uel si alia requsita defuerint &c.

Testis græce μάρτυς ... & μαρτυρία ... testimonium dicitur. Testes antiquitus superstites uocabantur: eo q supra causarum statum proferebat. Nunc parte nominis ablata testes uocantur. De uerbo sig. Forus. §. Testes. Testis dicitur quasi antestis: hoc est aute stans: uel ut aliqui uolunt: quasi tenens statum. In testibus. vi. sunt attendenda. uersus.

Aetas conditio sexus: discretio: Fama:
Et Fortuna: Fides: in testibus ista requiras.

A testis uenit Testatio: & Testimonium quæ proprie dicta testium sunt. Exodi ca. xx. — Exodi

Non falsum testimonium dices. Deuteronomii. vi. & Matthæus. xviii. — Deutero.

In ore duorum: uel trium constat omne uerbum. Prouerbiorum ca. xiiii. — puerbior.

Liberat animas testis fidelis. Idē ca. xviii.

Testis falsus non erit ipunitus. Idē ca. xxi.

Testis mendax peribit. Hiero. contra Ruffinum epistola. xl. — Hierony.

Vni testi: neq; Catoni: credeunum est.

Ambro. de spū sctō li. i. — Ambrosi.

Tres testes unum sunt: sicut Ioānes dixit: aqua: sanguis: & spiritus: Vnum in mysterio: non in natura. Aqua igitur testis est sepulturæ. Sanguis uero testis est mortis: spiritus testis est uitæ: si qua ergo in aqua grata non ex natura: sed ex præsentia spiritus est. Ambro. epistola. lxvi.

Duobus aut tribus testibus stat omne uerbum: sed illis testibus qui ante hesternum: aut nudius tercius non fuerunt inimici: ne irati nocere cupiant: ne læsi ulcisci se uelint: Inoffensus igitur affectus testium quæritur: ita tamē ut accusator proprius in medium procedat. Isydorus de summo bono. li. iii. capi lix. — Isydorus

Testis falsidicus tribus est obnoxius: deo quem contēnit: Iudici quē decipit: Innocēti quē lædit. Ibi.

Testibus falsis cōdictis tarde ueritas reperitur: Qd si separati fuerint examinæ iudicis cito manifestā tur. Nam sicut in unitate prauorum grandis ē fortitudo: ita in separatione maior infirmitas.

Phocylides. — Phocylides

μαρτυρεῖν ψευδῆ φεῦγε, τὰ δίκαια λέγειν.

Testimoniū falsū fuge: sed uera loqre. Hesiodus. — Hesiodus

εἰ δέ τι κα ... μάρτυρα θέσθαι.

Et fratri ridens testem adhibe. Iuue. satyra. viii. — Iuuenalis

Ambiguæ si quando citabere testis:
Incertæq; rei: Phalaris licet imperet: ut sis
Falsus: & admoto dictet periuria tauro:
Summum crede nephas animā præferre pudori:
Et propter uitam uiuendi perdere causas.
Dignus morte perit.

Timor græce φόβος. ου. ὁ. & φοβέομαι timeo dicitur. Est autē timor metus mali impendentis: secundum Cicero. li. tus. q. Timor est expectatio mali: secundum Aris. li. iii. Ethicorum.

Timor est ex imagiatione futuri mali corruptiui: ac dolorem inferentis p turbatio quædā ac dolor: secundū Ari. li. ii. Rhet.

Timor inter cæteros animi motus: post tristiciā ma gis obtinet ratioēm passionis: & ē specialis passioē secundum. b. Tho. prima scdæ. q. xli. ar. i. ii. o.

Timor diuiditur in sex: In segniciem: Erubescētiā: Verecundiam: Admirationem: Stuporē: & Agoniam. ex Io. Damasceno li. ii. c. xv.

Timor a Pauore qd differat: Vide supra i Pauor.

Timidus est qui cūcta fugit: & formidat: nulli q re sistit: scdm Ari. li. ii. Ethicorū.

Timidus est qui naturaliter timet: Timens uero q timet ob causam. Deuteronomii ca. xxxi. — Deutero.

Viriliter agite: & confortamini: Nolite timere.

Augu. contra Pelagium li. ii. — Augustin.

Quando timore pœnæ: non amore iusticiæ fit bonum: nundum bene fit bonum: nec fit in corde qd

fieri uidetur in opere: quando mallet homo nõ facere: si posset ipune.
Hierony⁹. Hiero. sup Matthaeũ.

Timor dei corrigit: timor hominum differt actionẽ: sed uoluntatem non aufert: sed auidiorẽs reddit ad crimen quos aliquando suspendit a crimine.
Gregorius — Gregorius li. i. moralium.

Qui timet deum nihil negligit. Timere deũ est: nulla quae facienda sunt bona praeterire. Ibidem.

Quum quis timore adhuc bona agit: a malo penitus non recessit. Quia eo ipso peccat: quo peccare uellet: si inulte potuisset. Ibidem li. ii.

· In uia dei a timore incipitur: ut ad fortitudinem ueniatur. Nam sicut in uia saeculi audacia: fortitudinem: ita in uia dei audacia debilitatem parit. Et sicut in uia saeculi timor debilitatem: ita in uia dei timor fortitudinẽ gignit. Greg. in pastorali.

Si adhuc a praua actione formidata poena ꝓhibet: & profecto formidantis: animum nulla spiritus libertas tenet: Nã & si poenam non metueret: culpã proculdubio perpetraret. Grego. super illud Iob. iii. Quare non in uulua &c.

Quum ex peccato praesens poena metuitur: & annexa dei facies non amat᷑: timor ex timore est: non
Io. Chrys. ex humilitate. Io. Chrys. in ser. Io. Baptistae.

Facile deuiat a iusticia: qui in causis non deũ: sed homines pertimescit. Hic timor peccãdi facultatem differre potest: uoluntatem auferre non potest: Solus est dei timor: qui mentes corrigit: fugat crimina: innocentiã seruat: & omnis boni tribuit facul-
Cassiodor⁹ tatẽ. Cassio. sup illud ps: Dulcis & rectus dñs.

Quum audis ꝙ dominus tuus dulcis est: attẽde qd diligas: Quum audis ꝙ rectus: attende quid timeas: ut amore & timore dei excitatus legem eius cu-
Cicero stodias. Cicero li. i. de legibus.

Quid contẽptius timiditate? Ibidẽ li. ii.

Quã multos diuini supplicii metus a scelere reuocauit? Cicero li. paradoxoꝝ.

Tu dies noctesq; cruciaris: cui non sat est quod est: & ipsum quod habes: ne diuturnum sit futuꝝ: times. Idem Rhetoricoꝝ nouoꝝ li. ii.

Tres pestes sunt quae omnes homines sollicitãt: Metus: Cupiditas: & aegritudo: Satis eni fuerat dixisse metũ: cupiditatẽ. Quoniã aegritudinẽ cũ utraq; re conuinctam esse necesse est.
Lactan. fir. — Lactan. firmia. di. institu. li. ii.

Timiditas in sapiente esse non debet.
Plautus — Plautus in Mostellaria.

Qui homo timidus erit in rebus dubiis: is nauta nõ
Lucanus erit. Lucanus pharsaliae li. iiii.

Audendo magnus tegitur timor. Ibidẽ li. vii.

· Multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali. Fortissimus ille est
Iuuenalis Qui promptus metuenda pati. Iuue. satyra. x.

Quid enim ratione timemus?
Aut cupim⁹? Quid tam dextro pede cõcipis? ut te
Conatus non poeniteat: uotiq; peracti.

Tyrannis graeca dictio ẽ τυ ϱαννισ . ιδοσ . α'. & est dominatus unius ad propriũ cõmodum: secundum Ari. li. iiii. polyticoꝝ.

Tyrannus est qui quod sibi conferens ẽ intendit: Rex uero qui quod est utile subditoꝝ. ex Ar. viii. Ethi.

· Tyrannus apud antiquos etiam pro bono principe accipiebatur. Virg. Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyranni. Usus deinde obtinuit: ut pro eo demũ poneretur: qui dominatu crudeliter abuteret᷑. A tyrann⁹ fit tyrannicida: qui tyrannũ interficit.
Iob capitu. xv. Iob.

· Cunctis diebus suis ipius supbit: & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: & quum pax sit: ille semp insidias suspicat᷑. Non credit ꝙ reuerti possit de tenebris ad lucem: circunspectans undiq; gladium. Quum se mouerit ad quaerendum panẽ: nouit ꝙ paratus sit in manu eius tenebraꝝ dies. Terrebit eum tribulatio: & angustia uallabit eum.
Prouerbiorum ca. xxv. ꝓuerbioꝝ.

· Aufer rubiginem de argento & egredietur uas purissimũ. Aufer impietatem de uultu regis: & firmabitur iusticia tronus eius. Idẽ ca. xxviii.

· Leo rugiens: & rursus esuriens: princeps impius super populum pauperẽ. Prouerbioꝝ ca. xxix.

· In multiplicatione iustoꝝ laetabitur uulgus: quum impii sumpserint principatum gemet populus.
Sapientia cap. xvi. Sapientia

· Oportebit enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem. Gregogius
Grego. moralium. xii. sup illud Iob. x. Numerus annoꝝ tyrannidis eius incertus est.

Tyrannus est qui in cõmuni repu. non uere principatur. Boetius de phylosophica consolatione li. i. met. iiii. Boetius

Quid tñ miseri saeuos tyrannos
Mirantur: sine uiribus furentes?
Nec speres aliquid: nec extimescas:
Exarmaueris impotentis iram.
At quisquis trepidus pauet uel optat:
Quod non sit stabibilis: sui q; iuris
Abiecit clipeum: locoq; motus:
· Nectit qua ualeat trahi cathenam.
Cicero li. de Amicicia. Cicero

In uita tyrannoꝝ nulla fides. Idẽ li. iii. officioꝝ.

Nulla nobis est societas cũ tyrannis: sed potius sum

ma distinctio: Neq contra naturam ē spoliare est si potes: quem etiā honestum est necare: Atq hoc genus pestiferum: & impium ab hominum cōmunitate exterminandum. Et enim ut mēbra quædā amputantur: si & ipsa sanguine & tanq̄ spiritu carere coeperunt: & nocent reliquis partibus corporis: Sic ista in figura hominis feritas: & immanitas belluæ a cōmunitate: tanq̄ humanitate corporis
Seneca segreganda est. Seneca Tragoedia.i.
Quod ciuibus tenetur inuitis: scias
Strictus tuetur ensis. Idem tragoedia.iiii.
Sollicito bibunt auro superbi:
Quam iuuat nuda manu captasse frontem.
Seneca de Ira li.ii.
Periculosius est timeri: q̄ despici: Necesse est ut multos timeat: quem multi timent. Idē trag.i.
Victima haud ulla amplior
Potest magisq opima mactari Ioui:
Quam rex iniquus.
Idē in Tantalo comoedia.ii.
Iniqua nunq̄ īperia retinentur diu. Idē trag.vi.
Violenta nemo imperia cōtinuit diu: Moderata du
Aristoteles rant. Ar.li.viii.Ethicorum ca.vi.
Tyrannus sibi ipsi conferens intendit: Rex autem qd subditorum. Prauitas Monarchiæ tyrānus. Malus autem rex malus fit. In tyrannide nihil utile: parum amicitiæ est. Idē poly.li.iii.ca.viii.
Ciues custodiunt armis reges tyrannos: haud extranei. Hii quidem enim secundum legem & iuolun/tariis: hii autem uoluntariis principantur.
Idem li.v.cap.vii.
Si per tyrannidem principatur aliquis: uel per uiolētiam: iam ex hoc tyrannus uidetur esse. Non uolētibus mox nō erit: sed tyrānus & nō uolentium.
Sophocles Sophocles in Aiace furente.
τόν τύραννον ἐυ σεβεῖν ου ῥᾴδιον.i.
Tyrannum bene colere non facile.
Iuuenalis Iuuenalis satyra.iiii.
Sed quid uiolentius aure tyranni?
Cum quo de pluuiis: aut æstibus: aut nimboso
Vere locuturi: fatum pendebat amici. Ibidē.
Quicquid conspicuum pulchrūq est æquore toto:
Res fisci est: ubicunq natat.
Dantes Dantes inferni cantica.
Hor ci mouemo colla scorta fida:
Longo la broda del color uermiglio:
Doue bolliti faceano altri strida.
Io uedi gente sotto in fin al ciglio:
El gran centauro dixe: e son tyramni
Che dur el sangue e ellauer dil piglio.
Quiui se piangon li spietati dāni.
Quiui e Alexandro: & Dionisio fero:
Che fe Sicilia hauere dolorosi anni.

Titulus græce τιτλος.ου.ο. uel τίτλος.ου.ο. dicitur. Est autem titulus proprie index cuiuscunq operis. In statuis.n. & picturis titulum dicimus litteras quæ: uel artificis: uel eius cuius statua: siue imago est nomen demonstrat: uel tempus quo factum ē declarat. Dicitur autem titulus a tuēdo: quasi tutulus: q tuetur factum authoris.

Tolerantia græce καρτερία.ας. & καρτερεῖν tolero dicitur. Est autem tolerantia idē quod patientia: uenit q a tolero: quod ē patienter fero. De hac materia hēs supra ī Patiētia.

Tonitruum græce βροντή.ῆς. & βροντάω tono dicitur. Est autem tonitruum sonus factus in nubibus ex uiolēta pcussiōe exhalatōis calidæ: & siccæ ad latera nubis. uel sic. Tonitruum est sonus exhalationis siccæ: quæ intercluditur in transmutatione infrigidati aeris: & cōuenientibus nubibus segregatur: ui autem lata & offendens ad continentes nubes facit pcussuram. Tonitruum non est extinctio ignis in nube: sed fit ex pcussione uaporum infra nubē: secundum bea. Tho. super ps.xvi.co.xiiii.

Tormentum græce βάσανος.ου.ο. dicit. Et significat omnem machinam ad torquēdum saxa: quod ueteres etiam tortum appellauere. Significat etiā dolores corporis ad eruēdam ueritatem. Veteres etiam posuere tormentū pro quocunq cruciatu. Venit autem a torqueo: cuius frequentatiuum est torto: & eius passiuum tortor: hoc est uehementer torqueor. hinc uenit tortor qui torquet: hoc est cruciat: uel lapidem tormento iacit.

Torpor græce νάρκη.ης. & ναρκάω torpeo dicitur. Est autē torpor remissio in executione boni: & est filia acidiæ. Quomodo autem a Pigricia differat: & a negligentia: Vide supra in Negligētia. De hac materia uide supra i Acidia: Negligētia: ocium: & Pigricia.

Totum græce ὅλον.ου.τό. dicitur. Est q cui nihil deest. Differunt autē totus & ois. Quod totus ad quantitatem refertur: ut tota domus: tota urbs: totū corpus aliquod integrū. Omne de uniuersis dicimus numero distinctis: ut omne pecus: omnis grex. Confunditur tamen nō nunq̄ hæc proprietas a poetis. Totus a tot dicitur: sicuti quotus a quot.

Toxicū græca dictio ē: & τοξικόν.ου.τό. dicitur. Sunt autem toxica quibus sagittæ tinguntur: Aliqui uolunt dictum toxicū: quasi taxicum a taxo arbore: quæ abieti similis: sed minus uirens: gracilisq & tristis: nullo succo: baccas fert quibus letale uenenum inest: præcipue

in Hispania: Ego uero poti⁹ crediderim taxum dici a toxico. Differt autẽ toxicum a Veneno: Quia Venenum qd̃ graece φάρμακον.ου.τὸ. dicunt generale nomẽ est ad oia quae naturam eius cui adhibita sunt mutat. Toxicum aũt ueneni species est. Qui uero dicit uenenum debet adderẽ bonum uel malum: Nam & medicinae uenena sunt: qa eo nomine omne cõtinetur: quod adhibitum naturam eius cui adhibetur mutat. Ita & graeci φάρμακον tam medicamenta: q̃ quae nocent uocant.

Tranquillitas graece γαλήνη.ης.ἡ. & γαλήνος.ου.ὁ. tranqllus dicitur. Est autẽ tranquillitas quies maris. scd̃m.b.Tho.super libris Metaphi.v.lec.vi.fi.

Tranqllitas ẽ qua mites ac sedati sunt animi ab omni perturbatõe: sumpta a fluctib⁹ translatõe: Cuius contrarium: est atrocitas: & fluctuatio.

Trapezita graeca dictio est τραπεζίτης.ου.ὁ. Est qꝫ campsor pecuniaꝝ: q a nñs argentarius dr̃. uel mensarius: uel nummularius. Nam τράπεζα.ης.ἡ. mensa dr̃.

Transgressio graece ὑπέρβασις.εως.ἡ. & ὑπερβάτης.ου.ὁ. trãgressor: & ὑπερβαίνω transgredior dr̃. Est autẽ ꝓprie trãsgressio: agere cõtra praeceptum negatiuum: Et est cõis omni peccato materialiter. Sed formaliter est speciale peccatum dupliciter. s. ut dicit contẽptum ꝓcepti: & ut differt ab omissione: ex.b.Tho. scda scdae.q.lxxix.ar.ii.o.

Tremor graece τρόμος.ου.ὁ. & τρέμω tremo: & τρομερός.ου.ὁ. tremendus dr̃. Est autẽ Tremor effectus timoris: pp debilitatem uirtutis ex defectu caloris. ex.b.Tho. prima scdae.q.xliiii.ar.i.

Tremit cor maxime timẽtibus: & quae connectuntur pectori: ut uox: labium inferius: mandibula inferior: brachia: man⁹: quia calor deserit cor: & descendit ad inferiora: uel quia haec mẽbra sunt mobiliora: sicut & genua: ex.b.Tho. Ibidem.ar.iii.

Trepidatio graece δειλία.ας.ἡ. & δειλός.οῦ.ὁ. trepidus: & δειλιάζω trepido dr̃. Est autẽ Trepidatio aio offusus horror: gestu motuqꝫ corporis festinando ultro citroqꝫ incursando dem onstratus.

· TRIBVLATIO propter Quinqꝫ. s.
- Vt Christus glorificetur: Exẽplum caeci a natiuitate: Ioannis. capitulo.ix.
- Vt meritum ei cumuletur: Exemplum Iob.c.ii. In oibus his non peccauit Iob.
- Vt fastus non dominetur: Exemplum Pauli secundae Cor.xii. Ne magnitudo reuellationum &c̃.
- Vt poenis culpa expietur: Exemplum Mariae leprosae. Numeri.xii.c.
- Vt dupliciter crucietur: Exemplum Herodis Aschalonitae. Actuum.c.xiii.



Tribulatio graece σύμφορά.ας.ἡ. dr̃. Et est idẽ qd̃ calamitas: aduersitas.

Tribulatio a tribulo uẽit: Est enim tribulus haerba pungitiua: secundum.b.Tho.sup ps.iii.col.ii.

Tribula etiam sunt genus uehiculi quo teruntur frumenta. Virgilius. Tribulaqꝫ: traheaeqꝫ: & iniquo pondere rastri.

Actuum — Actuum apostoloꝝ.c.xiiii.

· Per multas tribulatões oportet nos intrare ĩ regnũ dei.

Augustin⁹ — Augustinus ĩ sermone ad lippium.

Noli admirari frater: si postq̃ Christianus effect⁹ es mille te undiqꝫ tribulationes uexant. Vide supra ĩ patientia.

Idem super.ps.lx.

· In fornace ardet palea: & purgatur aurum. Illa ĩ cinerem uerti͛. Fornax mundus: aurum iusti: ignis tribulatio: artifex deus: Quod uult ergo artifex facio: Vbi põit me artifex tolero. Iubeor ergo tolerare: nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incẽdendum me: & quasi consumendum me: illa quasi in cinerem uertitur: ego so rdibus careo.

Augustinus super Ioannem.

· Quod te dñs permisit pati flagellum corrigẽtis est: nõ poena damnantis. Ad haereditatem sempiternam erudimur: & flagellari dedignamur.

Hieronymus in epistola ad Heliodorum. Hierony⁹.

· Quis non tribulari uelit? quis se non maledici desyderet? ut mereatur Christi uoce laudari: & caelesti copiosaqꝫ mercede munerari: Vtinã cõtra domini mei nomẽ: atqꝫ iusticiam cuncta infidelium turba me ꝑsequatur: & tribulet. Vtinam ĩ opprobrium meum solidius hic mundus exurgat: tãtum ut merear a Christo laudari: & ad suae pollicitatõis properare mercedem. Grata atqꝫ desyderata tentatio est: cuius praemium perpetra͛ a Christo in caelo.

Idem in epistola ad Cyprianum.

Quanto in hoc saeculo ꝑsecutionibus: paupꝑtate: inimicoꝝ potentia: uel morboꝝ crudelitate fuerim⁹ afflicti: tanto post resurrectionem ĩ futuro maiora praemia cõsequemur. Ambro.li.de morte Satyri. Ambrosius

Quid ĩ hac uita non experimur aduersi? Quas non

procellas? tempestatesq; perpetimur? Quibus non exagitamur icommodis? cuius parcie meritis? Ambrosius de Isaach.

· Multi sunt q in ocio quærunt Christum: & non inueniunt: & sunt q quærunt in persecutionibus: & cito inueniunt. In periculis fidelium suorum adest. Grego. super Ezechielem. Gregorius

· Donis suis deus flagella permiscet: ut nobis omne quod nos in sæculo delectabat amarescat: & illud incendium surgat i animo: quod nos semp ad cæleste desyderium inquietet: & excitet: atq; (ut ita dicam) delectabiliter mordax suauiter cruciet: hilariter cõtristet. Idem in Pastorali. c. li.

De spe æternæ hæreditatis gaudium sumant: quos aduersitas uitæ temporalis humiliat. Quia nõ saluandos in perpetuum cerneret: si erudiendos sub disciplinæ regimie diuina dispẽsatio nõ frenaret. Gregorius li. i. moralium.

Virtus inquit per qetem se exercuit. Cm Iob: sed uirtutis opinio cõmota p flagella fragrauit. Sicut inquit aromata fragrantiam suam non nisi quum incendunt expandunt: ita sancti uiri omne quod uirtutibus redolet in tribulationibus innotescunt. Idem li. ii. moral.

· Afflicti terrena perdimus: sed afflictiõem humiliter sustinentes cælestia multiplicamus. Ibidẽ li. xxiii. Secreto dei consilio agitur: ut eius pegrinatõis tempore electoꝝ uita turbetur. Via quippe ẽ uita pñs: qua ad patriam tendimus: & icirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione contenimur: ne uiã pro pria diligamus. Greg. li. xxvi. moralium.

· Aurem cordis tribulatio aperit: quam sæpe prosperitas huius mundi claudit. Idem li. xxvi. mor. Scõꝝ mentes æternitatis præmia præstolantes: uires ex aduersitatibus sumunt: quia cresc̃ẽte pugna gloriosiorem sibi non ambigunt manere uictoriã. Electoꝝ desyderia dum premuntur: aduersitate p ficiunt. Sicut ignis flatu premitur ut crescat: & unde quasi extingui cernitur inde roboratur. Gregorius Homelia. xl.

· Mala Lazari purgauit ignis inopiæ: & bona diuitis remunerauit fœlicitas transeuntis uitæ: illum pauptas afflixit: & torsit. Gregor. i Registro. In oĩpotente deo tunc certa est fiducia qñ pro bono ope aduersitas additur. In hoc mũdo recipitur: ut pulchrior merces in retributione æterna seruetur. Isydorus li. ii. c. i. de summo bono. Isydorus.

Iustus in pœnis gaudere debet: & impius i pspèrita tib' timere debet. Neq; a iusto: neq; a reprobo deus misericordiã suam abstrahit: Nã & bonos hic p afflictionẽ iudicat: & illic p misericordiam & miserationem remunerat. Malos autẽ hic remunerat p tẽporalẽ clementiam: & illic punit p æternã iudiciam. Isydorus Soliloqoꝝ li. i. c. iiii.

· Semper deus hic hos uulnerat: quos ad salutem perpetuã præparat. Ber. li. de conscientia. Bernard'.

· Quosdam sciens deus multum peccare posse i salute: flagellat eos ĩfirmitate corporis: ne peccent: certens utilius eis languoribus frangi ad salutẽ: q̃ remanere icolumes ad damnationem.

Lactan. Fir. li. v. c. xxiiii. diui. insti. ad. gen. Lactã. Fir.

Vnde nemini miꝝ debet uideri: Si p nris delictis castigamur a deo. Immo uero qũ uexamur: ac premimur: tum maxime gratias agim' idulgẽtissimo patri: q corruptellam nostram nõ patitur longius pcedere: si plagis & uerberibus emendat. Ex quo itelligimus reꝝ deo curæ: qbus cui quãdo peccamus irascitur. Macrobi' li. i. saturna. Macrobi'

· Non oĩno diis exosos esse q i hac uita cum erumnarum uarietate luctantur: sed esse arcanas causas: ad quas paucoꝝ poterit uenire curiositas.

Paulus Orosius de Ormesta li. iiii. P. Orosius

Tribulatões & plagæ & si pleruq; p aereas potestates fiũt: tñ sine arbitrio oĩpotẽtis dei nõ fiũt. De hac materia habes supra ubi Aduersitas: Patiẽtia: & Prosperitas.

Tributum græce τέλος. τος. τὸ. & τί/λωμ. ματος. tributoꝝ collector dr. Est autem tributum quod pricipi tribuitur p generali regimine. Vectigal uero quod tribuitur pro reparatõe: & custodia de mercimoniis: ex. b. Tho. sup epistõ. ad Ro. xiii. lec. i. fi.

Tributum a tribus dr: q; ea pecunia q̃ populo ĩperata erat: tributim soluebatur. Liuius tñ putat q; tribus dicat a tributo. Tribus autem dicta ẽ qñ ager romanus in tris partes primo diuisus fuit: & tres populi partes factæ. Vna Tatiensium a Tito Tatio rege sabinoꝝ amico populi romãi. Alia Ramnium: siue Ramnẽsium a Romulo. Tercia luceꝝ a Lucumone: Sed postea aliæ quoq; urbis partes factæ quæ similiter tribus appellatæ sunt.

Trinitas g̃ τριάς. άδος. f. & τριάκοντα triginta dr. Trinitatis nomẽ significat unitatẽ essentiæ i recto: & numeꝝ psonaꝝ in obliquo: quo ad Ethimologiã: sed quo ad sigificationẽ est econuerso. ex. b. Tho. i. pte. q. xxxi. ar. i.

Trinitatẽ non esse i diuinis est ipossibile. ut Ibidem. Ioannes priæ. c. v. Ioannes.

· Tres sunt q testimonium dant i cælo: pater: uerbum: & spiritus sanctus: & hii tres unum sunt. Et tres sunt q testimonium dant i terra: spiritus: aqua: & sanguis: & hii tres unũ sunt. Aug. li. de Trinita. Augustinus

Vbi quæritur unitas trinitatis patris: filii: & spiritus sancti: nec periculosius alicubi erratur: nec labori/osius aliquid quæritur: nec fructuosius aliqd inue/nitur. Non pigebit me sicubi hæsito discere. Quis qs ergo hoc audit uel legit: ubi pariter certus est: pergat mecum: Vbi pariter hæsitat: quærat mecu: Vbi errorē suum cognoscit: redeat ad me: ubi me/um: reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis uiam: tendentes ad eum: de quo scriptum ē. Quæ/rite faciem eius semp. Idē li.vi. de trinitate.

· Qui hoc .i. trinitatis mysteriū: uel ex parte: uel pare speculum & I ænigmate uidet: gaudeat cognoscēs deum: & grās agat: Qui uero non uidet: tendat p pietatē ad uidendum: nō p cæcitatē ad calumnian dum: qm̄ unus est deus: sed trī trinitas. Ibidē.

· In summa trinitate tantum ē una: q̄tum tres simul sunt: & nec plus aliqd sunt duæ: q̄ una res: & in se ifinita sunt i singulis: & singula i oib⁹: & oia i oib⁹: & unum oia. Aug. de ucrbis dñi.

· Videmus solem in cælo currētē: fulgētē: calentem: Similiter ignis tria hēt: hoc ē: motum: lucē: & fer/uorem. Diuide ergo si potes Ariane Solem: uel ignem: & tunc demum diuide trinitatem.

Gregorius — Greg. li. xxx. Moralium.

· Aperte tunc uidebimus quomodo & unum diuisibi liter tria sunt: & indiuisibiliter tria unum.

Bernard⁹. — Bernardus in sermone de Trinitate.

· Inquirere de trinitate: peruersa curiositas est: & cre dere & tenere sicut sancta ecclesia tenet: fides: & se curitas est: Videre autē eā sicuti est: pfecta & sum ma fœlicitas ē.

Isydorus — Isydorus li. Ethimologiaꝝ.

· Trinitas dicitur quasi trium unitas: quia pater: fi/lius: & spiritus sanctus sunt trinitas & unitas. Idē enim & unum sunt propter maiestatis communio nem: & tres per proprietatem personaꝝ.

Dantes. — Dantes purgatorii .c. iii.

· Matto e chi spera che nostra ragione
Possa transcorrer linf. nita uia
Che tene una sustantia in tre persone.



Tristicia græce λύπη. &c. λυπηρός. ὁ. tristis: & λυπεῖσθαι tri/stor dicitur. Est autē Tristicia appræhēsio discōueni entis in appetitu intellecti uo: uel uolitiuo nobis nolē tibus euenientis.

Tristicia est passio anima/lis media inter duas passiones irascibilis: quia seq/tur timorem: & prior est ira: quam etiam causat. Scđm .b. Tho. pria scđæ .q. xxv. ar. i. c.

Tristicia inter omnes animæ passiones maxime cor pori nocet. Scđm eādē pria scđæ .q. xxxvii. ar. iiii. o.

Tristiciæ species sūt q̄ttuor scilicet Acidia: Achos: & Misericordia: scđm Ioan. Dama. li. ii.

Tristis mœstum significat: Diciturq; a tero quod ē consumo: Tristis quasi tritus: hinc tristicia hoc est mœsticia deriuatur. Tristis capitur etiam pro do/ctor: ut tristis philosophus. Significat etiā amaꝝ: Vt: Tristisq; lupini.

Prouerbiorum .c. xv. — puerbioꝝ.

· In mœrore animi deiicitur spūs. Ibidē .c. xvii.
· Spiritus tristis exsiccat ossa. Prouer. c. xxv.
· Tristicia nocet cordi. Ecclesiastes .c. vii. — Ecclāstes
Cor sapientium ubi tristicia: & cor stultoꝝ ubi læ/ticia. Ecclesiastici .c. xiiii. — Ecclāstici
Fœlix qui non habuit animi sui tristiciam: & nō ex cidit a spe sua. Ecclesiastici c. xxx.
Melior est mors: q̄ uita amara Ibidem.
· Tristiciam non des animæ tuæ. Ibidem.
Multos .n. occidit tristicia. Ecclesiastici .c. xxviii.
A tristicia festinat mors. Ibidem.
· Ne dederis in tristiciam cor tuum.

Aug. li. confessionum. — Augustin⁹

· Memoria quasi uenter est animi. Læticia uero atq; tristicia quasi cibus dulcis: & amarus.

Ioannes Chrysostomus: & habetur .xiii. q. ii. c. Vbicunq;. — Io. Chrys.

Lugere autem: & deplorare: & lamentari eos q ab hac uita decedunt: ex pusillanimitate contingit: Hoc autem ex desperatione futuræ resurrectionis intelligitur. Vnde & apostolus non simpliciter ait: Nolumus uos ignorare de dormientibus ut nō cō tristemini: sed addidit: Sicut & cæteri qui spem non habent. Pietatis nāq; affectu humanitatis in tuitu mortuos lugere non prohibemur: sicut non nullos sanctorum aliorum exequiis pias lachry/mas impendisse legimus.

Hugo li. iii. de Anima. — Hugo

· Vis nunquam esse tristis: bene uiue: bona uita sem per gaudium habet.

Cyprianus: et habet .xiii. q. ii. c. Q uā pposteꝝ. — Cyprianus

· Q uā pposteꝝ ē q̄ q; puersum: ut quū uolūtatē dei fieri postulamus: qm̄ uocat nos: et accersit nos de hoc mūdo: nō statim uoluntatis eius impio parea/mus. Obnitimur & reluctamus: & peruicacium more seruorum ad cōspectum dñicum cum tristi/cia: & mœrore producimur: exeuntes istinc necesſitatis uinculo: non uoluntatis obsequio. Et uolu/mus ab eo præmiis cælestibus honorari: ad quem uenimus inuiti. Seneca li. de moribus. — Seneca

· Tristiciā si potes non admiseris: sed si nō potes: om/nibus nō ostenderis. Arist. li. vii. Ethicoꝝ. — Aristoteles
Delectationi itellectuali non est admixta tristicia.

Menander. — Menāder

ἀεὶ τὸ λυποῦν ἐν δίκαις τὸν βίον .i.

Semp aliqd tristicia afficiés psecutum é uitá. Idé.
ἀεὶ τι συγγενὲς τῇ λύπῃ καὶ βίος.i.
Nam est consanguineũ qd tristicia & uita. Idem.
βίου ἄλυπον θνητῷ ὄντι οὐ ῥᾴδιον.i.
Viuere sine tristicia mortali existenti nõ facile. Idé.
λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους.i.
Tristiciæ.n.hominibus pariunt morbos. Idem.
οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν.
Non est tristicia peius hominibus malum. Idem.
τὸ ζῆν ἄλυπον ἀνδρὸς ἐστὶν εὐτυχοῦς.i.
Viuere sine tristicia uiri est fortunati.

Ouidius Ouidius de ponto li.i.Elegia ultima.

Vnda locusq; nocent:& causa ualentior istis
Anxietas animi quæ mihi semper adest.

Tumor græce οἴδημα.ατος.τὸ.et οἶδος tumeo dicitur. Tumor mentis est filia iræ: & est qdam conatus: seu audacia hominis intentantis uindictam: & est quando quis implicat mentem deliberate in uarus modis:& uiis: quibus possit proximum offendere.

Tumor mentis obstaculum est ueritatis: scdm.bea. Tho.super Isai.ix.lec.ii.co.i.

Tumultus græce θόρυβος.ου.ὁ.& θορυβέω tumultuor dicitur. Est autem tumultus locutio cõfusa: & precipue locutio multorũ simul: scdm.b.Tho.sup Isai.xvii.lec.ii.co.i.

Tumultus est: ut cum Cicerone Quintilianus inqt: tumor mult⁹:u t autem Zeno:uocis complosæ per metum eruptio.

Turpiloquium græce αἰσχρολογία.ας.ἡ.& αἰσχρός.ου.ὁ.turpis dicitur. Est auté turpiloquium filia luxuriæ: Quia luxuriosi:quorum est cor turpibus delectationib⁹ plenum:& concupiscentiis: de facili ad turpia uerba prorumpunt.ex.b.Tho.scda scdæ.q.cliii.ar.v.

Vacuum græce κενόν.ου.τὸ.& κενόω uacuo dicitur. Est autem uacuum:locus priuatus corpore:scdm Aristot.li.iiii. Physicorum.

A Vacuum uaco deducitur. Est enim uacare proprie uacuum esse. Vacare:si impersonaliter accipiatur:significat uacuum tẽpus esse. Vaco si cum ablatiuo sine ppositiõe iungatur.p careo accipitur: Vt uacas sapiẽtia: Hoc é cares:q̃q̃ carere est uacare his qbus indiges: uel q̃ aptus natus sis habere: Quare nõ recte dr hõ carere alis:uel his quæ odit aut non curat. Cicero. Satiatis uero: & expletis iucundius est carere q̃ frui: quiuis non caret is:q non desiderat. Improprie dicimus careo damno: culpa:periculo. Si uero iungatur ablatiuo cum ppositiõe ab: eodé modo significat uacuus sum: ut uaco a studiis: uaco ab agricultura. A uaco pariter fit Vacatio q̃ græce σχολή.ῆς.ἡ.dr. Ité Vacillo & Vacillatio: Supuacuũ Superuacaneum:& uan⁹.na.num:& uanitas. Vanum auté qdam sic distinguũt a Falsum: & Ficto: ut falsum loqui mẽdacis sit: Fictum callidi: Vanum stulti. Falsum loq culpæ sit: Fictum uirtutis: Vanũ uecordiæ. Falsis decipiamur. Fictis delectemur. Vana spernamus.

Vagatio græce πλανητεία.ας.ἡ.& πλανήτης.ου.ὁ.uagus: & πλανάομαι uagor dr. Vagi proprie dicuntur: q sine negocio modo huc:mõ illuc inutiliter discurrunt:dicti quod uacui:hoc est sine negociis agantur. Hinc uagari: inutiliter peragrare. Et uagabundi: q mõ huc mõ illuc discurrentes tẽpus inutiliter consumunt. Seneca epistola.ii.

Seneca. Bonam spem de te concipio:si non discurris: nec locorũ mutationibus inqetaris. Aegri animi est ista uagatio. Idem epistola.lxxi.

Mutare te loca:& de alio i alium ire nolo. Primum qa tã freqũs mutatio instabilis animi est. Coalescere ocio nõ põt:nisi desiit circũspicere & errare. Vt animum possis continere: corpis tibi fugam siste. Deide plurima remedia cõtinuata proficiunt.

Idem Ibidem.

Quotiens processeris: i ipso transitu aliqua quæ renouent cupiditates tuas tibi occurrent.

Idem epistola.cvii.

Nibil æq̃ prodest q̃ quiescere:& minimũ cũ aliis loqui:secum plurimum.

Valitudo græce ὑγίεια.ας.ἡ.& ὑγιής.ου.ὁ.sanus.& ὑγιαίνω ualeo dr. Valere auté pprie significat posse. Hic ualés potés. Ouid⁹. Nec sus adit pedibusq; ualés: scitusq; uadorũ. Hinc ualidus pariter:potens:robustus:firmus:cuius cõtrarium est inualidus. Hic ét ualde: & per sincopé ualde: hoc est multũ. Hic bene ualere:sanum esse:quasi bene posse: & male ualere ægrũ eé atq; ifirmũ: q̃i male posse. Qui.n. potẽtes et ualidi sunt sani ẽt sũt. Ecõtra ĩpotẽtes & inualidi ægrotare dicuntur. Quare ualere simpliciter capitur.p eo quod est saluum esse. Martialis. Ne ualeam:si non totis Deciane diebus: Et tecum totis noctibus esse uelim. Hinc uale uox salutantis est quum ab aliquo recedimus: quo uerbo

& qui recedit utitur dicens uale: & q remanet respondens: Vale & tu. Sicuti salue & aue salutatiuum sunt: & eorum q salutati resalutant. Et quoniã absentes per hæc uerba salutare solemus: uale & salue: consuetudo inualuit: ut hæc duo uerba sæpe pro eo quod est abi & discede usurpemus: etiam si cum stomacho & indignatione loquamur. Terẽtius. Valeant qinter nos dissidium quærunt: hoc est abeant: & a nobis discedant. Cicero Multam salutem dixi foro & curiæ: hoc ẽ reliqui forum & curiã: & ab his discessi. Nec ualere simpliciter acceptum pro perire aut male habere usurpatur: ut nonnulli putant. Ab hoc ualeo ualitudo uenit q̃ pro languore accipitur. Cicero. Valitudinem tuam cura diligenter: hoc est languorem: infirmitatem: A: qua Valitudinarii dicuntur: qui male sani sunt: & frequenter ægrotant. Aliquando ualitudo sanitatem significat. Cicero. Sed nunc ualitudini tribuamus aliquid. A ualeo fit Cõualeo: & Cõualesco: quod est sanitatem recupero. Item Inualeo: quod significat robur: & firmitatem acquiro. Vnde inualuisse consuetudinem: inualuisse mores dicimus: & ab eo ualeo uidetur deductum qđ significat possum.

Gregorius — Gregorius in pastorali li. vii. c. xxiii.

Admonendi sunt icolumes: ut salutem corporis exercẽant ad salutem mentis. Ne si acceptæ incolumitatis gratiam ad usum nequiciæ inclinent: dono deteriores fiant: & ne opportunitatem salutis pro mercede euacuent.

Cicero. — Cicero li. ii. de finibus bonoꝝ & malo.

An id exploratum cuiq̃ põt esse: quomodo se se habiturus sit: non dico ad annum: sed ad uespam?

Aristoteles — Arist. li. de sensu & sensato.

Odorabile inquantum odorabile nõ confert ad nutrimentum: Sed bene ad sanitatem.

Menãder. — Menander.

Ούκ ἐστ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.

Non est ualitudine præstantius aliquid i uita. Idẽ.

Ὑγίεια καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο .i.

Valitudo: & mens: bona in uita duo.

De hac materia habes supra in Infirmitas.

Vanitas græce ματαιότης. ητος. ἡ. & ματαιος. ου. ὁ. uanus dicitur. de quibus supra ubi Vacuum.

Vanagloria græce κενοδοξία. ας. ἡ. dicitur. Et uno modo dicit appetitum dignitatis & excellentiæ: & sic est idem cum superbia: & est uitium capitale. Quia animus directe mouetur ad dignitatem & excellentiam appetendam. Alio modo dicit appetitum laudis: & sic est filia superbiæ. ex sancto Bonauen. ii. senten. dist. xlii. q. ii.

Vanagloria est uoluptas stulte ostentando quæ sua non sunt: aut iactando quæ minime uera sint: & imprudenter mentiendo. Quod sane uitium summæ est stulticiæ argumentum.

De hac materia uide supra ubi Inanisgloria.

Vaporatio græce ἀναθυμίασις. εως. ἡ. & ἀναθυμιάζω uaporo & ἀτμίς. ίδος ἡ. uapor dicitur. Est autem uapor: aquæ disgregatio: & natura eius humida ẽ & calida: Exhalationis autem natura calida & sicca. secũdm Aristotelen li. i. Meteoroꝝ.

Vapor ẽ substãtia calida & humida ui solis ab aqua: uel aqueo educta. De hac materia uide supra in Arbore Corporis.



Varietas græce ποικιλία. ας. ἡ. & ποικίλος. ου. ὁ. uarius dicitur. Est autẽ uarietas: uel uariatõ idem quod diuersitas: hinc uariabile idest mutabile. Venit autem uari⁹ a Varus: ita & uario uerbum. Varus enim ille proprie dicitur qui pedes obtortos habet. Quare pro obtorto aliquando ponitur. Persius. Et non fallit pede regula uaro. Hinc uarices illæ uenæ in cruribus & fere grandiores dicuntur: quæ frequenter tumidæ sunt: atq; obtortæ: A quibus uaricosus appellatur: qui tumidiores habet huiusmodi uenas: Iuuenalis. Varicosus fiet haruspex.

Paulus ad Corinthios primæ. c. xii. — Paulus

Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: Alii qdem per spiritum datur sermo sapiẽtiæ. Alii autem sermo sciẽtiæ: secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alii gratia sanitatum in uno spiritu. Alii operatio uirtutum. Alii genera linguarum. Alii iterpretatio sermonum. Hæc autem oĩa operatur unus atq; idẽ spiritus: diuidens singulis prout uult.

Paulus ad Thimotheum scdæ. c. ii.

In magna autem domo nõ solum sunt uasa aurea: & argentea: sed et lignea: & fictilia: & quædam quidem i honorem: quædam autem i contumeliã.

Aristoteles Polyticorum li. i. — Aristoteles

Non idem unicuiq; delectabile est: secundum natura, sed altera alterius.

Cicero li. i. de natura deorum. — Cicero.

Quid iter ipsos hoies: non ne & simillimis formis dispares mores: & moribus figura dissimilis.

Val. max. li. vi. tit. de Mutatõe moꝝ & fortunæ. — Val. maxi.

Piget Themistoclis adolescẽtiã attigere: siue prem aspiciam abdicatõis iniungẽtẽ notam: siue mrem suspendio sui finire uitam: propter filii turpitu/

dinem coactam: quum ouium postea grati sangui/nis uiroꝝ clarissim⁹ extiterit: Mediiq; Europæ: & Asiæ: uel spei: uel desperationis pignus fuerit. Hæc.n.salutis suæ patronum habuit: illa uadem uictoriæ assumpsit.

L. Apulei⁹ — Lucius Apuleius de asino aureo li.iii.

In cætu turbulento uariæ fuere sententiæ.

P. Orosius — Paulus Orosius de Ormesta li.i.

Assolent humanæ mutabilitati oīa sordere pītia.

Terentius — Terentius comœdia ultima.

Verum est: quot homines tot sententiæ.

Horatius — Horatius carminum li.iii. Ode.i.

Est ut uiro uir latius ordinet
Arbusta sulcis: hic generosior
Descendat in campum petitor:
Moribus hic meliorq; fama
Contendit: illi turba clientium
Sit maior. Horatius in arte Poetica.

Tristia mœstum
Vultum uerba decent: iratum plena minarum:
Ludentem lasciua: seuerum seria dictu.
Format.n.natura prius nos intus ad omnem
Fortunaꝝ habitum: iuuat: aut ipellit ad iram:
Aut ad humum mœrore graui deducit: & angit
Post effert animi motus interprete ligua. Ibidē.

Intererit multum Dauus ne loquatur: An heros:
Maturusue senex: An adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potens: An sedula nutrix:
Mercator ne uagus: cultor ne uirentis agelli:
Colcus: an Assirius: Thebis nutritus: an Argis.
Horatius in arte Poetica.

Aetatis cuiusq; notandi sunt tibi mores:
Mobilibusq; decor naturis dandus & annis.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto:
Gaudet equis: canibusq;: & aprici gramine cāpi
Cereus in uitium flecti monitoribus asper:
Vtilium tardus: prouisor prodigus æris:
Sublimis: cupidusq;: & amata relinquere pernix.
Conuersis studiis ætas: animusq; uirilis
Quærit opes & amicicias: Inseruit honori.
Commisisse cauet quod mox mutare laboret.
Horatius sermonum li.i. Satyra.iiii.

Quēuis media elige turba:
Aut ob auariciam: aut misera ambitione laborat:
Hic nuptaꝝ insanit amoribus: hic puerorum:
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius ære.
Hic mutat merces surgenti a sole: ad eum quo
Vespertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur: uti puluis collectus turbine: ne quid
Summa deperdat metuens: aut ampliet ut rem.
Horatius sermo.li.ii. Satyra.i.

Castor gaudet equis: ouo prognatus eodem
Pugnis: quot capitum uiuunt totidem studiorum
Millia.
Horatius epistolarum li.i. Epistola.viii.

Quæ nocuere sequar: fugiam quæ ꝓfore credam:
Romæ Tybur amem uentosus Tybure Romā.
Hor. epistolarum li.i. epistola.xix.

Oderunt Hilarem tristes: tristemq; iocosi:
Sedatum celeres: agilem gnauumq; remissi:
Prætores bibuli media de nocte falerni:
Oderunt porrecta negantem pocula: quãuis
Nocturnos iures te formidare tepores.
Horatius epistolaꝝ li.ii. epistola.ii.

Deniq; non omnes eadem mirantur: amantq;.
Carmine tu gaudes: hic delectatur Iambis:
Ille Bioneis sermonibus: & sale nigro:
Tres mihi conuiuæ prope disentire uidentur
Poscentes uario multum diuersa palato:
Quid dem: quid nō dem: renuis tu: qđ iubet alter:
Quod petis id sane est acidum inuisumq; duobus.

Persius Satyra.v. — Persius

Mille hominum species: & rerum discolor usus:
Velle suum cuiq; est: nec uoto uiuitur uno.

Dantes paradisi cant.xi. — Dantes

O insensata cura de mortali:
Quanto son defectiui i Silogismi:
Quei che ti fano in basso bater lali.
Chi dietro ad iura: & chi ad amphorismi
Sengiua: & chi sequendo sacerdotio:
E chi regnar per forza e per Sophismi.
E chi rubar: & chi ciuil negocio:
Chi nel diletto de la carne inuolto
Saffaticaua: & chi si daua al ocio.

u Aticinium ğ μαντεία·ας·ἡ· & μαν/τεύομαι uaticinor dr. Est autem uaticinium diuinatio futuroꝝ: & dicitur quasi fa/ticinium: Ita & uates q uaticinatur: dictus quasi fates. & uaticinor quasi faticinor. Sunt tñ q uelint uates dictos a uiendis hoc est colligendis uersi/bus: uel a uinciendis carminibus. Significat.n. uates etiam poetam: q qdem graue carmen non fundit sine numinis instinctu. De hac materia uide supra in Diuinatio: Poeta: Sortilegium.

u Bi græce πῶυ dicitur. Et est proportio lo/cati ad locum. scdm. b. Tho. iii. sen. di. xvi. q. iii. ar. i.

Vectigal ğ τέλος·ους·τὸ·dr: Et est id qđ præstat ex his rebus: quæ uēdunt. Quid autē differat a tributo: uide supra ĩ tribu/tum. Est ēt uectigal quod soluitur portitori.

u Ehæmentia græce σφοδρότης·τητος·ἡ·. & σφοδρὸς uehæmens: & σφόδρα ue/hæmenter dicitur. Est autem uehæmentia quædam acritudo: dicta a ui & impetu mentis. se/cundum Gellium.

Elocitas ğ ταχυτης.ητος.ἡ. & ταχυς.εος.ὁ. uelox dicitur: Cuius comparatiuum uelocius. Est autē uelocius: qd in æquali tpe mai' spacium ptrāsit: uel in minori maius: uel i minori æquale: scdm Arist. li. vi. physico.

Enundo græce πωλέω dr: unde uenditio deducitur. Venditio uero & emptio non solum consistit in datione & acceptione pecuniæ: Sed omnium quoq; precium pōt numismate mēsurari: scdm. b. Tho. iii. sen. di. xxv. q. iii. art. iii.

Eneficium ğ φαρμακεια.ας.ἡ. & φαρμακον uenenum: & φαρμακευτης.ου.ὁ. ueneficus dr. Venefici autem dicuntur: qui ueneno homines extingunt. Dicuntur et uenefici qui malis artibus: & fascinationib' ac poculis amatoriis utuntur. Horum artes ueneficia appellantur.



Enia græce συγγνώμη.ης.ἡ. dicitur: Et est debitæ pœnæ remissio: secundum Senecam li'. de Clæmentia. Dicitur autē uenia q optanti eueniat. Venia aliqñdo capitur p indulgentia. Est autē idul gere: obsequi: & aliquid delicate concedere: Quare indulgentia est mollis, et delicata permissio. Terētius. Demea nimium indulges filio. Matthæus cap. xviii.

Matthæ'. · Accedens Petrus ad Iesum dixit: Domine quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei? Vsq; septies? Dixit illi Iesus: Non dico tibi usq; septies: sed usq; septuagies septies.

Augustin' Augu. de uerbis domini. tractās illud apostoli. Donantes uobis met ipsis.

Audistis formam: Si septuagies septies Christ' peccata tibi donauit: Si hucusq; ignouit: & ultra negauit: pone & tu limitem: & ulterius noli ignoscere. Aug. de Agone Christiano.

Debet ecclesia catholica correctis & firmatis filiis libenter ignoscere. Quum ipsi Petro personam ei' gestanti: & quum in mari turbasset: & quum dei um carnaliter a passione reuocasset: & quum aurem serui gladio præcidisset: & quum ipsum dñm etiam negasset: & quū in simulatiōem postea superstitiosam lapsus esset: uideamus ueniam esse concessam: eumq; correctum: atq; firmatum usq; ad dñicæ passionis gloriam peruenisse.

Aug. de uerbis dñi tractans illud apostoli. Donantes uobis met ipsis &c.

· Dicit dñs dimitte & dimittetur tibi: Si ego prior dimisi: dimitte illis postea. Nam si non dimiseris reuocabo te: & quicquid dimiseram replicabo tibi.

Augustinus de uerbis dñi sermone. xv.

Dimitte nobis debita nostra: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ne dicas in lingua: ignosco: & corde differas. Nouit. n. quum dicas: uocē tuam audit homo: Conscientiam tuam deus inspicit. Melius est. n. dum non clamas ore & dimittis i corde: q blandus ore: crudelis in corde.

Aug. sup Matthæi. vi. Et dimitte nob debita nr̄a.

· In hac petitione si mentitur: totius orōnis nullus est fructus: Pecuniam aliquando repetere cōceditur: sed debitum peccatoꝝ petenti ueniam nunq̄ iuste negatur. Aug. li. ii. confessionum.

Gratiæ tuæ deputo: et misericordiæ: q peccata mea tanq̄ glatiem soluisti: gratiæ tuæ deputo & quæcunq; nō feci mala: quæ. n. facere nō potui? & oia mihi dimissa esse fateor: & quæ mea spōte feci mala: & quæ te duce non feci.

Hieronymus super Matthæum li. iii. Hierony'.

· Non usq; septies: sed usq; septuagesies septies idest quadringentis & nonaginta uicibus: ut totiēs peccanti fratri dimitteret in die: quotiens ipse peccare non posset. Hiero. sup illud Matthæi. xxiiii. Si peccauerit in te frater tuus.

· Si peccauerit in nos frater noster: & in qualibet cā nos læserit: dimittendi habemus potestatem: immo necessitatē: Quia dñs præcepit ut debitoribus nostris debita dimittamus. Si autē in deum qs peccauerit: nō est nostri arbitrii: ut dicit scriptura: Si autem peccauerit homo in hoiem? rogabit pro eo sacerdos: Si autem peccauerit in deum: quis rogabit pro eo? Et nos econtrario in dei iniuria benigni sumus: & i nr̄is contumeliis odia exercemus.

Ibidē sup illud. Si nō remiseritis de cordib' uris.

· O formidolosa sentētia: si parua fratrib' non dimittimus magna nobis a deo nō dimittuntur.

Ambrosius li. i. de officiis: & hētur. xxiii. q. iiii. c. Est iniusta. Ambros'.

Est iniusta misericordia. Vide supra i Misericordia.

Grego. li. iiii. moral. Gregorius

· Si hoc quod i nos delinqtur: ex corde non dimittimus: & illud rursus exigitur: quod nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus.

Idem li. x.

Apud misericordem iudicem nequaq̄ sine uenia culpa relinquitur: quum per feruorem cæli ex ei' amore peccatur: Sæpe nanq; magnis hoc doctoribus mirādisq; contingit: quo ut alta charitate feruēt & modum correctionis exaggerent: & lingua aliquid quod non debet dicat: Quia mētem dilectio quantum debet inflammat: sed uerbum prolatæ contumeliæ tanto citius partitur: quāto & ex qua radice prodeat pensatur.

Isydorus li. iii. de summo bono. Isydorus.

Multi aliorum uitia cernunt: sua non aspiciunt: & cum ipsi maximis criminibus obnoxii teneantur: peccata minora fratribus non dimittunt.

Ventus graece 'άνεμος.ου.ό'. & 'άνεμώδης.εος.ο'.ης'. uentosus dicitur. est autẽ Ventus impetus aeris in unam partem fluentis. uel sic.

Ventus est magna multitudo exhallationis calidae: & siccae motae lateraliter super terram ad multam distantiam. scdm Aristo. li. iii. metheororum. Dicitur autem a uento: Hinc uentosus: hoc est plenus uento: ut regio uentosa: uel inanis: ut uerba uentosa: oratio uentosa: hoc est sine pondere: sine effectu. Hinc ẽt uentositas: hoc est inanis iactantia: & uanitas. Hinc etiam uentilare: quod est mouere uentum captare.

Venustas graece 'ευμορφία.ας.η'. & 'ευμορφος.ου.ό'. uenustus dicitur. Est autẽ uenustas pulchritudo quaedam: a qua uenustus pulcher: uenuste pulchre: & uenusto orno: unde uenusta oratio est quae cum gr̃a quadam: ac uenere dicitur. Dicuntur autẽ haec a Venus: quod pulchritudinem significat. Quintilianus. Quod cum gratia quadam: & uenere dicitur.

Verbum graece λόγος.ου.ό. dicitur: & πολύλογος.ου.ό. uerbosus. Est autem Verbum quod significat temp^9: cuius pars extra nihil significat: & est semper eorum quae praedicantur nota: scdm Arist. li. i. perihermenias: & tunc a graecis ῥῆμα ατος.τό. dicitur.

Verbum uocale in nostra lingua impositum ẽ a corporali motu. s. ab aeris uerberatione: sed ad significandum omne qd dicitur interius: uel exterius. Verbum mentis nihil aliud est q̃ conceptio intellectus: quae est operatio. idest ipsum intelligere: uel species intellecta: ex. b. Tho. i. sen. dist. xxvii. q. ii. art. ii. iii. c.

Verecundia graece. 'αἰδώς.όος.ή'. & 'αἰδέομαι' uerecundor dicit̃. Est autem uerecundia timor neglectionis uel dedecoris. scdm Arist. li. iiii. Ethicorum. Verecundia ẽ dolor quidam: atq perturbatio ex malis: aut p̃ntibus: aut futuris: quae infamiã inferunt prouenienς. scdm eundem. li. ii. Rhet.

Verecundia est timor turpitudinis exprobrabilis. Et pricipaliter respicit uituperium: Sed respicit culpam cõsequẽter: & hoc dupliciter. s. cessando: & cellando. ex. b. Tho. scda scdae. q. cxvi. art. ii.

Verecundia a uereor: quod est timeo dicitur: Q uid autẽ ab erubescentia differat: uide supra in Erubescentia.

Ecclesiastici. c. vi. — Ecclẽsiast.

Gratia enim uerecundiae illius super aurum:

Ambrosius li. i. de officiis. — Ambros^9.

Pulchra uirt^9 est uerecundia: & suauis gratia: quae non solum i factis: sed ẽt in ipsis spectatur sermonibus: ne modum progrediaris loquendi: ne quid in decorũ sermo resonet tuus. Speculum enim mẽtis plerunq in uerbis refulget: ipsum uocis librat modestia: ne cuiusq offendat aurem uox fortior. Deniq in ipso canẽdi genere: prima disciplina uerecundia. Ibidem.

Tacebat in periculis Susanna: & grauius uerecundiae q̃ uitae damnum putabat: nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem: Soli deo loquebatur: cui poterat casta uerecundia loqui: refugiebat ora intueri uirorum. Ambro. Ibidẽ.

Est. n. uerecundia pudiciciae comes: cuius societate castitas ipsa tutior est. Non ne haec praetulit publicanum: & commendauit eum qui nec oculos suos audebat ad caelum leuare. Paulus orationẽ deferri pcepit cum uerecundia & sobrietate. Ibidẽ.

Verecundia quum sit oibus aetatibus: p̃sonis: tpib^9 & locis apta: tamẽ adolescentes iuueniles q̃ annos maxime decet. Vt artifex in materia commodiore meli^9 operari solet: sic uerecundia in ipso quoq corporis decore plus eminet: Ita tñ ut etiam ipse non sit affectat^9 decor corporis: sed naturalis: simplex: neglectus: magisq̃ ornatus: uel cultus: uel expeditus. Ambro. de morte Abel & Caim.

Erubescere debemus & condemnare peccatum: nõ defendere: qm̃ pudore culpa minuitur: defẽsione cumulat̃. Hiero. ad Pãmachium de morte Pauli. — Hierony^9.

Ingenia liberaliter educata facilius uerecundia: q̃ metus superat: & quos tormẽta non uincunt: interdum uincit pudor. Hiero. Ibidem.

Quicquid pudet dicere: pudeat & cogitare.

Greg. super Ezechielem homelia. x. — Gregorius

Sicut uerecundia laudabilis est in malo: ita reprachensibilis est in bono. Erubescere. n. malum sapiẽtiae ẽ: bonum uero erubescere fatuitatis. Q ui erubescit mala poenitendo quae fecit ad uitae libertatem puenit: Q ui uero erubescit bona facere: a statu rectitudinis cadit: itaq ad dãnationem tendit: Sicut p redemptorem dicitur: Qui me erubescit & meos sermones &c̃.

Bernardus sup cantica sermone. lxxxvi. — Bernard^9.

Q uid amabilius uerecundo adolescente? Q uã pulchra: & q̃ splendida gemma morum est uerecũdia in uita & uultu adolescentis? q̃ uera & minime dubia bonae spei nuncia: bonae indolis: uirga disciplinae: expugnatrix malorũ: propugnatrix puritatis innatae: specialis gloria conscientiae: famae custos:

uitæ decus: uirtutis sedes: uirtutum primitiæ: naturæ laus: & insigne totius honesti. Ibidem.

Verecundia soror est continentiæ. Nullū æque manifestum idicium columbinæ simplicitatis: & ideo etiam testis est innocentiæ: lampas pudicitiæ mentis iugiter lucens: ut nil in ea turpe: uel indecorum tesi dereattentet: quod non illa illico perdat.

Hugo — Hugo de institutione nouicio¬.

Hæc dicentibus erubescenda essent: si a facientibus præsumpta non fuissent: Nūc autem sustineat in audiendo uerecundiam: qui noluit in faciendo habere disciplinam. Seneca epistola .xi.

Seneca — Bonum in adolescente signum est: quum illi ex alto rubor suffunditur: magis in iuuenibus apparet: quibus & plus caloris est & tenera frōs: Veteranos nihilominus & senes tangit: quidem autē nō magis q̄ quum erubuerint timendi sunt: quasi omnē uerecundiam effuderint. Idem.

Artifices scænici hoc indicio imitantur uerecūdiā: deiiciunt uultum: uel submittunt: figunt in terrā oculos: & deprimunt: ruborem sibi exprimere nō possunt: nec prohibetur: nec adiicitur. Nil aduersus hanc sapia proficit: sui iuris est: iniussus uenit: iniussus discedit. Seneca epistola. xxv.

Nutriendus est pudor: qui q̄ diu in animo durauerit: aliquis erit bonæ spei locus.

Seneca in Prouerbiis.

Recta ingenia debilitat uerecundia: praua confirmat audacia. Ibidem.

Turpia ne dixeris: paulatim .n. pudor per uerba discutitur. Ari. li. iiii. Ethicorum.

Aristoteles — Verecundia non conuenit omni ætati: sed tantum iuuenili. Ibidem.

Iuuenes uerecundos laudamus. Ibidem.

Senem uerecundum nullus laudabit.

Cicero — Cicero in epistolis.

Sed tamen qui semel fines uerecundiæ pertrasierit: eum bene & grauiter oportet esse impudentem.

Homerus — Homerus in ε Iliados.

αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται. i.

Verecundantiū uirorum plures salui q̄ interficiuntur.

Idem in ω Iliados.

οὐδ' αἰδὼς

γίγνεται ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι. i.

Neq; ipsi uerecundia.

Est: quæ uiros ualde lædit: atq; iuuat.

Idem in ρ odysseæ.

αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. i.

Verecundia non bona indigentē uiro comitatur.

Pytagoras — Pytagoras.

πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν. i.

Facies autē turpe unq̄ nihil: neq; cum alio:

Neq; solus. Omnium autē maxime uerecūdare te ipsū.



Eritas grece ἀλήθεια. & ἀληθής. uerus dicitur. Est autē ueritas: per quam immutata ea quæ sunt: aut fuerunt: aut futura sunt dicuntur: secundū Cice. li. Rhe. Veritas est adæquatio rei ad intellectum: secūdum Aristo. li. ii. Metaphisicæ. Veritas dicitur a uerū: quod est solidum: sincerum: non falsum: Venit .n. uerum a uer ueris: quoniam uerno tēpore sole ariete ingresso omnia uere nascuntur: partus q; ad maturitatem perueniunt: quum aliis temporibus nata sæpe deficiant. Hinc uerifico: uerisimile: & Veridicus deducuntur.

Esdre primi capitu. iiii. — Esdre

Veritas magna est: & fortior præ oībus. Ibidē.

Omnis terra ueritatem inuocat. Ibidē.

Non est cum ea quicq̄ iniquum. Dauid ps. xi. — Dauid

Diminutæ sunt ueritates a filiis hominum.

Idem ps. xxiii.

Vniuersæ uiæ domini: misericordia: & ueritas.

Hieronymus ad Celantiam. — Hierony⁹.

Mentiri atq; iurare lingua tua prorsus ignoret: tantusq; in te sit ueritatis amor: ut quicquid dixeris iuratum putes. Idē super Ezechielem.

Non meretur audire ueritatem: qui fraudulēter interrogat. Grego. li. x. moralium. — Gregorius

Bonorum mens quo duriora pro ueritate tolerat: eo æternitatis præmia certius sperat.

Io. Chrys. de laudib⁹ Pauli homelia. iii. — Io. Chryso.

Talis est conditio falsitatis uel erroris: ut etiā nullo sibi assistente cōsenescat ac defluat. Talis autem e diuerso ueritatis status: ut etiam multis impugnātibus suscitetur & crescat. Idē sup Matthæū.

Non potest eis esse excusatio condemnationis ignorantia ueritatis: quibus fuit inueniendi facultas: si fuisset quærendi se uoluntas. Nam si ueritas salus & uita cognoscentium se dicitur: magis quæri debet q̄ pecunia. Boetius li. i. prosa. iiii. de philosophica consolatioe. — Boetius

Sed sibi semper mentiens imprudentia rerum merita non potest immutare: Nec mihi socratico decreto fas eē arbitror: uel occuluisse ueritatem uel concessisse mendacium. Idē li. iii. metro. i.

Tu quoq; falsa tuens bona prius

Incipe colla iugo retrahere.

Vera de hinc animum subierint.

Lactan. fir. Lactã. fir. diui. insti. aduersus gẽtes. li. i. c. i.

Magno & excellenti ingenio uiri: quum se se doctrinæ penitus dedissent: quicqd laboris poterat impendi: contemptis oibus publicis: & priuatis actionibus: ad inquirendæ ueritatis studium contulerunt: existimantes multo esse præclarius humanarum diuinarumq; rerum inuestigare ac scire rationem: q̃ struendis opibus: aut cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus quoniam fragiles terrenæq; sunt: & ad solius corporis pertinent cultũ: nemo melior: nemo iustior effici potest. Erant quidem illi ueritatis cognitione dignissimi: quam scire tantopere cupiuerunt: atq; ita ut eam rebus oibus anteponerent. Nam & abiecisse quosdam res familiares suas: & renunciasse uniuersis uoluptatibus constat: ut solam nudamq; uirtutem nudi expeditiq; sequerentur: tantum apud eos uirtutis nomen atq; authoritas ualuit: ut in ea esse summi boni præmium prædicarent: Sed neq; adepti sunt id quod uolebant: & operam simul: atq; industriam perdiderũt: Quia ueritas idest archanum summi dei: qui fecit omnia: ingenio ac propriis non potest sensibus comprahendi. Alioquin nihil iter deum hominemq; distaret: si consilia & dispositiones illius maiestatis æternæ cogitatio assequetur humana. Lact. fir. diui. insti. ad. gen. li. i.

Veritas licet possit sine eloquentia defendi: ut est a multis sæpe defensa: tamen claritate ac sermõis nitore illustranda: & quodãmodo differenda est: ut potentius influat in animos & sua instructa: & luce orationis ornata. Idem li. ii.

Veritas a uulgo solet uariis sermonibus esse dissipata. Lactan. firmianus li. ii.

Quid igitur profuit te uidisse ueritatem: quam nec defensurus es: nec secuturus? Ibidẽ.

Verum autem scire diuinæ sapientiæ est.

Lactã. firmi. diui. insti. li. vi.

Qui ueritati studet abiciat inimicas ac anxias uoluptates: quæ animam sibi uinciunt. Præferat uera falsis: æterna breuibus: utilia iucundis. Nihil aspectu gratũ fit: nisi quod iuste: quod pie fieri uideas: nihil auditu suaue: nisi quod animam meliorẽ teq; reddat. Cicero Cicero li. i. de na. deo. li. i. in prin.

Quid tam temerarium: tam q; indignum sapientis grauitate: atq; constãtia: q̃ aut falsum sentire: aut quod non satis explorate perceptum sit: & cognitum sine ulla dubitatione defendere. Ibidem.

Vtinam tam facile uera inuenire possim: q̃ falsa cõuincere. Cicero li. ii. de diuinatione.

Ex falsis uerum effici non potest.

Seneca Seneca epistola. l.

Veritas simplex oratio est: ideoq; illam implicare nõ oportet. Seneca de formula uitæ.

Cogitatio tua nunquam recedat a uero.

Aristo. li. iii. metaphisicæ. Aristoteles

Dubitationum solutio: est ueritatis inqsitio. Ibi.

Veritatem inquirentes sine dubitatione: similes sũt nescientibus quo ire debent. Ibidẽ.

Non omne quod uidetur: & apparet: hoc uer℞ est.

Aristo. li. i. Ethicor℞.

Duobus amicis existentibus: scũm ẽ honorare ueritatem. Aristo. li. iiii. Ethicor℞.

Ver℞ bonum est: & laudabile. Ibidẽ.

Verax est laudandus: sed mendax uituperandus.

Aristo. li. vii. Ethicor℞.

Non oportet tantum uer℞ dicere: sed ẽt causam falsi assignare. Aristo. li. i. perihermenias.

Circa compositionem: & diuisionem: est ueritas: uel falsitas: igitur nomia & uerba similia sunt sine cõpositione & diuisione intellectus: ut homo: uel albus. Ibidem.

Nulla affirmatio erit uera: in qua prædicatur uniuersale uniuersaliter sumptum. Ari. Ibidem.

De futuris singularibus. s. in materia contingenti: non est determinata ueritas.

Aristo. li. i. perihermenias.

Non est necesse omnes affirmationes uel negatiões oppositor℞: hanc quidem uerã: illam autẽ falsam.

Aristoteles li. i. Prior℞.

De omni: affirmatio uel negatio uera ẽ. Idẽ li. ii.

Ex falsis bene sequitur uerum: sed ex ueris nunq̃ sequitur falsum: sed semper uerum: non ex falso uerum: ex uero nil nisi uer℞. Ari. li. i. posterior℞.

Omne de quo contingit: aut affirmare: aut negare: uerum est: quia est. Ibidẽ.

Ex ueris & non demonstratiue est silogizare: ex necessariis aũt non: sed demonstratiue. Ibidem.

Ex ueris semper sequitur ipsum uerum.

Porphirius in uniuersalibus. Porphirius

Ab eo quod res est: uel non est: oratio dicitur uera: uel falsa. Cicero Tus. quæ. li. iii. Cicero

Quid enim laboro: nisi ut ueritas in omni quæstione explicetur. Ibidem li. iiii.

Verum dicentibus facile cedam.

Cicero Rhetoricor℞ nouor℞ li. iiii.

Et qui in sermonibus & conuentu amicorum uerũ non dixerit: nunq̃ eum sibi in concionibus credas a mendacio temperatum. Periander. Periander

'αλήθειαν ἔχου. i. ueritatẽ habe. Menãder. Menãder.

Ἡ γλῶσσα ἀμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει.

Lingua aberrans uera dicit.

Plautus in Amphitrione. Plautus

Miserrima isthæc miseria ẽ seruo bono apud herũ qui uerba loquitur: si id uerum uincitur.

Terentius in Andria. Terentius.

Terentius. Veritas odium parit. Terentius Ibidē. Potin mihi uerum dicere? Nihil facilius.

Vernus graece ... dicitur: Vnde uerna deducitur. Verna enim seruus dicitur ex ancilla nostra in nostris aedibus natus. Vnde uernaculum appellamus quicquid i domo: & patria nostra natum ē: & uernaculā linguā communē atq; uulgarem. Dicitur autem uerna a uere: quoniam tempus ueris ad generandum maxime est idoneum: Et dn̄i ancillarum consuetudinem uerno tēpore habebant.

Versipellis graece ... dicitur. Hii autem uersipelles dicuntur: qui modo unum: modo aliud ostēdunt: & quo libet se fraudulenter cōmutant. Plautus. Versipellem se facit: quando lubet. Est autem hoc uerbum tractum, ab his hominibus qui in lupos uerti: rursusq; restitui sibi dicuntur: Virg. His ego saepe lupum fieri: & se condere siluis Moerim: saepe anias imis exire sepulchris.

Versutia graece ... & ... dicit: qui quid sit uide supra in Astutia.

Versutus est cuius celeriter mens uersatur: secundum Cice. li. iii. de na. deo.

Versus graece ... Est autē uersus aliquando nomen: & significat carmē: a quo diminutiuum fit uersiculus: modo ordinem. Virg. Ille etiam feras i uersum distulit ulmos. Aliquādo est aduerbium: & accusatiuū uult: & fere semper postponitur: ut Italiam uersus. Differt autem uersus a Carmine quia uersus solus ē. Carmen uero significat modo unum uersum: modo duos: modo plures etiam totum poema: Et dicitur Carmen quasi canimen. Est igitur Carmen qcquid pedibus continetur. Significat etiam Carmē incantationem. Virg. Carmina uel caelo possunt deducere lunam.

Vestigium graece ... dicit: & est proprie impressio pedis .i. signum quod a pede relinquitur: dictum q; ueluti idemē tum sit pedis. Hic Peruestigo: atq; Inuestigo quae significant quaerendo inuenio: hinc etiam uestigabundus: uestigator: inuestigator fiunt.

Vestis graeca dictio uidetur ... & ... uestimenta: & ... uestio dicitur. Vestem iurisconsulti diffiniunt esse quicquid induendi: praecingendi: amiciendi: insternendi: tegendi: accubandi gratia paratum est. Sunt qui uelint uestem & uestimētum sit differre. Alii uero ita distingūt: q; uestis generaliter dicatur: uestimentum uero particulariter. Alii dicunt uestimenta esse non modo lanea: linea: bombycina: serica: sed etiam scortea: frondea: scirpea: palearia: & ex quacūq; materia facta sunt ad corpus tegendum. Dicitur autem uestis te ste Varrone a uellando .i. tegendo: q; corpus uellet .i. tegat: unde & inuestes iberbes dicimus.

Via graece ... & ... uiator dicitur. Est autem uia locus per quē habere iter omnibus licet. Aliquando accipitur pro ipso itinere: hoc est actu ambulandi. Interdum pro ratione. Virg. Inuenit germana uiam. Hinc uiatores qui magistratibus parebant: homines q; ex agris ad magistratus frequēter euocabāt: scdm Ciceronē li. de senectute.

Victima graece ... dicitur. Et ē u quae diis imolatur ob deuictos hostes: quae & hostia dr̄: Eiusdē eni significatiōis sūt: Nec placet quod quidam dicunt: Hostias dici pecudes quae diis immolantur: quum exercitum i hostes ducimus: Victimas uero quae post uictos hostes sacrificantur. Nam falsum esse liquet. Ouidius. Victima quae dextra cecidit uictrice uocatur. Hostibus a domitis hostia nomen habet.

Vicinitas gce ... & ... u uicinus sū. Vicini nō tā hii q eundē incolunt locū: q̄ q prope domū nostrā habitant: hinc uicinia deducitur: & conuicinium ubi plures inter se uicini sunt: & Vicinitas pro propinquitate uicinorum: & quādoq; pro uicinorum multitudine. Dicuntur autem haec a uico. Est autē uicus ꝓprie pars urbis: Quippe urbs in uicos: quasi in minora membra diuiditur: ut Romae: Suburra: Esquilae. Vicus autem a uia dicitur: q; uias cir cum haberent uici. Hesiodus. Hesiodus.

πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ·
ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.

Dānū malus uicinus: tātūq; bonus magna utilitas. Sortitus est honorē: qui sortitus ē uicinū bonum.

Victoria graece ... uel ... & ... uictor: & ... uinco dicitur: Venit autem Victoria a uinco quod est supero: quasi uim facio: uel animi compos fio: Hinc uictor: quo ti compos est: & uictrix: & uictoriosus. Hinc etiam uictima de qua supra.

Ioānes in epi. i. cap. v. Ioannes.

Omne qđ natum est ex deo uincit mundum: & haec est uictoria quae uincit mundū: fides nostra. Quis est autem qui uincit mundum? nisi qui credit: qm

Ambrosi⁹. Iesus est filius dei. Ambro.li.de officiis.

Non est gloriosa uictoria: nisi ubi fuerint laboriosa

Lactan.fir. certamina. Lact.fir.diui.insti.li.vi.ca.vi.

In arbitrio dei: non tuo posita ẽ uictoria. Et plerūq; improbi: & numero: & conspiratione sunt poten/tiores: q̃ boni: ut ad eos superandos non tā uirtus

Plato sit: q̃ fœlicitas necessaria. Plato li.de legibus.

Quoniam libera est anima: & domina passionum: uincere autem se ipsum omnium uictoriarum pri/ma & optima. Vinci autem a se ipso: & turpissimū

Val.maxi. est: & pessimū. Val.maximus li.v.

Ea demum uictoria: & apud deum: & apud homies minimum inuidiæ habitura est: quæ plurimum hu

Lucanus. manitatis habet. Lucanus li.iiii.pharsaliæ.

Vincitur haud gratis iugulo qui prouocat hostem.

Ouidius Ouidius meta.li.ix.in principio.

Quis enim sua prælia uictus
Cōmemorare uelit? Referā tñ ordine. Nec tam
Turpe fuit uinci: q̃ contendisse decoꝝ:
Magnaq; dat nobis tantus solatia uictor.



Iduitas gce χηρεία.ας. ἡ.& χήρα.ας. ἡ. uidua dicitur. Vidua proprie ex significatōe uocabuli: seu secūdum Ethimologiam dicitur qualibet mulier si ne uiro: etiam si nunq̄ ui/rum habuisset: quasi sine duitate: Et dicitur a ue qd est sine: ut uecors: & uesanus.ff.de uer.signi.l.Ma lum §.Viduas.uel sic.

Vidua dicitur quasi idua: hoc est a uiro diuisa. Idua re enim etrusca lingua diuidere est. Hinc uiduare pro priuare capitur. Hinc etiam uiduertas cala/mitas dicta: q̃ uiduet.i.priuet bonis. A uiduo pa/riter Diuido per compositionē deducitur. Ve/teres enim quod nunc diuido dicimus diuiduo di/cebant. Vnde Diuiduum: quod modo separabile: modo separatum significat. Cuius contrarium In diuiduum: quod græci ἄτομον uocant: De quo

Exodi. uide supra in Indiuiduum. Exodi ca.xxii.

Viduæ & pupillo non nocebis: si læseris eos uocife/

Ecclīastici. rabunt ad me. Ecclesiastici ca.xxxv.

Non ne lachrymæ uiduæ ad maxillam ascendunt? & exclamatio eius super deducentes eas: a maxilla quoq; ascendunt in cælum: & dominus axauditor

Paulus non delectabitur i eis Pau.i.ad Timotheū.c.v.

Viduas honora quæ uere uiduæ sunt. Si qua autē uidua filios: aut nepotes habet: discat primū domū suā regere: mutuā uicē reddere parentibus. Ibidē.

Vidua in deliciis uiuens: mortua est.

Idem primæ ad Corinthios.

Dico innuptis & uiduis: bonum esse illis si sic pma neant: sicut ego. Quod si non continent nubāt: Melius est enim nubere q̄ uri.

Augustinus li.de bono coniugali. Augustin⁹

Sicut bonum erat. Vide supra in Castitas.

Hieronymus epistola.xcvi. Hierony⁹.

Quid facit hæc uidua inter familiæ multitudinem: inter ministrorum greges? Ibidem.

Caueto omnes suspiciones: & quicquid de te pro/babiliter fingi potest. Hiero.Ibidem.

Nesciat uidua bigamiæ indulgentiam.

Virgilius li.iiii. Aeneidos. Didonis uerba Virgilius de Sicheo marito suo.

Sed mihi uel tellus opte prius ima dehiscat:
Vel pater oipotens adigat me fulmine ad umbras:
Pallentes umbras herebi: noctemq; profundam:
Ante pudor q̃ te uiolē: aut tua iura resoluam.
Ille meos primus qui me sibi iunxit amores
Abstulit: Ille habeat secum: seruetq; sepulchro.

Fran.petrar.cantilena.xxxv.stantia.vi. Frā.petrar.

Non fa per te di star fra gente alegra:
Vedoua sconsolata in ueste negra.



Igilia gce ἀγρυπνία.ας. ἡ. & ἀγρυπνέω uigilo dicitur. Est autem Vigilia solu tio & remissio sensus: secundum Aristote. li.de sensu: & sensato.

Vigilia est dispositio i qua anima imperat sensibus: & uirtutibus exterioribus: & mouet uolūtarie ad operandum: secundum Auicenā.

Vigilia dicitur a uigeo: est eni uigere ualidum: & ro bustum esse: quasi uim agere. Quare uigiles nō se gnes: non torpentes: quales sunt dormientes: sed qui in uigore suo sunt. Vnde peruigiles non modo assidue uigilantes: sed diligentes: & idustrios dici/mus. Hinc. Vigilare quod est studium ac diligen/tiam adhibere: & iuigilare alicui rei incumbere. Peruigilareq; quod est assidue uigilare. Martialis. Nam uigilare leue est: puigilare graue est.



Ilitas græce φαυλότης.ητος. ἡ. & φαῦ λος.ου.ὁ. uilis dicitur. Vile autem pprie dr quod parum ualet: Cuius contrariū est carum. Venit autem uilis a uilla: ut qdam uolunt: una littera abiecta: quoniam omnia i uilla uiliora sunt: & mīori precio uenduntur: q̃ i urbe. Hic uile pro abundanti ponitur: qa qcqd nimis abūdat ui le est: hoc est paruo uēdit̃ pcio. Virg. Vileq; faselū.



Illicus græce οἰκονόμος.ου.ὁ. & χωρί/ον.ου.τό. uilla dicitur. Est autem uilli/cus: uillæ custos: & qui fructibus percipiē dis: & colligendis imponitur. Villa uero non ager est: sed domus i agro. A uilla fit uillula diminuti/uum: hoc est parua uilla: & uillicus: & uillica: Nec non uillicari: quod modo est rusticari: modo uillæ præesse. hinc etiā uillanus q̄ i uilla hitat.

Indemia græce τρυγητός.οῦ.ὁ.& τρυ/γη uindemio dicitur. Dicta autem est uin/demia a uino demendo: Vnde sit etiã Vin/demio uerbum: & uindemiator q uindemiat. Vin/demia etiam ad alia transfertur. Plynius. Prima mellis uindemia melior.



Indicta græce ἀμυνα.ατος.ἡ.& ἀμυντήριον.ου.ὁ.ultor dicit'. Est au/tem uindicta: iniuriæ: cõ/tumeliæ ue illatæ punitio: a uindico qd est ulciscor: Quod est compositum a uim & dico. Vnde uidex: ultor iniuriæ: & Vindica tio ipse actus ultionis.

Vindicatio est per quam uis: aut iniuria: & omnino omne quod obfuturum est: defendendo: aut ulci/scendo propulsatur: secundum Cicero.i Rhe. Cu ius contrarium est Abiectio sui q Cõteptio.

Vindicatio est uirtus specialis: Quia ad hoc natura inclinat: & cõsistit in medio duorum uitiorũ.s.cru/delitatis: & seuitiæ: secundum excessum: & remis/sionis: secundum defectum: ex bea. Tho. secunda secundæ.q.lxxx.ar.ii.

Vendicare est: ut ita dicam: appropriare: & dicitur a uenum: quasi conueniens mihi dico. Venum autẽ dicitur quasi uentum: unde & uenundo. Et uenun datio: quæ est permutatio rerum: & contractus ex conuentione proueniens. A uenundo fit detractis duabus litteris Vendo: unde uendito & uenditio: & uenditor: & uendibile quod facile uendi potest.

Leuitici — Leuitici cap.xix.

Ne quæras ultionem: nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorũ.

Prouerbiorũ — Prouerbiorum ca.xxiiii.

Ne dicas quomodo fecit mihi: sic faciam ei: & red/dam unicuiq; secundum opus suum.

Ecclesiastici. — Ecclesiastici cap.xxviii.

Qui uindicari uult: a dño inueniet uindictam.

Paulus — Paulus ad Hebræos ca.xi

Scimus enim qui dixit: Mihi uindictam: & ego re/tribuam.

Cassiodor' — Cassiodorus epistola.xxviii.

Quid discrepat a peccante: qui semper excessum ui titur uindicare?

Seneca — Seneca tragœdia.i.

Phocylide — Sæpe uindicta obfuit. Phocylides.

μὴ μιμοῦ κακότητα δίκῃ δ' ἀπόλειπον ἀμύνειν

πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ. ἔρις δ' ἔριν ἀντι/φυτεύει.

Noli imitari malũ uiq; Sed iusticiæ relique uidictã. Cõciliatio.n. utilitatẽ: sed cõtẽtio cõtẽtionẽ gignit.

Iuuenalis — Iuuenalis satyra.xiii.

An uindicta bonum: uita iucundius ipsa?

Nempe hoc indocti. Ibidem.

Crisippus non dicit idem: Nec mite Taletis Ingenium. Iuuenalis Ibidem.

Quippe minuti

Semper & infirmi est animi exiguiq; uoluptas

Vltio: Continuo sic collige: q uindicta

Nemo magis gaudet q fœmina.



Inum græce οἶνος.ου.ὁ.& οἰνοφόρος.ου.ὁ.ἡ.uinifer dicitur. Vinum aliqui uolunt dictum a ui: q uim inferat menti: Alii uero uolunt græcum es/se: & ab οἴομαι: quod est puto: quoniam qui co/piosius bibũt: multa quæ non sunt imaginantur. A uinum fiunt uinolẽtus: hoc est ebriosus: uino se ingurgitans: & Vinosus eiusdem fere significationis. Vitis a ferendo uino. Vindemia de qua supra: & Vindemio: Vinatium quod ad uinum spectat. Vinacea substantiuũ plu/rale: quod significat grana uuæ iam passæ: & uina ceus adiectiuum: unde acinus uinaceus.

Homerus in ζ Iliados. — Homerus

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει. idest.

Viro autẽ defatigato magnum robur uinũ auget.

Idem in.ρ.odysseæ.

οἶνον καὶ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν.i.

Vinum & farinam medullam hominum.

Idem in ξ odysseæ.

οἶνος γὰρ ἀνώγει

ἠλεός.ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι

καὶ θ' ἁπαλὸν γελάσαι.καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκε

καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.i.

Vinum enim iubet

Stolidũ faciens: qd q ipulit prudentẽ ualde cauere: Et teneræ ridere: & saltare incitauit:

Et aliqd uerbũ emittere fecit: qd nõ dictũ meli' etat.

Ex primo Epigrãmaton. — Ex.i.Epig.

οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ καὶ ἡ περὶ κύπριν

ἐρωή

ὀξυτέρην πέμπουσιν ὁδὸν εἰς ἀΐδην.i.

Vinum & balnea: & circa Venerem amor.

Per uelociorẽ mittit uiã in infernũ. Niceratus. — Niceratus

οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ

ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.

Vinum sane gratioso magnus est equus poetæ.

Aquam autem bibens bonum non faceres uerbũ.

De hac materia habes supra ubi Ebrietas.



Irginitas græce παρθε/νία.ας.ἡ.& παρθενών/ος.ὁ.uirgo:& παρθέ/νιος.ου.ὁ.uirginalis di/citur. Est autem uirgitas per puram continentiam ab omni concubitu imu/nis: & in carne corruptibi/li icorruptionis perpetua meditatio: secūdum Augustinum. Dicitur autem a uirore qui importat immunitatē a concupiscen/tiæ adustione circa delectationes uenereas.ex bea. Tho.secunda secundæ.q.clii.

Virgo a uiridiori ætate: hoc est ualidiore appellata est: Virg. De Pasiphae matre trium filiorū dixit. Ah uirgo infœlix quæ te dementia cepit. Ouidi⁹. Adultera uirgo. Aliquando intactam & rei uene/reæ expertem significat. Ouidius. A iuuene & cu/pido credatur reddita uirgo? Virgo nunc nomen communis generis est: & tā marem q̄ fœminam si/gnificat rei ueneræ expertem. A uirgo fiunt Vir/ginitas: Virgineus: quod est aut fuit Virginis: Vir/ginalis: dignus: uirgine: Virgunculam ueteres par/

Genesis uam uirginem dixere. Genesis ca.xxiiii.

Virginitas enim thesaurus inpreciabilis est:

Paulus Paulus primæ ad Corinthios ca.vii.

De Virgībus præceptum domini non habeo: consi/lium autem do. Ibidem.

Mulier innupta: & uirgo cogitat quæ domini sūt: ut sit sancta: & corpore & spiritu.

Apocalip. Apocalip.capitu.xiiii.

Nēo poterat dicere cāticū: nisi illa.xliiii.millia. Ibi. Virgines enim sunt: & sequuntur agnum quocūq;

Augustin⁹. ierit. Augu.de bono uirginali super illud Vir/gines.n.sunt: & sequuntur agnum quocūq; ierit.

Agnum sequi quocunq; ierit est ipsius uirginitatem mentis & corporis imitari. Ibidem.

Gaudia uirginum non sunt eadē: cum nō uirgibus q̄uis Christi. Nā sunt aliis alia: sed nullis talia. Augu.epistola.cxxviii.

Beatius est ī carne imitari uitā angelorum: q̄ ex car/ne augere numerum mortalium? Hæc est uberior fœcundior q; fœlicitas: non uentre grauescere: sed mente grandescere: non lacescere pectore: non ui/sceribus terram: sed orationibus cælum pturire. Augu.de bono coniugali.

Sicut bonum erat quod Martha faciebat. Vide su/pra in Castitas. Augu.de continētia uiduali.

In coniugali uinculo: si pudicicia conseruat dānatio nō timetur: Sed in uirginali ac uiduali continētia excellentia muneris amplioris expetitur: qua ex/petita & electa & uoti debito oblata iam nō solum nuptias capescere: sed etiam si non nubant: nube/re uelle dānabile ē. Augu.sup ps.xvii.

Quæ est uirginitas mētis: integra fides: solida spes: sincera charitas. Augu.sup ps.xxix.

Quid prodest integra caro: mēte corrupta? Melius est humile coniugium: q̄ superba uirgitas.

Hieronymus epistola.lxvii. Hierony⁹.

Rarus sit egressus in publicū. Nunq̄ causa deerit p/cedendi: si semper quum necesse fuerit: fueris pce/ssura. Idē ad Eustochium epi.xliiii.

Caue quæso: ne quando dicat de te deus: uirgo Isra/el cecidit: & non est qui resuscitet eam. Euidenter loquor. Quum omnia possit deus: suscitare non potest uirginem post ruinam? Valet quidem libera/re a pœna: sed non coronare corruptam. Idē & habetur.xxxiii.q.v.

Hoc solum nunc dico. Vide supra in Castitas. Idem epistola.xliiii.

Si experto creditur: hoc primum moneo: ut sponsa Christi uinū fugiat pro ueneno: hæc aduersus ado/lescentiā prima arma sunt dæmonū. Ibidem.

Vinum & adolescentia duplex incendium uolupta/tis. Quid oleum flāmæ adiicimus? Quid ardēti cor/pusculo fomenta ignium ministramus? Moderatus cibus: & nunq̄ uenter expletus. Sint tibi quottidia/na ieiunia & refectio saturitatē fugiens. Hiero.ad Demetriaden epi.lxvii.

Sit sermo uirginis prudens: modestus: & rarus: non tam eloquentia speciosus q̄ pudore. Mirentur oēs te tacente tuā uerecundiā: te loquēte prudētiā. Ibi.

Nunq̄ detractio ex uirginis ore procedat. Hiero.in sermone de Assumptione.

Bene angelus ad uirginem mittitur: Quia semper est angelis cognata uirginitas. Profecto in carne p/ter carnem uiuere: non terrena uita ē: sed cælestis: Vnde in carne angelicam gloriam acquirere maio/ris est meriti q̄ habere. Esse enim angelum fœlici/tatis est: esse uero uirginem uirtutis: dum hoc obti/nere nititur cum gratia: quod habet āgelus ex na/tura: Vtrūq; tamen: & esse uirginem: & angelum diuini muneris est officium: non humanum.

Ambro.li.de uirginitate. Ambrosius

Vbiq; in uirgine comes singularum uirtutum ē pu/dor: Hic indiuiduus debet esse uirgitatis: sine quo non potest esse uirginitas: Teritur officiis pudor: audacia emicat: risus obrepit: modestia soluit: dū urbanitas affectat. Ambro.sup Lucā li.i.

Trepidare uirginum est: & ad omnes uiri ingressus pauere: Oēs uiri affatus uereri. Disce uirgo uerbo/rum uitare lasciuiam. Maria etiam tacet in saluta/tione angeli. Ambro.de Viduitate.

Virgo quæ Christum requirit non debet esse uulga/ris: non in foro: non in plateis: Non esse uoce que/

rula gressu lubrica: audita facilis: uilis aspectu.
Ambrosius li. de uiduis.
Supergreditur uirgitas conditionem naturæ huma/
næ: per quam homies angelis assimilantur: maior
· tamen est uictoria uirginum: q̃ angelorum. Ange/
li eni sine carne uiuunt: uirgies uero in carne triū/
phant. Ambro. de uirgitate.
Claude uas tuum ne unguentum effluat: claude uir/
ginitatem: uerecundia loquendi: & abstinētia glo/
riandi. Ibidem.
Non est casta quæ metu cogitur: nec honesta q̃ mer/
cede conducitur. Ibidem.
· Quis neget hanc uitam esse de cælo? quam non fa/
cile inuenimus i terris: nisi postq̃ dominus in hu/
ius corporis membra descendit.
Gregorius — Greg. in glosa super illud Genesis xix. In
monte saluum esse fac.
· Virginitas altus mons est ad quam angelus horta/
tur: sed qui uidet se non posse ascēdere maneat in
segor. i. in legitimo matrimonio: Quia melius ē me/
diocri bono uti: q̃ per abrupta libidinum pcipitari.
Phocylides — Phocylides.
παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις
θαλάμοις;
μηδὲ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆ/
μεν ἐάσῃς.
κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέ/
εσσι. idest.
Virginē custodias bene clausis thalamis
Neq; ipsā usq; ad nuptias añ domū ↄspici pmittes.
Pulchritudo difficilis custoditu est filiorum parētib⁹.
Paulus — Paulus silentiarius.
καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια παρθενίη δὲ
τὸν βίον ὤλεσεν ἂν πᾶσι φυλαττομένη
τοὔνεκεν εὐκόσμως ἄλοχον λάβε. καὶ
τινα κόσμῳ
δὸς βροτὸν ἀντὶ σέθεν. φεῦγε δὲ μαχλο/
σύνην. idest.
Pulchri uirginitas thesauri. sed uirgitas
Vitam perderet utiq; omnibus seruata.
Iccirco legitime uxorem cape: & aliquem mundo
Da mortalem pro te. Fuge autem adulterium.
Plautus — Plautus in Epidicho.
Non minus potest pudiciciā quisq̃ seruare filiæ.
Ouidius — Oui. meta. li. v. fabula. iii.
Omnia terrent
Virgineas mentes. Idē li. xiii. fa. ii. de Iphigēia.
Tunc quoq; cura fuit partes uellare tegendas.
Quum caderet: castiq; decus seruare pudoris.
Idem li. xiii. fabula. xvi.
Salue uirginei flos intemerate pudoris.
Oui. epi. Oenonis ad Paridem.
· Nulla reparabilis arte
Læsa pudicicia est: deperit illa semel.
Oui. epi. Paridis ad Helenam.
Lis est cum forma magna pudiciciæ.
Catullus — Catullus in Epithalamio.
· Vt flos in septis secretus nascitur hortis
Ignotus pecori nulli contusus aratro:
Quem mulcent auræ: firmat sol: educat imber:
Multi illum pueri: multæ optauere puellæ.
Idem cum tenui captus defloruit ungui:
Nulli illum pueri: nullæ optauere puellæ.
Sic uirgo dum intacta manet: dum chara suis: sed
Quum castum amisit polluto corpore florem:
Nec pueris: hæc chara manet: nec chara puellis.
Horatius — Hora. carminum li. iii. ode. xxvii.
Leuis una mors est
Virginū culpæ. Fran. petrar. soneto. ccxxiiii. — Frā. petrar.
Chara la uita: & doppo lei mi pare
Vera honesta: chen bella donna sia.
Lordine uolgi: e non fur madre mia
Senza honesta mhai cosse belle o chare.
Et qual si lascia dal suo honor priuare:
Ne donna e piu: ne uiua. & se qual pria
Appare in uista: & tal uita aspra & ria
Via piu che morte. & di piu pene amare.
Ne di Lucrecia mi marauigliai:
Se non come a morir se bisognasse
Ferro: & non li bastasse il dolor solo.
Vengan quanti philosophi fur mai
A dir dicio: tute lor uie fien basse
Et questuna uedremo alzarsi al uolo.
Fran. petrar. Triūpho mortis li. i.
Poche eran per che e rara uera gloria.

Virilitas græce ἀνδρεία. ας. ἡ. & ἀνδρεῖος. ου. ὁ. uirilis dicitur. Est autē uirilitas idem quod fiducia. Ideo est pars potentialis fortitudinis: secūdum bea. Tho. secunda secundæ. q. cxxviii. De qua uidere potes supra in arbore fortitudinis.

A uir uenit Virilis fortis: magnanimus: Ita & Virago mulier fortis: q uiro similis sit: & græce ἀντιάνειρα. ας. ἡ. dicitur. Iob ca. xxxvii. — Iob
Viri perfectæ uitæ homines memorantur.
Paulus — Paulus primæ ad Corin. ca. xi.
Vir caput est mulieris. Ibidē sedæ ca. xiii.
Quādo factus sum uir: euacuaui quæ erant puuli.
Augustin⁹ — Augu. li. iii. sermonū sermone. xiii.
Vir. n. dicit a uirtute: eo q libidines uincere debet.
Gregorius — Grgo. mo. li. xxvi. sup illud Iob. xxiii. De
ciuitatibus fecerunt uiros gemere.

Viri sunt qui perfectis gressibus per uiam dei nõ flu xe: & eneruiter currunt: sed uiriliter.

Idem.xxxviii. super illud Iob. Accinge sicut uir lumbos tuos.

Scriptura sacra uiros uocare consueuit: qui uias domini fortibus: & non dissolutis gressibus sequuntur.

Gregorius Grego.moral.xxviii. super illud prouer. O uiri ad uos clamito.

Ego nõ foeminis: sed uiris loquor: quia hii qui fluxa mente sunt: uerba mea percipere nequaq̃ possunt: Carnalis enim uoluptas: & foemiea mollicies: aut fluxa lænitas: & desidiosa ociositas effoeminant.

Lactan.fir. Lact.fir.li.vi.ca.iiii.diui.insti.

Bonus uir non audet quicq̃ cogitare: aut facere: qd non audeat prædicare. Semper ita uiuamus ut rationem nobis reddendam arbitremur.

Seneca Seneca epistola.lxxvii.

Ergo in homie quocunq̃ nihil pertinet ad rem: q̃tũ aret: q̃tum foeneretur: Q uã multis salutet: q̃ pcio so incũbat lecto: q̃ placido poculo bibat: sed q̃ bonus sit. Bonus autem est: si rõ explicita: & recta ẽ: & ad naturæ suæ uoluntatẽ accõmodata. Hæc uocat uirtus: hæc est honestũ & unicũ hois bonum: Nã quũ sola rõ pficiat hoiem: sola rõ pfecta beatũ facit: hæc autẽ unum bonũ est: quo uno beat⁹ efficitur.s.uirtus. Seneca li.de beneficus.

Vir bonus nõ põt nõ facere qd facit: non est.n.bonus: nisi fecerit. Aristo.li.iii.Ethicoꝶ.

Aristoteles Bonus singula cũ rõne iudicat. Cicero.li.offĩoꝶ.

Est igitur ulla res tanti: aut tam cõmodum tam expetendum: ut uiri boni nomen & splendorem amittas?

Cicero Cicero li.ultio Tus.quæsti.

Iam uero qui potest uir bonus non ad id qd laudabile sit omnia referre quæ agit: quæ q̃ sentit? Refert autẽ oia ad beate uiuendum. Beata ergo uita laudabilis: nec qcq̃ sine uirtute laudabile. Beata igit uita uirtute cõficit.

Lu.Apule. Lu.Apu.de deo Socratis.

Nihil est.n.deo similius & gratius: q̃ uir aio pfecto bonus: q hoibus cæteris antecellit: q̃ ipse a dus immortalibus distat.

Horatius Hora.epistolaꝶ li.i.epi.xvi.

Vir bonus est quis?

Q ui consulta patrum: qui leges iuraq̃ seruat:
Q uo multæ magnæq̃ secantur iudice lites:
Q uo responsore: & quo causæ teste tenentur.



Irtus græce 'ἀρετή'. & est animi habitus naturæ modo ratione cõsentane⁹: Habet q̃ quattuor partes: Prudentiam: Iusticiam: Temperantiam: & Fortitudinem: De quibus omnibus uide locis suis. Virtus ẽ affectio animi cõstans conueniens q̃ laudabiles efficiens eos in qui bus est. Et ipsa per se sua sponte separata & utilita te laudabilis. secundum Ciceronẽ in Rhet.

Virtus est mediocritas duorum uitiorum: Alterius secundum excessum: alterius secũdum defectum: secundum Ari.li.ii.Ethicoꝶ.

Virtus est habitus electiuus i mediocritate cõsistẽs: quo ad nos ratione terminata: & ut sapiens terminaret: secundum eundem. Ibidem.

Virtus ex uiro appellata est. Viri autem propria maxime est fortitudo: secundum Cice.li.tuscu. quæ.

Vir dicitur eo q̃ maior uis est in eo: q̃ in foemina: & hinc uirtus nomen accepit: secundum Lactan.li. de opificio dei.

Virtus est perferendorum malorum fortis: atq̃ inuicta patientia: Et quoniam fortitudo cæteris omnibus uirtutibus excellit: factum est ut omnes rectæ animi affectiones uirtutes appellentur. Et sic quic quid uitio contrarium est uirtus dicitur: diffinitur q̃. Virtus est affectio animi ut supra.

Prouerbiorum ca.iii. pꝛuerbioꝶ.

Noli prohibere benefacer eum qui potest: Si uales: & ipse benefac. Ecclesiastes ca.iii. Ecclesiãs.

Et cognoui q̃ non esset melius: nisi lætari & facere bene in uita sua. Sapientiæ ca.iii. Sapientiæ

Bonorum.n.laborum gloriosus est fructus.

Paulus ad Corint.secundæ ca.i. Paulus

Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Paulus ad Galathas ca v.

Fructus autem spiritus est charitas: gaudium: pax: patientia: benignitas: bonitas: longanimitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia: castitas.

Paulus ad Timotheum primæ ca.xvi.

Sectare uero iusticiam: pietatem: fidem: charitatẽ: patientiam: mansuetudinem. Ibidẽ ca ii.

Iuuenilia autem desyderia fuge: sectare uero iusticiam: fidem charitatem & pacem: cum his qui inuocant dominum de corde puro.

Petrus.ii.ca.i. Petrus

Fugientes eius quæ in mundo est cõcupiscentiæ corruptionem. Vos autem curam omnem subinferentes ministrate i fide uestra uirtutem. In uirtute autem scientiam: in scientia autem abstinentiam: in abstinentia autem patientiam: in patientia autem pietatem: in pietate autem amorem fraternitatis: in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc.n. si uobiscum assint: & superent: non uacuos: nec sine fructu uos cõstituent i domini nostri Iesu Christi cognitione. Ioãnes epistola.iii.ca.i. Ioannes

Qui bene facit ex deo est: qui male facit non uidet deum. Augu.in epi.ad Macedonium. Augustin⁹.

In hac uita uirtus non est: nisi diligere quod diligendum est: Id diligere prudentia est: nullis ide auerti

molestiis fortitudo e: Nullis illecebris temperantia: est: Nulla superbia: iustitia est.

Aug. de libero arbitrio li. ii. c. xi.

Bona magna sunt uirtutes qbus ratione uiuit. Minima sunt quorulibet corporum species: quibus recte uiui pot. Media sunt potentiae animi sine qbus recte uiui pot. Virtutibus nemo male utitur. Caeteris autem bonis. i. mediis & minimis non solum bene: sed et male quisq; uti potest. Et ideo uirtutibus nemo male utitur: quia opus uirtutis est bon⁹ usus illorum: quibus bene: & non male uti possumus. Nemo autem bene utendo male utitur.

Aug. de ciuita. dei. li. iiii.

Non est uera uirtus nisi quae ad eum finem tendit: ubi est bonum hominis: quo melius non est. Vnde uirtuosus homo res petere non debet.

Ambros⁹. Ambrosius: & hetur. xxxii. q. i. Q uod renunciat. Quum renunciat iprobitati assiscitur uirtus. Egressus n. maliciae: uirtutis operatur ingressum: Eodemq; studio quo crimen excluditur: innocetia copulat.

Boetius Boetius de philosophica cosola. li. iiii. prosa. i.

Nam imperante florenteq; nequicia uirtus non solum praemiis caret: uerum et sceleratorum pedibus subiecta calcatur: & i locum facinorum supplicia luit: Quae fieri in regno scietis oia potetis oia: sed bona tantummodo uolentis dei: nemo satis pot: nec admirari nec conqueri. Tum illa. Et esset inquit infiniti stuporis omnibusq; horribilius monstris. Si cuti tu aestimas i tanti ueluti patrisfa. dispositissima domo uilia uasa colerentur: preciosa sordescerent: Sed non ita est. Nam si ea quae paulo ante conclusa sunt inconclusa seruantur: Ipso de cuius nunc regno loquimur authore cognosces: semper qdem potentes bonos esse: malos uero abiectos semper: atq; imbecilles: nec sine poena unquam esse uitia: nec sine praemio uirtutes: bonis foelicia: malis semper infortunata contingere.

Lact. Fir. Lactan. Fir. diui. institu. li. i. c. i.

Virtus enim colenda est: non imago uirtutis: & colenda no est sacrificio aliquo: thure: aut precatione solemni: sed uoluntate sola: atq; proposito.

Lactantius Ibidem.

Nam quid est aliquid colere uirtutem: nisi ea comprehendere animo: aut tenere? Ibidem.

Q ui. n. sic uirtutes colunt: ut umbras: & imagines uirtutum consectetur: ea ipsa quae uera sunt tenere non possunt. Lact. Fir. li. iii. diui. instit.

Seneca quoq; nullum esse aliud uirtutis praemium: q immortalitate fatetur: Laudans uirtute in eo libro que de immatura morte conscripsit. Vna inqt res est uirtutis: quae nos immortalitate donare possit: & pares diis facere. Sed et Stoyci quos secutus est: negant sine uirtute effici posse quenq; beatum: Ergo uirtutis praemium beata uita est. Si uirtus: ut recte dictum est: beatam uitam facit: non est igit: ut aiunt philosophi: propter se ipsam uirtus expetenda: sed propter uitam beatam: quae uirtute necessario sequitur: Q uod argumentum docere eos potuit in quo esset summum bonum. Ide li. iii.

Virtutem stoyci esse aiunt: quae sola efficiat uitam beatam: nihil pot uerius dici. Ibidem.

Nullus igitur ex uirtute fructus e: ubi uirtus mortalis e: & caduca. Itaq; umbram quondam uirtutis uidebant: ipsam uirtutem non uidebant.

Lactan. Fir. diui. insti. li. vi. c. v.

Virtus est iram cohibere: cupiditate compescere: libidinem refrenare. Ibidem.

Omne igitur uirtutis officium e no peccare: quo profecto fungi no potest: qui deum nescit: Quoniam ignoratio eius a quo bona oriuntur: imprudentem impingat in uitia necesse est: Itaq; ut breuius & significatius utriusq; rei summa officia determine.

Scientia est deum noscere: uirtutes colere: in illo sapietia: i hoc iusticia cotinetur. Lact. li. vi. c. iiii.

Vna est igitur uirtutis: ac bonorum uia: q fert no i Elisios campos: ut poetae loquutur: sed ad ipsam mundi arcem. At leua malorum. Exercet poenas: & ad impia tartara mittit. Ide li. viii. c. i.

Nemo uirtuti fauet nisi qui pot. Seq aute facile no est oibus: Hii possunt quos paupertas: & rerum indige tia exercuit: & capaces uirtutis effecit. Na si uirtus est tolerantia malorum: non capiunt ergo uirtute: q semper in bonis fuerunt: quia mala nec experti sunt: Nec ferre possunt assuetudine: ac desyderio bonorum: quae sola nouerut. Eo fit ut pauperes & humiles deo credant facilius: quia sunt expediti: immo no cathenati & compediti seruiunt ad nutum dominae cupiditatis: quae illos inextricabilibus uiculis irretiuit: Nec possunt i caelum aspicere: quoniam mens eorum in terram prona humiq; defixa est. Virtutis autem uia non capit magna onera gestantes. Angustus est trames per quem iusticia hominem deducit i caelum: Hunc tenere no potest: nisi qui fuerit expeditus: ac nudus: Na isti locupletes multis & ingentibus sarcinis onerati p uiam mortis icedunt: quae latissima est: quoniam late perditio domiatur: ad iusticiam praecepit: quae q; nos dei magisterio de uirtute ac ueritate disseri mus qbus si repugnare audebunt: hostes se necesse est uirtutis iusticiaeq; fateantur.

Seneca Epistola. lxxxix. Seneca

Superuacua ex aio tolenda sunt. Non dabit se i has angustias uirtus. Seneca epistio. lxxxviii.

Virt⁹ extollit hoiem: et sup astra mortales collocat: Nec ea quae bona: aut mala uocantur: aut cupit nimis aut expauescit.

Seneca epistola.cx.

Omnibus.n.natura dedit fundamēta:semenq3 uir/tutum. Seneca epistola.cxii.

Quæ est.n.uirt⁹ supuacua:cōtēnere. Idē epi.lxxv.

Virtus:regna:urbes:prouincias tempat: fert leges: colit amicicias:inter ppinquos liberosq3 dispēsat: officia modo arcto fine circundat:pauptatis : exi/lii:orbitatis. Nō tamen minor est si ex altiore fasti/gio in priuatum:ex regio i humilē subducitur : ex publico:ex spacioso rure i angustas domos uel an/gulos coit. Seneca epistola.lxvii.

Errare mihi uidetur q dixit. Gratior et pulchro ue/niens in corpore uirtus adiuuat : Non.n.ullo ho/nestamento eget. Ipsa magnum sui ē decus: & cor pus suum consecrat. Pōt ex casa uir magnus exi/re:ex deformi humiliq3 corpusculo formosus aius & liber:& magnus. Seneca Tragœdia.ix.

Pulchrum eminere est inter illustres uiros:consule/re patriæ:fera cede abstinere : tempusq3 iræ dare. Orbi quietē: sæculo pacem suo. Hæc ē summa uir tus: petitur hac cælum uia. Ibidem.

Sed locum habet uirtus inter astra. Ibidem.

Nunquam stygias fertur ad undas
Inclyta uirtus. Seneca Tragœdia.ix.

Viuite fortes: Nec letheos: Sæua p amnes. Vos fata trahent. Sed quum summas Exiget horas. Con/sumpta dies: Iter ad supos gloria pandet.

Aristoteles — Aristoteles li.ii.Ethicorum.

Circa uoluptates:& tristicias est moralis uirtus.
Aristot. Ibidem.

Circa difficilia ars semper fit:& uirtus. Ibidē.

Virtus non est passio:quia secundum passionē: nec laudamur:nec uituperamur. Ibidem.

Virtus non est potentia : quia potentes p naturā su/mus:boni autem & mali non sumus p naturam.
Aristoteles li.ii.Ethicorum.

Virtus est habitus qui habētem pficit: & opus eius bonum reddit. Aristo. Ibidem.

Omnia autē uel rei:uel uirtuti consonant. Ibidē.

Omnis uirtus consistit in medio. Ibidē.

Virtus certior est:& melior omni arte. Ibidē.li.iii.

Melius est mori:q̄ facere contra bonum uirtutis.
Aristot.li.iiii.Ethicorum.

Virtuosus bene utitur quibuscunq3. Ibidem.

Virtuti perfectæ nō fit cōdignus honor. Ibidē.

Maior uirtus est bona opari:q̄ turpia non operari.
Aristot.li.iiii.Ethicoꝝ.

Optimus est qui non solum utitur uirtute ad se: sed ad alios. Arist li.v.Ethicoꝝ.

Habēs unam uirtutem hēt oēs. Ibidem li.vii.

Homines dii dicuntur fieri:propter uirtutum excel lentiam. Arist.li.iii.Polyticoꝝ.

Oportet bonā ciuitatē de uirtute eē solicitā. Ibidē.

Virtuosum melius est principari:q̄ multos alios.
Aristote.li.vii.Phisycorum.

Virtus est dispositio pfecti ad optimum. Ibidem.

Vnumquodq3 tunc pfectum est:quum attingit pro priam uirtutē. Cōmentator sup.vii.Physicoꝝ. — Cōmenta.

Virtus est quædā pfectio. Idē sup.vii.Phisycoꝝ.

Sapiens naturaliter est uirtuosus.

Aristoteles — Aristot.li.i.de Cælo & mundo.

Virtus actiua terminatur ad maximum : passiua ue ro ad minimum. Idē li.de Sensu & sensato.

Opatio nō est sine uirtute. Arist.li.i.Ethicorum.

In fortunatis uirtus refulget. Ibidem.

Sicut una hirundo non facit uer: nec una calida di/es: nec modicum tēpus facit æstatem: nec una uir/tus uirtuosum homiem facit: sic nec una dies : nec modicum tempus facit hominem fœlicem.

Cicero — Cicero li.de Amicicia.

Qui autē summum bonum in uirtute ponunt: præ clare illi qdem. Hæc ipsa uirtus amiciciam gignit : & continet. Sine uirtute esse non potest.

Cicero Ibidem.

Virtute.n.ipsa nō tam multi pditi eē: q̄ uideri: uo/lunt: hos delectat assentatio. Ibidem.

Nihil uirtute amabilius:nihil est quod magis allici/at ad amandum: quippe quum ppter uirtutem & probitatem:& eos quos nunq̄ uidimus quodam/modo diligamus. Ibidem.

Neq3 isti sunt audiendi: q uirtutem duram:& quasi rē ferream quandam esse uolunt. Ibidē.

Quid est.n.tam absurdum: q̄ lætari multis reb⁹ in/anibus:ut gloria:honore:ædificatiōe:uestitu:cul/tuq3 corporis. Aio autē uirtute prædito: eo uel qui amare: uel (ut ita dicam) redamari possit : non ad modum delectari. Ibidem.

Fructus enim ingenii & uirtutis omnisq3 præstantiæ tum per maximeq3 accipitur : quum in proximum quenq3 transfertur. Cicero de amicicia.

Sine uirtute: nec amiciciam : nec ullam rem expetē dam consequi possumus. Ibidem.

Maxima culpa est in eo:q & uirtutem aspernatur : & in fraudem obsequio impellitur. Ibidem.

Omnino est amans sui uirtus. Optime.n.se ipsa no uit: q̄q3 amabilis sit se intelligit.

Cicero li.de Amicicia.

Vos hortor: ut ita uirtutem locetis : sine qua amici/cia esse nō pōt: ut ea excepta nihil amicicia præsta bilius putetis. Cicero li.de Senectute.

Sed mihi ne diuturnum qcq̄ uidetur: in quo ē aliqd extremum: quum.n.aduenit id: tū illud quod præ terit effluxit. Tantum remāet id quod uirtute & recte factis consecutus sis. Ibidem.

Nec uero claroꝝ uiroꝝ post mortem honores per/manerent : Si nihil eorum ipsorum ai efficerent :

quo diutius memoriam sui teneremus.

Cicero li.ii. Tuscu.quæstio.

Scis igitur: si qd de Corithiis tuis amiseris: posse habere te reliquam supellectilem saluam: uirtutē autem si unam amiseris: (& si amitti nō pōt uirtus): sed si unam confessus fueris te non habere: nullā esse te habiturum. Ibidem li.iii.

Et si hoc qdem cōe ē uirtutum. Oēs.n. iter se nexæ & iugatæ sunt. Cic.li.iiii. Tus.quæst.

Pleræq.n. quæstiones quæ ad uitam moresq pertinēt: a uirtutis fonte ducunt. Quādo igit uirtus ē affectio aī constans conueniensq laudabiles efficiens eos i qb⁹ est: & ipsa per se sua spōte: separata ē utilitate laudabilis: ex ea pficiscunt honestæ uoluptates sentētiæ: actiōes: oisq recta rō: q̃q̃ ipsa uirtus breuissime recta rō dici pōt. Huius igit uirtutis cōtraria est uiciositas. Ibidem li.ultimo.

Illa.n. si modo ulla est uirtus oia quæ cadere i hoīem possunt: subter se habet: ea q despiciens casus cōtēnit humanos: culpa q oī carens præter se ipsam nihil censet ad se pertinere. Ibidem.

At nos uirtutem semp liberam uolumus semp inuictam: quæ nisi sunt: sublata uirtus est: Atqui si in uirtute satis est præsidii ad bene uiuendum: satis ē ēt ad beate: Satis.n. certe est in uirtute ut fortiter uiuamus: fortiter ēt ut magno aīo. Et quidem ut ulla re nunq̃ terreamur: semperq sim⁹ inuicti: sequtur ut nihil poeniteat. Nihil desit: nihil obstet: Ergo oīa profluenter: absolute: prospere. Igitur beate satis aut ad fortiter uiuendum uirtus potest: Satis ergo ēt ad beate. Etenim ut stultitia: & si adepta ē qd cōcupiuit: nunq̃ se tñ satis cōsecutā putat: Sic sapiētia semp eo cōtenta est: qd adest: Neq.n. unq̃ sui poenitet. Cicero Rhetor. uete℞ li.i.

Qui uirtutem hēt: is nullius rei ad bene uiuēdum indiget. Cicero Ibidem.

Sæpe uirtus ex magnificētia in quo grauitas & authoritas ē plus pficit ad misericordiā cōmouēdā: q̃ humilitas & obsecratio. Cic. Rhet. uete℞ li.ii.

Præmia uirtutis & officia sancta & casta esse oportet: neq ea aut cum iprobis cōmunicare: aut i mediocribus hominibus promulgari.

Cicero Rhetor. nouo℞ li.iii.

Nemo erit: q cēseat a uirtute recedēdū esse. Ibidē.

Nulla utilior res est icolumitate: uirtutib⁹ uti nemo pōt: q suas rōnes i tuto nō collocauit. Ibidem.

Virtus nullo tpe reliquēda ē. Cic. Rhet. no. li.iiii.

Difficile est primum uirtutes reuereri: q semp secunda fortuna sit usus. Liber is existimandus ē: q nulli turpitudini seruit. Ibidem.

Oēs bene uiuendi rōnes in uirtute sunt collocādæ: pptérea q sola uirtus i sua potestate est. Oia præter eā subiecta sunt fortunæ dñatiōi. Cic. Ibidē.

Ei non multum pōt obesse fortuna: q sibi firmius in uirtute: q̃ in casu præsidium collocauit. Nā si quis spei non multum collocarit in casu: qd est q ei magnopere casus obesse possit? Ibidem.

Diuitias sine diuitum esse: tu uero uirtutē præfer diuitiis. Nam si uoles uirtutē cum diuitiis cōparare: uix satis idoneæ tibi uidebuntur diuitiæ: quæ uirtutis pedisequæ sint. Cicero i Paradoxis.

Contentum uero suis rebus esse maximæ sunt certissimæq diuitiæ. Et.n. isti callidi re℞ æstimatores prata & areas quasdam magno æstimāt: q ei generi possessionum minime quasi noceri pōt. Quāti ē æstimanda uirtus? quæ nec eripi: nec surripi pōt: neq naufragio: neq incēdio amititur: nec tēpestatum: nec tēpo℞ permutatione mutatur. Qua præditi q sunt soli sunt diuites: Soli.n. possident res & fructuosas: & sempiternas: Soliq qd est pprium diuitia℞ intenti sunt rebus suis. Cicero Ibidem.

Quod honestum & cum uirtute est: id Solum opinor bonum. Cicero in Paradoxis.

In quo uirtus sit: ei nihil deesse ad beate uiuendum puto. Cicero Ibidem.

Nescis insane q̃tas uires hēat uirtus: nomē tantum uirtutis usurpas qd ipsa ualeat ignoras.

Cicero li.i. de natura deorum.

Beatus autē esse sine uirtute: nemo pōt. Ibidem.

Nihil est.n. uirtute amabilius: quam q adeptus erit: ubicunq erit gentium: a nobis diligetur.

Salustius Cathilinarius. Salustius

Virtus: clara æternaq hētur. Ibidem.

Quæ homines arant: nauigant: ædificant: uirtuti omnia parent. Salustius Cathili.

Vbi diuitiæ honori sunt: & eas gloria: imperium: potentia: sequitur: hebescere uirtus: paupertas probro haberi: innocentia pro maliuolentia duci incipit. Aulus Gelius: noctium Attic. li.xvii. Aul. Gel⁹

Itidem absurdum est una sola uirtute uitā fieri beatam dicere: Quoniam quum uirtus abest: beata esse uita nunq̃ pōt. Aul. Gel. Ibidem.

Virtus autē (ut isti dicunt) nō accessio neq supplementum: sed sola ipsa uitæ beatæ instar est: & propterea uitam beatā ipsa sola una quum adest: facit.

Val. maximus. li.ii. Val. Max.

Facilior uirtutis ad luxuriam: q̃ luxuriæ ad uirtutem transitus est. Ibidem.

Virtutis uberrimum alimentum est honos. Ibidē.

Eneruos aīos odisse uirtus solet.

Valerius maximus li.v.

Magno ubiq precio uirtus æstimatur. Ibidem

Apud antiquos maiorum effigies ī prima parte ædium poni solebant: iccirco ut eo℞ uirtutes posteri: non solum legerent: sed ēt imitarētur. Ibidē.

Eleuet aliquis præmia uirtutis: quum aīaduertat

fortes uiros fœlicius sepeliri: q̃ ignauos.

Valerius max.li.v.

Nihil est igitur excepta uirtute: q mortali manu & animo imortale quæri possit.

Val.max.li.vii.ti.Sapiēter dicta aut facta.

Bias autē quom p̄riam eius. Pirenem hostes inuasissent: & omnes bona sua exportarent: Interrogatus qd ita nihil ex bonis suis secum ferret: Ego uero (inqt): Bona mea mecum porto: Pectore.n.illa gestabat: non humeris: non oculis uisenda: sed æstimanda aio: quæ in domicilio mētis iclusa: nec mortalium: nec deorum manib' labefactari queunt: & ut manentibus præsto sunt: fugientes non deserunt. Ibidem.

Vnicæ filiæ pater Themistoclen cōsulebat: utrum eam paupi ornato: an locupleti parum ,pbato collocaret: cui is malo inqt uirum pecunia: q̃ pecuniam uiro indigentē: quo dicto stultum monuit: ut generum potius: q̃ diuitias generi legeret.

Iul.Celsus — Iulius Celsus de gestis Cæsaris li.vii.

Laudis cupiditas: & timor ignominiæ ad uirtutem excitāt. Isocrates ad Dimonicū sermōe admoni. — Isocrates

τῆσ ἀρετῆσ οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον οὐδὲ βεβαιότερον ἐστί.i. Virtute nulla possessio uenerabilior: neq; firmior est. Hesiodus. — Hesiodus.

τῆσ δ' ἀρετῆσ ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν

ἀθάνατοι. μακρὸσ δὲ καὶ ὄρθιοσ οἶμοσ ἐπ' αὐτήν.

Καὶ τρηχὺσ τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰσ ἄκρον ἵκηται

ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα. idest.

Ante uirtutem dei sudorem posuerunt
Immortales: longa & ardua uia ad ipsam:
Et aspera primum. Postq̃ ad summū puentū fuerit
Facilis deinde est: difficilis quis fuerit. Menāder. — Menāder.

ὅπλον μέγιστον ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖσ.i.

Scutum maximum est uirtus mortalibus.

Paul.silen. — Paulus silentiarius.

μή τι βαθυκτεάνοιο τύχησ κουφίζεο ῥοίζῳ
μή τι σὸν ἐλεύθερον αὐχένα δουλώσειασ.
πᾶσ γὰρ ὑπ' ἀστάθμοισι βίοσ πολλαῖσι κέλευθοισ
εἰλεῖται ἀνέμοισ
τῇ καὶ τῇ θαμινῶσ ἀντιμετακλινόμενοσ.
ἡ δ' ἀρετὴ σταθερόν τι καὶ ἄτροπον. ὡσ ἐπὶ μούνησ
κύματα θαρσαλέωσ πορθμεύεο βιότου.i.

Neq; diuitis fortunæ eleueris impetu
Neq; tuam flectat cura animi libertatem.
Omnis.n.sub instabilibus uita subiicitur auris
Hoc & illuc frequenter exagitata.
Virtus autem firmum qd & imutabile: q̃ supra sola
Vndas audacter transeas uitæ.

Plautus in Amphitrione. — Plautus.

Virtute dixit uictores uiuere Iuppiter: non ambitione: neq; perfidia: q minus eadem histrioni sit lex: quæ summo uiro: Virtute ambire oportet: non fauoribus. Plautus in amphitrione.

Sat habet fautorum semp q recte facit: Scilicet illis fides ē qbus est ea res in manu. Ibidem.

Virtus præmium est optimum: uirtus oibus rebus anteit: Profecto libertas: salus: uita: res: & parentes: patria: & ,pgnati uitanť: & seruitur. Virtus in se oia habet: oia assunt bona: quē penes est uirtus.

Plautus in duobus captiuis.

Qui p uirtutē peritat: non interit.

Plautus in Trinumio.

Vt bene uiuitur: diu uiuiť. Virg. Aeneidos.li.iii. — Virgilius

Ecquæ tum puero est amissæ cura parentis?
Ecquid in antiquam uirtutem aiosq; uiriles
Et pater Aeneas: & auunculus excitat Hector?

Virgilius Aeneidos li.iiii.

Gratior et pulchro ueniens in corpore uirtus
Adiuuat. Virgilius Ibidem.

Pudor incendit uires: & conscia uirtus. Ibidem.

Exigui numero: Sed bello uiuida uirtus.

Virgilius Aeneidos li.v.

Hii proprium decus & partum indignanť honorē
Ni teneāt: uitamq; uolunt pro laude pacisci.
Hos successus alit: possunt quia posse uidentur.

Virgilius Aeneidos li vi.

Pauci quos æquus amauit
Iuppiter: aut ardens euexit ad æthera uirtus.
Diis geniti potuere. Virg. Ibidem.

Et dubitamus adhuc uirtutem extēdere factis?

Virg. Aeneidos li.x.

Nunc prece: nunc dictis: uirtutem accēdit amaris.

Virg. Ibidem.

Stat sua cuiq; dies. Breue & irreparabile tempus
Oibus est uitæ: Sed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus. Virg. Ibidem.

Aestuat ingens
Imo in corde pudor: mixtoq; insania luctu:
Et furiis agitatus amor: & conscia uirtus.

Virgilius Aeneidos li.xii.

Disce puer uirtutem ex me: uerūq; laborem:
Fortunam ex aliis: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit: et magna iter præmia ducet.

Ouidius metamor.li.vi.fab.vi. — Ouidius.

Grāde doloris
Ingenium ē: Miserisq; uenit solertia reb'.

Ouidius metamor.li.x.fab.xi.

Nec uirtus citra genus est. Ibidem fab.xii.

Sed stat monitis contraria uirtus. Idē li.xii.Fa.vi.

Iam timor ille Phrygum decus: & tutella pelasgi

Nominis Aeacides: caput insuperabile bello?
Afferat: armarat deus idem: idemq; cremarat:
Iam cuius est: & de tam magno restat Achille
Nescio quid paruam: qd nõ bene compleat urnã.
At uiuit totum quæ gloria compleat orbem:
Hæc illi mensura uiro respondet: & hæc est
Par tibi Pellide: nec inania tartara sentit.
Idẽ li.xiii.fab.i. Verba Vlixis cõtra Aiacem.
Tibi dextera bello
Vtilis: Ingenium est quod eget moderamine nostro:
Tu uires sine mente geris: Mihi cura futuri:
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. Tu tantum corpore prodes:
Nos animo: quantoq; ratem qui temperat ante it
Remigis officium: quanto dux milite maior:
Tantum ego te supero. Idẽ li.xiii.fabula.iiii.
Inuia uirtuti nulla est uia.
Ouidius Oui.in fine libri Metamorphoseos.
Iãq; opus exegi: quod nec Iouis ira: nec ignes?
Nec potent ferrum: nec edax abolere uetustas.
Quum uolet illa dies: quæ nil nisi corporis huius
Ius habet: Incerti spacium mihi finiat æui:
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar: nomenq; erit indelebile nostrum.
Quaq; patet domitis Romana potentia terris
Ore legar populi: per q; omnia secula fama:
Si quid habent ueri uatum præsagia: uiuam.
Ouidius tristium li.iii.Elegia.v.
Subruere est arces: & stantia mœnia uirtus?
Quilibet ignaui præcipitata premunt.
Ouidius tristium li.iiii.Elegia.iii.
Hectora quis nosset? fœlix si troia fuisset:
Publica uirtutis per mala facta uia est.
Ars tua Typhi iacet: si non sit in æquore fluctus:
Si ualeant homines: ars tua Phœbe iacet.
Quæ latet: inq; bonis cessat non cognita rebus
Apparet uictis arguiturq; malis:
Dat tibi nostra locum tituli fortuna: caputq;
Conspicuum: pietas quo tua tollat: habet.
Ouidius tristium li.iiii.Elegia.vi.
Scilicet aduersis probitas exercita rebus
Tristi materiam corpore laudis habet.
Si nihil infesti durus uidisset Vlixes?
Penelope fœlix: sed sine laude foret.
Victor echionias nisi uir penetrasset in arces?
Forsitan Euadnen uix sua nosset humus.
Quum pelia genitæ: tot sint: cur cognita nobis?
Nempe fuit misero nupta q; una uiro.
Effice ut Iliacas tangat prior alter harenas:
Laodomia nihil cur referatur erit.
Ouidius tristium li.iiii.Elegia ultima.
Si quid habent igitur uatum præsagia ueri:
Protinus ut moriar: non ero terra tuus.
Siue fauore tuli: siue hanc ego carmine famam:
Iure tibi grates candide lector ago.
Ouidius de Ponto li.i.Elegia.ix.
Si modo non census: nec clarum nomen auorum?
Sed probitas magnos ingeniumq; facit.
Ouidius de Ponto li.ii.Elegia.ii.
Difficile est fateor: sed tendit in ardua uirtus:
Et talis menti gratia maior erit.
Ouidius de Ponto li.iii.Elegia.ii.
Corpora debentur mœstis exanguia bustis:
Effugiunt structos nomen: honorq; rogos.
Occidit & Theseus: & qui comitauit Orestẽ:
Sed tamen in laudes uiuit uterq; suas.
Vos etiam seri laudabunt sæpe nepotes:
Claraq; erit scriptis gloria uestra meis.
Ouid.de Ponto li.iiii.Elegia.ii.
Excitat auditor studium: laudataq; uirtus
Crescit: & immensum gloria calcar habet.
Ouidius Fastorum.li.ii.
Fraude perit uirt⁹. Horati⁹ carlum li.i.ode.xxii.
Integer uitæ scelerisq; purus:
Non eget mauris iaculis: neq; arcu:
Nec uenenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.
Siue per syrtes iter æstuosas:
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum: uel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.
Nanq; me silua lupus in Sabina
Dum meam canto lalagen: & ultra
Terminum curis uagor expeditus:
Fugit inermem. Hor.li.ii.Ode.xxviii. Horatius
Non ebur: neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymetiæ.
Premunt columnas ultima recisas
Aphrica: neq; Attali
Ignotus hæres regiam occupaui:
Nec laconicas mihi
Trahunt honestas purpuras clientes.
At fides & ingenii
Benigna uena est: pauperemq; diues
Me petit: nihil supra
Deos lacesso: nec potentem amicum
Largiora flagito:
Satis beatus unicis Sabinis.
Horatius carminum li.ii.ode.ii.
Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus?
Nec sumit: aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cælum: negata tentat ire uia:

Cætusq; uulgaris: & udam
Spernit humum fugiente penna.
Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces: uitabo qui Cereris ſacrum
Vulgarit Arcanæ ſub iiſdem
Sit trabibus: fragilemq; mecum
Soluat Phaſellum: Sæpe dieſpiter
Neglectus inceſto addidit integrum.
Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo. Ibidē li.iii.ode ultia.
Exegi monumentum ære perennius:
Regaliq; ſitu Pyramidum altius:
Quod non imber edax: non aquilo impotens
Poſſit diruere: aut innumerabilis
Annorum ſeries: & fuga temporum:
Non omnis moriar: multaq; pars mei
Vitabit libitinam: uſq; ego poſtera
Creſcam laude recens: dum capitolium
Scandet cum tacita uirgine Pontifex:
Dicar qua uiolens obſtrepit aufidus:
Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnator populorum: ex humili potens
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos: ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis: & mihi delphica
Lauro cinge uolens Melpomene comam.
Horatius carminum li.iiii.Ode.iiii.
Fortes creantur fortibus: & bonis
Eſt in iuuencis: eſt in equis patrum
Virtus: neq; imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed uim promouet inſitam:
Rectiq; cultus pectora roborant.
Vtcunq; defecere mores:
Dedecorant bene nata culpæ. Ibidē ode.ix.
Non poſſidentem multa uocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati: qui deorum
Muneribus ſapienter uti:
Duramq; calet pauperiem pati:
Peiuſq; læto flagicium timet.
Non ille pro charis amicis:
Aut patria timidus perire.
Horatius epiſtolarū li.i.epiſtola.i.
Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt:
Eſt animus tibi: ſunt mores & lingua: fideſq;:
Plebs eris: at pueri ludentes rex eris aiunt:
Si recte facies: ſic murus aeneus eſto:
Nil conſcire ſibi: nulla palleſcere culpa.
Horatius epiſtolarum li.i.epiſtola.ii.
Rurſus qd uirtus: & quid ſapientia poſſit:
Vtile propoſuit nobis exemplar: Vlixem:
Qui domitor Troiæ multorum prouidus urbes
Et mores hominum inſpexit: latumq; p æquor
Dum ſibi: dum ſociis reditum parat: aſpa multa
Pertulit: aduerſus rerum immiſerabilis undis:
Syrenum uoces: & Circes pocula noſti.
Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſq; bibiſſet:
Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors:
Vixiſſet canis imundus: uel amica luto ſus. Ibidē.
Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones:
Vide ſupra in Tempus. Ibidem.
Quæritur argentum: pueriſq; beata creandis
Vxor: & incultæ pacantur uomere ſiluæ.
Quod ſatis eſt: cui contingit: nihil amplius optet.
Non domus: & fundus non æris aceruus & auri
Aegroto domini deduxit corpore febres:
Non animo curas: Valeat poſſeſſor oportet
Si comportatis rebus bene cogitat uti:
Qui cupit: aut metuit: iuuat illū ſic dom⁹ aut res
Vt lippum pictæ tabulæ: fomenta podagram:
Auriculas cytharæ collecta ſorde dolentes:
Sincerum eſt niſi uas quodcunq; infundis aceſcit.
Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.
Horatius epiſtolarum li.i.epiſtola.vi.
Si latus: aut renes morbo tentantur acuto:
Quære fugam morbi: uis recte uiuere? qs non?
Si uirtus hoc una poteſt dare fortis: omiſſis
Hoc age deliciis. Ibidem epiſtola.xvii.
Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum: qui leges iuraq; ſeruat:
Quo multæ magnæq; ſecantur iudice lites:
Quo reſponſore: & quo cauſæ teſte tenentur.
Horatius epiſtolarum li.i.epiſtola.xvii.
Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Ibidē.
Vir bonus & ſapiens audebit dicere Pentheu
Rector Thebarum quid me perferre patiq;
Indignum coges? adimam bona: nempe pecus: rē
Lectos: argentum: tollas licet: & manicis: &
Cōpedibus: ſæuo te ſub cuſtode tenebo
Ipſe deus ſimulat ipſe uolam: me ſoluet opinor:
Hæc ſentit. Moriar? Mors ultima linea rerum ē.
Horatius epiſtolarum li.i.epiſtola.xvii.
Virtus eſt medium uitiorum utrinq; redactum.
Horatius epiſtolarum li.i.epiſt.xxi.
Maiores pennas nido extendiſſe loqueris:
Vt quantum generi demas: uirtutibus addas.
Horatius epiſtolarum li.ii.epiſtola.ii.
I bone quo uirtus tua te uocat: i pede fauſto
Grandia laturus meritorum præmia.
Iuuenalis Satyra prima. Iuuenalis.
Probitas laudatur & alget. Iuuena.Satyra.x.
Maior famæ ſitis eſt q̄
Virtutis: Quis.n.uirtutem amplectitur ipſam:
Præmia ſi tollas? Fran.Petr.Triūpho caſtitatis. Fr.Petrar.

Ma uirtu che da bon non se scompagna
Mostro in quel pacto ben: come ha gran torto
Che abandona lei: daltrui se lagna.
Fran. petrar. Triumpho mortis ca. iii.
Che ne foco ne ferro a uirtu noce.
Dan. Floré. Dan. floré. purgatorii cantica. ca. vii.
Rade uolte resurge per li rami
Lhumana probitade: & questo uole
Quei chella da: per che da lui si chiama.
Ibidem cap. xx.
O bon Fabricio
Cum pouerta uolesti anci uirtude:
Che gran richeza possider cum uitio.

VIs graece βία.ας.ἡ. & βίαιος.ου.ὁ. uiolentas dicit̃. Significat autẽ aliquando uis: uirtutẽ. Virg. Longam multa ui muniet. Albã Nonnunq̃ possibilitatẽ. Virg. Non ea uis aio: nec tanta supbia uictis. Interdũ uiolentiã. Idem. Quae uis imanibus applicat oris. Hinc fit uiolo: quod est corrũpo: cõtamino: polluo: & quasi uim infero: qd proprie de uirgine dicitur.
Vis est omne qd est principium operationis. Sed uirtus importat principiũ opationis perfectae: ex bea. Tho. iii. sen. di. xxiii. q. i. ar. iiii.

VIsus graece ὄψις. ὄψεως. ὁ. & ὁρατόν. ου. ὁ. uisibilis: & ὁράω uideo dicitur. Est autem uisus nõ forma oculi: sed aĩa: scdm qd ab ea fluit uisus: ex b. Tho. sup li. de Aia. xix.
Visionis nomen extendit̃ ad significandũ oẽm cognitionẽ sensuum: & intellectus: ppter dignitatẽ uisus: & certitudinem eius: secundum eundem. i. parte. q. lxvii. ar. i. c. Psalmus.
David Auerte oculos meos: ne uideant uanitatem.
Hierony⁹. Hieronymus cã. viii.
Trenoꝝ. Mors intrat per fenestras. Trenoꝝ ca. i.
Oculus meus depredatus est animam meam.
Augustin⁹ Augu. confessionum li. x.
Hierony⁹. Sũt. n. oculi pricipes ad nocẽdũ i sẽsib⁹. Hierony⁹.
Impudicus oculus impudici cordis est nuncius.
Gregorius Grego. mo. xxi. super illud Iob. xxxi. Pepigi foedus cum oculis meis.
Non debet intueri quod non licet concupisci.
Seneca Seneca de remediis fortuitoꝝ.
Irritamenta sunt oculi uitioꝝ: duces scelerum: huic adulterium oculi ministrant. huic domum quã concupiscat. Seneca tragoedia. v.
Visu carenti: magna pars ueri latet.
Aristoteles Aristo li. i. metaphisicae.
Sensus uisus multaꝝ reꝝ nobis differentias demonstrat. Ari. li. de sensu & sensato.
Visus multaꝝ rerum differentias nobis demõstrat.
Aristo. li. i. Rhetoricoꝝ.
Melius est subtiliter uidere: q̃ subtiliter odorare: qa uisus melior est odoratu. Plautus i truculento. Plautus
Non laudandus est: quum plus credit qui audit: q̃ q uidet. Plautus Ibidem.
Non placet: quum illi prius laudit: q audiũt q̃ q uident: pluris ẽ oculatus testis unus: q̃ auriti decẽ: q audiunt: aut istas res dicũt: q uidẽt plene sciunt.
De uisu: organo: obiecto: actibusq; eius uide supra in arbore Animae.

VIta graece βίος. ου. ὁ. & βιόω uiuo dicitur. Est autem uita mansio aiae in corpore: secundum Ari. li. de morte & uita.
Vita est mansio aiae nutritiuae in calido: secundum eundem ibidẽ.
Vita (ut Donatus affirmat) significat ζωήν: mores: aiam: alimentum: spacium uiuẽdi: & fortunã q̃ uiuẽtibus accidit. Terẽ. Nam tua qdẽ hercle uita haec expetenda.
Deuteronomii cap. viii. Deutero.
Non in solo pane uiuit homo. Iob. ca. v. Iob
Homo ad laborem nascitur. Iob ca. xiiii.
Homo natus de muliere: breui uiuens tẽpore: Vide supra in Homo. Ecclesiastes ca. ix. Ecclãstes.
Nemo est qui semper uiuat. Ibidem.
Melior ẽ canis uiuus leõe mortuo. Ecclãstes. c. viii.
Viuẽtes sciunt se eẽ morituros. Ecclãstici. c. xxx. Ecclãstici
Melior est mors q̃ uita amara.
Augu. de uerbis dñi sermone. xvi. Augustin⁹
Breuis est uita: & ipsa breuitas semper incerta.
Augu. de uerbis dñi. ser. xvii.
Quid ẽ diu uiuere: nisi diu torq̃ri? Ibidẽ ser. xl.
Diu uiuere quid est: nisi ad finẽ currere?
Augu. epistola. xlvi.
Neq; in tpe utiliter uiuit̃: nisi ad cõparandum meritum quo i aeternitate uiuat̃. Aug. sup ps. vi.
Longitudinẽ uitae huius non facit nisi spes uiuẽdi. Nã nihil uidet̃ esse celerius q̃ qcqd in ea iam pteritum est. Quum ergo dies iudicii uenerit: tunc sentient peccatores: qm non sit longanimis uita quae transit. Augu. super psalmo. xxxvi.
Si toto tpe illo uiueres ex quo Adã de paradiso emissus est usq; in hodiernum diẽ: Certe uideres uitã tuam non fuisse diuturnã: q̃ sic aduolasset. Vnius autẽ cuiusq; uita hoĩs q̃ta est: adde quãtoslibet annos: duc longissimã senectutẽ: qd ergo? Nõ ne aura matutina est? ergo longe sit dies iudicii: qñ erit retributio iustoꝝ & iniustoꝝ: tuus certe ultimus

dies abesse nō potest. Longe adhuc te spara: qua lis .n. exeris de hac uita: talis redderis illi uitæ.

Augu. in originali: tractans illud Iacobi. iiii. Quæ enim est uita nostra.

Vita hæc ē: uita dubia: uita cæca: uita erūnosa: quā humores tumidant: dolores extenuāt: ardores exsiccant: aera morbidant: escæ inflāt: ieiunia macerant: ioci dissoluunt: tristiciæ cōsumunt: sollicitudo coartat: securitas ebetat: diuitiæ iactant: paupertas deiicit: iuuentus extollit: senectus incuruat: infirmitas frāgit: mœror dprimit: & post hæc oīa mors interimit: Vniuersis gaudiis finē iponit: ita quum esse desierint: nec fuisse putentur.

Hierony. Hiero. super Hamos li. iii.

Nihil fugacius seculo: rebusq̧ seculi: quas dū tenemus amittimus: & p infantiā: puericiā: iuuentutē: ac uirilē: & igrauelcentē ac maturā ætatē: annosq̧ ultios senectutis: utiq̧ septē spacia Philos uitā describit humanā: mutamur: & currimus: & nescientes ad mortis termlos puenim'. Hiero. epi. lxxix.

Nihil ita decipit: q̄ quū ignorēt hoīes spacia uiuēdi: longiorem sibi uitam repromittunt.

Ambrosius Ambro. in sermone. de quadragesima.

· Tantis malis hæc uita repleta est: ut cōparatiōe ei': mors remediū putet' esse: nō pœna. Nā ideo breuē illā deus facit ut molestiæ eius quæ psperitate uinci uel tolli non poterant: tēporis exiguitate finirentur. Deniq̧ sanctus Iob dicit: militia est uita hominis super terrā. Grego. moralium li. xiii.

Gregorius Reproboꝝ mentes iccirco multa neqter agunt: qa se hic uiuere diutius arbitrant'. Iusti uero dū breuitatē uitæ suæ cōsyderant: elationis & immunditiæ culpas declinant. Grego. li. xxiii. moraliū.

Solent non nulli uiatores: quū amœna fortasse prata in itinere conspiciunt pgendi moras innectere: & accepti itineris rectitudine declinare. Eorumq̧ gressus tardat pulchritudo itineris: dum delectat.

· Electis ergo suis pgentibus ad se dūs huius mundi iter asperꝝ facit: ne dum q̧sq̧ uitæ psentis iqe: quasi uiæ amœnitate pascit': magis eum diu peregre: q̄ citius peruenire delectet: nedum oblectatur in uia obliuiscatur quod desyderabat in patria.

Grego. li. xxiii. moralium.

Quod dies uitæ peragimus: quasi in itinere ad locū ppositum tot passibus ppinquamus: psentem uitam: quasi uiam subigendo transimus.

Grego. mora. xvii. sup illud Iob. xxiiii. Eleuati sunt ad modicū: & non subsistunt.

Gloria iniquorum quasi stabilis æstimat'. Sed quum hāc repentinus finis intercipit: breuem fuisse dephendit. Seneca epistola. li.

Seneca Infinita est uolubilitas temporis: punctum est quod uiuimus. Seneca epistola. cii.

Respice celeritatem rapidissimi temporis: per quod citissime currimus. Grego. i. registri.

· Vita nostra nauigāti similis est. Is .n. q nauigat stet: Sedeat: iaceat: semp uadit: Quia ipulsu nauis dicitur. Sic & nos siue uigilātes: siue dormientes p momēta tpum quottidie ad finē tendimus.

Grego. mora. xii. super illud Iob. xiiii. Breues dies hominis sunt.

Velut nō esse constat: qd cū tanta uelocitate trāscurrit. Grego. mo. vii. sup illud Iob. Expectate.

Lactan. fir. Paꝝ est qcqd finit'. Lac. fir. diui. insti. li. vi.

Hæc .n. uita intēperabilis quæ breuis est: Iccirco & bona eius & mala breuia sint necesse est: Illa uero spūalis quæ huic terrenæ cōtraria est: qm sempiterna est: Iccirco & bona ei' & mala sempiterna sūt. Ita fit & ut bonus breuibus mala æterna: & malis breuibus bona æterna succedant: Itaq̧ quū simul pposita sint homini bona & mala: cōsyderare unūquęq̧ secum decet: q̄to satius sit pro ppetuis bonis mala breuia pensare: q̄ p breuibus & caducis bonis: mala ppetua sustinere. Seneca epi. xii.

Seneca Læti dicamus. Vixi: & quem dederat cursum fortuna peregi. Crastinum si adiecerit: læti recipiamus. Seneca epistola. xxii.

Nemo q̄ bene uiuat: sed q̄ diu: consyderat: quum oībus possit cōtingere: ut bene uiuant: ut diu nulli. Seneca epistola. xxiii.

· Quidā tunc icipiunt uiuere: quū desinēdū: imo qdā ante desierunt uiuere: q̄ icipiāt. Senc. epi. lxxi.

Pernauigauimus Lucili uitā: & quēadmodū in mari: ut ait Virg. noster. Et terræ & urbes recedunt: Sic i occursu rapidissimi tpis: primum pueritiā abscindimus: deinde adolescentiā: deinde qcqd est in ter iuuenē: & senē: medium in utriusq̧ cōfinio positum: deidē senectutis optimos annos: Nouissime incipit ostendi publicus finis generis humāi: scopulum illū putamus eē dementissimi. Portus .n. aliqñ petēdus est: nusq̄ recusandus. Seneca epi. lxxii.

De partibus uitæ oēs deliberamus: de tota nemo deliberat. Seneca epistola. lxxviii.

· Quō fabulas: sic & uita: non q̄ diu: sed q̄ bene acta sit refert: Nil ad rem ptinet quo loco desinas: Quocunq̧ uoles desine: tātum bonā clausulam ipone.

Cicero Cicero Rheto. nouoꝝ li. iiii.

Qui nihil habet i uita iucundius uita: is cum uirtute: uitā non pōt colere. Val. maxi. li. ix.

Val. maxi. Humanæ uitæ condictionē primus & ultimus dies cōtinet: Quia plurimū interest qb' auspiciis incoet': & quo fine claudat'. Aristo. li. de causa longitudinis & breuitatis uitæ.

Aristoteles · Gentes q̄ in calidis regionibus sunt: longioris sunt uitæ: q̄ quæ in frigidis sunt.

Aristo. li. de iuuentute & senectute.

Vita conseruatur per calidum: & humidum.

Aristoteles — Aristoteles Ethicorum li. x.

Vita cōtéplatiua melior est: q̄ uita quæ est sc̄dm hominem cōem: quia uita contéplatiua est uita diuia.

Homerus. — Homerus in λ odyssex: Verba sunt Achillis mortui opt.intis uitam.

βουλοίμην κ᾽ ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ

ἀνδρὶ παρ᾽ ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη

ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. idest.

Velim potius super terram existens seruire alii

Viro pauperi: cui non uictus sufficiens sit

Phocylides — Q uā oībus mortuis corruptis īpare. Phocylides.

ὁ βίος τροχός. i. Vita rota. Idem.

ἐργάζευ μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς.

πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.

μὴ δ᾽ ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης

ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν οἰκείων βίοτον φέροις ἀνύβριστον.

εἰ δέ τις οὐδὲ δέδαε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ.

ἔστι βίῳ πᾶν ἔργον ἐπὴν μοχθεῖν ἐθέλῃσθα.

ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις, εὐρεῖα θάλασσα

εἰ δὲ γεωπονίην μελετᾶν μακραί τοι ἄρουραι.

Operare: laboribus ut propriis uitam ducas.

Omnis eni piger homo uiuit furacibus a māibus.

Neq; ab alicuius conuiuio comedas frustū mensæ.

Sed de propriis cibis comedas nō affectus iniciis.

Si uero aliquis nō didicit artē: effodiat bidenti.

Conuenit uitæ oē opus: dūmodo laborare uelis.

Nauta si nauigare uis: est latum mare.

Si agriculturā aggredi: longæ adsunt terræ.

Ex.i.epig. — Ex primo Epigrāmaton.

ζῆ σὺν λογισμῷ καὶ μένεις ἀμφιδαλής. i.

Pallades — Viue cū rōe: & manebis sine indigētia. Pallades.

γῆς ἐπέβην γυμνός, γυμνὸς θ᾽ ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι

καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος. idest.

Terram ascendi nudus: Nudus sub terrā ibo:

Et qd frustra laboro: nudum quum uideam finē.

Lucianus — Lucianus.

τοῖσι μὲν εὖ πράττουσι πᾶς ὁ βίος βραχὺς ἐστι

τοῖς δὲ κακῶς μία νὺξ ἄπλετος ἐστι χρόνος. i.

Fœliciter quidē agentibus omnis uita breuis est.

Menāder. — Sed male: una nox imēsum est tps. Menāder.

καρπὸς δ᾽ ἀγαθὸς ἐστιν εὐτάκτου βίου. i.

Fructus autē bonus est bene cōposita uita. Idem.

λάμβανε πρόνοιαν τοῦ πρέποντος βίου. i.

Cape prouidentiam cōuenientis uitæ. Idem.

ἀμελοῦντα τὸν ζῆν οὐκ ἔξεστι εὐσχημονεῖν. i.

Negligenter uiuere: nō licet bene cōpositū eē. Idē.

βίον μὲν οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βιοῖ. i.

Viuit quidem nullus quā eligit uitā. Idem.

βίος ἐστὶν ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ βιῶν. i.

Vita est si quis uita gaudeat uiuens. Idem.

βίος καλεῖται δ᾽ ὡς βίᾳ πορίζεται. i.

Vita uocata est quia ui paratur. Idē.

βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος. i.

Vita uictu indigens non est uita. Idem.

ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ᾽ ὡς δυνάμεθα. i.

Viuimus.n. nō ut uolumus: sed ut possum⁹. Idē

οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον ἐν οὐδενί.

Non est uitam iuenire sine tristicia in aliquo. Idē.

τυφλόν τι καὶ δύστηνον ἀνθρώποις βίος.

Cæcum quid & miseræ hominibus uita. Idem.

τὸ ζῆν ἀλύπως ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς. idest.

Viuere sine tristicia uiri est fœlicis. Idem.

ὡς ἡδὺ ὁ βίος, ἄν τις αὐτὸν μὴ μάθῃ.

Quam suauis uita: si qs ipsam non discat. Idē.

ζῆν βουλόμενος μὴ πρᾶττε θανάτου ἄξια. idest.

Viuere uolens ne facias morte digna. Idem.

ζῆν αἰσχρὸν οἷς ζῆν φρονήσει ἡ τύχη.

Viuere turpe est: qbus uiuere inidit fortuna. Idē.

πάντες καλῶς ζῆν ἢ θέλομεν ἀλλ᾽ οὐ δυνάμεθα. idest.

Omnes bene uiuere uolumus: sed nō possumus. Idē.

ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν μὴ φθονούσης τῆς τύχης.

Q uam suaue est uiuere nō inidēte fortuna. Idem.

ζήτει συνάγειν ἐν δικαίοις τὸν βίον. i.

Q uære ducere ex iustis uitam. Idem.

βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν. i.

Firmum nihil in uita uidetur esse. Idem.

αὐτὰ ἐκδιδάσκει τοῦ βίου τὰ πράγματα

Ipsæ te docent uitæ res.

Sophocles in Aiace furente. — Sophocles

ἀλλ᾽ ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. i.

Sed uel bene uiuere: uel bene mori

Generosum oportet. Ibidem.

ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι. idest.

Viuere turpiter turpe bene natis.

Horatius sermonum li. i. satyra. ix. — Horatius

Nil sine magno

Iuuenalis. Vita labore dedit mortalibus. Iuue.Satyra.x.
Hæc data poena diu uiuentibus: ut renouata
Semper clade domus: multisq; in luctibus: inq;
Perpetuo mœrore: & nigra ueste senescant.



Itium græce 'ἐλάττωμα, κακία. τὸ. dicit'. Vitium quādo uirtuti opponit': est habitus aī naturæ modo rationi repugnans. Nonnunq̃ sumit' pro errore. Plynius. Librum uitiis plenum.

Vitiū est habitus: aut affectio animi in tota uita incōstans: & a se ipsa dissentiens: secundū Tuliuum. ex. b. Tho. prima secūdæ. q. lxxi. ar. i. Dicit' aūt uitiū a uito: tas: qd est caueo: es: Vitium a morbo differt. Quod morbus ē h' tus quidā cōtra naturam: q usum rei facit deteriorem: ut febris: insania q̃ frenesis dicit'. Vitium uero perpetuum est: ut cæcitas: claudicatio: uecordia. Morbus igit' cum accessu discessuq; est. Vitium uero p petuo manet. Vitiositas quid differat a malicia uide supra in Malicia.

Hierony'. Hiero. in epi. cōtra Ruffinum: & habet' di. lxvi. ca. Nasci.
Non in seminibus: sed in uoluntate nascentis: cā uitiorū est: atq; uirtutū. Idē ad Demetriadē uirgi.
· Tibi nō tantum expellenda sunt uitia q̃ refellenda. Quia utiq; facilius est non suscipere q̃ suscepta semel deponere: Nec eorū tanta dulcedo est: ut ea debeamus pferre uirtutibus: quum nec in omnibus sit delectationib illecebra: & a plerisq; etiam ea quæ uidentur dulcissima respuantur.
Hiero. in epistola ad Demetriaden.
· Quidā supbiā libertatis loco ducunt: Adulationem pro humilitate suscipiunt: Maliciā prudentiæ uice amplectunt': & iusticiæ simplicitatis nomen imponunt: ac fallaci ac pessima similitudine decepti uitiis pro uirtutibus gloriantur.

Gregorius Grego: & habet' di. xli. ca. Sæpe se.
· Sæpe se uitia ingerunt: & se eē uirtutes mentiunt': ut tenacitas parsimonia: effusio largitas: Crudelitas Zelus iusticiæ: Remissio pietas uelit uideri.
Grego. li. i. moralium.
Quāuis p omne uitium qd perpetrat': humano cordi antiqui hostis uirus infundit': i hac tñ neqcia. i. inuidia tota sua uiscera serpēs cōcutit: & ipnicdæ maliciæ pestē uomit. Greg. li. xxxi. moraliū.
Prima uitia deceptæ menti quasi sub quadā rōne se ingerunt: sed q̃ sequunt' dū mentē ad oēm insaniā pertrahunt: quasi bestiali clamore mentē confundunt. Greg. sup Ezechielē homelia. xii.
· Sunt quædā uitia quasi p quandā cognationem sib propinqua: sicut dissolutio spiritus: appetitus gulæ: & imudicia luxuriæ: multiloquium: fallacia: atq; periurium. Et dissolutiōe spiritus mēs ad ingluuiē uentris rapitur: & dum cibis uēter extendit': ad luxuriā caro trahit'. Ex multiloquio fallacia generatur: qa difficile est: ut qui multa loquit': non ēt mētiatur: & sæpe mendaciū ēt piurio tegit': ut ast humana iudicia uellet'. Seneca epistola. xl.

Seneca · In uitia alter alteṝ trudimus: quō ad salutem reuocari potest: quem nullus retrahit: & populus impellit. Seneca epistola. li. x.
· Vitia te mercede sollicitant: auaricia pecuniam promittit: Luxuria multas ac uarias uoluptates: Ambitio purpurā & plausū: & ex hoc potētiā: & qcqd potētia ponit. Aristo. li. i. Rheto.

Aristoteles Quicquid fuerit supabundans: & magis q̃ esse debet: hoc est malum. Val. maxi. li. ix.

Val. maxi. Neq; n. ullū sinit' uitiū: ubi oriē'. Hesiodus.

Hesiodus τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως: ὀλίγη μὲν ὁδός μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Vitium quidem & ubiq; est capere
Facile. Breuis quidem uia: Valde aūt prope hitat.
Horatius. Horatius
In uitium ducit culpæ fuga.
Iuuenalis Satyra. xiiii. Iuuenalis
· Fallit enim uitium specie uirtutis & umbra.
Propertius li. ii. Elegia. xxii. Propertius
Vnicuiq; dedit uitium natura creato.
Dan. florē. inferni cant. ca. xxx. Dan. florē.
Maggior difecto men uergogna laua.

Ituperium græce ψόγος. ου. ὁ. & ψέγω. ro uitupero dicitur. Venit autem Vituperium siue Vituperatio a uitupero. Vituperare enim est uitio aliquid dare. Terentius. Nunquam rem. uitio dēt: quæso animaduertite: Et subiungit. Id isti uituperant factum. Venit autem uitupero: & uituperium a uitium: secundum Augustinum quia hoc quælibet res uituperatur: ex bea. Tho. prima scdæ. q. lxxi. ar. ii. c.

Niuocum græce συνώνυμον. ου. τό. Dicuntur autem uniuoca quorum nomē est commune: & secundum illud nomen: substantiæ ratio est eadem: secundum Aristotelen li. prædicamentorum.
Vniuocum quodcunq; est unum de quinq; prædicabilibus: secundū. b. Tho. cōtra gētiles. l. c. xxii. fi.

Niuersale græce καθόλικον. ου. τό. dicitur. & est quod de pluribus aptum natum est prædicari: secundum Aristotelē. li. i Perihermenias.
Vniuersale est quod de omni: & per se: & secūdum quod ipsum est: scdm Ari. li. i. poster.



Oluntas græce θέλημα. ατοσ. τό. uel θέλησισ. ιοσ. ἡ. dicit̃. Est autẽ Voluntas appetitus boni cũ rõne: ſcd̃m Ari. li. i. Rhe. Voluntariũ eſt cui⁹ principium eſt in ipſo ſciente ſingula q̃ agit: ſcd̃m Ari. li. iii. Ethicoꝝ.

Voluntarium dicitur quod eſt ſcd̃m inclinationem uoluntatis: Et hoc dupliciter. ſ. ad agendum: & patiendum: ex. b. Tho. i. parte. q. lxxxii. ar. i. c.

Voluntas cõpleta non eſt niſi de poſſibili: qđ eſt bonum uolenti. Velleitas uero: ſcd̃m quoſdã incõpleta de impoſſibili. Quia. ſ. aliqđ uellet: illud ſi eſſet poſſibile ex. b. Tho. prima ſcdæ. q. xiii ar. v.

Ecclãſtici. Eccleſiaſtici ca. xv.

· Deus ab initio conſtituit hominẽ: & reliquit illum in manu cõſilii ſui. Adiecit mãdata & pcepta ſua: Si uolueris mãdata conſeruare: cõſeruabunt te: & in ppetuũ fidẽ ſeruar̃. Appoſuit tibi aquã & ignem: ad quod uolueris porrige manum tuã. Ante hominẽ uita & mors: bonum & malũ. Qđ placuerit ei: dabit̃ illi: quoniã multa ſapia dei: & fortis in potentia: uidens omnes ſine intermiſſiõe. Oculi dñi ad timẽtes eum: & ipſe agnoſcet oẽm operã hoĩs. Nemini mãdauit ipie agere: & nemini dedit ſpacium peccãdi. Nõ. n. cõcupiſcit multitudinẽ filioꝝ infidelium: & inutiliũ.

Paulus Paulus ad Corin. ii. c. viii.

· Si. n. uoluntas prõpta eſt: ſcd̃m id qđ hẽt: accepta ẽ: non ſcd̃m id qđ non hẽt.

Iacobus Iacobus in epi. c. i.

Vnuſqſq; uero tentat̃ a concupiſcentia ſua: abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia: quum conceperit: parit peccatum: peccatũ uero: quum cõſumatũ fuerit: generat mortẽ. Iacob⁹. in epi. c. iiii.

Vnde bella & lites in uobis? Nõ ne ex concupiſcentiis ueſtris? q̃ militant in mẽbris ueſtris.

Auguſtin⁹ Augu. de uerbis apoſtoli ſer. xviii. & habetur. xxii q. i. c. Hoies falſum.

· Intereſt quẽadmodum uerbũ pcedat ex aĩo: reã linguã non facit niſi rea mẽs. Aug. li. de libe. arbi.

Deus ẽ author meriti: q & uolũtatẽ applicat opi: & opus applicat uoluntati. Augu. de uerbis apoſtolorum Petri & Pauli.

· Quum uult non põt: qa qñ potuit noluit. Iõ p malũ uelle: pdidit bonũ poſſe. Aug. đ Trinitate li. xiii.

· Mala uoluntate non ſolum qſq; miſer efficit̃: ſed miſerior poteſtate: qua deſyderium malæ uoluntatis implet̃. Augu. li. de libero arbitrio.

· Voluntas auerſa ab incõmutabili bono: & cõuerſa ad pprĩũ bonũ: aut exterius: aut ad iferius peccat: Ad pprium cõuertit̃: quũ ſuæ ptãtis uult eſſe: Ad exterius: quũ alioꝝ ppria: uel q̃cunq; ad ſe nõ ptinẽt cognoſcerẽ ſtudet: Ad iferius: quum uoluptatẽ corpis diligit. Aug. de uer. apo. Petri & Pauli.

Sola uolũtate miſer qſq; efficit̃: ſed miſerior quum deſyderium malæ uoluntatis impletur.

Aug⁹ & habet̃ de pœni. di. i. c. Si pptere.

Si pptere non facis furtum: qa times ne iudiceris: intus i corde feciſti: re⁹ furti teneris: & nihil tuliſti.

Aug. de libe. arbi. & habet̃ ibidẽ. c. Si cui.

· Si cui ẽt nõ contingat cõcũbẽdi cum cõiuge alienatñ planum ſit eum aliquo modo cupe: Et ſi ptãs detur eſſe factuꝝ: non minus reus eſt: q̃ ſi in ipſo facto dephenderet̃. Augu. de libero arbitrio.

Voluntas nihil habet: niſi ex ſe iudicat̃. Nec qdem tardum ingenium: nec labilis memoria: nec ingetus appetitus: nec ſenſus obtuſus: nec uita lãguẽs reum p ſe ſtatuerunt hoiem: ſicut nec contraria innocentẽ: Et hoc nõ ob aliud: niſi qa & hoc neceſſario: & pter uoluntatẽ poſſe puenire probatur.

Augu. li. xii. de Ciuitate dei.

· Quum ſe uoluntas: relicto ſupiore: ad inferiora conuertit: efficit̃ mala: Nõ qa malum eſt quo ſe cõuertit: ſed qa puerſa eſt ipſa conuerſio. Ibidem.

· Nemo quærat efficientẽ cãm uoluntatis malæ. Nõ eſt efficiens: ſed deficiens: qa nec effectio: ſed defectio eſt. Augu. ſuper pſ. xxxv.

· Iuſticia dei ẽ aliquãdo ut ſanus ſis: aliqñ ut ægrotes. Si quãdo ſanus es: dulcis eſt uoluntas dei: & quãdo ægrotas: amara eſt uoluntas dei: Non recto corde es: quare? qa nõ uis dirigere uoluntatẽ tuã ad uolũtatẽ dei: ſed dei uis curuare ad tuã: Illa recta ẽ ſed tu curuus: Voluntas tua corrigẽda eſt ad illã: non illa curuãda eſt ad te: & rectum habebis cor.

Augu. ſuper pſ. cxxxiiii.

Quia deus cor quærit: cor iſpicit intus: teſtis ẽ iudex approbator: adiutor: coronator: ſufficit ut offeras uoluntatẽ: Quum potes ore cõfitere ad ſalutem: Quum autẽ nõ potes ore: corde ad iuſticiã: corde laudas: corde bñdicis: corde in ara conſcientiæ uictimas ſacras imponis: & reſpondetur tibi: pax in terra hoĩbus bonæ uolũtatis. Idẽ ſup pſ. lvii.

· Quicqd uis & non potes: factum deus computat.

Augu. li. lxxxiii. quæſtionum.

· Qui q̃rit quare deus uoluit mundũ facere: cãm q̃rit uoluntatis dei. Oĩs aũt cã efficiens maior eſt: q̃ id quod efficitur. Nihil autem maius uoluntate dei. Non igitur eius cauſa quærenda eſt.

Augu. ſup epi. Ioannis homelia. vii.

· Non eſt cõſyderãdum qđ homo faciat: ſed quo aĩo: & uoluntate faciat. In eodẽ facto inueniemus deũ patrẽ: in quo inueniemus & Iudã: Patrem benedicimus: Iudã autẽ deteſtamur. Nã traditio Chriſti facta eſt a deo patre: & Iuda. Vna res facta ẽ: quã tñ pater & filius fecit in charitate: Iudas in pditione.

Diuersa igit' itetio diuersa facit facta. Aug.sup illud Matthaei.vi. Si lumē qd in te est &c.

Quod nō bona intētione facis: non tibi pderit: qa quare feceris: non quō illi euenerit tibi imputabit'.

Hierony'. Hieron. in Hamos propheta: & habetur. xxiiii.q.i.c. Odi & proieci.

Odi & proieci festiuitates uestras: & non capiā odorē cætuum uestroꝝ: Q d si obtuleritis mihi holocausta: & munera uestra: nō accipiam: & uota pinguium uestroꝝ respuā: Odit aūt deus: & nō solum odit: sed ꝑicit festiuitates eoꝝ: qui non celebrant festiuitates dei sed suas: Et post pauca: Odisse autē & nō odorari & proiicere: humana loqtur similitudine: ut nos affectum dei nostris sermonibus agnoscamus: & si holocausta obtulerint: ac uideantur te iuuare: dare eleemosynas: pudiciciā polliceri: q̄ holocausta sunt uera nō ea suscipit dñs. Nam non sacrificioꝝ magnitudines sed offerentium merita causasq̧ diiudicat: Vnde & uidua quæ in corbonā duo minuta miserat: oībus a saluatore pfertur: qa dñs: non ea q̄ offerunt': sed uoluntatē respicit offerentium. Hiero.& habet'.xv.q.i.c. Si quis.

Si qs non iratus: sed ꝑpter disciplinā aliquē uerberauerit: uel palā alicui dederit: & casu occiderit: sicut casu fieri solet: q̄tum ad gratiā innocens est: qa uolūtatē nō opus hois de' requirit: q̄tum aūt ad legē reus est: qa opera lex quærit.

Hiero. sup Matthaeū li.i.ca.xiiii.

Qui uiderit mulierē &c. Inter passionē & ꝑpassionem hoc interest: q̧ passio reputat' in uitium: Propassio licet uitii culpā habeat: tñ non tenet' in crimine: ergo q uiderit mulierē: & aīa eius fuerit titillata: hic per passionē pcussus est. Si uero consenserit: De ꝑpassione transiuit ad passionē: & huic uoluntas peccati non deest: sed occasio: Quicūq; ergo uiderit.i. si sic aspexerit: ut cōcupiscat: ut facere disponat: iste recte mœchatus dicit' eā i corde suo.

Hierony. super illud Matthaei.vi. Vbi est thesaurus tuus.

Cor habet in uentre gulosus: lasciuus in libidine: cupidus in lucris. Hiero.ad Demetriaden.

Volens deus rationabilē creaturam uoluntarii boni munere & liberi arbitrii ptāte dotare: ut bōi ac mali capax utrunq; naturaliter posset: & alteꝝ uolūtate deflecteret: licet qppe nobis eligere, refutare: probare: respuere: nec est quo magis rōnalis creatura cæteris præferatur: nisi q̧ quum omnia aīalia condictiōis tñ ac necessitatis bonum habeāt: hæc sola habet etiā uoluntatis. Ibidem.

Qui uiderit mulierē ad concupiscendum eam &c. Apud eum cui nota sunt omnia anteq̄ fiāt: uoluntas perfecta faciendi pro ope reputatur facti.

Idem super Hamos.

Deus non sacrificioꝝ magnitudinē: sed offerētium merita causasq̧ diiudicat: unde uidua q̄ duo minuta in corbonā misit oībus pfert': q aīalia pinguissima: & hostias modulatas se offerre credebāt.

Ambro.de uita btā: & hēt'.xv.q.i.c. Nōē. Ambros'.

Non est q̧ cuiq̄ nostrā ascribamus ærūnā: nisi nostræ uoluntati: Nemo nostrum tenet' ad culpā: nisi uoluntate propria deflexerit: Non habēt crimē quæ inferuntur reluctantibus: Voluntarium sibi milit̄em eligit Christus. Volūtarium seruum sibi Diabolus auctionat'. Neminē iugo seruitutis astrictū possidet: nisi se ei prius peccator ære uēdident.

Amb.li.de padiso.& hēt' ibidē.c. Nec is.

Nec is q inuitus aliquod homicidium fecerit: extra misterium dei est: si qdem lex aut de eo: qa dedit eū in manu eius: Manus ergo eius istrumenti modo diuinæ ultioni misterium præbuerunt. Leuita igit' mister remissionis est: Percussor aūt q nō ex dispositione: sed pter uolūtatē fecerit homicidiū: diuinæ mister ē ultōis. Ambro.sup bti imaculati.

Plurimum refert utrum ex uoluntate facias qd placeat: an necessitate. Deniq; uoluntarius mister habet pmium: coactus dispēsat obsequm: Vnde apostolus. Si uolens euangelizauero: mercedē habeo: Si autē inuitus: dispensatio mihi tradita est.

Grego.moralium li.xi. Gregorius

Valde laboriosum est custodire: ne mala homo faciat: ne i bonis actibus p itentationē titubet: & iter rectā opa sinistra cogitatio illudat. Ibidē. li.xi.

Deus non ituetur q̄tum qlibet ualeat: sed q̄tum uelit: & qa deus corda pensat: Iam i eius oculis fecit quod cogitauit. Grego.li.xvi.moralium.

Caro quum concupiscit': pensetur qd sit exanimis & itelligetur qd amat': Nil qppe sic ad edomādum desyderiorum carnalium appetitū ualet: q̄ ut qsq; hoc: quod uiuum diligit: quale sit mortuum pēset.

Grego.li.xxvi.moralium.

Humanæ aures talia uerba nostra iudicant: qualia foris sonant: diuia uero iudicia talia foris audiuntur: qualia ex itimis pferunt': certe nouent ille q intentionē & uoluntatem alterius uariis explicat uerbis: Quia non debet alıqs uerba consyderare: sed uoluntatem: & itentionē: Quia non debet itentio uerbis deseruire: sed uerba itentioni.

Grego.li.xxviii.moralium.

Si oculus tuus fuerit simplex: totū corpus lucidum erit: Quia si recte itendimus per simplicitatē cogitationis: bonum opus perficit': et si minus bonū esse uideat'. Sed quū peruersa itentione qd uel rectum agit': & si splendere corā hoibus uideat': apd examen iterni iudicis obscuratur. Ibidem.

Omni cura seruandus est a maliciæ puluere oculus cordis: ne hoc qd i actiōe rectum hoibus ostendit:

apud se met ipsum p uitium elationis intorqueat.
Gregorius in homel.v.super Euangel.
Nihil offertur deo ditius bona uoluntate. Volūtas autem bona est: sic pximi aduersa: sicut nostra pertimescere: sic de prosperitate proximi: sicut de nostro profectu gratulari: Aliena damna nostra. credere. Aliena lucra nostra deputare: Amicum non propter mundum: sed propter deum diligere: Inimicum etiam amãdo tolerare: Nulli quod pati nō uis facere: Nulli quod tibi iuste impendi desyderas denegare. Necessitati proximi iuxta uires occurrere: sed prodesse etiam ultra uires uelle.
Gregorius ibidem li.vi.
Non tam praue facta dñs q̄ custodiam prauitatis insequitur. In factis.n. sæpe infirmitate: sæpe negligentia: In studiis uero semper maliciosa intentione peccatur. Gregor. in Pastorali.li.xii.
Humanum quidem est in corde tentationem perpeti. Dæmoniacum uero est tentationis certamine in opatione superari. Io. Chrys. in tractatu Symboli. Io. Chris.
Causa actum poterit decorare: Si aut necessitate subsistat: aut utilitate uigeat: aut honestate splendescat: aut cum effectu mentis tota ualeat substãtia operis tolerari: opus non ex se: sed ex causa fit crimen: Nec aliqua uirtutis ostentatione clarescit: cui uoluptas originem præbet.
Io. Chrys. super Matthæum.
Facile deuiat a iusticia: q in causis non deum formidat: sed hominem: Hic peccandi differt facultatẽ: sed non aufert uoluntatem. Ibidem.
Apud deum qui hominem occidere disponit: ante q̄ occidat: homicida habetur: Voluntas autem est quæ aut remuneratur pro bono aut cõdemnatur pro malo. Opera autem testimonia sunt uoluntatis. Nō igitur quærit deus opa propter se: ut sciat: quomodo indicet: sed propter alios: ut intelligant: qa iustus est deus. Isidor⁹ soliloqoꝝ li.ii.c.x. Isidorus
Tale erit opus tuum: qualis fuerit intentio tua.
Ibidem li.ii.c.iii.
In initio resiste cogitationi pessimæ: si titubat pna cogitatio: non consentias illi.
Boetius Boetius de phisicca cõsolatiõe li.iii.psa.xi.
Nam sæpe mortẽ cogentibus causis: quã natura reformidat: uoluntas amplectitur.
Ibidem li.iiii.prosa.ii.
Duo sunt quibus omnis humanorum actuum constat effectus: Voluntas.s.ac.potestas: Quorum si alterutrum desit: nihil ẽ quod explicari queat: Deficiente enim uoluntate ne aggreditur qdem qsq; quod non uult: ac si potestas absit: uoluntas frustra fit: Quo fit ut si quem uideas uelle adipisci qđ minime adipiscatur: Hinc obtinendi quod uoluerit defuisse ualẽtiam dubitare non possis.

Boetius de philosophica cons.li.v.
Diuina prouidentia rebus gerẽdis necessitatem nō iposuit: qa si omnia euenirent de necessitate: præmia bonoꝝ & malorum pœna perirent.
Seneca in Hercule furente Tragœdia.i. Seneca
Quod nimis miseri uolunt: hoc facile credunt: immo quod metuunt nimis: nunq̄ amoueri posse: nec tolli putant. Arist.li.iii.Ethicorum. Aristoteles
Quod primum est in intentione: Vltimum est ĩ execotione. Aristot. Ibidem.
Bonum uoluntarium ẽ id quod simpliciter bonum est. Arist.li.iii.Ethicorum.
Nullus est bonus nec beatus nolens: Ibidem.
Nos sumus domini operationum nostrarum a principio usq; ad finem. Ibidem li.v.
Dico uoluntarium quod aliquis in se ipso existentium sciens: & non ignorans opatur: Iustum operari: uoluntarium ẽ. Delinqt utiq; aliqs uolens: & iniusta patitur nullus uolens.
Arist.li.ii.Priorum.
Magis eligendum est bene agere q̄ agere: Vnde magis eligenda est uoluntas sine actione q̄ actio sine bona uoluntate.
Arist. Rhetor.li.i.c.xix.
Voluntas est cum ratione appetitus. Nullus enim uult nisi quum putauerit esse bonum. Irratiõale: autem appetitus ira: & concupiscentia.
Ibidem li.ii.c.iiii.
Nullus ea quæ sibi apparent impossibilia: appetit.
Aristoteles Ibidem.c.vi.
Acutæ sunt uoluntates iuuenum & non magnæ:
Aristot. Ibidem.c.xxviii.
Nullus impossibilia affectat neq; concupiscit: ut in pluribus. Aristot. de aialibus.li.iii.
Voluntas appetitus est.
Cicero Rhetoricorum ueterum li.ii. Cicero
Voluntatem in oibus rebus spectari conuenit: quæ consulto facta non sunt: in eis fraudem esse non oportet. Ibidem li.ii.
Quo aio quisq; faciat: non quo casu utatur: ad rem pertinet. Cicero Ibidem.
Voluntario facinori nulla est excusatio imprudentiæ. Salustius in Cathilinario. Salustius
Vincit in auido ingenio prauum consilium.
Val.maxi.li.iiii. Val.maxi.
Locuples est non multa possidens: sed modica desyderans. Terentius in Heautontumorumenos. Terentius
Nulla est tam facilis res: quin difficilis sit: quã inuitus facias. Oui. de Ponto li.iii. Elegia.iiii. Ouidius
Vt desint uires: tamen est laudanda uoluntas.
Hac ego contentos auguror esse deos.
Hæc facit ut ueniat pauper quoq; gratus ad aram:
Et placeat cæso non minus agna boue.

Horatius. Horatius epistolarum li.i.epist.xi.
· Caelum non aium mutant qui trans mare currunt.
Horatius epist.li.i.epist.xiiii.
· Rure ego uiuentem tu dicis in urbe beatum:
Cui placet alterius sua nimirum est odio sors:
Stultus uterq; locum immeritum causatur iniq;.
In culpa est aius: qui se non effugit unquam.
Iuuenalis Iuuenalis Satyra.
Has patitur poenas peccandi sola uoluntas.
· Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum:
Dantes Facti crimen hêt. Dant.Flo.iferni cant.c.xxxi.
Et doue largomento della mente
Sagiunge al mal uolere: & alla possa:
Nessuu riparo ui po far la gente.
Dantes Floren.Purgatori.c.xvi.
Voi che uiuete ogni caggion reccate
Pur suso al ciel: cosi come se tuto
Mouesse seco di necessitate.
Se cosi fusse in noi fora distrutto
Libero arbitrio: & non fora iusticia
Per ben laeticia: & per mal hauer lutto.
Lo cielo i uostri mouimenti initia:
Non dico tutti: ma posto chil dica:
Lume ue dato a bene: & amalicia.
E il libero uoler chi saffatica
Nelle prime bataglie: col ciel dura
Poi uince tutto: si ben si notrica.
Fr.Petrar. Fr.Petrar.cantilena.xlii.stantia.viii.
· Che uo cangiando pelo:
Ne cangiar posso lostinata uoglia.



Oluptas graece ἡδονη. ησ. ἡ. & ἡδυσμενοσ. ου. ὁ. uoluptuosus dr. Est autem uoluptas iucũdus motus in sensu. scdm Ciceronem li.u.de fi.bonorum & malorum.
Voluptas est rum quadã lubrica suauitate ad illicita sordidae mentis inclinatio. scdm Isydo. i Syno.
Voluptas est motus animae quidã & affectio tota simul & sensibiliter i naturã proficiscẽs: Cuius cõtrarium est dolor. scdm Arist. li.i. Rhetori.
Voluptas est praeter modum elata laeticia opinione praesentis alicuius magni boni. Dicitur q; uoluptas quod talia maxime uolumus. Hinc uoluptarium: hoc est uoluptatis plenum. & Voluptuosum eiusdem significationis.
Augustin⁹ Augustinus de singularitate clericorum.
· Minus uoluptatibus stimulatur: qui non est ubi frequentia est uoluptatum: Minus auariciae molestias patitur: q diuitias non uidet.
Hierony⁹. Hiero. in epistola ad Damasium papam.
Semper uoluptas famem sui habet: & transacta nõ satiat. Ambros. super lucam li.vi. Ambros⁹.
· Nihil prodigae satis est uoluptati: Semper famẽ patitur sui: quae alimentis perpetuis nescit impleri.
Isidorus de summo bono li.iii. Isidorus
· Licet saepe in medio carnalium deus protegat uitã electorum: tamen satis rarum est: ut quisq; inter saeculi uoluptates positus: a uiciis maneat illibat⁹: in quibus & si non cito implicetur aliquando tamen attrahitur. Nec enim diu potest esse securus qui periculo fuerit proximus.
Boetius li.iii. de philosophica consol. Boetius.
· Quid autem de corporis uoluptatibus loquar: quarum appetentia quidem plena est anxietatis: satietas uero poenitentiae: quarum motus quid habeat iucũditatis ignoro. Tristes uero esse uoluptatis exitus: quisquis uolet reminisci libidinum suarum intelliget: quae si beatos explicare posset: nihil causae quin pecudes quoq; beatae esse dicantur.
Boetius Ibidem.
Nihil igitur dubium est quin ad beatitudinem deuia quaedam sint: Nec perducere quenq̃ eo ualẽt: ad quod se perducturas esse promittunt.
Seneca epistola.xxviii. Seneca
Quis hostis in quenq̃ tam contumeliosus fuit: q̃ in quosdam uoluptates suae. Quidam se uoluptatibus immergunt: quibus in consuetudinem adductis carere non possunt: ob hoc miserrimi sunt: quod eo peruenerint: ut illis quae superuacua fuerunt: facta sint necessaria: seruiunt itaq; uoluptatibus: non fruuntur: & mala sua qd malorum est ultimum: amant: Ibidem.
Indurandus est animus: & blandimentis uoluptatum procul abstrahendus: Vitia Annibalem hyberna soluerunt: & in domitum illum niuib⁹: atq; alpibus uirum exterminauerunt: Fomenta campaniae armis uicit: uiciis uictus est.
Seneca Ibidem.
Nobis quoq; militandum est: & quodam genere militiae quo nunq̃ ocium datur. Debellandae sunt in primis uoluptates: quae ut uides saeua quoq; ingenia rapuerunt. Si uoluptati cessero: credendum ẽ dolori. Ibidem.
· Aspice illum cui somnus laxae domus silentio quaeritur: cuius aures ne quis agitet: omnis seruorum turba conticuit: huc nẽpe uariatur atq; illuc: somnum inter aegritudines leuem captans. Qui non audit audisse se conqueritur. Quid in causa putas esse? animus illi obstrepit: hic placandus est: huius seditio compescenda. Cicero li.i. Officiorum.
Non est consentaneum qui metu nõ frangitur eum frangi cupiditate: et q inuictum se a labore praestiterit: uinci a uoluptate. Cicero.

Cicero li.i.de finibus bonorum & malorum.

Nemo.n.ipsam uoluptatem:quia uoluptas sit asp/natur:aut oderit:aut fugiat:sed quia consequunẽ magni dolores eos qui ratione uoluptatem sequũ/sciunt. Cicero Ibidem.

At uero eos:& accusamꝰ: & iusto odio dignissimos ducimus: qui quum blandiciis præsentium uolu/ptatũ deliniti atq; corrupti: quos dolores & quas molestias excepturi sint peccati cupiditate nõ pro uident. Ibidem.

Nam libero tempore quum soluta nobis est eligen/di optio:quum q; nihil impedit:quominus id quod maxime placeat facere possimus:omnis uoluptas assumenda est:omnis dolor depellendus. Tempo/ribus autem quibusdam:aut officiis debitis:aut re rum necessitatibus sæpe eueniet: ut & uoluptates repudiandæ sint: & molestiæ nõ recusandæ. Itaq; harum rerum hic tenetur a Sapiente delectus: aut ut reiiciendis uoluptatibus maiores alias con/sequatur:aut perferendis doloribus:asperiores re/pellat. Cicero li.i.de fini.bonoꝝ & mal.

Voluptates omittuntur:maiorum uoluptatum adi pifcendarum causa. Ibidem.

Voluptas autem est sola quæ nos uocet ad se:& alli ciat suapte natura. Ibidem li.ii.

Quid.n.necesse est tanq̃ meretricem in matronaꝝ cætum:sic uoluptatem in uirtutum concilium ad ducere? Ibidem.

Voluptas sæpius relinquit causas poenitendi: q̃ re/cordandi. Ibidem.

Maior est animi uoluptas:q̃ corporis. Ibidem.

Voluptatem bestiis concedamus. Ibidem li.ii.

Maximas uero uirtutes iacere omnes necesse ẽ: uo luptate dominante. Sunt etiã turpitudines pluri/mæ: quæ nisi honestas natura plurimum ualeat: cur non cadant in sapientem non est facile defen/dere: An: ne plura complectar: (sunt enim innu/merabilia) bene laudata uirtus uoluptatis adi/tus intercludat necesse est? quod iam a me expe/ctare noli. Cicero de Senectute.

Dicebat Archita tarentinus nullam capitaliorem pestem q̃ uoluptatem corporis hominibus a natu/ra datam. Ibidem.

Impedit enim consilium uoluptas rationi inimica: ac mẽtis(ut ita dicam)perstringit oculos: nec ha/bet ullum cum uirtute commercium. Ibidem.

Cupidis enim uoluptatum odiosum fortasse:& mo lestum est carere. Satiatis uero & expletis iucun/dius est carere q̃ frui:quãq̃ non caret is qui non de syderat.Ergo hoc non desyderare dico esse iucun/dius. Cicero li.de Senectute.

Diuine Plato escam malorum uoluptatem appel/latq; ea hoies capiuntur:ut pisces hamo.

Cicero li.Paradoxorum.

Si quis uoluptatem esse summum bonum dixerit: eius uox pecudum esse uidetur: non hominum. Cicero Ibidem.

Te miseriæ te erumnæ premunt omnes: qui te bea/tum:q florentem putas:tuæ libidines te torquẽt. Cicero Ibidem.

Tu dies noctesq; cruciaris:cui non sat est quod est: & ipsum quod hẽs: ne diuturnũ sit futuꝝ: times. Cicero li.Paradoxorum.

Quomodo autem hic libero imperabit: qui non po test suis cupiditatibꝰ imperare? Refrenet primum libidines: spernat uoluptates iracundiam teneat: auariciã coerceat: cæterasq; animi labes repellat. Tunc incipiet aliis imperare: quum ipse impro/bissimis dominis: dedecori: ac turpitudini parere desierit. Dum uero his obediet: non modo impera tor: sed liber quidem non habendus erit.

Cicero li.Officiorum.

Nam & uoluptates blanditissimæ dominæ maiores partes animi a uirtute detorquent.

Cicero li.iiii.Tuscu.quæsti.

Et ut turpes sunt qui efferunt se lætitia: tum quum fruuntur Venereis uoluptatibus: sic flagiciosi qui eas inflammato animo concupiscunt. Totus uero iste qui uulgo appellatur amor(nec Hercule inue nio quo nomine alio possit appellari)tantæ leuita/tis est: ut nihil uideam: quod putem conferẽdum. Quod Cecilius deum: quis non summum putet aut stultum: aut rerum esse imperitum? existimet cui in manu sit: quem esse dementem uelit: quem sapere: quem isanire: quem in morbum iniici: quẽ contra amari: quem expeti: quem accersiri.

Cicero in oratione pro.M.Marcello.

Quid est hoc ipsum diu in quo est aliquid extremũ? quod quum uenerit omnis uoluptas,p nihilo præ/terita est: quia nulla postea est futura.

Lucius Apuleius Floridorum li.iii. Lu. Apul.

Cogitatio uoluptate impeditur.

Isocrates ad Dimonicum Sermone admonitorio. Isocrates

Ἡδονὰς θήρευε τὰς μετὰ δόξης .i.

Voluptates uenare cum dignitate.

Periander. Periander

Αἱ μὲν ἡδοναὶ θνηταί: αἱ δὲ τιμαὶ ἀθάνατοι.i.

Semper quidem uoluptates mortales: honores ue/ro immortales.Idem.

Ἡδονῆς κράτει. idest.

Voluptatibus impera. Idem.

Μὴ λάλει πρὸς ἡδονήν.idest.

Ne loquere ad uoluptatem.

Menander. Menãder.

Ἡ παρὰ καιρὸν ἡδονὴ τίκτει βλάβην.
Intempestiua uoluptas parit damnum. Idem.
Ὡς πολλὰ διὰ τὰς ἡδονὰς λυπούμεθα.
Quã in multis rebus propter uoluptates tristamur?

Terentius

Terentius comœdia.v.
Qui uoluptati obseruiẽtes uiuũt: haud parum hæ
redem iuuant.

Ouidius

Ouidius de Remedio li.ii.
Eneruant animos Cytharæ: cantusq; lyræq;
Et uox: & numeris brachia mota suis.

Horatius

Horatius sermonum li.i.Satyra.ii.
Audire est operepreciũ. Vide supra in Adulteriũ.

Iuuenalis.

Iuuenalis Satyra.xi.in fine.
Voluptates commendat rarior usus.

Dantes

Dantes florentinus Paradisi cant.ii.
Dietro a sensi
Vedi che la ragione ha curte lale.



Votum græce εὐχὴ.&c.
ἡ.& εὔχομαι uoueo di
citur. Est autẽ uotum: ali/
cuius boni cum delibera/
tione deo facta promissio.
Votum est propositi sup/
erogantis promissio: deo
facta: propter bonum fi/
nem: ex deliberatione fir/
mata. secundum Ricar.iiii.sen.di.xxxviii.ar.iii.
Votum dicitur a uoluntate: quasi a primo mouente
rationem ad promittendum. scdm.b. Tho. scda se
cundæ.q.lxxxviii.ar.i.
Votum est testificatio quædam promissionis spon/
taneæ: quæ debet fieri deo de his quæ dei sunt. se/
cundum eundem Ibidem.
Vouere est aliquid deo sancte promittere. Quoniã
uero ea uehæmenter desideramus quæ uoto a deo
poscimus: fit ut aliquãdo uotum pro desyderio ca/
piatur: Vnde uoti compos: qui desiderium suum as
secutus est. Hinc deuoueo: hoc est destino: impre/
cor: hinc deuotum: quod modo ad prosperum: mõ
ad aduersum refertur.

David

David psalmo.lxxv.
Vouete & reddite. Idem ps.cxv.

Ecclsiastes.

Vota mea dño reddam. Ecclesiastes.c.v.
Si quid uouisti deo: ne moreris reddere.

Augustinus

August.& hẽtur.xvii.q.i.c. Sunt quædam.
Sunt quædam quæ etiam non uouentes: debemus:
quædam etiam quæ nisi uouerimus: non debem⁹.
Sed postq̃ ea domino promittimus: necessario red
dere constringimur.
Augustinus li.de bono coniugali: & habe
tur di.xxvii.c.Quidam.
Quidam nubentes post uotum asserunt adulteros
esse. Ego autem dico uobis: q grauiter peccant: q
tales diuidunt.

Hierony⁹.

Hieronymus & habet.xvii.q.i.cap. Vouẽtib⁹.
Vouentibus non solum nubere: sed etiam uelle dã/
nabile est.

Gregorius

Gregorius sup Ezechielẽ: & ha/
betur.xvii.q.i.c.Qui bona.
Si post uotum quisq; necessario cogitur soluere qđ
uouit: Si uouentibus non solum nuberẽ: sed ẽt uelle
damnabile est: Patet q sacerdos iste ad executio/
nem sui uoti cogendus est: & non solum sibi dam/
nabile est. Quod uero inter uouendos iste compu/
tandus sit: patet ex uerbis Augustini dicentis. Di/
xi confitebor &c. Magna pietas dei ẽ: ut ad solam
promissionem peccata dimittat: Nundum.n.pro/
nunciat ore: & tamen deus iam audit in corde. Vo
tum.n.pro opere reputatur.
Greg.in Registro: & hẽtur.xvii.q.i.c.Ananias.
Ananias deo pecunias uouerat: quas post uictus p/
suasione Diaboli subtrhaxit: Sed qua morte mul
ctatus est: scis. Si ergo ille mortis piculo dignus fu
it: qui eos quos dederat nummos deo abstulit: Cõ
sydera quanto periculo i diuino iudicio dign⁹ eris:
qui non nummos: sed temet ipsum deo omnipotẽ/
ti: cui te sub monachali habitu deuoueras: subtra
xisti.

Isydorus

Isydorus in Sinonimis & hẽtur.xxii.
q.iiii.c. In malis.
In malis promissis: rescide fidem. In turpi uoto: mu
ta decretum. Qđ incaute uouisti ne facias. Impia
est promissio: quæ scelere adimpletur.

Leo papa

Leo papa: & habetur.xx.q.i.c.Puellæ.
Puellæ quæ nõ parentum coactæ imperio: sed spon
taneo iudicio uirginitatis propositum atq; hitum
susceperint: Si postea nuptias elegerint præuaricã
tur: etiam si nundum eis consecratio accesserit: cu
ius utiq; non fraudarentur munere: si in proposi/
to permanerent: Ambigi uero non possunt crimẽ
magnum admitti: ubi & propositum deseritur: &
consecratio uiolatur. Nam si humana facta non
possunt impune calcari: quid de his manebit: qui
corruperint fœdera diuini sacramẽti?

Seneca

Seneca ad Lucillium epist.x.
Quidam turpissima uota diis insusurrant: si qs am
mouerit aurem conticescent: & quod scire homi/
nes nolunt: deo narrant. Sic uiue quum homini/
bus: tanquam deus uideat. Sic loquere cum deo:
tanquam homines audiant. Ibidẽ epistola.lx.
O q̃ inimica sunt nobis uota nostrorum: eo quidem
infœliciora quo cessere fœlicius.

Cicero

Cicero li.ii.de legibus.
Caute uota reddunto.

Val.maxi.

Valerius maximus li.vii.c.i.
Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddã terrestre
oraculũ: nihil ultra petendũ a diis imortalib⁹ arbi/
trabat: q̃ ut bõa tribuerẽt. Quia ii demum scirẽt:
quid unicuiq; esset utile. Nos autem plerunq; id

uotis expetere: quod non impetrasse melius foret. Et enim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens in quam late patentem errorem cæcas preca tiones tuas spargis? Diuitias appetis: quæ multis exitio fuerunt. Honores concupiscis: q complures pessundederunt. Regna tecum ipsa uoluis: quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur. Splendidis coniugiis iniicis manus: at hæc ut aliquando illustrât: ita non nunquam funditus domos euertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis quasi fœlicissimis rebus inhiare: teq; totum cælestium arbitrio permitte. Quia qui tribuere bona ex facili solent: etiã eligere aptissime possunt.

Virgilius. Virgilius Aeneidos li. vi.
Cessas in uota præcesq;?
Tros ait Aenea Cessas?

Lucanus Lucanus li. v. Pharsaliæ.
Noua uota timori
Sunt inuenta nouo.

Ouidius Ouidius fastoz. li. v.
Sæpe Iouem uidi: quum iam sua mittere uellet
Fulmina: Thure dato sustinuisse manum.

Persius Persius satyra. ii.
Haud cuiuis promptũ murmurq; humilesq; susuros
Tollere de templis: & aperto uiuere uoto.

Martialis Martialis Epigrammatum li. viii. de Columba.
Et dominum mundi flectere uota ualent.

Dantes Dantes florentinus Paradisi cant. v.
Lo maggior don che Dio per sua largheza.
Fece creando: & alla sua bontade
Piu conformato & quel che piu appreza:
Fu de la uolunta la libertade:
Di che le creature intelligenti
E tute e sole furo: & son dotade.
Or ti parra se tu quinci argomenti
Lalto ualor del uoto: se e si fatto:
Che dio consenta quando tu consenti.
Che nel fermar tra dio: & lhomo il patto:
Victima fassi di questo thesoro:
Tal qual io dico e fassi col suo atto:
Donche che render possi per ristoro?
Se credi ben usar quel chai offerto:
Di mal toletto uoi far bon lauoro.

Vox græce φωνή. ἧς. ἡ. & φωνήεις. ἐσσα/ εν. uocalis dicitur. Est autem uox: per cussio aeris inspirati ad uocalem arteriam moti ab aïa: quæ est in illis partibus. scdm Aristot. li. ii. de Anima.

Vox est aeris per linguam percussio: quæ p quasdã gutturis partes: quæ arteriæ uocantur ab aïali pro fertur. scdm Boetium i principio editionis scdæ su per librum perihermenias.

Vox est sonus cum quadam imaginatione significãdi secundum Boetrum Ibidem.

Vox est sonus ab ore animalis prolatus: naturalibus instrumentis formatus: scdm Petrum hyspanum in principio suæ logicæ. Sunt autẽ naturalia instru menta: quibus uox formatur nouem. uersus.

Instrumenta nouẽ sunt: Guttur: Lingua: palatũ: Quattuor & dentes: & duo labra simul.

Vox est quicqd sonat: & dicitur: ἀπὸ του βοάω: quod ẽ sono. Virgi. Fractasq; ad littora uoces. Eius diminutiuum est uocula: Hinc Vocifero siue uocifero: quod est cum dolore: siue indignatione maiorem uocem emitto. Item uocalis. i. sonorus.

Voracitas græce βορότης. & φαγία. ου. ἡ. uel βορός. ου. ὁ. Edax dicitur. Est autem uoracitas gulositas: dicta a uorando. Vorare. n. proprie est: cibum nõ confectum dentibus deglutire: & per metaphoram est auide sumere. De hac materia uide supra in Gula.

Vrbanitas græce ἀστεϊσμός. ου. ὁ. & ἀστεῖος. ου. ὁ. ὁ. urbanus dicitur. Est autem urbanitas qua significamus proprium quendam gestum urbis: & sumptam ex conuersatione doctorum tantam eruditionem. Quid differant urbanus & urbãitas: a Dicacitas & dicax. Vide supra in Dicacitas.

Vrbs græce ἄστυ. εος. τό. dicitur. ab urbo aratri curuatura: Antiqui enim etrusco more iunctis tauro & uacca: quæ interior esset: sulcum aratro circum ducebant: intra quem urbem ædificarent. Alii tamen ab orbe dictam uolunt: q sulcus ille in orbem duceretur. Vrbs sunt ipsa ædificia. Ciuitas uero q græce πόλις. εως. ἡ. dicitur: significat ipsos ciues: dicitur q quasi ciuium unitas. Confunduntur tamen hæc quãdoq;. Virgilius. Inuadũt urbem somno uinoq; sepultã. quod tamen illic carminis necessitate factum est: quum in uersu hexametro ciuitas: & ciuitatẽ locare non possimus.

Vrina græce οὖρον. ου. τό. & οὐρέω min go dicitur. Est autem urinare siue urinari urinam emittere: Habet & aliud significatum: Nam urinare est in aquam emergi: & natando emergere: dicit q ab uruo de quo supra i urbs. Vruum enim ita flexum deorsum est: ut redeat sursum. Vrinare ergo est quasi ad similitudinem urui nare: hoc est natare. Plynius. Canicularum multitudo circa eas urinantes graui periculo infestat. Hinc urna dicitur: q in aqua haurienda urinat: quem admodum urinator facit: qui mergitur & emergitur: merces e mari extrahendo lauandi nauigii gratia iactatas: sic dictus teste Calistrato. Vrna autẽ græce στάμνος. ου. ὁ. dicitur: Cuius diminutiuum est Vrnula.



Sura græce τὸκοσ.ου.ὁ & τοκιστὴσ.ου.ὁ. usu/
rari⁹ dicitur. Est autẽ usu/
ra: quodcunq; solutiõi rei
mutuatæ accedit: ipsi⁹ rei
usus gratia: pactione in/
terposita: uel hac intẽtio/
ne habita in cõtractu: uel
exactione habita post cõ/
tractũ: secundum Hosti. in summa.
Vsura est quicquid ꝑter sortem accidit: siue iusto ti/
tulo: siue sit i mutuis: siue i contractibus aliis: scdm
b. Tho. i quæstionibus de Malo. q. xiii. ar. iiii. c.
· Vsura est ꝑcium pecuniæ mutuatæ: uel cuiuscunq;
rei: cuius usus est consumptio: uel distractio eius.
scdm eundem scda scdæ. q. lxxviii. ar. i. c.

Exodi — Exodi. c. xxii.
· Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi:
qui habitat tecum: non urgebis eũ quasi exactor:
nec usuris opprimes.

Leuitici — Leuitici capitulo. xxv.
· Pecuniam tuam non dabis ad usuram.

Deutero. — Deuteronomii. c. xxiii.
· Non fœnerabis fratri tuo.

Dauid — Dauid psalmo. xiiii.
· Qui pecuniã suam nõ dedit ad usuram.

Ecclãstici — Ecclesiastici. c. xxix.
Multi non causa nequiciæ fœnerati sunt: sed frau/
Augustius — dari gratis timuerunt. Aug. sup ꝑs. xxxvi.
& hẽtur. xiiii. q. iii. c. Si fœneraueris.
Si fœneraueris hoiem. i. si mutuo dederis pecuniam
tuam a quo plusq̃ dedisti expectes: non pecuniam
solam: sed aliquid plusq̃ dedisti: siue illud triticum
sit: siue uinum: siue oleum: siue quodlibet aliud: si
plusq̃ dedisti expectes accipere: fœneratores: & i
hoc iprobandus: nõ laudandus. Aug. ad Ma
cedonium: & hẽtur. xiiii. q. iiii c. Quid dicam.
Quid dicam de usuris: quas ẽt ipsæ leges: & iudices
reddi iubent: An crudelior ẽ qui subtrahit aliqd:
uel detrahit diuiti? q̃ qui trucidat paupem fœnoř?
hæc utiq; atq; huiusmodi male ubiq; possidentur:
& uellẽ restituerẽtur: sed nõ ẽ quo iudice repetan/
tur: Iam uero prudẽter itueamur qđ scriptum est:
Fideli homini totus mundus diuitiæ sunt: Infideli
autem nec obolus: Nõ ne oẽs q sibi uidentur gau/
dere conquæsitis: eosq; q uti nesciunt: alienũ pos/
sidere conuincimus? Hoc. n. certe alienum non ẽ:
qđ iure possidetur. Hoc autẽ iure: qđ iuste: & hoc
iuste: qđ bene. Omne i gr̃ qđ male possidetur: alie
num est. Male autẽ possidet: q male utitur.

Hierony⁹. — Hieronymus super Ezechielẽ li. vi. &
hẽtur. xiiii. q. iii. c. Putant.
Putant quidam usuras tantum esse i pecunia: qđ ꝓ
uidens diuĩa scriptura ois rei aufert superabundã
tiam: ut plus non recipias q̃ dedisti. Item alii pro
pecunia fœnerata solent munuscula diuersi gene
neris accipere: & non itelligunt scripturam usurã
appellare: & superabundantiam qcqd illud est: si
ab eo quod dederint plus receperint.

Ambrosius li. iii. officiorum. — Ambrosi⁹.
Cur in fraudem conuertis naturæ industriã? cur af/
fectas inopiam? Cur optari facis pauperibus steri/
litatem? stes publicam fertilitatem? Exploras quã
do sterilior prouentus. Hanc uocas industriã: quæ
est calliditatis uersutia: fraudis astutia: Et quod tu
remedium uocas: est commentum nequiciæ. La/
trocinium autem fœnus appellem. Captãtur tan/
quam latrocinii tempora quibus in uiscera hoium
durus insidiator obrepas: Cui conditæ frugis mul
tiplicatur usura? Quid imprecatis mala oibus? lu/
crum tuum: damnum publicum est.

Ambr. & habetur: xiiii. q. iii. c. Pleriq;.
Pleriq; refugientes præcepta legis: quum dederint
pecuniam negociatoribus: non in pecunia usuras
exigunt: sed de mercibus eorum: tanq̃ usurarum:
emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex di
cat: neq; inquit usuram escarum accipies: neq; om
nium rerum. Item esca usura est: & uestis usura ẽ:
& quod uelis nomen ei imponas: usura est. Item si
quis instaurandum conuiuium putet: ad negocia/
torem mittit: ut absynthiaci capellam deferat sibi
gratis: ad cauponẽ: dirigat ut picenum uinum: aut
tyriacum: requirat. Ad lanium: ut ilam sibi procu
ret: ad alium: ut sibi poma adornet.

Ambrosius li. de bono mortis: & hẽt
xiiii. q. iiii. c. Si quis usuram.
Si quis usuram accipit: rapinam facit: uita nõ uiuit.

Ibidem. c. Ab illo.
Ab illo exige usuram cui merito nocere desyderas:
· cui iure inferuntur arma: huic legitime auferunť
usuræ: quem bello uincere non potes: ab hoc usu/
ram exige: quem non sit crimen occidere. Sine fer
ro dimicat: qui usuras flagitat: Sine gladio se de ho
ste ulciscitur: qui fuerit usurarius exactor inimici.
Ergo ubi ius belli: ibi ius usuræ.

Greg. & hẽtur di. xxxiii. c. Maritum duarum. — Gregorius
· Non ordinandos censemus illos: qui usuras accepis
se conuincuntur.

Io. Chrys. super Matthæum homel. vi. in fine. — Io. Chriso.
Mutuo da: ampliores cape usuras: Mutuo da ac/
cepturus. s. ubi nulla inuidia: nulla accusatio: insi/
diatio: neq; terror. Mutua nullo idigẽti: sed Chri/
sto: & propter te necessitatem habenti: esurienti:
& omnes nutriẽti: Hæ n. usuræ regnum: Illæ ge
hẽnam præparant. Hæ sunt Philosophiæ: & mi/
sericordiæ: Illæ crudelitatis: & auaritiæ. Ibidem.

Nihil usuris turpius nihil crudelius. Aliẽas hic negociatur miserias: & lucrum suum alterius aduersitatem facit. Talis est quasi manum suscipiens: & in naufragium impellens. Io. Chryso. super illud Matthaei. v. Et uolenti mutuare. Io. Chrys.

Similis est pecunia usurarũ: morsui aspidis. Percussus enim ab aspide quasi delectatus uadit in somnum: & per suauitatem soporis moritur: quia tunc uenenum latenter per omnia mẽbra decurrit. Sic qui sub usura accipit sub tempore quasi beneficiũ sentit: sed usura per omnes suas facultates decurrit: & totum conuertit in debitum.

Leo papa Leo papa: & habetur. xiiii. q. iiii. capi. Nec hoc praetereundum.

Nec hoc praetereundum quoq; duximus esse: quosdam lucri turpis cupiditate captos: qui usurariam exercere pecuniam: & foenore uolunt ditescere: quod nos ut non dicamus nos eos qui sunt in clericali ordine constituti: sed etiam in laicos cadere: q Christianos se dici cupiunt condolemus: quod uẽdicari acrius in eos qui fuerunt confutati decernimus: ut omnis peccandi opportunitas adimat.

Leo papa. & habet di. xlvi. c. Sicut non.

Sicut non suo: ita non alieno nomine aliquis clericorum exercere foenus attentet. Indecens est eni crimen suum cum incommodis alienis impendere: & exercere. Foenus autem hoc solum aspicere & exercere debemus: ut quod hic misericorditer tribuimus a domino: qui multipliciter & in perpetuum mansura tribuit: recipere ualeamus.

Aristoteles Aristoteles li. iiii. Ethicorum.

Cicero Vsurarii unde nõ oportet accipiunt: q̃tum nõ oportet. Cicero officiorũ li. ii. in fine.

A Catone maiore quum quaereretur: quid maxime in re familiari expediret? Respondit bene pascere. Quid secundum? satis bene pascere. Quid terciũ? bene uestire. Quid quartum: arare. Et quum ille q quaesierat dixisset. Quid foenerari? Tum Cato. Quid hominem (inquit) occidere?



Sus graece χρῆσις. ios. & χρῶμαι utor dicitur. Est autem usus: ius utendi rebus alienis salua rerum substantia: secundum Azo. in summa.

Vsus nullo modo significat habitum: uel potentiã: Sed significat actum cuiuscunq; habitus: & potentiae: scdm. b. Tho. i q̃stio. de ueritate. q. xvii. art. i. c.

Vsus ab utor uenit: & aliquando significat ipsã utẽdi significationem: Virg. Nã neq; erat corius usus. Nonnunq; consuetudinem: conuersationem. Terentius. Sic mihi est usus. Aliquando: op' est. Virg. Nunc uiribus usus. Nunc manibus rapidis: omni nunc arte magistra. Nõnunq̃ utilitatẽ significat. Apuleius. Quũ id ex usu meo non esset. hinc utilis de quo infra. Vsu uenire est accidere. Plinius Id. n. frequenter usu uenit ut mali bonis pferãt.



Susfructus est ius alienis rebus utendi fruẽdi q; salua rerum substantia: secundum Vlpianum: Quia est ius in corpore: quo sublato: & ipsum tolli necesse est. ff. de usufruc. l. i. & Insti. eo. in princi.

Vsusfructus dicitur quum res aliqua nõ nostra est: sed perinde ex ea fructum: atq; utilitatẽ capimus: ac si nostra esset.



Tilitas graece ὠφέλεια. & ὠφέλιμον utinã: & ὠφελήσιμον. ov. ό. utilis dicitur. Vtile dicitur dupliciter. s. sicut uia ad finem: ut meritum ad beatitudiem: et sicut pars ad totum: ut ministeria angelorũ ad beatitudiem eorũ. ex. b. Tho. i. parte. q. lxii. ar. ix.

Vtilitas: utilis: & utiliter ab utor dicuntur.

Machabeorum. ii. c. iiii. Macha.

Communem utilitatem apud te uniuersae multitudinis considera. Ambro li. de officiis: & habetur. xiiii. q. v. ca. Deniq;. Ambros.

Deniq; si non potest subueniri alteri: nisi alter laedatur: commodius est neutrum iuuari: q̃ grauari alterum. Ideoq; in causis pecuniariis interuenire non est sacerdotale: in quibus non potest fieri: quin frequenter laedatur alter qui uincitur: quoniam intercessoris beneficio se uictum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere: prodesse uelle omnibus: posse autem solius est dei. Io. Chrys. sup illd Matthaei. xxiiii. Beatus seruus. Io. Chrys.

Haec dicta sunt de sermone: de uirtute de pecuniis: de omni dispensatione: quae unicuiq; commissa ẽ. Vnumquẽq; enim ad communem utilitatem uti oportet his quae habet: siue sapiã: siue principatus siue diuitiis: non ad nocumentum conseruorũ.

Lact. fir li. vi. c. v. di. insti. Lactan. fir.

Nihil potest esse utile: uel honestum: quod non idẽ bonum sit: nihil iutile ac turpe: quod idem malum non sit. Cassiodorus epistola. xiiii. Cassiodor.

Commodum debet esse cum modo: nã si mensuram qualitatis excesserit: uim sui nõis nou habebit.

Cicero li. de amicicia. Cicero

Mihi autem non minori curae est: qualis respu. post mortem meã futura sit: q̃ qualis hodie sit.

Cicero li officiorũ. ii. in fine.

Sed utilitatum comparatio saepe est necessaria: Nã & corporis commoda cum externis: & externa cũ corporis: & ipsa inter se corporis: & externa cum externis comparari solent: Cum externis corpo/

ris hoc modo comparantur: Valere ut malis q̄ di/
ues esse: Cum corporis externa hoc modo: Diues
esse potius: q̄ maximis corporis uiribus uti. Ipsa
inter se corporis comparantur sic: ut bona ualitu
do uoluptati anteponatur: uires celeritati: Exter/
norum autem: ut gloria diuitiis: uectigalia urba/
na rusticis. Ex quo genere comparationis illud
est Catonis senis: A quo quū quæreretur: qd ma/
xime rē familiari expediret: Respondit bene pa/
scere &c. Vide supra in Vsura. Ibidem.

Hoc autem de quo nunc agimus ad ipsum est quod
utile appellatur: In quo uerbo lapsa cōsuetudo de
flexit de uia: sensimq; eo deducta est: ut ab honesto
utile secerneret: & cōstitueret honestum aliquod:
quod utile non esset: & utile: quod nō honestum:
Qua nulla pernicies maior hominum uitæ potuit
afferri. Summa quidem authoritate philosophi se
uere sane: atq; honeste hæc tria genera confusa co
gitatione distinguunt. Quicquid enim iustum sit
id utile esse cēsent. Itemq; quod honestum sit id eē
iustum. Ex quo efficitur quicquid sit honestum id
sit utile. Quod qui parum perspiciunt hii sæpe uer
sutos homines & callidos admirantes eorum ma/
liciam sapientiam iudicant. Quorum error eripiē
dus est: omnisq; opinio ad eam spēm tradducēda:
ut honestis consiliis: iustisq; factis: non fraude: &
malicia se intelligant ea quæ uelint conseq posse.

Cicero li. officiorum. iii.

Senserunt Stoyci ut quicquid honestum est: id utile
sit: nec utile esse quicq̄ quod non est honestū. Ibi.

Licet dicere utilitatem aliquando cum honesto pu/
gnare. Ibidem.

Nihil uero utile: quod non sit honestum nihil hōe/
stum quod non idem utile sit. Idem.

Quum uero utilitas requirenda est: sic itelligendū:
ubi turpitudo sit ibi utilitatē esse nō posse: Quod
si nihil ē tam contra naturam: q̄ turpitudo: recta(
enim & conuenientia & constantia natura desyde
rat: aspernatur q; contraria): nihilq; tā secūdum
naturam q̄ utilitas. Ibidem.

Quod autem bonum id certe utile: itaq; quicquid
honestum id utile. Cicero Ibidem.

Sic quod honestum non est: id utile ut sit effici non
potest: aduersante & repugnāte natura. Ibidē.

Peruertunt homines ea quæ sunt naturæ fundamē
ta: quum utilitatem ab honestate seiungunt. Oēs
enim expetimus utilitatem. Cicero Ibidem.

Nam quis est qui utilia fugiat? aut quis potius: qui
ea non pstudiosissime psequatur. Ibidem.

Est enim utile quod idem honestum: nec quia utile
honestū: sed quia honestum utile.

Cicero li. officiorum. iii.

Si uir bonus habeat hanc uim: ut si digitis concre/
pucrit possit in testamento nomen suum irrepere:
hac ui non utatur. Intelligat enim nihil expedire:
aut utile esse: quod est iniustum.

Vlgus græce ὄχλος. ου. τὸ. & ὀχλικός.
ου. ὁ. uulgaris dicitur. Est autem uulgus: &
masculio: & neutro genere: proprie ignobi
lior multitudo. Virg. Sæuit q; animis ignobile uul
gus. Dicitur q;: ut quidam uolūt: a uoluēdo: q; stul
te huc atq; illuc uoluatur. Hinc uulgaris dicitur:
hoc est uilis: ac communis: Hinc uulgo: diuulgo:
hoc est omitto: ac uile & quasi commune omnibus
facio. Hinc etiam promulgo: quasi prouulgo. Vn/
de lex promulgari dicitur: quum primum ī uulgus
educitur. Virg. li. i. Aeneidos. Virgilius

Sæuit q; aīs ignobile uulgus. Idē in. ii. Aenei.
Scinditur incertum studia ī contraria uulgus.

Xor græce γυνή. αἰκοτί. & Γυναικοφίλης. ου.
ὁ. uxorius dicitur. Vxor
dicitur mulier: postq̄ con/
traxit per uerba d̄ præsen
ti: licet nundum consuma
uerit: & hoc ī omnibus fa
uorabilibus. Sed in odio/
sis: appellatione uxoris ue
nit solum illa: quæ matrimonium consumauit i. l.
Non sicut. C. de bo. quæ. li.

Vxor dicitur ab ungēdo quasi unxor. Fuit enim ue/
terum mos Romanorum: ut nouæ nuptæ mariti
domum ītrantes axungia postes ungerent: Est au
tem axungia adeps suillus iueteratus: aut cum sa/
le: aut sincerus: qui quanto uetustior tanto utilior
est. Dicitur q; axungia ab axe plaustrorum ungē/
do: q̄uis ēt græci hoc uocabulo usi fuerint. Hanc
enim religiosam hēbant: putabantq; mala omnia
ab ea domo arceri: propter innumeras axungiæ
utilitates ipressas ei a radicibus qbus sues uescūt.

Vxorius modo significat ad uxorem ptinens: Mo/
do uxori deditum: Virg. Pulchramq; uxorius ur/
bem Extruis. Euripides ī Medea. Euripides.

ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ
Quæ quidem maxima est salus:
Quando uxor aduersus uirū non aduersēt.

De hac materia hēs supra ī Matrimonii: & Mulier.

Enium græca dictio ē ξέ/
νιον. ου. τὸ. Erant autē
Xenia munera quæ uete/
res in saturnalibus sibi in
uicem mittebant. Ita q; q̄
primo mitterentur xenia
uocarentur: quasi hospita
lia: hoc ē ad hospites mis/

sa: Sicuti Apophoreta quæ remittebãtur. Quare Martialis duos libros antepenultimum xenia: & ultimum apophoreta uocauit. Quoniam in his distychis singulis descripta sunt mũera: quæ saturnalibus mitti solebant. Et ipsa distycha pro muneribus: hoc est pro Xeniis: & apophoretis missa. A xenium per dimunutionem fit Xeniolum. Apuleius. Commodũ meridies accesserat: & mittit mihi Xeniola porcum optimum: & quinq; galinulas.


XEnodochium quod & Xenodocium dici potest graeca dictio est ξενοδοχεῖον: & ξενοδοχεῖον. ου. τό. Et est hospitum receptaculũ. Componitur autem ex ξένων. idest peregrinorum & δεχόμενος. ου. ο. quod est receptiuus: & .n. δέχομαι capio dicitur. Latine hospitale dici potest. Nam ξενοδοκέω idem est quod hospites recipio.


ZElotypia græca dictio ẽ cõposita ex ζῆλος. ου. ὁ. qđ est æmulatio: & τύπος. ου. ὁ. forma. Est autẽ Zelotypia ægritudo animi ex eo prouenięs: q; timeas: ne assit alteri: quod cum nemine uelis habeř commune: Secundum Chrysippum. Qui igitur ita amat: ut sollicitus sit: ne quis amore suo perfruatur Zelotypus est.

Zelotypia oritur ex amore non patiente consortiũ in re amata: secundum .b. Tho. prima secundæ. q. xxviii. arti. iiii. o.

ZElus græca dictio est ζῆλος. ου. ὁ. Et est amor: beatitudo: æmulatio: iusta ira: foelicitas.

Zelus sumitur aliquando pro feruenti dilectiõe: & quandoq; pro inuidia: non æquiuoce: Quia secundum procedit a primo: secundum bea. Tho. super prima ad Cor. xiiii. co. i. fi.


ZOdiacus est circulus cælestis in quo duodecim signa sunt quæ sol singulis annis percurrit: qui latine signifer: græce zodiacus nuncupatur: hoc est animalis. Nam ζῶον. ου. τό. animal dicitur. Ipsorum uero signorum nomina sunt. Aries: Taurus. &c. uide supra in Signũ. De hoc circulo. Virg. Obliquus qua se signorum uerteret ordo. Ouidius: Sectus in obliquum est lato curuamine limes: Zonarum q; trium contẽtus fine: polum q;. Effugit australem: iũctam q; Aquilonibus arcton.

Explicit opus quod Polyanthea dicitur .i. Florum multitudo: Impressum per Magistrũ Franciscum de Silua in Inclyta urbe Saonæ: Impensa itegerrimi uiri: ac ipsius urbis patricii Bernardini de Ecclesia ac summa diligentia castigatum p ipsius operis authorẽ. Anno salutiferæ natiuitatis. Mccccciii. Idibus Februariis. Laus deo semper.


Habes humanissime lector in hoc uolumine: plurimorum uocabulorum declarationem cum diffinitiõibus: seu descriptõibus: græcarumq; dictionũ: adiectiõe suis locis appositã: Innumeras sentẽtias: Bibliæ: Quattuor ecclesiæ doctorum: aliorumq; sanctorum: Philosophorum: Historicorũ: Poetarũ tam latinorum: q̃ græcorum: & demum Dantis & Petrarcæ: suis in materiis: & ubi melius quadrare uidebantur annotatas: Aliquas materias in arborẽ ramificatas: quo facilius eas memoriæ scrinio commendes. Postremo quædam errata impressorum incuria: quæ alicuius momenti uisa sunt castigaui: Alia leuia: qualia sunt: Rhoetor: p Rhet. Aethicorum: p Ethicorum: cũ aliquibus forsan litteris inuersis: aut transpositis: lectoris prudentiæ corrigenda reliqui.

abcdefghiklmnopqrſtuxyz&ꝯꝶ ABC DEFGHIKLMNOPQR

Omnes sunt quaterni Exceptis Q R qui sũt terni.



Trideo pro triduo fo.iii.co.ii.linea.xxxi.
κωλιτα pro ἡ ὀλίγα.fo.v.co.ii.li.iiii.
Ples pro plebs fo.v.co.iiii.li.xxx.
ἱεον pro ἱερῶν fo.x.co.ii.lin.xxx.
μᾶλλον pro μᾶλλον fo.x.co.ii.lin.xli.
μᾶλλιν pro λᾶλειν. Ibidem.
qem pro quem fo.x.co.iii.lin.xv.
προσκυνέω ꝑ προσκυνέεσο fo.x.co.iii.li.xxxix.
immitans pro imitans fo.x.co.iii.lin.xxx.
Moralis pro moralium.fo.xi.co.ii.li.iii.
Meus pro mens Ibidem lin.iiii.
oporter pro oportet.fo.xii.co.i.lin.xii.
δουλεύειν pro δουλεύειν fo.xii.co.ii.lin.xl.
Finem pro finemq; fo.xiii.co.ii.lin.xxxiii.
honere pro onere fo.xiiii.co.iii.lin.lv.
udet pro uidet fo.xiiii.co.iiii.lin.i.
fine pro fine fo.xv.co.ii.lin.xxvii.
erefcentis pro crefcentis fo.xvii.co.iii.lin.penultia.
fuas pro fua fo.xvii.co.iiii.lin.xvii.
tentur pro tenet fo.xx.co.i.lin.xxv. Vbi in uacante fpacio nihil deeft.
origio pro origo fo.xx.co.i.lin.xxxiii.
comperatio pro cõparatio fo.xxi.co.iii.li.penultia.
δ' ἀνεραστον ꝑ δ' ἀνεράστων fo.xxv.co.iiii.lin.(xxxiiii.
Rora pro rota. Ibidem lin l.
Slmul pro fimul fo.xxvi.co.i.li.ii.
Αμμυομένω pro ἀμυνομένω fo.xxix.co.ii.li.xlii.
ἀυτηε ꝑ ἀντας fo.xxix.co ii.li.xlv.
ὀδισσευσ ꝑ ὀδισσεὺς. Ibidem.
κάτοπτον ꝑ κάτοπτρον fo.xxxii.co.ii.li.xi.
ἐλλιπισ ꝑ ἐλλιπὲσ fo.Ibidem lin.xiiii.
κακοντος ꝑ κακονεγοσ.Ibidem lin.xix.
φιαετα ꝑ φιαετα fo.xxxv.co.iiii.li.l.
ἀκισ pro ἀκυσ fo.xxxvi.co.i.lin.i.
niuat pro niuat fo.xxxvii.co.i.lin.xxxv.
ὑδασ pro ὕδασ fo.xxxix co.iii.lin.ri.
ἄρετισ pro ἀρετὰς fo.xxxix.co.iiii.lin.xli.
ἀτιχιασ ꝑ ἀτυχίασ fo.xxxix.co.iiii.lin.xlvii.
μαργάνων:feq debet ποιεῖ fo.xliii.co.ii.li.xxxi.
σου pro σῶν fo.xliiii.co.iiii.lin.iii.
τραυλὸσ ꝑ τραυλὸσ Ibidẽ co.iiii.lin.xxii.
Eucharifiun pro Euchariftiã fo.xlv.co.iii.lin.xx.
Salutus pro falutis fo.xlv co iiii.lin.viii.
Bilinguum pro Bilinguium fo.l.co.i.lin.i.
Διγλωσσοσ pro Διγλωσσοσ. Ibidem lin.ii.
Chantrs pro Charitas Ibidem fo.lii.co.i.lin.xxiiii.
πολιτισ pro πολίτισ fo.liiii.co.i.lin.xxx.
Χεσματιζω pro χρηματίζω fo.lv.co.i.lin.xliiii.
ιοσ pro ιοσ fo.lv.co.iiii.lin.xii.
ἀγονι & ἀγομένω pro ἀγορὴ & ἀγορένω. Ibidem co.iiii.lin.antepenultia.
συνειδισισ ꝑ συνείδησισ fo.lviii.co.i.li.penul.
κακιστι pro κακιστι fo.lviii.co.ii.lin.xxix.
βουλα pro βουλὰ fo.lix.co.i.lin.xxvi.
ἀκιδασ pro ἀκιδέσ fo.lix.co.ii.lin.xvii.
γοοσ pro ῥόοσ.Ibidem lin.xlix.
κουφοσ pro κοῦφοσ Ibidem co.iii.lin.vii.
Contractus pro contactus fo.lxi.co.i.lin.xxxviii.
Metaphifico pro metro Ibidem co.iiii.li.xl.
ἐναντιωσισ ꝑ ἐναντίωσισ fo.lxiii.co.i.li.xxi.
φαυεσιν pro φαυερουσιν fo.lxv.co.i.lin.ix.
στρεφω pro στρέφω.fo.lxv.co.i.lin.xxii.
Vide fupra in cõtumelia: pro uide ifta i Sufurratio
aoc pro a co fo.lxvii.co.ii.lin.xlv.
συνδιπνοσ ꝑ σύνδειπνοσ.Ibidẽ lin.xiiii.
ξιμια ꝑ ζημία fo.lxxx.co.i.lin.xxvi.
dentis pro dantis fo.lxxxi.co.iiii.lin.xxxviii.
γαφω pro γράφω fo.lxxxii.co.i.lin.xii.
ῥαθμοσ pro ῥάθυμοσ.Ibidem lin.xxvi.
Defpenfatio pro dîfponfatio fo.lxxxii.co.iii.lin.xli.
Vide fupra i Contumelia: ꝑ uide ifra i Sufurratio. ibidem co.iiii.lin.xx.
Hinc pro hic fo.lxxxiii.co.iiii.lin.xxxiiii.
Διατεσισ ꝑ διάθεσισ fo.xcviii.co.iiii.lin.xvii.
Praecta pro preca fo.cii.co.ii.lin.xxxv.
μὴ δ' ὀδύνη ꝑ μὴ ἔχειν δ' ὀδύνη. Ibidẽ co.iii.
Auum pro aurum. Ibidem co.iiii.lin.xi. (l.ul.
folarorem pro folatorem fo.ciiii.co.iiii.lin.v.
Vim pro uini fo.cvii.co.ii.lin.xiii.
caulam pro caufa fo.cxii.co.iiii.lin.xliii.
ridiculus pro rudiculus fo.cxiii.co.iii.lin.iii.
βλιπον ꝑ βλέπων fo.cxiii.co.iii.lin.xxii.
falfiftas pro falfitas fo.cxxi.co.ii.lin.xxxv.
παυει ꝑ παυεοι fo.cxxvii.co.iiii.lin.xix.
θεαρυσπλαχνόσ ꝑ θεαρυσπλαχνὸσ. Ibi.
ιοσ ꝑ ῥοσ.fo.cxxviii.co.i.lin.xlv. (lin.xlix.
Sed pro fecundum. Ibidẽ co.ii.lin.vii.
promptm pro promptum fo.cxxix.lin.xx.
elibit pro elidit fo.cxxx.co.iiii.lin.penultia.
Tunc pro tu ne fo.cxxxii.co.iiii.lin.xxxvi.
ψυζαμενου ꝑ ψυξαμένου fo.cxxxiiii.co.iiii.li.xxvii.
Fortua ꝑ fortũa fo.cxxxv.co.ii.li.xxvii.
iudicialis for' ꝑ iudiciale foꝝ fo.cxxxv.co.ii.i.li.xxx
μέλλων ꝑ μᾶλλον fo.cxxxvii.co.iii.lin.xli.
πιφυκοσ ꝑ πεφυκώσ. Ibidẽ lin.antepenultia.
cohaeredũ ꝑ cohaeredũ fo.cxxxix.co.iii.lin.xxxvii.
manens pro manans fo.cxl.co.iii.lin.xxxix.
perfectus pro pfectus fo.cxlii.co.i.lin.xxxiii.
ἐπιπλοκι ꝑ ἐπιπλοκὴ fo.cxlii.co.iii.lin.xlv.
λαιμαγεια pro λαιμαργία:& λαιμαργοσ pro λαιμαεγοσ co.i.lin.i.
abftinetur ꝑ abftinet fo.cxlvi.co.ii.lin.ii.
capulam pro crapulam fo.cxlvi.co.iii.li.xliii.
Hoftes ꝑ hoftis fo.cxlvii.co.i.lin.xviii.
ἐμιτρε ꝑ ἐμιτρε fo.clvi.co.i.lin.xxxv.
contẽplum ꝑ contẽptũ fo.clviii.co.ii.li.xxvii.
Incõftantia:cũ tota illa linea uacat fo.lxvi.co iii.li.
iuget ꝑ uiget fo.clxviii.co.i.lin.xxvii. (xxvii.



CASTIGATA

Amoram pro amorẽ fo.clxx.co.i.lin.xii.
οντι pro οντι fo.cxci.co.iiii.lin.xliii.
γηνυτ' p γηευτ' fo.cxcii.co.i.lin.xxxiiii.
δακρυόεις.όεντος.δ'. lachrymosus deest fo.cxc iii.co.iii.lin.xxix.
human pro humana fo.cxcvi.co.i.lin.ultia.
eloqui pro eloquii fo.cc.co.iiii.lin.xlix.
καλõυσ p καλõισ fo.cciii.col.iiii.lin.penultia
Nimiam p nimiũ fo.cciiii.co.ii.lin.xxix.
Percepta p praecepta fo.ccv.co.i.lin.xv.
κολαζεται p κολάζεται fo.ccvi.co.ii.lin.xxxii.
Nex pro Hex fo.ccx.co.iiii.lin.vi.
bũa pro bona fo.ccxi.co.iiii.lin.xl.
uiri pro uri fo.ccxii.co.iiii.lin.xxxiii.
ενιαοσ p ενιεαοσ fo.ccxiii.co.iiii.li.xxv.
'αλòχω p 'αλοχω. &.'εμπεσι p 'εμπεση Ibidem lin.sequenti.
υδμιζι p νόμιζι fo.ccxiiii.co.i.lin.xlv.
simillimo pro simillima fo.ccxiiii.co.iii.lin.xxviii.
Brande p Grande Ibidem lin.xxxii.
allegari pro alligari fo.ccxv.co.i.lin.xv.
ιερασιοσ p ιερασυσ fo.ccxv.co.iii.lin.xxiii.
ueniq; pro deniq; fo.ccxv.co.iiii.lin.ii.
oculus pro oculos.fo.ccxvi.co.ii.lin.v.
cuilibet pro cuiuslibet fo.ccxvi.co.iii.lin.xxv.
potest pauca:pro post pauca. Ibidẽ co.iii.lin.xxvii.
falsum pro falsum. Ibidem lin.xxxvi.
luua pro luna fo.ccxvii.co.ii.lin.ix.
dñi pro dñi.fo.ccxviii.co.i.lin.ultima
Conarcha p Monarcha fo.ccxxi.co.iiii.lin.xii.
Monarchia p Monomachia. Ibidẽ lin.xv.
φυχησ p ψυχησ fo.ccxxvi.co.i.lin.xxxi.
'ωσ pro 'οσ fo.ccxxix.co.i.lin.i.
terrea p terra fo.ccxxx.co.i.lin.antenultima
fuit pro fuit fo.ccxxx.co.iiii.lin.xv.
μουσσικη pro μουσικη:& μουσσικòσ pro μουσικοσ fo.ccxxxi.co.iii.lin.xxviii.
μεταβαλη p μεταβολη'. Ibidem lin.xxxviii.
Nirca pro circa.fo.ccxxxii.co.iiii.lin.xlvii.
suspecta pro spectanda fo.ccxxxv.co.ii.lin.xi.
constituto pro constituo fo.ccxxxvi.co.i.lin.xli.
'ονειδιζω p 'ονειδίζω fo.ccxxxvi.co.ii.lin.xliiii.
suscatur pro fuscatur fo.ccxxxvii.co.iiii.lin.xix.
perferantur p pforantur fo.ccxxxviii.co.ii.li.xxii.
qυ p ου & ouo p quo fo.ccxxxviii.co.iiii.lin.xxi.
lugatur p fugatur fo.ccxl.co.i.lin.xli.
Desinit p desint fo.ccxli.co.i.lin.xxxviii.
ulutus p uultus fo.ccxliii.co.ii.lin.xxv.
Tales p talis fo.ccxliii.co.iii.lin.xxxv.
'υλον p 'υον fo.ccxliii.co.iiii.lin.xvi.
'υλέα p 'υέα fo.xxiiii.co.iiii.lin.xxii.
παντώμ μη p παντων φειδου μη fo.ccxliiii.
nesinẽ uideas p ne i fine idigẽs Ibidẽ. (co.i.li.xliii.
φρονουντοσ p φρονõυντοσ fo.ccxlvi.co.iii.li.
porttior p portitor fo.ccxlvi.co.iiii.li.xxxviii.(xxxiii
λεπγυσ p λεπτυσ fo.ccxlviii.co.iii.lin.xlvi.
πλουτοδασ p πλουτουντασ fo.ccxlviii.co.iiii.
Mundũ p nundũ Ibidẽ lin.xxxviii. (lin.iiii.
Nihil pro nil fo.ccxlix.co.i.lin.ii.
meq̃ pro neq̃ fo.ccliiii.co.i.lin.xlv.
'ιπωσ p 'ιπποσ Ibidem co.iii.lin.xli.
peccandis p peccãdi fo.cclv.co.i.lin.xxii.
ψευσεσται p ψευσεται fo.cclvi.co.iii.lin.xl.
τõυ ιδέ p του δέ.Ibidẽ sequẽti linea
'ιμι pro 'εμι fo.cclviii.co.i.li.xiiii.
eaubescis p erubescis fo.cclxi.co.ii.lin.xxxvii.
πιμοσ p τιμοσ fo.cclxiiii.co.i.lin.xxxvi.
'επτα πòλεισ 'ερίζουσι περι 'ρισαν 'ομηρου
Versus hic sic mãcus i multis codicibus legit̃: qd sic
'επτα πòλεισ ζητõυσι κλυ/ (emendaui
τõυ περι 'ρίσαμ 'ομηρου.
inde pro tamen fo.cclxx.co.ii.lin.xxxviii.
cõpatiq̃ibus p cõpationib' fo.cclxxi.co.i.lin.xxxv.
'εμψικοσ p 'εμψυκοσ fo.cclxxv.co.ii.lin.ultia
Homino pro humano fo.cclxxviii.co.iiii.lin.xi.
incõmoda p cõmoda fo.cclxxx.co.iii.li.xxxii.
idem in Ormesta:pro Suetonius in Tiberio fol.cc/lxxxiii.co.iii.lin.xxxi.
deglutire p deglubere.i.decoriare ibidẽ lin.xxxii.
'υπειχω submitto p 'υπείκω re' fo.cclxxxv.
rex p rẽnũ fo.cclxxxviii.co.i.li.xix. (co.iii.li.xlvii.
σολιτεύομαι p πολιτεύομαι ibi.co.ii.li.xvi.
'αιδέμαι p 'αιδέομαι fo.ccxc.co.i.lin.xxv.
& mãsuetudinẽ:p et ira mãsuetudinẽ fo.ccxcii.co.
Sis p fit fo.ccxcv.co.i.lin.xi. (ii.lin.xxvii.
'ισιμ p 'εισιμ fo.ccxcvi.co.iii.lin.xiiii.
utam pro autẽ fo.ccxcvii.co.ii.lin.xlvi.
super pro libro fo.ccc.co.iii.lin.xii.
κιλουσω p κιλέυσο fo.ccciii.co.ii.lin.xli.
γερατέρον p γεραιτέρων Ibidem lin.xxix.
Subiectiuum p subiectũ fo.cccix.lin.i.
ιοσ pro ιοσ fo.cccxii.co.iiii.lin.xxvii.
saperstí pro superstí fo.cccxv.co.iiii.lin.xxii.
τò μηθεν 'αγαμ με τέρπει pro
τò μηδέν' αγαμ 'αγαν με τέρπει.
Credeonũ p credẽdũ fo.cccxix.co.iii.lin.xlvii.
delectationib p dilectatiõis fo.cccxxxiii.co.li.xxxi.
μακει & νακεéω:p νεκει & νεκέω fo.cccxx.co.iiii.lin.xxxiiii.
alpha uita gãma delta epsilon zita ita thita
A.α. B. Γγ. Δ.δ. ε. ζ. η. θ.
iota capa lambda mi gni xi omicron pi ro
ι. κκ. λ. μμ. μν. ξ. ο. ππ. ρρ.
sigma tau ypsilon phi chi psi omega.
σς. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.
e af i ef u
Diphthõgi pprie. αι αυ ει ευ οι ου.
Diphthongi impropric. ᾳ ῃ ῳ υι.

